PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM, ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS ;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES PENE JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, DUCENTIS ET VIGINTI DUOBUS VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, DECEM ET CENTUM SUPRA MILLE FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, NOVEMQUE ET CENTUM VOLUMINA, PRO PRIMA SERIE GRÆCA, NON EXCEDIT. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA SEXAGINTA VOLUMINA PROBABILITER NON SUPERABIT ; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA TRIGINTA VOLUMINIBUS ABSOLVETUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES FUTURIS PATROLOGIÆ SERIEBUS APPLICANTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NON NOBIS DEEST.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXXVIII.

EUTHYMIUS ZIGABENUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISINA.

1864

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XII. ANNUS 1122.

ΕΥΘΥΜΙΟΥ

ΤΟΥ ΖΙΓΑΒΗΝΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

EUTHYMII

ZIGABENI

OPERA QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA

JUXTA VARIAS EDITIONES

LIPSIENSEM NEMPE CHRIST. FRID. MATTHÆI, ANTHIMI TERGOBYSTENSEM, ANT. BONGIOVANNI VENETAM, NICOLAI FOGGINII ROMANAM,

TYPIS REPETITA,

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIMUS.

VENEUNT QUATUOR VOLUMINA 42 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1864

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XII, ANNUS 1122.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXXVIII CONTINENTUR.

EUTHYMIUS ZIGABENUS.

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

MONITUM EDITORUM.

Euthymius, S. Scripturæ interpres vere eximius, floruit tempore Alexii Comneni, et laudatur ab Anna Comnena in lib. xv *Alexiados*. Laboravit tamen præjudiciis Græcorum in quæstione de Spiritus sancti processione; in hac autem controversia nihil novi attulit, sed Photium fere exscripsit. Ei ascribitur *Encomion in S. apostolum Hierotheum* quod nondum typis impressum est, sed ms. servatur in Russia, ut testatur Matthæi in *Notitia codd. Mosquens.*, p. 114, n. 31. Si fides Nicolao Comneno Papadopolo, in *Prænotionibus Mystagogicis*, Euthymius scripsit libellum aureum *De præceptis Apostoli*, cujus præceptum duodecimum laudat. Ipsi etiam a nonnullis tribuitur *Monodia in obitum Eustathii Thessalonicensis* sed falso. Hæc monodia pronuntiata fuit ab Euthymio, Patrarum metropolita, Eustathii amico conjunctissimo, atque nuper edita est a Theoph. Luc. Frid. Tafel, in doctissima sua *Dissertatione de agro Thessalonicensi*, p. 368. Berolini 1836. De Euthymio Zigabeno scribit etiam Allatius *De consensu* l. II, c. 10, n. 5. Porro de operibus et persona Euthymii abunde disserunt J.-A. Fabricius et Nicolaus Fogginius quorum commentaria hic subjicimus.

J.-B. M.

DE EUTHYMIO ZIGABENO

Ex *Bibliotheca Græca* Joannis Alberti Fabricii ed. Harles, tom. VIII, p. 328.

Euthymius Zigabenus, sive, ut in quibusdam codd. *Zigadenus* (a), monachus Græcus in monasterio Deiparæ τῆς Περιβλέπτου CPoli, clarus temporibus Alexii Comneni, apud quem gratiosus fuit, et ei A. C. 1118 defuncto adhuc superstes. De eo videnda Comnena libro xv *Alexiados*, et ex recentioribus Allatius II, 10, 5, *De consensu utriusque Ecclesiæ*.

Scripta ejus hæc sunt:

1. *Panoplia dogmatica orthodoxæ fidei*, adversus omnis generis hæreticos, Πανοπλία δογματικὴ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, ἤτοι ὁπλοθήκη δογμάτων, jussu Alexii Comneni ex Patrum scriptis contexta divisaque in titulos XXVIII. Laudatur ab Anna Comnena in *Alexiade* lib. xv, pag. 490, et, qui multa ex eo repetiit, Niceta Choniata in *Thesauro orthodoxæ fidei*. Latine vertit Petrus Franciscus Zinus, Veronen-

(a) Ζηγαδηνὸς in codd. Coisl. CIV (v Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 178), quodam Mosquensi, perpetuo in edit. quæ Tergobysti in Walachia prodiit, et alibi scribitur, placetque cl. Matthæi in præf. ad tom. I Euthymii Comment. in IV Evang., pag. 7 sq. Conf. præterea de hoc Euthymio G. Cave *Hist. litt. SS. E.*, tom. II, p. 198; L. El. du Pin *Nouvelle Bibl.*, etc., tom. IX, pag. 197; Cas. Oudin. *Comm. de SS. eccl.* tom. II, p. 979; R. Ceillier *Hist. gén. des Aut. E.* tom. XXI, p. 533; Fabric. noster *De scriptorib. de veritate religionis Christianæ*, pag. 121; Hamberger *Z. N.* tom. IV, pag. 79 sqq.; Sax. *Onom.* II, p. 216, et quos ille laudat, et quæ ego notavi in *Introd. in hist. L. G.* II, 2, p. 307 sqq. Si Euthym. Zigab. auctor est Monodiæ in obitum Eustathii, Thessal. archiepiscopi (1), (v. infra n. IV) mortui forte post a. 1194, nec alius Eustathius, forsan Eustathius, patriarcha CPolitanus a. 1019 (vid. Pagii *Crit. Baron.* a. 1019), intelligendus sit, sequeretur, ut, quod quidem haud probabile videtur, Euthymius noster a. 1194 adhuc esset in vivis. Atqui Michael Choniates, qui in eumdem Eustathium Monodiam scripsisse dicitur, vixit exeunte sæc. XII et ineunte sæc. XIII. Res igitur, saltem de Eustathio, quinam sit intelligendus, mihi dubia esse videtur. Conf. quæ in fine sectionis de aliis Euthymiis adnotata sunt. Atqui haud multo post, quam meam chartæ mandaram dubitationem, reperi, Nicolaum quoque Fogginium in commentatione de Euthymio ejusque scriptis et doctrina, etc., præfixa fragmento *Euth. Zigabeni libri invectivi contra Bogomilos*, ex Vatic. cod, eruto, et e Græca in Latinam linguam converso, in *Anecdotis litterariis*, ex mss. codd. erutis (vol. IV. Romæ 1783. Mai. 8. pag. 1 — 46.) §. V, pag. 8 sqq., subdubitasse, utrum ascribenda sit Euthymio nostro Monodia mem., saltem, neque se cum aliis affirmare, nec solum inficiari audere profitetur, et potissimum versatur in ætate Eustathii definienda. Idem pag. 13 sqq. agit de Bogomilorum erroribus et Euthymii argumentis. Harl.

(1) Vide *Monitum* nostrum, supra. Edit. Patr.

sis (*a*) Venet. 1535 fol., Lugd. 1556 8, Paris. 1580, 8, et tom. XIX Bibliothecæ Patrum Lugd. 1677 fol. Loca Græce produxit Petavius *Dogm. theol.* tom. I, pag. 125, 170, 172, 174, 175, 261, 293, 301, 368, 372, etc., edit. Paris.; Cotelerius notis ad tom. I *Monumentor. Ecclesiæ Græcæ*, Cangius in *Glossario Græco*, etc. Exstat opus Græce ms. in Bodleiana, Florentina et aliis bibliothecis, in Cæsarea Vindobonensi aliquoties, e quibus unum codicem ipsa Euthymii ætate scriptum putat Lambecius V, pag. 51 seq. (*b*). De altero, excerpta tantum continente, vide III, p. 168; de tertio et quarto V, pag. 52. Codicem regium Parisiensem 2399 laudat Rich. Simon. tom. I *Bibl. selectæ*, pag. 49, et in multis a Zini versione differre testatur, propiusque huic convenire codicem alterum recentiorem in collegio Jesuitarum Paris. Euthymium in concinnanda *Panoplia* a Joanne Furno adjutum tradit scriptor Græcus apud Allatium *De consensu utriusque Ecclesiæ*, pag. 643, qui illi Græculo fidem habendam esse pernegat. Fabr. — Subjungam aliorum codd. notitiam. *Panoplia dogmatica* est Paris in bibl. publ. in septem codd. mss., in paucis vero integra. — In bibl. Coislin. cod. CXXV, qui Montfauconio in *Bibl. Coisl.*, p. 200, ipsius auctoris ævo scriptus videtur. — Montfauc. ib. p. 349 sqq. ex cod. CCLXX protulit in lucem Photii narrat. de Manichæis, coll. cum cod. Colbert. CDXLIV, cujus magnam partem haberi in *Panoplia* Euthymii titulo XX idem observat. — Ex vita S. Euthymii in collectione quadam rerum moralium, in cod. Coisl. CXII, et in asceticis varr. codd. CXVIII, teste Montfauc. l. c., pag. 186 et 192. — In bibl. Escorial. 1) *Panoplia* 2) *In prophetam David et expositio in Psalter.* 3) *Carmina lugubria de anima et morte*, sec. Pluer. in *Itiner. per Hispan.*, pag. 168. — In Italia, Florentiæ in bibl. Laurent. cod. X, plut. 6, *Panoplia*, etc. Initio in laudem operis versus quidam senarii præmittuntur cum scholiis quibusdam interlin. eosque publici fecit juris Bandin. in Cat. codd. Gr. Laur. I, p. 115. *Panoplia* ipsa ibi est in duos divisa libros, quorum prior XI, posterior XIII complectitur titulos, a Bandin. copiosius relatos. Libri secundi cap. I ascriptus est primum titulus Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, tum sacri scriptoris nomen ac locus, ex quo hujus primi tituli explicatio exorditur. Post cap. XIII, *contra Saracenos*, legitur παράτιτλος Φωτίου, etc., sed in fine quædam desiderantur. — In cod. XVI, n. 21, plut. 9, Joanni Furno, a quo adjutum fuisse Euthymium in concinnanda *Panoplia*, prodidit scriptor Græcus apud Allatium, a Fabricio citatum, tribuitur *Apologia contradictoria de S. Spiritu*. V. Bandin. l. c., I, pag. 415. Conf. paulo post n. II. — *Panoplia* in cod. Ambros. Mediolani, teste Montfauc. in *Diario Ital.*, p. 13. — In ejusdem Montf. *Bibl. biblioth. mss.* plures *Panopliæ* codd. nominantur. Romæ in bibl. Vaticana inter codd. reginæ quondam Sueciæ, n. DCCCLXXXXII. (*c*) In bibl. cardin. Ottoboni. — Venetiis in bibl. Grimmiana; Mutinæ in bibl. Ducis. — Monachii in codd. Bavar. elect. CIX et CX. V. Montfauc. *Bibl. mss.* cit. I, pag. 32. D. — 185. B. — 478. B. et pluribus aliis locis. — Taurini in bibl. regia cod. CXCI, *Panoplia*, sed non integra. — in cod. CC, n. 25, *Epist. invectiva adversus Armenios Deopatianos*, et n. 32, *Epistola confutans hæreses* Φουνδαγιαγητῶν, sive Bogomilorum, nec non Armeniorum, etc. V. catal. codd. Gr. Taur. p. 285 et 299. — Ζυγαβηνοῦ (sic) ὁπλοθήκη δογμάτων cum duobus aliis titulis in cod. LX Nanian. Venet. Vid. cat. codd. Gr. Nan., pag. 67. — Augustæ Vindel. est in cod. Gr. *Panoplia dogmatica*, (sed cujus sit auctoris, non additur,) continens excerpta ex scriptis Gregorii Nazianzeni et J. Damasceni demonstrationes ac sententias de uno Deo et divinitate Verbi, indice Reisero in Catal. pag. 22. — Duce confectore catal. codd. Angliæ, etc., est Euthymii *Panoplia* in bibl. Bodlei. MMMMMMMMDCCVII apographum inter codd. J. Felli. — Cantabrig. n. CCXCI in collegio S. Trinit. Euthymius Gr. sed nomen opusc. in catalogo non additur. — Pariter tom. II, p. 84, inter codd. Norfolc. n. MMMCCCCXXXIV et MMMCCCCXXXV. Euth. Zigabeni quædam. — Dublini in bibl. collegii S. Trinit. n. 419, *Panoplia*, Gr. membr. fol. — Eadem Leidæ in bibl. publ. inter codd. Vossian. Vide cat. B. Leid. pag. 401, 4. — In primis notandi sunt duo codd. Mosquenses *Panopliæ dogmaticæ*, de quibus solerter copioseque disputat, discrimen ab edit. observat ex iisque scholia addita, aliaque plura dedit supplementa ad editionem *Panopliæ* Tergobystanam cel. Matthæi, prof. Witteberg. in præfat. ad Euthym. Comment., etc., tom. I, p. 9 sqq. In cod. secundo multa omissa sunt quæ le-

(*a*) In Cavei hist. litteraria perperam memoratur editio Venet. 1575, et Paris. 1556 8.

(*b*) Est cod. 225, quem Lambec. V, pag. 113 sqq., futuro editori commendat. — Ibid. in cod. 226 continetur liber *primus Panopliæ*; — hæc autem integra, uno comprehensa libro et in titulos seu capita 28 divisa, in cod. CCXXVIII, cui appendicis loco adnexa est Photii, patriarchæ CPolit. synopsis historica VII conciliorum œcumenic. ex ejus epist. ad Michaelem, principem Bulgariæ; quam appendicem exstare quoque in Latina Franc. Zini edit. *Panopliæ*, adnotat Lambec. l. c., pag. 116. — In vol. III, pag. 420 sqq., copiose recenset Lambec. cod. LXVII, in quo, n. 81, sunt novem excerpta ex *Panoplia*, quorum titulos, auctores et principia Lambec. p. 420 sqq. subjungit. N. 82 sequitur *Panopliæ* appendix sive anathematismi XIV contra Massalianorum et Bogomilorum hæresin (vid. infra III), quibus subnectitur *Acclamatio quædam triumphalis*, quam publicavit in notisque explicavit Lambec. III, p. 427 sqq. Harl.

(*c*) Fogginius l. supra cit. prodit pag. 5 bibl. Vatican. posse plures *Panopliæ* codd. suppeditare; notatu tamen dignum esse cod. n. MCCCCXLVII signatum cum Pachomii cujusdam monachi scholiis et adnotationibus.

guntur in editione, multa itidem addita, a futuro editore tractanda curiosius. Tres ille habet titulos, qui in plerisque desunt codicibus, n. tit. XIX, XX et XXVIII, quorum ultimus est κατὰ Σαρακηνῶν, separatim jam editus. Tit. autem XIX *contra Agnoetas*, et XX *contra Origenem* vulgavit Matthæi l. c., pag. 20 sqq. Add. Jablonskium in *Thesauro epist. Lacroz.* I, pag. 184 et 195, et Wolf. in tom. II, p. 6, 27 et 66. Harl.

Mich. Eneman, Suecus, ex Oriente redux, nec diu post an. 1714 in patria, ut audio, defunctus, inter alia secum attulit et mecum communicavit, quod a patriarcha Hierosol. Chrysantho, (qui Dositheo, ut Dositheus Nectario successit,) dono acceperat volumen, typis impressum, hoc titulo : Πανοπλία δογματικὴ Ἀλεξίου βασιλέως, τοῦ Κομνηνοῦ, περιέχουσα ἐν συνόψει τὰ τοῖς μακαρίοις καὶ θεοφόροις Πατράσι συγγραφέντα, εἰς τάξιν δὲ καὶ διεσκεμμένην ἁρμονίαν παρὰ ΕΥΘΥΜΙΟΥ μοναχοῦ τοῦ Ζιγαδηνοῦ (ita semper, non Ζιγαβ.) τεθέντα, ἐπὶ ἀνατροπῇ καὶ καταφθορᾷ τῶν δυσσεβεστάτων δογμάτων τε καὶ διδαγμάτων τῶν ἀθέων αἱρεσιαρχῶν, τῶν κακῶς κατὰ τῆς ἱερᾶς αὐτῶν θεολογίας λυττησάντων, ἀφιερωθεῖσα ἐπὶ τοῦ εὐσεβεστάτου, ὑψηλοτάτου καὶ θεοστέπτου αὐθέντου καὶ ἡγεμόνος πάσης Οὐγγροβλαχίας κυρίου, κυρίου Ἰωάννου Κωνσταντίνου Μπασσαράμπα, Βοεβόδα τοῦ Μπραγκοβάνου. Τῷ ἐκλαμπροτάτῳ καὶ σοφωτάτῳ υἱῷ αὐτοῦ κυρίῳ Στεφάνῳ Βοεβόδᾳ τῷ Μπραγκοβάνῳ, παρὰ τοῦ πανιερωτάτου καὶ λογιωτάτου μητροπολίτου Δρύστρας κυρίου, κυρίου ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ, οὗ καὶ τοῖς ἀναλώμασι νῦν πρῶτον τετύπωται παρὰ τῷ πανιερωτάτῳ, λογιωτάτῳ καὶ θεοπροβλήτῳ μητροπολίτῃ Οὐγγροβλαχίας κυρίῳ, κυρίῳ Ἀνθίμῳ τῷ ἐξ Ἰβηρίας. Ἐπιμελείᾳ καὶ διορθώσει Μητροφάνους, ἱερομονάχου Γρηγορᾶ τοῦ ἐκ Δωδώνης. Ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ μητροπόλει τῇ ἐν τῷ τῆς Οὐγγροβλαχίας Τεργοβύστῳ, ἐν ἔτει ἀπὸ θεογονίας χιλιοστῷ ἑπτακοσιοστῷ δεκάτῳ. Κατὰ μῆνα Μάϊον. In fol. 1710, *folia ροη'*. Præfatio Athanasii ad Stephanum dedicatoria præmittitur.

Chrysanthus, patriarcha Hierosol., e ms. Viennensi supplevit, quæ in mss. orientalibus deficiebant, ut, Στίχους Ἰαμβικοὺς πρὸς βασιλέα Ἀλέξιον, Πρόλογον μετ' ἐγκωμίων.

Observavit contra, in ms. Viennensi titulum et caput totum υγ'. Φωτίου πατριάρχου κατὰ τῶν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης, desiderari, quod in omnibus codicibus orientalibus exstat.

Idem Chrysanthus Athanasio auctor fuit, ut hanc *Panopliam* ederet; omisit vero præ metu Turcarum non modo caput contra Saracenos, sed et de SS. Trinitate quædam in primis statim titulis, veritus scilicet, ne essent, qui ansam inde arriperent accusandi Græcos, ut in causa Cyrilli Lucaris fecere.

Post στίχους iambicos in Alexium Comnenum sequitur Prologus, cui hi versus præmittuntur :

Εὐθυμίου πόνημα καὶ μονοτρόπου
Τοῦ Ζιγαδηνοῦ δογμάτων πανοπλία,
Ἀλεξίῳ τευχθεῖσα Κομνηνῶν γένους
Ἄνακτι πιστῷ τῶν ἀπίστων εἰς πάλιν.

Edit. Latinæ.

Part. 1. tit. 1. Τίτλος α', συλλογιστικὴ ἀπόδειξις ὅτι εἷς ἐστι Θεὸς, καὶ ὅτι καὶ λόγον ἔχει ὁμοούσιον ἑαυτῷ, καὶ πνεῦμα ὁμοίως, ἅπερ εἰσὶν ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκ τοῦ κατηχητικοῦ λόγου τοῦ Νύσσης.
Tit. 2. β'. περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος διακεκριμένη ἅμα καὶ ἡνωμένη Θεολογία
3. γ'. περὶ Θεοῦ, κοινῶς. Δῆλον δὲ, ὅτι ὁ Θεὸν εἰπὼν, ἢ θεότητα, ἢ τὸ θεῖον, ἁπλῶς καὶ ἀπροσδιορίστως, τὰς τρεῖς ὑποστάσεις τῆς μιᾶς θεότητος ἐνέφηνε τῇ καθολικῇ τούτων προσηγορίᾳ.
4. δ'. περὶ τοῦ ἀκατάληπτον εἶναι τὴν θείαν φύσιν.
5. ε'. περὶ θεωνυμίας.
6. ς'. περὶ τῆς θείας δημιουργίας.
7. ζ'. περὶ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως.
8. η'. Κατὰ Ἑβραίων, ἐκ τῆς λεγομένης εἶναι τοῦ Νύσσης βίβλου, τῆς προσαγορευομένης Θεογνωσίας.
9. θ'. Κατὰ Σίμωνος τοῦ Σαμαρέως, καὶ Μαρκίωνος τοῦ Ποντικοῦ, καὶ τοῦ Πέρσου Μάνεντος καὶ τῶν Μανιχαίων.
10. ι'. Κατὰ Σαβελλιανῶν, τοῦ ἁγίου Κυρίλλου.
11. ια'. Κατὰ Ἀρειανῶν, τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου (*a*).
Part. 2. tit. 12. ιβ'. Κατὰ Πνευματομάχων. In codice collegii Jesuitar. Paris. et in Latina Zini versione hic titulus inscribitur ; Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου, ἐκ τοῦ λόγου τοῦ περὶ τῆς ἐνσάρκου ἐπιφανείας τοῦ Χριστοῦ.
deest. ιγ'. Φωτίου πατριάρχου κατὰ τῶν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης, ὅτι ἐκ Πατρὸς μόνου ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Exstat etiam in variis mss. Europæ, ut cod. Barocc. 85 [in quo tribuitur Photio,] et 101, [in quo ascribitur Euthymio Zigabeno,] et in codice regis Galliæ (*b*) et collegii Jesuitar. Paris., licet in Latina versione Zini hoc caput sit omissum. Locum Græce producit Usserius, *De symbolis*, pag. 25, ex codice e Græcia allato ; alia Petavius in *Dogm. theol.* [V. ad n. II.]

(*a*) In cod. 1, qui primum tomum continet, Mosq. legitur in libri indice Κατὰ Ἀρειανῶν τε καὶ Εὐνομιανῶν. Post indicem leguntur versus anonymi, qui in edito desunt, ideoque a Matthæi pag. 11 sq. sunt ascripti, et alia evulgantur aut docte animadvertuntur. Harl.

(*b*) Vide Rich. Simonis *Bibl. selectam*, tom. I, p. 51.

Edit. Lat.

Tit. 13. ιδ'. Κατὰ Απολιναριου.
14. ιε'. Κατὰ Νεστοριανῶν.
15. ις'. Κατὰ Μονοφυσιτῶν, ὧν αἱρεσιάρχης ὁ ἀρχιμανδρίτης.
16. ιζ'. Κατὰ Ἀφθαρτοδοκητῶν.
17. ιη'. Κατὰ τῶν λεγόντων· Ἔπαθεν ὁ Θεὸς Λόγος ἀπαθῶς.
18. κα'. Κατὰ Σεργίου, καὶ Πύῤῥου, καὶ Παύλου, πατριαρχῶν Κωνσταντινουπόλεως, δογματιζόντων ἐπὶ Χριστοῦ μίαν θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, οἳ καὶ Μονοθελῖται λέγονται. Fabr.—In codice Cæsareo 77, n. 81, sunt varia ex Euthymii *Panoplia* excerpta. E quibus interdum longiora loca excerpsit Lambec. Comm. III, p. 420 seqq. sic, exc. 1. *adversus Agnoetas* ex Basilio M. et Gregorii Nazianz. orat. II *De Filio :* qui titulus deest in edit. Græca, sed editus est a cl. Matthæi ; 2. *contra varios Origenis* errores : abest quoque ab edit. Gr. et editus a Matthæi, l. mem. Cod. vero Mosquensis saltem ab initio plenior est quam Vindobon.; 3). Titulus 18, contra Sergium, Pyrrhum et Paulum ; e quo longum Gr. Lambec. edidit locum. Sequuntur tituli 19, 20, 21 (cujus queque longiorem locum Gr. edidit Lambec.) 23, 24 et 25. Harl.
19. κβ'. Κατὰ Εἰκονομάχων. Ex Guil. Morelli editione Græco-Lat., Paris. 1562, hoc caput exstat in auctario Ducæano tom. I, p. 725, et in Bibl. Patrum tom. XI, Paris. 1654.
20. κγ'. Κατὰ Ἀρμενίων.
21. κδ'. Κατὰ τῶν λεγομένων Παυλικιανῶν. Photii libri IV *contra Paulicianos*, e quibus Euthymius hoc caput concinnavit, exstant mss. Græce in bibl. Joannea hujus urbis Hamburgensis. Fabr.—In cod. Paris. 770, n. 1, bibl. publ. sunt tituli contra Armenios, Paulicianos, Massalianos, Bogomilos et Saracenos. Harl.
22. κε'. Περὶ τοῦ Σταυροῦ, περὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, καὶ περὶ τῆς μεταλήψεως τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος καὶ αἵματος.
23. κς'. Κατὰ Μασσαλιανῶν. Capita hæreseos Massalianorum, ad quæ hoc titulo respexit Euthymius Græce et Latine edita sunt a Cotelerio tom. I *Monumentor. Eccles. Græc.*, pag. 302—307, et a Mich. le Quien tom. I Operum Joannis Damasceni, pag. 94 seq. Confer varias lectiones codicis Barocciani in Joann. Christoph. Wolfii *Historia Bogomilorum*, pag. 12 seq.
24. κζ'. Κατὰ Βογομίλων. Hoc caput separatim ex apographo Bodleianæ bibliothecæ quod J. Fellus, Oxoniensis episcopus, ex antiquiore codice describendum curaverat, edidit eruditisque animadversionibus illustravit laudatus Wolfius in *Historia Bogomilorum*, Witeb. 1712, 4 Fabr.—Est quoque inter codd. Vossianos V. cat. bibl. publ. Leidens., pag. 392, n. 30. Ab hoc diversum est fragm. quod a Fogginio editum esse, jam supra ostendi. Harl.

deest Παράτιτλος Φωτίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ἐκ τῆς πρὸς Μιχαὴλ τὸν ἄρχοντα Βουλγαρίας ἐπιστολῆς, περὶ τῶν ἑπτὰ οἰκουμενικῶν συνόδων.

Edit. Latinæ

Tit. 25. *Titulus XXVIII* contra Saracenos Græce ex codice Palatino, cum versione J. Jacobi Beureri, prof. Friburgensis, et Frid. Sylburgii notis prodiit in *Saracenicis* Sylburgii, Heidelberg. apud Commelinum 1595, 8. Exstat etiam idem titulus Græce et Latine in *Auctario bibl. Patrum Ducæano*, tom. II, pag. 292, Paris. 1624, fol., et in Bibl. Patrum, Paris. 1654, tom. XII [v. Lambec. Comm. III, pag. 424, exc. IX. Matthæi l. l. præf. p. XX.

(*Apud Fabricium sequebatur Index scriptorum e quibus Euthymii* Panoplia *concinnata est ; at tomo sequenti post ipsam* Panopliam *locum opportuniorem obtinebit.*)

II. Κατὰ τῶν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης ἤτοι Ἰταλῶν κεφάλαια ιβ', δηλοῦντα ὡς ἐκ τοῦ Υἱοῦ οὐκ ἐκπορεύεται τὸ ἅγιον Πνεῦμα. *Adversus veteris Romæ asseclas, sive Italos, capita duodecim, demonstrantia, non ex Filio procedere Spiritum sanctum.* Mss. in bibl. regia Paris. Vide Allatium *De consensu* pag. 642 ; Nicolium sive Arnaldum in *Perpetuitate fidei Eccles. catholicæ de S. Eucharistia*, tom. I, cap. 12, pag. 167 ; sed et Rich. Simonem tom. III *Bibl. criticæ*, pag. 98 seq., qui hoc scriptum in cod. reg. 2995 negat differre ab iis quæ in *Panopliæ* codicibus Græcis titulo 13, de hoc argumento Euthymius disserit. Fabr. Consentit Fogginius l. cit. pag. 10 sq. et memorat cod. Paris. n. 1231, cod 1371, n. 21, et cod. 2782, n. 5 ; item Vatican. 1079, pag. 189 ; cod. 1180, p. 438, et cod. 1217, p. 199. Idem copiosus est de ms. cod. Vaticano Palatino 361, in quo contendit Euthym. *Christum magna quinta feria cum discipulis suis legale pascha celebrasse*, et suspicatur, libellum excerptum esse ex *Panoplia*. Vide etiam ad n. II, atque idem opusculum esse videtur quod exstat in cod. Wheler. Euthymii *Or. de tempore Paschalis :* Gr. in Cat. cod. Angl. etc., II, p. 358, n. 9123. — Add. supra in indice titulorum, ad tit. 13. Sunt loca ex illo opusculo in Nicetæ Choniatæ *Sylloge opinionum et sectarum, atque historia hominum qui illas instituerunt*, etc. Florent. in cod. Laur. 24, plut. 9, V. Bandini Cat. cod. Gr. I, pag. 433. — Venetiis in cod. 503, bibl. D. Marci, Euth. Zigabeni *De processione Spiritus sancti*. Inc. Εἰ ἁπλοῦν μὲν τὸ Πνεῦμα, etc. V. Cat. cod. Marc. pag. 265. Harl.

III. Ἔλεγχος καὶ θρίαμβος τῆς βλασφήμου καὶ πολυειδοῦς αἱρέσεως τῶν ἀθέων Μασσαλιανῶν, τῶν καὶ Φουνδαϊτῶν καὶ Βογομίλων καλουμένων καὶ Εὐχιτῶν καὶ Ἐνθουσιαστῶν καὶ Ἐγκρατητῶν καὶ Μαρκιωνιστῶν. *Victoria et triumphus de impia et multiplici exsecrabilium Massalianorum secta, qui et*

Phundaitæ (*a*) *et Bogomili, nec non Euchitæ, Enthusiastæ, Encratitæ et Marcionitæ appellantur*, una cum 15 *Anathematismis*, hæresi eorum oppositis. Ex codice Vindobonensi [67, n. 82.] in quo velut appendix *Panopliæ* legitur, edidit Græce, versionemque ac notas addidit Jacobus Tollius in *Insignibus itineris Italici* Trajecti ad Rhenum, 1696, 4, pag. 106 — 125. Primos tres anathematismos Græce vulgaverat Lambecius III, pag. 171 [pag. 424. ed. Kollar. cum notis Lambec. qui in not. 4 in anathem. 1, tanquam singulare adnotat, Petrum sive Lyco-Petrum pro primo hæreseos Massalianorum declarari. Tres illos anathematismos Latine vertit Coteler. *Monum. eccles. Græc.* tom. I, p. 737. Add. supra ad n. I. de hoc cod. Add. cat. codd. Gr. Taurin., p. 297, 8, cod. CC. Harl.

IV. *Epistolæ variæ*, quæ mss. supersunt, ut *adversus Phundaitas* (al. *Phundagingitas*) sive Bogomilos, CPoli missa in patriam suam, Lambec. V, pag. 58 et 134. Incipit : Βούλομαι ἡμᾶς, ἀδελφοί μου · et altera steliteutica, *contra Armenios Theopaschitas*, id. V, p. 127. Incipit : Ἐπειδήπερ Εὐτυχὴς καὶ Διόσκορος. Fabr. sed. in ed. Kollarii V, p. 85. cod. 213, n. 8, ubi. V. not. Kollar.—Tum p. 256 in cod. 247, (qui continet syntagma miscellaneorum opuscul. de Massalianorum seu Bogomilorum aliorumque erroribus), n. 14. — Dein p. 284, n. 1, cod. 148 ; quod vero ms. a cod. 213 memorato non solum ob multas varr. lectt. valde discrepare, verum etiam multo auctius esse atque copiosius, animadvertit Lambec. Denique pag. 269, n. 28, cod. 247. — Est quoque in cod. Taurin. 200, n. 31. V. Cat. codd. Gr. Taur., p. 299. Harl.

V. Διάλεξις Εὐθυμίου μοναχοῦ καὶ Σαραχηνοῦ φιλοσόφου περὶ πίστεως, γενομένη ἐν τῇ πόλει Μελιτηνῇ. *Disputatio cum Saraceno philosopho de fide, habita in urbe Cappadociæ Melitene.* Ms. Lambec. IV. [cod. 188, 13], pag. 206. [p. 454. ed. Kollar.] Incipit : Πῶς ὁμολογεῖτε πολυθεΐαν.

VI. Μονῳδία ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ ἁγιωτάτου Θεσσαλονίκης κυρίου Εὐσταθίου, μετὰ τινας ἡμέρας τῆς αὐτοῦ τελευτῆς. *Oratio elegans ac diserta in obitum Eustathii, Thessalonicensis archiepiscopi*, dicta paucis ab ejus obitu diebus. Hæc ms. exstat cum Monodia Michaelis Choniatæ in eumdem Eustathium in bibliotheca Bodleiana, [v. p. 268, n. 22, Cat. codd. Angliæ, tum in c. Barocc. 231,] testaturque in illa Euthymius, se tenere multos fasces epistolarum, manu Eustathii scriptarum plenarumque rebus pulcherrimis, et vitia atque errores castigantium, φακέλλους πολλοὺς τῶν Ἐπιστολῶν σοφίαν τε πολλὴν ἐμπεφορτισμένας, καὶ κακίαν ἅπασαν στηλιτεύοντας. Fabr. Vide ad initium sectionis de nostro Euthymio. Harl.

VII. *Commentarius in omnes Psalmos Davidis, et in X sacræ Scripturæ cantica*, Græce nondum prodiit, licet hoc legas apud Caveum, Crovæum aliosque. Ms. exstat in bibl. Bodleiana cod. Barocc. 122 (*b*), in regia

(*b*) An a *Funda*, Italiæ oppido ? Heum. V. supra ad n. I. Contra Kollar. ad Lamb. V. pag. 85. ubi de originatione vocc. *Bogomili, Massaliani* et *Phundagiagitæ*, s. in al. cod., *Phundaitæ* docte fuseque disserit, nomen *Phundait.* derivat a recentiore Lat. vocabulo *Funda*, Græce φούνδα scripto, quod *marsupium* s. *crumenam* notat : ideo vero hæretici isti *Phundaitæ* et *Saccophori* appellabantur, quod ob austeram paupertatem, quam palam profitebantur, in saccos et crumenas stipem collegerint. Prævit Coteler. in not. ad *Monum. græc.* I, pag. 144. Harl.

(*b*) Exstat quoque in ead. bibl. sec. cat. codd. Angliæ, etc., in cod. Barocc. n. CXCIV, n. 253, inter mss. Thomæ Roe, inter codd. Bodlei. n. MMCMXLII. — Oxoniæ in coll. Mar. Magdal. cod. VI, sive n. 2131, ubi vero in catal. part. II, p. 71, additur hæc nota : Ita, n. Euthymius *in Psalmos*, male inscribitur a librario, cum sit *Theodoreti expositio.* — Inter codd. *Wheleri*, n. 9123 tom. II, p. 358. — In bibl. Leidensi inter codd. Vossianos, exemplar valde vetus, sed male servatum, et in alia variorum collectione, Euthymii aliquid in Psalmos, Gr. V. Catal. bibl. Leid., p. 395, n. 73 et p. 397 n. 30. — In bibl. Coislin. cod. XI et CIV. V. Montfauc. *Bibl. Coislin.*, p. 58 et 178. Romæ in bibl. Vaticana Euth Zigab in 150 Psalmos. — In bibl. Ottobon. — Monachii in bibl. Bavar. V. Montf *Bibl. bibl. mss.* I, p. 13, 186, 588 et 589. — Venetiis in bibl. Marci. cod. XVIII. — Taurini in bibl. regia, cod. CII, *in Psalmos* 9-146. Illi codici assutum est parvum Lexicon formularum loquendi, in Psalmis occurrentium, (λέξεις τῶν Ψαλμῶν κατὰ στοιχεῖον), quod, antea nondum editum, integrum exscripsit auctor Catal. codd. Gr. Taurin., p. 190 seqq. — Florentiæ in cod. Laurent. II, plut. 9. *Comm. in Psalmos* : præcedit procemium, quod typis describendum curavit Bandin. in Cat. codd. Gr. Laur. I. p. 389. Sequitur interpretatio Psalterii, et omnes ferme Psalmorum versiculi, quos explicuit Euthym. rubro charactere distinguuntur ab interpretatione : in margine fere sub initium codicis Basilii M. et Gregorii Nysseni in quædam Psalmorum loca interpretatio ab eodem scriptore rubris litteris apposita est. Sequuntur Euthymii in cantica 10 enarrationes. Atque ista cantica in plerisque codd. τῶν Ο', junguntur Psalmis : ita etiam reperit Matthæi in codd. 196 et 197, Mosquens. V. ejus notam ad præf. Hentenii p. 75, prolegg. ad I tom. Euthym. Zig. Commen. etc. — Vindobonæ in Bibl. Cæsarea cod. XXXVI. Euthymii præfat. in Comm. in Psalmos; at nec plena nec integra, sed anonymi cujusdam arbitratu ita contracta, ut neque caput habeat, neque pedes. Plura de illo cod. observavit Kollar. supplem. ad Lambecii Comment. p. 265 seqq. — De codd. Mosquensibus tribus intelligenter lateque disserit cl. Matthæi in præf. sæpius laudata pag. 25 seqq. Primus illorum continet quoque præter Psalmos et cantica cum Euthymii Comment. 1 (περὶ τοῦ ἀκατάληπτον εἶναι τὸν Θεόν. 2) syllogen dogmaticorum capp. necessariorum ex variis Patribus : 3 (adversus veteris Romæ asseclas ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται τὸ ἅγιον Πνεῦμα) atque cel. Matthæi in nota observat, hæc capp legi etiam in codd. Bibl. synod. in-8. n CCCLIII. cum inscriptione : Εὐθυμίου μοναχοῦ τοῦ Ζυγαβήνου κεφαλαὶ ιβ'. Εἰς τὸ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα. add. *Foggin.* l. c. p. 10 seqq. 4 capp. præcipua ex orationibus Chrysostomi aliorumque Patrum :) de divina ἐνανθρω-

Parisiensi aliquoties et Coisliniana, in Vaticana quoque. Fuit et in Bigotiana, et in bibl. Isaaci Vossii, ex cujus codice præfationem in Psalmos, lectu dignam, Græce et Latine vulgavit Stephanus le Moyne in Variis sacris pag. 150-210; sed hinc inde hiantem lacunis, quas ex mss. codicibus Patricii Junii et Christiani Ravii supplevisse se omnes, unica excepta, scribit paralipomenis ad Caveum Colomesius. Idem ex ms. regio Paris. 2400, fecisse se testatur Rich. Simon tom. II. bibl. selectæ p. 48. Locum Græce ex Euthymii in Psalmos commentario producit Pearsonius ad Symbolum apostolicum pag. 420, edit. Latinæ. Versio latina Philippi Sauli, Brugnatensis episcopi, post auctoris mortem a Paulino Turchio, ord. Prædicatorum, vulgata [dicataque Clementi VII, pontifici, primum prodiit Veronæ 1530. (a) fol., falliturque Gesnerus, qui scribit, Euthymium solum in septem Psalmos Veronæ excusum esse, cum in omnes Psalmos et cantica bibliorum]] lucem illo anno Veronæ viderit. Recusa inde sæpius est Parisiis 1543, 1547, 1560, [et 1562. V. Hamberger l. c. p. 82.] 8. Venet. 1568, 8. Lugd. 1573. [1575. ap. Hamberg.] 8, et in Bibliotheca Patrum edit. Lugd., tom. XIX.

VIII. *Commentarius in quatuor Evangelia*, ex Chrysostomo et aliis priscis Patribus non sine judicio delectus. Hoc quoque eximium opus necdum Græce lucem vidit, (b) licet id affirment viri docti, Caπήσει. Tertius cod. habet breviora scholia, atque scholia ad priores XIII Psalmos idem Matthæi edidit in Lectionibus Mosquens. Lips. 1779. 8. vol. II. p. 41.—Anonymi autem, sive fuerit is ipse Euthymius, sive alius, qui post illum copiosiora scholia in compendium redegerit, interpretationem duarum odarum ex Evangelio Lucæ idem dedit post Evangelium Lucæ in edit. Euthymii Comm. tom. II, p. 680 seqq. cum textu, et prima nota, › diversa, inquit, paululum seu copiosior interpretatio, Euthymii Zigabeni nomine, legitur Latine in Bibliotheca maxima Patrum, Lugd. vol. XIX, p. 473 seqq. ‹ Denique in præf. p. XXVII, seqq., speciminis loco adjecit interpretationem Psalmi CIX, cum V, L, trium illorum codd. et comparavit cum Theophylacti editione Veneta 1763, tom. IV, ubi Commentarius in Psalmos Græce primum editus est: (conf. *Ernesti* theolog. Biblioth. tom. V, p. 788.) Euthymius p. 29 ad verba Davidis ἕως ποδῶν σου provocat ad Commentarium suum in Evangelia, ex quo loco (et aliis similibus locis Comm. in Psalmos,) jure collegit cl. Matthæi, Euthymium esse auctorem Commentarii in Evangelia et hunc prius, quam Comm. in Psalmos ab eo esse scriptum. HARL.

(a) De hac et reliquis edd. et de Euthymio V. Freytag. analecta litter. p. 323. seqq. HARL.

(b) Tandem vero, addicentibus avibus, Græcus textus lucem aspexit cura studioque cel. Matthæi. Inscriptum autem est opus diu desideratum: *Euthymii Zigabeni Commentarius in quatuor Evangelia*, Græce et Latine. Textum Græcum, nunquam antea editum, ad fidem duorum codd. membran. bibliothecarum SS. synodi Mosquensis, auctoris ætate scriptorum, diligenter recensuit et repetita versione Latina Joannis Hentenii, suisque adjectis animadversionibus edidit Christian. Frider. Matthæi, collegiorum imperial. Rossicor. assessor, et academiæ Vitemberg. Græc. litt., professor. tom. I (in duab. part.) complectens præfationes et Evangelium Matthæi. — tom. II complectens Evangelia Marci et Lucæ. — tom. III complectens Evangelium Joannis, animadversiones J. Hentenii, editoris et indicem. Lipsiæ, 1792, 8. impensis Weidmann. Ad præfat. cl. editoris doctam lectuque dignissimam, in qua de Euthymio, codd. etc. judicat, aliquoties jam provocavi.— Suæ præfationi adjecit plura alia, notatu digna: 1) ex Richard Simon *Histoire critique des principaux commentateurs du Nouveau Testam.* cap. 29, p. 409 sqq. ed. Rotterd. 1693, 4 de Euthymii Comm. in quatuor Evang. et duobus codd. Paris. 2) Fabricii notitiam, h. l. datam, cum notis, in quarum prima observat Matthæi, a Voigtio in cat. libr. rar., pag. 734. et ab aliis memorari edit. Paris. 1544, 8 apud Jo. Reigny. excud. Carol. Guillard. Enimvero illi tamen videtur Lovaniensis esse princeps, et pro 1544 legendum esse 1547: (adde quæ in sq. nota sunt ascripta). Sequuntur excerpta ex Phil. Labbe tomo I, Diss. histor. in Bellarminum, — ex Ernest. institutione interpr. N. T. — longus et egregius locus ex cel. I. Aug. Noesselti Comm. *De catenis Patrum Græcor.* Halæ, 1762, IV, p. 23 sqq. tum Jo. Hentenii epistola dedicatoria, scripta Lovan. 1543, sexto Idus Augusti; ejusdem admonitio de auctore horum commentarr. ex edit. Lovan. 1544, fol. cum notis; (Hentenius Euthymium cognominat Zigabonum :) ejusdem præfatio: ejusd. plura loca, in quibus ejus exemplar discedit a Græcis, cum animadversionibus, in quibus Matthæi V. C. de pluribus N. T. locis variisque lect. judicat, atque in Origenem et Erasmum interdum graviter invehitur, aliæque Hentenii observat. Porro a pag. 122, repetendum curavit pluribusque illustravit notis criticis Jo. Millii examen codicis Euthymii Barocciani ex ejus prolegomenis in N. T. § 1073 — 1079. Posthæc p. 132 — 205 posuit, aspersis notis criticis, lectiones varias utriusque cod. Mosquensis ad quatuor Evangelia, quorum quidem contextum, auctore operis redemptore, omisit, eumque breviter tantum ante singula scholia notavit. Denique Roberti Holmes brevis notitia duorum codd. Euthymii Baroccianorum. Conf. etiam longam censuram in : — Neue allgem. deutsche. Biblioth. Anhang zum 1 — 28, Bande, Kilonii 1799, pag. 470 — 490 coll. Matthæi quibusdam obss. in quibus quædam censoris dubitationes tolluntur aliaque adnotantur in Lips. A. L. Anz. 1800, n. 115, pag. 1127, ubi quoque brevis fit commemoratio Euthymii Opusculi inediti: Εὐθυμίου μοναχοῦ τοῦ Ζηγαβηνοῦ κεφάλαια ιβ', εἰς τὸ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα, in cod. Mosquensi bombyc. sæc. XIV, in 4. Inc. εἰ ἁπλοῦν μὲν τὸ Πνεῦμα. — Add. Foggin. l. c., pag. 6, qui memorat cod. Vatic. DCLXV, qui comm., in duo tantum priores evangelistas, Matthæum et Marcum, continet, et cod. DCLXIX, in quo est ejus explanatio in canticum Zachariæ in evang. Lucæ, atque cod. DCXXXVI, qui servat Euth. comm. in Pauli epistolas. — In cod. III Barocc. exstat Novi Testamenti pars cum Gr. scholiis, margini ascriptis minutissimo charactere. ‹ Incipit, ait confector Catalogi codd. Angliæ, tom. 1, p. 1, a c. 11, Act. v, 13, desinit vero in Apoc. XX, 1. Scholia hæc desumi videntur e Commentariis Œcumenii et Euthymii, › (hic esse videtur II cod. ab Holmesio descriptus). — In cod. XXVIII Barocc. Euthymii Zygabeni catena in quatuor Evangel., e Chrysostomo, uti ait idem confector pag. 3 præcipue, etiam ex aliis Patribus, conferente interdum symbolam suam ipso Euthymio. Hic esse videtur cod. quem uberius descripsit Millius. Enimvero

veus (*d*), Elias du Pin, atque alii. Latine e præclaro codice bibl. cœnobii Deiparæ Virginis Guadalupensis ord. D. Hieronymi in regno Castellæ, transtulit Io. Hentenius, accuratior Zino, Sauloque interpres, cujus versio prodiit primum Lovanii 1544. (*e*) fol. recusa Paris. 1547, 1560, 1602, 8, et in Bibliotheca Patrum tom. XIX, edit. Lugd. Duos codices Mstos Græcos hujus Commentarii, similibus, qualia Hentenius in suo reperit, scholiis instructos, in Bibl. regia Parisiensi evolvisse se testatur Rich. Simon lib. III. Historiæ criticæ Novi Test. cap. 29, in quorum altero, Mazariniano, sed recentioris manus scriptura Nicetæ tribuitur : quod non magis credibile, quam eorum conjectura, qui vel Œcumenio vel Ammonio, nescio cui, vel Theophylacto ascribere voluerunt. Plura loca Græce ex hoc Commentario prodocit Simonius, tum hoc capite, tum lib. I, p. 120, 145, et lib. III, pag. 84, et magni eum facit imprimis, assentiturque Maldonato, qui ad Matth. XVII, 8 Euthymium in verborum proprietatibus observandis diligentissimum esse observavit. Inter scriptores, e quibus aurea Thomæ Aquinatis catena in Evangelia collecta est, Euthymii nomen in recentioribus quibusdam editionibus additum, in antiquioribus et in Romana anni 1670, desideratur. Vide Simonis hist. criticam Novi Test. lib. III, p. 409 et 473.

IX. *Commentarius in epistolas Pauli*, itidem ex Chrysostomo et aliis Patribus studiose collectus, quem Romæ ms. Græce servari pridem Gesnerus scripsit. [V. ad n. 8.] Ex commentario Euthymii in epist. ad Timotheum nonnulla affert Allatius p. 196, *De interstitiis ordinum apud Græcos*. In codice ms. Vindobonensi libri primi Panopliæ Euthymianæ sequitur Hypothesis epistolæ ad Romanos, forte quam Euthymius suis in Paulum commentariis præmiserat.

X. *Commentarius in epistolas catholicas*, quem Græce ms. in bibl. Joannis Sambuci exstitisse, ex Simlero Caveus adnotavit.

collectionem illam male dici catenam ab Millio aliisque, sed rectius vocari Euthymii commentarium, quoniam in Euthymio, qui ex pluribus partibus opus fecisset perpetuum, sit nexus, monet cl. Matthæi in præfat. pag. 123, not. *g*, add. Fabric. infra in hoc vol. p. 787, 16 vet. edit. qui sect. 17 agit quoque de Thomæ Aquinatis catena aurea in quatuor Evangelia. Cum cod. Barocc. XXVIII conspirare videtur cod. Taur. reg. XLIII quantum ex initio singulorum Evangeliorum conjicere licet : nullibi quidem adjectum est auctoris nomen ; sed Euthymio eum comment. esse ascribendum docet confector cat. codd. Gr. Taur. qui pag. 149 sq. copiose recenset illum codicem. Harl.

(*d*) In nova ed. Basil. 1745, tom. II, p. 199, ubi Caveus de Euthymio, scriptis, codd. atque edit. uberius disserit, id correctum est. Harl.

(*e*) Quod Hentenius in admonitione scripserat : « Cum hos commentarios ante aliquot menses [s. an. 1543, sexto id. Aug., ut ex ejus præfat. intelligitur,] in lucem ederemus, nec certi quidquam haberemus, quod de auctore divinaremus, aliorum magis, quam nostrum secuti judicium, præfati sumus, quibusdam] videri auctorem esse Œcumenium, — [quod tamen negat Matthæi ad h. l. in præf. p. 74, not. *c*]. — Nunc vero eumdem nacti auctorem in Psalmos Davidicos et in Cantica — jam secundo typis excusum certissimo certius ausi sumus ferre judicium, horum comment. auctorem esse Euthymium Zigabonum (sic) — maluimus in his, quæ nondum distracta erant, exemplaribus, studioso lectori id indicare, quam eum diutius suspensum tenere. — Anno 1544, Nonis Februarii, » ex his colligit Hamberger. l. c. pag. 83, probabile esse, 1) quædam exemplaria vel sine ulla nominis auctoris in fronte libri significatione, vel addito Œcumenii nomine, edita esse, 2) eaque in inscriptione notata esse an. 1543. Sed dubitat cl. Matthæi, in not. *e* ad Hentenii admonitionem p. 75 arbitrans, vocabulum ambiguum, *excusum*, ad comment. in Psalmos esse potius referendum ; et quod in ed. comm. in quatuor Evang. an. 1544, in indice scribitur, « liber hic neque Græce neque Latine antea typis unquam excusus est » atque in fine admonitionis, in his, quæ nondum distracta erant, putat, hanc esse edit. principem, mutato tantum indice. — In cod. Vatic. DCCCXX, p. 301, occurrit Euthymii ἐγκώμιον εἰς τὴν προσκύνησιν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, καὶ εἰς τὰ ἐγκαίνια τῆς ἁγίας αὐτῆς σοροῦ τῆς ἐν Χαλκοπρατείοις, teste Fogginio l. c. p. 7, sq. ubi multus est de Chalcopratiis et sanctis soris, seu thecis. Sic enim appellabantur tum capsa, qua vestis et codices sepulcrales B. Mariæ continebantur, tum ædes, in qua depositæ illæ reliquiæ asservabantur. Harl.

JOANNI CHRISTOPHORO AMADUTIO

NICOLAUS FOGGINIUS S. D.

(*Anecdota litteraria e mss. codicibus eruta.* Tom. IV, Romæ, 1783.)

—

I. En, vir clarissime, opusculum Græcum (*a*), quod inter schedas meas ex cod. ms. descriptas, etsi mutilum, visum est tamen tibi aptum ut intersereres tomo IV Anecdotorum, quorum editionem reipublicæ litterariæ bono diligenter curas. Illud ante hos plures annos descripsi ex codice Vaticano 840, qui olim fuit Antonii Augustini archiepiscopi Tarraconensis ; et quia dum in Latinum

(*a*) Hoc est, librum *contra Bogomilos*, quem in hac editione recudimus. Ed. Patr.

idioma converterem, complura adnotavi, tum quod attinet ad auctorem Opusculi, tum ad ea quæ in ipso Opusculo leguntur, has quoque adnotationes ad te mitto, quibus uti poteris, ut tibi magis placuerit.

III Itaque hoc primum adnotaveram, Euthymium Zygabenum Opusculi auctorem monasticam vitam egisse Constantinopoli in monasterio Peribleptæ, et doctrinæ laude inclaruisse a tempore Alexii I Comneni, cui acceptissimus fuit, et cujus jussu opus composuit inscriptum: *Panoplia dogmatica orthodoxæ fidei adversus omnes hæreticos ex Patrum scriptis contexta.* Marquardus Freherus (1) sub Alexio II Euthymium Panopliam concinnasse asseruit; sed erravit profecto toto cœlo, et hoc ex eo facile liquet, quod Anna Comnena celeberrima Alexii I filia luculentam hujus operis mentionem fecerit (2). Hæc Panoplia Latine tantum edita est Venetiis anno 1555 ex versione Petri Francisci Zini Veronensis; quæ versio deinde recusa est Parisiis, ac tandem inserta tom. XIX Bibliothecæ PP. Lugdunensis; et falso eam in Veneta editione textu Græco munitam esse asserit Gerardus Joannes Vossius (3). Textus Græcus Panopliæ Euthymii typis excusus est primum anno 1710, Tergovisti in Walachia. Porro Zinus in sua Latina versione, quæ Euthymius contra Latinos collegerat, editor vero textus Græci integrum titulum, qui contra Saracenos est, et quem Græce cum Latina versione Joannis Jacobi Beurreri jam ediderat e cod. ms. Palatino Fridericus Sylburgius in Saracenicis, necnon etiam quædam in primis titulis, ubi de Trinitate disputatur, (hic certe veritus, ne Turcarum offensionem incurreret, ille vero fortassis ne operi auctoritatem et pretium imminueret) prætermiserunt. Itaque nullam habemus hactenus perfectam Panopliæ Euthymii editionem; quamvis huic adornandæ plures non desint codices in bibliothecis superstites. Insignis inter eos est codex Cæsareus Vindobonensis, quem ipsa Euthymii ætate scriptum putat Lambecius (4): nec minori in pretio fortasse est habendus regius Parisiensis, quem laudat Richardus Simonius (5), et quem a Zini editione in pluribus differre testatur. Præterea alium codicem præstantissimum ex Oriente secum attulit Michael Eneman Suecus, de quo fuse edisserit Joannes Albertus Fabricius (6). Etiam Bibliotheca Vaticana plures suppeditare posset codices, utique non spernendos; quos inter notatu dignus præcipue est, qui num. 1447 signatur; etenim Pachomii cujusdam monachi scholia et adnotationes in Euthymii Panopliam complectitur. Demum animadvertere juvat Panopliæ titulum XXIII, ubi de Bogomilis agitur, seorsim descriptum, veluti singularem libellum reperisse in codice Bodleiano Joh. Christophorum Wolfium, et hinc ita illum edidisse Græce et Latine in historia Bogomilorum, eruditissimis notis illustratum.

III. Præter Panopliam, Euthymius multa etiam alia digessit opera, præcipue in sacras Litteras. Commentarium in omnes Psalmos, et in sacræ Scripturæ Cantica Latinum fecit Philippus Saulus episcopus Brugnatensis, et post ejus obitum hanc versionem Paulinus Turchius ordinis Prædicatorum vulgavit Veronæ anno 1530, quæ pluries deinde, semper tamen sine Græco textu (*a*), recusa est. Solummodo præfationem, qua auctor de natura, usu, scopo, multiplici Psalmorum genere, obscuritate, variisque versionibus Græcis diligenter admodum disputat, Græce et Latine publici juris fecit Stephanus Moynius (7). Scripsit etiam Commentarium in quatuor Evangelia ex Chrysostomo, aliis que Patribus concinnatum, ex quo loca quædam Græce edidit Richardus Simonius (8): et quem integrum habemus tantummodo Latinum ex versione Joannis Hentenii, editum Lovanii anno 1544, ac deinde recusum iterum iterumque diversis in locis. Græcus hujus Commentarii textus exstat in codice Vaticano 665, mancus tamen, quia duos tantum priores evangelistas complectitur Matthæum et Marcum. Explanatio quædam in Canticum Zachariæ, quæ in codice Vaticano 669 sub Euthymii nomine descripta reperitur, an pars sit Commentarii in Evangelium Lucæ, an potius aliud peculiare opusculum mihi nunc certo non constat. Item in epistolas Pauli Commentarium ex Patribus studiose Euthymius collegit, cujus Græcus codex in eadem Vaticana bibliotheca num. 636 notatus asservatur. Is nec Græce, nec Latine editus est, nisi pauca quædam excipias, quæ ex Commentario in Epistolam ad Timotheum affert ex eodem forte codice Leo Allatius (9). Tandem Epistolas etiam Catholicas suo Commentario adornaverat, teste Guillelmo Caveio (10), sed ejus nullus mihi Græcus codex innotescit.

IV. Hisce libris, qui Euthymii sacram eruditionem testantur, plures accedunt, ex quibus ejus elucet ingenium et eloquentia. Etenim disputationem quamdam edidit de fide cum Saraceno philosopho in urbe Cappadociæ Melitene habitam, quam

(1) *In Chronographia.*
(2) *Alexiad.* lib. XV, pag. 490, edit. Reg.
(3) *De Historicis Græcis* lib. II, cap. 27.
(4) Tom. V, pag 51.
(5) *Bibliothec. select.*, tom. I, pag. 49.
(6) *Biblioth. Græca*, vol. VII, pag. 161.

(7) *Var. Sacr.*, tom. I. pag. 150.
(8) *Hist. critic. Novi Testam.* lib. I, pag. 110, 145; lib. III, pag. 84.
(9) *De interstitiis Ordin. apud Græcos*, p. 196.
(10) *Histor. litter. scriptor. ecclesiast.*, pag. 567.

(*a*) Prodierat tamen Venetiis anno 1763, cum Theophylacti operibus, et hæc scribebat Fogginius Romæ 1785! Edit Patr.

habet Græcus Vaticanus codex 952 (11) et quæ, teste Lambecio (12), asservatur etiam in Græco codice bibliothecæ Vindobonensis. Præterea sub ejusdem nomine occurrit in Vaticano codice 820 (13) oratio, cujus etiam meminit Allatius (14) inscripta : Ἐγκώμιον εἰς τὴν προσκύνησιν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, καὶ εἰς τὰ ἐγκαίνια τῆς ἁγίας αὐτῆς σοροῦ τῆς ἐν Χαλκοπρατίοις. *Encomium de cultu beatissimæ Deiparæ præstando, et de dedicatione sanctæ ejus sori, quæ est in Chalcopratiis.* Sancta sorus vel sancta theca appellabatur tum capsa ipsa, qua vestis et lodices sepulcrales B. Mariæ Virginis continebantur, tum ædes, in qua depositæ illæ reliquiæ asservabantur. Duæ autem erant hæ thecæ, altera in æde Blachernensi, Theophanonis Augustæ religione inclyta (15), ubi omophorium, seu velum Deiparæ custodiebatur, altera in æde beatæ Virginis Chalcopratiorum, ubi cæteræ vestes et fasciæ religiose custodiebantur. Jam quisque intelligit, tum Blachernas, tum Chalcopratios nomina esse locorum urbis Constantinopoleos, in quibus sacra hæc templa Deiparæ dedicata assurgebant. Disputant eruditi an hi Chalcopratii vicus quidam, seu platea fuerint, in quibus ærariæ officinæ sitæ essent, an potius legendum sit Chartopratii, ibique chartarias officinas exstitisse arbitremur. Verum quæstionem hanc, utpote huic loco minus opportunam, libens prætermittam. Nec diutius immorandum quoque opinor in perquirendo ædis hujus conditore, de quo non bene inter se conveniunt Byzantini scriptores: Id unum modo satis sit adnotasse, omnes in eo convenire, templum hoc antiquius Theodosio Juniore non fuisse. Hoc autem omnino præterire non licet, Alexium I Comnenum, cum, ærario exhausto, imminentibus imperii necessitatibus satisfacere non posset, argenteas valvas, ac vasa insuper nonnulla ex hoc templo abstulisse : quod cum ægre tulissent cives, ac in imperatorem rumores iniquos spargerent, ipse convocatis proceribus ab hoc crimine purgare se studuit, jussitque, ut in posterum ex ærario regio annuum vectigal persolveretur, ut ii alerentur, qui in hac Deiparæ æde divinas laudes quotidie celebrabant (16). Ad hujus itaque templi dedicationem pertinet panegyrica, de qua loquimur, Euthymii oratio, in qua, ut ex ejus inscriptione constat, plura etiam de cultu Deiparæ præstando disputavit. Nec male fortassis, meo quidem judicio, conjicere quis posset, ad hoc idem Chalcopratiorum Deiparæ templum esse referendum aliud Euthymii *Encomium in zonam B. Mariæ Virginis*, quod inter ms. Bodleianæ bibliothecæ codices recensetur. In eo namque templo, ut superius innuimus, vestes omnes ac fasciæ beatæ Virginis servabantur.

V. Utrum vero ascribenda Euthymio nostro sit etiam *Monodia*, sive *oratio funebris* « ad tumulum sanctissimi Thessalonicensis archiepiscopi domini Eustathii, paucis ab ejus obitu diebus recitata, » quæ sub ejus nomine in codice Bodleiano describitur, neque cum aliis affirmare ausim, nec solus inficiari. Si vere ad eum pertinet, ex ea intelligitur exactæ admodum ætatis Euthymium obiisse. Cum enim Alexii I jussu Panopliam scribere susceperit anno 1118, facile est sibi persuadere ipsum tunc in primo saltem juventæ flore fuisse. Quia vero Eustathius anno 1194, in templo S. Demetrii martyris Miroblytæ concionem habuit ad populum, concedamus licet, quod hoc ipso anno mortem obierit, ejus funebrem laudationem Euthymius nisi centum fere annos natus conficere haud potuit. Quin etiam centum annos prætergressus profecto confecisset, si habenda esset fides Alexandro Politio (17), qui Eustathium Xiphilino anno 1198 e vivis exemptо superstitem putat, quia ipse memoratur ab Joanne Citri episcopo in responsione, quam dedit Constantino Cabasilæ circa ordinem in ecclesiasticis Officiis servandum. Nam cum protecdicus seu judex, in criminalibus causis clericorum inter minora officia prius connumeratus, ad majorem gradum ab Joanne Xiphilino fuisset evectus, idque aliquorum censuram suscitasset, in ea responsione Joannes Citri episcopus inquit, id optime a Xiphilino fuisse constitutum, atque ad eam innovationem Eustathii auctoritatem accessisse, qui id summopere commendaverat. Verum hoc non evincit, ut Politus censuit, Eustathium Xiphilino fuisse superstitem, et usque ad Joannis illius episcopi tempora pervenisse; sed potius Xiphilino dum ita faciendum decrevit, suum præbuisse assensum. Quod quidem ex ipsius quoque Joannis verbis erui posse videtur ; dum enim Eustathii meminit, ea præmittit verba τοῦ ἐν ἁγίοις, quæ eum jam decessisse indicant, quoniam probos sanctosque viros in pace Christi quiescentes ita compellare consueverant.

VI. Hactenus Euthymii laudes prosecuti sumus, sed fateri oportet Græcorum schismati adhæsisse : quod potissimum constat ex libello cui titulus : Κατὰ τῶν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης, ἤτοι τῶν Ἰταλῶν, ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται τὸ ἅγιον Πνεῦμα. *Adversus Romæ veteris cives, sive Italos, quod non ex Filio procedit Spiritus sanctus.* Leo Allatius (18) pluribus contenderat orthodoxiam Euthymii comprobare, sed ab Joanne Auberto monitus, se hujusmodi libellum in bibliotheca Parisiensi invenisse, non esse amplius defensioni locum fassus est. In eam sententiam Allatius descenderat, quod in edita Panopliæ Zini versione nihil invenerat quod catho-

(11) Pag. 147.
(12) Tom. V, pag. 206.
(13) Pag. 301.
(14) *De Symeonum scriptis*, pag. 108.
(15) Vid. Theoph. pag. 223.

(16) Vid. Annam Comnen. *Alexiad.* lib. XV, p. 157.
(17) *In Præfat. ad Comment. Eustathii in Homer.* pag. 16 et 17.
(18) *De utriusq. Eccles. consens.* lib. XI, cap. 10, pag. 642.

licæ fidei et Latinæ Ecclesiæ adversaretur; at in codice Græco, quem supra laudavimus, Michaelis Eneman, exstat titulus XIII, qui ex Photio decerptus est, totusque contra Romanos processionem Spiritus sancti a Patre et Filio asserentes conscriptus. Idipsum invenitur in alio etiam codice ms. Panopliæ, qui exstat in bibliotheca Regia Parisiensi, num. 1231; et hinc constat, prædictum libellum nihil esse aliud, nisi titulum XIII Panopliæ separatim descriptum, tum in duobus codicibus regiis (19), quorum unus ad manus venit Auberti, tum in tribus Vaticanis (20), qui omnes miscellas quasdam variorum excerptorum complectuntur. Hoc Bigotium olim animadvertisse testatur epistola, quam in Bibliotheca critica (21) edidit Saingiorius. Præterea alium quoque Euthymii libellum habemus in ms. codice Vaticano Palatino 361, in quo ille contendit, Christum magna quinta feria cum discipulis suis legale Pascha celebrasse; et hinc intelligitur, non modo defensionem suscepisse errorum Photii, sed etiam errorum in quos incidit Michael Cærularius. An hic quoque libellus ex Panoplia excerptus sit, certo affirmare non audeo, cum integrum ad manus non habeam Græcum textum Panopliæ. Attamen ita esse vehementer suspicor ex eo quod scriptor Græcus a Leone Allatio (22) citatus narrat, Alexium Comnenum Zigabeno Joannique Furno jussisse ἐκ πάντων τῶν θείων βίβλων λόγους ἐρανισάμενοι κατὰ τῶν αἱρέσεων τὴν δογματικὴν Πανοπλίαν συνέταξαν· καὶ κατ' αὐτῶν δὴ Ἰταλῶν διὰ τὴν προσθήκην τοῦ ἁγίου Συμβόλου καὶ τὰ ἄζυμα, *ut ex omnibus divinis commentariis sententias colligentes contra hæreses dogmaticam Panopliam componerent; et contra eosdem Italos propter additionem in sacro Symbolo et azyma.* Quod si de azymis Euthymius in Panoplia scripsit, frustra sane Leo Allatius (23) asseruit ex hoc capite erroris argui Euthymium non posse, quia adiaphoram quæstionem prosecutus esset. Cum enim Panopliam ad confutandas hæreticas quæstiones exaraverit, manifesto statim argui potest, Latinorum sententiam, et ritum ita oppugnasse, ut illam hæreseos insimulaverit, et hunc modo non illicitum, sed etiam uti invalidum et nullum rejecerit; in quo præcipue Michael Cærularius ejusque sectatores a recta fide aberrabant, et ob quam potissimum causam eos Leo IX Pontifex refutaverat atque damnaverat.

VII. Jam vero, ut ad opusculum, quod modo vulgandum est, propriusʼ accedam, Euthymius contra Bogomilos illud concinnavit quorum hæresim alio quoque singulari opusculo insectatus est, quod integrum Græce et Latine eruditisque notis auctum et illustratum ex codice Vindobonensi in quo velut appendix Panopliæ legitur, edidit Jacobus Tollius (24). Inscriptum est: *Victoria, seu triumphus de impia Massalianorum secta*, quia in eo non rationum momentis Bogomilorum errores discutiuntur ac refutantur, sed singuli, uti jam refutati, anathematizantur. Codicem illum Vindobonensem jam descripserat Lambecius (25), et speciminis loco primos tres anathematismos vulgaverat. Idem Lambecius (26) nos docet in bibliotheca Vindobonensi aliquas etiam reperiisse epistolas contra Phundagiagitas, seu Bogomilos conscriptas, missasque a monasterio Periblepta in patriam suam, quarum epigraphem Tollius Græce recitat cum Latina versione, in qua verba τῆς μονῆς τῆς Περιβλέπτου *illustris cœnobii* Latine reddidit; sed rectius sane reddidisset *cœnobii Peribleptæ*, hanc Græcam vocem intactam relinquens, quia est veluti cognomen illius cœnobii, quo utebantur tanquam epitheto Virginis Deiparæ, cui cœnobium hoc erat dedicatum, ut ab aliis quæ erant Constantinopoli, cœnobiis ac templis eidem Deiparæ sacris distingueretur.

VIII. Qui fuerint Bogomilorum errores, necessarium non est hic exponere, quoniam vel ex iis solum, quæ in hoc libello narrat Euthymius, satis innotescunt. Appellabantur autem Bogomili ex voce *Bog*, quæ Bulgarorum lingua significat *Deum*, et voce *omilui*, quo verbo apud eosdem exprimitur *miserere*, quasi illi essent qui Dei misericordiam implorabant (27). Iidem Bogomili dicti sunt etiam Phundagiatæ, vel Phundaitæ ex eo, ut conjicit Cotelerius (28), quod marsupia ad colligendas eleemosynas gerebant: φοῦνδα enim apud Græcos sequioris ævi scriptores pro marsupio indicando reperitur. Præterea aliis etiam nominibus distinguebantur, nam et Massaliani, et Euchitæ, et Enthusiastæ, et Encratitæ, et Marcionitæ dicebantur, ut ex eodem Euthymio constat: quæ omnia Bogomilorum nomina prolixe admodum et erudite in adnotationibus suis Tollius (29) exposuit. At præ cæteris notatu dignum est nomen, quod Euthymius in hoc opusculo asserit Bogomilos sibi tribuisse, nempe *Christopolitas*, seu *Christi cives*; hoc enim nomine, quo specialem erga eos Christi dilectionem ostentabant, appellari gaudebant, ut facilius simpliciores in eorum errores pertraherent (30). Atque eamdem etiam ob causam mona-

(19) Cod. 1371, n. 21, et Cod. 2782, num. 5.
(20) Cod. 579, pag. 189., Cod. 680, pag. 438, et Cod. 717, pag. 199.
(21) Tom. III, cap. 21, pag. 97.
(22) *De utriusque Eccles. consens.* lib. XI, cap. 10, pag. 643.
(23) *De consens.*, p. 462.
(24) *Insignia itinerar. Italic.* pag. 106 et seqq.
(25) Tom. III, pag. 71.
(26) Tom. V, pag 38, 127, 134.
(27) Vid. cl. Præsulem Stephanum Borgiam in *Comment. de Cruce Vatic.* cap. 7, pag. 79. adn.(b)
(28) In notis ad pag. 144, tom. I, *Monument. Græc.*
(29) *Insignia itiner. Ital.* pag. 110, et seqq.
(30) Consule adnotationem, quam ad hoc nomen apposuit Tollius, pag. 122, num. 12.

sticam vitam profitebantur, tantamque sanctitatis speciem exterius simulabant, ut quasi omnis perfectionis cultores viderentur. Hanc eorum vitæ rationem ad vivum et eleganter describit oculata testis Anna Comnena (31), cujus tamen verba modo hic afferre non vacat.

IX. Inquirendum est potius quomodo impia Bogomilorum dogmata Periblepta monachos infecerint. Equidem in ea sum sententia, Bogomilos in unum quoddam collegium coaluisse, in quo monasticum vitæ institutum profiteri simularent. Causam cur ita sentiendum suspicor præbet mihi primum Christopolitarum nomen, quod eorum societati fecerunt; ac deinde Annæ Comnenæ (32) narratio, scribentis Basilium novæ hujus sectæ auctorem duodecim sibi discipulos adjunxisse, quos et apostolos, ad Manetis exemplum, nominaverat. Ex hac enim narratione statim subit opinio, eos non communem cum aliis monachis vitam egisse, sed inter se tantum iniisse societatem; eo magis quod quasdam etiam discipulas iis fuisse immistas ab eadem Anna affirmatur. At vero patefacta demum Bogomilorum hæresi ac hypocrisi, et Basilio, jussu Alexii Comneni, in Hippodromo regiæ urbis exusto, impia hæc societas dissoluta est ac dispersa, ejusque errores damnati. Attamen sicuti quotidie usuvenire conspicimus, ut si quando error aliquis menti cujuspiam insederit, non facile animus ab eo retrahitur, ita de Bogomilis accidit. Nam sex et viginti annos postquam eorum hæresis damnata fuerat, Nipho quidam monachus illam rursus innovare jam cœperat, non paucis in suam sententiam pertractis. Quod cum delatum esset ad Manuelem Comnenum, Alexii I ex filio Joanne nepotem, qui tunc imperabat, synodum Constantinopoli cogi jussit, ut Niphonis causa discuteretur. Congregata ea synodus fuit anno 1144, pridie Idus Octobris, in Thomaite seu patriarchali triclinio, præsidente Michaele Oxita patriarcha, ac Manuele Comneno imperatore, pluribusque episcopis et optimatibus assidentibus, qui accersito Niphone, et de ejus sententiis perquisito, cum male eum in fide sentire deprehendissent, in monasterium Periblepta interim relegandum censuere, monentes abbatem, cæterosque monachos, ut neque ipsi cum eo colloquerentur, neque cuivis extra monasterium degenti ad eum aditus permitterent. Res tamen non cessit ex voto. Nipho enim, arrepta occasione, cum quibusdam Periblepta monachis paulatim cœpit instituere colloquia, et hæreseos suæ virus eis propinare; ob quam causam ejusdem synodi Patres, ne pestis illa monachorum mentes depasceret, Niphonem monasterio extractum, ac igne et aqua interdictum longius exsulare coegerunt. Utrumque synodale decretum, quo hæc acta constitutaque fuerunt, Græce et Latine edidit Leo Allatius (33). Quamobrem non male, ut arbitror, conjicere quis poterit, tum primum ex Niphonis consuetudine quosdam Periblepta monachos Bogomilorum errores fuisse amplexos.

X. Quanam vero ratione Euthymius horum monachorum pravitatem detexerit, eorumque deliramenta didicerit, ipse in hoc libello longius enarrandum aggreditur. Atque hic adnotes velim, Euthymium, ut melius rem totam cognosceret, imitatum fuisse Alexium Comnenum, qui Basilium comiter in palatio excepit simulans cordi sibi esse ejus dogmata ediscere, ut ille impietatis suæ venenum confidentius evomeret (34). Porro præcipuum Bogomilorum dogma totum ex Manetis doctrina desumptum erat; duo enim principia, quorum unum esset bonum, alterum malum, astruebant. Principium malum Dei nomine decorabant, ac divinis percolebant honoribus, ut in hoc libello innuit Euthymius, ac luculentius affirmat in Panoplia (35), ubi inquit Bogomilos *dæmonem Filio Verbo natu majorem, præstantioremque, utpote Primogenitum*, credidisse. Insurgit hic adversus Euthymium Beausobrius in sua, quam digessit Manichæorum historia (36), nimisque impudenter asserit, eum dolo malo tantam Bogomilis impietatem tribuisse. Nemini enim, ut ipse inquit, erit persuasum, Christianam sectam, quæ cruci et imaginibus omnem cultum præstare renuebat, Satanam Verbo præstantiorem credidisse. At vero totum Beausobrii sophisma corruit, si advertamus Manichæos, quorum germen erant Bogomili, cruci, Deiparæ, et imaginibus cultum ideo denegasse, quia illum tanquam idololatriam impie respuebant. Etenim sacrilega hæc secta Christum ex Maria Virgine nec gigni, nec nasci potuisse affirmabat, quia si vere genitus, natusque fuisset, non nisi per Satanæ vincula carni illigari potuisset. Ex quo eodem principio statuebant quoque, Christi mortem non veram, sed fallacem, et simulatam fuisse. Plura hanc in rem congessit contra Beausobrium ipsum in Alphabeto Tibetano vir longe doctissimus Augustinus Antonius Georgius (37). Ex his autem facile quisque intelligit, pseudochristianam illam sectam nec Deiparam, nec crucem venerari ullo modo debuisse, quia Christus nec in Virgine carnem susceperat, nec in crucis ligno vere obierat. Idipsum sentiebant etiam de sanctis cum Christo in cœlis regnantibus, quos item tanquam idololatrarum inventa aversabantur. Contra vero quis non videt, ideo tantam erga Satanam habuisse reverentiam, quod is tanquam Deus habitus apud illos fuerit, tantaque præditus potentia, ut

(31) *Alexiad.* lib. xv, pag. 486.
(32) *Ibid.*, pag, 847.
(33) *De utriusq. Eccles. consens.* lib. II, cap. 12, pag. 680, et seqq.
(34) Vid. Annam Comn. *Alexiad.* lib. xv, pag. 487.
(35) Titul. XXIII. § 6.
(36) *Histoire critique de Manichée*, etc. lib, III, cap. 5, § 6 pag. 524.
(37) Pag. 207, 208.

eidem mundi hujus opificium, hominisque creationem tribuerint ? Negavit certe callidus Calvinianus, Manichæos unquam principem tenebrarum Dei nomine honorasse, at quam immerito id fecerit, laudatus Georgius (38) satis edocuit.

XI. Præstat modo præcipuum Beausobrii argumentum exponere, quo nititur demonstrare, Bogomilos dum Satanam Verbo natu majorem dixerunt, recte in fide sensisse, Euthymiumque hujus sententiæ sensum ex industria pervertisse, ut inde tantam adversus eos calumniam confingeret. Duæ sunt, inquit, sententiæ, quas aliqui veteres scriptores catholici secuti sunt ; prima scilicet quod divinum Verbum hypostasim propriam habuerit primum a mundi creatione , altera, quod Satanas et angeli pluribus ante mundum hunc visibilem sæculis exstiterint. Itaque cum Bogomilis placuerit angelorum creationem ante mundum statuere, cumque Verbum divinum in mundi creatione hypostasim propriam habere cœperit, inde concludit, quod sine hæresi ii affirmare potuerunt, Satanam Verbo natu majorem esse. Hoc tamen Calviniani hominis deliramentum, quod prima fronte simplicioribus fortasse posset fucum facere, si paulo perpendamus, nullius prorsus est roboris. Atque, ut ab eo exordiar, quod absque ulla religionis injuria affirmari posset, angelos nempe pluribus ante mundum hunc visibilem sæculis fuisse creatos, ei ultro concedam. Quod vero ad alteram sententiam attinet, quam pro catholica confidenter obtrudit, notandum est per veteres illos scriptores catholicos Tatianum potissimum et Athenagoram designare voluisse, quasi eorum fuerit opinio, ut credidit etiam Petavius (39), Verbum divinum non ante mundi creationem propriam hypostasim habuisse. At, licet obscurius veteres hi Patres de Verbi generatione locuti sint, nunquam tamen quidquam dixerunt, quod ejus divinitati, æternitati et personalitati possit officere. Ac revera quod ad Tatianum pertinet, ait sane, in principio Verbum fuisse in Patre, utique ut in persona consubstantiali, cum quo omnia sustentabat ; quibus in verbis manifesto ejus divinitatem atque æternitatem ostendit. Dum vero addit, quod Verbum ex Patre prodierit quando ad mundi creationem progressum est, intelligit, quod Deus per Filium omnibus paternis ideis et attributis instructum omnia creaverit. Ac quamvis inter Verbi progressionem rerumque creationem necessariam ponat connexionem, tamen juxta eumdem Tatianum ita Verbum a Patre in rerum creatione progressum est, ut ab eo abscissum et separatum non fuerit, quia si abscissum fuisset, Pater ἄλογος foret. Itaque falso omnino asseritur, Tatianum sensisse, divinum Verbum hypostasim propriam habuisse in mundi creatione : nam id tantum astruit, Verbum illud, quod ab æterno in Patre omnia sustentabat, tum in rerum creatione ex Patre prodiisse, quia omnia per ipsum facta sunt. Eadem fere ratione Athenagoras quoque de Verbi divinitate disseruit. Dicit enim quod Deus, cum sit mens æterna, habuit ab æterno in seipso Verbum, utpote ab æterno rationalis : et quod hoc Verbum prodierit, ut omnium creatarum rerum idea, et operatio exsisteret. Constat autem voluisse Athenagoram hisce in verbis hoc solum docere, per Verbum res omnes creatas esse, quoniam Filius aliquo modo dici potest Dei ratio, mens, sapientia, et operativa potentia, quæ primum in rerum creatione exterius prodiit. Hanc sententiam probavit quoque S. Augustinus, ubi illud Joannis *In principio erat Verbum* exponens : *Hoc loco*, inquit (40), *melius Verbum interpretamur, ut significetur non solum ad Patrem respectus, sed ad illa etiam, quæ per Verbum facta sunt, operativa potentia.* Habuit ergo Verbum propriam ac distinctam hypostasim ab æterno dum omnia cum Patre sustentabat, sed in rerum creatione patuit quodammodo, quia omnia per Verbum facta sunt. Ad hæc, ut magis eluceat infelix Beausobrii vafrities, animadvertere juvat, quod etiam admisso hoc errore, Verbum propriam habuisse hypostasim ex rerum creatione, necnon illa sententia angelos ante mundum creatos esse, nullatenus sequeretur anteriorem fuisse huic hypostasi Satanam ; tunc enim Verbum non in mundi, sed in angelorum creatione hypostasim habuisset, quia tunc extra Patrem prodiisset: ac proinde semper Verbi hypostasis angelorum creationem præcessisset.

XII. Cætera Bogomilicæ sectæ placita memorat in hoc libello Euthymius, neque est opus de singulis disserere. Fortassis distinctim illa Euthymius refutaverat, sed in codice Vaticano solum supersunt argumenta, quibus urget Bogomilos in eo, quod pertinet ad mortuorum resurrectionem. Ut autem eam certe futuram probet, opponit primum hæretico fidei Nicænæ symbolum trecentorum decem et octo Patrum auctoritate firmatum ; deinde vero concilium Chalcedonense, cujus auctoritati ut magis fidem conciliet, miraculum quoddam describit a Deo patratum per S. Euphemiam martyrem in cujus basilica hujus concilii Patres ab imperatore Marciano congregati fuerunt. Complures scriptores ejusdem miraculi meminere, sed alii ipsiu concilii tempore, alii absoluto demum concilio illud evenisse narrant. Posteriorem sententiam secuti sunt Michael Glycas (41) ac Zonaras (42) : scribunt enim quod cum Eutychis Dioscorique fautores decreta concilii subsannarent, ejusque auctoritatem non veritate, sed potentia imperatoris niti dicerent, atque ita pravitatem sententiæ suæ stabilire cona-

(38) *Histoire critique de Manichée* lib. III, pag. 25.
(39) *De Trinit.* lib. I, cap. 3.
(40) Quæst. 63.

(41) *Annal.* Par. IV, pag. 263.
(42) *Annal.* lib. XIII, cap. 25.

rentur, Anatolius patriarcha, adversariis convocatis, proposuit ut unaquæque pars propriæ fidei symbolum libello inscriberet, et in loculo S. Euphemiæ uterque libellus deponeretur, ut gloriosa hæc martyr de veritate rectæ fidei judicium ferret ac testimonium. Hoc autem consilium cum et hæreticis placuisset, remoto lapide, qui loculum claudebat, duo libelli supra sanctæ martyris pectus positi sunt, et deinde loculus non modo iterum clausus, sed etiam utriusque partis sigillis munitus et obsignatus. Post triduum cum convenissent, imperatore etiam præsente, aperto loculo, hæreticorum libellus ad pedes martyris projectus, alter vero in manu ejus dextra inventus est. Verum ne huic Zonaræ Glycæque narrationi protinus fidem nostram præstemus prohibet Evagrii, aliorumque, qui de concilio Chalcedonensi scripsere, silentium; cum minus certe probabile videatur rem adeo mirabilem, ac recordatione dignissimam tum demum tot a concilio elapsis sæculis primum innotuisse. At vero magis procul dubio a veritate abhorret Theodori Besti, et Constantini Tii episcopi (43) opinio, quam Euthymius quoque amplexus est, qui hoc miraculum ipsius concilii tempore operatum fuisse affirmant. Ut enim egregie animadvertit Baronius (44), si hoc fidei experimentum a concilii Patribus tentatum fuisset, sane acta tunc diligenter conscripta tantum hoc miraculum nullo modo siluissent. Accedit insuper, quod nunquam Patres in œcumenicis conciliis ex miraculis quæsierunt dogmatum veritatem, quam ex divinis imprimis Scripturis, et antiquis Ecclesiæ traditionibus, ac demum ex sanctorum Patrum assertionibus quærere, proponere, affirmare, atque stabilire consueverunt. Quapropter eruditis viris libenter assentior, qui opinati sunt hoc miraculum posterioribus sæculis fuisse omnino confictum, piamque hanc fabellam ex ipsis concilii actis non bene intellectis profluxisse. Patres namque Chalcedonenses, absoluto concilio, ut ostenderent omnia, quæ in concilio feliciter gesta fuerant, patrocinio et auspiciis S. Euphemiæ esse referenda, ita in litteris ad S. Leonem pontificem datis loquuntur (45): *Deus enim erat qui operabatur, et quæ suo thalamo concilium coronavit ornata decore victoriæ Euphemia: quæ tanquam propriam confessionem fidei definitionem suscipiens a nobis, suo sponso per piissimum imperatorem, et amicam Christi Augustam obtulit, omnem quidem perturbationem contrariorum sedans, veritatis autem confessionem roborans, ut amicam, et manu, ac lingua universorum decretis pro demonstratione subscribens.* Præterea observandum est quoque, pictores veteres, ut hoc ipsum Euphemiæ martyris erga concilium patrocinium exprimerent, eam volumen manu tenentem quandoque in tabulis effinxisse, tanquam fidei professionem Patrum Chalcedonensium Deo offerentem; etenim probabile valde videtur quod hujusmodi etiam picturæ Græcis sequioris ævi miraculum illud comminiscendi præbuerint argumentum.

XIII. Nec falsum est minus aliud, quod Euthymius statim subdit, S. Basilii miraculum, etsi omnibus manifestum asserat. Ejus summa hæc est. Cum Ariani Valentis imperatoris freti potentia, ex Nicæna ecclesia catholicos militari manu ejecissent, orthodoxus populus ad S. Basilium accurrit multo clamore imperatoris injuriam expostulans, ob quam causam imperatorem Valentem ille adiit, ac tanta cum eloquentia tanquam violati juris reum libere increpavit, ut imperator rei judicium ipsi S. Basilio commiserit. Reversus itaque S. Basilius Nicæam pactum cum Arianis firmavit, ut clausis ecclesiæ januis, sigilloque obsignatis, utri populo post triduum eæ sponte patuissent, is ecclesia potiretur. Cum autem Ariani tres dies noctesque precando insumpsissent, sed inde supplices ad ecclesiam incassum progressi essent, tunc Basilius templum S. Diomedis martyris extra civitatem oraturus ingressus est, et expleta nocte pervigili populum ad urbem reduxit; et cum ad ecclesiam accessisset, clausæ obsignatæque ejus fores statim apertæ sunt tanquam vehementi aura pulsæ, et ad muros illisæ. Hæc est historia, quam pro certa et inconcussa in medium afferre non dubitat Euthymius, sed quæ profecto nimis imbecillo nititur fundamento. Scriptor Græcus, qui primus miraculi hujus meminit, est auctor Vitæ S. Basilii, quæ sæculo VIII, vel potius IX prodiit. Fuere quidem nonnulli, qui hanc Vitam S. Amphilochio Iconiensi episcopo, ipsique Basilio familiarissimo facile tribuerunt, quia in mss. codicibus sub Amphilochii nomine reperitur descripta, et quia certo scimus S. Amphilochium episcopum Iconiensem quoddam encomium S. Basilii posteris reliquisse. Verum encomium hoc ad nos usque pervenit, et ab hac vita stylo differt, et rebus. Quare communis criticorum est sententia, Amphilochium Vitæ S. Basilii scriptorem post tempora longa ab ætate sancti doctoris vixisse, et res non a se visas, sed in vulgus sparsas sine delectu descripsisse, et fortasse Amphilochii nomen sibi assumpsisse, ut operi suo auctoritatem conciliaret et fidem. Communi huic judicio adversatus est Franciscus Combefisius, cui hanc quoque Vitam S. Basilii S. Amphilochio episcopo placuit vindicare; compulsus est tamen et ipse fateri fuisse illam a monachis, per quorum manus decursu temporum transiit, interpolatam, et vulgaribus traditionibus, ni mavis etiam confictis ad ornatum mirificis narrationibus commistam, et auctam. Græcum hujus Vitæ textum Latine reddidit Ursus, S. R. E. subdiaconus, Anastasio Bibliothecario coævus; et

(43) In *historia inventionis*, etc. num. IX.
(44) Ad annum 451, num. 122.

(45) Inter *Epist. S. Leonis Magni*, ep. 98, tom. I.

quia plura occurrunt in hac versione vel immutata, vel adjecta, vel omissa, necesse est dicere quod Ursus aut codicem ad manus habuerit puriorem, aut quod æquum bonumque duxerit non modo interpretis sibi partes sumere, sed etiam judicis. Porro quia inter omissa hoc ipsum est ab Euthymio memoratum miraculum, manifesto patet, etiam ante Euthymii ætatem illud vel pro penitus falso, vel saltem pro valde dubio fuisse habitum.

XIV. Hæc sunt, vir cl., quæ in meis schedis adnotaveram de Euthymio Zigabeno, et de ejus libro invectivo contra Bogomilos, cujus fragmentum ineditum, a me ex Vaticano codice olim descriptum, nunc juris tui libens facio. Plura adjicere potuissem ; sed esset profecto præter propositum tuum edendi veterum scriptorum anecdota, si tibi mitterem prolixum de Bogomilorum historia tractatum. Vale.

EUTHYMII ZIGABENI

COMMENTARIA

IN PSALMOS

ANT. BONGIOVANNI PRÆFATIO.

Si quis scire cupit quid in causa nobis fuerit, quamobrem istos Zigabeni Commentarios in Theophylacti operum editione locaremus (a) ; si paulum is attenderit ad ea quæ in Præfatione supra diximus, id ipse per se facile intelliget. Cum enim deessent Theophylacti Commentaria in septem prophetas minores ; eaque quæ in codice Bavarico continerentur, non Theophylacti, sed Theodoreti esse compertum habuerimus, necesse propterea fuit ad aliud alterius scriptoris opus confugere, quo quartus hic tomus compleretur. Multa porro nobis ex manuscriptis codicibus suppetebant præstantium auctorum opera, nondum vulgata, omnia sane digna quæ in lucem proferrentur. Ex his tamen delegimus Euthymii Zigabeni Commentaria in Psalmos, duabus de causis : altera quod Theophylacto par ingenio est Zigabenus ; altera, quod id opus ejusdem plane generis est, cujus Theophylacti scripta, quæ in sacris Scripturis interpretandis versarentur.

Venio nunc ad Latinam interpretationem. Ea est Sauli, episcopi Brugnatensis, qui, ut fere fit, plura modo, modo pauciora in codice suo reperit, quam in codice Veneto reperiantur. Interdum etiam quædam ex ingenio suo addit, explanationis gratia. Quæ itaque duobus uncis istis () clauduntur, ea in codice Veneto desiderantur; quæ vero signis his «» notantur, ea desunt in codice, quo usus est Latinus idem interpres ; eaque ex codice Veneto Græce et Latine primi damus. Hæc semel hoc loco monuisse sufficiat, ne eadem singulis fere paginis, idque sæpius, iterantes, fastidium legentibus moveamus.

Jam vero de operis præstantia supervacaneum est dicere. Satis enim se ipsum legentibus commenda commendavitque semper merito suo auctorisque sui celebritate ; quo merito quave celebritate factum est, ut sæpius recuderetur. Plures enim ante hanc ejus operis editiones Latinæ prodierunt ; altera Veronæ, altera Venetiis, Parisiis aliæ, aliæ aliis in locis. Quid hoc sibi vult? Id opus nimirum esse longe optimum atque præstantissimum : ni enim tale esset, placere tantopere non potuisset, idque semper, et omnibus, et ubique. Quod si tantopere placuit Latine tantum, extera lingua, auctori suo plane ignota, quanto magis, putas, id placebit Græca lingua, qua auctor egregius scripsit? Cum Latina verba legis, Saulum audis ; cum Græca, Zigabenum. Tantum porro inter hoc atque illud interest, quantum inter hominem intersit, et ejus imaginem, quæ in speculo repræsentatur. Ex optimis porro fontibus hausit auctor noster egregius, ut experientia docti compertum habemus. Præclare quidem is disserit in versiculum primum psalmi primi *Beatus vir*, docens per virum non excludi mulierem ; at hæc, ut pleraque alia, deprompsit

(a) Opp. Theophylacti, Venet. 1758-63. — *Patrologiæ* tom. CXXIII-CXXVI.

ex Basilio (*a*), vel Theodoreto. Scite idem interpretatur versiculum tertium et nonum psalmi secundi, *Dirumpamus vincula eorum : reges eos in virga ferrea*, per vinculum Judaicam legem, per virgam crucem intelligens : at hæc, ut alia bene multa, deprompsit ex magno Athanasio (*b*). Egregie quoque disserit de septem sacrarum Scripturarum editionibus, quo quæque tempore, et a quo scriptæ fuerint. Verum hæc desumpsit ex auctore *Synopseos*, quæ magno eidem Athanasio tribuitur. Quæ vero de Psalterio, de ode, de diapsalmate, de cæteris edisserit in procemio Zigabenus, ea, ut alia complura, αὐτολεξεὶ deprompsit ex Eusebii Pamphili argumento, reliquisque commentariis in Psalmos. Quoniam autem in hunc locum incidimus, operæ pretium ducimus hic exhibere argumenti ipsius initium, quod in celeberrima clarissimi Montfauconii editione desideratur. Id autem exscripsimus ex vetustissimo codice Bernardi Nani, Veneti senatoris, nuper (proh dolor !) fato functi, de re litteraria optime meriti, qui cum multos undique codices conquisisset, opera Jacobi fratris, strenui viri, navium præfecti, eos mihi, tanquam rem meam, utendos humanissime concessit. Ex his itaque codicibus, qui numero XXXII notatur, sic Eusebii argumentum in Psalmos exhibet :

Ὑπόθεσις Εὐσεβίου εἰς τὸ Διάψαλμα.

Πολλάκις ζητήσας τὴν αἰτίαν τοῦ ἐπιγράφεσθαι μεταξύ τινων ψαλμῶν διάψαλμα, ὕστερον παρατηρήσας ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, καὶ συνεξετάσας αὐτῷ τὸ Ἑλληνικὸν, εὗρον, ὅτι ὅπου Ἑβραϊστὶ σελ, Ἑλληνιστὶ δὲ ἀεὶ, ἤτοι τοιούτῳ ἰσοδυναμοῦν, ἐκεῖ οἱ Ο', καὶ Θεοδοτίων, καὶ Σύμμαχος ἔταξαν τὸ διάψαλμα. Ἔγραψαν τοίνυν τὸ διάψαλμα κ. τ. λ.

Hæc divus Hieronymus (*c*) ita Latine reddidit.

« Sæpe quærens causas, cur in quibusdam psalmis interponatur *diapsalma*, observavi diligentissime in Hebræo, et cum Græco contuli, invenique quia ubi lingua Hebræa *Sela* (*ms. Sel*) habet, Græca vero *semper*, aut aliquid istiusmodi, ibi Septuaginta, et Theodotion, et Symmachus transtulerunt *diapsalma*. »

Hæc Eusebius, ab Origene mutuatus ad verbum. Id autem libentissime damus, eoque etiam libentius, quod Eusebii nomine nondum vulgatum est, quodque tum Eusebio, tum Euthymio, tum etiam Origeni, unde sumptum est, illustrando plurimum confert. Ex his igitur omnibus hausit Zigabenus, nec ex his solum, sed etiam ex aliis, quorum opera aut interciderunt, aut in bibliothecis manuscripta delitescunt. Lege, si placet, Origenis Exegetica in Psalmos, percurre Basilii Commentarios, revolve Hesychii Hierosolymitani Scholia; adi S. Joannem Chrysostomum, S. Cyrillum Alexandrinum, cæteros in aureis Catenis manuscriptis Græcæ D. Marci bibliothecæ, ex quibus omnibus multa Zigabenum deprompsisse comperies. Cum itaque præstantissimo ingenio sit Zigabenus, cum ex optimis ipse fontibus hauserit, Origene, Athanasio, Basilio, Chrysostomo, Hesychio, cæteris : nemo, opinor, amplius mirabitur, quod tam egregia sint ejus Commentaria in Psalmos, quodque viris eruditis tantopere semper placuerint. Quod cum ita sit, pergratum, opinor, perque jucundum omnibus erit id opus, quod ipsi primi Græce damus, ea nempe lingua, qua auctor hic eximius conscripsit. Æquo igitur animo viri, quotquot estis in orbe terrarum eruditi, isthæc egregia tum Theophylacti, tum Zigabeni opera, quæ nondum lucem viderunt, excipite.

Verum antequam præfari desino, unum adhuc moneo, nempe Commentarium in Psalmos, qui in Catalogo librorum et manuscriptorum bibliothecæ Regio-Parisiensis Theophylacto nostro inscribitur, hunc eumdem esse, quem hic edimus, Euthymii Zigabeni, quemque sæpe Parisiis promissum, et nondum, cum tertius ederetur tomus, a nobis acceptum fuisse, monuit qui in ipsum præfatus est sect. XIII. Scilicet ea inscriptio nos in spem erexerat, exstare aliquem Theophylacti in Psalmos Commentarium, quo istæc editio nostra posset locupletari atque compleri. Quare nullum non lapidem movimus, ut illius compotes fieremus. Verum cum, multo insumpto tempore ac labore, tandem illius primæ paginæ apographum ad nos perlatum esset, collatione facta comperimus, eo codice non aliud contineri, nisi textum Græcum, eumque ineditum, Commentarii Euthymii sæpius jam Latine editi. Quid doctissimum alias et solertissimum prædicti Catalogi auctorem in errorem induxerit, ut hunc Commentarium Theophylacto tribueret, nec divinare possumus, neque id disquirere nostra interest. Hoc tamen monere operæ pretium duximus, ne quis eumdem Catalogum percurrens, atque Commentarium in Psalmos Theophylacto inscriptum comperiens, eumque in editione nostra non videns, et hanc ut imperfectam minore haberet in pretio, et nos ceu in perquirendis colligendisque ejusdem Theophylacti operibus minus accuratos ac desides condemnaret.

(*a*) Com. in Psal. ad eum locum.
(*b*) Com. in Psal. ad eumd. locum.
(*c*) Ep. ad Marcel. T. I edit. Vallarsii, p. 135.

PAULINI TURCHII

EPISTOLA NUNCUPATORIA AD CLEMENTEM SEPTIMUM P. M.

Editioni Latinæ præmissa.

—

Illi imprimis, Pater beatissime, omni honore sunt prosequendi, qui divino Numine afflati, et proprii ingenii exercitatione, divina nobis tradere curaverunt : quales Moyses, David, Isaias, Paulus, ac cæteri canonicorum librorum scriptores : a quibus non longe absunt alii quamplurimi, qui eodem edocti Spiritu, quæ per illos tradita sunt, pro hominis captu intellecta, ut aliis quoque essent pervia, suo ingenio et laboribus effecere : ceu Dionysius, Athanasius, Basilius, Chrysostomus, multique alii, qui vitæ ac morum sanctitate insignes, et incomparabili doctrina conspicui, eximiis actionibus, eruditissimis libris a se conscriptis Christianam remp. illustrarunt. A quorum lectione cessasse, et monitis recessisse, malorum omnium occasio nobis fuit. Hinc enim innumeri errores et hæreses, hinc vitæ neglectus, contemptus virtutum, vitiorum tyrannis, initium pariter et incrementum sumpsere. Quis enim horum lectioni attentius vacans, in fide recta ac pietate non proficiat, animum colat, charitatem prosequatur, misericordiam, liberalitatem, justitiam cæterasque virtutes ? Avaritiam vero, invidiam, luxuriam, iracundiam, aliosque hujusmodi animi morbos multo magis quam serpentes ac mortem fugiat? Quo fit, ut credam nihil utilius Christianæ reip. afferri posse, quam ut ii nobis reddantur, per quos olim Dei Ecclesia, etiam inter acerrimos adversarios, pietatis doctrina, vitæ meritis et numero crevisse dignoscitur. Quod sane utinam attenderent multi nostrorum temporum, qui hoc officio commodius fungi possent : mallentque horum vertendo libros, publicæ utilitati consulere, quam propria temere effundendo, privatæ gloriæ deservire ! A quorum profecto consilio longe aberat Philippus Saulus, episcopus Brugnatensis, vir sane priscis illis Patribus, virtutum ornatu et sacrarum Litterarum peritia comparandus, qui huic saluberrimo instituto quam maxime intentus erat. Nam si quos huic operi idoneos nactus esset, excitabat, monebat, rogabat, et quibus posset modis ad hoc compellere non omittebat. Ipse vero tanto hujus rei studio tenebatur, ut dies ac noctes summa cum voluptate in hoc insumeret. Ab hoc profecto optimo viro plura et egregia sperare poteramus, nisi divina Providentia illum a nobis avocasset, felicitatem illi (ut merito speramus) recte anteactæ vitæ præmium benigne conferens, nobis vero paterna clementia (ut puto) indulgens, ne acriores dare pœnas nostræ ignaviæ cogeremur, qui tanti viri exemplo et monitis minus proficeremus. Hic elegantissimos commentarios Euthymii monachi, Patris sanctissimi et eruditissimi, nuper Latinos fecerat, puro quidem ac simplici dicendi genere, quos immatura morte præventus, in lucem edere non potuit. Ego vero, qui ejus doctrinæ ac sanctitatis testis diutius fueram, studiorum comes, consiliorum conscius, nimia ipsius humanitate summa illi necessitudine devinctus : talis amici, quo meliorem ne desiderare quidem licebat, tam sanctos labores deperire, nos vero tanto thesauro fraudari æquo animo ferre non poteram. Converti me igitur ad Joannem Matthæum, episcopum Veronensem, bonorum omnium (ut optime nosti) quam maxime studiosum, ipsum hortatus pariter et precatus, ut tanti boni nobis auctor fieret : ratus quod erit, ut hoc pacto amici defuncti sanctæ memoriæ, et viventis justæ mercedi, et communi omnium bonorum utilitati quam optime consulatur. Benigne annuit venerandus pontifex, ut est ad recta omnia et honesta studia quam promptissimus, suaque auctoritate, jussu et impensis effecit, ut egregium hoc opus quam optime dispositum prodiret in publicum : opus, inquam, a nemine satis pro dignitate laudandum, si eximii vatis divinam mentem et intelligentiam suspicias : si interpretum eruditionem et fidem, si correctoris et artificis peritiam et diligentiam attendas. Cui vero aptius nuncupetur quam tibi, si vel ipse respiciaris vel ille ? Tu enim Christiani populi caput es et pater : cui et dignitate qua insigniris, et probitate qua fulges, bona cuncta et sacra merito sint dicanda : cum præcipue humanæ et divinæ litteræ clarissimæ familiæ tuæ Mediceæ plurimum debeant, cujus præcipuo studio et opera densissimis antea pressæ tenebris et quasi sepultæ, in lucem sunt redditæ. Ille vero domus tuæ alumnus tot tantisque beneficiis est affectus, ut nesciam magisne sit perspicuum, tua benignitate ipsum esse quod est : an nullum studium illi propensius esse posse quam cuncta efficere quæ ad salutem et gloriam tuam spectare videantur. Tibi igitur Pontifici Maximo divinum hoc opus dicamus et mittimus, quo tuo patrocinio et judicio munitum, securius et liberius omnibus se legendum exhibeat. Vale.

—

ΕΥΘΥΜΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΤΟΥ ΖΙΓΑΒΗΝΟΥ

ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΕΙΣ ΤΟ ΨΑΛΤΗΡΙΟΝ.

—

EUTHYMII ZIGABENI

COMMENTARIUS

IN PSALTERIUM

(Interprete Philippo Saulo, episcopo Brugnatensi.)

—

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

A Πατὴρ τοῦ παρόντος βιβλίου, τὸ μὲν ὅλον εἰπεῖν, ὁ Θεοῦ παῖς (*Ὑπερασπιῶ*, φησὶ, *τῆς πόλεως ταύτης, δι' ἐμὲ καὶ διὰ Δαβὶδ τὸν παῖδά μου*), ὁ Θεοῦ πατήρ. *Βίβλος*, φησὶ, *γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαβίδ*· τὰ δ' ἄλλα συντόμως περιλαβεῖν, ὁ μετὰ Ἀβραὰμ μόνος τῶν ἐθνῶν πατὴρ, ὁ καθ' ἡμᾶς Ὀρφεὺς, ὁ πρῶτος τῶν ἀρετῶν καλλιγράφος, ὁ πρῶτος τῶν τριῶν ὑποστάσεων τῆς μιᾶς Θεότητος κήρυξ, ὁ ποιμὴν ἅμα καὶ ἀριστεὺς, καὶ προφήτης καὶ βασιλεὺς, ὁ τοῦ πρώτου βασιλέως καρδία, καὶ γλῶσσα, καὶ κάλαμος, ὁ παρὰ Θεοῦ μαρτυρηθεὶς, ὁ πάσας κτησάμενος τὰς ἀρετὰς, ὅσαι τὸν ἄνθρωπον θεὸν ποιοῦσι, καὶ περὶ τὸν ἄνθρωπον ἀφορίζονται. Οὗτος Ἰεσσαὶ μὲν ἦν υἱὸς, καὶ τῶν ἀδελφῶν νεώτατος, B ἀπέριττος μὲν τὴν ὄψιν, ὡραιότατος δὲ τὴν ψυχὴν, καὶ πάντων στρατηγῶν, καὶ προφητῶν, καὶ νομοθετῶν, καὶ βασιλέων εὐφορώτατος, καὶ ποικιλώτατος τὰ χαρίσματα, πρᾳότατος μὲν τὸ πνεῦμα, καὶ τὴν φύσιν ἐπιεικέστατος· ἀνδρειότατος δὲ τὴν γνώμην, καὶ τὸ σῶμα ῥωμαλεώτατος, ἀρχικώτατος ὁμοῦ καὶ κοινότατος, μεγαλοφρονέστατός τε καὶ μετριοφρονέστατος, ἁπλούστατος καὶ πολυτροπώτατος, ἡδὺς τὸ ἦθος, ὀξὺς τὸν λόγον, πολὺς τὸν νοῦν, ἔνθους τὴν θεωρίαν τῶν ὄντων, ἢ τοῦ ὄντος, αὐτοδίδακτος, ἢ θεοδίδακτος, ὅλος καὶ ὅλου ἅμα τοῦ πνεύματος· ἃ πάντα παραδραμὼν, ἢ συνελὼν, δύο μόνα σεμνολογήσω περὶ αὐτοῦ· σοφίαν καὶ ἀνδρίαν. Χρὴ δὲ περὶ τῆς σοφίας πρῶτον διαλαβεῖν.

PROŒMIUM.

Cujus quidem libri auctor (ut plane quod summum est dicam) et Dei filius fuit (*Protegam enim*, inquit Dominus, *civitatem hanc propter me, et propter David filium meum* [1]) et pater Dei. *Liber* enim, inquit, *generationis Jesu Christi filii David* [2], cætera vero (ut paucis complectar) qui post Abraham solus fuit gentium pater, qui noster Orpheus, qui primus elegans conscriptor virtutum, et primus trium personarum uniusque Divinitatis præco : qui pastor una, et invictissimus miles, propheta et rex : qui et primi regis cor, lingua fuit et calamus : cui a Deo testimonium est præstitum ; quique omnes eas sibi paravit virtutes, quæcunque hominem faciunt Deum, et homini ascribi possunt. Hic Jesse quidem filius, et fratrum junior, exilis aspectu corporis, animo formosissimus : omnium prophetarum, imperatorum, legislatorum, regum fuit excellentissimus : et innumeris, præ cæteris omnibus, charismatum donis refertus : mitissimus quidem spiritu, et natura etiam modestissimus : virili præditus mente, et corpore etiam robustissimus : principem una atque æqualem omnibus se præbebat : magnanimus simul et comis : simplicissimus pariter ac prudentissimus : moribus dulcis, et acer sermone : intellectu multus, et divino numine plane afflatus ; dum in eorum quæ sunt, seu potius in ejus qui vere est contemplatione versatur, a seipso edoctus, et doctus a Deo : qui totus etiam, ac toto semper erat cum spiritu. His tamen omnibus prætermissis, seu potius breviter in unum collectis, duas tantum nunc illius virtutes persequar : sapientiam scilicet et fortitudinem, et de sapientia quidem prius disseremus.

Φησί που βαθύτερον, ἢ σαφέστερον· *Αἱ χεῖρές μου ἐποίησαν ὄργανα, δάκτυλοί μου ἥρμοσαν ψαλ-*

Ait quodam in loco profundius, quam clarius : *Manus meæ fecerunt organum : et digiti*

[1] IV Reg. xix, 34. [2] Matth. i, 1.

mei concinnaverunt psalterium. Sapientia enim nihil aliud est, quam harmonia quædam, et concinnitas dictorum ac factorum. Præterea inter rationales scientias, musice optima est, et summa sapientiæ pars : quæ seipsam una, et omnes philosophiæ partes, atque ornamenta et sibi ipsi, et aliis mutuo per se accommodat et coaptat : symphoniaque et concentus quidam cæteris omnibus est, et proportio. Qui igitur hanc musicen confessus fuerit fuisse in David, universas ei etiam, rerum omnium scientias brevi ascribet. Observandum vero est, qua ratione beatus David, organo quidem manus et faciendi virtutem simpliciter ascripsit : psalterio vero digitos, concinnitatemque atque harmoniam. Quia scilicet organum simplicius instrumentum est ac magis vulgare : psalterium vero et ad sublimiorem scientiam pertinet, et arte indiget diligentiori. Juxta anagogen : Manus accipiuntur, pro virtute activa, quæ vitam ac conversationem nostram, quasi organum, sibi ipsi consonam ac bene dispositam reddat; digiti vero, considerationes ac contemplationes sublimiores intelligendæ sunt : quæ intellectuale rationis judicium, quasi psalterium quoddam concinnant : ita ut superne inspiretur pulseturque, et ab alio majori moveatur. Item alibi in Psalmis ait : *Incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi* [a]. O admirandum Dei opus ! neque enim solam visibilium cognitionem, sed etiam arcanorum Dei scientiam edoctus est : quod scilicet unitas sit, et trinitas, et quæcunque alia ad Dei incarnationem pertinent : et rursus alio in loco dixit : *Super omnes docuisti me mandatum tuum* [b] : de eo loquens mandato quod ad actiones pertinet, in quo virtutis genere pariter primatum obtinuit.

A τήριον. Σοφία γὰρ οὐδὲν ἕτερον, ἢ ἁρμονία λόγων καὶ πραγμάτων. Ἄλλως τε κἀν ταῖς λογικαῖς ἐπιστήμαις ἁρμονικὴ τὸ κάλλιστόν τε καὶ κορυφαιότατον τῆς φιλοσοφίας, αὐτή τε ἑαυτὴν καὶ πάνθ' ὁμοῦ τὰ τῆς φιλοσοφίας μέρη καὶ κάλλη, καὶ ἑαυτῇ καὶ ἀλλήλοις δι' ἑαυτῆς ἁρμόζουσα, συμφωνία τις οὖσα πᾶσιν, ἢ ἀναλογία. Ὁ γοῦν ταύτην ἔχειν ὁμολογήσας, πᾶσαν ἐν βραχεῖ τὴν θεωρίαν αὐτῷ τῶν ὄντων προσεμαρτύρησε. Παρατηρητέον δὲ, πῶς τῷ μὲν ὀργάνῳ τὰς χεῖρας καὶ ποιητικὴν δύναμιν ἀνέθηκε, τῷ δὲ ψαλτηρίῳ τοὺς δακτύλους καὶ τὴν ἁρμονικήν· ἐκεῖνο μὲν γὰρ, ἁπλούστερον καὶ κοινότερον· τοῦτο δὲ, τῶν ἐπιστημονικῶν τε καὶ λεπτοτέρων, καὶ ἀκριβεστέρας δεόμενον ἐπιτεχνήσεως. Ἀναγωγικῶς δὲ, χεῖρας μὲν οἰητέον τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν ὥσπερ ὄργανον B ἀποτελοῦσαν τὸν βίον ἐμμελῆ καὶ σύμφωνον ἑαυτῇ· δακτύλους δὲ, τοὺς θεωρητικωτάτους λογισμοὺς, οἷα ψαλτήριον ἁρμόζοντας, τὸ νοερὸν τοῦ λόγου ψαλτήριον, ὡς ἐμπνεῖσθαι καὶ ἄνωθεν, ἢ κρούεσθαι, καὶ δι' ἑτέρου μείζονος ἀνακρούεσθαι. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ λέγει τῶν ψαλμῶν· *Τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι.* Οὐαὶ τῆς μεγαληγορίας ! οὐ μόνον γὰρ τῶν φαινομένων τὴν γνῶσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀποῤῥήτων ἐμυήθη τὴν σύνεσιν, οἷον, ὅτι τριὰς καὶ μονὰς, καὶ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως. Καὶ πάλιν· *Ὑπὲρ πάντας ἐσόφισάς με τὴν ἐντολήν σου*, περὶ τῆς πρακτικῆς φάσκων, καθ' ἣν αὖθις ἐπρώτευεν.

Atque hæc quidem de sapientia. De fortitudine vero idem ipse narrat dicens : *Exivi obviam Philistæo, et maledixit mihi in idolis suis, ego autem exserto ejus gladio, decollavi eum, et abstuli opprobrium a filiis Israel* [c]. Tu modo considera hic non fortitudinem tantum, sed et multo magis animi moderationem. Quippe cum multa et magna tunc recensere posset : inimicorum scilicet copias, audaciam, arma, bellicas artes, et studia : ipsius etiam gigantis, aut potius elephantis illius arrogantiam, peritiam, vires, magnitudinem, Judæorum præterea timorem, sollicitudinem, ipsiusque Saul regis anxietatem : et quomodo ob unicum etiam Philistæum omnes erant perterriti : dux, milites, juvenes, senes : quomodo ipse David adolescens erat et pusillus, inermis, belli ignarus : et tamen ausus sit adversus Barbarum illum decertare : unde dejecta tanta illa turri ac tali fera, facilem regi victoriam præstitit : quippe qui illius capite a reliquo corpore avulso, atque hoc ipsiusmet gigantis gladio, timorem omnem dissolvit : cædes antea fieri solitas repressit : exercitum, du-

C Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ τῆς σοφίας· τὰ δὲ περὶ τῆς ἀνδρίας αὐτὸς πάλιν ἐκδιηγεῖται· φησὶ γάρ· *Ἐξῆλθον εἰς συνάντησιν τῷ ἀλλοφύλῳ, καὶ ἐπικατηράσατο μὲν ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτοῦ· ἐγὼ δὲ σπασάμενος τὴν μάχαιραν, ἀπεκεφάλισα αὐτὸν, καὶ ἦρα ὄνειδος ἐξ υἱῶν Ἰσραήλ.* Ὅρα μὴ τὴν ἀνδρίαν μόνον, ἀλλὰ πολὺ πρῶτον τὴν ἐπιείκειαν· πολλὰ γὰρ καὶ μεγάλα λέγειν αὐτίκα, (1) τῶν μὲν πολεμίων τὰ πλήθη, τὰ θράση, τὰ ὅπλα, τὰς πολεμικὰς τέχνας καὶ μελέτας, αὐτοῦ τοῦ γίγαντος ἢ ἐλέφαντος ἐκείνου τὴν ἀλαζονείαν, τὴν ἐμπειρίαν, τὴν ἰσχὺν, τὸ μέγεθος, τῶν Ἰουδαίων τὴν δειλίαν, τὴν ἀγωνίαν, αὐτοῦ τοῦ βασιλέως τὴν ἀπορίαν, καὶ πῶς ἐπεφρίκεσαν πάντες καὶ στρατηγοὶ, καὶ στρατιῶται, καὶ νέοι, καὶ παλαιοὶ, τὸν ἀλλόφυλον, καὶ D πῶς νεώτατος αὐτὸς ὢν, καὶ βραχὺς, καὶ ἄοπλος, καὶ πολέμων ἄπειρος, κατεθάῤῥησε τοῦ βαρβάρου, οἷα νεκρῷ τῷ τοσούτῳ πύργῳ, καὶ τοιούτῳ θηρὶ χρησάμενος, κατηγωνίσατο ῥᾷον, καὶ τῇ ἐκείνου μαχαίρᾳ τὴν κεφαλὴν τοῦ σώματος ἀφελὼν, ἔλυσεν τὸν φόβον, ἔστησε τὸν φόνον, ἔσωσε τὸ στρατόπεδον, καὶ τὸν ἡγεμόνα, καὶ προγόνων τάφους, καὶ νόμους

[a] Psal. L, 8. [b] Psal. CXVIII, 66. [c] I Reg. XVII, 43.

Variæ lectiones.

(1) Desideratur ἐξὸν vel δυνάμενος, vel certe subauditur.

πατρῴους, καὶ ἱερὰ, καὶ γονεῖς, καὶ σύμπαντα γένη, καὶ ἡλικίας· ὁ δὲ τούτων μὲν οὐδὲν ἐμεγαλαύχησεν, ἐπιεικέστατα δὲ πάνυ διεξῆλθε τὸ πρὸς τὸν Γολιὰθ μονομάχιον.

Ἀλλ' οὗτος ὁ τοσοῦτος καὶ τηλικοῦτος, ἵνα μὴ ἕκαστον διατρίβω λόγον, ἐξευτελίζεται μὲν παρὰ τοῦ πατρὸς, τὴν ἀρχὴν. . . . αινομένῳ προσέχοντος, ἀποβάλλεται δ' εἰς ποιμένας, καὶ (2) τούτων τοῖς ἐν τοῖς λοχευομένοις ὄπισθεν. Καὶ ὁ μὲν πατὴρ ὥσπερ. . . . ἴθει κάτωθεν, ὁ δὲ Θεὸς ἄνωθεν υἱοθέτει, καθάπερ βασιλικὸν παῖδα τὴν βασιλικὴν, εἶτ' οὖν ποιμαντικὴν ἐπιστήμην πρῶτον ἐν τοῖς ἀλόγοις ἐκμελετᾷν παρεσκεύασεν, ἐπαγρυπνεῖν, πολεμεῖν, κινδυνεύειν τῆς ποίμνης, παρατάττεσθαι πρὸς θῆρας, πρὸς λῃστὰς, πρὸς κλέπτας, πρὸς λιμὸν, πρὸς κρυμὸν, πρὸς φλόγα, προηγεῖσθαι, παρακαλεῖν πρὸς νομὰς, πρὸς σκιὰς, εἰς κρήνας, εἰς ποταμοὺς, (3) ἀνακομεῖσθαι, συνάγειν, τῇ βακτηρίᾳ, τῇ φωνῇ, τῇ ᾠδῇ, τῇ σύριγγι, τέρπειν, φοβεῖν, διαιτᾷν, φαρμακεύειν, ὧν ἁπάντων τέλος, μὴ πιότατον μόνον ἀποδεῖξαι τὸ ποίμνιον, ἀλλὰ καὶ σωφρονέστερον καὶ εὐπαιδευτότατον. Ἀλλὰ τί δεῖ μηκύνειν; Ἔρχεται μετ' ὀλίγον ὁ χρίστης, ἐπιζητεῖται δὲ ὁ χρισθῆναι μέλλων· ἐξέρχεται δὲ ὁ χορὸς τῶν παίδων, ὁ πολὺς ἐκεῖνος, ὁ καλὸς καὶ λαμπρὸς, ἐπιτίθεται τὸ κέρας, ὑπερτίθεται ὁ Θεός· ἀποδοκιμάζει τούτους, ὥσπερ δὴ ὁ πατὴρ τὸν Δαβίδ. Ἀναγκάζεται παραγαγεῖν αὐτὸς ὁ ἐξουθενῶν τὸν ἐξουθενούμενον· παράγεται, χρίεται καὶ ἄμφω, βασιλείαν καὶ προφητείαν· τῷ γὰρ κέρατι καὶ τῷ πνεύματι. Σύμβολα καὶ ταῦτα τοῦ Σωτῆρος Ἰησοῦ χρισθέντος ὕστερον εἰς βασιλέα τε καὶ Θεόν. Τί γοῦν τὸ μετὰ τοῦτο; Πόλεμος ἀλλοφύλων ἐφίσταται πολὺς καὶ ἄμαχος καὶ ἀμήχανος· ἐπὶ ξυροῦ δὲ τῷ βασιλεῖ καὶ τῷ ἔθνει παντὶ τὰ πράγματα. Παρίσταται δὲ ὁ ῥύστης, ὁ προφήτης ὁμοῦ καὶ στρατιώτης καὶ βασιλεύς. Ἐξουθενεῖται πάλιν, ἀποβάλλεται πάλιν· ὑπερβάλλει πάλιν τοὺς ἀδελφοὺς, τῇ καρτεροθυμίᾳ· τὸν Σαοὺλ, τῇ ἀπολογίᾳ· τὸν Γολιὰθ, τῇ ἀνδρίᾳ· πάντας ἅμα, καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ, καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν τῇ ὑπερφυεῖ γιγαντομαχίᾳ· σώζει πάντας εἷς φανεὶς ὑπὲρ πάντων, καὶ ἀντὶ πάντων, καὶ ὑπὲρ πάντας. Εἶτα τί; Συμβασιλεύει, συνεκστρατεύει, συγκατορθοῖ· μᾶλλον δὲ, κατορθοῖ τὰ λείποντα· νικᾷ τοὺς μὲν ἔξω πολεμίους τοῖς ὅπλοις· τὸν ἔνδον δὲ, τὸ πνεῦμα δηλαδὴ τοῦ Σαοὺλ, τῇ μελῳδίᾳ τε καὶ τῷ πνεύματι· στεφανοῦται καὶ εὐφημεῖται παρὰ πάντων, καὶ ὑπὲρ πάντας· ᾠδὴ γίνεται καὶ ταῖς γυναιξίν· *Ἐπάταξε Σαοὺλ ἐν χιλιάσι, καὶ Δαβὶδ ἐν μυριάσι.* Φθονεῖται πάλιν, διώκεται, φεύγει, κρύπτεται, κυκλοῦται, κυκλοῖ τὸν κυκλώσαντα, καὶ οὐχ ἁρπάζει τὸν καιρὸν, οὐ λαμβάνει τοῦ πολέμου λύσιν, οὐκ ἀμύνεται τὸν ἐχθρὸν, ἀμύνει τούτῳ, φεύγων, εὖ μή τι πάθοι μᾶλλον,

* 1 Reg. XVIII, 7.

A cem, patriam, majorum sepulcra, leges patrias, templa, parentes ipsos, et omnem denique ætatem servavit: ipse tamen in his nihil gloriatus est, sed singulare certamen, quod sibi fuit cum ipso Goliath, tantum modestissime narravit.

Veruntamen hic noster tantus ac talis David, ne omnia per singula persequar, negligitur a patre (qui initio exteriora tantum spectabat) et ad greges mittitur et ad armenta: quinimo horum etiam fœtas oves sequebatur. Et pater quidem in terra eum abjiciebat, Deus vero desuper adoptabat, eumque veluti regium puerum, regali, hoc est pastorali scientiæ primum vacare, inter irrationalia præparavit: vigilare scilicet, certare pro grege, periculis se opponere, contendere adversus feras, B latrones, fures, famem, frigora, flammam: præire etiam et advocare ad pascua, ad umbras, ad fontes, ad flumina: revocare item, et in unum adducere, virga, voce, cantu et fistula, delectare etiam ac perterrere: vivendi normam præbere, et mederi, quorum omnium is est finis, ut non pinguem modo, sed ut moderatissimum etiam, et castigatissimum gregem ostenderet. Sed quid pluribus opus est? Venit paulo post unctor: ungendus perquiritur. Procedit copiosus ille, pulcher, et clarus filiorum chorus: imponitur cornu, superponitur Deus: et quemadmodum antea pater ipsum David, sic et Deus omnes alios reprobavit. Cogitur pater qui neglexerat, neglectum adducere: C adducitur itaque, et ungitur ad utrumque: ad regnum nimirum, et ad prophetiam: cornu siquidem, et spiritu. Figura erant hæc Salvatoris nostri Jesu Christi, qui in regem ungendus erat, et in Deum. Quid igitur post hæc? bellum adest a Philistæis, bellum, inquam, grande: quinimo immensum et insuperabile. Omnia tam regis, quam universæ gentis negotia in summo erant discrimine: ipse autem liberator advenit propheta, miles, pariter et rex. Negligitur rursus atque abjicitur: et rursus ipse, patientia sua fratres, responso Saul, fortitudine Goliath, et omnes insuper, qui tunc temporis, et antea ac postmodum fuerunt, immensa hac gigantea pugna superavit: unusque pro omnibus, contra omnes, servavit D omnes. Sed quid deinceps? Simul regnat, simul exercitum ducit, simul dirigit atque administrat; imo vero quæ reliqua sunt, ipse unus moderatur, et exteros quidem inimicos, armis, suos vero, hoc est ipsius Saul malignos spiritus, melodia simul, ac spiritu, superat. Coronatur itaque et laudatur ab omnibus, et supra omnes, in cantumque ipsis etiam effectus est mulieribus: *Percussit Saul mille, et David decem millia* *. Invidetur rursus, persecutionem patitur, fugit, occultatur, circumdatur,

Variæ lectiones.

(2) Adde πρόβατα καὶ, ut et sensus postulat, et Latinus legit interpres.
(3) Ἴσως, ἀνακομίζεσθαι.

et ipse circumdantem circumdat, nec tamen occasionem arripit, nec belli solutionem attendit, non ulciscitur inimicum : quinimo illum adjuvat fugiens ac timens, non ut ipse male quidpiam pateretur, sed potius, ne adversus Saulem aliquid eorum faceret, quæ sibi ab illo intentabantur. Adeo enim contraria hæc una temperavit, mansuetudinem scilicet et fortitudinem, ut fortitudo in eo major quam in cæteris : et mansuetudo ipsa etiam fortitudine major conspiceretur. Quid tum? Regnat : prophetias prædicit : fatetur atque attestatur Deum, et testimonium illi perhibetur a Deo, promittiturque ei, quod æternam sedem habiturus sit, et hæreditate totum orbem consecuturus : ipsasque stellas, multitudine ac pulchritudine filiorum superaturus. Deinde (o calamitatem, o celerem mutationem!) qui antea electus erat, repente efficitur adulter : qui propheta, amens : qui Deo afflatus erat, illsanus : qui verax, dolosus : qui pastor, latro : qui servator, homicida. Hinc consilii mutatio et tam grandes ausus : illinc musices cessatio, et contractio spiritus : hinc et vitæ immutatio, et plurimorum malorum mare : hinc qui numine erat instinctus, non modo privatur inspiratione illa superna : sed et qui pater erat, orbatur liberis. Et filiorum, alii quidem scelesti et sororum corruptores : alii his etiam scelestiores, fratricidæ scilicet ac parricidæ fiunt : et qui rex erat, errabundus fit : qui pugnator optimus, fugitivus : qui pastor, montivagus. Omnis denique præclara illa domus, ac sedes, in terram collabitur. Hinc etiam et fames, et tabefactio, et gravis peccatorum pœnitentia : hinc triplex illud, et perpetuum sacrificium : oculorum videlicet nocturni fluxus ac latices : cordis contritio et gemitus : linguæque assiduæ preces, et constans confessio : illa quidem vulnera, ista autem medicamina, adustiones, incisiones.

A ἀλλὰ μή τι δράσοι φοβούμενος τῶν ὧνπερ ἐφοβεῖτο παθεῖν. Τοσοῦτον ἐκέρασε τἀναντία, πρᾳότητα καὶ τὴν ἀνδρίαν, ὡς εἶναι τὴν μὲν ἀνδρίαν αὐτοῦ μείζονα τῶν ἐν ἄλλοις· αὐτῆς δέ γε ταύτης εὐθὲς τὴν ἐπιείκειαν. Τί ἔτι; Βασιλεύει, προφητεύει, μαρτυρεῖ Θεὸν, μαρτυρεῖται παρὰ Θεοῦ, διαμαρτύρεται τὸν θρόνον αἰώνιον ἕξειν, τὸν κόσμον κληρονομήσειν, τοὺς ἀστέρας ὑπερβάλλεσθαι τῷ πλήθει καὶ τῷ κάλλει τῶν παίδων. Εἶτα, βαβαὶ τῆς συμφορᾶς! βαβαὶ τῆς μεταβολῆς! ὁ ἐκλεκτὸς, ἄφνω μοιχός· ὁ προφήτης, ἔκφρων· ὁ θεοφόρητος, ἐκμανής· ὁ ἀληθινὸς, δολερός· ὁ ποιμὴν, λῃστής· ὁ σωτὴρ, ἀνδροφόνος. Ἐντεῦθεν ἡ μεταβολή ἐστι τῆς γνώμης, καὶ τὰ τολμήματα· ἐκεῖθεν ἡ ἐποχὴ τῶν κρουμάτων, καὶ ἡ τοῦ πνεύματος συστολή· ἐντεῦθεν ἡ ἐναλλαγὴ τοῦ
B βίου, καὶ ἡ τῶν κακῶν θάλασσα· ἐντεῦθεν οὐ μόνον ὁ ἔνθους, ἄπνους, τὴν ἄνωθεν λέγω πνεῦσιν, ἀλλὰ καὶ ὁ πατὴρ, ἄπαις, καὶ οἱ παῖδες, οἱ μὲν μιαροὶ καὶ ἀδελφοφθόροι· οἱ δὲ, καὶ μιαρώτεροι τούτων, καὶ ἀδελφοκτόνοι, καὶ πατραλοῖαι· καὶ βασιλεὺς, πλανήτης· καὶ ὁ ἀριστεὺς, φυγάς· καὶ ὁ ποιμὴν, ὀρειάλωτος· καὶ πᾶς ὁ λαμπρὸς οἶκος ἐκεῖνος καὶ θρόνος, εἰς γῆν κατερραγμένος. Ἐντεῦθεν ὁ λιμὸς καὶ ἡ τῆξις καὶ ὁ δεινὸς μεταμέλος τῶν πραχθέντων· ἐντεῦθεν ἡ καινὴ καὶ τριπλῆ καὶ καθημερινὴ θυσία· τῶν μὲν ὀφθαλμῶν οἱ νυκτερινοὶ κρουνοὶ καὶ λουτῆρες· τῆς δὲ καρδίας ἡ συντριβὴ καὶ οἱ στεναγμοί· τῆς δὲ γλώσσης ἡ διηνεκὴς εὐχὴ καὶ ἐξομολόγησις· ἐκεῖνα τὰ τραύματα, ταῦτα τὰ φάρμακα, ἢ οἱ καυτῆρες, ἢ αἱ τομαί.

Sed me interea hæc narrantem, pene quod inceperam, fugit, orationis propositum, dum pluribus, quæ sese offerunt, semper detineor. Astat rursus post peccatum, propheta prophetæ, veluti medicus medico ægrotanti ac dubitanti : et quemadmodum antea unctor astiterat, ita et nunc non modo dignitatem, sed spiritum etiam ablaturus, si in aliquo deliquisset, quod ad propriam sanationem pertineret : si vulnus celasset, si reprehendi neglexisset. Astabat pariter, vindictæ hujus minister, sicut antea custos et adjutor validus, ita et nunc vindex terribilis angelus, exserto gladio : et ictum inferre paratissimus, nisi ille contra se suffragium tulisset, ac propria sententia divinam solvisset sententiam. Et hinc quidem aderant : ille judicii et causæ conflictor Nathan, et vindex angelus : illinc autem ipse judex David, personarum non acceptor, et qui adversus se tulit sententiam, qua jaculum citius evulsit, quam suscepisset : et Deus pariter : qui cicatricem vulneri non tantum induxit, sed ipsum etiam vulnus prorsus delevit : neque enim tantummodo pepercit : sed et abstulit peccatum. Rursus itaque divina gratia et rursus spiritus : rursus soni ac cantus : rursus supra omnes potestas : rursus promissa et pacta, tam de ejus adoptione, quam quod de ejus etiam stirpe nasci deberet Deus.

C Ἀλλ' ὁ μὲν καὶ μεταξὺ παρέδραμε, καὶ ὁ λόγος παρήνεγκε, τῶν κατὰ πόδας ἀεὶ ἐχόμενος. Ἐφίσταται μετὰ τὴν πτῶσιν πάλιν τῷ προφήτῃ προφήτης, καθάπερ ἰατρὸς ἰατρῷ νοσοῦντι καὶ ἀποροῦντι, καὶ ὥσπερ χρίστης τὸ πρότερον, οὕτω νῦν ἀφαιρέτης οὐ τοῦ ἀξιώματος μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ πνεύματος, εἴ τι κακουργήσει περὶ τὴν ἰατρείαν, καὶ ἀποκρύψει τὸ τραῦμα, καὶ ἀποδυσπετήσει τὸν ἔλεγχον. Συνεφίσταται δὲ καὶ ὑπουργὸς τῆσδε τῆς ἐκδικίας, καθάπερ τὸ πρὶν φύλαξ καὶ βοηθὸς ἰσχυρὸς, οὕτω καὶ νῦν τιμωρὸς ἄγγελος, τὴν ῥομφαίαν καὶ κατενεγκεῖν ἕτοιμος ὢν, εἰ μὴ κἀκεῖνος καθ' ἑαυτοῦ τὴν ψῆφον ἐξενεγκὼν, λύσει τὴν ἀπόφασιν ἀποφάσει. Ἐντεῦθεν ὁ ὑποκριτὴς τῆς δίκης, καὶ ὁ ἐκδικητὴς ἄγγελος· ἐκεῖθεν ὁ ἀπροσωπόληπτος δικαστὴς, καὶ
D καθ' ἑαυτοῦ τὴν γνώμην ἐκφέρων, καὶ συντομώτερον ἐξελὼν τὸ βέλος, ἤπερ ἐδέξατο, καὶ ὁ Θεὸς οὐ συνουλῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξαλείφων τὸ τραῦμα. Μὴ γὰρ συγχωρῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀφαιρῶν τὸ ἁμάρτημα. Πάλιν τὸ χάρισμα, πάλιν τὸ πνεῦμα, πάλιν τὰ κρούματα, πάλιν τὸ κατὰ πάντων κράτος, καὶ αἱ συνθῆκαι, καὶ τῆς υἱοθεσίας, καὶ τῆς θεοπατορίας.

Οὗτος οὖν ὁ πολλὰ μὲν παθὼν, πολλὰ δὲ κατορθώσας, μυρίας δὲ τροπὰς τραπεὶς, πᾶσαν τὴν καθ' ἑαυτὸν ἱστορίαν, καὶ τὰς περιπετείας ἐν τούτῳ παραδίδωσι τῷ συγγράμματι. Καὶ πρώτη μέν τις ὑπόθεσις, καὶ σκοπὸς ταῦτα τοῦ πονήματος· δεύτερον δὲ κεφάλαιον, ἡ τῆς ἀρχαιολογίας, οὐ τῆς Ἑβραϊκῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἔτι παλαιοτέρας ἐξήγησις· διέξεισι γὰρ ἐν πολλοῖς τοῖς ψαλμοῖς τὴν γέννησιν, τὴν πρᾶξιν τῶν πατριαρχῶν, τὴν πλάνην, τὴν μετανάστασιν, τὴν εἰς Αἴγυπτον κάθοδον, τὴν δουλείαν, τὴν ἔξοδον, τὴν νομοθεσίαν, τὴν σκηνὴν, τὴν ἱερατείαν, τοὺς Ἀριθμοὺς, τὸ Δευτερονόμιον, τὸν Ἰησοῦν, τὴν κληροδοσίαν, τοὺς Κριτὰς, τὰς Βασιλείας, καὶ εἴ τι τούτοις ἀκόλουθον. Τρίτον, ἡ φυσιολογία περὶ οὐρανοῦ καὶ τῶν κατ' οὐρανὸν, περὶ γῆς καὶ τῶν κατὰ γῆν, περὶ ζώων, περὶ στοιχείων, καὶ ἁπλῶς περὶ τῆς ὅλης δημιουργίας. Τέταρτον, ἡ περὶ τοῦ Σωτῆρος προφητεία, οἰκονομίας πάντων ἐκφαντικώτερον, ὅσα περὶ τὴν Παρθένον, ὅσα περὶ τὴν σάρκωσιν, τὰ κατὰ τὴν δωροφορίαν, τὰ τῆς εἰς Αἴγυπτον ἀποδημίας, καὶ ἐπανόδου, καὶ ἀναδείξεως, καὶ διδασκαλίας, καὶ θαυματοποιίας, τὰ τῆς συναγωγῆς, τὰ τοῦ φθόνου, καὶ τῆς ἐπιβουλῆς, καὶ τῆς προδοσίας, καὶ τῆς ἀπαγωγῆς, καὶ τῶν μαστίγων, καὶ τῶν ἐμπαιγμῶν, τὰ τοῦ σταυροῦ καὶ τῆς ὀρυγῆς τῶν χειρῶν καὶ ποδῶν, τὰ τοῦ διαμερισμοῦ τῶν ἱματίων καὶ τοῦ κλήρου, καὶ τῆς πικρᾶς γεύσεως, καὶ τῆς ἀποπνεύσεως, καὶ ταφῆς, καὶ ἀναστάσεως, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνόδου, καὶ τῆς ἐκ δεξιῶν καθέδρας, καὶ τῆς κατὰ πάντων καὶ ὑπὲρ ἁπάντων νίκης καὶ βασιλείας. Πέμπτον, ἡ τῶν μετὰ ταῦτα προφητεία, τῶν ἐθνῶν ἡ κλῆσις, τῶν μαθητῶν ἡ δόξα, τὰ θαύματα, τῆς γῆς ἡ ὑποταγὴ, τῆς Ἐκκλησίας ἡ πῆξις καὶ ἐπίδοσις, ἡ τῶν Ῥωμαίων νίκη, τῶν Ἰουδαίων ἡ αἰχμαλωσία, τὰ κατὰ τὴν δευτέραν καὶ φρικτὴν τοῦ Σωτῆρος κάθοδον, καὶ ὅσα περὶ ἀναστάσεως καὶ κρίσεως καὶ ἀνταποδόσεως. Ἕκτον, ἡ θεολογία περὶ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. Ἕβδομον, ὅσα περὶ νοερῶν κτισμάτων, ἀγγέλων καὶ δαιμόνων, καὶ νοῦ καὶ ψυχῆς, καὶ ψυχικῆς δυνάμεως καὶ κινήσεως. Ὄγδοον, ὅσα τῆς ἠθικῆς παιδαγωγίας, περὶ ἀρετῆς, περὶ κακίας, καὶ τῶν τοιούτων. Ἔνατον, περὶ λογισμῶν, καὶ δαιμόνων ἐπιβουλῆς, καὶ περὶ τροπῶν, περὶ θεραπείας παθῶν, καὶ τῆς κατ' αὐτῶν πάλης καὶ στρατηγίας. Δέκατον, ὁ περὶ τῶν ἐντολῶν λόγος ἀκριβέστατός τε καὶ ὑψηλότατος, καὶ μικρὸν ἢ οὐδὲ λειπόμενος τῶν εὐαγγελικῶν διατάξεων.

Οὗτοι μὲν οὖν οἱ καθόλου λόγοι τῆς ὑποθέσεως τῶν ψαλμῶν, εἰς δέκα συναριθμούμενοι κεφάλαια, οἷς ἡ τῶν ψαλμῶν ἅπασα περιέχεται πραγματεία· ἰδικώτερα δὲ καὶ ἄλλα, οἷον ὁ δοξολογητικὸς, ὁ εὐχαριστήριος, ὁ εὐκτικὸς, ἢ προσευκτικὸς, ὁ παραμυθητικὸς, ὁ προτρεπτικὸς, καὶ ἐπὶ πᾶσιν ὁ μεθοδικός. Οὐ μόνον γὰρ παραγγέλλει τόδε ποιεῖν, ἢ μὴ ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸν τρόπον ὑποτίθησι καὶ τὸν χρόνον. Καὶ ὅλως κοινόν ἐστι πᾶσιν ἰατρεῖον παντὸς πάθους, κα-

A Hic igitur qui multa passus est, et plura etiam propria virtute administravit, atque in varias incidit status sui mutationes omnem de se historiam, omnes vitæ suæ varietates, in hoc conscripsit volumine. Et primum quidem propositum, et primus operis scopus est, de propriis ærumnis ac laboribus tractare : deinde de antiquitatibus non Judaicis modo, sed vetustioribus. In multis enim psalmis edisserit generationem et gesta patriarcharum, peregrinationes, migrationes, descensum in Ægyptum, servitutem, exitum ex Ægypto, legem latam, tabernaculum, sacerdotium, Numeros, Deuteronomium, Jesum Nave, distributionem promissæ terræ, Judices, Reges, et siquid aliud est his consequens. B Tertio, naturalium rerum rationem tradit : de cœlo et cœlestibus : de terra et terrestribus, de animalibus, de elementis, et generaliter de universo Dei opificio. Quarto, prophetia de crucis dispensatione in hoc opere, cæteris omnibus se manifestiorem ostendit : et quæcunque ad partum Virginis, ad Incarnationem, ad Magorum dona, ad fugam in Ægyptum, et illinc regressum, ad Christi doctrinam, ad miracula, et ad Synagogam pertinent : invidiæ item et proditiones, insidiæ, captura, flagella, illusiones, crux, manuum ac pedum confossiones, divisio et sortitio indumentorum, amara potio, exspiratio, sepultura, resurrectio, ascensio, sedes a dextris Patris : et supra omnia, victoria et regnum, quod in cœlo atque in terra sibi Christus C paravit, clarissime hic conspiciuntur. Quinto, prophetia earum rerum quæ post prædicta omnia contigerunt : gentium videlicet advocatio, discipulorum Christi gloria, miracula, prædicatio, orbis terræ subjectio, Ecclesiæ stabilitas atque incrementum, Romanorum victoria, Judæorum captivitas, et quæcunque etiam ad secundum et horrendum Christi adventum, ad resurrectionem, ad judicium, et ad uniuscujusque retributionem pertinent. Sexto, theologia de Patre et Filio et Spiritu sancto. Septimo, quæcunque traduntur de intellectualibus creaturis, de angelis, dæmonibus, de intellectu et anima, et de animæ motibus et potentiis. Octavo, quæ ad morum disciplinam et ad in- D stitutionem, quæ ad virtutem et vitium aliaque similia pertinent. Nono, de cogitationibus, et dæmonum insidiis et circuitionibus : de sanatione et cura passionum : de pugna et certamine adversus hujusmodi passiones. Decimo, mandatorum ratio adeo hic diligenter traditur, ut parum, aut nihil ab evangelicis præceptis abesse videatur.

Hæc igitur sunt argumenta psalmorum, redacta in decem capita quibus tota psalmorum lucubratio continetur, quanquam et alia sint magis privata, quæ in eis habeantur. Sunt namque et psalmi qui laudem et gloriam Dei canunt, qui gratias agunt qui orationes fundunt et vota. Sunt et consolatorii et exhortatorii. Ad hæc omnia, sunt et qui viam ad virtutem tradunt : quique non tantum admonent hoc facere, aut illud evitare, sed et modum

docent et tempus. In summa hic liber cummune est quoddam medicinæ promptuarium, et passionum omnium certissimum remedium : illiusque verba (quod etiam valde admirandum est, et hujus operis proprium) omnibus congruunt atque aptantur hominibus. Nulla est igitur inter homines actio, nulla ratio, nulla affectio, nulla cogitatio, cujus medicinam hic invenire non possis : cumulus enim et acervus quidam rerum est, omni plenus vitæ conversatione, omni contemplatione : ac veluti penu quoddam doctrinæ publicum, unicuique apta et convenientia distribuit. Nam et antiqua purgat vulnera, et nuper illatis celerem liberationem præstat. Insuper quod integrum est, sanum sincerumque conservat : multitudinem vero ipsam prorsus allicit ac suadet suavi quadam cum delectatione et honesta voluptate : adeo ut per blandam et lenem illam vocem, utilitatem et commodum latenter etiam reportemus, juxta prudentum medicorum præcepta, qui, in austerioribus pharmacis, poculum inungi jubent melle : ita et nos, apparenter quidem, dulce ac suave melos canimus : re ipsa vero animas erudimus, et divinorum eloquiorum memoriam indelebilem conservamus.

A κτημένον φάρμακον, καὶ πάντες οἱ λόγοι πᾶσιν ἀνθρώποις ἁρμόζουσιν ὃ καὶ θαυμασιώτατον, καὶ τῆς βίβλου ταύτης ἰδιαίτατον. Οὐκ ἔστιν οὖν ἐν ἀνθρώποις, οὐ πρᾶξις, οὐ λόγος, οὐ πάθος, οὐ διανόημα, οὗ μὴ τὴν ἰατρείαν εὕροι τις ἐνταῦθα · συμφόρημα γάρ ἐστι πάσης ἔμπλεον θεωρίας καὶ πολιτείας, δημόσιον ταμεῖον διδασκαλίας παρεχόμενον ἐνταῦθα τὸ πρόσφορον · τά τε γὰρ παλαιὰ τραύματα καθαίρει, καὶ τῷ νεοτρώτῳ ταχεῖαν δίδωσιν ἀπαλλαγὴν, καὶ τὸ ἀκέραιον συντηρεῖ, καὶ καθόλου πᾶν πάθος (1) ἐξαιρεῖται, καὶ τοῦτο μετά τινος ἐμμελοῦς ψυχαγωγίας καὶ σώφρονος ἡδονῆς, ἵνα τῷ προσηνεῖ καὶ λείῳ τῆς ἀκοῆς λεληθότως ὑποδεξώμεθα τὴν ἐκ τῶν λόγων ὠφέλειαν, κατὰ τοὺς σοφοὺς τῶν ἰατρῶν, οἵτινες ἐπὶ τῶν αὐστηροτέρων φαρμάκων, μέλιτι τὴν B κύλικα περιχρίουσιν. Οὕτω γοῦν τῷ μὲν δοκεῖν, μελῳδοῦμεν · τῇ δ' ἀληθείᾳ, τὰς ψυχὰς παιδευόμεθα, καὶ τὴν μνήμην τῶν λόγων ἔχομεν ἀνεξάληπτον.

Psalmus sermo et conversatio est cum Deo, angelorum allectio, alacer animæ ordo ac status, diurni laboris quies, nocturni timoris propulsatio, juvenum et nuper introductorum regula, proficientium adjumentum, perfectorum solidatio, clypeus insuperabilis, ornamentum decentissimum, regibus, privatis, principibus, populis, militibus et belli ignaris, sapientibus et rudibus, monachis et civibus, sacerdotibus et plebibus, habitatoribus continentis atque insulanis, agricolis, nautis, artificibus et artium ignaris, viris, mulieribus, senibus, adolescentibus : omni denique naturæ, ætati, fortunæ, proposito, et communiter et privatim et semper, tam domi quam in foro, in ecclesiis, in agris, in solitudinibus, in itineribus et omnibus in locis : et est denique sicuti aeris spiratio, aut lucis effusio, aut usus ignis et aquæ, aut quodcunque aliud eorum quæ valde communia sunt et utilia. Quodque admiratione maxime dignum est, psalmorum cantus non interrumpit neque distrahit ab operibus : quinimo operantibus, ipsa suavitate ac melodia, austeritatem lenit laborum quorum omnium unus est finis : ut scilicet hujusmodi discipulus bonus, sapiens efficiatur, et Deus. Abunde igitur diximus quænam et quot sint hujus operis intentiones, et quanta ex his commoda consequamur, et quis finis. Restat nunc ut disseramus, an proprius sit hic liber beati David, et ab eo solo confectus [an etiam ab aliis] : quam appellationem habeat. Quid sit psalterium, quid psaltus, quid psalmus, quid psalmodus, quid diapsalma, quid canticum, quid hymnus, quid laus, quid confessio, quid oratio, quid votum, quid canticum psalmi : quid psalmus cantici : quot sint psalmi et quare tot sint, et a quonam fuerint collecti ; quot cantores,

Ψαλμὸς, ὁμιλία πρὸς Θεὸν, ἀγγέλων ἐπαγωγὴ, δαιμόνων ἀπαγωγὴ, ψυχῆς ἱλαρὰ κατάστασις, τῶν τῆς ἡμέρας πόνων ἀνάπαυσις, τῶν τῆς νυκτὸς φόβων ἀλεξητήριον, εἰσαγομένων στοιχείωσις, προκοπτόντων αὔξησις, τελειουμένων ἑδραίωσις, ὅπλον ἄμαχον, κόσμος κάλλιστος, βασιλεῦσιν, ἰδιώταις, ἄρχουσιν, ἀρχομένοις, στρατιώταις, ἀστρατεύτοις, σοφοῖς, ἀμαθέσι, μονασταῖς, πολιτικοῖς, ἱερεῦσι, λαϊκοῖς, ἠπειρώταις, νησιώταις, γεωργοῖς, C ναυτίλοις, τεχνίταις, ἀτέχνοις, ἀνδράσι, γυναιξὶ, γέρουσι, νέοις, πάσῃ φύσει καὶ ἡλικίᾳ, καὶ τύχῃ, καὶ προαιρέσει, καὶ κοινῇ, καὶ ἰδίᾳ, καὶ πάντοτε, καὶ ἐν οἴκοις, καὶ ἐν ἀγοραῖς, καὶ ἐν ἐκκλησίαις, καὶ ἐν ἀγροῖς, καὶ ἐν ἐρημίαις, καὶ ἐν ὁδοῖς, καὶ πανταχῇ, καθάπερ ἀέρος πνεῦσις, ἢ φωτὸς χύσις, ἢ πυρὸς χρῆσις καὶ ὕδατος, ἢ ὅσα τῶν παγκοίνων τε καὶ παγχρήστων. Καὶ τὸ παραδοξώτατον, μηδ' ἀφισταμένων τῶν ἔργων, ἀλλὰ καὶ τοὺς καμάτους διὰ τῆς μελῳδίας ἐπικουφίζουσιν · ὧν πάντων τέλος ἓν, ἀγαθὸν γενέσθαι τὸν τούτων μαθητὴν, καὶ σοφὸν, καὶ Θεόν. Τίνες μὲν οὖν οἱ σκοποὶ τῆς παρούσης βίβλου, καὶ πόσοι, καὶ τίνα τὰ χρήσιμα, καὶ ποῖον τὸ τέλος, ἱκανῶς εἰρήκαμεν. Λοιπὸν δ' ἂν εἴη λέγειν, εἰ γνησία καὶ μόνου Δαβὶδ ἡ βίβλος, ὁποίαν τε κλῆσιν ἔχει, D καὶ τί ἐστι Ψαλτήριον, καὶ τί ψαλτὴν, καὶ τί ψαλμὸς, καὶ τί ψαλμῳδὸς, καὶ τί διάψαλμα, καὶ τί ᾠδὴ, καὶ τί ὕμνος, καὶ τί αἶνος, καὶ τί ἐξομολόγησις, καὶ τί προσευχὴ, καὶ τί εὐχὴ, καὶ τί ᾠδὴ ψαλμοῦ, καὶ τί ψαλμὸς ᾠδῆς, πόσοι ψαλμοὶ, καὶ διατί τοσοῦτοι, καὶ παρὰ τίνος συνελέγησαν, πόσοι ἀρχῳδοὶ, πόσοι χοροὶ, καὶ ἐκ ποίων, καὶ διατί τοσοῦτοι, καὶ ἐκ τοσούτων, τίς ἡ διαφορὰ τοῦ ψαλτῆρος πρὸς τὰ ἄλλα μουσικὰ ὄργανα, τίς ἡ τάσις τῶν ψαλμῶν, τίς ἡ ἐν πολλοῖς τῶν ψαλμῶν ἀσάφεια, πόσαι μεταβολαὶ τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου πρὸς τὴν Ἑλληνίδα, καὶ παρὰ τίνων,

Variæ lectiones.

(1) Græca verba ita sonant : *Uno verbo pravum affectum omnem tollit, idque suavi quadam cum delectatione*. Saulus autem legit πλῆθος, *multitudinem*, minus recto.

τίνος ἕνεκεν τὸ μέλος ἐπινενόηται, πῶς ἓν ὂν τὸ θεῖον Πνεῦμα, ποτὲ μὲν ἑνίζεται, ποτὲ δὲ πληθύνεται. Πρότερον δὲ περὶ τοῦ προτέρου κεφαλαίου διαληπτέον.

A seu canendi principes : quot chori, et ex quibus, et quare tot sint chori : et ex tot, quænam sit differentia psalterii ad alia musica instrumenta : quis psalmorum ordo : quænam sit in multis psalmis obscuritatis ratio : quot translationes sint de Hebraica lingua in Græcam : et a quibus fuerint factæ : quare sit inventus cantus : quare cum divinus Spiritus unus sit, aliquando singulari effertur sermone, et aliquando plurali. Et primo quidem de priori capite tractabimus.

Φασὶ μὴ μόνου τοῦ Δαβὶδ εἶναι τοὺς ψαλμοὺς, ἀλλά τινας καὶ Ἰδιθοὺμ, καὶ τῶν υἱῶν Κορὲ, καὶ τοῦ Ἀσὰφ, καὶ Αἰθὰμ, καὶ Αἰμὰν τοῦ Ἰσραηλίτου, ἕνα δὲ καὶ Μωσέως, καὶ Σολομῶντος ἄλλους· καὶ δῆλον ἀπὸ τῶν ἐπιγραφῶν, συλλεγέντας εἰς ἓν μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν ὑπὸ τοῦ Ἔσδρα. Πολλοὶ δὲ καὶ μόνον ἐπιγεγραμμένον ἔχουσιν· *Ἀλληλούϊα*, καὶ ἄλλοι ἐπιγραφὴν μέν τινα φέρουσιν, ἀνώνυμοι δέ· ἕτεροι δὲ, παντάπασίν εἰσιν ἀνεπίγραφοι. Διὸ καὶ A ἀπολύτως βίβλος ψαλμῶν ὠνόμασται, καὶ καθὼς εὑρίσκομεν ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων, οὐκ εἰς Δαβὶδ μόνον ἀναφερομένη· καταχρηστικῶς γὰρ λέγεται αὕτη Ψαλτήριον, ὅτι ψαλτήριον κυρίως ὀργάνου εἶδος, *Ναῦλα* παρὰ Ἑβραίοις ὀνομαζόμενον, ἐκ τοῦ ψάλλειν, ὡς εὐκτήριον ἐκ τοῦ εὔχεσθαι. Μετηνέχθη καὶ ἐπὶ τὴν βίβλον ἡ κλῆσις ἄλλως, ἐκ τοῦ τηρεῖν τοὺς ψαλμούς. Ἄλλοι δὲ λέγουσιν, οἷς καὶ ἐγὼ συντίθεμαι, πάντας τοὺς ψαλμοὺς εἶναι τοῦ Δαβίδ· ὥσπερ γὰρ ὁ Μωϋσέως ἐπιγεγραμμένος, οὐκ ἔστι Μωσέως· εἰ γὰρ ἦν, πρῶτος ἂν ἔκειτο διὰ τὴν ἀρχαιογονίαν ἐκείνου, ἢ καὶ ἐν ταῖς τούτου βίβλοις ἀνέκειτο, καθάπερ αἱ ᾠδαὶ αὐτοῦ, ἡ μὲν ἐν τῇ Ἐξόδῳ, ἡ δὲ ἐν Ἀριθμοῖς, ἡ δὲ ἐν Δευτερονομίῳ· οὕτως οὐδὲ τ' ἄλλα, τὰ δοκοῦντα φέ- C ρειν ἀλλοτρίαν ἐπιγραφήν. Καὶ γὰρ Σολομῶντος δύο φασὶν εἶναι ψαλμοὺς, οἵτινες, εἰ ἐκείνου ἦσαν, τελευταῖον ἂν ἐτετάχατο, καὶ ἅμα ἢ καὶ ἐν ταῖς Βασιλείαις, ἢ καὶ τοῖς Παραλειπομένοις ἐμπεριείχοντο, ἢ καί που δηλοῦσθαι ἔμελλον, ὡς τό· *Ἦσαν αὐτῷ ᾠδαὶ πεντακισχίλιαι, καὶ παραβολαὶ τρισχίλιαι*· ψαλμῶν δὲ αὐτοῦ οὐκ ἐμνημόνευσεν ἡ θεία Γραφή. Λοιπὸν οὖν αἱ ἐπιγραφαὶ Ἰδιθοὺμ, καὶ τῶν υἱῶν Κορὲ, καὶ Ἀσὰφ, καὶ Αἰμὰν, καὶ Αἰθὰμ, παριστῶσιν, ὅτι τούτοις τοῖς ἀνδράσιν ἀρχῳδοῖς χειροτονηθεῖσι τῶν χορῶν, οὓς ὁ Δαβὶδ ἐκ τῆς φυλῆς Λευῒ κατεστήσατο, καὶ ἀπεκλήρωσεν εἰς τὸ ὑμνεῖν τὸν Θεὸν ἐν τοῖς διαφόροις ὀργάνοις, ὧν εἴδη σαφῶς ὁ τελευταῖος ἀπαριθμεῖται ψαλμὸς, ἰδικῶς ἕκαστον τῶν οὕτως ἐπιγεγραμμένων ψαλμῶν οὗτος παρεδί- D δου ψάλλειν, τῶν ἄλλων κοινῶς ὑπὸ πάντων ψαλλομένων· ὑφ' οὗ γοῦν ἕκαστος ἰδικῶς ἐψάλη, τούτου καὶ τὴν ἐπιγραφὴν ἀπηνέγκατο. Καὶ τοῦτο δὲ φανερὸν ἐξ ὧν φησιν ἡ βίβλος τῶν Παραλειπομένων, ὅτι καὶ *Ἦσε τὴν ᾠδὴν ταύτην, ἐν χειρὶ Ἀσάφ*. Ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ ἐπιγράμματος τοῦ λη' ψαλμοῦ· *Εἰς τὸ τέλος* γὰρ, φησὶ, *τῷ Ἰδιθοὺμ, ᾠδὴ τῷ Δαβίδ*· ἐποιήθη μὲν γὰρ τῷ Δαβὶδ, ἀνετέθη δὲ τῷ Ἰδιθοὺμ εἰς τὸ ψαλῆναι. Καὶ αὖθις ὁ μγ' ψαλμὸς οὕτως ἐπιγέγραπται· *Εἰς τὸ τέλος τοῖς υἱοῖς Κορὲ, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ*. Καὶ πάντες δὲ οἱ φέροντες

Aiunt quidam psalmos non solius esse David, sed quosdam Idithum, alios filiorum Core, alios item Asaph, Etham et Emam, Israelitæ : unum Moysi, et alios Salomonis : quod manifestum esse asserunt ex inscriptionibus, eosque post captivitatem dicunt ab Esdra fuisse in unum collectos. Multi etiam psalmi pro inscriptione habent tantum *Alleluia*, et alii inscriptionem sine auctore, alii etiam omni prorsus carent inscriptione. Quam ob causam, totum hoc opus, non psalmos David, sed indefinite librum Psalmorum appellari aiunt, ut in Actibus apostolorum legimus, atque indicari, quod totus psalmorum liber soli David ascribendus non sit. Nam quod Psalterium appellamus hanc psalmorum collectionem, improprie id dicimus : quia Psalterium proprie organi quoddam genus est : quod apud Hebræos dicitur *Naula*, a psallendo sic dictum, quemadmodum oratorium ab orando ; sed hujusmodi appellatio ad Psalmorum librum postmodum translata est, qui tamen vel ea etiam ratione denominationem hanc sortitus est, quia psalmos continet. Alii vero (quibus ego consentio) asserunt psalmos omnes a David fuisse compositos : et quemadmodum octogesimum octavum psalmum, qui Moysi inscribitur, dicunt Moysi non esse, quia si ejus esset, ob illius antiquitatem, primus in ordine legeretur, aut saltem haberetur inter libros Moysi, sicuti habentur ejus cantica, quorum unum in Exodo, alterum in Numeris, tertium in Deuteronomio reperitur ; ita etiam existimandum esse asserunt de aliis psalmis, qui aliorum inscriptiones præ se ferre videantur : [quod scilicet ab alio compositi non sint, quam a beato David.] Eadem etiam dicunt de duobus psalmis, qui Salomonis inscriptionem habent, quod scilicet si essent Salomonis, aut extremo in ordine collocari debuerant, aut in libris Regum, aut Paralipomenon interseri : aut saltem alicubi de eis memoria haberi, eo modo quo cæterorum omnium ejus operum ratio habita est [1]. *Erant enim*, inquit, *illi, cantica quinquies mille*, *parabolæ ter mille* : psalmorum vero ejus, Scriptura non meminit. Cæterum inscriptiones, Idithum filiorum Core, Asaph, Emam et Etham, hoc tantum volunt significare : quod his viris, quos beatus David elegerat ex tribu Levi, in duces ac principes chororum, quosque instituerat, ut variis organis Deum laudarent, et quorum organorum genera, aperte postremus omnium psalmus connumerat : quod his, inquam, viris unusquisque psalmorum, juxta

[1] III Reg. IV, 32.

nominum inscriptionem, privatim ad psallendum sit traditus : cum alii psalmi ab universis cantoribus, atque in commune canerentur. Illi igitur psalmi, qui privatim ab aliquo eorum decantati sunt, cantoris sui inscriptionem retulerunt : quod etiam manifestius fit ex his quæ in libro Paralipomenon legimus [8]. *Cecinit*, inquit, *canticum hoc in manu Asaph.* Quin etiam ab inscriptione psalmi xxxviii, quæ hujusmodi est [9], *In finem Idithum canticum ipsi David.* Compositum quippe fuit id canticum a beato David, et ab eo traditum Idithum, ut illud caneret. Psalmus etiam xliii sic inscribitur [10] : *In finem filiis Core, psalmus ipsi David.* Præterea psalmi omnes, qui aliorum inscriptiones habent, non per genitivum casum, sed per dativum inscribuntur : quæ res abunde indicat, psalmos quidem a beato David fuisse conscriptos, sed illis cantoribus privatim traditos ad canendum. Quod si quis contra, illud dicat : plures etiam esse psalmos, qui in inscriptione habent nomen David, in tertio casu, videlicet *Psalmus ipsi David* : replicabimus multos esse etiam qui per secundum casum inscripti sunt : videlicet *Psalmus ipsius David* : quod tamen in aliis nominibus non reperitur : ut sciamus quod ab ipso quidem David conscripti sunt, non ei dati aut oblati : hoc enim differentiam introduxit. Ille autem psalmus qui Moysi inscribitur, hujusmodi habet inscriptionem [11] : *Oratio ipsi Moysi homini Dei*, quæ inscriptio docere videtur quod ille psalmus iis congruat, qui per divinam aquam, hoc est per salutare lavacrum baptismatis, homines Dei effecti sunt. Moyses quippe interpretatur, *assumptus ex aqua*. Ex aqua vero assumuntur omnes qui baptizantur. Unde etiam Dei homines merito cognominantur. Eos vero psalmos, qui Salomonis dicuntur, in Christum fuisse compositos reputamus. Salomon namque interpretatur *pacificus*. Verum quisnam alius tam fuit pacificus, quam Christus? qui natura ipsa pacem habet? [12] *Pacem*, enim, inquit, *meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*. De psalmis qui sine inscriptione sunt, illud in primis sciendum est, quod multa Hebræorum exemplaria, conjunctum habent secundum psalmum cum primo : cum apud eos non sit numerus in psalmis : secundus autem, sine contradictione, conscriptus fuit a beato David. Cujus rei testes habemus apostolos, in Actibus dicentes ad Deum : [13] *Tu qui per os David pueri tui dixisti : Quare insurrexerunt gentes, etc.* Unde etiam demonstratur primum psalmum pari modo ipsius esse David : quod si primum et secundum psalmum, qui carent inscriptione, dicimus esse David, consequenter alii omnes, qui sine inscriptione sunt, ejusdem erunt : sicuti inter cæteros esse scimus psalmum nonagesimum quartum, ut attestatur Apostolus in Epistola sua ad Hebræos, dicens [14] : *Iterum quamdam determinat diem nodie in David, dicens post tantum tempus : hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Psalmi quoque qui sunt sine nomine, eidem ascribendi

A ἀλλοτρίας ἐπιγραφὰς, οὐ τοῦ δεῖνος, ἀλλὰ τῷ δεῖνι ἐπιγεγράφαται, ὃ καὶ αὐτὸ σημεῖον ἐναργὲς, ὅτι τῷ Δαβὶδ ποιηθέντες, τούτοις ἰδιαίτερον πρὸς τὸ ψάλλειν ἐνετέθησαν. Εἰ δ' εἴποι τις, ὅτι καὶ μὴν καὶ ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ ἐπιγέγραπται τοῖς πλείοσιν, ἐροῦμεν, ὅτι καὶ πολλοῖς πάλιν, ψαλμὸς τοῦ Δαβὶδ, ὅπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων οὐχ εὑρήσεις, ἵνα γνῶμεν, ὅτι τοῦ Δαβὶδ εἰσι καὶ πεποιημένοι, οὐ δεδομένοι καὶ ἀνακείμενοι· τοῦτο γὰρ τὴν διαφορὰν εἰσήγαγεν. Ὁ δ' εἰς τὸν Μωϋσῆν ἀναφερόμενος, τοιαύτην ἔχει τὴν ἐπιγραφήν· *Προσευχὴ Μωϋσῇ ἀνθρώπῳ τοῦ Θεοῦ*, μονονουχὶ διδάσκουσαν, ὡς ὁ ψαλμὸς οὗτος ἁρμόζει τοῖς διὰ τοῦ θείου ὕδατος, ἤτοι τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος, ἀνθρώποις τοῦ Θεοῦ γινομένοις· Μωϋσῆς γὰρ *ληφθεὶς ἐξ ὕδατος* ἑρμηνεύεται. B Λαμβάνονται δὲ ἐξ ὕδατος, καὶ Θεοῦ ἄνθρωποι χρηματίζουσιν, οἱ βαπτιζόμενοι. Τοὺς δὲ τοῦ Σολομῶντος λεγομένους εἰς τὸν Χριστὸν εἰρῆσθαί φαμεν. Σολομὼν γὰρ *εἰρηνικώτατος* ἑρμηνεύεται, ὅπερ ἐστὶν ὁ Χριστὸς, κατὰ φύσιν τὴν εἰρήνην ἔχων· *Εἰρήνην* γὰρ, φησὶ, *τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν.* Περὶ δὲ τῶν ἀνεπιγράφων, πολλὰ τῶν Ἑβραϊκῶν ἀντιγράφων συνημμένον ἔχουσι τῷ πρώτῳ ψαλμῷ τὸν δεύτερον, οὐ προσκειμένου τοῖς ψαλμοῖς ἀριθμοῦ παρ' αὐτοῖς· ὁ δὲ δεύτερος, ἀναντιῤῥήτως τοῦ Δαβίδ. Καὶ τούτου μάρτυρες οἱ ἀπόστολοι, λέγοντες πρὸς τὸν Θεὸν ἐν ταῖς Πράξεσιν· *Ὁ διὰ στόματος Δαβὶδ τοῦ παιδός σου εἰπών· Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη*, καὶ τὰ ἑξῆς. C Συναποδείκνυται οὖν καὶ ὁ πρῶτος ψαλμὸς τοῦ Δαβὶδ εἶναι. Εἰ δὲ καὶ ὁ πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος τῶν ἀνεπιγράφων, τοῦ Δαβὶδ, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἀνεπίγραφοι, καθὰ δήπου καὶ ὁ ἐνενηκοστὸς τέταρτος, ὡς μαρτυρεῖ ὁ ἀπόστολος Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ, φάσκων· *Τινὰ ὁρίζει ἡμέραν σήμερον ἐν Δαβὶδ, λέγων μετὰ τοσοῦτον χρόνον, καθὼς εἴρηται· Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν.* Καὶ οἱ ἀνώνυμοι δὲ Δαβίδ εἰσιν, ὡς διδάσκει Στέφανος ὁ πρωτομάρτυς ἐν ταῖς Πράξεσι· φησὶ γὰρ πρὸς Ἰουδαίους· *Ἕως τῶν ἡμερῶν Δαβὶδ, ὃς εὗρε χάριν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ ᾐτήσατο εὑρεῖν σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ.* Τοῦτο δὲ τὸ ῥητὸν τοῦ ρλα' ψαλμοῦ, δῆλόν ἐστιν, ὡς ἔστιν ἀνώνυμος. Ἀλλὰ D καὶ οἱ τὸ *Ἀλληλούϊα* ἐπιγεγραμμένον ἔχοντες τοῦ Δαβίδ εἰσιν· αὐτίκα γὰρ ὁ πρῶτος αὐτῶν, ὁ ρδ' ἐν τοῖς Παραλειπομένοις τῷ Δαβὶδ πεποιῆσθαι γέγραπται. Δοκεῖ οὖν αἰτία τοῦ μὲν εἶναί τινας ἀνεπιγράφους, ὅτι οὐκ εἰς ὄνομα ἑνὸς ἔθνους ἕκαστος τῶν τοιούτων λέγεται· τοῦ δὲ ἀνωνύμους, ὅτι εἰς τὸν Κύριον εἴρηνται· τοῦ δὲ φέρειν *Ἀλληλούϊα*, ὅτι πρὸς Θεόν εἰσιν εὐχαριστία καὶ ὕμνος. Καὶ περὶ μὲν τούτου τοσαῦτα· καιρὸς δὲ εἰπεῖν καὶ περὶ τῶν ἄλλων.

[8] Psal. xxxv, 15. [9] Psal. xxxviii, 1. [10] Psal. lxxxiv, 1. [11] Psal. lxxxix, 1. [12] Joan. xiv, 27. [13] Act. iv, 25. [14] Hebr. iii, 8.

sunt, ut docet beatus Stephanus protomartyr in Actibus dicens ad Judæos : [15] *Usque ad dies David, qui invenit gratiam coram Deo, et petiit, ut inveniret tabernaculum Deo Jacob.* Quod dictum manifeste sumptum est ex psalmo CXXXI, qui auctoris caret nomine. Simili modo etiam psalmi, qui loco inscriptionis habent *Alleluia*, ipsius David reputandi sunt : siquidem eorum primus qui est CIV, manifeste ab eo fuit compositus, ut legimus in libro Paralipomenon. Ratio autem, quare psalmorum aliqui carent inscriptione, videtur ea esse, quia non in unius tantum gentis nomine, unusquisque eorum dictus est ; quod vero sint sine nomine, ea videtur esse ratio, quia in ipsum Dominum dicti sunt : quod habent *Alleluia*, ratio est, quia gratiarum actiones et laudes in Deum continent. Verum de his hæc dicta sufficiant : tempus est, ut de cæteris etiam tractemus.

Ψαλτὸς μὲν, ὁ ᾀδόμενος Θεός· ψαλμὸς δὲ, τὸ ποίημάτιον καὶ τὸ μέλος αὐτοῦ· ψαλμῳδὸς δὲ, ὁ ποιητὴς τούτων· ψαλτῳδὸς δὲ, ὁ ψάλλων τοῦτο χορός· τὸ μέντοι διάψαλμα μεταβολὴν σημαίνει νοήματος, ἢ μέλους, ἢ ἀναβολήν τινα κρούματος, ἢ τηνικαῦτα θείου Πνεύματος ἔλλαμψιν εἰς τοὺς ψάλλοντας· ἀπεγράφοντο γὰρ ταῦτα πάντα διὰ τὴν ἀκρίβειαν. Ἀλλὰ ψαλμὸς μὲν κυρίως, ὁ μετὰ ὀργανικοῦ ψαλτηρίου ἐμμελῶς ἐκφωνούμενος· ᾠδὴ δὲ, φωνή τις μουσική τε καὶ ἐναρμόνιος, ἀπὸ μόνου στόματος. Καταχρηστικώτερον δὲ λέγεται κἀκεῖνος ᾠδὴ, καὶ αὕτη ψαλμός· ἀρχαιότερον δὲ ἡ ᾠδή· καὶ γὰρ Μωϋσῆς ἦρξε ταύτης, καὶ διήρκεσεν ἕως Δαβίδ. Οὗτος δὲ πρῶτος ἤρξατο τῶν ψαλμῶν· εἰ γὰρ καὶ περιῆν ψαλτήριον ὄργανον, ἀλλ' ἄτεχνον καὶ ἰδιωτικὸν, καὶ πρὸς μόνα ψάλλον τὰ ποίμνια· Δαβὶδ δὲ σοφώτερον τοῦτο κατεσκεύασεν, ἢ ἥρμοσεν, καὶ τὴν χρῆσιν αὐτοῦ πρὸς Θεὸν μετήνεγκεν. Ὕμνος δὲ, ἡ ἐπιτεταμένη δοξολογία· αἶνος δὲ, ὁ σύντομος ἔπαινος· ἐξομολόγησις δὲ, ἡ κατ' ἐπίτασιν ὁμολογία ἢ καλῶν ὧν πεποιήκαμεν, ἢ κακῶν ὧν δεδράκαμεν· προσευχὴ δὲ, ἡ δέησις· εὐχὴ δὲ, ἡ ὑπόσχεσις. Πάντα δὲ λέγονται πρὸς Θεόν. Τί μὲν οὖν ἐστι ψαλμὸς, καὶ τί ᾠδὴ, προσηκόντως εἴρηται. Ὠδὰς δὲ ψαλμῶν ὑποληπτέον, ὅτι προτάσσεται μὲν ἡ δι' ὀργάνου μουσικὴ, ἕπεται δὲ ἡ διὰ στόματος φωνὴ, δευτέραν λαμβάνουσα χώραν· ψαλμοὶ δὲ ᾠδῶν, ὅτε τοὐναντίον γίνηται. Κατὰ δὲ τοὺς νόμους τῆς ἀναγωγῆς, ψαλμὸς μὲν ἂν εἴη, ὅτε τὸ σῶμα τείνοντες, ὡς ὀργανικὸν ψαλτήριον, καὶ διὰ τῶν καλῶν ἔργων ἐπαφώμενοι τρόπον τινὰ, καὶ ψαύοντες αὐτοῦ, πρᾶξιν ἀποτελοῦμεν ἀγαθήν τε καὶ ἐναρμόνιον, εἰ καὶ μήπω θεωρίας ἐπέβημεν· ᾠδὴ δὲ, ὅτε χωρὶς τοῦ πρακτικοῦ θεωροῦμεν τὰ τῆς ἀληθείας μυστήρια, γεγυμνασμένοι ἤδη τυγχάνοντες· ᾠδὴ δὲ ψαλμοῦ, ὅταν προαγούσης ἀγαθῆς πράξεως, εἰς θεωρίαν καταντήσωμεν, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Ἐπεθύμησας σοφίαν, διατήρησον ἐντολὰς, καὶ Κύριος χορηγήσει σοι αὐτήν.* Ψαλμὸς δὲ ᾠδῆς, ὅτε τῆς θεωρίας σαφηνιζούσης τινὰ τῶν κεκρυμμένων ἠθικῶν, εἰς ἐργασίαν τούτων ἐρχόμεθα. Καὶ τάχα διὰ τοῦτο πρῶτον οἱ ψαλμοὶ, εἶτα αἱ ᾠδαὶ, ὅτι χρὴ καὶ διὰ τῆς πρακτικῆς ἰόντας, εἰς θεωρίαν ἐλθεῖν. Ἔνθεν τοι καὶ πρὸς τῷ τέλει πολλαὶ ᾠδαί· καὶ ὅπου ἀναβαθμὸς, οὐδαμοῦ ψαλμὸς, οὔτε μετ' ἐμπλοκῆς ᾠδῆς. Ἐν γὰρ ταῖς ἀναβάσεσιν οἱ ἅγιοι πρὸς μόνῳ τῷ θεωρεῖν εἰσιν.

A Psaltus quidem Deus est qui canitur : psalmus vero poema et carmen quod de eo canimus : psalmodus, poeta est qui hæc conficit carmina : et Psaltodus, chorus canentium psalmos : diapsalma, mutationem sententiæ, aut cantus significat : aut pausam, seu interjectionem quamdam pulsationis, vel fulgorem, atque illuminationem divini Spiritus, quæ tunc canentibus apparebat : scribebantur enim omnia hæc ab eis diligenter. Psalmus proprie est illud carmen, quod simul cum Psalterii instrumento suavi voce profertur : ode seu canticum, vox quædam est musica cum harmonia, solo ore prolata, quamquam improprie ipsum canticum sæpenumero Psalmus dicatur. B Est autem canticum psalmo antiquius : Moyses quippe cantici auctor fuit, illiusque usus usque ad beati David tempora perseveravit : qui primus omnium cœpit psalmos conscribere. Nam et si antea psalterii instrumento uterentur, illius usus et sine arte ulla erat, et admodum vulgaris ; ad solos enim greges mulcendos pulsabatur. David igitur homini instrumentum sapientius coaptavit, et illius usum ad Deum transtulit. Hymnus vero est divinæ gloriæ extensior atque amplior quædam laus. Nam cum laudis nomen simpliciter dicimus, vulgariores ac breviores laudes significamus. Confessio etiam amplum quoddam testimonium est et fides, qua aut bona quæ recepimus fatemur, aut mala quæ commisimus. Porro oratio preces C significat, et votum promissionem, omniaque ad Deum pertinent. Quid itaque sit psalmus, et quid canticum, abunde diximus. Canticum autem psalmi tunc est, quando musice per organicum instrumentum prius disponitur, et deinde consequitur vox ore emissa, quæ secundum occupat locum. Psalmus vero cantici tunc dicitur, quando ejus quod nunc diximus contrarium fit. Juxta anagogen ac moralem sensum, psalmum tunc canimus, quando corpus nostrum quasi psalterii instrumentum intendimus, et per bona opera quodammodo ipsum palpantes, bonas ac concinnas actiones perficimus, quanquam ad altiores contemplationes nondum ascenderimus. Oden vero aut canticum canere tunc dici possumus, quando absque D ullis operationibus veritatis tantum mysteria contemplamur, effecti jam in ea re admodum exercitati : et canticum psalmi, quando præcedentibus bonis actionibus, in contemplationem devenimus : juxta quod dicitur : *Concupisti sapientiam : serva mandatum, et Dominus tibi eam ministrabit* [16].

[15] Act. VII, 46 [16] Eccli. I, 33.

Psalmum etiam cantici tunc vere canimus, quando contemplatione, occulta quædam quæ ad mores pertinent, nobis revelante, nos in eorum operationem procedimus. Hac ratione fortassis psalmi primo loco, et deinde cantica collocata sunt : cum deceat ut per actiones ad contemplationem accedamus. Multa enim cantica habentur circa finem libri, verum ubi gradus est, seu assensus, illic nusquam est psalmus, neque etiam conjunctus cum cantico ; sancti enim viri in ascensionibus contemplationi tantum intenti sunt.

Sunt qui Esdram, et alii qui Ezechiam dicant psalmos in unum collegisse, qui centenario et quinquagenario numero continentur. In quo numero et quinquagenarius numerus Pentecostes dictus, atque ab Hebræis veneratus, cernitur, per hebdomadas hebdomadarum perfectus, id est septenario multiplicatus, et Trinitatis pariter contemplari potest mysterium, addita videlicet unitate propter unam quæ est in tribus personis unitatem. Cantorum quatuor erant principes, quatuor choris præfecti, ob totidem mundi climata, ad quæ psalmorum voces perventuræ erant. Unusquisque autem chorus, ex duobus et septuaginta cantoribus constabat : ut quidam retulerunt se apud Hebræos legisse, juxta proportionem ac numerum linguarum quæ in Babylonicæ turris ædificatione confusæ, seu potius divisæ fuerunt. Futurum enim erat, ut omnis lingua hujusmodi psalmos decantaret. Et alii quidem cantorum tuba, tympano, organo, cymbalis, lyra, aut cythara, dulce ac suaviter canebant : David vero regium psalterii instrumentum tenebat. Tubæ, syringæ ac fistulæ inflantur, lyra et cythara intenduntur, cymbala et tympana pulsantur, et alia quæcunque sonum potius habent quam vocem : psalterium vero, quod etiam alicubi cinyram et cytharam et lyram appellant, ad id genus instrumentorum pertinet, quæ intenduntur. Est tamen instrumentum hoc rectum, et superne causas habet unde emittat voces : ea nimirum ratione, ut addiscamus et nos, recti consistere, supernaque ac cœlestia meditari, atque ut hoc pacto efficiamur spirituale psalterium, consentiente intra nos in unum anima et corpore : ipsoque sancto Spiritu, veluti peritissimo quodam artifice, pulsante nos ac percutiente : decem vero clavi in ipsius psalterii brachio circumvoluti intendebant chordas, easque remittebant ad ipsius modulantis arbitrium ac concentum. Et dextera quidem manus plectrum tenebat, sinistra vero desuper contrectans et circumferens clavos, gravem, aut acutam, seu etiam mistam vocem reddebat. Decem præterea chordas, vocibus sibi invicem contrariis habebat, ex quo docemur, oportere nos, ex decem sibi mutuo adversantibus chordis, ex quinque corporis sensibus harmoniacum et concinnum cantum in hac vita Deo præludere.

A Οἱ μὲν οὖν εἶπον Ἔσδραν, οἱ δὲ Ἐζεκίαν συναγαγεῖν τοὺς ψαλμοὺς, εἰς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα συναριθμουμένους. Ὁμοῦ γὰρ ὁ παρ' Ἑβραίοις ἐνθεωρεῖται τιμώμενος ἀριθμὸς τῆς Πεντηκοστῆς, δι' ἑβδομάδος ἑβδομάδων συμπεραινόμενος, ὁμοῦ δὲ καὶ τὸ τῆς Τριάδος συνεπιθεωρεῖται μυστήριον, τῆς μονάδος ἐκεῖ προστιθεμένης, διὰ τὴν μίαν ἐν τρισὶν προσώποις Θεότητα. Τέσσαρες δὲ οἱ ἀρχῳδοὶ, τεσσάρων ἡγούμενοι χορῶν, διὰ τὰ τοῦ κόσμου τέσσαρα κλίματα, ὧν ἄχρι διαδραμεῖν ἔμελλον οἱ ψαλμοί. Ἐκ δύο δὲ καὶ ἑβδομήκοντα χορὸς ἕκαστος, ὥς ἔφασάν τινες, ἀπὸ τοῦ Ἑβραϊκοῦ ἀναλεξάμενοι, κατὰ ἀναλογίαν τῶν συγχυθεισῶν, ἢ μᾶλλον διακριθεισῶν ἐν τῇ πυργοποιίᾳ γλωσσῶν, διὰ τὸ μέλλειν πᾶσαν γλῶσσαν, ᾄδειν τοὺς τοιούτους ψαλμούς. Καὶ B οἱ μὲν ἄλλοι σάλπιγγι καὶ τυμπάνῳ καὶ ὀργάνῳ καὶ κυμβάλοις, ἢ λύρᾳ καὶ κιθάρᾳ μελῳδοῦντες ἦσαν· Δαβὶδ δὲ τὸ βασιλικὸν κατεῖχεν ὄργανον, τὸ ψαλτήριον. Σάλπιγγές μὲν οὖν καὶ σύριγγες, ἐμπνευστά· λύρα δὲ καὶ κιθάρα, ἐντατά· κύμβαλα δὲ καὶ τύμπανα, κρουστὰ, καὶ ὅσα μᾶλλον ἤχους, ἢ φθόγγους ἔχουσι. Ψαλτήριον δὲ, ὃ καὶ ἀλλαχοῦ καλοῦσι κινύραν, καὶ κιθάραν καὶ λύραν, τῶν ἐντατῶν μὲν ην. Πλὴν, ὄρθιον, καὶ ἄνωθεν εἶχε τῶν φθόγγων τὰς ἀφορμὰς, ἵνα καὶ ἡμεῖς εὐθεῖς ὦμεν, καὶ τὰ ἄνω μελετῶμεν, καὶ γινώμεθα ψαλτήριον, συμφωνούντων ἐν ἡμῖν ψυχῆς καὶ σώματος, καὶ πλήττοντος ἡμᾶς οἷα τεχνίτου τινὸς τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Δέκα γὰρ κόλαβοι παρὰ τὸν πῆχυν τοῦ ψαλτῆρος C στρεφόμενοι, ἔτεινόν τε καὶ ἐχάλων τὰς χορδὰς, πρὸς τὸ τοῦ μεταχειριζομένου βούλημα καὶ τὸν ῥυθμόν. Καὶ ἡ μὲν δεξιὰ χεὶρ κατεῖχε τὸ πλῆκτρον· ἡ δ' ἀριστερὰ, τῶν κολάβων ἄνωθεν ἐπαφωμένη καὶ περιστρέφουσα, βαρὺν, ἢ ὀξὺν, ἢ κεκραμένον φθόγγον εἰργάζετο. Δέκα δὲ χορδὰς ἀντιφθόγγους ἀλλήλως εἶχε, διδάσκων, ὅτι δεῖ καὶ ἡμᾶς ἐξ ἀντιφθόγγων χορδῶν δέκα, τῶν μὲν τῆς ψυχῆς πέντε δυνάμεων, πέντε δὲ τῶν τοῦ σώματος αἰσθήσεων, ἐναρμόνιον μέλος ἀνακρούεσθαι τῷ Θεῷ.

Psalmorum ordo ille amplius non est, qui a principio fuit, quando fuere conscripti : nec tamen casu, aut fortuito hujusmodi ordo datus est, sed potius ex dispensatione divina, quæ consequentium temporum nullam habuit rationem. Nam quemadmodum in artibus, tam factivis quam rationalibus, alia est instrumentorum et canonum inventio et ordo, atque alius etiam eorum usus, juxta ipsa tempora nimirum aut varias rerum rationes (alius enim fortassis medicus primum

D Ἡ δὲ τῶν ψαλμῶν τάξις; οὔθ' ὡς κατ' ἀρχὰς ἐποιήθησαν, οὔτε μὴν ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ μᾶλλον οἰκονομικὴ, μηδὲν τῆς χρονικῆς ἐπιστρεφομένη ἀκολουθίας· καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων πρακτικῶν τεχνῶν ἢ λογικῶν, ἑτέρα μὲν, ἡ τῶν ὀργάνων, ἢ τῶν κανόνων εὕρεσις καὶ τάξις· ἑτέρα δὲ, ἡ χρῆσις παρὰ τοὺς καιροὺς, ἢ τὰ πράγματα· καὶ ὁ μὲν τέμνει τυχὸν πρῶτον, ὁ δὲ φαρμακεύει, ὁ δὲ χρίει, καὶ ὁ μὲν φοβεῖ πρότερον, ὁ δὲ παρακαλεῖ, καὶ οὐδὲν τῷ τεχνίτῃ μέλει τῆς ἐκείνων τάξεως· ἀλλὰ

πρῶτον (5) αὐτὸ δοκεῖ τὸ κατὰ χρείαν ἢ δύναμιν, ὃ τάξιν ἄτακτον λέγομεν, πρὸς τὸ οἰκεῖον συμφέρον· οὕτω καὶ τῷ ἡμετέρῳ τεχνίτῃ, τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, μηδὲν τῆς ἱστορίας μελῆσαν, τῆς ὠφελείας τῶν ἐντυγχανόντων ἐμέλησεν, καὶ ὅπως τὸ τῆς ἡμετέρας ἄγαλμα ψυχῆς γλυφῇ κατὰ τρόπον, καὶ πρὸς κάλλος ἀποξεσθῇ, καὶ τέλος μορφωθῇ πρὸς Θεόν. Διὰ τοῦτο πρῶτα μὲν ἐν τῷ πρώτῳ ψαλμῷ τῆς ἀσεβείας ἅμα καὶ ἁμαρτίας ἀποῤῥήγνυσιν· ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ, τίνος ἐσμὲν κλῆρος, καὶ τίνι προσκολληθῆναι δέον ἀποδεικνύει· ἐν δὲ τῷ τρίτῳ, τὴν κατὰ τῶν Θεῷ προσκολληθέντων ἐπιβουλήν τε καὶ προσβολὴν προλέγει τοῦ ἀντιπάλου, καὶ καθεξῆς τὰς θεραπείας τῶν ἐν ἡμῖν παθῶν, ἢ προσβολῶν ὑποτίθησιν.

A incidit, alius pharmacum præstat et ungit : alius similiter hic primum perterret, ille consolatur : quippe cum artifici ordo curæ non sit, sed illud primum ab eo judicetur, quod vi ac virtute sua novit esse præcipuum, et vulneri cui applicatur conferre : quam rem, ordinem absque ordine solemus appellare), sic et summo huic nostro artifici sancto scilicet Spiritui, curæ fuit, non quod ad historiam, sed quod ad legentium utilitatem pertineret, atque ut hæc animæ nostræ imago, ut ita dicam, aut statua, ad mores sculperetur, ad pulchritudinem expoliretur, ac tandem formaretur in Deum. Ob hanc causam propheta, in primo quidem psalmo, ab impietate primum nos separat et a peccatis : in secundo autem subdemonstrat cujus hæreditas simus, cuique adhærere et adjungi nos oporteat : in tertio, prædicit insidias et congressus inimici, adversus eos qui Deo conjuncti sunt : deinde sanationes et curas passionum, quæ in nobis insunt, et calamitatum, subjicit.

Ἔστι δὲ καὶ λόγος ἕτερος, ὅτι ποτὲ τῶν Ἰουδαίων καταφρονησάντων τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν πατρίων ἐθῶν λαβόντων λήθην, καὶ πολὺ μάλιστα τῶν Γραφῶν παρεῤῥύησαν αἱ βίβλοι, καὶ διεφθάρησαν. Ὕστερον δὲ περὶ τὴν συναγωγὴν αὐτῶν σπουδάσας, εἴτε Ἔσδρας, εἴτε Ἐζεκίας, καὶ οὐκ ἀθρόως, ἀλλὰ καθ' ἕνα τούτους ἀναλεγόμενος, πρὸς τὸν χρόνον τῆς εὑρέσεως ἑκάστου, καὶ τὴν φαινομένην τάξιν ἐπέθηκεν· οὐ καθ' οὓς ἐλέχθησαν χρόνους, ἀλλὰ καθ' οὓς εὑρέθησαν. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν, ὅτι μὴ παρὰ τοὺς χρόνους, ἀλλὰ παρὰ τὰς ἡμέρας μᾶλλον, ἐν αἷς τὸ πρῶτον ἐποιήθησαν οἱ ψαλμοὶ, τὸ μετὰ τοῦτο συνετάγησαν. Γένοιτο δ' ἂν οὕτω φανερώτερον τὸ λεγόμενον· πρῶτον Θεοῦ σύλληψις, εἶτα γέννησις, εἶτα κλῆσις καὶ περιτομὴ καὶ προσαγωγὴ πρὸς τὸν ναὸν, καὶ ὑπάντησις, μετὰ C τριάκοντα χρόνους ἡ βάπτισις, ἡ φανέρωσις, ἡ διδασκαλία, τὰ θαύματα, τὰ παθήματα, καὶ πάντων ἔσχατον ἡ ἀνάστασις· ἀλλ' ἡμῖν γε τοὐναντίον ἐπὶ τῶν ἑορτῶν ἔχει τὰ διαστήματα, πρῶτον σύλληψις, εἶτ' εὐθὺς ἀνάστασις. Ὁρᾷς ὅση τῶν μὲν ἑορτῶν ἡ ἀπόστασις, τῶν δὲ ἡμερῶν ἡ συνάφεια; πάλιν ἀνάληψις, μεταμόρφωσις, εἶθ' ἡ γέννησις, εἶτα πάντων ἔσχατον ἡ φανέρωσις. Ὁρᾷς ὅση τῶν πραγμάτων ἡ ἐναντίωσις; καὶ ἡ μὲν τῶν ἐν μησὶν ἡμερῶν διεσώθη τάξις, ἡ δὲ τῶν πραγμάτων αὐτῶν διεκόπη μάλιστα, καὶ γέγονε τάξις ἐν ἀταξίᾳ τις.

B Est et alia præterea hujus ordinis ratio. Judæis enim Deum olim negligentibus, omnes patrii mores prorsus pene oblivioni dati sunt, unde quam plurimi sacræ Scripturæ libri, eorum ignavia perierunt. Cumque Esdras seu Ezechias, quisquis eorum fuerit, utilitatis publicæ certe studiosus, hujusmodi psalmos, non tamen una omnes, sed singulares ac dispersos reperisset, collectos postea et in unum compositos, eo ordine quo reperti sunt, ita in publicum edidit, habita temporis ratione, non quo confecti sunt, sed quo inventi. Illud etiam dici potest quod psalmi non juxta tempora, sed juxta dies, quibus primum compositi sunt, ita postea in unum ordinati fuere. Quod dicimus manifestius fiet ex his quæ subjiciam. Christi conceptio tempore primum fuit; postmodum nativitas, deinde impositio nominis et circumcisio : post hæc adductio in templum et hypantesis [hoc est *obviatio*, quam Latini purificationem Virginis appellant]; demum post triginta annos baptismus et manifestatio Domini : deinde doctrina, miracula, passiones, et postremo resurrectio. Verum apud nos festivitates istæ alio ordine atque alio intervallo celebrantur. Primo enim conceptionem, ac deinde statim resurrectionem celebramus. (6) Vides quanta sit temporis festivitatum distantia et dierum conjunctio. Rursus assumptio, transfiguratio, nativitas, et deinde postrema omnium apparitio ac manifestatio celebratur. Vides quanta sit rerum diversitas Ordo quippe dierum in mensibus servatus est, rerum autem valde disjunctus : et factus est ordo quidam, quasi sine ordine.

Ἀλλὰ καιρὸς διδάξαι λοιπὸν, καὶ τίς ἡ ἐν πολλοῖς τῶν ψαλμῶν ἀσάφεια, καὶ πόσαι μεταβολαὶ, καὶ παρὰ τίνων τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου πρὸς τὴν Ἑλληνίδα γεγόνασιν. Αἰτία τῆς ἀσαφείας τῆς παλαιᾶς Γραφῆς, τό τε συμβολικὸν τῶν ὅσα Χριστὸν καὶ τὰ κατὰ Χριστὸν, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, τὰ τῆς νέας χάριτος προετύπουν, καὶ τὰ ἰδιώματα τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου πρὸς τὴν Ἑλληνίδα. Διαφόροις γὰρ κέχρηται τὸ προφητικὸν ἔθος εἰ καὶ μὴ ἐν πᾶσι· συν-

D Sed tempus est ut jam deinceps doceamus, quænam sit obscuritatis ratio, quæ in multis psalmis reperitur, et quot translationes sint, ex Hebraica lingua in Græcam, et a quibus factæ. Quod igitur tam multa in veteri Scriptura obscura inveniantur, in causa sunt figuræ, quæcunque Christum, illiusque actiones, et novam gratiam præsignabant (omnia quippe hæc quæ ad gentium vocationem pertinere videbantur, prophetæ de industria obscure

Variæ lectiones.

(5) Scribendum fortasse αὐτῷ.
(6) Græce per interrogationem efferuntur, ut et paulo post : *Vides quanta*, etc.

admodum pertractarunt : ne si invidentissima illa Judæorum gens futuram primogeniti Israelis ruinam et gentium adoptionem cognovisset, sacros libros, ubi hæc prædicta sunt, omnes igni tradere, atque eorum memoriam obliterare studeret, neque enim alioquin sustinuissent tanta adversus se ferri testimonia. Unde non mediocre damnum posteris illatum fuisset, quod Dei consilium quodam in loco unus prophetarum nobis indicavit, dicens ex persona Dei ad Judæorum gentem [17] : *Neque credidisti, neque a principio aperui tibi aures. Noveram enim quod inobediens non pareres*). Præterea obscuritatis alia etiam est ratio, idioma scilicet Hebraicæ linguæ diversum a Græca : variis enim ac multiplicibus loquendi modis prophetæ sæpenumero usi sunt, (quanquam non sic semper,) adumbrate etiam multa dixere, ob incredulitatem et duritiem auditorum : quæ tamen paucioribus ac sanctis viris revelata sunt, quæque a solo rerum exitu ac fine recte judicantur. Postremo etiam illa addatur ratio, quod de patria ac propria Hebraica lingua in aliam, antiqua omnia legimus translata. Omnis autem lingua in aliam conversa, ut plurimum, difficultatem atque obscuritatem generat. Translatio ista facta est tempore, quo Ptolemæus Philadelphus, regnum Ægypti administrabat. Septem enim fuere translationes Veteris Testamenti.

ἐσκιασμένα γὰρ τὰ πλεῖστα διὰ τὴν τῶν ἀκροατῶν ἀπείθειαν καὶ σκληρότητα, καὶ ὀλίγοις τῶν ἁγίων παραγυμνούμενα, καὶ ὀρθῶς ἀπὸ τοῦ τέλους μόνου κρινόμενα. Τελευταῖον δὲ αἴτιον, ἡ ἀπὸ τῆς Ἑβραΐδος ἐπὶ τὴν Ἑλληνίδα γλῶτταν τούτων μεταβολή· πᾶσα γὰρ γλῶττα μετατιθεμένη πρὸς ἀλλοτρίαν, ὡς εἶπαν, ἔχει τὸ ἀσαφὲς καὶ δυσκατανόητον. Μεθηρμηνεύθησαν δὲ ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου, διέποντος τῆς Αἰγύπτου τὴν βασιλείαν. Ἑπτὰ δὲ τῆς παλαιᾶς Γραφῆς μεθερμηνεύσεις γεγόνασι

Prima a LXX viris facta, qui Hebræi erant et electi fuerunt, juxta numerum septuaginta seniorum, quos elegit Moyses. Hi igitur, commemorati regis hortatu, ad hanc provinciam designati, in unam per omnia interpretationem convenere. Secunda Aquilæ Sinopensis. Hic Græcus fuit, atque e Ponto, et Hierosolymis baptizatus : deinde cum offensus inimicusque effectus esset quibusdam Christianis, spreto baptismate, Judæis se adjunxit, et Scripturam transtulit sub Adriano imperatore eo, qui lepram passus est CCC et XXX annis post translationem LXX. Hic itaque iratus Christianis, multa pervertit. Tertiam fecit Symmachus, patria Samaritanus : qui cum apud suos, quantum honoris optabat non assequeretur, Judæos adiit, et rursum circumcisus, in Samaritanorum offensam, sacram interpretatus est Scripturam, sub Severo imperatore. Qui etiam ut Judæis placeret, quæcunque ad Christum pertinebant, non sane transtulit : annis sex et quinquaginta post editionem Aquilæ. Quarta fuit Theodotionis Ephesii, qui cum ex Marcionis hæresi esset, aliquando offensus suis cohæreticis, propriam interpretationem edidit, sub imperatore Commodo. Quinta certum non habet auctorem; inventa est autem in Hiericho, dolio operta, sub Caracalla imperatore. Sexta sine auctoris nomine reperta est Nicopoli, apud Actium, sub Alexandro Mamææ imperatore. Septima prodiit a Luciano magno eremita et martyre : qui omnibus his editionibus visis, et cum Hebraica veritate diligentissime, et magno cum labore collatis, propriam editionem, nihil mancum et nihil habentem superfluum, Christianis tradidit : quæ apud Nicomediam, manu ejus conscripta reperta est in turre quadam, apud Judæos calce illita, post ipsius Luciani certamen, et post persecutionem, quæ a Diocletiano et (7)

Πρώτη, ἡ τῶν ἑβδομήκοντα, οἵτινες Ἑβραῖοι ὄντες, ἐξελέγησαν κατὰ ἀριθμὸν τῶν ὑπὸ Μωσέως ἐκλεγέντων ἑβδομήκοντα πρεσβυτέρων, κατὰ παράκλησιν τοῦ δηλωθέντος βασιλέως, καὶ σύμφωνον εἰς ἅπαν ἑρμηνείαν ἐξέθεντο. Δευτέρα, ἡ τοῦ Σινωπέως Ἀκύλα. Οὗτος γὰρ Ἕλλην ὢν ἐκ τῆς Ποντικῆς, ἐβαπτίσθη ἐν Ἱεροσολύμοις· εἶτα προσκρούσας Χριστιανοῖς τισιν, ἠθέτησέ τε τὸ βάπτισμα, καὶ συνδραμὼν Ἰουδαίοις, ἑρμηνείαν τῆς Γραφῆς ἐξέδωκεν, ἐπὶ Ἀδριανοῦ βασιλέως τοῦ λεπρωθέντος, τὴν τῶν ἑβδομήκοντα, τριάκοντα καὶ τετρακοσίοις ἔτεσιν ὑστερίζουσαν. Πολλὰ δὲ παρέφθειρε, Χριστιανοῖς ἐγκοτῶν. Τρίτη, ἡ τοῦ Συμμάχου, ὃς ὢν Σαμαρείτης, καὶ μὴ τυγχάνων ὅσης ἐβούλετο τιμῆς, πρόσεισιν Ἰουδαίοις, καὶ δεύτερον περιτέμνεται, καὶ πρὸς ἀντιπάθειαν Σαμαρειτῶν, τὴν θείαν ἑρμηνεύει Γραφὴν, ἐπὶ Σεβήρου βασιλέως. Ὡς καὶ τοῖς Ἑβραίοις χαριζόμενος, ὅσα ἦν περὶ Χριστοῦ παρερμήνευσε, μετὰ ἓξ ἔτη καὶ πεντήκοντα τῆς τοῦ Ἀκύλα ἐκδόσεως. Τετάρτη καὶ Ἐφεσίου Θεοδοτίωνος, ὃς τῆς αἱρέσεως Μαρκίωνος ὢν, καὶ μηνίσας ποτὲ τοῖς συναιρεσιώταις, ἔκδοσιν ἰδίαν ἐποιήσατο, βασιλεύοντος Κομμόδου. Ἡ δὲ πέμπτη ἑρμηνεία, πατέρα μὲν οὐκ ἔχει γνώριμον, εὑρέθη δ' οὖν ἐν Ἱεριχῷ, πίθῳ κεκρυμμένη, Καρακάλλου βασιλεύοντος. Καὶ ἡ ἕκτη δὲ, ἀνώνυμος οὖσα, τὴν εὕρεσιν ὁμοίαν ἔσχεν ἐν Νικοπόλει, τῇ κατὰ τὸ Ἄκτιον, ἐπὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μαμαίου. Ἑβδόμη δὲ προέβη παρὰ Λουκιανοῦ τοῦ μεγάλου ἀσκητοῦ καὶ μάρτυρος, ὃς ταῖς προῤῥηθείσαις ἐπιστήσας ἐκδόσεσι, καὶ τοῖς Ἑβραϊκοῖς φιλοπονώτερον ἐντυχὼν, καὶ ἀκριβωσάμενος ἔκδοσιν ἰσόκληρον, καὶ μηδὲν ἐλλεῖπον ἢ περιττὸν ἔχουσαν, Χριστιανοῖς ἐποιήσατο, ἥτις εὑρέθη κατὰ Νικομήδειαν, ἰδιόγραφος αὐτοῦ, ἐν πυργίσκῳ, παρὰ Ἰουδαίοις κεχρισμένῳ κονιάματι, μετὰ τὴν ἄθλησιν αὐτοῦ, καὶ τὸν παρὰ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ διωγμὸν, Κωνσταν-

[17] Deut. III, 23.

Variæ lectiones.

(7) Cod. Ven. Μαξιμιανοῦ, *Maximiani*, et recte quidem.

τίνου τοῦ Μεγάλου τὴν βασιλείαν διέποντος. Αὕτη συνᾴδει τῇ τῶν ἑβδομήκοντα, τὰ περιεφθαρμένα τῶν ἄλλων ἀθετοῦσα.

Ἐκεῖνο μὲν οὖν πρόδηλον, ὅτι καθάπερ τὰ θρέμματα τοῖς αὐλήμασιν, οὕτω δὲ καὶ ὁ πολὺς ἄνθρωπος ἄγεται καὶ καλεῖται μέλεσι. Πολὺ δὲ παρ' ἡμῖν τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος, καὶ οὐκ ἔλαττον τὸ ἄωρον τοῦ καθεστηκότος, τὸ ἄγριον τοῦ ἡμερωτέρου, τὸ ἀπαίδευτον τοῦ πεπαιδευμένου. Καὶ ἐν αὐτῷ μὲν τῷ ἄῤῥενι τὸ μὲν λογικὸν τῆς ψυχῆς μέρος· τὸ δὲ ἄλογον καὶ θηριῶδες, ὧν πάντων ἡ ἡδονὴ κρατεῖ. Διὰ γοῦν ταῦτα καὶ μέλος τῶν ψαλμῶν, δι' οὗ συνειλεῖται, καθάπερ διὰ περόνης, ταῖς ψυχαῖς ἡ ἀπὸ τούτων ὠφέλεια, τὸ αὐστηρὸν τῶν πνευματικῶν φαρμάκων, ὡς μέλιτός τινος, συναλοιοῦντος τούτου, καὶ καταφαρμακεύοντος, καὶ τοῖς ἡδέσι τὰ λυσιτελῆ παραρτύοντος. Τὸ χαριέστερον γὰρ ἡδέως ἐγκαταδύνει, καὶ μονιμώτερον γίνεται. Πρῶτον μὲν τοῦτο τοῦ μέλους αἴτιον. Ἐπεὶ δὲ διὰ τῆς ἀπατηλῆς ἡδονῆς ἀπόλλυσι τὸν ἄνθρωπον ὁ ἐχθρὸς, πάλιν διὰ τῆς ἀτέχνου (8) ταύτης καὶ οἰκονομικῆς ἀνασώζεσθαι τοῦτον ὁ Θεὸς ἐπενόησεν. Αἴτιον καὶ τοῦτο δεύτερον τοῦ μελίσματος. Τὸ δὲ τρίτον, ὅτι (9) καὶ ἀγάπην ἐπινενόηται καὶ ὁμόνοιαν, ὥσπερ τὰς γλώσσας τῶν ᾀδόντων, οὕτω καὶ τὰς γνώμας εἰς ἓν συνάγειν δυνάμενον, καὶ συναρμολογεῖν, πάσας τε καὶ ἑκάστην ἑκάστῃ καὶ πάσαις· τί γὰρ οὕτως ἐστὶ διαλλακτήριον, ὡς ᾆσμα κοινὸν ἱκετήριον, ἐξ ἑκάστου καὶ πάντων ὑπὲρ ἑκάστου καὶ πάντων ἀναφερόμενον; Καὶ χωρὶς δὲ τούτων, πολλὴν ἔχει τὸ μέλος δύναμιν πρὸς ἤθους κατασκευὴν, ἢ ἐπανόρθωσιν, μεταλλάττον καὶ ῥυθμίζον αὐτό· σωφρονικά τε γὰρ παρὰ τοῖς ἀρχαιοτέροις εἶναι (10) μέλη, καὶ τοὐναντίον ἐρωτικὰ, καὶ πολεμοποιά, καὶ εἰρηνικὰ, καὶ λυπηρὰ, καὶ χαρίεντα, καὶ ῥωννύοντα, καὶ ἀμβλύνοντα. Φασὶν ὅτι καὶ Πυθαγόρας, μειράκιον ἐκτόπως ἐρῶν, μεταστρέψας τὸν αὐλὸν, μετέστρεψε καὶ τοῦ ἔρωτος· καὶ ἄλλο μετὰ ξίφους ὁρμῶν ἐξέλυσεν. Ὁ δὲ Τιμόθεος μεταξὺ τραπέζης καὶ ἡδονῆς τὸν νόμον ᾄσας τὸν ὄρθιον, τὸν θυμὸν ἤγειρε τοῦ Μακεδόνος, καὶ ἁρπάσαντα τὴν σκευὴν ἀναπηδῆσαι πεποίηκε. Οὕτω γοῦν ἡμῶν ἡ φύσις οἰκείως ἔχει πρὸς τὰ μέλη τῶν ᾀσμάτων καὶ ἡδέως, ὡς καὶ τὰ ὑπομάζια παιδία κλαυθμυριζόμενα, τούτοις καὶ μόνοις κατακοιμίζεσθαι· κατεπᾴδουσι γὰρ ᾄσματα παιδικὰ τούτοις αἱ τίτθαι, καὶ δι' αὐτῶν κατακοιμίζουσι τὰ βλέφαρα. Καὶ ὁδοιπόροι δὲ, πολλάκις κατὰ μεσημβρίαν ἐλαύνοντες, ᾄσματι παραμυθοῦνται τὴν ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ταλαιπωρίαν. Καὶ χειροτέχναι πάντες ἐργαζόμενοι ᾄδουσιν, ὡς τῆς ψυχῆς τῷ μέλει κυκλουμένης, καὶ ῥᾷον φερούσης τὰ ὀχληρὰ καὶ ἐπίπονα. Καὶ τί δεῖ λέγειν περὶ τῶν λογικῶν; ὅπου γε καὶ ἵπποι σάλπιγγος μὲν ἀκούοντες, πρὸς πόλεμον εὐτρεπίζονται· θρέμματα δὲ ταῖς σύριγξιν ἕπονται, καὶ τόγε πλέον τέρπονται, καὶ

A Maximino facta est, sub magno imperatore Constantino. Hæc cum LXX interpretum editione consentit, et quæ ab aliis depravata fuerant, reprobavit.

Illud autem omnibus manifestum est, quod quemadmodum greges fistulâ, sic etiam multi hominum aguntur et mulcentur carminibus: inter homines autem multo magis femina quam vir; nec minus etiam is qui immaturæ est ætatis, quam qui senio confectus; aut qui ferocior est, quam qui mitior; aut docto indoctior: et in ipso quidem homine alia est rationalis animæ pars et alia irrationalis ac ferina, quas omnes tamen voluptas vincit ac superat. Hac igitur de causa psalmorum cantus introductus est, per
B quem utilitas, quæ ab ipsis psalmis provenit, humanis animis veluti per fibulam quamdam adnectitur et conjungitur: ipso scilicet cantu, quasi melle quodam, alterante ac moderante spiritualis medicinæ austeritatem, et utilia dulcibus condiente. Nam quod gratum est, id jucundius recipitur et constantius retinetur. Hæc est igitur prima cantus ratio. Secunda vero illa est: quia inani ac falsa voluptate, dæmon hominem perdiderat, cogitavit Deus per eamdem, artificiose dispositam, illum rursus salvare. Tertio, cantus ad mutuam concordiam et dilectionem inventus est: utpote qui possit, ut canentium voces, ita et eorum animos, in unum componere. Quid enim est quod ita
C inimicitias generet, ut cantus amicitiam et amorem conciliat? ille videlicet cantus, qui a singulis atque ab omnibus, pro singulis et pro omnibus communiter offertur Deo. [Aut quisnam adeo est immitis et ferox, qui illum possit inimicum ducere, quem sciat Deum pro se placasse?] Multam præterea vim harmonia habet et cantus, ut possint et bonos mores parare, et labantes, aut perditos dirigere, atque in melius componere. Legimus etiam apud antiquos auctores, varia fuisse cantuum genera, ita ut alii casti essent et temperati, alii amatorii, alii etiam bellici, sic et pacifici et mœsti ac lugubres: alii denique robur, et alii hebetudinem præstantes. Aiunt enim Pythagoram, adolescentis immodice amantis, mutatis tibiæ
D modis, amorem simul mutasse, et alium gladio insilientem pari modo molliisse ac compescuisse: et Timotheum in cœna, atque inter voluptates, dum cantum quemdam caneret, qui Orthius dicebatur, animum ferunt Macedonis excitasse atque effecisse, ut, arrepta armatura, protinus exsiliret. Adeo enim humana natura cantibus familiaris est, eisque delectatur, ut vagientes etiam infantes his solis compescantur. Canunt quippe illis nutrices pueriles nænias, quibus eorum oculi sopiuntur. Viatores præterea, sæpius de media die fatigati,

Variæ lectiones.

(8) Ἴσ. ἐντέχνου, ut et Latinus legit interpres.
(9) Ἴσ. ὅτι εἰς, exploso καί.

(10) Desideratur, vel certe subauditur verbum, quo infinitus εἶναι regatur.

itineris laborem, cantu ac carmine consolantur. Omnes etiam artifices operando cantant, quasi operantis animus carmine mulceatur, et canendo facilius molestias omnes perferat ac labores. Sed quid opus est rationales homines percensere quando irrationalia ipsa, equi nimirum, tuba ad prælium parentur, et oves fistulam sequantur, ac tunc magis gaudeant et pinguescant? et feris multis cantus et carmina, solatio sint, multis ea sint pro plagis, aut laqueis? ipse siquidem unicornis pulchritudine ac cantu superatur.

Verum ii qui divina doctius ac sublimius interpretati sunt, aiunt per cantum organicum concinnitatem animæ significari. Animæ autem concinnitas est consonantia quædam et concentus illarum partium et potentiarum quæ intra animam sunt: de qua latius dicemus. Consonantia enim est harmonia rerum differentium quidem per sese, sed in unam postea consentientium et convenientium melodiam. Hoc autem videre licebit, quando præcipue consonantiarum rationes, interioribus animæ partibus congruerint: et aliud quidem in primo sit ordine, et tantummodo imperet, nunquam serviat (rationalem partem dico), aliud autem (pars scilicet irascibilis) medium locum habeat, et regatur a primo, ipsum autem posteriori imperet: quod vero extremum tenet locum, pars sit concupiscibilis, quæ tantum pareat, nunquam imperet. Tunc siquidem animæ consonantia inveniri poterit (rationalis dico partis ad irascibilem), ut ejus chordæ, quæ Hypatæ dicitur, ad Mesen. Hanc enim supremam et gravissimam vocem appellant, quæ servat consonantiam diatessaron; similiter et irascibilis ad concupiscibilem, ut Mesæ chordæ, ad eam quæ dicitur Nete: hanc autem altissimam atque acutissimam vocem nominant, quæ est diapente. Eodem modo etiam irascibilis ad concupiscibilem, ut chordæ illius, quam Hypaten diximus ad Neten, hanc siquidem vocem, quæ de gravisima acutissimaque conficitur, Diapason appellant. Quod si par est, non loca, aut nomina, attendere, sed vim potius ipsam sequi, et rerum efficaciam: rationalis pars sane potius Mese appellanda est, eo quod ad irascibilem, quasi ad chordam Neten (hæc enim acutissima est et concitatissima animæ pars) eam rationem consonantiæ habeat quæ est Diapente; et ad concupiscibilem ut ad Hypaten (hæc enim laxior est et mollior) rationem eam servat quæ est Diatessaron, intensionemque illius, et hujus remissionem coaptat atque concinnat; qua mistura optimam harmoniam perficit. His itaque sic præmissis, restat ut dicamus, quomodo divinus Spiritus unus cum sit, aliquando singulari numero dicatur: ut illud [18]: *Spiritus Domini super me: propterea unxit me*; item [19]: *Spiritum sanctum tuum ne auferas a me*: item [20]: *Et Spiritus oris ejus omnis virtus eorum*; et aliquando plurali: *Spiritus*, inquit [21], *prophetarum prophetis subjecti sunt*; item [22]: *Requiescent super eum septem spiritus*. Manifestum est autem Spiritum quidem unum esse quemadmodum et unum Artificem, instrumenta autem plura. Organa enim Artificis fuerunt

A πιαίονται· πολλοῖς δὲ καὶ θέλγητρα ταῦτα θηρῶν, καὶ θήρατρα· καὶ ὅγε μονόκερως, μέλους καὶ κάλλους λάφυρον.

Ἀλλ' οἵγε τὰ θεῖα κομψότερον ἑρμηνεύοντες, φασὶ, διὰ τοῦ ὀργανικοῦ μέλους τὴν ἐμμέλειαν ὑποσημαίνεσθαι τῆς ψυχῆς. Μουσουργία δὲ ψυχῆς, ἡ τῶν ἔνδον αὐτῆς μερῶν συμφωνία, περὶ ἧς ἐροῦμεν πλατύτερον. Συμφωνία γάρ ἐστιν ἁρμονία διαφερομένων μὲν, ὁμολογούντων δέ· τοῦτο δὲ ἔστιν ἰδεῖν, ὅταν οἱ κάλλιστοι τῶν συμφωνιῶν λόγοι τοῖς ἔνδον τῆς ψυχῆς μέρεσιν ἐφαρμόσωσι, καὶ τὸ μὲν τὴν πρώ-B την ἔχῃ τάξιν, καὶ μόνον ἄρχῃ, λέγω δὲ τὸ λογιστικόν· τὸ δὲ τὴν μέσην, οἷον τὸ θυμικὸν, ὑπὸ τοῦ πρώτου μὲν ἀρχόμενον, ἄρχον δὲ τοῦ τελευταίου· τὸ δὲ τὴν ἐσχάτην, ὡς τὸ ἐπιθυμητικὸν, ἀρχόμενον μόνως. Τότε γὰρ ἂν εἴη καὶ συμφωνία ψυχῆς· τοῦ μὲν λογιστικοῦ πρὸς τὸ θυμοειδὲς, ὡς ὑπάτης πρὸς μέσην, τοῦτο γὰρ τὸν ἀνώτατον καὶ βαρύτατον καλοῦσι φθόγγον, τὴν διὰ τεσσάρων συμφωνίαν σώζοντος· τοῦ δὲ θυμοειδοῦς πρὸς τὸ ἐπιθυμητικὸν, ὡς μέσης πρὸς νήτην, τοῦτο γὰρ τὸν ἀκρότατον καὶ ὀξύτατον ὀνομάζουσι τὴν διὰ πέντε πάλιν· αὐτοῦ δὲ τοῦ λογιστικοῦ πρὸς τὸ ἐπιθυμητικὸν, ὡς ὑπάτης πρὸς νήτην· τοῦτο γὰρ λέγουσι τὸν βαρύτατον πρὸς τὸν ὀξύτατον τὴν διὰ πασῶν. Εἰ δὲ δεῖ μὴ τοῖς τόποις καὶ C τοῖς ὀνόμασι προσέχειν, ἀλλὰ ταῖς δυνάμεσι καὶ τοῖς ἐνεργήμασιν, εἴη ἂν μέση μᾶλλον τὸ λογιστικόν· πρὸς μὲν τὸ θυμικὸν, ὡς πρὸς νήτην, τοῦτο γὰρ τὸ ὀξύτατον, καὶ ὁρμητικώτατον τῆς ψυχῆς μέρος τοὺς λόγους τῆς διὰ πέντε σῶζον συμφωνίας· πρὸς δὲ τὸ ἐπιθυμητικὸν, ὡς πρὸς ὑπάτην, τοῦτο γὰρ αὐτῆς τὸ χαλαρώτερον καὶ χαυνότερον, τοὺς τῆς διὰ τεσσάρων· κἀκείνου μὲν τὴν ἐπίτασιν, τούτου δὲ τὴν ἄνεσιν ῥυθμίζον καὶ κατακιρνῶν, καλλίστην ἁρμονίαν ἐργάζεται. Τούτων οὖν προαποδεδομένων ἡμῖν, ἔτι παραστῆσαι βούλεται, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν λείπεται, πῶς ἓν ὂν τὸ θεῖον Πνεῦμα, ποτὲ μὲν ἑνίζεται· *Πνεῦμα* γὰρ, φησὶ, *Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με*· καὶ· *Τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ*· καὶ· *Τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ,* D *πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν*· ποτὲ δὲ πληθύνεται· *Πνεύματα* γὰρ, φησὶ, *προφητῶν, προφήταις ὑποτάσσεται*· καὶ· *Ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν ἑπτὰ πνεύματα*. Δῆλον οὖν ὅτι τὸ μὲν Πνεῦμα ἓν, καθάπερ καὶ ὁ Τεχνίτης εἷς· ὄργανα δὲ, πολλά· τοῦτο γὰρ οἱ προφῆται, καὶ διὰ τοῦτο διάφορα καὶ τὰ κρούματα, ἢ ἐμπνεύματα. Καὶ οὐκ ἐπὶ πολλῶν μόνον πολλὰ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ πολλὰ καὶ διάφορα, τοῦ Τεχνίτου τὰ μὲν ἐνιέντος, τὰ δ' ἐπιτείνοντος, τὰ δὲ μεταβάλλοντος, τὰ δὲ καὶ κιρνῶντος· πάντα μὲν οὖν οὐδαμῶς· τίς γὰρ αὐτῶν ἀτόμων ἡ γνῶσις; τὰ γενικώτατα δὲ, μέχρι τῶν ἰδικωτάτων ὥρισται, κατά τε ποιότητα καὶ ποσότητα· περαιτέρω γὰρ οὐ πρόεισι τῶν ἑπτά.

[18] Psal. XLIV, 8. [19] Psal. L, 13. [20] Psal. XXXII, 6. [21] I Cor. XIV, 32. [22] Isa. XI, 2.

prophetæ, unde et variæ sunt organorum voces ac soni, nec tantum in variis instrumentis varia hæc esse reperiuntur, sed in uno atque eodem multiplicia ac diversa, Artifice scilicet hæc laxante, illa intendente, alia immutante, alia etiam miscente ac temperante. Omnia vero et singula Spiritus organa definiri non possunt, cum nulla sit individuorum cognitio : possunt tamen eorum diversa genera et species secundum qualitatem et quantitatem definiri, atque ideo non plus quam septem esse dicuntur.

Λοιπὸν οὖν ἔλθωμεν ἐπὶ τοὺς τρόπους τῆς προφητείας· ὁ μὲν γὰρ τῶν παρελθόντων, ὁ δὲ τῶν ἐνεστώτων, ὁ δὲ τῶν μελλόντων τὴν γνῶσιν ἔσχηκεν· ὁ μὲν, τόδε τι λέγων, ὁ δὲ, τόδε τι πράττων· καὶ ὁ μὲν, ἐναργῶς· ὁ δὲ, αἰνιγματωδῶς. Καὶ τρόποι πάλιν τούτων τῶν τρόπων ἕτεροι· ὁ μὲν δι' ὁράσεως, ὁ δὲ δι' ἀκοῆς, ὁ δὲ δι' ὀσφρήσεως καὶ συνέσεως, ἢ ἁφῆς, νοερῶς πάντα· τοσαῦται γὰρ καὶ νοὸς αἰσθήσεις, ὅσαι καὶ σώματος· ἀλλ' ὁράσεις λέγονται πᾶσαι, κατὰ τὸ γενικώτερον, ἢ τιμιώτερον. Ὁρᾷ μὲν οὖν Ἰεζεκιήλ· *Καὶ ἑώρων*, φησὶ, *καὶ ἀνέβαινον σάρκες, καὶ παρετείνετο δέρμα*, καὶ τὰ ἑξῆς· ἀλλὰ καὶ ἀκούει· *Καὶ σὺ*, φησὶν, *υἱὲ ἀνθρώπου, ἄκουε τοῦ λαλοῦντος πρὸς σέ*· ἀλλὰ καὶ γεύεται· *Καὶ ἐψώμισε*, φησὶ, *τὴν κεφαλίδα ταύτην, καὶ εἶπε πρός με· Υἱὲ ἀνθρώπου, τὸ στόμα σου φάγεται, καὶ ἡ κοιλία σου πλησθήσεται τῆς κεφαλίδος ταύτης*· τὸ μὲν ἄκρον καὶ δραστικώτερον τοῦ νοὸς στόμα καλῶν, τὸ καὶ πρώτως ἀπογευόμενον τῶν θείων βρωμάτων· τὸ δεύτερον δὲ καὶ χωρητικώτερον, ἤτοι τὴν διάνοιαν, κοιλίαν ὀνομάζων, ἣν καὶ λέγει· Πλησθήσεται τῆς κεφαλίδος, ὡς ἐκ μικρῶν σπερμάτων τοῦ Πνεύματος, πολλῶν πληρουμένην ἄρα λογίων. Ὁρᾷ δὲ καὶ ἀκούει καὶ Ἡσαΐας· *Τίς*, φησὶ, *πορεύσεται πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον; Καὶ εἶπον, Ἰδοὺ ἐγὼ, Κύριε*. Νῦν ὁ ἀκούων· τίς δὲ ὁ βλέπων; *Καὶ ἑώρων ἕως θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ Παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθησεν*, ἀμφοῖν τούτοιν τοῦ μὲν τὴν ἀνάστασιν, τοῦ δὲ τὴν κρίσιν μερισαμένων (11). Πολλὰ γοῦν τοῦ ἀκούειν, καὶ βλέπειν, καὶ γεύεσθαι τὰ παραδείγματα. Τίνα δὲ καὶ τοῦ ἅπτεσθαι; (12) Ναοὺμ τὸ θεῖον λῆμμα τὴν θεοληψίαν οὕτω καλοῦντος, καθάπερ ἐπαφωμένου τοῦ ἡγεμονικοῦ τῆς ψυχῆς, καὶ τυπουμένου καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

A Cæterum de prophetiæ modis dicamus : alius enim præterita narrat, alius præsentia, et alius futura prædicit : et hic quidem aliquid dicens, ille vero aliquid faciens, alius item manifeste, alius vero obscure atque ænigmatice : horum etiam modorum, rursus alii sunt modi. Hic per visionem, ille per auditum, alius per odoratum, alius per gustum, et per tactum alius : omnia tamen secundum intellectum. Totidem enim sensus intellectus habet, quot corpus : verum omnes hi modi visiones etiam appellantur, vel quia generalior sit visionis modus, vel quia dignior. Vidit quidem Ezechiel : *Et vidi*, inquit, *et ascendebant carnes, et extendebatur cutis* [23]. Verum et alibi audivit, cum ait : *Tu, fili hominis, audi eum qui loquitur ad te* [24]. Alibi etiam gustavit di- B cens : *Et cibavit me illo volumine, et dixit ad me : Fili hominis, os tuum comedet, venter tuus implebitur hoc volumine* : summam illam nimirum efficacissimamque ac principem partem intellectus, quæ divinos cibos primum gustat, os, secundam vero et capaciorem admodum, mentem dico, ventrem appellans, quam volumine implendam esse dixit : quasi ex minimis Spiritus sancti seminibus, multis impleri deberet divinis eloquiis. Videt etiam et audit Isaias : *Quis*, inquit, *accedet ad hunc populum* [25]*? Et dixi : Ecce ego, Domine*. Nunc igitur audivit, alibi vero vidit. *Et vidi*, inquit, *donec positæ sunt sedes, et qui Antiquus erat dierum, sedit*. Horum autem duorum prophetarum, ut vides, alter C resurrectionem, et alter judicium sibi partiti sunt. Multa alia sunt, auditus, visus et gustus exempla. Tactus exemplum habes apud Naum : qui juxta translationem LXX, quod alii interpretes *Onus Ninive* reddiderunt, *Assumptionem Ninive* appellavit : assumptionem quamdam divinam, principalioris animæ partis intelligens, non secus ac si a sancto Spiritu, manibus quibusdam contrectata fuisset et formata.

Ἀλλ' ἵνα εἴπωμεν συντομώτερον, ἄλλων κατ' ἄλλον ἐνεργουμένων καὶ χρόνον καὶ τρόπον, καὶ κομιδῇ γε ὀλίγων καὶ ἐπ' ὀλίγου, κατὰ δύο μόνους χρόνους, ἢ καὶ τρόπους, πολλάκις τρεῖς· μόνος ὁ θεοπάτωρ οὗτος λέγοιτο δ' ἂν καὶ προφητοπάτωρ, διὰ πάντων ἦλθε καὶ χρόνων καὶ τρόπων· καὶ νῦν μὲν λέγει τὰ παρελθόντα, νῦν δὲ τὰ ὄντα, νῦν δὲ τὰ μέλλοντα, καὶ νῦν μὲν ὁρᾷ· *Καὶ εἶδε*, φησὶ, *τὸν Κύριον*, ἢ τὰ τοῦ Κυρίου· νῦν δὲ ἀκούει· *Εἶπε*, γὰρ, φησὶ, *Κύριος τῷ Δαβίδ*· νῦν δὲ ἅπτεται· *Ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου*, γλῶτταν οὐ τὴν ἔξω λέγων, λέγειν γὰρ ἂν αὐτὴν (13)

Verum ut breviter sermonem expediamus, cum cæterorum prophetarum alii per varia tempora et modos : atque hi quidem pauci et raro, quippe cum per duo tantum tempora, vel modos, ad summum tres, agi eis contigerit, solus hic noster, Dei et prophetarum etiam Pater, omnia percurrit tempora et modos : et nunc quidem præterita dicit, nunc præsentia, modo etiam futura, et modo D videt. *Vidit*, inquit, *David Dominum*, aut ea quæ Domini sunt : modo audit : *Dixit*, enim, inquit, *Dominus ad David* [26] : Nunc tangit : *Lingua mea, calamus scribæ velociter scribentis* : linguam,

[23] Ezech. XXXVII, 8. [24] Ezech. I, 1, 3. [25] Isa. VI, 8. [26] Psal. XLIV, 2.

Variæ lectiones.

(11) *Ισ.* μερισαμένοιν.

(12) Græcorum verborum sensus est : *Naum quidem* divinum lemma *dicit. divinam quamdam prehensionem sic appellans, quasi princeps animi pars prehenderetur.*

(13) Adde, vel subaudi ἐχρῆν, vel aliud hujusmodi.

inquam, non hanc exteriorem intelligens; quippe cum loqui eam potius quam scribere par fuisset, sed interiorem intellectus linguam, quæ novo atque ineffabili quodam modo, ipsum Spiritum tangebat, palpabatque eo nimirum modo, quo a scriptore tangitur calamus: per quem, ea quæ illi revelata erant, eleganter scribebat: neque id tantum, sed et velociter id agebat. Unde et manifestationem prophetiæ indicat, et vehementem etiam, ac validam Spiritus concitationem, dum velocissimo scribæ eam comparat. Alibi gustum sibi adesse attestatur dicens: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo* [27]. Ipsius etenim intellectus os ac fauces delectabantur, cum divina oraculorum eloquia deglutiret, ac rursus revocaret. Maximam enim propheta, tum deglutiendo ea, tum revocando percipiebat voluptatem. Alio etiam in loco eructasse dicit cor suum verbum bonum [28]: vim quamdam intellectus profundissimam, et ut ita dicam, omnium capacissimam sic appellans, veluti quæ omnibus sancti Spiritus cibis ad summum plena esset. Rarior in eo fuit odoratus figura: sed cæteris omnibus multo molestior. Nam quod legimus: *Myrrha et stacte et cassia a vestimentis tuis* [29], id ab eo dictum est, cum [adversus putredinem et corruptionem cicatricum suarum] bonum ac suavem Christi odorem præsensisset. Hoc pacto per omnia intellectus sensoria, scientias ac virtutes omnes spirituales adeptus est. Conditionem autem, atque habitum Prophetæ, oratione atque sermone suo clarum facit, cum nihil differat apud eum, præsentia dicere, aut futura. Sæpenumero non ordinem immutat, et aliquid ut jam factum narrat

A μᾶλλον, ἀλλ' ἢ γράφειν· ἀλλὰ τὴν τοῦ νοεῖν δηλονότι, καινόν τινα τρόπον ἐφαπτομένην τοῦ πνεύματος, ὡς ὑπογραφέως κάλαμος, δι' αὐτῆς τὰς γνώσεις καλλιγραφοῦντος, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ὀξυγραφοῦντος· οὕτω διὰ μὲν τῶν γραμμάτων τὴν ἐνάργειαν τῆς προφητείας ἐδήλωσεν· τὴν ὀξύτητα δὲ, διὰ τῆς ὀξυγραφίας. Νῦν δὲ τὴν γευστικὴν ἑαυτῷ προσμαρτυρεῖ δύναμιν· *Ὡς γλυκέα* γὰρ, φησὶ, *τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου.* Καὶ γὰρ τὸ νοητὸν ἡδύνετο στόμα, τὰ λόγια τῶν χρησμῶν καταπῖνον, καὶ αὖ ἀναφέρον, πολλῆς ἡδονῆς *περί* τε τὴν κατάποσιν καὶ τὴν ἀνάδοσιν αἰσθανόμενος· ἀλλαχοῦ δὲ καὶ τὴν καρδίαν ἐρευγομένην λέγει τὸ ἀγαθὸν, τὴν βαθυτάτην, ὡς ἂν εἴποις, καὶ ὑποδεκτικὴν πάντων τοῦ νοὸς δύναμιν, ὡς ὑπερεμπεπληρωμένην ὅλην καὶ B ὅλων τῶν ἀγαθῶν βρωμάτων τοῦ Πνεύματος. Σπάνιος ὁ τῆς ὀσφραντικῆς ἐν αὐτῷ τύπος, καὶ πολὺ τῶν ἄλλων δυσφωρατώτερος· *Σμύρνα*, φησὶ, *καὶ στακτὴ, καὶ κασσία, ἀπὸ τῶν ἱματίων σου*, τῆς εὐωδίας τῆς κατὰ Χριστὸν ἀντιλαμβανόμενος. Οὕτω δι' ὅλων τοῦ νοὸς τῶν αἰσθήσεων, τῶν τοῦ Πνεύματος ὅλων ἀντελάβετο, καὶ γνώσεων καὶ δυνάμεων. Δηλοῖ δὲ τὴν προφητικὴν ἕξιν διὰ τοῦ λόγου, καὶ οὐδὲν αὐτῷ διαφέρον τὰ παρελθόντα (14) λέγειν, ἢ καὶ τὰ μέλλοντα. Πολλάκις γοῦν ἐναλλάττει τὴν τάξιν· καὶ τὸ μὲν, ὡς ἤδη γεγονότα λέγει τὰ γενησόμενα· τὸ δὲ τοὐναντίον· οὕτω γὰρ τό· *Ἵνα τί μὲν ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ παρέστησαν καὶ συνήχθησαν*, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, ἀντὶ τοῦ Φρυάξονται, καὶ Παραστήσονται, καὶ Συναχθήσονται. Τὸ δέ· *Ἐν* C *ποταμῷ διελεύσονται ποδὶ*, ἀντὶ τοῦ, Διεληλύθεσαν, ὃ καὶ τοῦ θείου Πνεύματος ἰδιαίτατον, μηδὲν παρεληλυθὸς ἔχειν, ἢ μέλλον, ἀλλ' ἐνεστῶτα πάντα.

quod futurum est: contra etiam aliquando futura pro jam factis, cujusmodi illud est: *Quare insurrexerunt gentes* [30], [*et populi meditati sunt inania?*] *Et astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum*, etc., pro eo quod est, *Insurgent, meditabuntur, astabunt, convenient.* Item illud: *In flumine pertransibunt pede* [31], hoc est pertransierunt. Est enim hoc divini Spiritus peculiare, ut nihil præteritum ducat, aut futurum, cum illi omnia præsentia sint.

Iis omnibus consideratis, accedamus ad particularem uniuscujusque psalmi interpretationem, uno tantum necessario et generali dicto adhuc præmisso: quod non omnia dicta, uno modo interpretabimur, videlicet secundum historiam, aut secundum prophetiam, aut secundum allegoriam, aut secundum moralem sensum: sed unum atque idem dictum, sæpenumero variis sensibus subjiciemus. Nam quemadmodum in arboribus et seminibus, plura ac varia sunt germina et vires, siquidem in arbore et radix est, et truncus; item rami, cortex, folia et medulla: et in seminibus, herba, stipula, aristæ, squammulæ et fructus pro uno innumerabiles: sic etiam et multo magis in his quæ sunt spiritus. Neque accusabis auctorem de inventis, sed ignosces potius in omissis. Quis enim quod satis ac justum est digne dixerit? In univer-

Τοσαῦτα παραθεωρήσαντες, ἐπὶ τὴν κατὰ λέξιν ὁρμήσωμεν τῶν ψαλμῶν ἐξήγησιν, ἐκεῖνο κοινῶς καὶ ἀναγκαίως ἀποφηνάμενοι, ὡς οὐχ ἅπαντα τὰ ῥητὰ καθ' ἕνα τρόπον ἐξετασθήσεται, οἷον ἢ καθ' ἱστορίαν μόνον, ἢ κατὰ προφητείαν, ἢ κατὰ ἀλληγορίαν, ἢ κατὰ τὴν ἠθικὴν διδασκαλίαν· ἀλλὰ τὸ αὐτὸ πολλάκις πολλοῖς καὶ διαφόροις τρόποις ὑποβληθήσεται, καὶ ὥσπερ ἐν δένδροις, εἴτε καὶ σπέρ- D μασι, πολλαί τινες αἱ ἐκφύσεις καὶ δυνάμεις· καὶ γὰρ ἐν δένδρῳ ῥίζα, καὶ στέλεχος, καὶ κλάδος, καὶ φλοιὸς, καὶ φύλλα, καὶ ἐντεριώνη· καὶ ἐν σπέρμασι χλόη, καὶ κάλαμος, καὶ ἀνθερίσκοι, καὶ λέπος, καὶ ὁ καρπὸς ἀνθ' ἑνὸς μυρίος, οὕτω καὶ πολλῷ πλέον ἐπὶ τοῦ Πνεύματος. Καὶ οὐ μέμψις τῶν εὑρεθέντων, ἀλλὰ συγγνώμη τῶν παρευρεθέντων· τῆς γὰρ ἀξίας οὐδεὶς ἂν δικαίως ἐφίκοιτο. Καθόλου δὲ εἰπεῖν, δυνάμεθα τοὺς ψαλμοὺς προσαρμόζειν, ἐχθροὺς τοῦ

[27] Psal. CXVIII, 103. [28] Psal. XLIV, 2. [29] Psal. XLIV, 9. [30] Psal. II, 1. [31] Psal. LXV, 6.

Variæ lectiones.

(14) Græce παρελθόντα, *præterita*. Saulus legit παρόντα.

Χριστοῦ νοοῦντες· τοὺς ἐχθροὺς τῶν Χριστιανῶν δαίμονας, καὶ Σαοὺλ καὶ Ἀβεσαλὼμ, καὶ εἴ τις τύραννος, αὐτὸν δήπου τὸν διάβολον, καὶ πάλιν ἐπιβούλους καὶ θλίβοντας καὶ καταδιώκοντας, καὶ ὅσα τοιαῦτα, τοὺς δαίμονας· Δαβὶδ δὲ, καὶ χριστὸν καὶ βασιλέα, τὸν καθ' ἕκαστον ἡμῶν· ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος ἐχρίσθη τῷ ἐλαίῳ τῆς ἀρχῆς εἰς βασιλείαν, οὕτω καὶ ἡμεῖς τῷ ἐλαίῳ τοῦ βαπτίσματος εἰς βασιλείαν [15] τῶν ἐν οὐρανοῖς. Ὅσα δὲ τῶν ῥητῶν οὐ προσαρμόζουσι, ταῦτα ἐκφωνοῦμεν ἁπλῶς, ὡς φωνὰς τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἁγιάζοντες διὰ τούτων ἑαυτοὺς, ὁποῖα τὰ τοῦ δευτέρου ψαλμοῦ καὶ τῶν τοιούτων. Ἀνεπίγραφος μὲν οὖν παρ' Ἑβραίοις ὢν ὁ πρῶτος ψαλμὸς, οὐδὲ παρὰ τῶν ἑρμηνευσάντων ἔτυχον ἐπιγραφῆς. Ἔστι δὲ οὐ μόνον ἠθικὸς, ἀλλὰ καὶ δογματικός· οὐ μόνον παραινεῖ προσέχειν τοῖς θείοις λόγοις, ἀλλὰ καὶ ἀσεβῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἁμαρτωλῶν, περιέχει κατηγορίαν καὶ τιμωρίαν.

A sum illud etiam sit dictum, quod possumus [nobis ipsis] omnes psalmos accommodare: pro inimicis Christi, dæmones Christianorum: inimicos pro Saule etiam et Absalone, aut si quis alius est hujuscemodi tyrannus, dæmonem pari modo intelligentes: quos omnes in figura signatos esse intelligimus, per beati David persecutorum atque insidiatorum personas. Quæ vero ipsi beato David et uncto et regi conveniunt, ea unicuique nostrum accommodabimus; nam quemadmodum ille regio oleo in regem unctus est, ita et nos oleo baptismatis ad regnum cœlorum. Quæcunque autem recte nobis congruere non possunt, ea simpliciter quasi sancti Spiritus voces efferemus, hujusmodi verbis nosmetipsos sanctificantes, qualia sunt quæ in secundo B sunt psalmo et in aliis similibus. Primus igitur psalmus quemadmodum apud Hebræos sine inscriptione habetur, ita ab omnibus interpretibus est dimissus. Est autem, non moralis tantum, sed dogmatis etiam refertus; neque enim tantum admonet, ut divinis insistamus eloquiis, sed impiorum, et aliorum delinquentium accusationem continet et supplicia.

Variæ lectiones.

(15) Ἴσ. τήν.

ΑΡΧΗ
ΤΗΣ ΕΞΗΓΗΣΕΩΣ.

INITIUM
EXPOSITIONIS.

ΨΑΛΜΟΣ Α'.

C *Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη, καὶ ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν.* Μακάριος κυρίως μὲν ὁ Θεὸς, καθὼς φησιν ὁ Παῦλος, *Ὁ μακάριος*, λέγων, *καὶ μόνος δυνάστης*. Παρεχώρησε δὲ διὰ τῆς προσηγορίας ταύτης καὶ ἡμῖν, ὡς καὶ τῆς Θεός, ὡς τό· *Ἐγὼ εἶπα, Θεοί ἐστε*, καὶ πολλῶν ἄλλων τοιούτων. Τὸ γοῦν ὄνομα τοῦτο, τῆς μὲν κατ' ἀρετὴν τελειότητος ὑπάρχει καρπός· δηλοῖ δὲ τὸν ἀνώλεθρον, ὡς ἐστερημένον πάσης κηρὸς, τοῦ μ πλεονάσαντος· συμπεριλαμβάνει δὲ καὶ τὴν γυναῖκα πάντως ὁ μακαρισμὸς, ὡς ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν· *Κεφαλὴ* μὲν γὰρ *γυναικὸς ὁ ἀνὴρ*, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον· συνάπτεται δὲ τῇ κεφαλῇ τὰ μέρη τοῦ σώματος· καὶ ὧν ἡ ἀνθρωπότης κοινὴ, τούτων D καὶ τὰ ἔργα καὶ ὁ μισθός. Τῇ φύσει δὲ τῶν πραγ-

PSALMUS I.

VERS. 1. *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiæ non sedit.* Beatus proprie Deus est, ut inquit Paulus, de eo dicens [22]: *Qui beatus est et solus potens*: et tamen appellationem hanc nobis indulsit, quemadmodum et illam Dei [23]: *Ego* enim, inquit, *dixi: Dii estis [et filii Excelsi omnes]*; et multa alia hujusmodi nomina nobis largitus est. Hoc autem beatitudinis nomen, fructus est illius perfectionis, quæ virtute constat: et juxta Græci nominis etymologiam immortalitatem significat: tanquam expertem mortis omnis, redundante μ; quanquam sub masculina voce propheticus sermo prolatus sit, feminam tamen comprehendit, veluti totum a parte. Nam secundum Apostolum [24] *Mulieris caput est vir*: conjunguntur autem capiti

[22] I Tim. vi, 15. [23] Psal. lxxxi, 6. [24] Ephes. v, 23.

cætera corporis membra : et quibus communis est A humanitas, iis etiam opera communia sunt, et præmia. Rerum vero naturam secutus beatus David, congruum quemdam ordinem servavit in dictis suis. *Consilium*. Nam quod in corde residet, radix est operationum corporis : quemadmodum et Dominus docet, intus esse, inquiens, ea quæ coinquinant hominem. Unde primo consulimus; deinde consilium firmamus, ac demum obfirmato consilio insistimus. Quia etiam impius is dicitur, qui vel Deum non colit, vel plures colit : et peccator ille est, qui licet fidelis sit, pravis tamen ac perditis est moribus : et pestis merito is dici potest, qui non ipse tantum peccat, sed morbo suo alios inficit : idcirco Propheta beatos eos appellat, qui tria hæc vitia prorsus vitaverint : qui videlicet impiis B consiliis (quæ adversus religionem in Deum sunt) non communicaverint, ne obiter quidem atque in transitu (ita enim puto significare dictionem, *abiit*), quique cum peccatoribus in pravo aliquo opere diu non constiterint : tametsi modicum quid propria infirmitate aliquando ad id rapti sint : et postremo, qui cum pestilentibus hominibus non perseveraverint : cum his, inquam, qui in concupiscentiis ac vitiis suis constantiores sunt ac stabiliores : et qui per cathedram a Propheta subsignari videntur. Vel aliter : Consilium impiorum pro consilio et conventu intelligendum (quemadmodum Aquila et Theodotion interpretati sunt); viam vero peccatorum, dæmonem. Nam qui in dæmone non steterit, ad Christum veniet, qui dixit [35], *Ego sum via :* qua nimirum homines ad virtutem perveniunt. Item cathedram pestilentiæ pro doctrina non sana; sed quoniam ad perfectionem virtutis consequendam, non satis est fugere a malo, *Declina* [36] enim, inquit, *a malo et fac bonum*; et Isaias [37] : *Cessate ab iniquitatibus vestris, et discite bona facere :* idcirco valde consequenter adjunxit :

μάτων ἑπόμενος ὁ Δαβὶδ, τάξιν τινὰ τοῖς ῥητοῖς ἐπέθηκε (16). Ῥίζα γὰρ ἡ ἐν τῇ καρδίᾳ βουλὴ, τῶν διὰ τοῦ σώματος ἐνεργημάτων, ὡς καὶ ὁ Κύριος ἔνδον φησὶ τὰ κοινοῦντα. Ὅθεν βουλευόμεθα μὲν πρότερον, εἶτα ἱστῶμεν τὸ βούλευμα· εἶθ' οὕτω τοῖς βουλευθεῖσιν ἐναπομένομεν. Ἐπεὶ δὲ ἀσεβὴς μὲν, ὁ ἄθεος, ἢ πολύθεος· ἁμαρτωλὸς δὲ, ὁ εὐσεβὴς μὲν, παράνομον δὲ καὶ διεφθαρμένον βίον αἱρούμενος· λοιμὸς δὲ, ὁ μὴ μόνον αὐτὸς ἁμαρτωλὸς, ἀλλὰ καὶ ἄλλους διαφθείρων, καὶ τῆς νόσου ταύτης μεταδιδούς· μακαρίζει τὸν καὶ τοὺς τρεῖς ἀποφυγόντα, καὶ μήτε τῆς τοῖς ἀσεβέσι βουλῆς κατὰ τοῦ ὄντος Θεοῦ κοινωνήσαντα, μηδ' ὅσον ἐν παρόδῳ· τοῦτο γὰρ οἶμαι τὴν πορείαν ἐνταῦθα σημαίνειν· μήτε τοῖς ἁμαρτωλοῖς τῆς ἐπὶ τοῦ κακοῦ στάσεως, εἰ καὶ πως συναρπαγείη, μήτε τοῖς λοιμοῖς τῆς ἐν τῷ τοιούτῳ πάθει μονιμότητος (17)· τοῦτο γὰρ ἡ *ἐν καθέδρᾳ* βούλεται. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως, βουλὴν μὲν ἀσεβῶν τὸ συνέδριον αὐτῶν ὑπολαμβάνειν, ὡς ὁ Ἀκύλας καὶ ὁ Θεοδοτίων ἡρμήνευσαν· ὁδὸν δὲ ἁμαρτωλῶν, τὸν διάβολον· ὁ γὰρ μὴ στὰς ἐν αὐτῷ, πρὸς Κύριον ἥξει, τὸν εἰπόντα· *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς*, δι' ἧς βαδίζουσιν εἰς ἀρετὴν οἱ ἄνθρωποι· καθέδραν δὲ, τὴν διδασκαλίαν τῶν πονηρῶν. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἀπόχρη εἰς ἀρετῆς τελείωσιν ἡ τῆς κακίας φυγή· *Ἔκκλινον* γὰρ, φησὶν, *ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν*· καὶ ὁ Ἡσαΐας· *Παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν*· μάλα εἰκότως ἐπήγαγεν·

Vers. 2. *Sed in lege Domini voluntas ejus et in* C *lege ejus meditabitur die ac nocte*. Beatus, inquit, ille qui non modo commemoratis vitiis non communicavit, sed legi etiam divinæ suam conjunxit voluntatem, eadem volens, quæ jubet lex. Hoc unum perpetuo meditatur, eaque meditatione vitam ac conversationem moderatur, et dirigit. Hoc enim illud est, quod per Moysem olim nobis Deus mandavit dicens [38] : *Et erunt verba hujus legis semper in ore tuo, et meditaberis ea, sedens, surgens, et cubans : et habebis ea in manu tua, eruntque immobilia ante oculos tuos*. Deinde qui fructus inde oriatur ostendit.

Ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός. Μακάριος, φησὶν, ὃς οὐ μόνον οὐδενὶ τῶν προειρημένων ἐκοινώνησεν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ οἰκεῖον θέλημα συνήρμοσε, ταῦτα θέλων, ἅπερ ἐκεῖνος ὑπαγορεύει, καὶ τοῦτο διὰ παντὸς ἐμμελετῶν, εἰς τὸν ἑαυτοῦ βίον ἐντεῦθεν ῥυθμίζων. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Θεὸς διὰ Μωσέως ἐνομοθέτει, λέγων· *Καὶ ἔσται τὰ ῥήματα τοῦ νόμου τούτου διὰ παντὸς ἐν τῷ στόματί σου, καὶ μελετήσεις ἐν αὐτῷ, καθήμενος, καὶ ἀνιστάμενος, καὶ κοιταζόμενος, καὶ ἀφαρτίσεις κατὰ τῆς χειρός σου, καὶ ἔσται ἀσάλευτα πρὸ ὀφθαλμῶν σου*. Εἶτα δείκνυσι τὸν ἐκεῖθεν φυόμενον καρπόν.

Vers. 3. *Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum* D *dabit in tempore suo, et folium ejus non defluet, et omnia quæcunque faciet prosperabuntur*. Qui ita se se habet, ut diximus, is instar arboris plantatus, juxta fluenta eloquiorum Dei atque illorum doctrina

Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ· καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀποῤῥυήσεται, καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ, κατευοδωθήσεται. Ὁ γὰρ οὕτως ἔχων, οἷον παραπεφυτευμένος τοῖς τῶν θείων λογίων νεύμασι, καὶ διὰ

[35] Joan. xiv, 6. [36] Psal. xxxvi, 27. [37] Isa. i, 17. [38] Deut. vi, 7.

Variæ lectiones.

(16) Adde βουλὴν, ut in codice suo legit et Latinus interpres.

(17) Græca verba ita sonant : *Id enim sibi volunt verba* in cathedra.

τῆς διδασκαλίας αὐτῶν ἀρδόμενος, θάλλει καὶ προκόπτει, δίκην δένδρου παραπεφυτευμένου τοῖς τῶν ὑδάτων ῥεύμασι, καρπὸν μὲν τὰς ἀρετὰς φέρων ἐν καιρῷ τῷ προσήκοντι, οὐκ ἀποβάλλων δὲ τὰ φύλλα, δηλαδὴ τὴν σκέπουσαν καὶ συντηροῦσαν αὐτὰς ταπεινοφροσύνην. Ἢ καρπὸν μὲν ὑποληπτέον τὸν ἀπὸ τῶν πόνων συλλεγόμενον πνευματικὸν πλοῦτον, φύλλα δὲ τὴν ἐπιθάλπουσαν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας ἧς οὐδένα καιρὸν ἀφίστανται, τὴν αἴσθησιν τῶν ἀλγηδόνων ἀφαιρουμένης. Εἰκότως δὲ τὰ θεῖα λόγια ὕδασιν ἀπείκασεν, διὰ τὸ ποτίζειν καὶ πιαίνειν τὰς ψυχὰς, ὡς ἐκεῖνα τὰ φυόμενα. Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς τὴν οἰκείαν διδασκαλίαν ἐκάλεσεν· *Εἴ τις διψᾷ*, λέγων, *ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω*· καὶ· *Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ὕδατος ζῶντος ποταμοὶ ῥεύσουσιν ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ*· καὶ· *Ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσει εἰς τὸν αἰῶνα.* Τῷ δὲ τοιούτῳ ἀνδρὶ καὶ ὁ Θεὸς συνεργεῖ· πρὸς πάντα. Παρὰ Κυρίου γὰρ, φησὶ, τὰ διαβήματα αὐτοῦ, κατευθύνεται, καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θελήσει σφόδρα. Καὶ ὁ Ἀπόστολος δὲ λέγει πάλιν· *Τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς τὸ ἀγαθόν.* Τὸ δὲ, *πάντα*, πρόσκειται μετὰ ἀκριβείας· ὁ γὰρ εἰς τοῦτο φθάσας, οὐδέποτέ τι κακὸν ποιῆσαι θελήσει· διὸ καὶ εὐοδοῦται ἐν πᾶσι παρὰ Θεοῦ. Οὕτω διὰ τῶν ἀγαθῶν προτρέψας εἰς ἀρετὴν, καὶ διὰ τῶν ἐναντίων ἀλείφει τοὺς ἀθλητὰς ἐν τῷ εἰπεῖν·

Οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ οὕτως. Τουτέστιν, οὐχ ὡς ὁ προειρημένος ἀνὴρ θάλλουσι καὶ καρποφοροῦσι, καὶ τῶν ἄλλων ἀπολαύσουσιν ἀγαθῶν. Διὰ δὲ τοῦ διπλασιασμοῦ τὴν ἀπαγόρευσιν ἐβεβαίωσεν.

Ἀλλ' ὡσεὶ χνοῦς, ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς. Ὥσπερ ὁ ἄνεμος προσπεσὼν, ῥᾷον μεταφέρει τὸν χοῦν καὶ διασκεδάννυσιν, οὕτω καὶ τοὺς ἀσεβεῖς οἱ ἀντιπνέοντες δαίμονες. Πρόσωπον δὲ τῆς γῆς, τὸ φαινόμενον αὐτῆς νοητέον. Τὸ αὐτὸ δὲ καὶ νῶτα, διὰ τὸ βαστάζειν τὰ ἐπ' αὐτῆς σώματα· καθάπερ καὶ κόλπος, τὸ ταύτης βάθος. Ἀσεβεῖς δὲ ἐνταῦθα πάντας ὀνομάζει τοὺς ἄνω ῥηθέντας, κοινωσάμενος τὸ πρόσρημα. Νοοῖντο δ' ἂν ἀσεβεῖς καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, οἱ μὴ σεβόμενοι τὸν Υἱὸν, οἳ διεσκορπίσθησαν, τοῦ κηρύγματος τῶν ἱερῶν ἀποστόλων πνεύσαντος.

Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει. Ὅρα τοῦ θείου Πνεύματος τὴν ἀκρίβειαν· οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, *Οὐκ ἀναστήσονται*, ἀλλὰ καὶ τὸ, *Ἐν κρίσει*, προσέθηκεν. Ἀναστήσονται μὲν γὰρ καὶ οὗτοι, ἀλλ' οὐχ ἵνα κριθῶσι· πῶς γὰρ (18) οἵγε αὐτῷ κατάκριτοι; *Ὁ γὰρ μὴ πιστεύων εἰς ἐμὲ*, φησὶν, *ἤδη κέκριται*· ἀλλ' ἵνα τιμωρηθῶσι. Παρατηρητέον δὲ

perpetuo irrigatus, germinabit, fructumque (ipsas nempe virtutes) opportuno ferens tempore, folia non dimittet; hoc est humilitatem non deponet, quæ virtutes omnes, non secus ac proprios fructus protegit atque conservat. Vel aliter, per fructum intelligere possumus universas illas divitias quæ de spiritualibus laboribus congregantur: et per folia, virescentem spem salutis: quæ cum nunquam deficiat, omnium dolorum sensum tollit. Merito autem divina eloquia aquis comparavit, cum non minus animæ illis irrigentur atque impinguentur, quam aquis plantæ: unde et Christus doctrinam suam appellavit, dicens: [39] *Si quis sitit, veniat ad me et bibat: et qui credit in me, flumina viventis aquæ fluent de ventre ejus: et qui biberit de aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.* Hujusecemodi igitur viro, Deus cooperatur in omnibus: A Domino enim gressus ejus dirigentur, et viam ejus volet valde. Ipse etiam Apostolus: [40] *Diligentibus Deum*, inquit, *omnia cooperantur in bonum.* Dictio etiam, *omnia*, hic non otiose jacet. Nam qui ad hunc usque virtutis cumulum pervenerit, malum amplius aliquid facere nusquam sustinebit: qua ratione a Deo in omnibus prosperabitur: verum cum per bona ad virtutem superioribus exhortatus sit, deinceps, quasi virtutis athletam, oleo inungit, dum ex contrariis munit, dicens:

VERS. 4. *Non sic impii, non sic.* Non ita florent impii, inquit, nec germinant aut fructum ferunt, nec tantis fruuntur bonis, quantis vir ille quem beatum diximus: et dum negationem repetit, quod negatum est magis confirmat. [Quomodo autem illis agendum sit subjicit.]

Sed tanquam pulvis quem projicit ventus a facie terræ. Quemadmodum irruentes venti, facile pulverem transferunt et dispergunt, ita et adversarii dæmones impios quosque facile dissipabunt. Per faciem vero terræ, ejus superficiem intellige: quam terræ humeros etiam appellant, eo quod ferat ac sustineat corpora omnia quæ in ea sunt: sicuti et terræ sinum eam partem dicunt, quæ in ea magis profunda. Impios vero communicato nomine hic eos omnes appellat, quos superius triplici ordine distingui a Propheta docuimus. Possumus etiam per impios, Judæos intelligere, qui Filium non adorant, et spiritu prædicationis sanctorum apostolorum per totum orbem dispersi sunt.

VERS. 5. *Ideo non resurgent impii in judicio.* Vide exquisitum sancti Spiritus loquendi modum: non simpliciter dixit, *Non resurgent*: sed apposuit, *In judicio.* Resurgent quippe et impii, non ut judicentur, utpote qui jam condemnati sunt: [41] *Qui non credit in me*, inquit, *jam judicatus est*: sed ut suppliciis plectantur. Observandum est autem, quod

[39] Joan. VII, 37, 38. [40] Rom. VIII, 28. [41] Joan. III, 18.

Variæ lectiones.

(18) Græca sic: *Qui enim hoc fiat? cum jam condemnati sint.*

cum Moyses de resurrectione nihil nobis manifeste tradiderit, primus omnium David eam apertius nos docere incepit.

Neque peccatores in consilio justorum. Peccatores hoc in loco appellat eos, qui impii quidem non sunt, sed perversis moribus scatent : qui judicabuntur soli, et condemnati, procul a justis relegabuntur. *Consilium* autem Aquila et Theodotion hic, *justorum congregationem* interpretati sunt : verum justos Scriptura appellare solet non eos tantum, qui in propria ac peculiari justitiæ virtute exercitati sunt, sed omnes sanctos generaliter, tanquam justificatos a Deo.

VERS. 6. *Quoniam novit Dominus viam justorum.* Docet neminem posse Deum latere. Etenim vias quidem justorum novit, alibi etiam ait [42] : *Novit Dominus vias immaculatorum :* item alibi [43] : *Novit Dominus eos qui sui sunt:* nam cum [ut alibi dixit] ipse sit via, necesse est ut omnes videat qui per ipsum, id est per mandata ejus incedunt : peccatores vero quanquam non minus noverit quam justos, tamen veluti cognitione sua indignos ignorare simulat. Hac ratione cum peccasset Adam, interrogavit ubi esset [44] : quod observavit etiam in Cain, et in multis aliis.

Et iter impiorum peribit. Virtutes justorum permanent, veluti eorum divitiæ quædam ac coronæ : perversa autem impiorum scelera atque actiones delebuntur atque inanes reddentur, actiones enim, itineris nomine, iterum expressit. Huic autem dicto illud Apostoli consimile est [45] : *Si cujus opus arserit, detrimentum patietur.*

PSALMUS II.

Secundus etiam psalmus apud Hebræos inscriptione prorsus caret et titulo : qui prædicit autem eorum insidias qui Dominum occiderunt : vocationem etiam gentium et Judæorum perditionem.

VERS. 1, 2. *Quare insurrexerunt gentes, et populi meditati sunt inania ; astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum ?* Propheticis oculis furorem ac rabiem eorum perspiciens beatus David, cum lamentatione quadam ac fletu sermonem inchoat : Heu me, inquit, cur tanto cum furore tumultuati sunt ? cur cuncta perturbarunt, ac tam grandia rogantes præsumpserunt facinora ? Ita enim significare aiunt verbum, *insurrexerunt*, ii, qui ex Hebraica in Græcam linguam converterunt : per gentes vero, Romanos milites intellige, qui cum Pilato erant : et per populos Judæos, qui cum Anna et Caipha : per reges et principes, Herodem et Pilatum, ut Actus apostolorum declarant : quorum alter rex erat, et alter princeps. Quod si plurali numero dictiones a Propheta prolatæ sunt, juxta Hebraicæ linguæ consuetudinem id factum

A ὅτι, μηδὲν τοῦ Μωσέως περὶ ἀναστάσεως εἰπόντος, πρῶτος ὁ Δαβὶδ ἐδίδαξεν περὶ ταύτης.

Οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων. Ἁμαρτωλοὺς, τό γε νῦν ἔχον, κοινῶς καλεῖ τοὺς μὴ ἀσεβεῖς μὲν, ἄλλως δὲ διεφθαρμένους καὶ φαύλους, οἵτινες κριθήσονται μόνοι, καὶ πόῤῥω τῶν δικαίων ἀποπεμφθήσονται. *Βουλὴν* γὰρ ὁ Ἀκύλας καὶ ὁ Θεοδοτίων *τὴν συναγωγὴν* τῶν δικαίων ἡρμήνευσαν. Δικαίους δὲ καλεῖν ἔθος τῇ θείᾳ Γραφῇ, οὐ μόνον τοὺς τὴν ἰδικὴν ἀρετὴν τῆς δικαιοσύνης ἀσκήσαντας, ἀλλὰ καὶ καθόλου πάντας τοὺς ἁγίους, ὡς δεδικαιωμένους ὑπὸ Θεοῦ.

Ὅτι γινώσκει Κύριος ὁδὸν δικαίων. Δείκνυσιν, ὡς οὐδεὶς λανθάνει Θεόν· καὶ γὰρ τὰς μὲν ὁδοὺς B τῶν δικαίων οἶδεν· *Γινώσκει* γὰρ, φησὶ, *Κύριος τὰς ὁδοὺς τῶν ἀμώμων*· καὶ πάλιν· *Ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ*· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς εἶπεν, *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός*· καὶ οἶδε τοὺς διὰ αὐτοῦ βαδίζοντας, ἤτοι τῶν αὐτοῦ προσταγμάτων· τὰ κακὰ δὲ (19), ὡς ἀνάξια τῆς ἐκείνου γνώσεως, ἀγνοεῖν προσποιεῖται. Οὗ χάριν καὶ ἡμαρτηκότος Ἀδὰμ πυνθάνεται, ποῦ ἐστι. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ Κάϊν, καὶ ἐπὶ ἄλλων πεποίηκε πολλῶν.

Καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται. Τῶν μὲν γὰρ δικαίων αἱ ἀρεταὶ μένουσιν, ὡς πλοῦτος αὐτῶν καὶ στέφανος· τῶν δὲ φαύλων ἡ πρᾶξις καὶ ἡ πονηρία, ἅπερ ὁδὸν ὠνόμασε νῦν, ἀφανίζονται καὶ ἀνενέργητοι γίνονται. Τούτῳ δὲ καὶ τὸ ἀποστολικὸν ἔοικεν C ῥητόν· *Εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται, ζημιωθήσεται.*

ΨΑΛΜΟΣ Β'.

Ὁ δεύτερος ψαλμὸς ἀνεπίγραφος καὶ οὗτος παρ' Ἑβραίοις· προαγορεύει δὲ τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος τῶν ἀνελόντων ἐπιβουλήν· εἶτα καὶ κλῆσιν ἐθνῶν, καὶ Ἰουδαίων ἀπώλειαν.

Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενὰ, παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτό; Τοῖς προφητικοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρῶν αὐτῶν τὴν λύτταν ὁ Δαβὶδ, σχετλιαστικῶς καὶ θρηνητικῶς προάγει τὸν λόγον· ὅτι, Φεῦ! διατί τοσοῦτον μανέντες ἐθορύβησαν, καὶ D πάντα ἐκίνησαν, καὶ ἠλαζονεύσαντο; Ταῦτα γὰρ σημαίνειν τὸ, *ἐφρύαξαν*, οἱ τὸ Ἑβραϊκὸν ἐξελληνίσαντες λέγουσιν. Ἔθνη μὲν οὖν, οἱ ἀμφὶ τὸν Πιλάτον Ῥωμαῖοι στρατιῶται· λαοὶ δὲ, οἱ ἀμφὶ τὸν Ἄνναν καὶ Καϊάφαν Ἰουδαῖοι· βασιλεῖς δὲ, Ἡρώδης· ἄρχοντες δὲ, Πιλάτος. Οὕτω γὰρ καὶ ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Πράξεων ἱστόρηται. Τὸ *βασιλεῖς* δὲ καὶ οἱ *ἄρχοντες* πληθυντικῶς εἴρηται, κατὰ τὴν τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου συνήθειαν, πληθυντικοῖς ἀντὶ ἑνικῶν χρωμένης· ἢ καὶ βαθυτέραν ἐπιβολήν· μετὰ μὲν γὰρ τοῦ βασιλέως Ἡρώδου ὡπλίζετο καὶ ὁ βα-

[42] Psal. xxxvi, 18. [43] II Tim. ii, 19. [44] Gen. iii, 9 ; iv, 9. [45] I Cor. iii, 15.

Variæ lectiones.

(19) Vel, ut Græca sonant : *Mala vero, tanquam cognitione sua prorsus indigna, ignorare se simulat.*

σιλεὺς τῆς ἁμαρτίας διάβολος· μετὰ δὲ τοῦ ἄρχοντος Πιλάτου, καὶ αἱ ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι τῶν δαιμόνων, *πρὸς ἃς ἡμῖν ἡ πάλη*, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον. Ἐκ δύο γὰρ φύσεων ὄντος τοῦ Χριστοῦ, ἀοράτου καὶ ὁρατῆς, διπλοῦς ἦν καὶ ὁ πόλεμος ἐξ ἀοράτων πολεμίων καὶ ὁρατῶν. *Κενὰ δὲ ἐμελέτησαν*, ἀντὶ τοῦ· Μάτην ἐσπούδασαν, ὁμονοήσαντες ἐκ μέσου τοῦτον ποιήσασθαι. Ἀνέστη γάρ, καὶ ζῇ εἰς αἰῶνας. Καὶ πρὸς μόνους δὲ Ἰουδαίους ὁ λόγος, ὅτι μάτην ἐμελέτησαν τὴν Γραφὴν, μὴ συνιέντες, ὅτι περὶ αὐτοῦ κατήγγειλε.

A est: quæ plurali numero sæpe utitur pro singulari, vel juxta altiorem quemdam sensum, alia fortassis ratione, quia simul cum Herode rege, adversus Christum, alius peccati rex diabolus armatus est, et cum Pilato principe, multi principes, dæmonum nimirum potestates: *adversus quas* (ut docet Apostolus [16]) *nobis lucta est et certamen*. Nam cum ex duplici constaret Christus natura, visibili scilicet et invisibili, duplex etiam certamen, invisibilium, inquam, et visibilium inimicorum sustinuit. Meditatos vero inania dicit, pro Frustra conati sunt, dum arbitrarentur posse se illum e medio tollere, qui resurrexit et vivit in æternum. Possunt etiam hæc verba adversus solos dici Judæos, qui sacræ Scripturæ studiis incumbentes, in cassum eam meditati sunt: cum non intellexerint quanta in ea de Christo prædicantur.

Κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ Χριστοῦ αὐτοῦ. Ἐφρύαξαν, καὶ παρέστησαν, καὶ συνήχθησαν κατὰ τοῦ Πατρὸς οὐχ ἧττον, καὶ κατὰ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, ὃν αὐτὸς ἔχρισεν εἰς βασιλέα πάντων ἐθνῶν, δοὺς αὐτῷ ταῦτα κληρονομίαν. Ὁ γὰρ κατὰ τοῦ Υἱοῦ πόλεμος καὶ πρὸς τὸν Πατέρα διαβαίνει. Κύριον μὲν ὑποληπτέον τὸν Πατέρα· Χριστὸν δὲ, τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, κατὰ τὴν ῥηθεῖσαν ἐξήγησιν. Αὐτὸς γὰρ τοῦτον κατέστησε βασιλέα ἐπ' αὐτούς, κατὰ τὸν τῆς οἰκονομίας λόγον. Εἰ δὲ *κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτῶν* εἴποιμεν, ὡς πολλὰ τῶν ἀντιγράφων ἔχει, ἐκτενοῦμεν κατὰ πάντων, καὶ Ἰουδαίων, καὶ ἐθνῶν, καὶ δαιμόνων. Τούτῳ γὰρ *πᾶν γόνυ κάμψει ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων*.

Adversus Dominum et adversus Christum ejus. Insurrexerunt, inquit, astiterunt, et congregati sunt, non minus adversus Patrem, quam adversus Filium: Filium, B inquam, quem Pater in gentium regem unxerat; eas enim in hæreditatem illi dederat. Bellum quippe, quod adversus Filium ab illis gestum est, pervenit etiam ad Patrem. Pro Domino igitur Patrem, et pro Christo Filium, hoc in loco intelligamus. Etenim Pater ipse divina dispensationis ratione regem eum constituit. Quod si, ut in multis exemplaribus, in plurali numero legamus, *adversus Christum eorum*, relatio illa extendenda erit, tam ad Judæos omnes, quam ad gentes, et ad ipsos etiam dæmones, quoniam illi [17] *Omne genu flectitur cœlestium, terrestrium, et infernorum*.

Διάψαλμα. Περὶ τούτου σαφῶς ἐν τῷ προοιμίῳ διελάβομεν.

Diapsalma. Quid sit diapsalma abunde diximus in prœmio.

Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, καὶ ἀποῤῥίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν. Ταῦτα ἢ ἀπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐγκελευομένου τοῖς ἐσομένοις πιστοῖς ἀποστῆναι καὶ τῶν εἰδωλολατρούντων Ῥωμαίων, καὶ τῶν ἀσυνέτων Ἰουδαίων· κἀκείνων μὲν, τοὺς περικειμένους διαῤῥῆξαι τῆς δουλείας δεσμούς· τούτων δὲ, ἀποῤῥίψαι τὸν ἐπικείμενον τοῦ νόμου ζυγὸν, ὡς βαρὺν καὶ ἀποκτένοντα· ἑλέσθαι δὲ τὸν τοῦ Χριστοῦ, ἐλαφρὸν καὶ ζωογονοῦντα. Ἢ ὡς ἀπὸ τῶν φονευτῶν τοῦ Σωτῆρος, μονονουχὶ ταῦτα εἰρηκότων, καὶ δι' ὧν ἔπραττον, καὶ δι' ὧν ἔλεγον, καὶ ἀφηνιασάντων, καὶ τῶν δεσμῶν τῆς δουλείας τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ζυγοῦ τῆς ὑποταγῆς, οἷς ἐνείχοντο κατὰ τὴν ἀκολουθίαν τῆς φύσεως.

VERS. 3. *Dirumpamus vincula eorum et projiciamus* C *a nobis jugum ipsorum*. Verba hæc dicta sunt veluti ex persona sancti Spiritus, jubentis posteris fidelibus ut ab idololatris Romanis atque ab imprudentibus Judæis discedant: et illorum quidem servitutis vincula dirumpant, quibus detinebantur: horum vero jugum, quo propter legem gravabantur excutiant, veluti onerosum ac mortiferum: et vice illius leve ac vivificum Christi jugum sumant. Quanquam et alio modo intelligi possunt, ut dicta videantur, ex eorum persona, qui Christum occiderunt: qui et re ipsa, et verbis, servitutis vincula ac subjectionis jugum recusarunt: quibus, ipso etiam jure naturæ, tam Filio quam Patri devincti erant.

Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτοὺς, καὶ ὁ Κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς. Αὐτοὶ οἱ παρὰ τούτων βλασφημούμενοι, ὅ τε κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς Πατὴρ, καὶ Υἱὸς ὁ Κύριος πάντων, κατὰ τὸν λόγον τῆς θεότητος, λίαν γελάσονται, καὶ ἐκμυκτηριοῦσιν αὐτούς. Ἐπίτασιν γὰρ ἐμφαίνει ἡ πρόθεσις, καὶ διελέγξουσιν ἀνοήτους, ὡς ἀνηνύτοις ἐπιχειρήσαντας, ὅτι τε θανατῶσαι τὴν ζωὴν προσεδόκησαν, καὶ ὅτι Ῥωμαῖοι μὲν ἀντὶ Θεοῦ δαίμονας εἵλοντο· Ἰουδαῖοι δὲ, ἀντὶ ἀληθείας σκιάν.

VERS. 4. *Qui habitat in cœlis irridebit eos, et Do-* D *minus subsannabit eos*. Hi igitur qui a prædictis blasphemantur, Pater nimirum qui in cœlis habitat et Filius qui divinitatis ratione omnium Dominus dicitur, deridebunt et subsannabunt eos: intensionem enim innuit præpositio, convincentque fatuos eos fuisse, quod inania atque impossibilia conati sint, et speraverint ipsum Dominum, quinimo vitam ipsam, morte afficere: quodque Romani, dæmonas potius quam Deum, et Judæi, umbram potius quam veritatem, elegerint.

[16] Philipp. I, 30. [17] Philipp. II, 10.

VERS. 5. *Tunc loquetur ad eos in ira sua.* Tunc A intellige locutum ad eos Dominum fuisse, quando Judæos palam redarguit, et perventura in eos mala prædixit : quando inter cætera dixisse legimus [48] : *Væ vobis, Scribæ et Pharisæi hypocritæ,* [49] *quia auferetur a vobis regnum Dei*, etc.

Et in furore suo conturbabit eos. Ob summam illorum pravitatem Propheta indignatus, futuras eis annuntiat calamitates, perturbationemque et suspicionem eis plurimam imponit, [redarguente autem eos Domino] quem prophetam arbitrabantur, par est multos fuisse perterritos. Alii vero dicunt his verbis significari calamitates, quæ ex futura Romanorum obsidione eis impendebant. Possunt etiam de futuro judicio intelligi, quando tanti criminis rei, a Deo condemnati, perpetuis pœnis B subjicientur. Ira autem et furor (quem, ut Græcæ dictionis θυμὸς verior significatio postulat, indignationem, seu potius excandescentiam quis dixerit) aliquando pro eodem ponuntur, aliquando ut diversa, ita ut excandescentia motus sit ad iram, et juxta etymologiam, excitationem et motum significet : ira vero, juxta eamdem Græci nominis etymologiam vehementiorem et concitatiorem ad vindictam denotet fervorem.

Τότε λαλήσει πρὸς αὐτοὺς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ. Ὅτε δηλαδὴ φανερῶς ἤλεγξε τοὺς Ἰουδαίους, καὶ τὰ καταληψόμενα τούτους κακὰ προεφήτευσε, λέγων ἄλλα τε πολλὰ, καὶ ὅτι *Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ*, καὶ τὰ ἑξῆς.

Καὶ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ ταράξει αὐτούς. Θυμούμενος γὰρ ἐπὶ ταῖς πονηρίαις αὐτῶν, καὶ διὰ τοῦτο λέγων συμφορὰς μελλούσας, τάραχον καὶ ὑποψίαν τούτοις ἐνετίθει· πολλοὶ γὰρ ὑπελάμβανον αὐτὸν προφήτην. Οἱ δέ φασι τάραχον τὸν ἐπιγενόμενον ὕστερον θόρυβον ἐκ τῆς παρὰ τῶν Ῥωμαίων πολιορκίας. Νοοῖντο δ' ἂν ταῦτα τὰ ῥητὰ καὶ περὶ τῆς μελλούσης κρίσεως, ὅτε καταδικάζων αὐτοὺς, ὑποβαλεῖ τιμωρίαις. Ὀργὴ δὲ καὶ θυμὸς ποτὲ μὲν ταὐτὸ σημαίνουσι, ποτὲ δὲ διαφέρουσιν· ὡς εἶναι (20) θυμὸν μετὰ τὴν κίνησιν τῆς ὀργῆς, παρὰ τοῦ *θύειν* καὶ *ὁρμᾷν*· ὀργὴν δὲ, παρὰ τοῦ *ὀργᾷν* καὶ *σφύζειν* τὴν σφοδρὰν καὶ ὀξεῖαν ζέσιν εἰς ἄμυναν.

VERS. 6. *Ego autem constitutus sum rex ab eo.* Sermonem nunc facit ex Christi persona : prophetarum enim mos est et materias, et personas variare : utpote qui veluti organa quædam atque instrumenta ab artifice suo moderata, ea loquebantur, quæ sanctus illis Spiritus subministrabat. Annuntiat autem Christus regnum, quod sibi, ut homini, a Patre traditum est. *Data est* enim, inquit, *mihi omnis potestas in cœlo et in terra* [50]. C

Super Sion montem sanctum ejus, prædicans præceptum ejus. A monte qui dicitur Sion totam Judæam significavit, et sensus talis est : Ego rex constitutus sum ut doceam evangelica mandata, præceptum Domini appellans hæc mandata : ut unam atque eamdem esse sibi cum Patre voluntatem ostenderet : *A me ipso enim*, inquit [51], *nihil locutus sum, sed quæcunque audio a Patre meo.*

Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ. Τοῦ λοιποῦ προσώπῳ τοῦ Χριστοῦ ποιεῖται τὸν λόγον· τοιοῦτον γὰρ ἡ προφητεία· ποτὲ μὲν ὑπὲρ τούτου, ποτὲ δὲ ὑπὲρ ἐκείνου λέγειν καὶ μεταπηδᾷν, ὡς εἶναι δῆλον ὅτι, καθάπερ ὄργανον, ἅπερ ἐνηχοῦντο παρὰ τοῦ Πνεύματος, ἐπεφθέγγοντο. Προαναφωνεῖ δὲ τὴν βασιλείαν, ἣν ἔλαβεν παρὰ τοῦ Πατρὸς, ὡς ἄνθρωπος· *Ἐδόθη μοι* γὰρ, φησὶ, *πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς.*

Ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ διαγγέλλων τὸ πρόσταγμα Κυρίου. Ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ καλουμένου Σιὼν τὴν ὅλην Ἰουδαίαν ἐδήλωσεν. Ὁ δὲ νοῦς τοῦ ῥητοῦ τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι Κατέστην βασιλεὺς, διδάσκων τὰς εὐαγγελικὰς ἐντολὰς, κατὰ τὸ ὄρος Σιὼν, ἤτοι ἐν Ἱερουσαλήμ. Πρόσταγμα δὲ Κυρίου τὰς ἐντολὰς ταύτας ἐκάλεσε, δεικνὺς ἓν θέλημα ἑαυτοῦ τε καὶ τοῦ Πατρός. *Ἀπ' ἐμαυτοῦ* γὰρ, φησὶ, *λαλῶ οὐδέν· ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσω παρὰ τοῦ Πατρός.*

VERS. 7. *Dominus dixit ad me : Filius meus es tu.* Hæc verba propter æternam ac divinam generationem dicta sunt.

Κύριος εἶπε πρός με· Υἱός μου εἶ σύ. Τοῦτο διὰ τὴν προαιώνιον γέννησιν.

Ego hodie genui te. Hæc propter carnis dispensationem. Quod vero ait, *hodie*, intellige ut ad distinctionem æternitatis sit dictum, ut tempus signaret, hoc est, In his temporibus. *Genui* autem posuit pro *creavi*. Pater namque creaturarum omnium Deus dicitur ut earum formator et factor. D

Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Τοῦτο διὰ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν. Καὶ τὸ μὲν *σήμερον*, ἀντὶ τοῦ χρονικῶς ἐν τοῖς παροῦσι καιροῖς· τὸ δὲ *γεγέννηκα*, ἀντὶ τοῦ *ἔκτισα* (21)· Πατὴρ γὰρ ὁ Θεὸς λέγεται, καὶ τῶν κτιστῶν ὁ πλάστης καὶ ποιητής.

VERS. 8. *Postula a me et dabo tibi gentes hæreditatem tuam.* Cum Christus quod ad carnem ejus pertinebat ex Judæorum esset cognatione, et in propria ideo venisset, ut cognatos doceret, a suis

Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου. Ἐπειδὴ κατὰ σάρκα συγγενὴς ὢν τῶν Ἰουδαίων, ἦλθεν εἰς τὰ ἴδια διδάσκων, οἱ δὲ καὶ αὐτὸν ἀπεβάλλοντο· εἰκότως οἰκειοῦται τὰ

[48] Luc. XI, 42. [49] Matth. XXI, 43. [50] Matth. XXVIII, 18. [51] Joan. XIV, 10.

Variæ lectiones.

(20) Græca ita sonant : *Ita ut furor sit post motum iræ, a verbo* θύειν, quod impetum facere significat.

(21) Ad naturam scilicet humanam, quod attinet ; dixit enim supra ea verba intelligenda esse διὰ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν.

ἔθνη, προτραπεὶς παρὰ τοῦ Πατρὸς αἰτεῖσθαι, καὶ A λαβεῖν εἰς κλῆρον ταῦτα· καὶ γὰρ καὶ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον Υἱὸς Θεοῦ γεγονὼς, ἐπωφείλετο κλῆρον.

non receptus, jure gentium nationes, ut suas sibi vindicavit : præcipue cum Pater eum monuisset, ut illas peteret, et pollicitus fuisset petenti se eas traditurum. Nam ex quo ut homo alia ratione factus erat Filius Dei, consequenter aliqua illi deberi videbatur hæreditas.

Καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. Καὶ τὴν ἐξουσίαν τῆς κληρονομίας σου διήκουσαν μέχρι τῶν περάτων τῆς γῆς. Εἰς πᾶσαν γὰρ τὴν γῆν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης, ὁ τοῦ Εὐαγγελίου λόγος ἐξῆλθεν. Ὑποτίθεται δὲ ὁ Πατὴρ αἰτεῖσθαι, ὡς εὐδοκῶν καὶ θέλων τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀνάπλασιν. Αἰτεῖται δὲ ταύτην ὁ Υἱὸς, ὡς ὑπὲρ ἡμῶν ἐνανθρωπήσας, καὶ μεσίτης γενόμενος Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. Αἰσχυνέσθωσαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, προσαρμόζειν οὐκ ἔχοντές τινι ταυτὶ τὰ ῥητά. Τίς γὰρ ἕτερος τοσαύτην ἐκτήσατο κατάσχεσιν;

Et possessionem tuam terminos terræ. Et potestatem, inquit, hæreditatis tuæ quæ ad terræ usque fines pertingit. In omnem enim terram et in omnes fines orbis terræ evangelicus sermo penetravit. Et ipse quidem Pater a Propheta introducitur, monens re atque instans ut Filius hæreditatem hanc petat : ut ostendat quam cuperet Pater, humani generis instaurationem : Filius vero non immerito etiam postulare id dicitur : quando quidem et humanitatem sumpserit, et Dei atque hominum mediator effectus B sit. Erubescant igitur et confundantur Judæi, neminem habentes cui verba hæc accommodari possint. Quis enim alius, præter Christum, tantam sibi possessionem paravit ?

Ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ. Τοῦτο ἀπὸ τοῦ προφήτου λέγεται· Μὴ δεξαμένους γάρ, φησὶ, τοὺς λόγους τοὺς σοὺς, παιδεύσεις αὐτοὺς, ἐν μάστιγι στεῤῥᾷ· σημαίνει δὲ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχήν. Ἀρνησάμενοι γὰρ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, καὶ Καίσαρα ἔχειν ὁμολογήσαντες, τὴν Καίσαρος ἐπέστησαν ἐξουσίαν, ὑφ' ἧς διεφθάρησαν. Σιδηρᾶν δὲ αὐτὴν ἐκάλεσεν, διὰ τὸ ἰσχυρόν· ἐπεὶ καὶ Δανιὴλ σιδηρᾶν αὐτὴν εἶδεν ἐν ταῖς ὁράσεσιν.

Vers. 9. *Pasces eos in virga ferrea.* Simile est illud Prophetæ dicentis : Eos qui sermones tuos non susceperint, castigabis flagello ferreo : et significare mihi videtur hic verbis Propheta, Romanorum imperium. Etenim cum Christi regnum negassent Judæi, sub imperio Cæsaris se esse affirmantes, Cæsaris merito potentiam sustinuerunt, a qua prorsus pene perditi sunt. Ferream vero eam dixit, veluti validam ac fortem ; nam et Daniel in visionibus suis ferream eam etiam appellavit.

Ὡς σκεύη κεραμέως συντρίψεις αὐτούς. Τοῦτο διὰ τὴν εὐχερῆ τούτων πανωλεθρίαν. Ἄλλοι δέ φασι, τὴν ἐξ ἐθνῶν αἰνίττεσθαι σωτηρίαν, ὅτι Ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν τῇ συμπανσθενεῖ δυνάμει· καὶ C καθάπερ ὁ κεραμεὺς, ἐπειδὰν ἴδοι τὰ πεπλασμένα σκεύη ἀδόκιμα, συντρίβει ταῦτα πρὸ τοῦ προσομιλῆσαι πυρὶ, καὶ ἀναπλάττει· οὕτω καὶ σὺ τούτων τὰ φρονήματα συντρίψεις τῷ Εὐαγγελίῳ, καὶ ἀναπλάσεις τῷ λουτρῷ τῆς παλιγγενεσίας, καὶ στεῤῥοὺς ἀπεργάσῃ τῷ θείῳ πυρὶ τοῦ Πνεύματος.

Tanquam vasa figuli confringes eos. Hoc loquendi modo expressit Propheta, quam facile Judæi, et quam funditus a Deo perdendi essent. Alii his verbis significari aiunt gentium salutem : Pasces eos, inquiunt, in valida ac forti potentia tua : et quemadmodum figulus ubi reproba esse viderit vasa, quæ formavit, conterit illa, ea nimirum ratione ut rursus igni admoveat et reformet : ita et tu, Domine, harum gentium cogitationes, Evangelio tuo destrues, ut eas postmodum lavacro regenerationis reformes, et divino sancti Spiritus igne fortiores reddas.

Καὶ νῦν, βασιλεῖς, σύνετε· παιδεύθητε πάντες οἱ κρίνοντες τὴν γῆν. Τὸ νῦν, ἀντὶ τοῦ, διὰ τοῦτο, ὦ βασιλεῖς Ῥωμαίων καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν, καὶ οἱ κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν κριταὶ, οἱ κρίνοντες τοὺς γηΐνους ἀνθρώπους, μαθόντες οἷαι συμφοραὶ κατέλαβον ἀθετήσαντας αὐτὸν, καὶ μαθόντες ὅτι εἰς D κλήρους ὑμᾶς ἐξελέξατο, συνετοὶ γένεσθε, τὴν πρὶν ἄνοιαν ἀποῤῥίψαντες· καὶ παιδεύθητε ἀπό τε τούτων καὶ ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν. Διὰ τῶν ἀρχόντων δὲ περιέλαβε καὶ τοὺς ὑπηκόους.

Vers. 10. *Et nunc reges intelligite, erudimini omnes qui judicatis terram.* Dictio *nunc*, hoc in loco rationem reddit : ac si dictum esset : Et propterea vos, o Romanorum et cæterarum gentium reges, vosque, o judices qui in universa estis terra, vel vos, o qui terrenos homines judicatis, ex quo addiscere potuistis, quantis calamitatibus oppressi fuerint ii, qui Christum hunc temere reprobarunt, et illud pariter nostis quod a Deo in hæreditatem electi estis : vos omnes, inquam, moneo, sapientes estote, et abjecta priori illa amentia, erudimini tum ab iis, tum a Scripturis etiam divinis. Verum dum reges ac principes admonentur a Propheta, ipsos etiam populos eis subjectos admoneri pariter arbitrantur.

Δουλεύσατε τῷ Κυρίῳ ἐν φόβῳ. Συνέντες, φησὶν, ὅτι καὶ Θεός ἐστι, καὶ ἐκδικητὴς, καὶ φοβερὸς, καὶ ὅτι κτῆμα αὐτοῦ καὶ χάρις ἤδη ἐχρηματίσατε, καὶ ῥυθμισθέντες ἱκανῶς τὰ ἤθη, ὡς Δεσπότῃ δουλεύ-

Vers. 11. *Servite Domino in timore.* Intelligentes, inquit, quod Christus, et Deus est, et vindex, et terribilis, quod illius possessio et sors appellati atque effecti estis, quod reliquum est, moderatis

compositisque moribus vestris, servite ei in timore, veluti Domino. In timore autem ideo dico, quia ubi est timor Dei, illic et mandatorum observatio.

Et exsultate ei in tremore. Et servientes, inquit, gaudete in eo, veluti in defensore ac Salvatore vestro. *Gaudete* enim, inquit Apostolus, *in Domino semper, gaudete* [51]: verum hoc vestrum gaudium tremore etiam commistum sit, et non effusum. Exsultate propter spem, sed contremiscite ob peccatum. Est enim diligentissimus omnium exquisitor, atque investigator Deus, et nemo latere eum potest.

Vers. 12. *Apprehendite disciplinam.* Majorem his verbis intensionem adjungit ad id quod dixerat, ac si diceret: Erudimini, inquam, non in superficie, sed summo studio contendite ut perfectam virtutem consequamini. Dictum est autem hoc ex metaphora eorum qui pugno aliquid constanter tenent.

Ne quando irascatur Dominus et pereatis de via justa. Per viam justam, justorum hominum vitam, ac conversationem intelligit. Via enim apud Hebræos multa significat; vel etiam quia ad ipsam gradiuntur.

Cum exarserit in brevi ira ejus. Judicii diem significat. Quod vero ait *in brevi*, vehementiam denotat et celeritatem. Nam etsi in præsentiarum sæpe irascatur Deus, remissius tamen id facit, ut pœnitentiæ locum tribuat.

Beati omnes qui confidunt in eo. Qui terrena omnia contemnunt, et spem in eo omnem collocant. Sunt qui hunc psalmum cum superiori conjungendum dicant: atque illinc maxime probationis vires sumunt, quod beatus David a beatitudine exorsus, in beatitudinem desinat.

Psalmus ipsi David cum fugeret a facie Absalon filii sui.

PSALMUS III.

Inscriptio psalmi clara est, iis præcipue, qui Regum historias legerint. Psalmus vero unicuique facile accommodari potest, qui visibilium, seu invisibilium inimicorum pugnam sustineat.

Vers. 2. *Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me?* Ægre ferens Propheta, hujusmodi se, et subditorum et amicorum insidiis affligi, ad solum Deum animum suum intendens, causam interrogat, cur multis in dies ad parricidam filium undique accedentibus, multiplicarentur inimici atque insidiatores sui, cum ipse in neminem eorum aliquando iniquus exstitisset. Possunt etiam hæc verba intelligi, ut dicta sint propter dæmonum insidias.

Multi insurgunt adversum me. Apertius exprimit quod dixerat *multiplicati sunt.*

Vers. 3. *Multi dicunt animæ meæ: Non est salus illi in Deo ejus.* Multi eorum, inquit, qui insurrexerunt adversum me, mutuo se exhortantes, de anima mea, hoc est de me ipso, hujusmodi verba

A σατε αὐτῷ ἐν φόβῳ· οὗ γὰρ φόβος, ἐντολῶν τήρησις.

Καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ. Καὶ δουλεύοντες, χαίρετε ἐν αὐτῷ, ὡς κηδεμόνι καὶ Σωτῆρι. *Χαίρετε* γάρ, φησίν, *ἐν Κυρίῳ πάντοτε, χαίρετε·* πλὴν ἡ χαρὰ τρόμῳ σύμμικτος ἔστω, καὶ μὴ ἄνετος. Ἀγάλλεσθε μὲν γάρ, διὰ τὴν ἐλπίδα· τρέμετε δέ, διὰ τὴν ἁμαρτίαν. Ἀκριβὴς γάρ ἐστιν ἐξεταστὴς καὶ ἀλάθητος.

Δράξασθε παιδείας. Τοῦτο ἐπίτασίς ἐστι τοῦ B *παιδεύθητε*, τουτέστι, μὴ ἐπιπόλαιον, ἀλλὰ τέλεον, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐν τῷ δρακὶ τι βεβαίως κατεχόντων.

Μήποτε ὀργισθῇ Κύριος, καὶ ἀπολεῖσθε ἐξ ὁδοῦ δικαίας. Ὁδὸν δικαίαν ὠνόμασε τὴν διατριβὴν καὶ τάξιν τῶν δικαίων· διάφορα γὰρ σημαίνει παρ' Ἑβραίοις ἡ ὁδός· ἢ καὶ διότι πρὸς αὐτὴν ὁδεύουσιν.

Ὅταν ἐκκαυθῇ ἐν τάχει ὁ θυμὸς αὐτοῦ. Τὴν τῆς κρίσεως ἡμέραν ἐδήλωσεν. *Ἐν τάχει* δέ, ἀντὶ τοῦ σφοδρῶς καὶ ὀξέως. Νῦν γὰρ εἰ καὶ θυμοῦται, ἀλλὰ μαλακώτερον καὶ σχολαιότερον, διδοὺς χώραν C τῇ μετανοίᾳ.

Μακάριοι πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτόν. Οἱ τῶν γηΐνων μὲν καταφρονήσαντες, ἐπ' αὐτὸν δὲ θέμενοι πᾶσαν τὴν ἐλπίδα. Οἱ γοῦν τὸν παρόντα ψαλμὸν τῷ πρώτῳ συνάπτοντες, ἐντεῦθεν ἰσχυρίζονται, λέγοντες, ὡς ἀπὸ μακαρισμοῦ Δαβὶδ ἀρξάμενος, εἰς μακαρισμὸν κατέληξεν.

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ, ὅτε ἀπεδίδρασκεν ἀπὸ προσώπου Ἀβεσαλὼμ υἱοῦ αὐτοῦ.

ΨΑΛΜΟΣ Γ.

Δήλη μὲν ἡ ἐπιγραφὴ τοῦ ψαλμοῦ τοῖς ἀνεγνωκόσι τὴν ἱστορίαν τῶν Βασιλειῶν· ἁρμόζει δὲ παντὶ πολεμουμένῳ παρ' ἐχθρῶν, εἴτε ὁρατῶν, εἴτε ἀοράτων.

D *Κύριε, τί ἐπληθύνθησαν οἱ θλίβοντές με;* Δεινοπαθήσας ὁ Προφήτης, ὅτι τοιαύτης ἐπειράσθη τῶν ὑπηκόων καὶ φίλων ἐπιβουλῆς, πρὸς μόνον τὸν Θεὸν ἀνατείνει ψυχήν, ἐρωτῶν τίνος ἕνεκεν οἱ ἀμφὶ τὸν πατραλοίαν Ἀβεσαλὼμ ἐχθροὶ αὐτοῦ (τούτους γὰρ θλίβοντας ἐκάλεσε) πληθύνονται, τῇ προσθήκῃ τῶν ἑκάστοτε προσχωρούντων, μηδενὸς αὐτῶν ἀδικηθέντος ὑπ' αὐτοῦ πώποτε. Ἢ καὶ περὶ τῶν δαιμόνων ὁ λόγος.

Πολλοὶ ἐπανίστανται ἐπ' ἐμέ. Τοῦτο σαφηνιστικόν ἐστι τοῦ *ἐπληθύνθησαν.*

Πολλοὶ λέγουσι τῇ ψυχῇ μου· Οὐκ ἔστι σωτηρία αὐτῷ ἐν τῷ Θεῷ αὐτοῦ. Πολλοί, φησί, τῶν κατεξανισταμένων μου παραθαῤῥοῦντες ἀλλήλους, λέγουσι περὶ τῆς ψυχῆς μου, τουτέστι περὶ ἐμοῦ,

[51] Philipp. IV, 4.

ὅτι Ῥᾷον οὕτω καταδιωκόμενος, ἀπώλεσεν ἤδη τὴν τοῦ Θεοῦ βοήθειαν, διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ. Ἢ καὶ πολλοὶ τῶν ὁρώντων τὰς ἐμὰς συμφοράς. Τὸ *ἐν τῷ Θεῷ αὐτοῦ*, ἀντὶ τοῦ Ἐν τῷ Θεῷ, ἐφ' ὃν ἀεὶ πέποιθεν.

Διάψαλμα. Εἴρηται ἐν τῷ προοιμίῳ περὶ τούτου.

Ἀντιλήπτωρ μου εἶ. Ἐκεῖνοι μὲν λεγέτωσαν, φησὶν, ἃ βούλονται· σὺ δὲ τῶν ὄντων ἐν πειρασμοῖς ἀντιλαμβάνῃ, καὶ μᾶλλον, εἴπερ ὦσι καὶ ἀντιλήψεως ἄξιοι.

Δόξα μου, καὶ ὑψῶν τὴν κεφαλήν μου. Ἄλλοι μὲν ἄλλα, γένος, ἢ τύχην, ἢ πλοῦτον, ἢ τι τοιοῦτον εἰς δόξαν ἔχουσι· ἐγὼ δὲ ἐπὶ σοὶ μόνῳ θαῤῥῶ, καὶ μέγα φρονῶ. Δοξάζεις γάρ με, βοηθός μοι γινόμενος, καὶ ὑψοῖς τὴν κεφαλήν μου, (22) νικῶντος πρότερον, ταῖς συμφοραῖς κάμπτομένην.

Φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα, καὶ ἐπήκουσέ μου ἐξ ὄρους ἁγίου αὐτοῦ. Ἐβόησα μόνον, εἴτε αἰσθητῶς, εἴτε νοητῶς· καὶ ταχέως ὑπήκουσέ μου, καὶ ἐγγὺς Κύριος πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν. Ὄρος δὲ ἅγιον καὶ τὴν Σιὼν ἐκάλεσεν, εἰς τοῦτο γὰρ ἐπιδημεῖν τὸ Θεῖον ἐπιστεύετο, καὶ διαλέγεσθαι τοῖς ἀξίοις. Ἢ τὸν οὐρανὸν οὕτω νοητέον, ὃν καὶ κατοικητήριον Θεοῦ λέγομεν.

Διάψαλμα. Καὶ περὶ τούτου προείρηται.

Ἐγὼ δ' ἐκοιμήθην. Ἀνέπεσον, φησὶ, τῷ καρωτικῷ βάρει τῶν θλίψεων κατασπασθεὶς, καὶ ἀνενέργητος μεμένηκα.

Καὶ ὕπνωσα. Ἐφ' ἱκανὸν τῷ πάθει τούτῳ κατεσχέθην.

Ἐξηγέρθην, ὅτι Κύριος ἀντιλήψεταί μου. Αἰσθόμενος οἷα προφήτης, ὅτι βοηθήσεις μοι, ἤδη τὸ καταπεπτωκὸς ἀνέστησα φρόνημα. Τινὲς δέ φασι, περὶ τῆς ἀναστάσεως ταῦτα λέγειν, ἀντὶ τοῦ, Κοιμηθήσομαι θανὼν, καὶ ὑπνώσω ἐπὶ μακρὸν, τοῦ σώματος ἀνενεργήτου μένοντος· ἐξεγερθήσομαι δὲ χρόνοις ὕστερον, ἢ ὅτε Χριστὸς εἰς ᾅδου κατελθὼν ἀναστήσει τοὺς συνεχομένους· ἢ ὅτε πάντας ἐγερεῖ τοὺς νεκροὺς ἐν τῇ συντελείᾳ.

Οὐ φοβηθήσομαι ἀπὸ μυριάδων λαοῦ τῶν κύκλῳ συνεπιτιθεμένων μοι. Τῇ σῇ πεποιθὼς δηλαδὴ ἀντιλήψει. Συνεπιτιθεμένους δὲ καλεῖ τοὺς κατεπιχειροῦντας αὐτοῦ, τουτέστι τοὺς ἀμφὶ τὸν Ἀβεσαλὼμ ἱστορικῶς, ἢ ἀναγωγικῶς τοὺς δαίμονας. Ἐπὶ μέντοι τῶν δαιμόνων, οὕτω νοητέον τὴν κύκλῳ ἐπίθεσιν. Ἐπιβουλεύουσι γὰρ καὶ ἀπὸ τῶν ἔμπροσθεν, ὅταν ἐλπίδας ὑποτείνωσιν εὐπραγίας· καὶ ἀπὸ τῶν ὄπισθεν, ὅταν τῇ μνήμῃ τῶν προλαβόντων παθῶν τὴν ψυχὴν μολύνωσι· καὶ ἀπὸ τῶν δεξιῶν, ὅταν συνεργοῦντες πρὸς ἀρετὴν, εἰς κενοδοξίαν συνελαύ-

A loquuntur, quod is, qui tam facile depelli potuit et fugari, merito existimandus sit ob propria peccata, a Deo derelictus, illiusque opem atque auxilium amisisse. Vel multi id dicunt, eorum scilicet, qui calamitates meas vident. Quod vero ait, *in Deo ejus*, idem sibi vult quod: In illo Deo in quo ipse speravit.

Diapsalma. In prœmio operis dictum est, quid sit diapsalma.

VERS. 4. *Tu autem, Domine, adjutor meus*. Illi dicant quod libet, tu vero afflictorum omnium adjutor es, eorum præcipue, qui ope tua digni sunt.

Gloria mea, et exaltans caput meum. Alii genus, fortunam, divitias, aut aliud quid simile, magnum B et præclarum putant: ego autem in te solo confido et glorior. Nam si adjutor fueris, gloriam etiam præstabis: et caput meum, frequentibus olim depressum calamitatibus, extolles atque exaltabis.

VERS. 5. *Voce mea ad Dominum clamavi et exaudivit me de monte sancto suo*. Tantum, inquit, clamavi (seu oris, seu mentis clamorem intelligens) et statim exaudivit me. Prope enim est Dominus invocantibus eum. Per montem autem sanctum, Sion intelligit, ubi habitare credebatur Deus, probisque ac dignis Deo hominibus loqui. Vel ipsum cœlum, quod Dei habitationem appellamus.

Diapsalma. De hoc quoque supra dictum est.

VERS. 6. *Ego dormivi*. Ego, inquit, gravi afflictionum pondere depressus, decidi admodum, atque C inutilis effectus sum.

Et soporatus sum. Hoc est, Hujusmodi passione diu detentus fui.

Et resurrexi quia Dominus adjuvabit me. Prænoscens, ut propheta, quod Dominus opem mihi allaturus erat, pene mortuas vires atque animum languidum suscitavi. Aliqui dicta hæc intelligunt de resurrectione, et tempus poni pro tempore: hoc est: Dormiam ego, et cum mortuus fuero, sopore ac somno detinebor, corpore nimirum viribus defecto, ac deinde resurgam, vel tempore illo, quando descendens ad inferos Christus suscitabit eos qui illic aderunt, vel in consummatione sæculi, quando mortui omnes resurgent.

D VERS. 7. *Non timebo millia populorum, in circuitu irruentium contra me*. Tuo, inquit, fretus auxilio, non timebo. Per irruentes autem contra se, juxta historiam, Absalonem intelligit et complices, qui adversus eum semper insidiarum aliquid moliebantur: vel dæmones juxta anagogen, qui in circuitu aggredi aliquem dicuntur, quoniam et ab anteriori parte insidias ponunt, spes nimirum prosperi exitus suggerentes; et a tergo invadunt, quando antiquorum vitiorum memoria animam coinquinant; et a dextris, quando ad virtutem nobis opem ferunt,

Variæ lectiones.

(22) Horum sensus clarior est sine verbo νικῶντος, quod quidem non legisse videtur Latinus interpres.

ut ad inanem nos gloriam impellant: et a sinistris, quando omni abjecto velamine, manifestam nobis vim inferunt.

Exsurge, Domine; salvum me fac, Deus meus. Tu Domine, inquit, qui longanimitate hactenus usus es, ut dormire quodammodo videreris, exsurge, et commovearis adversus inimicos meos. Vel forte Salvatoris Christi resurrectionem prædicit, ad humani generis salutem eum advocans: ita ut humanæ naturæ personam, prophetam induisse dicamus.

VERS. 8. *Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa.* Propheticis oculis inimicorum suorum perditionem prævidens, beatus David gratias Deo agit, et collatum in se beneficium agnoscit.

Dentes peccatorum contrivisti. Per dentes, vires intelligit. Translatum est autem hoc a feris, quæ in dentibus summum habent robur; peccatores vero inimicos omnes appellat, peccare illos significans, quia ob solam morum perversitatem, temere adversus eum pugnabant.

VERS. 9. *Domini est salus.* Atque hoc ad gratiarum actionem pertinet, et significat quod solus Deus, et nullus alius eum salvabit.

Et super populum tuum benedictio tua. Et veniat, inquit, benedictio tua super populum tuum, qui mecum pariter inimicorum injurias perpessus est: vel omnem populum simpliciter, qui sub meo est imperio; vel super fidelium Christianorum populum. Per benedictionem vero intelligere debemus pacem et divina beneficia, quæ benedictionis sunt causa. Quippe cum et populus, et quicunque alii viderint quale auxilium consecutus est a Deo beatus David, daturi omnes sint summam Deo gloriam

In finem in hymnis psalmus ipsi David.

PSALMUS IV.

Inscribitur *in finem* hic psalmus, quia ut inferius dicemus, resurrectionis prophetiam continet, et quæ ad futurum sæculum pertinent, quod præsentis esse sæculi finem nemo ambigit. *In hymnis* vero ideo appositum est, quia mirabilia Dei opera continet: quibus effectum est, ut Absalonis tyrannidem superaverit, quo facto præsentem psalmum decantavit. Congruit etiam hic psalmus cuicunque a periculis liberato.

VERS. 2. *Cum invocarem, exaudivit me Deus justitiæ meæ.* Contemplare celeritatem, cum adhuc invocaret exauditus est; sicut alibi etiam ait[83]: *Adhuc loquente te dicam, Ecce adsum.* Neque enim verborum copia persuadet Deo, sed pura simplicis animæ affectio. Quod vero ait: *Deus justitiæ meæ*, circumlocutus est pro, Deus mei David: mei inquam qui Absaloni comparatus justus videri pos-

[83] Isa. LVIII, 9.

A νωσι, καὶ ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν, ὅταν ἀπαρακαλύπτως εἰς ἁμαρτίαν βιάζωνται.

Ἀνάστα, Κύριε· σῶσόν με, ὁ Θεός μου. Τὸ ἀνάστα, ἀντὶ τοῦ, Κινήθητι κατὰ τῶν ἐχθρῶν, ὁ δοκῶν τῇ μακροθυμίᾳ καθεύδειν. Ἢ καὶ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἀνακρούεται, καλῶν αὐτὸν εἰς τὸ σῶσαι τοὺς ἀνθρώπους, οὓς καὶ διὰ ἑαυτοῦ αἰνίττεται.

Ὅτι σὺ ἐπάταξας πάντας τοὺς ἐχθραίνοντάς μοι ματαίως. Τοῖς προφητικοῖς ὀφθαλμοῖς ἤδη προϊδὼν τὴν ἀπώλειαν τῶν πολεμίων, εὐχαριστεῖ, καὶ ἐξομολογεῖται τὴν χάριν.

B *Ὀδόντας ἁμαρτωλῶν συνέθλασας.* Δηλαδὴ τὴν ἰσχὺν, ἐκ μεταφορᾶς τῶν θηρίων, ἅπερ ἐπὶ τοῖς ὀδοῦσιν ἔχει τὴν δύναμιν. Ἁμαρτωλοὺς δὲ λέγει πάντας τοὺς δυσμενεῖς, ὡς ἁμαρτάνοντας ἐν τῷ προσπολεμεῖν, διὰ τὸ μάτην, διὰ μόνην πονηρίαν.

Τοῦ Κυρίου ἡ σωτηρία. Καὶ τοῦτο εὐχαριστήριον ἐπιφώνημα, δηλοῦντος ὅτι Κύριος ἔσωσεν αὐτὸν, καὶ οὐδεὶς ἕτερος.

Καὶ ἐπὶ τὸν λαόν σου ἡ εὐλογία σου. Καὶ ἦλθε, φησὶν, ἡ εὐλογία σου ἐπὶ τὸν λαόν σου, ἢ τὸν σὺν ἐμοὶ πολεμούμενον, ἢ ἁπλῶς τὸν ὑπὸ τὴν ὅλην μου βασιλείαν, ἢ τὸν τῶν πιστῶν. Εὐλογίαν δὲ ὑποληπτέον τὴν εἰρήνην, καὶ τὴν εὐεργεσίαν, ὡς αἰτίαν εὐλο-

C γίας γεγενημένην. Αὐτός τε γὰρ ὁ λαὸς τὸν Θεὸν ἐδόξασε, καὶ οἱ ἰδόντες, οἵας ἀπήλαυσαν (25) ἀρωγῆς.

Τῷ Δαβὶδ ψαλμὸς εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις.

ΨΑΛΜΟΣ Δ'.

Εἰς τὸ τέλος μὲν ἐπιγέγραπται, διὰ τὸ προφητεῦσαι περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, ὡς προϊόντες ἐπιδείξομεν, ἥτις τοῦ μέλλοντός ἐστιν αἰῶνος, ὃν οἴδαμεν τοῦ παρόντος τέλος. *Ἐν ὕμνοις* δὲ, διὰ τὸ κηρύττειν τὰ τοῦ Θεοῦ θαυμάσια, ποιήσαντος αὐτὸν ὑπέρτερον τῆς Ἀβεσαλὼμ τυραννίδος, μεθ' ἣν ᾖσε τὸν παρόντα ψαλμόν. Ἁρμόζει δὲ καὶ παντὶ ἀπαλλαγέντι κινδύνου.

D *Ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαί με, εἰσήκουσέ μου ὁ Θεὸς τῆς δικαιοσύνης μου.* Ὅρα τὸ τάχος· ἔτι καὶ ἐπικαλουμένου ἐπήκουσεν. Ἔτι γὰρ, φησὶ, *λαλοῦντός σου, ἐρῶ· Ἰδοὺ πάρειμι.* Οὐ γὰρ πλῆθος ῥημάτων πείθει τὸν Θεὸν, ἀλλὰ ψυχῆς καθαρᾶ διάθεσις. Τὸ δὲ, *τῆς δικαιοσύνης μου*, περίφρασίς ἐστιν, ἀντὶ τοῦ, Ὁ Θεὸς ἐμοῦ τοῦ δικαίου, ὅσον πρὸς τὴν ἀδικίαν Ἀβεσαλὼμ ἠδικήθην· καὶ γὰρ οὐκ ἠδίκησα.

Variæ lectiones.

(25) Cod. habet ἀπήλαυσαν, *consecuti sint*, ut ad populos, non ad Davidem referatur.

Πολλαχοῦ δὲ τῷ τρόπῳ τούτῳ χρῆται, δίκαιον καὶ ὅσιον, καὶ τὰ τοιαῦτα καλῶν ἑαυτὸν, οὐ κομπάζων, ἀλλὰ πρὸς τὰς τῶν πολεμούντων παρεξεταζόμενος πονηρίας.

Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς με. Διαχεῖ μὲν γὰρ ἡ χαρὰ, στενοῖ δὲ ἡ θλίψις· ἐμὲ δὲ, τοὐναντίον, ἐν τῷ καιρῷ τῆς λύπης μᾶλλον ἐποίησας μεγαλόψυχον, ὡς καὶ παραγγέλλειν φείδεσθαι τοῦ πατραλοίου παιδός.

Οἰκτείρησόν με καὶ εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου. Ἐλεηθῆναι καὶ ἔτι δυσωπεῖ, καὶ περιπίπτοντος αὖθις ἴσως πειρασμοῖς μὴ παροφθῆναι τὴν προφερομένην τηνικαῦτα δέησιν.

Υἱοὶ ἀνθρώπων, ἕως πότε βαρυκάρδιοι; Πρὸς τοὺς φίλους καὶ γνωστοὺς ὁ λόγος, πειρωμένους βοηθεῖν ἐκ τῶν παρόντων, ὅτε τὰ τῆς συμφορᾶς ἐπεκράτει. Λέγει γοῦν ὅτι Μέχρι τίνος οὐχ ὑψοῦτε τὴν καρδίαν ἐν ταῖς θλίψεσιν εἰς Θεὸν, ἀλλὰ βαρύνετε ταύτην, κατασπῶντες ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς, καὶ ταῖς βιωτικαῖς φροντίσι; Τὸ δὲ, *Υἱοὶ ἀνθρώπων*, αὖθις περίφρασις, ἀντὶ τοῦ, ὦ ἄνθρωποι· σύνηθες γὰρ τοῦτο τῇ τῶν Ἑβραίων διαλέκτῳ.

Ἱνατί ἀγαπᾶτε ματαιότητα, καὶ ζητεῖτε ψεῦδος; Ἀνωφελεῖς αἱ ἀνθρώπιναι μηχαναὶ, καὶ σαίνουσαι μὲν ταῖς ἐλπίσιν, ἀποτυγχάνουσαι δέ. Ἢ καὶ διὰ τοὺς προστετηκότας τοῖς παροῦσιν, ὡς μένουσι, ταῦτά φησιν, ἅπερ οὐχ ὑφίσταται· δοκοῦντα μὲν, διὰ τὸ φαινόμενον· οὐκ ὄντα δὲ, διὰ τὴν μεταβολήν· καὶ γὰρ αὐτὸς, βασιλεὺς ὢν, ἰδιώτευσεν, καὶ κατεδιώκετο.

A sum, dum justiorem causam foveo. Neque enim illum ego, sed ille me affecit injuria. Et sæpenumero hoc loquendi modo utitur Propheta, ut sanctum se aut justum appellet, aut aliquid ejusmodi, non veluti jactabundus, sed adversariorum se comparans pravitati.

In tribulatione dilatasti me. Gaudium dilatare solet et diffundere animum, afflictio autem angere atque angustare. Verum tu, inquit, in mœroris ac tristitiæ tempore, non pusillanimem, sed magnanimum potius me fecisti: ita ut ipsi etiam parricidæ filio parci mandaverim.

Miserere mei et exaudi orationem meam. Adhuc Deum magis ad misericordiam allicit, rogatque preces suas non despici, si quando in tentationes B fortassis rursus inciderit.

Vers. 3. *Filii hominum, usquequo gravi corde?* Sermonem ad notos sibi, atque ad amicos dirigit, qui invalescentibus calamitatibus studebant præsentibus ac temporalibus auxiliis ei opem ferre, aitque: Usquequo inter afflictiones cor vestrum ad Deum non tollitis? usquequo animum ac cor vestrum humanis rationibus gravabitis, et vanis distrahemini sollicitudinibus? Quod vero ait, *Filii hominum*, periphrasis est et circumlocutio, pro eo quod est, Homines: estque idioma Hebraicæ linguæ.

Cur diligitis vanitatem et quæritis mendacium? Inutiles sunt humani conatus: et primo quidem aspectu, conceptæ animo spei videntur applaudere, C sed postmodum frustrantur. Vel fortassis verba hæc ad illos dicta sunt, qui præsentibus rebus, tanquam perpetuis student, tametsi stabiles non sunt; videntur quidem esse propter id quod in superficie apparet, revera tamen ob assiduas mutationes de illis aliter judicandum non est, quam si non essent. Nam et ipse beatus David rex erat, et tamen privatam vitam agebat, et persecutionem sustinebat.

Καὶ γνῶτε ὅτι ἐθαυμάστωσε Κύριος τὸν ὅσιον αὐτοῦ. Περιττὸς ὁ *καὶ* σύνδεσμος ἐνταῦθα· καὶ γὰρ ἰδίωμα καὶ τοῦτο τῆς Ἑβραΐδος γραφῆς, ὡς πολλαχοῦ παρατηροῦντες εὕρωμεν, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, εὑρήσωμεν. Μάθετε οὖν, φησὶν, ὅτι ὁ Θεὸς περιβόητον ἐποίησεν ἐμὲ τὸν ἀφωσιωμένον καὶ ἀνακείμενον αὐτῷ, καὶ ἐπ' αὐτῷ μόνῳ τὰς ἐλπίδας ἔχοντα· καὶ πῶς γὰρ οὐ περιβόητος γέγονε, καθελὼν τὸν καθελόντα, καὶ νικήσας ὁ φυγὰς τὸν διώκοντα, καὶ μετὰ εὐαριθμήτων ἀνδρῶν, τὸν ταῖς μυριάσι χρώμενον;

Κύριος εἰσακούσεταί μου ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς αὐτόν. Ταχείας οὕτω τυχὼν τῆς ἀρωγῆς, καὶ τηλικούτου κινδύνου παρ' ἐλπίδα διασωθεὶς, ἔγνων ὅτι ἐλεεῖ με ὁ Θεὸς, καὶ πέποιθα, καὶ πάλιν εἰσακούσεταί μου κεκραγότος πρὸς αὐτὸν ἐν περιστάσεσιν.

Ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. Ὀργίζεσθαι μὲν ὡς ἀνθρώπους οὐ κωλύει· μὴ ἁμαρτάνειν δὲ, τῇ

Vers. 4. *Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum.* Conjunctio, *et*, superflua est hoc in loco, quemadmodum ex more Hebraici idiomatis sæpenumero alibi aliqua reperiuntur superflua. Discite igitur, inquit, quod celebrem me Deus ac conspicuum reddidit; me, inquam, qui ei sanctificatus, hoc est oblatus ac dedicatus sum, quique in eo solo spes meas ratas esse constitui; vere autem celebris ac clarus fuit beatus David, qui (24) destructorem destruxit, qui fugitivus persequentem vicit: qui parva militum manu, multas copias su- D perávit.

Dominus exaudiet me cum clamavero ad eum. Postquam Dei ope, tam celeriter a tanto periculo me liberatum perspexi, summam in me Dei misericordiam statim agnovi: atque ideo confido, quod rursus me clamantem atque in afflictionibus constitutum exaudiet.

Vers. 5. *Irascimini et nolite peccare.* Irasci quidem ut homines non prohibet, sed admonet ut

Variæ lectiones.

(24) Hæc in Græco textu per interrogationem: *Quomodo enim celebris non evasit, qui*, etc.

non peccemus, et ne sinamus a passionis vehementia nos pertrahi: ne supra modum irascamur: neu temere aliquem ulciscamur. Contra vitium enim insita est hominibus ira. Nam qui irascitur ut illatas sibi injurias ulciscatur, irascitur, et peccat: qui vero tantum irascitur, ut alterum corrigat, irascitur quidem, sed non peccat, quemadmodum nec peccat pater, qui non obtemperanti filio irascitur.

A τοῦ πάθους ὀξύτητι παρασυρομένους ἡμᾶς, ἢ πέρα τοῦ μετρίου θυμουμένους, προτρέπεται, ἤ τινα ἀκαίρως, ἢ ἀναιτίως ἀμυνομένους· κατὰ τῆς κακίας γὰρ ὁ θυμὸς ἀνθρώποις ἐφυτεύθη. Ὁ μὲν γὰρ ἑαυτὸν ἐκδικῶν, ὀργίζεται, καὶ ἁμαρτάνει· ὁ δὲ ἕτερον διορθούμενος, ὀργίζεται, καὶ οὐχ ἁμαρτάνει, ὡς πατὴρ υἱῷ ὀργιζόμενος.

Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini. Perge, inquit, in tuum cubile, ubi maxima adest securitas: et illic amplo cum otio ac quiete teipsum dijudica: et cogitationes discute, quas habuisti per diem, noctu præterea atque in cubili tuo ut dixi doleas, et pœnitentiam tecum agas ob peccata quæ interdiu in animo tuo revolvisti. Mihi enim, inquit, beatus David, sic facienti, ut te moneo, prospere cuncta succedunt. Sume itaque et tu experimentum, cum ex me didiceris hujusmodi utilitatem percipere. Hoc enim tibi ut facias suadeo. Quod si ut propheta indicat, cogitationum pœnas daturi sumus, quanto magis operationum? Considera etiam quomodo tam ad præservandum a peccatis, quam ad castigandum peccatorem, aptissimis Propheta usus sit pharmacis. Nam quod ait, *Irascimini et nolite peccare*, custodit et præservat a peccato: et si fortassis in peccata quis inciderit, vicissim castigat et corrigit, dum ait: *Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.*

Ἃ λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε. Ἐπὶ τὴν κοίτην ἰόντες, ἐν ᾗ καιρὸς ἀδείας ἐστὶν, ἀνακρίνετε κατὰ σχολὴν ἑαυτοὺς περὶ τῶν ἡμερινῶν ἐνθυμημάτων, καὶ ἃ πλημμελῶς ἐν ἡμέρᾳ διαλογίζεσθε, ἐπὶ τούτοις μεταμέλεσθε, ἐπὶ τὸν τῆς κοίτης χρόνον. Οὕτω κἀγὼ ποιῶν, εὐοδοῦμαι, καὶ πεῖρᾳ (25) τὴν ἐντεῦθεν ὠφέλειαν μαθὼν, τοῦτο ποιεῖν παραινῶ καὶ
B ὑμῖν. Εἰ δὲ τὰς ἐνθυμήσεις δεῖ κολάζειν, πολλῷ μᾶλλον τὰς πράξεις. Ὅρα δὲ, πῶς καὶ προφυλακτικοῖς καὶ διορθωτικοῖς ἐχρήσατο φαρμάκοις· τὸ μὲν γὰρ, *Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε*, προφυλακτικόν· τὸ δὲ, *Ἃ λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε*, διορθωτικόν.

VERS. 6. *Sacrificate sacrificium justitiæ, et sperate in Domino.* Justitiam vestram quasi fructum quemdam Deo, inquit, offerte, neminem injuria afficientes: et auxilium a Deo exspectate, qui oppressis potissimum auxilio esse solet. Conversationem præterea ac vitam futuræ Ecclesiæ prænuntiat, quæ vice animalium, spirituale virtutum sacrificium Deo erat oblatura. Justitiam enim hic non particularem virtutem, sed generaliter pro omni virtute intelligit.

Θύσατε θυσίαν δικαιοσύνης, καὶ ἐλπίσατε ἐπὶ Κύριον. Καρποφορήσατε μόνον δικαιοσύνην τῷ Θεῷ, ἀδικοῦντες μηδένα, καὶ ἀπεκδέχεσθε τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ βοήθειαν, ὃς τοῖς ἐπηρεαζομένοις μάλιστα συμ-
C μαχεῖ. Προδιαγράφει καὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν πολιτείαν, πνευματικῶς θύειν μέλλουσαν ἀντὶ ζώων τὰς ἀρετάς· εἴγε δικαιοσύνην οὐχ ἰδικῶς, ἀλλὰ καθόλου τὴν ἀρετὴν πᾶσαν ὑποληψόμεθα.

Multi dicunt: Quis ostendet nobis bona? Cum sui exemplo admonuerit atque exhortatus sit nos Propheta, ut in superioribus vidimus, modo objectionem quamdam a pusillaminibus fieri solitam apponit. Quidam enim, inquit, cum in calamitates inciderint, ægre ferentes, statim desperant, nec credunt Deum prope esse invocantibus eum. Quinimo omni spe destituti, talia etiam effundunt verba: Quis adjutor deinceps erit nobis? quasi dicant, Nullus. Quæ verba extremæ omnino desperationis sunt. Vel aliter, de iis hominibus sermo est, qui carnis sequuntur desideria: qui cum in otio atque in deliciis summum bonum posuerint, eas totis velis insequuntur: afflictiones vero quæ divina dispensatione nobis immittuntur valde oderunt. Per illa etiam verba, *Quis ostendet nobis bona?* animæ ardentis atque immodice appetentis affectum intellige demonstrari.

Πολλοὶ λέγουσι· Τίς δείξει ἡμῖν τὰ ἀγαθά; Προσαγαγὼν τὴν παραίνεσιν ἀπὸ τοῦ καθ' ἑαυτὸν ὑποδείγματος, τίθησιν ἀντίθεσίν τινα τῶν μικροψύχων. Τινὲς γὰρ, φησὶν, ὅταν προσομιλήσωσι πειρασμοῖς, βαρυθυμοῦντες, ἀπογινώσκουσι, καὶ οὐ πιστεύουσιν ὡς ἐγγὺς Κύριος τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν, ἀλλὰ λέγουσι· Τίς βοηθήσει ἡμῖν; ὅπερ ἐσχάτης ἀπογνώσεως ὂν, δίδωσι νοεῖν, ὡς οὐδείς. Ἢ καὶ περὶ τῶν φιλοσάρκων ὁ λόγος, οἵτινες ἀγαθὸν
D ἡγούμενοι τὴν ἄνεσιν καὶ τρυφὴν, ταῦτα μόνα μεταδιώκουσι, σφόδρα μισοῦντες τὰς κακοπαθείας, αἳ κατ' οἰκονομίαν ἐπάγονται. Τὸ δὲ, *Τίς δείξει ἡμῖν;* ψυχῆς νοητέον ὀρεγομένης διακαῶς.

VERS. 7. *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.* Verum ego, inquit, longe aliter sentio. In me enim signatum est lumen protectionis tuæ: quam lucem, illam esse intelligendum

Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε. Ἀλλ' ἐγὼ οὐχ οὕτως ἔχω, καὶ γὰρ ἐνεσημάνθη μοι ἡ ἀντίληψις τῆς σῆς ἐπισκοπῆς· ταύτην γὰρ φῶς ὑποληπτέον, ὡς διαλύουσαν τὸ σκότος

Variæ lectiones.

(25) Græcorum verborum sensus est: *Atque experientia cum quanta sit utilitas didicerim, idem ut et ipsi faciatis hortor.*

A τῆς ἀθυμίας, καὶ ὥσπερ ἐγχαραχθεῖσα, γνώριμόν με καὶ τοῖς πόῤῥω πεποίηκε. Τινὲς δέ φασι προφητείας εἶναι τὸ ῥητὸν περὶ τῶν Χριστιανῶν, οἷς ἐσημειώθη, τουτέστιν, ἐτέθη γνώρισμα ὁ Χριστὸς, κληθεῖσι Χριστιανοῖς, ὅς ἐστι φῶς τοῦ Πατρός. Συνέταξε δὲ τούτοις ὁ Προφήτης ἑαυτὸν, διὰ τὴν τῶν ἀρετῶν συγγένειάν τε καὶ οἰκειότητα.

est, quæ mœroris tenebras dissolvit; quæque in me quodam modo insculpta, notum me omnibus ac conspicuum facit, his etiam qui procul sunt. Quidam aiunt contineri his verbis prophetiam de Christianis, quibus per hoc nomen, quo Christiani appellantur, signum atque indicium quoddam impositum est, Christus nimirum, qui Patris lux est. [Per Christum enim Patrem agnovimus; *Qui enim vidit me*, inquit, *vidit et Patrem meum* [54]; qui etiam character et forma Patris, ab Apostolo cognominatur [55].] Conjunxit autem seipsum Propheta Christianis, ob cognationem quamdam ac familiaritatem virtutum.

Ἔδωκας εὐφροσύνην εἰς τὴν καρδίαν μου. Ἢ διὰ τὴν ἀντίληψιν, τὴν δηλωθεῖσαν, ἢ διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ κλῆσιν τῶν εὐσεβῶν.

Dedisti lætitiam in corde meo. Vel propter prædictum auxilium, vel ob denominationem fidelium a Christo.

Ἀπὸ καρποῦ σίτου, οἴνου καὶ ἐλαίου αὐτῶν ἐπληθύνθησαν. Περὶ τῶν φιλοσάρκων λέγει πάλιν, B ὅτι Καὶ τὰ γήϊνα φρονοῦσιν αὐτοῖς δαψιλῶς πάντα χορηγεῖς ὑπὸ τῆς ἄγαν φιλανθρωπίας· ἀπαριθμεῖται γὰρ ὅτι ἀπὸ καρποῦ σίτου, οἴνου καὶ ἐλαίου, ἐπληθύνθησαν, τουτέστιν ἐνεπλήσθησαν, δηλαδὴ τῶν ἀπαριθμηθέντων, δι' ὧν ἀναγκαιότερον καὶ τ' ἄλλα τῶν βρωμάτων εἴδη συμπεριέλαβεν.

VERS. 8. *A fructu frumenti vini et olei, eis multiplicati sunt.* De carnalibus hominibus iterum sermo est: quibus terrena tantum cogitantibus, abunde omnia Deum præ magna benignitate subministrasse attestatur Propheta: et bona eis collata connumerat dicens, quod a fructu frumenti, vini, et olei, multiplicati sunt eis; hoc est, eis connumeratis bonis repleti, per quæ bona tanquam per magis necessaria, reliqua ciborum genera intellexit.

Ἐν εἰρήνῃ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοιμηθήσομαι, καὶ ὑπνώσω. Τοὺς ἐνοχλοῦντάς μοι φόβους ἀποθέμενος, ἀταράχως κοιμηθήσομαι, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ μέχρι κόρου. Τὸ μὲν γὰρ, *ἐπὶ τὸ αὐτὸ*, βούλεται τὸ ἅμα δηλοῦν, ὅτι Καὶ ἄμφω ταῦτα ποιήσω. Τὸ δὲ, *ὑπνώσω*, τῆς κατακλίσεώς ἐστιν ἐπίτασις. Ἢ καὶ προφητεύει περὶ τῆς ἑαυτοῦ τελευτῆς, ὡς οὐκ ἀποθανεῖται βιαίως, ἀλλὰ κατὰ φύσιν, ἔνθα καὶ νοήσο- C μεν τὸ, *ἐπὶ τὸ αὐτὸ*, περὶ τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς λέγειν, ὅτι Κοιμηθήσομαι ἐν εἰρήνῃ ὁμοῦ, καὶ κατὰ σῶμα, καὶ κατὰ ψυχήν· τούτου μὲν, τῶν ὁρατῶν ἀπαλλαγέντος ἐχθρῶν· ἐκείνης δὲ, τῶν ἀοράτων. Τὸ δὲ, *ὑπνώσω*, τὸν μέχρι τῆς ἀναστάσεως μακρὸν αἰνίττεται χρόνον.

VERS. 9. *In pace in idipsum dormiam et soporabor.* Deposito timore, quo perturbabar, deinceps quiete dormiam; nec dormiam simpliciter, sed ad ipsam usque satietatem. Nam quod ait, *in idipsum*, idem sibi vult quod *una*: ac si dicat, Utraque hæc faciam, dormiam et pariter *soporabor*. Quo loquendi modo accubationis et quietis suæ intensionem expressit. Vel his verbis Propheta fortassis prædicit, quæ ad mortem suam pertinebant; quod scilicet non violenta, sed naturali morte ei moriendum erat. Et quod dicit *in idipsum*, de anima et corpore intelligemus. Dormiam enim ego, inquit, in pace, corpore pariter et anima: corpore nimirum a visibilibus, et anima ab invisibilibus inimicis liberata. Quod vero ait, *soporabor*, longum resurrectionis tempus significare videtur.

Ὅτι σὺ, Κύριε, κατὰ μόνας ἐπ' ἐλπίδι κατῴκισάς με. Σύ με χωρὶς τῶν πονηρῶν οἰκεῖν ἐποίησας, ἐπ' ἐλπίδι σωτηρίας. Τινὲς δέ φασιν, ὅτι τοῦτο περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως προεφήτευσε, σχηματίσας τὸν λόγον ὡς ἀπὸ τοῦ σώματος, λέγοντος, ὅτι Σὺ, Κύριε, κατοικεῖν με τὸν τάφον ὥρισας μεμονωμένον τῆς συζύγου ψυχῆς· οὐχ ἁπλῶς δὲ, ἀλλ' D ἐπ' ἐλπίδι ἀναστάσεως, ὅτε καὶ τὴν ψυχὴν ἀπολήψομαι. Τὸ δὲ, *ὅτι*, *παρέλκον* δοκεῖ· καὶ γὰρ ἐν πολλοῖς ἰδίωμα καὶ τοῦτο τῆς Παλαιᾶς· νοεῖται δὲ καὶ βεβαιωτικὸν, ἀντὶ τοῦ *ὄντως*.

VERS. 10 *Quoniam tu, Domine, singulariter in spe habitare fecisti me.* Tu me, inquit, habitare fecisti seorsum a malignis atque in spe salutis. Quidam vero hæc de resurrectione a mortuis prophetice dicta esse aiunt: quodque beatus David, veluti ex corporis sui persona sermonem formavit, dicentis: Tu, Domine, habitare me fecisti in sepultura; et constituisti me singularem ac solitarium illic esse, a propriaque ac socia mihi anima disjunctum. Verum hoc non simpliciter, sed in spe resurrectionis; quandoquidem iterum animam suscepturum sperem. Illa autem dictio, *quoniam*, abundare videtur hoc in loco, quemadmodum et sæpe alibi, juxta sacræ Scripturæ atque Hebraici idiomatis proprietatem: quanquam sæpenumero etiam hæc dictio apud Hebræos idem significat quod *vere*, et ponitur pro adverbio confirmandi.

Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης.

ΨΑΛΜΟΣ Ε'.

Τί μὲν παρίστησιν ἡ εἰς τὸ τέλος ἐπιγραφὴ, προείρηται. Φασὶ δέ τινες ἐνταῦθα τὰς ἐσχάτας ἡμέρας ὑποδηλοῦσθαι, καθ' ἃς ὁ Κύριος ἐνηνθρώπησε· τη-

In finem pro ea quæ hæreditatem consequitur.

PSALMUS V.

Quod sibi velit inscriptio *in finem*, superius dictum est: hoc autem in loco quidam per eam aiunt significari illos dies, quibus Christus homo factus

[54] Joan. XIV, 9. [55] Hebr. I, 3.

est, quando umbra legis finem accepit, atque hoc ex subsequentibus comprobari; ex persona enim futuræ fidelium Ecclesiæ Propheta psalmum hunc composuit: quanquam et ipsius etiam beati David negotiis ac rebus congruat; hanc igitur Ecclesiam, eam esse intelliges, quam Propheta dicit hæreditatem consequi: ea nimirum ratione, quia per baptismi regenerationem adoptata est, et adoptionis privilegia consecuta. Hæreditas vero quæ ei debetur, illa est quam *nec oculus vidit*, [*nec auris audivit* [56]] etc. De hac etiam Ecclesia tanquam de sponsa Paulus dicebat: *Aptavi virginem castam Christo constituere* [57]; et Joannes, *Qui habet sponsam, sponsus est* [58]; et beatus David alibi: *Astitit Regina a dextris tuis* [59]. In præsenti vero tempore dixit, *Quæ hæreditatem consequitur*, et non Quæ consecuta est, aut Quæ consequetur: quia Ecclesia semper hæres est, ill usque hæreditas finem ullum habitura nunquam est.

A τηνικαῦτα γὰρ τέλος ἔλαβεν ἡ σκιὰ τοῦ νόμου· καὶ πιστοῦνται τὸν λόγον ἀπὸ τοῦ ἐπαγομένου· προσώπῳ γὰρ τῆς Ἐκκλησίας τῶν ὕστερον πιστῶν ποιεῖται τὸν ψαλμὸν ὁ Προφήτης, εἰ καὶ τοῖς κατ' ἐκεῖνον οὐδὲν ἧττον ἁρμόζει πράγμασι. Κληρονομοῦσαν δὲ ταύτην ὠνόμασεν, ὡς διὰ τῆς παλιγγενεσίας τοῦ βαπτίσματος υἱοθετηθεῖσαν· κλῆρος δὲ αὐτῆς, *ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε*, καὶ τὰ ἑξῆς. Περὶ ταύτης, ὡς νύμφης, καὶ Παῦλος ἔλεγεν· *Ἡρμοσάμην παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι Χριστῷ*· καὶ Ἰωάννης· *Ὁ ἔχων τὴν νύμφην, νυμφίος ἐστί*· καὶ αὐτὸς οὗτος ὁ Δαβίδ· *Πάρεστι ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου*. Κληρονομοῦσαν δὲ, καὶ οὐ κληρονομήσασαν, ἢ κληρονομῆσαι μέλλουσαν εἴρηκεν, διὰ τὸ ἀεὶ κληρονομεῖν, καὶ μηδέποτε λήγειν.

VERS. 2. *Verba mea auribus percipe, Domine; intellige clamorem meum, intende voci orationis meæ.* Eumdem sensum aliis atque aliis verbis repetit idem æquivalentibus, quemadmodum mos est iis qui ex corde supplicant. Vel per *verba*, preces intellige, tanquam sermones. *Clamorem* vero ideo addidit, ut cum tono atque intensione spiritus preces se fudisse ostenderet: et *vocem* ea ratione, ut clare atque aperte se locutum fuisse significaret: cum alioquin clamor ignotam soleat vocem efficere. Alia autem verba quæ his commista sunt, in propria sua significatione sunt posita. *Auribus* enim *percipe*, inquit, non simpliciter: sed *intellige*, atque ipso intellectu percipe quid sibi volunt preces meæ: nec fortuito eas tibi fuisse oblatas puta, seu labiis seu ipso tibi corde offerantur. Est autem mos sacræ Scripturæ, ut humanas sæpenumero operationes Deo ascribat: quemadmodum hoc in loco fieri videmus.

B *Τὰ ῥήματά μου ἐνώτισαι, Κύριε, σύνες τῆς κραυγῆς μου, πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου.* Ἢ τὸ αὐτὸ δηλοῖ δι' ἄλλων καὶ ἄλλων λέξεων ἰσοδυναμουσῶν, ὡς ἔθος τοῖς ἀπὸ καρδίας ἱκετεύουσιν· ἢ *ῥήματα* μέν φησι τὴν δέησιν, ὡς λόγους· *κραυγὴν* δὲ, ὡς μετὰ τόνου πνεύματος προσφερομένην· *φωνὴν* δὲ, ὡς εὔσημον· κυρίως γὰρ ἄσημός ἐστιν ἡ κραυγή. Καὶ τὰ ὑποκείμενα δὲ οἰκείως ἀπεδόθησαν. *Ἐνώτισαι* γὰρ, καὶ μὴ ἁπλῶς, ἀλλὰ γνῶθι τί βούλονται· καὶ ἔτι, μὴ ἐν παρέργῳ θήσεις τὴν δέησιν, εἴτε διὰ χειλέων, εἴτε ἀλαλήτως προφέρεται. Ἰδίωμα δὲ καὶ τῆς Γραφῆς, καὶ τὸ καλεῖν τὰς θείας ἐνεργείας ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων, ὡς τὸ περὶ τούτων διδάσκει σύνταγμα.

Rex meus et Deus meus. Te enim solum, inquit, habeo in Regem, veluti qui mei solius providentiam et procurationem habes: te solum pari modo ut Deum colo, tanquam verum omnium Creatorem. Idola enim omnia abjeci.

C *Ὁ βασιλεύς μου καὶ ὁ Θεός μου.* Σὲ γὰρ καὶ μόνον βασιλέα ἔχομεν, ὡς προνοητήν· Θεὸν δὲ, ὡς πλάστην, τὰ εἴδωλα (26) ῥίψας.

VERS. 4, 5. *Quoniam ad te orabo, Domine.* Exaudi me, inquit, quoniam deinceps ad te solum, et non ad alium Deum ut antea preces meas effundam.

Ὅτι πρὸς σὲ προσεύξομαι, Κύριε. Εἰσάκουσόν μου, διότι τοῦ λοιποῦ πρὸς σὲ, καὶ οὐ πρὸς ἕτερον Θεὸν, ὡς πάλαι, προσεύξομαι.

Mane exaudies vocem meam, mane astabo tibi et videbis me. Illo inquam mane, quo Sol justitiæ Christus hominibus orietur. Ego etenim tunc ex Judæis, atque ex gentibus congregabor, et invocabo te, ac laudando, appropinquationis conversationem exhibebo. Tunc igitur tibi me appropinquantem, atque assistentem videbis. *Oculi* enim *Domini*, inquit, *super justos* [60]. Quædam vero exemplaria habent, *Et videbor*, hoc est, Manifestus fiam. Quod si juxta historiam psalmum exponamus de beato David, mane pro matutino tempore accipiendum

Τὸ πρωῒ εἰσακούσῃ τῆς φωνῆς μου, τὸ πρωῒ παραστήσομαί σοι, καὶ ἐπόψει με. Τότε δηλονότι, ὅταν Χριστὸς, ὁ τῆς δικαιοσύνης Ἥλιος, ἀνατείλῃ· τηνικαῦτα γὰρ ἐξ ἐθνῶν καὶ Ἰουδαίων συστήσομαι, καὶ ἐπικαλέσομαί σε, καὶ δι' ἐγγύτητος ἐναρέτου παραστήσομαι πολιτείας, καὶ οὕτω πλησιάζουσαν D ἴδῃς με. *Ὀφθαλμοὶ* γὰρ, φησὶ, *Κυρίου, ἐπὶ δικαίους*. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων τὸ *ἐπόψομαι* φέρουσιν, ἀντὶ τοῦ ἐμφανισθήσομαι. Πρὸς μέντοι τὴν ὑπόθεσιν τοῦ Δαβὶδ, ὑποληπτέον τὸ πρωῒ δηλοῦν τὸν ὀρθρινὸν χρόνον. Πρὸ ἔργου γὰρ, φησὶ, παντὸς, ἔσται

[56] I Cor. II, 9. [57] II Cor. XI, 2. [58] Joan. III, 29. [59] Psal. XLIV, 10. [60] Psal. XXXIII, 16.

Variæ lectiones.

(26) Legendum fortasse ῥίψασα, ex persona Ecclesiæ, ut paulo post ex persona ejusdem Ecclesiæ habet πλησιάζουσαν.

μοι τὸ παρακαλεῖν σε, καὶ τὰ ἑξῆς, ὃ καὶ ἡμεῖς ποιοῦμεν, εὐθὺς τῆς κοίτης ἐξανιστάμενοι· καὶ οὐχ ὅτι κατ' ἄλλον οὐ χρὴ προσεύχεσθαι καιρόν· *Εὐλογήσω* γάρ, φησί, *τὸν Κύριον, ἐν παντὶ καιρῷ.*

A est, ac si diceret : Gratius mihi ac jucundius rebus omnibus fuerit matutino tempore ad te, Deus, orationem ac preces meas proferre : quod et nos facere consuevimus statim ubi e lecto consurreximus ; nec tamen hoc dico, quasi alio tempore orandum non sit : *Benedicam*, inquit, *Dominum in omni tempore* [81].

Ὅτι οὐχὶ Θεὸς θέλων ἀνομίαν σὺ εἶ. Τὰ γὰρ εἴδωλα τὰς ἀνομίας ἀγαπῶσιν. *Ἀνομίαν* δὲ καλεῖ πᾶσαν ἁμαρτίαν.

Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Longe enim abes ab idolorum perversitate, quæ iniquitates diligunt. Per *iniquitatem* vero omne peccati genus intelligit [quod extra æquitatis sit normam : seu, ut significantius Græca dictio ἀνομία exprimit, quod omni careat legis ratione. Ἄνομος quippe, unde ἀνομία, quem Latinus interpres assidue *iniquum* appellat, *exlegem* potius, quam *iniquum* significat ; sed vocabuli inopia ἀνομίαν *iniquitatem* appellamus.]

B

Οὐ παροικήσει σοι πονηρευόμενος. Οὐ μόνον δέ εἰσιν ἐμπαθεῖς οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν, ὡς αἱ περὶ τούτων βίβλοι διδάσκουσιν· ἀλλὰ καὶ τοὺς τῶν ὁμοίων ζηλωτὰς παθῶν ὡς οἰκείους περιέπουσι, καὶ τοὺς ἑαυτῶν βεβήλους ναοὺς αὐτοῖς ὑπανοίγουσι. Σοῦ δὲ τῆς ἐγγύτητος καὶ οἰκειώσεως, τοῦτο γὰρ τὴν παροικίαν ἐπὶ τοῦ παρόντος ὑποληπτέον, οὐ τεύξεται πονηρός. *Ἐγγὺς* γάρ, φησί, *Κύριος τοῖς συντετριμμένοις τὴν καρδίαν, καὶ τοῖς φοβουμένοις αὐτόν.* Διὰ τοῦ πονηροῦ δὲ παντοῖον ἁμαρτωλὸν ᾐνίξατο.

Vers. 6. *Neque habitabit juxta te malignus.* Gentium dii, non tantum ipsi sceleribus ac vitiis repleti sunt, quemadmodum ex profanis eorum libris docemur : sed homines quosque, similium vitiorum amatores, veluti suos ac proprios fovent, suaque illis profana aperiunt fana. Tuam vero, o Deus, familiaritatem, aut tui appropinquationem (ita enim intelligere debemus quod ait : *Neque habitabit juxta te malignus*) homo nullus unquam consequetur. *Prope est enim Dominus iis qui contrito sunt corde* [82]. Item : *Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius* [83]. Malignum enim dicens Propheta, omnifariam peccatorem subsignavit.

Οὐδὲ διαμενοῦσι παράνομοι κατέναντι τῶν ὀφθαλμῶν σου. Τοῦτο διὰ τοὺς Ἰουδαίους προφητευθῆναι λέγουσιν, οἳ μέχρι μὲν τὸν νόμον ἐφύλαττον, ἐπισκοπῆς ἠξιοῦντο θείας· παραβάται δὲ τούτου γενόμενοι, δικαίως ἐξώσθησαν.

Nec permanebunt transgressores legis ante oculos tuos. His verbis contineri dicunt prophetiam de Judæis, qui donec legem servaverunt protectione et custodia Dei digni esse visi sunt : verum ubi

C

illius transgredi cœperunt mandata, juste ac merito ab eo expulsi sunt.

Ἐμίσησας πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν. Τοῦτο διὰ τὰ ἔθνη τὰ ἄπιστα, νόμον Θεοῦ μὴ δεξάμενα. Νοεῖται δὲ καὶ ἄλλως· παράνομος μέν, πᾶς ὁ μεμαθηκὼς τὸν νόμον, παραβαίνων δέ· ἄνομος δέ, ὁ μὴ μαθεῖν ἀνασχόμενος. Πολλάκις δὲ τὸν παράνομον καλοῦμεν καὶ ἄνομον, ὡς μὴ νόμῳ χρώμενον. Εἰπὼν δὲ καθόλου περὶ τῶν ἁπλῶς ἁμαρτωλῶν, ἐκτίθεται καὶ κατὰ μέρος ἃ ἐδόκουν αὐτῷ κεφαλαιωδέστερα τότε τῶν ἁμαρτημάτων.

Vers. 7. *Odisti omnes qui operantur iniquitatem.* Hoc propter infideles gentes dictum est, quæ legem Dei non receperunt : [et quos juxta Græci nominis veriorem significatum, ut diximus, exleges potius dicere possumus, quam iniquos. Differt autem transgressor legis ab exlege], quia alter, legem quidem novit, sed non servat : alter vero is dicitur qui nullas omnino recipit leges ; quanquam sæpenumero alterum loco alterius ponitur (27*). Verum cum in universum dixerit de peccatoribus, particulatim nunc tradit quæ sibi visa sunt præcipua peccatorum capita.

D

Ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος. Τοῦτο προηγουμένως μὲν διὰ τοὺς δοξάζοντας ἕτερον παρὰ τὸν ὄντα Θεόν, καὶ τοὺς αἱρετικούς· ἑπομένως δέ, καὶ διὰ τοὺς ὅπως δήποτε ψευδομένους, ὡς τοῦ διαβόλου διακόνους, πατὴρ γὰρ τοῦ ψεύδους ὁ Σατανᾶς, εἴτε ἐξ Ἰουδαίων εἰσίν, εἴτε ἐξ ἐθνῶν. Διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, *Ἀπολεῖς*, παρέστησε βαρυτέραν αὐτῶν τὴν κόλασιν. Ἢ καὶ φοβῆσαι τοὺς προχείρους εἰς τὸ ψεῦδος βουλόμενος, ἐπιπολάζοντας καὶ ἀνειμένους, διὰ τὸ ῥᾷστον· ἢ καὶ ὅτι μὴ μόνον ἑαυτὸν (27) ἠχρείωσαν, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς ἀπωλείας πρόξενοι γίνονται.

Perdes eo qui loquuntur mendacium. Hoc principaliter propter eos dictum est, qui non verum Deum colebant ; et propter hæreticos : consequenter propter omnes alios mendaces, ac dæmonis ministros, qui pater dicitur mendacii, seu ex Judæis sint, seu ex gentibus. Quod vero ait, *Perdes*, gravissima eorum tormenta denotavit. Vel fortassis id a Propheta dictum est, ut eos qui facilitate quadam proni ac labiles sunt ad mendacia, hoc pacto deterreret, qui non tantum seipsos lædunt, sed multis etiam perditionis causa exsistunt.

[81] Psal. xxxiii, 2. [82] Psal. cxliv, 18. [83] Psal. lxxxiv, 10.

Variæ lectiones.

(27) Cod. ἑαυτόν, *seipsum* ; sed melius, opinor, ἑαυτούς, ut legit Latinus interpres.
(27*) Quinimo et Latinus interpres utramque dictionem passim pro *iniquo* exponit.

VERS. 8. *Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus.* Vide quomodo interfectori dolosum conjunxit. Nam qui decipit, et in pericula aliquem conjicit, occidere etiam videtur. A

Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam. Ego, inquit, Ecclesia ob summam misericordiam tuam ab erroribus liberata, in domum tuam, quam olim imprudenter destruebam, ingrediar. Vel aliter : *Introibo in domum tuam*, digna nimirum effecta hujusmodi fiducia apud te, non ob meas virtutes, sed ob tuam tantum misericordiam. Aliqui per domum Dei conversationem ac vitam intelligunt virtute præditam. Requiescit enim Deus atque habitat in iis qui virtutes sectantur, quemadmodum in Evangelio ait : *Ego et Pater ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus* [64]. B

Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Ingressa, inquit, multa cum reverentia adorabo in timore. Templum vero aut terrenum hoc intellige, aut cœleste in quo adoratura est. Gentes quippe deorum suorum delubris intemperanter abutebantur, atque inhoneste. Cum autem hactenus Ecclesia vitiorum genera, quæ ad propositum a se sumptum pertinebant, narraverit per capita, eaque Deo esse ostenderit abominabilia, nunc ad seipsam revertitur, ac pollicetur vere se atque ingenue, et non pigre divino cultui inservituram : nec tamen id dicit veluti quæ per seipsam justificata sit, sed tanquam misericordiam consecuta : quamvis inclamando adversus peccatores, et seipsam in templum Dei inducendo, videatur quodammodo aliud (28) significare.

Ἄνδρα αἱμάτων καὶ δόλιον βδελύσσεται Κύριος. Ὅρα πῶς τῷ φονεῖ τὸν δολερὸν προσέταξε· ἀπατῶν γὰρ, καὶ ῥίπτων εἰς κίνδυνον, φονεύειν δοκεῖ.

Ἐγὼ δὲ ἐν τῷ πλήθει τοῦ ἐλέου σου εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου. Ἐγὼ δὲ διὰ τὸ πολύ σου ἔλεος ἀπαλλαγεῖσα τῆς πλάνης, εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου, ὃν πρὶν ἀφρόνως κατέσκαπτον. Ἢ καὶ ἄλλως· *Εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου*, τῆς παῤῥησίας ταύτης ἀξιωθεῖσα, οὐ διὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν, ἀλλὰ διὰ τὸ σὸν μόνον ἔλεος. Τινὲς δὲ λέγουσιν οἶκον Θεοῦ καὶ τὴν ἐνάρετον εἶναι πολιτείαν. Ἐπαναπαύεται γὰρ καὶ ἐνοικεῖ Θεὸς τοῖς μετιοῦσιν αὐτήν, ὡς καὶ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις εἶπεν ὁ Σωτὴρ ἐλεύσεσθαι μετὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ μονὴν ποιήσασθαι παρὰ τοῖς ἀξίοις.

Προσκυνήσω πρὸς ναὸν τὸν ἅγιόν σου ἐν φόβῳ σου. Εἰσελθοῦσα δὲ μετὰ πάσης εὐλαβείας, ἐν φόβῳ προσκυνήσω, εἴτε τὸν ἐπίγειόν σου ναὸν, εἴτε τὸν οὐράνιον· τὰ γὰρ ἔθνη ἀκολάστως τοῖς ναοῖς τῶν θεῶν αὐτῶν ἐνασχημονοῦσι. Πρὸς μέντοι τὴν ἰδίαν ὑπόθεσιν ὁ Προφήτης τὰ εἴδη τῆς κακίας κεφαλαιωδέστερον ἐπελθὼν, καὶ δείξας βδελυκτὰ Θεῷ, πρὸς ἑαυτὸν ἐπάνεισι, καὶ λατρεύειν ἐπαγγέλλεται γνησίως καὶ προθύμως, οὐχ ὡς δεδικαιωμένος, ἀλλὰ ὡς ἠλεημένος. Εἰ καὶ ἐν οἷς καταβοᾷ τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ἑαυτὸν εἰσάγει τῷ θείῳ ναῷ, τοῦτο νοεῖσθαι δίδωσι.

VERS. 9. *Domine deduc me in justitia tua.* Deduc me, Domine, per manum Filii tui : qui, ut ait Apostolus, justitia est, et sanctificatio, et redemptio [65] ; vel in lege tua quæ est humana justitia. C

Propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam. Propter visibiles inimicos meos, qui in semitis meis scandala seminant, et laqueos tendunt, explana, quæso, Domine, viam meam ad te ; ita enim Symmachus reddidit. Vel, *Dirige me*, ne declinem ad dextram aut sinistram propter inimicos meos, qui latenter in insidiis me observant. Congruere etiam possunt hæc verba ipsi beato David.

VERS. 10. *Quoniam non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est.* Et mentiuntur assidue ut fallaces : et inutilia semper ac vana cogitant ut maligni. D

VERS. 11. *Sepulcrum patens est guttur eorum.* Propter mortua illorum dogmata hoc dicit, et ob putidas hæreticorum blasphemias, et inhonesta intemperantiæ verba. Vel juxta historiam, ob turpes contumelias, et ob jurgia, quæ in David dicta fuere ab inimicis. [Quorum guttur, non tectæ atque opertæ sepulturæ comparavit, sed apertæ ac patenti, tetrumque odorem emittenti.] Nam si opertum esset sepulcrum, immunditias omnes et gravem illum spiritum celaret.

Κύριε, ὁδήγησόν με ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου. Χειραγώγησόν με, διὰ τοῦ Υἱοῦ σου, ὅς ἐστι δικαιοσύνη, καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις, κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Καὶ ἐν τῷ σῷ νόμῳ· ἔστι γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη δικαιοσύνη.

Ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου, κατεύθυνον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου. Διὰ τοὺς ὁρατοὺς καὶ ἀοράτους ἐχθρούς μου, τοὺς κατασπείροντας ἐν τῇ τρίβῳ μου σκάνδαλα καὶ πάγας, ἐξομάλησον τὴν ὁδόν μου πρὸς σέ· οὕτω γὰρ ὁ Σύμμαχος τὸ *Κατεύθυνον* ἡρμήνευσεν. Ἢ ὥστε μὴ ἐκκλίνειν ἐπὶ δεξιὰ ἢ ἐπ' ἀριστερὰ διὰ τοὺς ἐνεδρεύοντας ἐπιβούλους. Ἁρμόζει δὲ ταῦτα καὶ τῷ Δαβίδ.

Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν ἀλήθεια, καὶ ἡ καρδία αὐτῶν ματαία. Ψεύδονται γὰρ, ὡς ἀπατεῶνες, καὶ ἀνόητα μελετῶσιν, ὡς πονηροί.

Τάφος ἀνεῳγμένος, ὁ λάρυγξ αὐτῶν. Τοῦτο, διὰ τὰ νεκρὰ δόγματα καὶ τὰς δυσώδεις βλασφημίας τῶν αἱρετικῶν, ἢ καὶ τὰ μυδῶντα τῆς ἀκολασίας ῥήματα, ἢ καὶ τὰς κατὰ τοῦ Δαβὶδ αἰσχρὰς ὕβρεις. Οὐ γὰρ κεκαλυμμένος ἐστίν· οὕτω γὰρ (29) αὐτὴν δυσοσμίαν συνέκρυψε.

[64] Joan. XIV, 23. [65] I Cor. I, 30.

Variæ lectiones.

(28) Græce τοῦτο, *hoc*.

(29) Addendum puto ἄν.

Ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν. Εἴ τις μὲν δόλιος, οὗτος καὶ ψεύστης· οὐκ εἴ τις δὲ ψεύστης, οὗτος καὶ δόλιος. Ἡ γὰρ τοῦ δολίου κακουργία, χαλεπωτέρα. Λέγει τοίνυν ὅτι Ἐπιβούλως κατ' ἐμοῦ συνεμελέτων, καὶ συνεσκέπτοντο.

Κρῖνον αὐτούς, ὁ Θεός. Τοιαῦτα ἐργαζομένους κατάκρινε, ὁ μισῶν πάντας τοιούτους ὡς (30) προεδήλωσεν.

Ἀποπεσάτωσαν ἀπὸ τῶν διαβουλίων αὐτῶν. Ἀστοχήτωσαν τῶν βουλευμάτων.

Κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀσεβειῶν αὐτῶν ἔξωσον αὐτούς. Διὰ τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν *Ἔξωσον αὐτούς*· οὐ γὰρ τιμῶσί σε· καὶ μὴ δι' ἐμέ, εἰ καὶ σὸς κλῆρος ἐγώ. Ἢ καὶ ἄλλως· ὅσον εἰσὶν ἀσεβεῖς, τοσοῦτον πόῤῥω τῆς σῆς εὐμενείας ἀπελαθήτωσαν. Ἀσεβὴς δέ, οὐ μόνον ὁ ἄθεος, ἀλλὰ καὶ ὁ μὴ προσηκόντως τὸν Θεὸν σεβόμενος.

Ὅτι παρεπίκρανάν σε, Κύριε. Οὐ μέλει μοι γὰρ τοσοῦτον ὑπὲρ ὧν εἰς ἐμὲ ποιοῦσιν, ἀλλὰ ὑπὲρ τῶν σῶν ἀλγῶ· παρεπίκραναν γάρ σε, διὰ τὰ προῤῥηθέντα τούτων ἐπιτηδεύματα. Ἄλλως τε· Καὶ ἐμοὶ πολεμοῦντες, τὰς σὰς ἐντολὰς φυλάττοντι, σὲ τὸν ἐμὸν Δεσπότην παραπικραίνουσι.

Καὶ εὐφρανθήτωσαν πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπὶ σέ. Τῶν σῶν γὰρ ἐχθρῶν ἀνιωμένων, οἱ εὐσεβεῖς ἀντιθέτως χαίρουσιν, ὅτι σοὶ μόνῳ θαῤῥοῦντες, περιγίνονται τῶν τοσούτων καὶ τηλικούτων.

Εἰς αἰῶνα ἀγαλλιάσονται. Ἀντὶ τοῦ διηνεκῶς, ἐγγὺς ἀεὶ τὴν σὴν παράκλησιν ἔχοντες.

Καὶ κατασκηνώσεις ἐν αὐτοῖς. Ἐπαναπαυόμενος τῇ ὡραιότητι τῶν ψυχῶν αὐτῶν. *Ἐνοικήσω* γάρ, φησίν, *ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεός, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός.*

Καὶ καυχήσονται ἐν σοί, οἱ ἀγαπῶντες τὸ ὄνομά σου. Διότι μόνοι συνῆκαν τὸν ἀληθινὸν Θεόν, καὶ εἰς τοῦτον μόνον τὰς ἐλπίδας ἐνέθεντο. Καὶ ἄλλως δὲ οἱ Χριστιανοὶ τοσοῦτον ἀγαπῶσι τὴν θείαν τοῦ Χριστοῦ κλῆσιν, ὡς ἀπὸ μόνης ταύτης θέλειν γνωρίζεσθαι, καὶ ἐν μόνῳ Χριστῷ καυχῶνται, κατὰ τὸν Ἀπόστολον· *Ἐμοὶ γάρ*, φησί, *μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*, τουτέστιν ἐν τῷ σταυρωθέντι Χριστῷ.

Ὅτι σὺ εὐλογήσεις δίκαιον, Κύριε. Οὐ μόνον κατὰ τὸν παρόντα βίον ἀνακηρύττων αὐτόν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν μέλλοντα, ὅταν ἐρεῖς· *Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου.* Σὺ οὖν εὐλογήσεις αὐτόν, καὶ

A *Linguis suis dolose agebant.* Dolosi omnes mendaces sunt, non quicunque mendax etiam dolosus. Doli etenim vitium perversus est. Ait igitur, quod insidias et dolos una adversus eam contexebant.

Judica illos, Deus. Tu, inquit, qui hujusmodi homines, ac talia operantes odisti, ut supra ostendisti, eos etiam condemna.

Decidant a cogitationibus suis. Hoc est frustrentur propriis consiliis.

Secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos. Propter illorum impietatem eos, inquit, *Expelle*, quia te non venerantur. Neque enim propter me id expostulo : tametsi alioquin, sors atque B hæreditas tua ego sum. Vel aliter : Quanto illi impii magis sunt, tanto a tua benevolentia longius abjiciantur. Impius vero non ille tantum est qui Deum non colit, sed et is qui non ut congruit eum veneratur.

Quoniam exacerbaverunt te, Domine. Non adeo mihi curæ sunt quæ adversum me operantur, quantum doleo ob ea quæ contra te agunt. Exacerbarunt enim te in studiis, atque in conversationibus suis, quas superius commemoravimus. Vel aliter : Quia exacerbaverunt te Dominum meum, dum mihi mandata tua observanti molesti sunt.

Vers. 12. *Et lætentur omnes qui sperant in te.* Quoties inimici Dei mœrore ac tristitia afficiuntur, C fideles ac pii quicunque sunt ex adverso gaudent : quod solo freti Deo, tantos ac tales superent inimicos.

In sæculum exsultabunt. Hoc est semper et perpetuo, cum prope atque assidue consolationem tuam habituri sint.

Et habitabis in eis. Requiescens nimirum in pulchritudine atque elegantia animarum eorum : *Inhabitabo enim alibi*, inquit, *in eis, et inambulabo, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus* [66].

Vers. 13. *Et gloriabuntur in te, qui diligunt nomen tuum.* Quia scilicet ipsi soli Deum verum intellexerunt, atque in hoc solo spem suam collocarunt. Et aliter Christiani viri divinum Christi D nomen adeo diligunt, ut ex illo tantum velint cognosci. In solo etenim Christo juxta Apostolum gloriantur, dicentem : *Mihi autem absit ut glorier, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi* [67] ; hoc est nisi in Christo ipso crucifixo.

Quoniam tu benedices justo, Domine. Non tantum in præsenti sæculo tu eis benedices, laudes eorum omnibus notas faciens, sed et in futuro : quando vocabis eos, dicens : *Venite, benedicti Patris mei* [68].

[66] Levit. xxvi, 12 ; I Cor. vi, 16. [67] Galat. vi, 14. [68] Matth. xxv, 34.

Variæ lectiones

(30) Ισ. προεδήλωσας.

Tu itaque benedices eis tametsi maligni contra eis maledicant. Hujusmodi autem verbis eos consolatur qui propter virtutem blasphemiis ac maledictionibus impeti solent.

A οἱ πονηροὶ τοῦτον κακίζουσι. Παρηγορεῖ δὲ ἐν τούτῳ τοὺς διὰ τὴν ἀρετὴν βλασφημουμένους.

Ut scuto bonæ voluntatis coronasti nos. Tu, Domine, inquit, muniisti nos valde, et circumdedisti cruce tua, quæ scutum est bonæ voluntatis: hoc est scutum tibi gratum ac placitum. Animadvertendum autem est esse hunc quemdam loquendi modum apud sacram Scripturam, quo *filium potentiæ* dicere solet pro potentem; et, *virum sanguinum* pro sanguinarium; *hominem* etiam *pacis* hoc est pacificum: ita et hic, *scutum bonæ voluntatis* pro scutum placitum et bene gratum. Ordo etiam fiat hoc modo: Muniisti nos, Domine, potentia tua quasi scuto quodam probato ac forti. Corona enim circularis formæ est; et munitiones etiam per circulum atque in circuitu fieri solent.

Ὡς ὅπλῳ εὐδοκίας ἐστεφάνωσας ἡμας. Λίαν ἐκύκλωσας καὶ περιετείχισας ἡμᾶς τῷ σταυρῷ, τῷ ὅπλῳ τῆς εὐδοκίας, ἤτοι τῆς ἀῤῥήτου οἰκονομίας σου. Ἢ καὶ *ὅπλον εὐδοκίας*, τὸ εὐδόκιμον ὅπλον ὑποληπτέον. Συνήθης γὰρ τῇ Παλαιᾷ καὶ οὗτος ὁ σχηματισμός· *υἱὸν* γὰρ καλεῖ *δυνάμεως* τὸν δυνατὸν, καὶ *ἄνδρα αἱμάτων*, τὸν φονικὸν, καὶ *ἄνθρωπον εἰρήνης*, τὸν εἰρηνικόν. Καὶ συντακτέον οὕτως· Περιετείχισας ἡμᾶς τῇ δυνάμει σου, καθάπερ ἐν ὅπλῳ εὐδοκίμῳ καὶ στεῤῥεῷ. Στεφάνη γὰρ, ὁ κύκλος· κυκλοτερὴς δὲ, καὶ ὁ τειχισμός.

In finem in hymnis pro octava psalmus ipsi David.

PSALMUS VI.

Quid significet *In finem* dictum est: præsenti vero psalmo laudat ac magnificat Deum Propheta: rogatque et preces fundit pro octava, hoc est pro futuro sæculo. Præsens enim sæculum revolutum ac completum, et quasi hebdomadæ commensuratum, septenario signatur numero, et septimum dicitur; futurum vero sæculum octavum appellatur, veluti quod septimum sequitur. In persona autem non sua tantum Propheta, sed et omnium nostrum fundit preces ad Deum, qui in futuro illo sæculo omnes judicaturus est. Hunc autem psalmum composuit beatus David postquam in angustias atque in afflictiones decidit, quæ ei ob peccata ejus obvenerant.

B *Εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις, ὑπὲρ τῆς ὀγδόης, Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.*

ΨΑΛΜΟΣ Ϛʹ.

Τί μὲν δηλοῖ τὸ *Εἰς τὸ τέλος*, προείρηται. Ὑμνῶν δὲ καὶ μεγαλύνων τὸν Θεὸν ὁ προφήτης, ὑπὲρ τῆς ὀγδόης παρακαλεῖ, τουτέστιν, ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ἕβδομος γὰρ ὁ παρὼν, ὅστις ἑβδομάδι μετρούμενος, καὶ ἀνακυκλούμενος, καὶ συμπληρούμενος· ὄγδοος δὲ ἐκεῖνος, ὡς μετὰ τὸν ἕβδομον τοῦτον. Οὐ προσώπῳ δὲ μόνον ἰδίῳ, ἀλλὰ καὶ πάντων ἡμῶν προσάγει τῷ κρῖναι τηνικαῦτα μέλλοντι Κυρίῳ τὴν δέησιν. Ἐξέθετο δὲ τὸν ψαλμὸν, πειρασμοῖς περισχεθεὶς, ἐπενεχθεῖσιν αὐτῷ διά τινα πλημμελήματα.

VERS. 2. *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Sed quomodo legimus apud beatum Job: *Beatus homo quem redarguit Dominus in terra* [69]; et quomodo ipse etiam David alibi dixit: *Beatus homo quem tu corripueris, Domine* [70]? Verum hoc in loco Propheta non reprehendi renuit aut castigari a Deo, sed quod poscit id tantum est, ne cum indignatione redarguatur aut cum ira. Nam cum intolerabilem esse noverit iram Dei, timet ne ab ea prorsus perdatur: modice tamen corripi optat, ut probatior effectus, futuri judicii pœnas melius effugiat. Consequenter etiam post redargutionem, correptionem subjunxit: et quanquam Deus a furore et ira et ab omni prorsus passione liber sit, prophetæ tamen sæpenumero hujusmodi affectionem ei tribuerunt, persuadere studentes lectoribus: quod omnium hominum Deus curam habet; quod omnia videt et audit; quod lætatur, et tristatur, et judicat, furit, et irascitur; et quæcunque alia hujusmodi eum facere dicunt, ut saltem hoc pacto timore correpti homines desisterent a vitiis. Et aliter: Ab humanis operationibus prophetæ divina declarant: et quia qui loquuntur et qui audiunt homines sunt,

C *Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με.* Καὶ μὴν ἐν τῇ βίβλῳ τοῦ Ἰὼβ γέγραπται· *Μακάριος ἄνθρωπος ὃν ἤλεγξε Κύριος ἐπὶ τῆς ὀργῆς*· καὶ αὐτὸς δέ φησιν ἐν ἄλλοις· *Μακάριος ἄνθρωπος ὃν ἂν παιδεύσῃς, Κύριε.* Οὐ φεύγει γοῦν τὸν ἔλεγχον, οὐδὲ τὴν παιδείαν ἁπλῶς· ἀλλὰ τὸν μετὰ θυμοῦ, καὶ τὸν μετ' ὀργῆς, ἵνα μὴ τῷ ἀνυποίστῳ διαφθαρείη· ἀλλὰ τῷ μετρίῳ βελτίων γενόμενος, ἐκφύγῃ τὰς ἐν τῇ μελλούσῃ κρίσει κολάσεις. Ἀκολούθως δὲ τῷ ἐλέγχῳ τὴν παίδευσιν ὡς ἑπομένην ἐπέταξε. Τὸ Θεῖον δὲ, καὶ θυμοῦ, καὶ παντὸς πάθους ἐλεύθερον. Οἱ προφῆται δὲ τὰς τοιαύτας θέσεις προσῆψαν αὐτῷ, βουλόμενοι πεῖσαι τοῖς ἀνθρώποις, ὅτι προνοεῖται τοῦ παντὸς ὁ Θεὸς, καὶ ὁρᾷ, καὶ ἀκούει, καὶ ἥδεται, καὶ λυπεῖται, καὶ D κρίνει, καὶ θυμοῦται, καὶ ὀργίζεται, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἵν' οὕτω φοβηθέντες, τῆς κακίας ἀπόσχωνται. Ἄλλως τε δὲ ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων ἐνεργειῶν ἐμφαίνουσι τὰς θείας, ὅτι καὶ οἱ λέγοντες καὶ οἱ ἀκούοντες, ἄνθρωποι· καὶ ἡ ἀπόκρισις, ἀνθρωπίνη. Καὶ ἄλλως οὐκ ἐγχειρεῖ διαλέγεσθαι τοὺς ἐν σώματι, εἰ μὴ σωματικῶς· καὶ γὰρ καὶ Βαρβάροις διαλεγόμενοι, τῇ τούτων χρώμεθα διαλέκτῳ· καὶ παιδίῳ προσλαλοῦντες, ὑποψελλίζομεν· καὶ εἰ μυριάκις ὦμεν

[69] Job v, 17. [70] Psal. xciii, 12.

σοφοὶ, πρὸς τὴν ἐκείνων καταβαίνομεν ταπεινότητα. Καὶ ταῦτά σοι καθολική τις ἔστω πρὸς ταῦτα διδασκαλία. Τὸ γοῦν, *Μὴ τῷ θυμῷ σου παιδεύσῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου*, ἀντὶ τοῦ, Μὴ ἀξίως καταδικάσῃς με, μὴ ἀξίαν ἀπαιτήσῃς με δίκην.

A humana lingua exprimunt quod loquuntur. Neque enim possibile est ut alio modo loquantur, qui in corpore sunt quam corporaliter. Nam et quoties Barbaros alloquimur, illorum lingua utimur: et cum pueris aliquid dicere volumus, eorum more balbutimus; et quanquam valde sapientes simus, ad illorum tamen humilitatem condescendimus. Hæc igitur tibi sit norma quædam universalis. Quod igitur ait: *Ne in furore tuo arguas me*, idem sibi vult, quod Nolis me juxta mea merita condemnare, neque debitas a me pœnas exigere.

Ἐλέησόν με, Κύριε, ὅτι ἀσθενής εἰμι. Εἰ μὴ γὰρ ἠσθένησεν ὁ νοῦς, οὐκ ἂν τὰ πάθη τούτου περιεγένοντο. Ἢ καὶ ὅτι ἀσθενής εἰμι, πρὸς τὸν ἀόρατον ἐχθρὸν, τὸν φανερῶς καὶ κρύβδην ἐπιβουλεύοντα. Ἢ καὶ ὅτι συντριβεὶς, ἐξησθένησα. Ὑπολόγισαι οὖν τὴν ἐμὴν ἀσθένειαν, καὶ μὴ καταδικάσῃς με τέλεον, ὡς ἑκουσίως νενικημένον· τῆς δὲ τοῦ *Ἐλέησόν με* φωνῆς, πάντες πάντοτε δεόμεθα· προϊὼν γάρ φησιν· *Ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃς, Κύριε, τίς ὑποστήσεται;* καὶ, *Ὅτι οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν.* Καὶ πάλιν ἕτερος εἴρηκε· *Τίς καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν τὴν καρδίαν; ἢ τίς παῤῥησιάσεται καθαρὸς εἶναι ἀπὸ ῥύπου;* Πάντες μὲν οὖν ἐλέους δεόμεθα· οὐ πάντες δὲ ἐλεούμεθα· ὁ γὰρ θεῖος ἔλεος τὸν ἄξιον ἐπιζητεῖ. Καὶ ἀσθενεῖς δὲ πάντες καθ' ἑαυτοὺς ἐσμέν. *Ἐὰν γὰρ μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες. Ἐὰν μὴ Κύριος φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων.*

Vers. 3. *Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum.* Si intellectus, inquit, meus debilis non fuisset, passiones certe illum non superassent, vel quia infirmus sum adversus invisibilem inimicum, qui et palam et clam insidias disponit: vel quia assiduis afflictionibus debilitatus sum. Considera igitur et tu, Deus, debilitatem meam, et noli me penitus condemnare: quasi sponte mea su-B peratus sim. Hac autem voce, *Miserere mei*, omnes nos perpetuo indigemus. Nam et alibi ait: *Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit* [71]? Item alibi: *Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens* [71*]. Et rursus propheta alius: *Quis gloriabitur*, inquit, *mundum cor habere, aut quis confidet mundus esse a sordibus* [72]? Omnes itaque indigemus divina misericordia: tametsi non omnes illam consequamur, cum Deus quærat tantum dignos se. Omnes etiam nos infirmi sumus: quia *Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laborant qui ædificant eam* [73]. Et: *Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam* [74].

Ἴασαί με, Κύριε, ὅτι ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου. Τὸ ἀπὸ τῶν πειρασμῶν ἄλγος, καὶ αὐτῶν καθήκετο τῶν ἀναισθήτων ὀστέων μου, καὶ ἐκλόνησεν αὐτά. Διὰ τοῦτο δὲ παρέστησεν τὴν ὑπερβολὴν τοῦ πάθους. Ἢ καὶ ὀστᾶ νοητέον, τὰς τοῦ νοῦ δυνάμεις, αἷς οὗτος ἐπερείδεται.

Sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Dolor qui summus mihi inest ab assiduis C afflictionibus, ad usque ossa ipsa sensu carentia pervenit, atque ea concussit. Ilis autem verbis passionis suæ vehementiam demonstravit. Vel per ossa intelligere possumus vires ac potentias, quibus mens ipsa sustinetur.

Καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα. Μὴ φέρουσα τὴν βίαν ἀλγεινῶν. Πρόσφορον δὲ τὸ ῥητὸν, καὶ ὅταν τις οἰστρηθῇ πρὸς θυμὸν ἄλογον, ἢ πρὸς ἐπιθυμίαν αἰσχράν. Τότε γὰρ πνεύσας πολὺς ὁ διάβολος, ἐτάραξε καὶ τὸ σῶμα, καὶ τὴν ψυχὴν, ὡς ἄνεμος θαλάσσαις ἐμπεσών· κυκῶνται γὰρ ἄμφω, καὶ κυμαίνονται, καὶ οὐ φυλάττουσι τὴν ἑαυτῶν τάξιν, καὶ κατάστασιν.

Vers. 4. *Et anima mea turbata est valde.* Non sustinens scilicet dolorum vim. Commodissime autem dicitur hic versiculus, quoties quis ad iram aliquam irrationabilem, aut pravas concupiscentias fuerit stimulatus. Tunc enim diabolus immodice spirans animam solet et corpus perturbare, non secus ac validus ventus in mare irruens. Miscentur enim una ambo atque æstuant, nec proprium aliquem locum, aut ordinem servant.

Καὶ σὺ, Κύριε, ἕως πότε. Τοῦτο, οὐκ ἐγκαλοῦντός ἐστιν, ἀλλ' ὀδύναις κατατεινομένου. Μακρά μοι, φησὶ, γέγονεν ἡ ἀπὸ σοῦ παρόρασις, οὕτως ἔχοντι. Τοῖς μὲν οὖν πειραζομένοις ἐξ ἁμαρτίας, οὐκ εὐθὺς ἐπικουρεῖ κατ' οἰκονομίαν. *Καιρῷ* γὰρ, φησὶ, *δεκτῷ ἐπήκουσά σου*· τοῖς δὲ ἐξ ἐπηρείας τοῦ πονηροῦ, καὶ μάλα· *Ἔτι* γὰρ, φησὶ, *λαλοῦντός σου, ἐρῶ· Ἰδοὺ πάρειμι.*

Et tu, Domine, usquequo. Verba hæc non accu-D santis sunt, sed hominis in doloribus constituti. Diu, inquit, a te ego neglectus sum, cum tamen auxilio tuo indigerem. Deus enim iis qui propter propria peccata tentationes sustinent, non solet statim auxiliari: atque hoc magna cum dispensatione agit. *Tempore* enim *accepto*, inquit, *exaudivi te.* Iis vero qui ob dæmonis calumnias id patiuntur, statim adest: *Adhuc* enim, inquit, *loquente te dicam, Ecce adsum.*

Ἐπίστρεψον, Κύριε, ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου.

Vers. 5. *Convertere, Domine, eripe animam meam.*

[71] Psal. cxxix, 3. [71*] Psal. cxlii, 2. [72] Ibid. [73] Psal. cxxxi, 1. [74] Ibid.

Convertere ad me, inquit, tametsi hactenus ob peccata mea aversus fueris a me : et eripe me ex afflictionibus.

Salvum me fac propter misericordiam tuam. Non ob virtutes meas, inquit, id peto ; nullas enim habeo quibus id merear.

Vers. 6. *Quoniam non est in morte qui memor sit tui.* Per mortem, peccatum intelligit mortis ministrum ; ab initio enim peccatum introduxit mortem ; ait igitur, quod qui peccatum facit, non est tunc Dei memor. Est enim velut ebrius aut obcæcatus, qui peccat. Vel mortem appellat tempus mortis, quia ubi quis mortuus fuerit, ablatum ei est, ut possit amplius Dei reminisci, aut Deum rogare. Inutiles enim tunc essent omnes preces.

In inferno autem quis confitebitur tibi? Ante mortem pœnitere quem potest? post mortem vero retributionis tantummodo tempus est (31).

Vers. 7. *Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* Non simpliciter laboravi, inquit, sed cum gemitibus ; quæ res intensionem denotat laboris. Nec simpliciter etiam dixit : Effundam lacrymas, sed *Lavabo lectum meum :* neque id semel tantum faciam, inquit, aut secundo, sed *Per singulas noctes.* Et quia in die variæ me cogitationes distrahunt, faciam quietis tempus confessionis esse, nemine scilicet me tunc perturbante ; commodissimum enim est ad pœnitentiam id tempus. Quod vero ait : *Lacrymis meis stratum meum rigabo,* expositive dictum est ad præcedentia, et ad clariorem sensum illorum verborum : *Lavabo per singulas noctes lectum meum.* Audiamus vero nos homunculi tanti regis pœnitentiam, eamque imitemur. Protulit autem hæc verba beatus David, ad excitandam in se misericordiam Dei, utque ad eam Deum magis flecteret : ne aliquando fortassis grandis calamitatum cumulus vires suas prosterneret, atque eum inutilem redderet.

A Στράφηθι πρός με, εἰ καὶ ἀπεστράφης δι' ἃ ἥμαρτον· καὶ ἐξελοῦ με τῶν θλίψεων.

Σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέου σου. Οὐ διὰ τὰς ἐμὰς ἀρετάς· οὐκ ἔχω γάρ.

Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου. Θάνατον καλεῖ τὴν ἁμαρτίαν, ὡς θανάτου πρόξενον· καταρχὰς γὰρ ἡ ἁμαρτία, τὸν θάνατον ἐπεισήγαγεν. Φησὶ γοῦν, ὡς ὁ τὴν ἁμαρτίαν πράττων, οὐ μνημονεύει τηνικαῦτα Θεοῦ, μεθύων αὐτῇ, καὶ πεπωρωμένος. Ἢ θάνατον λέγει τὸν ἀπὸ τῆς τελευτῆς καιρόν· μεθ' ὃ γὰρ τελευτήσει τις, ἀφαιρεῖται τὸ μνημονεύειν, ἤτοι παρακαλεῖν τὸν Θεόν· ἀνόνητα γάρ.

B *Ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ, τίς ἐξομολογήσεταί σοι;* Πρὸ τοῦ θανάτου γὰρ ἡ μετάνοια γίνεται· τὸ ἐντεῦθεν δὲ, καιρὸς μόνον ἀνταποδόσεως.

Ἐκοπίασα ἐν τῷ στεναγμῷ μου, λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου, ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω. Οὐχ ἁπλῶς ἔκαμον, ἀλλὰ καὶ ἐκοπίασα, στενάζων· τοῦτο γὰρ ἐπίτασις· καὶ οὐχ ἁπλῶς δακρύσω, ἀλλὰ καὶ λούσω τὴν κλίνην μου, καὶ οὐχ ἅπαξ ἢ δὶς, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην νύκτα. Ἐπεὶ γὰρ ἐν ἡμέραις περισπῶσιν αἱ φροντίδες, τὸν τῆς ἀναπαύσεως καιρὸν, ἐξομολογήσεως καιρὸν ἐγὼ ποιήσομαι, μηδενὸς ἐνοχλοῦντος· εὔθετος γὰρ ὁ καιρὸς οὗτος εἰς μετάνοιαν. Τοῦ δὲ *Λούσω,* καὶ τῶν ἑξῆς, τὸ, *Ἐν δάκρυσί μου,* καὶ τὰ ἑξῆς, ἑρμηνευτικά ἐστιν, ὡς σαφέστερα. C Ἀκούσωμεν οἱ ἰδιῶται βασιλέως μετάνοιαν, καὶ ζηλώσωμεν. Προβάλλεται δὲ ταῦτα εἰς ἀφορμὴν ἐλέους, ἵνα καὶ μᾶλλον κάμψῃ τὸν εὔσπλαγχνον, μή ποτε τὸ τῆς ταλαιπωρίας ὑπερβάλλον καταβάλλῃ τὴν ἐν αὐτῷ δύναμιν, καὶ ἄχρηστον ἀπεργάσηται.

Vers. 8. *Turbatus est a furore oculus meus.* Oculus animæ scilicet, hoc est mens mea. Considerans enim ego, inquit, furorem adversus peccatores, in die judicii, vehementer perturbatus sum. Congrue vero mentem ipsam oculum appellavit, veluti qui itineribus omnibus dux est. Nam et mens videt et audit. Aliqui etiam dicunt oculum corporis beati David perturbatum fuisse, cum iratus esset adversus inimicos. Proprium enim ac peculiare est iis qui irascuntur, ut oculi eis turbentur.

Inveteratus sum inter omnes inimicos meos. Veterascentium vestimentorum instar neglectus sum ac vilipensus ab inimicis meis : qui tamen ante commissa a me delicta, timebant me. Vel *Inveteratus sum,* hoc est debilior effectus. Senes enim debiliores viribus effici solent.

Vers. 9. *Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem.* Sentiens jam ac cognoscens divinum

Ἐταράχθη ἀπὸ θυμοῦ ὁ ὀφθαλμός μου. Ὁ τῆς ψυχῆς δηλαδὴ, τουτέστιν ὁ νοῦς· ἐννοῶν γὰρ τὸν θυμόν σου, τὸν ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως κατὰ τῶν ἁμαρτωλῶν, λίαν τεθορύβηται. Προσφυῶς δὲ τὸν νοῦν ὀφθαλμὸν ἐκάλεσεν, ὡς ὁδηγοῦντα τὸν ἄνθρωπον. Νοῦς γὰρ ὁρᾷ, καὶ νοῦς ἀκούει. Τινὲς δὲ καὶ τὸν D τοῦ σώματος ὀφθαλμὸν αὐτοῦ φασὶ τεταράχθαι, θυμουμένου κατὰ τῶν ἐχθρῶν· ἴδιον γὰρ τουτὶ τῶν ἄγαν ὀργιζομένων.

Ἐπαλαιώθην ἐν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς μου. Δίκην τῶν πεπαλαιωμένων ἱματίων ἠτιμώθην, καὶ κατεφρονήθην ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, τῶν φοβουμένων με πρὸ τῆς ἁμαρτίας. Ἢ *ἐπαλαιώθην,* ἀντὶ τοῦ Ἠσθένησα· οἱ γηραιοὶ γὰρ, ἀσθενεῖς.

Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ, πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. Αἰσθόμενος ἤδη τῆς παρὰ Θεοῦ συμ-

Variæ lectiones.

(31) Græca verba sic : *Ante mortem enim fit pœnitentia.*

μαχίας, ἀναθαῤῥεῖ, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐντεῦθεν φοβεῖ, καὶ φεύγειν ἐγκελεύεται, εἴτε ὁρατοὶ εἶεν, εἴτε ἀόρατοι.

Ὅτι εἰσήκουσεν τὴν φωνὴν τοῦ κλαυθμοῦ μου, ἤκουσε Κύριος τῆς δεήσεώς μου, Κύριος τὴν προσευχήν μου προσεδέξατο. Ταῦτα τίθησιν αἴτια τοῦ οἰκείου θάρσους, καὶ τῆς ἐκείνων φυγῆς. Ἢ γοῦν τὰ τρία ταῦτα σημαίνουσιν ὡς ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν. Ἢ ἐπειδὴ, κλαίει τις καὶ ἐπὶ πενίᾳ, καὶ τοιούτοις τισὶ, διὰ τῆς δεήσεως διέστειλε τοῦ κλαυθμοῦ τὴν ὁμωνυμίαν, ὃς ἐπὶ δεήσει βοηθείας γέγονεν. Ἡ δὲ προσευχὴ πάλιν ἐτέθη, δηλοῦσα τὴν ἐπίτασιν τῆς δεήσεως.

A sibi præsto esse auxilium, fiduciam ostendit: et inimicos perterrens, seu visibiles seu invisibiles illi sint, aufugere eos jubet.

VERS. 10. *Quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei, exaudivit Dominus deprecationem meam, Dominus orationem meam suscepit.* Hæc omnia causam esse dicit fiduciæ suæ timorisque pariter ac fugæ inimicorum. Tria vero hæc in præsenti versiculo dicta, eumdem habet sensum, ut alibi etiam diximus. Vel aliter, quia ob paupertatem, aut alias ejusmodi miserias, sæpenumero multi deflere solent, supplicationis vocabulo, æquivocationem fletus distinxit, qui ad coadjuvandam supplicationem interfuit, et ad hæc, orationis etiam nomen adjunxit, ut majorem precum suarum intensionem denotaret.

Αἰσχυνθείησαν καὶ ταραχθείησαν πάντες οἱ B *ἐχθροί μου.* Τὸ γνωρισθὲν αὐτῷ παρακαλεῖ ταχὺ πέρας λαβεῖν· καὶ πῶς γὰρ οὐκ αἰσχυνθήσονται, ματαίας ἰδόντες τὰς ἑαυτῶν ἐλπίδας, ὡς εὐχείρωτος ἔσται τούτοις, γυμνωθεὶς τῆς ἄνωθεν εὐμενείας, καὶ αἰσχυνθέντες, πῶς οὐ φοβηθήσονται;

VERS. 11. *Erubescant et conturbentur omnes inimici mei.* Rogat ut quæ sibi fuerunt significata quam celerrimum finem consequantur. Erubescant autem ejus inimici, cernentes conceptas a se spes inanes fuisse (32). Speraverant enim posse se de facili in propria potestate habere beatum David, veluti divina privatum benevolentia: quod si erubuerint et pudore confusi fuerint, quomodo non etiam timebunt?

Ἀποστραφείησαν καὶ καταισχυνθείησαν σφόδρα διὰ τάχους. Οὕτως δὲ ἔχοντες, εἰς τὰ ὀπίσω χωρήσουσιν· τὸ δὲ *Καταισχυνθείησαν*, τῆς αἰσχύνης ἐστὶν ἐπίτασις. Τὸ μέντοι *σφόδρα διὰ τάχους*, τοῖς εὐκτικοῖς τούτοις πᾶσι συντακτέον, τοῦ εὐχομένου ζητοῦντος τάχιον αὐτοὺς παθεῖν τὰ τοιαῦτα. C Τινὲς δέ φασιν, εὔξασθαι μᾶλλον, ἀλλὰ μὴ κατεύξασθαι νῦν τὸν λέγοντα, δεόμενον ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν αἰσχυνθῆναι, πονηρὰ βουλευομένους, καὶ φοβηθῆναι τὸν συμμαχοῦντα τούτῳ Θεὸν, καὶ ἀποστραφῆναι τὴν μοχθηρίαν, καὶ οὕτω βελτιωθῆναι.

Convertantur et confundantur valde velociter. Illi sic sentientes retro abeant. Et (quod ait) *Confundantur*, augmentum atque intensionem significat pudoris. Dictio autem, *Valde velociter*, omnibus his verbis adjungenda est. Optat namque atque imprecatur illos quam citissime hæc omnia pati. Quidam verba hæc dicunt precum potius similitudinem habere, quam imprecationis, et precari Prophetam pro inimicis, ut eos pudeat pravorum consiliorum, ut timeant Deum qui ipsi Prophetæ adjutor est, ut a propria pravitate discedant, atque hoc pacto meliores fiant.

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ ὃν ᾖσε τῷ Κυρίῳ ὑπὲρ τῶν λόγων Χουσὶ υἱοῦ Ἰεμενεῖ.

ΨΑΛΜΟΣ Ζ'.

Δοκεῖ πως ἐναντίως ἔχειν ἡ ἐπιγραφὴ πρὸς τὴν ἐν ταῖς Βασιλείαις ἱστορίαν, ἔνθα τὰ κατὰ τὸν Δαβὶδ ἀναγέγραπται. Καὶ γὰρ, ἐκεῖ ὁ Χουσὶ, υἱὸς Ἀραχὶ, ἀλλὰ οὐκ Ἰεμενεὶ, ἱστόρηται. Συμβιβάζονται δὲ ταῦτα τρόπον ὃν ἐροῦμεν, ἢ ὅτι διώνυμος ἦν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ἢ ἐπείπερ ὁ Χουσὶ τυγχάνων ἀρχι... D τοῦ Δαβὶδ, ἐσχηματίσατο τὴν πρὸς τὸν Ἀβεσαλὼμ αὐτομολίαν, καὶ τὰς τοῦ στρατηγικωτάτου Ἀχιτόφελ διέλυσε γνώμας, καὶ τῷ πατραλοίᾳ μὲν, ἀναβολὰς ἐποίησεν· τῷ φεύγοντι δὲ Δαβὶδ, καιρὸν ἔδωκεν εἰς τὸ φυγεῖνποῤῥωτέρω, καὶ συλλέξαι δυνάμεις, ὡς ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Βασιλειῶν εὑρήσομεν πλατύτερον. Ἀπὸ τῆς ἀνδραγαθίας τετύχηκε τῆς προσηγορίας ταύτης· Χουσὶ γὰρ, *υἱὸς δεξιᾶς* ἑρμηνεύεται. Καὶ γὰρ ἔθος τῇ Γραφῇ πολλάκις ἀπὸ τῶν ἐπιτηδευμάτων, ἢ ἀπὸ τῶν πατρῶν τοὺς υἱοὺς ὀνομάζειν· οἷον, *υἱὸν εἰρήνης*, καὶ *τέκνα σοφίας*, καὶ *υἱὸν ἀπω-*

Psalmus ipsi David quem cecinit Domino pro verbis Chusi filii Jemeni.

PSALMUS VII.

Præsens inscriptio videtur fere pugnantia continere iis, quæ in historia Regum habentur, ubi gesta beati David suo ordine conscripta sunt. Illic enim Chusi non Jemeni filium fuisse legimus, sed Arachi. Verumtamen recte conveniunt hæc, ut dicemus: vel quia duplex fuerit nomen patri Chusi, vel quia [ipse postmodum hujus cognominationem sortitus sit, ut Jemeni filius diceretur. Hic etenim Chusi, Arachi filius, et socius beati David, memor veteris amicitiæ, cum Absalon filius beati David, adversus patrem insurrexisset], finxit se deficere ab rege et ad Absalonem transfugere, eo consilio, ut Achitophel ducis Absalon consilia dissolveret: quemadmodum et perfecit. Morando quippe et cunctando Absalonem contra Achitophelis consilium ita detinuit, ut occasionem et tempus præstiterit beato David, et longius fugiendi, et majores

Variæ lectiones.

(32) Græce per interrogationem: *Quomodo autem non erubescent?* etc.

copias colligendi : ut in libris Regum latius scriptum reperitur. Ab hujusmodi igitur strenuo opere, appellationem hanc Chusi consecutus est, ut Jemeni filius diceretur. Si quidem Jemeni *dextera* interpretatur(33). Mos vero est Scripturæ sacræ, ab exercitiis aliquibus seu studiis, tanquam a parentibus filios denominare, veluti *filium pacis*, *filium sapientiæ*, et *filium perditionis;* ita etiam et *filius dexteræ* ille dicitur, qui dexter et commodus amico fuerit adjutor. Illud etiam animadvertendum est, quod inscriptio dicit pro *verbis Chusi :* et tamen in toto psalmo, Propheta nullam Chusi memoriam fecit; unde alia oritur dubitatio : quomodo scilicet pertineat ad psalmum inscriptio. Nos tamen quod cognovimus non celabimus. Cum pœniteret Prophetam, quod spem aliquam posuisset in prudentia et consiliis Chusi, qui ei suaserat decepturum se Absalonem, et dissipaturum consilia Achitophel, hujusmodi psalmum composuit et cecinit Deo, non pro beneficiis quæ consecutus fuerat a prudentia et consilio Chusi : sed quia ipse amissa illa spe, quæ præcipue in Deum habenda erat, magis fretus sit in verbis Chusi, a se ad Absalonem missi. Est igitur hic psalmus propitiatorius, placatque et benevolum reddit Deum ob commissum errorem illumque in auxilium suum advocat.

A *λείας*. Οὕτως οὖν καὶ *υἱὸς δεξιᾶς*, ὁ δεξιός τε καὶ ἐπιτηδειότατος. Ἀλλ' ἡ μὲν ἐπιγραφὴ, *ὑπὲρ τῶν λόγων* φησὶ *Χουσί*· παρ' ὅλον δὲ τὸν Ψαλμὸν, οὐκ ἐμνημόνευσεν ὁ Δαβὶδ τοῦ Χουσὶ, καὶ δοκεῖ πάλιν ἄπορον. Ἀλλ' ἡμῖν δὲ τὸ διεγνωσμένον οὐκ ἀποκρυπτέον· μεταγνοὺς γὰρ ὁ προφήτης ἐφ' οἷς ἤλπισεν ἐπὶ τῇ συνέσει Χουσὶ, ὑποθεμένου αὐτοῦ τὰ περὶ τῆς ἀπάτης Ἀβεσαλὼμ, καὶ τὰ περὶ τοῦ διασκεδάσαι τὴν βουλὴν Ἀχιτόφελ, τὸν ψαλμὸν τοῦτον ᾄδει τῷ Θεῷ, οὐχ ὑπὲρ ὧν ἔτυχε παρὰ τῆς τοῦ Χουσὶ συνέσεως, ἀλλ' ὑπὲρ ὧν τῆς πρὸς Θεὸν ἐλπίδος ἀφέμενος, τεθάῤῥηκε τοῖς λόγοις, οἷς εἰρήκει ὁ Χουσὶ πρὸς Ἀβεσαλὼμ, ἀποσταλεὶς παρὰ αὐτοῦ. Ἔστι οὖν ἱλαστήριος ἡ ᾠδὴ, τὸν Θεὸν ἐξευμενίζουσα, καὶ παρακαλοῦσα εἰς βοήθειαν.

VERS. 2. *Domine Deus meus, in te speravi, salvum me fac ex omnibus persequentibus me, et libera me.* Licet, inquit, ob prudentiam Chusi adjutus sim, et paululum respiraverim, tempusque acceperim ad congregandum exercitum, nunc tamen in illo amplius non confido : et cum propediem pugnæ dies mihi instet, a te uno pendeo, in quem unum omnes spes meas collocavi. Alia enim omnia, amicos nimirum, socios, ac milites, secundo in loco reputo. Scriptum est enim : *Maledictus homo qui spem ponit in homine* [75]. Item : *Beatus homo qui sperat in te* [76]; et quemadmodum alium colere quam Deum non debemus, sic etiam in alios sperare nos non decet quam in Deo. Ille autem salvari dicitur qui in bello sine vulnere conservatur, et eripi is qui ab invasione atque impetu inimicorum liberatur. *Ex omnibus autem persequentibus me*, dixit, propter eos qui parricidam filium sequebantur, et ejus mortem appetebant. Vel aliter: Ille salvari dicitur qui infirmus est; eripi vero seu liberari ille qui est captivus. Salva me igitur ut infirmum : et libera me quasi captivum; timeo enim ne ab inimicis comprehendar. Vel, salva me ab inimicis præsentis vitæ : et libera me ab invisibilibus inimicis, qui post mortem meam animæ meæ maculas omnes perscrutaturi sunt, si quo pacto fortasse eam potuerint comprehendere : duplexque erit juxta hunc sensum petitio, pro præsenti scilicet vita, et pro futura.

B *Κύριε ὁ Θεός μου, ἐπὶ σοὶ ἤλπισα· σῶσόν με ἐκ πάντων τῶν διωκόντων με, καὶ ῥῦσαί με.* Εἰ καὶ παρὰ τῆς τοῦ Χουσὶ, φησὶν, ὠφέλημαι συνέσεως, ἀναπνεύσας μικρὸν, καὶ λαβὼν καιρὸν εἰς παράταξιν· ἀλλὰ νῦν οὐκ ἐπ' ἐκείνῳ θαῤῥῶν, ἀνταγωνίζεσθαι μέλλω· μόνης δὲ τῆς σῆς ἐλπίδος ἐκκρέμαμαι, δεύτερα τ' ἄλλα πάντα λογιζόμενος, καὶ φίλους, καὶ συμμάχους, καὶ στρατιώτας. Γέγραπται γάρ· *Ἐπικατάρατος* ἄνθρωπος, ὁ ἐλπίζων ἐπ' ἄνθρωπον. Καὶ ὥσπερ οὐ χρὴ ἄλλο τι σέβειν παρὰ Θεὸν, οὕτως οὐδὲ ἐπ' ἄλλον ἐλπίζειν, ἢ ἐπὶ τὸν Θεόν. Καὶ σώζεται μέν τις διατηρούμενος ἐν πολέμοις ἄτρωτος· ῥύεται δὲ πάντῃ, τῶν ἐπιτιθεμένων ἀπαλλαττόμενος. *Πάντων δὲ τῶν διωκόντων* εἶπε, διὰ τοὺς τῷ πατραλοίᾳ συναποστήσαντας, φονῶντας κατ' C αὐτοῦ καὶ διψῶντας τὸν τούτου θάνατον. Ἢ καὶ σώζεται μὲν, ὁ ἀσθενῶν· ῥύεται δὲ ὁ ἐν αἰχμαλωσίᾳ. Σῶσόν με οὖν, ὡς ἀσθενῆ· ῥῦσαι με, ὡς αἰχμάλωτον, ἐλπίζω γὰρ, ὅσον οὔπω, σαγηνευθῆναι τοῖς ἐχθροῖς. Ἢ καὶ, Σῶσόν με, φησὶν, ἀπὸ τῶν ἐνταῦθα καταδιωκόντων μὲ πολεμίων· ῥῦσαι με δὲ καὶ ἀπὸ τῶν μετὰ θάνατον εὐθὺς ἐξερευνώντων τὰ στίγματα τῆς ψυχῆς ἀοράτων ἐχθρῶν, ἐπὶ τῷ κατασχεῖν, ὡς εἶναι τὴν δέησιν διπλῆν, ὑπὲρ τῆς παρούσης, καὶ τῆς μελλούσης ζωῆς.

VERS. 3. *Nequando rapiat ut leo animam meam.* Absalonem filium leoni comparat, ob summam illius temeritatem, ferociam, atque impudentes ausus. Vel fortassis de dæmone sermo est, qui leoni convenienter comparatur; quia sicuti leoni os ac fauces male olent, ita etiam os dæmonis eructans blasphemias male olet. Figura etiam vi-

D *Μήποτε ἁρπάσῃ ὡς λέων τὴν ψυχήν μου.* Τὸν Ἀβεσαλὼμ ὀνομάζει λέοντα, διὰ τὴν ἀγριότητα καὶ θρασύτητα, καὶ ἀναίσχυντον ὁρμήν. Ἢ καὶ τὸν διάβολον αἰνίττεται· δυσῶδες γὰρ τὸ στόμα τοῦ λέοντος· δυσῶδες δὲ καὶ τὸ τοῦ διαβόλου, βλασφημίας ἐξερευγόμενον. Καὶ γὰρ ὁ Κύριος κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους ἔλεγε· *Νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κό-*

[75] Jerem. XVII, 5. [76] Psal. LXXXIII, 13.

Variæ lectiones.

(33) Græce : *Siquidem Chusi* filius dexteræ *interpretatur.*

σμου τούτου ἔρχεται, καὶ ἐν ἐμοὶ ἕξει οὐδέν. A Ἐπὶ μέντοι τοῦ Ἀβεσσαλὼμ, ὑποληπτέον τὴν ζωὴν, ἀφαιρουμένην ὑπὸ τοῦ ἀναιροῦντος· αἰτία γὰρ ἡ ψυχὴ ζωῆς· καὶ πολλάκις τὰ αἰτιατὰ καλοῦμεν τοῖς τῶν αἰτίων ὀνόμασιν, ὥσπερ εἰρήνη μὲν ὁ Κύριος, καὶ δικαιοσύνη, καὶ τὰ τοιαῦτα· ἁμαρτία δὲ καὶ ἀπώλεια, ὁ διάβολος. Αἴτιος γὰρ ὁ μὲν, ἐκείνων· ὁ δὲ, τούτων καθέστηκε. Καταχρηστικωτέρα δὲ τῆς ἁρπαγῆς ἡ λέξις, ἐντεῦθεν δηλούσης ἀφαίρεσιν. Ἁρμώσει δὲ καὶ παντὶ τῷ ἐν περιστάσεσιν ὁ παρὼν ψαλμὸς, εἰ διώκοντας μὲν νοήσει (34) τοὺς δαίμονας· λέοντα δὲ, τὸν ἄρχοντα τούτων, ὃς ἁρπάζει τὴν ψυχὴν εἰς ἁμαρτίαν, καὶ εἰς ἀπόγνωσιν, ἐλθοῦσα (35) τοῦ σώματος.

dentur hæc verba esse eorum, quæ a Domino Passionis tempore dicta sunt: *Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras, et in me non habebit quidquam* [77]. Quod si intelligimus psalmum de Absalone, animam, expone, id est vitam, quæ ab interfectore quodammodo auferri videretur. Est etenim anima vitæ causa: et sæpenumero causata ipsa causarum nominibus appellamus: quemadmodum et Dominus pax dicitur et justitia, et alia hujusmodi, quia pacis et justitiæ auctor est. Hac etiam ratione dæmon peccatum et perditio appellatur, veluti illorum causa. Improprie autem posita est dictio *Rapiat*, pro interimat. Congruit etiam hic psalmus omnibus his qui in tentationibus et periculis animæ constituti sunt, si per persequentes, dæmonum copias intellexeris, et per leonem ipsum dæmonum principem Satanam, qui animas ad peccata aut ad desperationem rapere solet, vel qui eas rapit uti exiverint e corpore.

Μὴ ὄντος λυτρουμένου, μηδὲ σώζοντος. Οἰκεῖα B καὶ ταῦτα· τὸ μὲν σώζοντος, πρὸς τὸ, *Σῶσον*· τὸ δὲ λυτρουμένου, πρὸς τὸ, Ῥῦσαι· σοῦ γὰρ μὴ ἐπαμύνοντος, οὐδεὶς ἔσται σώζων, ἢ ῥυόμενος.

Κύριε ὁ Θεός μου, εἰ ἐποίησα τοῦτο, εἰ ἔστιν ἀδικία ἐν χερσί μου, εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακὰ, ἀποπέσοιμι ἄρα ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν μου κενός. Οὐκ εἶπε τὸ τῆς ἁμαρτίας εἶδος, φειδόμενος ἔτι τοῦ παιδός· οὐδὲ γὰρ ὀνομαστὶ τοῦτον ἐδήλωσεν, ὑπεραισχυνόμενος· ἀλλὰ εὐφημότερον· Εἰ ἐποίησα τοῦτο, φησὶν, ὅπερ ὁ ἐμὸς ἐποίησε παῖς, ἐγένετο γὰρ πατραλοίας, καὶ μιαρός· καὶ εἰ ἠδίκησα τοῦτον τέως χερσὶν, ἤτοι πραγματικοῖς, καίτοι πάλαι τῆς αὐτοῦ πονηρίας αἰσθόμενος· ἢ ἔβλαψα τοὺς συναιρομένους αὐτῷ τῆς μάχης, οἵτινες ἀνθ' ὧν παρ' ἐμοῦ πεπόνθασι, κακά μοι νῦν ἀνταποδιδόασι· C μὴ ἀπώσαιμι τοὺς ἐχθρούς. Καὶ πῶς, φησὶν, οὐκ ἀποδίδωσι; πρὸς οὓς ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι περὶ τῶν προλαβόντων ὁ λόγος. Πολλάκις γὰρ ἄχρι τότε πολλοὺς πονηροὺς εὑρὼν, οὐκ ἀπέδωκε. Τηνικαῦτα δὲ κινδυνεύων περὶ τὴν ζωὴν, ἠμύνετο, μὴ ἀνασχόμενος ἐπὶ πλέον τὴν παρανομίαν τῶν πονηρῶν. Ἔστι δὲ πάλιν καὶ ἑτέρως εἰπεῖν, ὡς ἀποπέσοιμι ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν μου κενὸς τῶν ἐλπίδων· αὗται δέ εἰσιν, οὐ τιμωρήσασθαι τούτους, ἀλλ' ἐπιόντας ἀπώσασθαι, εἴπως ἀπόσχοιντο καταδιώκειν ἔτι, καὶ ζητεῖν ἀποστερῆσαί με καὶ τῆς ζωῆς. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ φείσασθαι τοῦ παιδὸς τοῖς στρατιώταις παρήγγειλε, καὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ μαθὼν, πικρῶς ὠλοφύρετο· Ἢ καὶ ἄλλως. Ἐχθροὺς ἀοράτους ὑπο- D ληπτέον, ὧν ἀποπεσεῖσθαι λέγει κενὴν καὶ ἄπρακτον, μὴ νικήσαντα, μηδὲ καταισχύναντα τούτους, διὰ τῆς τῶν ἀρετῶν ἀντιπαρατάξεως. Οὐ μεγαλοῤῥημονῶν δὲ, ταῦτά φησιν, ἀλλ' εἰς ἀνάγκην ἐμπεσὼν, ἀνθ' ἱκετηρίας αὐτὰ προβάλλεται. Ἐκλαμβάνωμεν δὲ καὶ πρὸς ἄλλους τουτὶ τὸ χωρίον, ὡς οὐκ ἠδίκησά τινα, βίᾳ τῆς βασιλείας ἀπελάσας, οὐδὲ τὸν Σαοὺλ (36)

Cum non sit qui redimat, neque qui salvum faciat: Congrue hæc et suo ordine correspondent prædictis verbis, *Salva me* et *libera me*. Te, inquit, non adjuvante, nullus est qui salvet, aut qui redimat.

VERS. 4, 5. *Domine Deus meus, si feci istud, si est injustitia in manibus meis, si retribui retribuentibus mihi mala, decidam sane ab inimicis meis inanis.* Non aperit Propheta peccati genus, filio ignoscens. Neque enim suo nomine illud declaravit, vicem filii quodammodo erubescens: sed subobscure, Si feci hoc, ait, quod filius meus commisit adversum me (scelestus quippe is fuerat et parricida), si injuriam aliquando manibus, hoc est factis, intuli, tametsi illius sæpe scelera præsenserim; vel si læsi eos qui adversum me Absaloni in bello opem tulerunt quique pro beneficiis a me in eos collatis mala mihi nunc retribuunt; si horum quidquam, inquit, commisi, precor ut adversus inimicos meos non prævaleam, sed re infecta inanis decidam. [Verum aliqui hujuscemodi quæstionem movent: Si non deciderit inanis David, nec re infecta recesserit, sed adversus inimicos prævaluerit, certe hoc pacto in illos commissorum scelerum pœnam inferet.] Quomodo igitur dicit se illis mala non reddere? Dicere possumus, præterita illum tempora significare: quia cum in præteritum occasionem sæpe nactus injuriam referre potuisset, abstinuit tamen: in præsentia autem, cum periculum ei vitæ immineret, ad defensionem sui accedebat, tanta iniquorum hominum scelera amplius non sustinens. Vel aliter: Decidam ab inimicis meis inanis, id est frustratus omni spe. Spes autem non ulciscendi erat, sed repellendi invadentes: ut saltem hoc pacto persequi eum desisterent. Videre enim licet quemadmodum militibus suis jussit ut filio parcerent: et quomodo illius morte intellecta, in

[77] Joan. XII, 31.

Variæ lectiones.

(34) Ἴσ. νοήσεις, ut legisse videtur et Latinus interpres.

(35) Ἴσ. ἐξελθοῦσαν.

(36) Ἴσ. τῷ Σαοὺλ, et paulo post κατασκευάζοντι.

A ἀπέδωκα, ἀνθ' ὧν ευηργετήθη, θάνατον ἐμοὶ κατασκευάζοντα φανερὸν, καίτοι λαβὼν ὑποχείριον, ὡς ἡ κατ' αὐτὸν παρίστησιν ἱστορία. Εἴτε τοίνυν τῷ Ἀβεσαλὼμ, καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν προσαρμόσεις τὸν λόγον, εἴτε καὶ πρὸς ἄλλον, καὶ τὸν Σαοὺλ, οὐδὲν τῇ ἀληθείᾳ λυμαίνεται. Τὸ δὲ πρῶτον ἀνταποδόσεως ὄνομα καταχρηστικῶς, ἀντὶ τῆς ἀποδόσεως παρείληπται· δόσις μὲν γὰρ, ἡ καταρχὴ τῆς εὐποιίας, ἢ κακώσεως· ἀπόδοσις δὲ, ἡ τοῦ ἴσου ἀντιμέτρησις· ἀνταπόδοσις δὲ, δευτέρα τις καταβολὴ κακῶν, ἢ καλῶν ὑπὸ τῶν δόντων εἰς τοὺς ἀποδόντας. Σύνηθες δὲ καὶ τοῦτο τῇ Γραφῇ, καὶ μάλιστα τῷ Δαβίδ.

magnos decidit luctus. Vel aliter: Invisibiles inimicos hoc loco intelligere possumus, a quibus inanis quis decidisse dicetur et re infecta, si illos non superaverit, et virtutum suarum acie eos non confuderit. Hæc autem verba non jactabundus dicit, sed potius sibi conciliaturus Deum, cum in angustias incidisset. Et, si ad alias personas referantur hæc verba: Non affeci ego, inquit, hominum aliquem injuria, nec Sauli qui mihi pro acceptis beneficiis manifeste mortem intentabat, injurias retuli, tametsi in potestatem meam devenerit, ut in historiis Regum continetur. Sive igitur Absaloni hæc aptaveris, et iis qui cum eo erant, sive alteri, sive etiam ipsi Sauli, veritas nihil lædetur. Retributionis vero nomine hic primo loco improprie usus est, pro reddidi. Nam qui bonum aut malum aliquod primus infert, is dare dicitur, reddere vero is qui datis parem vicem tribuit: retribuere autem, vel potius (ut Græca dictio ἀνταποδοῦναι significantius exprimit) contra retribuere is dicitur, qui secundum beneficiorum aut injuriarum vicissitudinem reddit. Hujus autem verbi usus frequens est apud Scripturam, præcipue apud beatum David.

B *Καταδιώξαι ἄρα ὁ ἐχθρὸς τὴν ψυχήν μου, καὶ καταλάβοι.* Καταδιώξαι, φησὶν, ὁ Ἀβεσαλὼμ τὴν ψυχήν μου, τουτέστιν, ἐμὲ, περιφραστικῶς, καὶ συλλήψαιτο.

Καὶ καταπατήσοι εἰς γῆν τὴν ζωήν μου. Ζωὴν ἐνταῦθα, τὸ αἷμα λογιστέον· καὶ τοῦτο γὰρ ζωῆς αἴτιον, ὡς συνεκτικώτερον τῶν ἄλλων τριῶν στοιχείων, ἃ τὸ ζῶον συνέχουσι.

Καὶ τὴν δόξαν μου εἰς χοῦν κατασκηνώσαι. Δόξαν λέγει, τὸ ἔνδοξον αὐτοῦ σῶμα, καὶ πᾶσι περιβόητον, διά τε τὴν ῥώμην, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς προσγεγενημένον ὄγκον. Κατασκηνώσαι δὲ, ἀντὶ τοῦ ποιήσειαι εἰς γῆν κεῖσθαι, καὶ διαλύεσθαι. Ἔστι δὲ καὶ πρὸς τὸν ἀόρατον ἐχθρὸν μετενεγκεῖν τὸν λόγον κατευχόμενον διωχθῆναι παρ' αὐτοῦ, καὶ C καταληφθῆναι, μηκέτι δυνάμενον ἀποφεύγειν τὰς ἐπιθέσεις αὐτοῦ, καὶ εἰς γῆν, τουτέστιν εἰς τὰ γεηρὰ πράγματα τὴν ζωὴν αὐτοῦ καταλυφθῆναι· τοῦτο γὰρ καὶ ἡ καταπάτησις βούλεται, κειμένῳ λοιπὸν ἐπεμβαίνοντος, καὶ αἰσχρῶς ἐναλλομένου· καὶ μὴ μόνον τὸ σῶμα τοῦτο παθεῖν, ἀλλὰ καὶ τὴν δόξαν, ἤτοι τὸν νοῦν, δόξα γὰρ οὗτος καὶ τιμὴ τῆς ψυχῆς, εἰς γῆν κατενεχθῆναι, καὶ προσηλωθῆναι καὶ τοῦτον τοῖς γηΐνοις, μηκέτι τῷ πτερῷ τῆς θεωρίας ἀρθῆναι πρὸς Θεὸν δυνάμενον.

Vers. 6. *Persequatur inimicus animam meam et comprehendat.* Persequatur, inquit, Absalon animam meam: hoc est meipsum (circumlocutio enim est), et comprehendat.

Et conculcet in terra vitam meam. Per vitam hoc in loco sanguinem intelligit, qui vitæ causa est, veluti præcipuum elementum inter cætera quæ in corpore sunt, et quæ illud coaptant.

Et gloriam meam in pulverem habitare faciat. Per gloriam, gloriosum ac nobile corpus suum intelligit: quod tum ob vires ejus maximas, tum ob magnitudinem et gloriam, quæ ei ab imperio obvenerat apud omnes celebre erat et notum. In pulverem vero habitare idem est quod jacere, et in terram dissolvi. Possumus etiam sermonem hunc ad invisibilem inimicum transferre, ita ut imprecetur persecutionem se ab eo sustinere, et comprehendi, nec posse illius insidias evadere, quinimo in terram, hoc est in terrena negotia vitam suam immergi. Hoc enim significant illa verba: *Et conculces in terram vitam meam,* adeo ut jacenti illi insurgat dæmon, ac turpiter insultet. Neque hoc tantum, inquit, corpus conculcet, sed et gloriam, hoc est ipsum etiam intellectum, qui animæ honor est et gloria, in terram deferri imprecatur, et terrenis rebus applicari, ita ut contemplationis alis ad Deum amplius extolli non possit.

Ἀνάστηθι, Κύριε, ἐν ὀργῇ σου. Ἔνι γὰρ ἀναστῆναι, καὶ οὐχ ἐν ὀργῇ, ὡς ὅταν λέγῃ· *Ἀνάστα, Κύριε, σῶσόν με, ὁ Θεός μου.* Νῦν δὲ πρὸς τιμωρίαν D αὐτὸν ἐγκαλεῖται. Καθάπερ δὲ τὸ καθῆσθαι ἐπὶ Θεοῦ οὐ σωματικῶς ἐκλαμβάνομεν, οὕτως οὐδὲ τὸ ἀνίστασθαι· ἀλλὰ τὸ μὲν καθῆσθαι, δηλοῖ τὸ βασιλικὸν, καὶ δικαστικὸν, καὶ ἑδραῖον· τὸ δὲ ἀνίστασθαι, τὸ τιμωρητικὸν καὶ ἀντιληπτικόν. Ὀργὴν δὲ ἐπὶ Θεοῦ πάλιν, οὐ πάθος οἰητέον, ἀλλὰ τιμωρίαν τῶν ἀξίων αὐτῆς.

Vers. 7. *Exsurge, Domine, in ira tua.* Exsurgere potest Deus, et non in ira juxta illud: *Exsurge Domine, salvum me fac;* at nunc ad supplicia atque ad pœnas eum advocat. Intelligere autem debemus Deum surgere non corporaliter, sicuti nec corporalem sedem intelligimus, quando sedere illum legimus: sed regiam ejus dignitatem stabilitatemque et judicandi auctoritatem judicari arbitramur. Hoc pacto etiam cum exsurgere Deum dicimus, puniendi aut defendendi illius propositum denotamus. Iram in Deo pari modo non passionem esse intelligimus, sed castigationem et punitionem illorum qui divina ira digni sunt.

Ὑψώθητι ἐν τοῖς πέρασι τῶν ἐχθρῶν σου.

Exaltare in finibus inimicorum tuorum. Cum

Ὑψηλὸς ὤν, φάνηθι τοῦτο καὶ τοῖς ἀνθρώποις. Φανήσεις δὲ τοῦτο ἐν τοῖς τέλεσιν, ἤτοι ἐν ταῖς ἀναιρέσεσι τῶν ἐχθρῶν σου· τέλος γὰρ τῆς ἑκάστου ζωῆς, ὁ θάνατος· οἱ δὲ ἐμοὶ ἐχθροὶ, καὶ σοί εἰσιν, οἷα τὰς σὰς ἐντολὰς παραβεβηκότες.

Ἐξεγέρθητι, Κύριε ὁ Θεός μου, ἐν προστάγματι ᾧ ἐνετείλω. Μὴ μακροθυμήσῃς ἔτι· ἀλλ' ἄμυνον διὰ τὸ πρόσταγμα ὃ ἐνετείλω, ᾧ ἐχρήσω διὰ Μωσέως, τὸ *Τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα σου.* Νῦν δὲ ὁ ἐμὸς παῖς, ἐλύττησε κατὰ τοῦ πατρός. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως ἐκλαβεῖν τὸν λόγον, ὅτι περὶ τοῦ μυστηρίου τῆς ἀναστάσεως ὁ προφήτης εὔχεται· εἴρηκε γὰρ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος περὶ τοῦ ἰδίου σώματος πρὸς Ἰουδαίους· *Λύσατε τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομήσω αὐτόν.* Ἐξεγέρθητι οὖν διὰ τὸ πρόσταγμα, ὃ ἐνετείλω· εἶπας γάρ· *Λύσατε*, καὶ λύσουσι.

Καὶ συναγωγὴ λαῶν κυκλώσει σε. Εἰ γὰρ ἐπικουρήσεις μοι, ὄψονται πολλοὶ, καὶ φοβηθήσονται, καὶ ἐπιστρέψουσι πρὸς Κύριον. Τὸ δέ γε *Κυκλώσουσιν*, ἀντὶ τοῦ, κύκλῳ γενήσονται τῶν σῶν ἐντολῶν, μὴ ἀφιστάμενοι τούτων· ὁ γὰρ Θεὸς, ἀπέραντος. Καὶ ἐπὶ τῆς ἀναστάσεως δὲ τὸ ῥητὸν δυνάμεθα ἐκλαβεῖν· τότε γὰρ ἡ τῶν ἐθνῶν συναγωγὴ, ἐπὶ τὸν Χριστὸν ἐγένοντο, καθάπερ ἐν κύκλῳ, ἀπὸ πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς. Ἢ τὸ *κυκλώσει σε*, ἀντὶ, Ἄσεται καὶ ὑμνήσει σε. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν χορῷ τοὺς ὕμνους ἀνέφερον, ἀπὸ τοῦ σχήματος τοῦ πράγματος, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ᾐνίξατο.

Καὶ ὑπὲρ ταύτης εἰς ὕψος ἀπόστρεψον. Ἕνεκεν ταύτης τῆς συναγωγῆς, ἄνελθε πρὸς τὸν Πατέρα μεσίτης· ἐπίστρεψον εἰς τὸ ὕψος τῆς δόξης, ἧς εἶχες πρὸ τοῦ κόσμον γενέσθαι, τὸ ἄφραστον πληρώσας ἤδη μυστήριον.

Κύριος κρινεῖ λαούς. Οὐ παρόψεται γὰρ τὰ κατ' ἐμοῦ μεμηχανημένα. Ἢ καὶ κρινεῖ, τοὺς μὲν πονηροὺς κατακρίνων, τοὺς δὲ ἀγαθοὺς ἱστῶν ἐκ δεξιῶν.

Κρῖνόν με, Κύριε, κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου, καὶ κατὰ τὴν κακίαν μου ἐπ' ἐμοί. Ἐπειδὴ κρίσεως ἐμνήσθη, Γενοῦ, φησὶ, κἀμοῦ κριτὴς, ἐξετάσας τὴν δικαιοσύνην μου ἣν ἐτήρησα πρός τε τὸν πατραλοίαν, καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν, ἔτι γε μὴν καὶ κατὰ τὴν ἁπλότητά μου, ἐπ' ἐμοὶ γενέσθω. Πῶς οὖν ἀλλαχοῦ λέγων, *Μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου*, ἐνταῦθα μᾶλλον εὔχεται κριθῆναι; Ὅτι ἐκεῖ μὲν, Μὴ κριθῇς, φησὶ, πρός με σὺ, μηδὲ τὸν ἐμὸν βίον πρὸς τὰς σὰς παρεξετάσῃς εὐεργεσίας· ἐνταῦθα δὲ, πρὸς ἑτέρους τὴν κρίσιν ἐπιζητεῖ, τοὺς ἀδικήσαντας, τοῦ ἀνελεῖν ἐκζητοῦντας.

Συντελεσθήτω δὴ πονηρία ἁμαρτωλῶν, καὶ κατευθυνεῖς δίκαιον. Εἰ γὰρ στήσεταί ποτε τῶν

A altus sis et sublimis, ita etiam appare, atque ostende te hominibus : hujusmodi autem apparebis in finibus, hoc est in morte inimicorum tuorum. Mors quippe uniuscujusque finis est : meos vero inimicos, tibi etiam inimicos esse non ambigo, cum mandata tua transgrediantur.

Exsurge, Domine Deus meus, in præcepto quod mandasti. Noli amplius esse longanimis, sed ulciscere propter præceptum quod mandasti, quod videlicet tradidisti per Moysem jubens, parentes honorandos esse a filiis. Verum in præsentia filius meus furore in patrem correptus est. Possumus et aliter intelligere, quod Propheta preces fundat pro resurrectionis mysterio. Dixit enim Dominus ad Judæos, ut apud evangelistas legimus : *Solvite*
B *templum Dei, et in tribus diebus ædificabo illud* [78]. Exsurge igitur, inquit, juxta illud mandatum : dixisti enim *Solvite*, et solvent.

Vers. 8. *Et congregatio populorum circumdabit te.* Si enim mihi adjutor fueris, videbunt multi et timebunt et convertentur ad Dominum. Quod vero ait *Circumdabit te*, idem est quod, Circa mandata tua versabuntur, et nunquam ab eis recedent ; nam alioquin Deus immensus est, et comprehendi non potest. Possumus etiam hoc intelligere de resurrectionis tempore ; congregatio enim gentium, quasi corona quadam Christum cinxit, cum ab omnibus terræ finibus gentes ad eum accederent. Vel *circumdabit te*, hoc est, Canet et laudabit te ; in choro enim
C ac cœtu, hymnos ac laudes Deo canere solemus. A forma igitur seu figura cœtus hominum, Deum laudantium, laudationem ipsam significavit.

Et propter hanc in altum regredere. Propter hanc, inquam, congregationem gentium, ascende tu, o Mediator, ad Patrem, et regredere in altitudinem gloriæ tuæ, quam habebas priusquam mundus esset, et ineffabile mysterium perfice.

Vers. 9. *Dominus judicabit populos.* Non negliget Dominus ea quæ adversus me moliti sunt, sed disquiret omnia. Vel, judicabit populos condemnans pravos, bonos vero statuens a dextris.

Judica mihi, Domine, secundum justitiam meam, et secundum innocentiam meam quæ in me est.
D Postquam meminit judicii : Esto, inquit, et mihi judex, disquirens justitiam meam, quam servavi adversus parricidam filium, et complices. Præterea etiam id peto, ut secundum simplicitatem meam, sic fiat mihi. Sed quomodo alibi dicit, *Et non intres in judicio cum servo tuo* [79], cum hic judicari cupiat? Quia scilicet ibi judicari refugit cum Deo, et vitam suam cum illius beneficiis comparari : nunc autem se [cum filio] judicari quærit et cum his qui injurias ei intulerant, atque interimere eum cupiebant.

Vers. 10. *Consumatur nequitia peccatorum, et diriges justum.* Nam si aliquando eorum malignitas

[78] Joan. II, 19. [79] Psal. CXLII, 2.

cessaverit, dirigentur justi; hoc est absque impedimento in recta virtutis via ambulabunt.

Scrutans corda et renes Deus juste. Tu Deus, inquit, juste investigas atque exquiris renes et cor, hoc est, omnia iræ atque indignationis germina, quæ in corde versantur : et omnes concupiscentiæ radices, quæ in renibus inesse solent. Ex his namque iræ nimirum et concupiscentiæ affectibus, peccata omnia ortum habuere. Et aliter: Deus scrutatur cor et renes. Dictionem autem, *Juste*, sequentibus conjunge legens : *Juste adjutorium meum a Domino.*

Vers. 11. *Adjutorium meum a Domino qui salvos facit rectos corde.* Simplex et rectus corde cum sim, meque ad rectum dirigam virtutis callem, auxilium exspecto non humanum (inutile quippe illud est), sed a Deo qui potens est ut salvet me.

Vers. 12. *Deus judex justus fortis et longanimis.* Videntur hæc ad eos dicta esse, qui de Dei providentia pene scandalizati fuerant, quod permisisset filium adversus patrem insurgere. *Justus* igitur est veluti qui uniuscujusque operibus æquas vices rependit ; *fortis* vero, velut is qui potest quæcunque vult ; et *longanimis*, ut qui non statim infligit pœnas.

Et iram non afferens per singulos dies. Hoc ad probandam Dei longanimitatem dictum est. Etenim cum assidue delinquamus, et ideo dignos nos suppliciis reddamus, ipse tamen tempus pœnitendi, ut longanimis, tribuit. Per iram igitur hic pœnas intellige. Movent quidam dubitationem : Si justus est Deus et condignas tribuit pœnas, quomodo potest dici misericors ? Ad quod dicendum est, justum quidem Deum esse, veluti qui unicuique condignas reddit pœnas ; sed misericordem esse etiam, quia non statim castigat, sed sustinet, et pœnitentiæ ac conversioni tempus tribuit, nec dæmonem sinit omnia perficere, quæ ille optat : et quia omni denique ex latere nostram sitit salutem.

Vers. 13. *Nisi conversi fueritis, gladium suum nitidabit, arcum suum tetendit et paravit illum.* Sciens beatus David ut propheta, quod universæ gentes ejus Psalmos in ore atque in manibus semper habituræ erant, disciplinam eis admiscet : Nisi enim vos, inquit, qui a recto calle declinastis in erroris vias, et conversi estis ad materiales res, iterum ab his revertamini ad Deum, pœnas profecto non effugietis. Per gladium autem, acerbitatem, et per arcum, celeritatem mortis indicat. Nitidare autem et tendere, pœnarum apparatum significant longanimitatemque divinam non perpetuam fore, sed ad tempus. Parare vero dicere potes flagelli propin-

A ἁμαρτωλῶν ἡ πονηρία, κατευθυνθήσονται οἱ δίκαιοι, τουτέστιν ἀνεμποδίστως ὁδεύσουσι τὴν τῆς ἀρετῆς ὁδόν.

Ἐτάζων καρδίας καὶ νεφροὺς ὁ Θεὸς δικαίως. Ὁ Θεὸς δικαίως, φησι, πολυπραγμονεῖ καὶ τὴν καρδίαν καὶ τοὺς νεφρούς, ἤγουν ὅσα τε τοῦ θυμοῦ γεννήματα, περὶ τὴν καρδίαν γὰρ ὁ θυμὸς, καὶ ὅσα τῆς ἐπιθυμίας, καὶ αὐτὴ γὰρ περὶ τοὺς νεφρούς· ἐξ ὧν, ἐκείνων τε δηλαδὴ καὶ τούτων, ἁμαρτία πᾶσα συγκαθέστηκεν. Ἢ καὶ οὕτως· ὁ Θεὸς ἐρευνῶν ἐστι καὶ πολυπραγμονῶν καὶ τὴν καρδίαν καὶ τοὺς νεφρούς· (37) τὸ δὲ *Δικαίως* συνάψεις *ἡ βοήθειά μου παρὰ τοῦ Θεοῦ, σώζοντος τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ.*

Ἡ βοήθειά μου παρὰ τοῦ Θεοῦ, τοῦ σώζοντος B *τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ.* Εὐθὺς ὢν τὴν καρδίαν καὶ ἀπόνηρος, καὶ πρὸς τὴν εὐθεῖαν τῆς ἀρετῆς ὁδὸν ἀπευθύνων ἐμαυτὸν, προσδοκῶ βοήθειαν, οὐκ ἀνθρωπίνην, ἄχρηστος γὰρ, ἀλλὰ παρὰ Θεοῦ, τοῦ σώζειν ἰσχύοντος.

Ὁ Θεὸς κριτὴς δίκαιος, καὶ ἰσχυρὸς, καὶ μακρόθυμος. Τοῦτο λέγειν ἔοικε πρὸς τοὺς σκανδαλιζομένους ἐπὶ τῇ προνοίᾳ τοῦ Θεοῦ, ὅτι παρεχώρησεν υἱὸν ἐπαναστῆναι τῷ πατρί· δίκαιος μὲν, ὅτι ἀντιμετρῶν πράξεσι τὰς ἀμοιβάς· ἰσχυρὸς δὲ, ὡς δυνάμενος ὅσα βούλεται· μακρόθυμος δὲ, ὡς μὴ παρὰ πόδας ἐπάγων τὴν κόλασιν.

Καὶ μὴ ὀργὴν ἐπάγων καθ' ἑκάστην ἡμέραν. C Τοῦτο τῆς μακροθυμίας ἑρμηνευτικόν ἐστι. Ἡμεῖς μὲν, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἁμαρτάνοντες, ἀεὶ τιμωρίας ἐσμὲν ἄξιοι· αὐτὸς δὲ μακροθυμῶν, δίδωσι καιρὸν εἰς μετάνοιαν. Ὀργὴν δὲ τὴν κόλασιν ἐνταῦθα νοήσομεν. Ἀποροῦσι δέ τινες, ὡς εἰ δίκαιός ἐστιν ὁ Θεὸς, ἀξίως κολάζων, πῶς ἐστι φιλάνθρωπος; Δίκαιος μέν ἐστιν, ὡς ἀξίως ἀποδιδούς· φιλάνθρωπος δὲ, ὡς μὴ εὐθὺς τιμωρούμενος, ἀλλ' ἀνεξικακῶν, καὶ παρέχων ἀφορμὰς ἐπιστροφῆς, καὶ μὴ ἐῶν τὸν ἐχθρὸν ὅσα βούλεται ποιεῖν, καὶ πάντα τρόπον ἐπιθυμῶν τῆς σωτηρίας ἡμῶν.

Ἐὰν μὴ ἐπιστραφῆτε, τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ στιλβώσει, τὸ τόξον αὐτοῦ ἐνέτεινε, καὶ ἡτοίμα- D *σεν αὐτό.* Εἰδὼς οἷα προφήτης ὁ Δαβὶδ, ὅτι πάντα τὰ ἔθνη τοὺς ψαλμοὺς αὐτοῦ μετὰ χεῖρας ἕξουσι, μίγνυσι ταῖς οἰκείαις ὑποθέσεσι καὶ διδασκαλίας. Ἐὰν γὰρ μὴ ἀποστραφῆτε, οἱ τῆς εὐθείας ἀποπλανηθέντες, καὶ πρὸς τὴν ὕλην στραφέντες, οὐκ ἐκφύγητε τὴν τιμωρίαν. Ῥομφαία μὲν οὖν, ὁ πικρὸς θάνατος· τόξον δὲ, ὁ ταχύς. Καὶ αὖθις· Στίλβωσις μὲν καὶ ἔντασις, ἡ παρασκευὴ τῆς τιμωρίας, καὶ πρὸς καιρὸν μακροθυμία· ἑτοιμασία δὲ, ἡ ἐγγύτης τῆς πληγῆς, διὰ τῆς ὅσον οὔπω βολῆς, ἡ ὀξύτης ἡ σφοδρότης τῆς τιμωρίας· ἔντασις δὲ, ἡ ἐγγύτης·

Variæ lectiones.

(37) Lege τῷ · vel post συνάψεις scribe vel subaudi τῷ ἑξῆς, vel aliud hujusmodi.

ἑτοιμασία δὲ, τὸ πλῆξαι πάντως, εἰ μὴ μεταβάλλοιντο.

A quitatem, ob vehementem jactum. Vel aliter, per arcum (38), vehementiam pœnarum intellige; per arcus tensionem, appropinquationem pœnarum, et demum per ejusdem apparatum, quomodo peccatores Deus omnino percussurus sit nisi pœnitentiam egerint.

Ἐν αὐτῷ ἡτοίμασε σκεύη θανάτου. Ἐν τῷ τοξικῷ δὲ τῆς κολάσεως εἴδει, ποικίλοι τρόποι θανάτου, διὰ σφαγῆς, διὰ πυρὸς, δι' ὕδατος, διὰ σεισμοῦ, διὰ χάσματος, καὶ ὅσα τῶν νοσημάτων εἴδη γινώσκομεν, ἅπαντα καθεστήκασιν ἐργαλεῖα θανάτου, δι' ὧν οὗτος ὑποτελεῖται. Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὡς εἰ καὶ ἀνθρώπινα τὰ ῥήματα, ἀλλὰ θεοπρεπῆ τὰ νοήματα· καὶ παρέλαβε τὴν παχύτητα τῶν λέξεων, ὥστε τῆς τῶν ἀκροατῶν παχύτητος καθικέσθαι. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ῥομφαίαν εἰσάγει τὸν Θεὸν ἔχοντα, καὶ τόξον, καὶ βέλη B καὶ σκεύη πολεμικὰ, καὶ στιλβοῦντα, καὶ ἐντείνοντα, ἵνα τὸν φόβον τοῖς ἀκροαταῖς ἀπὸ τούτων αὐξήσῃ, καὶ διὰ τῶν συντρόφων ὀνομάτων κατασείσῃ τὴν λιθίνην αὐτῶν διάνοιαν· οὐ γὰρ δεῖται τούτων ὁ μόνος ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν, οὗ ἐν τῇ χειρὶ πᾶσα πνοὴ, ὁ διαλύων ὄρη ἐν τῇ κραταιότητι αὐτοῦ, καὶ ὅσα περὶ τῆς ἀῤῥήτου αὐτοῦ δυνάμεως οἱ προφῆται παραδεδώκασι.

VERS. 14. *Et in eo paravit instrumenta mortis.* In eo nimirum supplicii genere, quod sub arcus figura denotavit. Varia autem sunt mortis genera: gladius videlicet, ignis, aqua, terræ motus, hiatus terræ, ægritudo: quæ omnia mortis sunt instrumenta; per ea enim mors finem suum consequitur. Illud tamen animadvertendum est, quod licet humano more verba sint prolata, omnia tamen digne Deo intelligenda sunt. Hujusmodi enim crassioribus verbis Propheta sæpe uti solet, auditorum hebetudini condescendens. Hac ratione gladium Deum habere dicit, arcumque et sagittas, atque alia bellica instrumenta: nitidareque eum et tendere, ut auditoribus timorem augeret, et per nota eis nomina, lapideam eorum mentem concuteret: verum hujusmodi armis non indiget, qui aspectu solo facit terram tremere, in manu cujus est omnis spiritus, qui etiam montes dissolvit in fortitudine sua, omniaque alia facit quæcunque de ejus potentia divini contemplatores tradiderunt.

Τὰ βέλη αὐτοῦ τοῖς καιομένοις ἐξηργάσατο. Ἐν τούτῳ παραμυθεῖται τοὺς ἀγαθούς· αἱ τιμωρίαι γὰρ, φησὶ, τοῦ Θεοῦ, κατὰ τῶν ἀναξίων ἐποιήθησαν. Καιομένους γὰρ ἐκάλεσε τοὺς μηδεμίαν ἀρετῆς C ἔχοντας ἰκμάδα· τοσοῦτον δὲ ξηρανθέντας εἰς ἀγαθοεργίαν, ὡς εὐεξάπτους εἶναι πρὸς τὸ πῦρ τῆς κολάσεως, καὶ ἤδη τῇ προσδοκίᾳ κολαζομένους. Ἢ καὶ τοῖς καιομένοις φησὶ τῷ πυρὶ τῶν παθῶν, θυμοῦ, ἡδονῆς, φιλοχρηματίας, καὶ τοιούτων ἄλλων. Οὕτω διαζωγραφήσας τὴν ἄνωθεν ποικιλόμορφον ὁρμὴν, καὶ ταύτην τοῖς πονηροῖς ἐπικρεμάσας, παιδεύει λοιπὸν καὶ ἀπὸ τῶν τηνικαῦτα πραγμάτων, καὶ πρὸς τὸν Ἀβεσαλὼμ μετάγει τὸν λόγον.

Sagittas suas ardentibus effecit. Ex his verbis probos homines consolatur. Pœnas enim, inquit, fecit Deus propter eos qui scelesti sunt ac Deo indigni. Ardentes enim appellavit eos, qui omni prorsus carent virtutis humore: qui adeo sicci sunt ad operandum aliquod bonum, ut facile ab igne pœnarum incendantur: qui etiam jam ardere dici possunt, ea ratione, quia pœna illa jam eos manet. Et aliter, *Ardentibus*, igne scilicet passionum, iræ, voluptatis, avaritiæ, et similium. Cum autem multiformem Dei iram descripserit, eamque pravis hominibus imminere tradiderit, erudit postmodum, et docet nos a præsentibus rebus: et sermonem ad Absalonem convertit.

Ἰδοὺ ὠδίνησεν ἀδικίαν. Ἐγκύμων ὁ ἀποστάτης οὗτος γέγονεν ἀδικίας, ἐξῶσαί με τῆς παρὰ Θεοῦ δεδομένης ἀρχῆς μελετήσας ἀδίκως. Τὸ δὲ τῆς ὠδῖνος ὄνομα παρέλαβεν, ἐνδείξασθαι βουλόμενος οἵαν ὀδύνην καὶ δριμύτητα πάσχουσιν οἱ τὸν πλησίον D ἀδικῆσαι σκεπτόμενοι· πληροῦνται γὰρ θυμοῦ, διακόπτονται ὑπὸ ὀργῆς, λυμαίνονται τοῖς λογισμοῖς, ὁδοὺς ἔρχονται μυρίας, φοβοῦνται, ἀγωνιῶσι, καὶ ὅλως οὐ φέρουσι τὰς τοιαύτας μάστιγας, πρὶν ἀγάγωσιν εἰς ἔργον μόνον, εἰ καὶ μηδὲ μετὰ πρᾶξιν ἐλευθεροῦνται τῆς ἀπὸ τοῦ συνειδότος καταγνώσεως. Ὅπου τοίνυν ἡ Γραφὴ βουληθῇ ἀφόρητον ὀδύνην ἐνδείξασθαι, τῷ τῆς *ὀδύνης* ὀνόματι ταύτην ὑπογράφει. *Ὀδύνη* μὲν οὖν, ἐκ τοῦ οἰδαίνειν, τουτέστιν *αὔξειν*· τὸ γὰρ βρέφος τελειωθὲν, οὐκέτι φορητὸν γίνεται. Καὶ διὰ τοῦτο σφοδρὰς ὀδύνας ἐμποιεῖ, πρὸς ἔξοδον ἐπειγόμενον. Δείκνυται δὲ ἐνταῦθα, ὅτι οὐχ

VERS. 15. *Ecce parturiit injustitiam.* Filius meus, inquit, factus est injustitiæ gravidus, cum injuste cogitaverit me de eo regno expellere, quod mihi a Deo datum est. Parturitionis autem nomine usus est, volens ostendere quales et quam acerbos dolores ii patiantur, qui proximos suos injuria afficere student; implentur siquidem indignatione, interrumpuntur ab ira, cogitationibus tabescunt, per innumeras ambulant vias, timore afficiuntur, in angustiis permanent. Hujusmodi autem flagella sustinere omnino nequeunt, donec cogitationes suas in opus non deduxerint: tametsi postea non liberentur a sententia, atque a condemnatione propriæ conscientiæ. Quando igitur Scriptura intolerabilem aliquem dolorem vult exprimere, illum sub *parturitionis* nomine describit [quo nomine Græci præcipue frequentius utuntur pro dolore, *partu-*

Variæ lectiones.

(38) Græce ὀξύτης, *per celeritatem*, pro quo Saulus legisse videtur τόξον, *arcum*.

ritionem ὀδύνην appellantes] a verbo οἰδαίνω idem proprie significante quod *tumeo* seu *augesco*. Etenim cum infans in matris utero perfectus est, et auctus, amplius ferri non potest : unde maximos efficit dolores, cum ad exitum festinet. Per hæc autem ostenditur, vitia in nobis naturaliter non esse complantata, sed deforis insita esse, et graves postea dolores producere.

ἔμφυτός ἐστιν ἡ κακία, ἀλλ' ἔξωθεν ἐμπειρομένη, καὶ αὐξομένη, καὶ ὠδῖσι περιβάλλουσα.

Concepit laborem et peperit iniquitatem. Atqui in aliis fetibus primum conceptio est, et deinde parturitio consequitur, aucto ac perfecto infante : verum id sic se habet, quando de conceptione et parturitione illa loquimur, quæ in uno atque eodem fetu contingit : nunc autem de diversis fetibus est sermo. Primo enim Absalonem dicit parturiisse injustitiam, deinde cum ab ea male affectus esset, tum ob rationes jam dictas, tum etiam quia idoneum tempus ad patranda scelera nondum invenisset, concepisse eum narrat laborem, hoc est corporis dolorem; nam si animus sollicitudinibus torqueatur, ipsæ etiam corporis vires deficiunt. Non tantum igitur animi mœrore Absalon detinebatur, sed in corporis etiam dolores inciderat, donec iniquitatem peperit. Porro illud iniquum fuit inhonorare ac persequi patrem, et illius pellices violare. Quidam vero breviorem expositionem secuti, parturiisse exponunt pro cogitasse. Per conceptionem vero constantiorem illam tyrannidis meditationem intelligunt. Vel aliter : Cum Absalon graviter animo angeretur, et multa passus esset propter hujusmodi cogitationes, nec tamen adhuc quiesceret, concepit rursus alium dolorem eamdem ob causam. qui alius ei fuit labor, et alius dolor, et secundus partus.

A *Συνέλαβε πόνον, καὶ ἔτεκεν ἀνομίαν.* Καὶ μὴν ἐπὶ τῶν ἐμβρύων πρῶτον σύλληψις, ἔπειτα ὠδὶς, τοῦ βρέφους αὐξανομένου· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν, πρὸς αὐτὸ τὸ ἔμβριον σύλληψις λέγεται, καὶ ὠδίς· ἐνταῦθα δὲ, πρὸς ἄλλο καὶ ἄλλο. Ὠδινήσας γὰρ τὴν ἀδικίαν, καὶ χαλεπῶς ὑπ' αὐτῆς διατεθεὶς, διά τε τὰς προειρημένας αἰτίας, καὶ τὸ μήπω καιρὸν εὑρίσκειν ἐπιτήδειον, συνέλαβε πόνον, ἤγουν προσέλαβε σωματικὸν ἄλγος· κατατεινομένης γὰρ τῆς ψυχῆς, καὶ τοῦ σώματος καταβάλλονται δυνάμεις. Οὐ μόνον οὖν ὀδυνᾶ τὸ κατὰ ψυχὴν, ἀλλὰ καὶ σωματικοῖς ἀλγήμασι περιέπιπτεν, ἕως οὗ τὴν ἀνομίαν ἐγέννησεν. Ἄτιμον γὰρ ὄντως ἀτιμάσαι τὸν πατέρα, καὶ διῶξαι, μιᾶναι τὰς αὐτοῦ παλλακάς. Τινὲς δὲ τὴν ἐπιτομωτέραν ἑρμηνείαν ἀποδεχόμενοι, ὠδῖνα μὲν ἐνταῦθα λέ-
B γουσι, τὴν ἔννοιαν· σύλληψιν δὲ, τὴν στάσιν τῆς ἐννοίας τῆς τυραννίδος. Ἢ καὶ ὅτι ὀδυνήσας, καὶ πολλὰ παθὼν ὑπὸ τοῦδε λογισμοῦ, καὶ μὴ ἐνεγκὼν, συνέλαβε πάλιν ἕτερον (39) περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος, ὃς καὶ αὐτὸς γέγονεν αὐτόπονος, καὶ δευτέρα ὠδίς,

Vers. 16. *Lacum fodit et refodit eum, et incidit in foveam quam fecit.* Periculum, inquit, mihi præparavit, et ejusmodi periculum, ut ab eo vix possem liberari : quod latius similitudine denotavit. Qui enim in lacum incidit, illinc amplius effugere non potest : præcipue si is lacus non fossus tantum sit, sed refossus, et bis evacuatus, ita ut profundior sit. Hujusmodi adversus me, inquit, insidias filius meus molitus est, quæ vastæ fossæ instar quoddam in se vitiorum profundum habent, et mortiferum circuitum. Verum ille in periculum ipsum mihi destinatum decidet, et comprehendetur, in præmium eorum quæ adversus me moliri nunquam cessavit.

Λάκκον ὤρυξε, καὶ ἀνέσκαψεν αὐτὸν, καὶ ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον ὃν εἰργάσατο. Κίνδυνόν μοι κατεσκεύασεν, καὶ κίνδυνον δυσαπάλλακτον. Ἐδήλωσε δὲ τοῦτον, διὰ τῆς τοῦ λάκκου ὁμοιότητος· ὡς γὰρ ἐκεῖνος τοῖς ἐμπεπτωκόσιν ἄφυκτός ἐστι, καὶ μᾶλλον εἴ τις
C αὐτὸν ἀνασκάψει, τουτέστι δισσῶς ὀρύξει πρὸς τὸ βαθύτερον, οὕτως καὶ ἃ κατ' ἐμοῦ κατεσκεύασεν ὁ πατραλοίας, βάθος πονηρίας ἔχουσι, καὶ κύκλον θανατηφόρον· ἀλλ' αὐτὸς ἐμπεσεῖται τῷ κινδύνῳ, καὶ ἀνθ' ὧν ἐμὲ συλλαβεῖν ἔσπευσεν.

Vers. 17. *Convertetur labor ejus in caput ejus.* Utraque hæc reipsa illi contigerunt; ipse enim Absalon in periculum incidit, et ejus studium tandem in ipsius caput revolutum est. Nam cum in aciem milites hortaturus festinaret, inter currendum equo prætervectus, cæsarie ramo arboris complicata suspensus remansit; quo pacto acerbam mortem sustinuit.

Ἐπιστρέψει ὁ πόνος αὐτοῦ εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ. Καὶ ἄμφω ἀποβεβήκασι· κινδύνῳ τε γὰρ ἐμπέπτωκε, καὶ κατὰ κεφαλῆς αὐτοῦ καινῶς ἡ σπουδὴ αὐτοῦ περιετράπη. Σπεύδων γὰρ παραθαρρύνειν τὸν οἰκεῖον ἐν τῷ πολέμῳ λαὸν, κλάδους φυτοῦ διαθέων ἔφιππος, τὴν τῆς κεφαλῆς ἐνεπλάκη κόμην, καὶ κρεμασθεὶς ἀπὸ ταύτης ἀνῃρέθη πικρῶς.

Et in verticem ipsius injustitia ejus descendet. In eum enim irruet injustitia, quam in alios tendebat. Ab ea autem corporis parte quæ est magis lethalis, totum hominem significavit, veluti totum a parte. Et sane ita actum est; nam cum bellum in patrem instrueret, ipse in eo fuit interemptus.

D *Καὶ ἐπὶ κορυφὴν αὐτοῦ ἡ ἀδικία αὐτοῦ καταβήσεται.* Ἡ ἀδικία ἧς κατήρξατο, ἐπ' αὐτὸν κατασκήψει· ἀπὸ γὰρ τοῦ καιριωτάτου μέρους τοῦ σώματος, ἐκεῖνον ἐδήλωσεν. Καὶ μέντοι καὶ οὕτω γέγονε· πόλεμον γὰρ συγκροτήσας κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἀνῃρέθη μᾶλλον αὐτός.

Vers. 18. *Confitebor Domino secundum justitiam ejus.* Ego, inquit, post hujusmodi belli exitum, gratias Deo agam de justo ejus judicio.

Ἐξομολογήσομαι τῷ Κυρίῳ κατὰ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ. Ἐγὼ δὲ, τοιοῦτον τέλος λαβούσης τῆς μάχης, εὐχαριστήσω τῷ Θεῷ ἐπὶ τῇ δικαίᾳ κρίσει αὐτοῦ.

Variæ lectiones.

(39) Subaudi πόνον.

Καὶ ψαλῶ τῷ ὀνόματι Κυρίου τοῦ ὑψίστου. Ἄσω τῷ ὀνόματι αὐτοῦ τὰ νικητήρια, ὅτι ἐπεκαλεσάμην αὐτὸν καὶ ἐβοήθησέ μοι. Εἰ γὰρ τὸ ὄνομα αὐτοῦ τοσαύτην ἔχει δύναμιν, τίς οὐκ ἂν αὐτὸν φοβηθείη; *Ὑψίστου* δὲ, τοῦ ὑπὲρ ἅπαντα, τοῦ ἀνυπερβλήτου, ἢ καὶ τοῦ ἐπουρανίου, καθὰ προλαβόντες εἴπομεν. Ταῦτα δὲ οὐ χαίροντός ἐστιν ἀνθρώπων σφαγαῖς, καὶ μάλιστα παιδὸς αἵματι· πῶς γὰρ ὃς καὶ πένθιμον ἐποίησε τὴν ἡμέραν τῆς νίκης; ἀλλ' ἀποδεχομένου τὴν τοῦ Θεοῦ ψῆφον, δικαίως τοὺς ἀδίκους καταλαμβάνουσαν. Τινὲς δὲ τὸ *Λάκκον ὤρυξε*, καὶ τὰ ἑξῆς, ἄχρι τοῦ *Ἀδικία αὐτοῦ καταβήσεται*, συντομώτερον ἑρμηνεύοντες, τοῦτο λέγουσι δηλοῦν μεταφορικῶς, ὅσα κατ' ἐμοῦ ἐμηχανήσατο, αὐτὸς πείσεται. Ταῦτα δὲ κατευχόμεθα καὶ τοῦ διαβόλου.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ληνῶν, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ Η'.

Τί μὲν βούλεται *Εἰς τὸ τέλος*, ἐν τοῖς προλαβοῦσι προείρηται. *Ληνοὺς* δὲ καλεῖ τοὺς ἁπανταχῇ τῆς οἰκουμένης ναούς. Ἄμπελος γὰρ, ὁ Κύριος· κλήματα δὲ, οἱ ἀπόστολοι· βότρυς δὲ ἡ πίστις, ἥτις ἐναποθλιβομένη ταῖς Ἐκκλησίαις, τὴν διδασκαλίαν, ὡς οἶνον, δίδωσι, τὰς τῶν πιστῶν καρδίας εὐφραίνουσαν. Προσώπῳ οὖν τούτων τῶν πνευματικῶν ληνῶν, ὁ ψαλμὸς οὗτος ἐκπεφώνηται τῷ προφήτῃ. Πάλαι μὲν γὰρ εἷς ναὸς ᾠκοδόμητο, καὶ ἐν ἑνὶ τόπῳ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ὅτι καὶ ἑνὶ ἔθνει ἀποκεκλήρωτο, περὶ οὗ φησιν Ἡσαΐας· *Ὠκοδόμησα πύργον, καὶ προλήνιον ὤρυξα ἐν αὐτῷ*, πύργον μὲν καλῶν τὸν ναὸν, *Προλήνιον* δὲ τὸ θυσιαστήριον. Ἐπὶ τέλει δὲ τῶν αἰώνων, (41) ἔτι καὶ ἐν τῷ τέλει τῆς νομικῆς λατρείας, καθῄρηται μὲν οὗτος· ἀνέστησαν δὲ καθ' ὅλης τῆς γῆς ἐκκλησίαι παμπληθεῖς, ὅτι καὶ πάντα τὰ ἔθνη τὴν θεογνωσίαν ἀπέλαβον.

Κύριε ὁ Κύριος ἡμῶν, ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ! Τῶν μὲν ἀπίστων, ἑνὶ τρόπῳ Κύριός ἐστιν ὁ Χριστὸς, τῷ τῆς πλάσεως· τῶν δὲ πιστῶν, διπλῷ, τῷ τῆς πλάσεως, καὶ τῷ τῆς ἐπιγνώσεως· διὸ καὶ ἀναδίπλωσις ἐνταῦθα. Λέγουσι γὰρ αἱ τῶν πιστῶν Ἐκκλησίαι· Κύριε δημιουργὲ, ὁ Κύριος ἡμῶν ἄρτι γεγονὼς διὰ τῆς ἐπιγνώσεως. *Λίαν ἐστὶ θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ*. Μόνον γὰρ ἐπικαλούμενον, φυγαδεύει δαίμονας, νεκροὺς ἀνίστησι, νόσους ἀπελαύνει, μεταβάλλει στοιχεῖα, καὶ πάντα δύναται. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ φοβερὸν ἀλλαχοῦ καλεῖ. Θαυμαστὸν μὲν οὖν, διὰ τὰς ὑπερφυεῖς ἐνεργείας· φοβερὸν δὲ, διὰ τὴν ἄρρητον δύναμιν. Ὅρα δὲ πῶς ἑαυτὸν ἡμῖν συνέταξεν ὁ Δαβὶδ, προϊδὼν τὸ μυστήριον, καὶ τὴν πίστιν εἰς τὰ τοῦ κόσμου διαφοιτήσασαν πέρατα. Τί δὲ περὶ τούτου φήσουσιν οἱ Ἰουδαῖοι, Τὸ γὰρ τοῦ παντοκράτορος ὄνομα παρὰ τοῖς πλείοσι τῶν ἐθνῶν εὐκαταφρόνητον ἦν· φησὶ

[80] Joan. xv 5 [81] Isa. v, 2.

Et psallam nomini Domini altissimi. Canam A inquit, nomini ejus pro victoria : quia ejus nomen invocavi, et exauditus sum. Quod si illius nomen tantas habet vires, quis non ipsum Dominum formidabit ? *Altissimi* autem, id est, illius, qui est supra omnia, qui insuperabilis est, vel etiam supercœlestis, ut superius diximus. Hæc autem verba non gaudentis sunt aliorum cæde, nec filii potissimum, cum lugubrem egerit illum victoriæ diem (40) : sed suscipientis sententiam Dei, quæ injustos illos coercuit. Aliqui vero, verba illa *Lacum fodit*, et quæ sequuntur, usque ad illa, *Injustitia ejus descendet*, breviori expositione declarant, dicentes, ea verba per metaphoram significare, quod Absalon ipse ea passurus erat, quæ adversus patrem moliebatur. Hujusmodi etiam verbis possumus et nos B adversus dæmonem imprecari.

In finem pro torcularibus psalmus ipsi David.

PSALMUS VIII.

Quid sibi velint verba illa *in finem*, in superioribus dictum est. *Torcularia* appellat Ecclesias, quæ ubique terrarum sunt. Christus enim vitis est et apostoli palmites [80] ; uva autem et racemus fidem significant, quæ in Ecclesiis compressa, disciplinæ Christianæ vinum tribuit : quo fidelium corda lætificantur. Ex persona igitur spiritualium horum torcularium, hoc est Ecclesiarum, hic psalmus a Propheta conscriptus est. Olim quippe unicum tantum templum constructum erat, in una tantum civitate Jerusalem : quia uni tantum erat genti C datum : de quo Isaias ait : *Ædificavi turrim, et torcular fodi in ea* [81] ; *turrim* templum appellans, et *torcular* altare. In fine autem sæculorum, hoc est in fine legalis cultus, illa turris destructa est, et loco ejus per universum orbem erectæ sunt innumerabiles ecclesiæ : quoniam omnes gentes in Dei cognitionem venerunt.

VERS. 2. *Domine, Dominus noster quam admirabile est nomen tuum in universa terra !* Infidelium quidem Dominus Christus dicitur, sed una tantum creationis ratione : fidelium vero duplici, creationis scilicet et cognitionis. Quam ob causam nomen Domini hoc in loco etiam duplicatur. Dicant itaque omnes fidelium Ecclesiæ : Domine creator et opifex, qui nuper etiam per cognitionem nostri Do- D minus factus es : *Quam admirabile est nomen tuum in omni terra*, cujus sola invocatio dæmones fugat, mortuos suscitat, ægritudines pellit, elementa commutat, et omnia potest. Alibi vero terribile etiam appellatur seu timendum. Admirabile est igitur ob multa quæ supra naturam operatur, et timendum ob ineffabilem ejus potentiam. Sed vides quomodo beatus David se nobis voluerit connumerare, communi nomine Dominum nostrum appellans, prævidens nimirum mysterium et fidem, quæ

Variæ lectiones.

(40) Hæc in Græco textu per interrogationem : *Qui enim hoc fiat ? cum lugubrem*, etc.
(41) Ἴσ. ἤτοι, ut legisse videtur Saulus.

ad ipsos mundi fines erat perventura. Quid igitur ad hoc dicent Judæi? antea quippe Dei omnipotentis nomen apud plurimas gentes despectui erat. Nam, ut inquit Isaias: *Propter vos nomen ejus blasphematur inter gentes* [82]. Unde sine dubio de Christo hæc dicta esse convincuntur.

Quoniam elevata est magnificentia tua super cœlos. Magnificentiam hoc in loco Dei humanationem appellat: quæ et magna est, et omnem exsuperans intellectum. Elevata enim est, et transcendit illas etiam potestates quæ supra cœlos sunt: eo quod ab eis etiam comprehendi non potest. Unde maxime eis est admirationi; neque enim homines tantum, sed ipsi etiam angeli ad hoc stupent mysterium. Vel aliter: Significare nobis volens Propheta immensam divinæ naturæ potentiam: Exaltata est, inquit, magnificentia tua super cœlos, cum terra eam non caperet. Quod alius propheta dicit: *Operuit cœlos virtus ejus, et laudationis ejus plena est terra* [82*].

Vers. 3. *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem.* Laudationem puerorum prædicit [factam in templo]. Ex omnibus autem Christi miraculis, hujus tantum meminit Propheta, tanquam admiratione magis digni. Nam et ante Christum leprosi sanati fuerant, et dæmones expulsi, et mortui suscitati; infantes vero locutos esse, tunc primum legimus. Neque enim simpliciter pueri fuisse dicuntur, sed infantes et lactentes: quod maxima admiratione dignum est. *Perfecisti* autem, id est perfectam fecisti laudem illam ex angeli ore [cum alioqui illorum lingua adhuc esset imperfecta].

Propter inimicos tuos, ut destruas inimicum et ultorem. Edisserit etiam causam miraculi. Factum est, inquit, id propter scelestos inimicos tuos Judæos. In aliis enim miraculis suspicati sunt fortassis Judæi quod deciperet Christus et falleret eorum oculos; in infantium vero laudatione, qui apud eos versabantur, imo qui eorum erant filii, omnis aberat suspicio. Hæc autem ita dispensata sunt a Deo ad destructionem, hoc est ad confusionem Judaici populi, qui inimicus simul et ultor Dei erat: inimicus, quia ejus Filio adversabatur; et ultor, velut is qui pro Deo se id facere existimabat. Possumus etiam dæmonem inimicum et ultorem Dei dicere: inimicum, quia ejus mandatis adversatur, et quia semper infensus est amicis Dei; ultorem vero quia iis qui a Deo projecti sunt, improperare solet, quod contemptores Dei fuerint: atque ideo ad pœnam eos trahit, quod divina mandata transgressi sunt. Ex ea quippe infantium laudatione, ipse etiam dæmon confundi visus est et destrui. Futura autem Propheta narrat ut facta, veluti qui propheticis oculis ea viderat; vel ex persona Ecclesiarum, ut diximus, hæc prolata sunt: veluti quæ ab eis quandoque ita essent proferenda.

Vers. 4. *Quoniam videbo cœlos opera digitorum*

A γὰρ ὁ Ἡσαΐας, ὅτι *Τὸ ὄνομά μου ἐξ ὑμῶν βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν.* Ὥστε περὶ τοῦ Χριστοῦ νῦν ὁ λόγος ἀναντίῤῥητος.

Ὅτι ἐπήρθη ἡ μεγαλοπρέπειά σου ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν. Μεγαλοπρέπειαν ἐνταῦθα τὴν θείαν ἐνανθρώπησιν ὀνομάζει· μεγάλη γὰρ ὄντως, καὶ πάντα νοῦν ὑπερβαίνουσα. Αὕτη, φησὶν, ἐπήρθη, καὶ αὐταῖς τῶν οὐρανῶν δυνάμεσιν ὥσπερ ὑπερθαύμαστος, καὶ ἀκατανόητος. Καὶ οὐ μόνον ἄνθρωποι, ἀλλὰ καὶ ἄγγελοι τὸ τοιοῦτον ἐκπλήττονταί σου μυστήριον. Ἢ καὶ ἄλλως· ἐμφῆναι βουλόμενος τὸ τῆς θείας φύσεως ἀπειροδύναμον, Ὑψώθη, φησὶν, ἡ
B μεγαλοπρέπειά σου ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, μὴ χωρούσης αὐτὴν τῆς γῆς. Ὃ καὶ προφήτης ἕτερος ἔλεγεν· *Ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ αὐτοῦ καὶ τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ πλήρης ἡ γῆ.*

Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον. Ὑμνολογίαν πρoαναφωνεῖ. Ἐκ πολλῶν δὲ θαυμάτων καὶ σημείων ὧν ἐποίησεν ὁ Χριστὸς, τέθεικε μόνον τὸ θαῦμα τῶν παίδων, ὡς ἐκπληκτικώτερον. Πρὸ τούτου μὲν γὰρ καὶ νεκρὸς ἠγέρθη, καὶ λεπρὸς ἐκαθάρθη, καὶ δαίμων ἠλάθη· χορὸς δὲ παίδων ὑπομαζίων, τότε πρῶτον τρανῶς ἐφθέγξατο. Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς ἦσαν παῖδες, ἀλλὰ θηλάζοντες· ὃ καὶ παραδοξώτατον. *Κατηρτίσω* δὲ,
C αὐτὸ τοῦτο τέλειον εἰργάσω, ἐξ ἀγγέλου στόματος.

Ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν σου τοῦ καταλῦσαι ἐχθρὸν, καὶ ἐκδικητήν. Διηγεῖται καὶ τὴν τοῦ θαύματος αἰτίαν, ὅτι διὰ τοὺς πονηροὺς Ἰουδαίους τοὺς ἐχθρούς σου γέγονεν· ἐπὶ μὲν γὰρ ταῖς ἄλλαις δοξοποιίας ὑπώπτευον, ὡς ἐξαπατᾷ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἴσως· ἐπὶ δὲ τῷ ὕμνῳ τῶν νηπίων, ἃ παρ' αὐτῶν ἦσαν ἔκγονα, καὶ παρ' αὐτοῖς ἐτρέφοντο, πάσης ἀντιλογίας ἀπεκλείσθησαν. Ὠκονομήθη δὲ τοῦτο, πρὸς τὸ καταλυθῆναι, τουτέστιν αἰσχυνθῆναι τὸν Ἰουδαϊκὸν δῆμον, τὸν ἐχθρὸν ἅμα, καὶ ἐκδικητὴν τοῦ Θεοῦ, ἐχθρὸς μὲν γάρ ἐστιν, ὡς πολεμῶν τῷ Υἱῷ· ἐκδικητὴς δὲ, ὡς ὑπὲρ τοῦ Πατρὸς τοῦτο
D ποιεῖν δοκῶν. Οἰητέον δὲ καὶ τὸν διάβολον ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητήν· ἐχθρὸν μὲν, ὡς ἐναντιούμενον ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῖς τούτου φίλοις πολεμοῦντα· ἐκδικητὴν δὲ, ὡς μετὰ τὸ ῥίψαι τινὰς, ἐγκαλοῦντα τούτοις τὴν τοῦ Θεοῦ καταφρόνησιν, καὶ πρὸς τιμωρίαν ἕλκοντα διὰ τὴν τῶν θείων ἐντολῶν παράβασιν· ᾐσχύνθη γὰρ τότε καὶ οὗτος, καὶ κατελύθη. Ὡς γεγονότα δὲ τὰ γενησόμενα τίθησιν, οἷον ἑωρακὼς αὐτὰ τοῖς προφητικοῖς ὄμμασιν. Ἢ καὶ προσώπῳ, καθὰ δεδήλωται, τῶν Ἐκκλησιῶν, ὡς τότε λεγόμενα.

Ὅτι ὄψομαι τοὺς οὐρανοὺς, ἔργα τῶν δακτύ-

[82] Isa. LII, 5. [82*] Habac. III, 3.

λων σου. Πρώην μὲν γὰρ τὰ ἔθνη, τοῦ κόσμου A ποιητὰς τοὺς ψευδωνύμους ὠνόμαζον θεούς· τῆς ἀληθείας δὲ λαμψάσης, ἡ τῶν πιστῶν Ἐκκλησία φησίν· *Ἐπιγνώσομαι τοὺς οὐρανούς, ἔργα τῶν σῶν δακτύλων.* Οὐρανοὺς δὲ λέγει, τὸν ἐν ἀρχῇ τε ποιηθέντα, καὶ τὸ στερέωμα. Ἢ καὶ πληθυντικῶς εἶπεν ἀντὶ ἑνικοῦ, κατὰ τὴν Ἑβραΐδα διάλεκτον. Διὰ μέντοι τοῦ οὐρανοῦ, ὡς περιεκτικοῦ, καὶ τὴν ἐν μέσῳ κτίσιν ἐνέφηνε. Λέγουσι δέ τινες *Δακτύλων* εἰπεῖν, παραστῆσαι βουλόμενον, ὡς ἔργα τῆς πολλοστῆς σου δυνάμεως τυγχάνουσιν οἱ τηλικοῦτοι καὶ τοιοῦτοι. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ἀδιάφορον· καὶ γὰρ ἀλλαχοῦ φησι, *Καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοί, σελήνην καὶ ἀστέρας ἃ σὺ ἐθεμελίωσας.* Οὐρανοῦ μνησθείς, καὶ τὸν τοῦ οὐρανοῦ κόσμον προσέθηκεν, ὅτι σὲ ἐπιγνώσομαι ποιητὴν B καὶ τῶν ἀστέρων. Τὴν σελήνην δὲ τάξας, οὐ παρῆκε τὸν ἥλιον· ἀλλὰ δι' αὐτῆς ἐδήλωσε κἀκεῖνον. Ἐπειδὴ γὰρ ὑπ' ἐκείνου αὐτὴ φωτίζεται, καὶ συνημμένως ἄμφω τῇ γνώσει τῶν ἀνθρώπων σύγκεινται· δυὰς γὰρ τῶν μεγάλων ἐστὶ φωστήρων· καὶ θατέρου τις μνησθείς, καὶ θάτερον συνάγει. Ἀλλαχοῦ δὲ μόνον τίθησι τὸν ἥλιον· Σὺ γάρ, φησί, *κατηρτίσω φαῦσιν καὶ ἥλιον*, ὡς καὶ ἄμφω δι' ἀλλήλων νοουμένων. Ἃ δέ, τουτέστι τὰ ἄστρα, ἢ τὰ ἔργα. *Ἐθεμελίωσας* δέ, ἀντὶ τοῦ ἔπηξας, ἥδρασας, ὡς μηδέποτε τῶν ἀφωρισμένων τόπων ἐκπίπτειν, καίτοι ἐπικρεμάμενα.

A *tuorum.* Olim gentes mundum a falsis eorum diis factum esse arbitrabantur (42); sed ubi claruit veritas, Ecclesia fidelium cecinit : Videbo cœlos, qui digitorum tuorum opus sunt. Cœlos autem, cœlum ipsum appellavit, quod initio factum est, et firmamentum. Vel plurali numero pro singulari Hebræorum more usus est. Et dum cœlum dicit quo omnia complectuntur, cæteras creaturas quæ in mundo sunt comprehendere etiam videtur. Dicunt quidam ideo dixisse *Opera digitorum tuorum*, ut tanta ac talia elementa a minima divinæ potentiæ particula facta fuisse significaret. Ego vero Prophetam puto indifferenter usum hoc loquendi modo, cum alibi etiam dicat : *Et opera manuum tuarum sunt cœli* [83]. — *Lunam et stellas, quæ tu* B *fundasti.* Cum cœli meminerit, illius etiam addit ornamenta : Te, inquit, cognoscam factorem stellarum. Solem vero prætermisisse non videtur, dum lunam commemorat : quinimo et solis meminisse credendum est, lunæ memoria quæ ab ipso sole illuminatur : cum uterque cognitioni hominum conjunctim inhæreat. Duo quippe sunt magna luminaria, quorum qui alterius meminit, alterum simul introducit. Unde alibi solis tantum meminit, quando ait : *Tu fabricatus es auroram et solem* [84], quasi per alterum utrumque intelligatur. Sequitur : *Quæ tu fundasti : quæ* astra nimirum, vel opera tu fundasti : id est, finxisti; stabilisti ita ut decidere non valeant, aut dimoveri e loco, ubi per te collocata sunt, tametsi ea appensa quodammodo esse videantur.

Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ, ἢ C *υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν;* Καὶ τοῦτο διὰ τὴν ἐνανθρώπησιν εἴρηκεν, προεγνωκὼς τὸ ταύτης μυστήριον· Τί γάρ, φησί, τοσοῦτόν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ὅτι ἀφηνιάσαντος, καὶ τὴν σὴν δεσποτείαν ἀγνοήσαντος, ἔλεον αὐτοῦ λαμβάνεις; Ἐσχημάτισται ὁ λόγος ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐπιλανθανομένων τινός, εἶτα μνείαν αὐτοῦ διὰ συμπαθείας ποτὲ λαμβανόντων· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς εἰς ἀντίληψιν παραγίνεται· τοῦτο γὰρ ἐπίσκεψις. Οὔτε γὰρ ἄγγελος, οὐ πρέσβυς, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος ἐλθών, ἔσωσεν ἡμᾶς. Τί γοῦν τοσοῦτόν ἐστιν ἄνθρωπος, ἵνα ταῦτα δι' αὐτὸν γένηται; καὶ πεσόντων μὲν ἀγγέλων, οὐδὲν τοιοῦτον, ἐποίησας· τοῦ ἀνθρώπου δὲ πεσόντος, εἰς τὴν ἡμετέραν ἦλθες ἐσχατιάν. Ἄνθρωπος δέ, καὶ υἱὸς ἀνθρώπου, τὸ D αὐτὸ δηλοῦσιν ἐκ παραλλήλου· καὶ συνήθης ὁ τύπος οὗτος παρὰ τῇ Παλαιᾷ· δοκεῖ γὰρ περίφρασις τὸ υἱὸς ἀνθρώπου, ἀντὶ τοῦ *ἄνθρωπος*.

C VERS. 5. *Quid est homo quod memor es ejus, aut filius hominis quoniam visitas eum?* Hæc etiam propter Incarnationem dicta sunt. Prænoscens enim Propheta illius mysterium : Quid, inquit, tanti est homo, ut cum rebellis a te factus sit, et imperium tuum detrectaverit, tu tamen illius miserearis? Est autem hic sermo metaphoricus, atque ab eorum persona translatus, qui certo tempore cujuspiam obliti sunt, et deinde compassione moti, ejus reminiscuntur : nec tantum reminiscuntur, sed in illius auxilium et defensionem etiam moventur. Et hæc est visitatio quam dicit. Neque enim angelus aliquis, aut legatus, sed ipsemet Dominus per se veniens salvavit nos [85]. Quid igitur tanti est homo, ut propter illum hæc fieri debeant? Et D cum angeli quidem cecidissent, tu nihil ejusmodi fecisti, in hominis autem ruina et casu, ad extremam hanc dejectionem descendisti. Homo autem et filius hominis idem æque significant; circumloqui tamen sæpe sic solet Scriptura, ut pro homine filium hominis dicat.

Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους. Μέμνηται καὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς εὐεργεσιῶν, τῶν εἰς τὸν ἄνθρωπον. Πλασθεὶς γάρ, βραχύ τι τῶν ἀγγέλων ἠλάττωται, διὰ τὴν συμπλοκὴν τοῦ σώματος, καὶ

VERS. 6. *Minuisti eum modicum quid ab angelis.* Antiquorum beneficiorum meminit quæ in hominem collata sunt. Creatus enim homo modicum quid ab angelis minoratus est, propter complica-

[83] Psal. CI, 26. [84] Psal. LXXIII, 16. [85] Isa. LXIII, 9.

Variæ lectiones.

42) Græce ὠνόμαζον, *nominabant*, cœli scilicet factores, pro quo Latinus interpres legisse videtur ἐνόμιζον.

tionem corporis, et alia quæ ad corpus pertinent. Atque hoc sane magna cum dispensatione: ut quoties propter intellectum extolleretur, toties deprimeretur atque humiliaretur propter terram. Nam si in præsentia cum corpore gravamur, adeo extollimur et gloriamur, quid existimandum est facturos fuisse, si absque corpore nobis vivendum esset?

Gloria et honore coronasti eum. Gloria, quia ad imaginem et similitudinem Dei factus est: honore, quia omnia ei subjecta sunt animantia.

Vers. 7. *Et constituisti eum super opera manuum tuarum.* Elegisti eum in regem totius creaturæ: *Crescite* enim, inquit, *et multiplicamini, et replete terram, et dominamini ei* [86].

Vers. 8. *Omnia subjecisti sub pedibus ejus, oves et boves universas, insuper et pecora campi: volucres cœli, et pisces maris, quæ perambulant semitas maris.* Hoc etiam ex Genesi sumptum est. *Dominamini,* inquit, *piscibus maris, et volucribus cœli, et omnibus pecoribus, et omni terræ* [87]. Cumque Propheta hic omnia dixerit, postmodum distinguit. Et primo quidem mitiores oves connumeravit: per pecora autem campi quadrupedia omnia comprehendit, quæ in campis habitant: et juxta Græci nominis etymologiam animalia omnia intelliguntur, quæ prona in terram aspiciunt. Per pecora igitur, terrestria omnia animalia significavit, seu silvestria, et fera. Omnia quippe in hominis ministerium data sunt: quibus omnibus ille etiam homo adhuc dominabitur, qui pristinam animæ suæ servaverit dignitatem. Cœli autem volucres dixit, pro aeris. Cœlum enim sæpe ponitur pro aere, qui cœli instar capiti nostro circumfusus est. Piscium etiam, cum innumerabilia sint, genera, uno sermone omnia complexus est dicens: Quæ *perambulant semitas maris.* Et a masculino genere ad neutrum transiit, volens hoc pacto varia piscium genera denotare. Verum hæc de puro ac simplici homine intelleximus. Juxta anagogem vero ad humanitatem Christi pertinent, quemadmodum Apostolus ad Hebræos declarat: Quid enim, inquit, tanti est humanitas illa assumpta a Deo Verbo, quod illius memor es, dicens: *Hic est Filius meus dilectus* [88]? Filium autem hominis dixit, ut eos convinceret qui Christi carnem superne descendisse asserunt: qua ratione ipse etiam Dominus apud evangelistas sæpenumero Filium hominis se appellat: significans quod ex virginali utero, atque ex purissimis illius sanguinibus ipse sibi templum constituerat. Filius enim hominis is vere dicitur, qui mulieris est filius. Nam et mulier vere homo est. Visitavit autem illum Deus, juxta quod alibi legimus: *Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dex-*

A τὰ ἐκ τοῦ σώματος· καὶ τοῦτο δὲ, κατ' οἰκονομίαν, ἵνα, ὅταν ἐπαίρηται διὰ τὸν νοῦν, συστέλληται διὰ τὸν χοῦν. Εἰ γὰρ καὶ σώματος βριθόμενος, ἀλαζονεύεται τοσοῦτον, τίς ἂν ἦν πολιτευόμενος δίχα σώματος;

Δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν. Δόξῃ μὲν, διὰ τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γενέσθαι· τιμῇ δὲ, διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν ὑποταγὴν τῶν ζώων ἁπάντων.

Κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου. Ἐχειροτόνησας αὐτὸν βασιλέα της κτίσεως, ἣν ἐποίησας· *Αὐξάνετε* γάρ, *καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς.*

B *Πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ, πρόβατα, καὶ βόας ἁπάσας, ἔτι δὲ καὶ τὰ κτήνη τοῦ πεδίου, τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης, τὰ διαπορευόμενα τρίβους θαλασσῶν.* Καὶ τοῦτο ἀπὸ τῆς Μωσαϊκῆς Γενέσεως εἴληπται· φησὶ γάρ· *Καὶ ἄρχετε τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πάντων τῶν κτηνῶν, καὶ πάσης τῆς γῆς.* Εἰπὼν δὲ πάντα, διεῖλεν αὐτὰ, καὶ πρῶτον ἀπὸ τῶν ἡμερωτέρων ἤρξατο προβάτων. Κτήνη δὲ λέγει τοῦ πεδίου, πάντα τὰ τοῖς πεδίοις ἐννεμόμενα τετράποδα· κτῆνος γάρ, πᾶν τὸ κάτω νεῦον τετράποδον. Διὰ μέντοι τῶν κτηνῶν, πᾶν ζῶον χερσαῖον παρεδήλωσεν, εἴτε ἥμερον, εἴτε ἄγριον· C πάντα γὰρ εἰς ὑπηρεσίαν τοῦ ἀνθρώπου παρήχθησαν· καὶ πάντων ἄρχει, ὁ διασώζων τὸ πρῶτον τῆς ψυχῆς ἀξίωμα. Πετεινὰ δὲ τοῦ οὐρανοῦ, τουτέστι, τοῦ ἀέρος· τοῦτον γὰρ νῦν οὐρανὸν καταχρηστικῶς ὠνόμασεν, ὡς ὑπὲρ κεφαλῆς ὑμῶν δίκην οὐρανοῦ κεχυμένον. Ἀποβλέψας δὲ πρὸς τὰ παμπληθέστατα τῶν ἰχθύων, (43) ἃ δι' ἑνὸς λόγου πάντα παρέστησεν, εἰπὼν, *Τὰ διαπορευόμενα τρίβους θαλασσῶν*· ἀπὸ γὰρ τοῦ ἀρσενικοῦ γένους ἐπὶ τὸ οὐδέτερον μεταβέβηκεν, βουλόμενος ἐμφῆναι τὸ διάφορον τῶν ἐν ἰχθύσιν εἰδῶν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ ἁπλῶς ἀνθρώπου νοοῦμεν. Ἀνάγονται δὲ καὶ εἰς τὸν Κυριακὸν ἄνθρωπον, ὡς ὁ Ἀπόστολος ἐξεδέξατο, γράφων πρὸς Ἑβραίους· Τί γάρ, φησὶ, τοσοῦτόν ἐστιν ἄνθρωπος, ὁ προσληφθεὶς τῷ θείῳ Λόγῳ, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ; λέγει γάρ, ὅτι *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου, ὁ ἀγαπητός.* D Υἱὸν δὲ ἀνθρώπου τοῦτον ἐκάλεσεν, ἵνα παύσῃ τοὺς δογματίζοντας ἄνωθεν συνεπαγαγέσθαι τὴν σάρκα. Διὸ καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις πολλαχοῦ τοῦτο ἑαυτὸν ὀνομάζει, δηλῶν, ὡς ἐκ τῶν παρθενικῶν καὶ ἀχράντων αἱμάτων ἐπήξατο ναὸν ἑαυτῷ. Υἱὸς δὲ ἀνθρώπου καὶ ὁ ἐκ γυναικός· καὶ ἡ γυνὴ γάρ, ἄνθρωπος. Ἐπισκέπτῃ δὲ αὐτὸν, ὅτι *Προωρώμην,* φησὶ, *τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διὰ παντός, ὅτι ἐκ δεξιῶν μου ἐστίν.* — *Ἠλάττωσας δὲ αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους,* διὰ τὸ πεινῆν καὶ

[86] Gen. I, 28. [87] Ibid. [88] Matth. III, 17.

Variæ lectiones

(43) Redundare videtur τὸ ἅ.

δίψῃ, καὶ τοῖς ἀδιαβλήτοις τοῦ σώματος ὑποκεῖσθαι πάθεσιν. *Ἐστεφάνωσας* δὲ *αὐτὸν*, τουτέστιν ἐκόσμησας· *δόξῃ* μὲν, τῇ θεότητι· *τιμῇ* δὲ τῇ παρὰ τῶν ἀγγέλων· πολλαχοῦ γὰρ ἐδορυφόρουν αὐτῷ. Ἢ καὶ ἀμφότερα παρὰ τῶν ἀνθρώπων· Θεόν τε γὰρ οἱ πιστεύοντες ἔλεγον, καὶ πανευλαβῶς ἐτίμων. *Πάντα* δὲ *ὑπέταξας*, ὡς νέῳ Ἀδὰμ, τὸ κατ' εἰκόνα φυλάξαντι. Κατὰ δὲ τὸν τῆς ἀναγωγῆς λόγον, πρόβατα μὲν, οἱ ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότες, οὓς ἐπὶ τὰ ὄρη καὶ τοὺς βουνοὺς πεπλανημένους εὑρὼν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ συνήγαγε μάνδραν· βόες δὲ, οἱ Ἰουδαῖοι, τὸν βαρὺν ἕλκοντες τοῦ νόμου ζυγόν· κτήνη δὲ τοῦ πεδίου, οἱ μήτε τοῦ Μωσέως νόμον δεξάμενοι, μήτε τὸν τῆς χάριτος, ἀλλ' εἰδωλολατροῦντες, ἐν τῇ πεδιάδι καὶ χθαμαλότητι τῶν ἡδονῶν τοῦ βίου βαδίζοντες, τῷ μὴ δύνασθαι ἀναθέειν εἰς ὕψος θεωρίας. Πετεινὰ μὲν B οὐρανοῦ, οἱ ἄγγελοι· ἰχθύες δὲ θαλάσσης, οἱ δαίμονες, τοῖς κύμασιν ἐνσκιρτῶντες τοῦ βίου, καὶ ἀποζῶντες τῇ... (44) τῶν πονηρῶν ἡμῶν πράξεων· πάντες γὰρ ὕστερον ὑποταγήσονται τῷ Χριστῷ, ὅτι αὐτῷ πᾶν γόνυ κάμψει, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων. Οὐκ ἄκαιρον δὲ καὶ γλαφυράν τινα παραθεῖναι ἐξήγησιν· ὅτι τὸ *Ἠλάττωσας*, οὐ παρὰ τοὺς ἀγγέλους λέγεται, ἀλλὰ πρὸς τὴν δόξαν τοῦ Πατρός. Οὕτω γὰρ ἀναγνωστέον· *Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι*, τοῦ σοῦ δηλαδὴ ἀξιώματος, διὰ τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν· εἶτα τὸ ἑξῆς, *παρ' ἀγγέλους δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτὸν*, ἤγουν ἐπὶ πλεῖον. Οὐδεὶς γὰρ ἀγγέλων ἢ τὸ θεῖον ἔλαβεν ὄνομα, ἢ δορυφορίας τοιαύτης τετύχηκε. C

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

A *tris est mihi ne commovear* [86]. Quod vero ait: *Minuisti eum modicum quid ab angelis*, ea ratione dictum est, quia et famem patiebatur Christus, et sitim, et reliquis omnibus corporis passionibus, atque affectibus subjacebat, qui reprehensibiles non sunt. *Coronasti* autem *eum*, hoc est ornasti, *gloria* quidem, divinitatis: *honore* autem, quem angeli ei præstabant. Sæpe enim ministrabant ei. Vel etiam quia utrumque ab hominibus ei præstabatur, quia credentes in eum, Deum appellabant, et religiosissime venerabantur. Omnia præterea subjecit Deus sub pedibus ejus, veluti novo Adam, qui imaginem et similitudinem Dei vere servavit. Juxta anagogem, oves ii dicendi sunt qui ex gentibus crediderunt: quos in collibus, et montibus errantes Christus invenit, et ad suum ovile congregavit. Boves vero, Judæi sunt, grave veteris legis jugum trahentes. Et pecora campi ii, qui nec Moysi nec gratiæ legem susceperunt, sed idola colentes in campestri humilitate, ac terrena dejectione voluptatum præsentis vitæ ideo ambulant, quia contemplationis sublimitatem suscipere nequeunt, sed juxta eam quam diximus Græci nominis etymologiam, quasi pecora proni in terram, inspiciunt. Volucres etiam cœli pro angelis accipi possunt: et pisces maris pro dæmonibus: qui inter fluctus præsentis vitæ subsiliunt, atque in amara pravarum actionum vivunt salsugine. Omnes enim Christo tandem subjicientur, quoniam illi omne genu flectetur, cœlestium, terrestrium et infernorum. Possumus etiam non ingratam quorumdam expositionem recensere: quod scilicet illa verba: *Minuisti eum modicum quid*, non ad angelos referenda sint, sed ad gloriam Dei Patris, atque hoc pacto legendum, Minuisti eum, o Pater, modicum quid a tua nimirum dignitate propter carnis naturam; et quæ sequuntur per se legantur. Sed quoniam quod Latine legimus *ab angelis*, in Græco legitur παρ' ἀγγέλους, quæ verba ultra sensum jam redditum, idem etiam significant, quod supra angelos: intellige quod gloria et honore eum Deus supra angelos coronavit: hoc est plusquam angelorum aliquem. Nullus quippe angelorum, aut hujusmodi Dei nomen consecutus est, aut tale sortitus ministerium. Verumtamen dicant nobis Judæi, quando infantes et lactentes pueri laudem hanc dixerint, de qua nunc loquitur Propheta, et quemnam inimicum hujusmodi laus destruxerit: quo etiam dixit beatus David: *Videbo cœlos opera digitorum tuorum*, cum jam Moyses de his docuisset: *In principio* enim, inquit, *fecit Deus cœlum et terram*.

Κύριε ὁ Κύριος ἡμῶν, ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ! Ἐπεὶ γὰρ ὁ ψαλμὸς οὗτος τὸ κατὰ Χριστὸν προλέγει μυστήριον, ὁ δὲ Χριστὸς ἐξ οὐρανοῦ καταβέβηκε, καὶ αὖθις πρὸς αὐτὸν ἀναβέβηκεν ὥσπερ ἐν κύκλῳ (45) σχήματι πρὸς τὴν Πατρικὴν δόξαν ἀποκαταστὰς, διὰ ταῦτα καὶ ὁ ψαλμὸς κυκλικῶς

D VERS. 10. *Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra.* Quoniam hic psalmus Christi prædicit mysterium, qui e cœlo descendit, et rursus in cœlum ad Paternam gloriam ascendit, et circulari quodam motu illinc unde venerat reversus est, merito etiam hic Psalmus qui de-

[86] Psal. XV, 8.

Variæ lectiones.

(44) Supple ἁλμυρότητι, ut legisse videtur Latinus interpres.

(45) Ισ. ἐγκυκλίῳ, ut legisse videtur etiam Saulus, vel scribe κύκλον.

Christo pertractat, circuli instar ibi finem accipit unde initium sumpsit : incipiens quidem et desinens pari admiratione plenus est, dicens : *Domine Dominus noster*, etc.

In finem pro occultis filii Psalmus ipsi David.

PSALMUS IX.

Quid significet *in finem*, in præcedentibus dictum est : et aliter mors per crucem congrue dici potest esse finis vitæ Filii : vitæ, inquam, humanæ, cujus mortem Propheta, occulta Filii appellavit : quemadmodum ipsa etiam Hebraica lectio apertius explicat dicens : *Pro morte Filii* : et alibi mysterium esse legimus absconditum a sæculo, ipsis etiam angelis ignotum. Et Paulus absconditum fuisse dixit principibus hujus sæculi. *Nam si cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent* [90]. Pertinet igitur hic psalmus ad mortem Domini, per quem inimici potentia omnis destructa est. Longior vero est, ita disponente sancti Spiritus sapientia, quæ nec breves esse omnes psalmos voluit, neque omnes in longum extendit, sed opus quoddam varium reddidit, longitudine pigritiam excitans, et brevitate laborem mitigans. Verba autem facit Propheta vel tanquam beneficiis affectus, vel etiam tanquam ex eorum persona, qui beneficiis affecti fuissent, liberati ab inimici tyrannide. Sciendum autem est, quædam in sacris Litteris accipi debere secundum historiam, ut ea : *In principio creavit Deus cœlum et terram* ; quædam secundum sensum anagogicum solum, ut illud : *Fons aquæ tuus tibi sit uni*. Nisi enim horum sensum exquiras, summæ inhumanitatis esset, nemini ne aquam quidem communicare. Perspicuum est igitur eo loci de uxore legitima sermonem haberi, quippe quæ natura suavis sit, et pura simul, alienæ commistionis expers : quædam denique secundum historiam simul et anagogicum sensum, ut ea quæ de æneo serpente, quem erexit Moyses, traduntur. Nam et revera contigerunt, et ad Christum quamdam per figuram referuntur. Sic in Psalmis pleraque variis istis modis, non uno solum, capienda sunt.

VERS. 2. *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo.* Confessionis nomen duo significat, peccatorum revelationem, item et gratiarum actionem, ut hic : Agam, inquit, tibi gratias pro acceptis beneficiis et pro iis quæ accipiam, nec simpliciter, sed ex toto corde meo.

Narrabo omnia mirabilia tua. Beneficia appellat *Mirabilia*, veluti tropæa quædam de inimico admiranda.

VERS. 3. *Lætabor et exsultabo in te.* Lætabor, inquit, tanquam is qui experimentum accepi auxilii et potentiæ tuæ. *Memor* enim, alibi inquit, *fui Dei et lætatus sum* [91]. Solus quippe Deus hominibus

[90] I Cor. II, 8. [91] Psal. LXXVI, 4.

A ὅθεν ἤρξατο, εἰς τοῦτο κατέληξε· καὶ ἀρχόμενος γὰρ καὶ λήγων, οὐκ ἀπέστη τοῦ θαύματος.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν κρυφίων τοῦ υἱοῦ ψαλμός.

ΨΑΛΜΟΣ Θ'.

Τί μὲν δηλοῖ *εἰς τὸ τέλος*, ἐν τοῖς προλαβοῦσιν εἴρηται· καὶ ἄλλως δὲ τέλος τῆς κατὰ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Υἱοῦ πολιτείας ὁ διὰ σταυροῦ θάνατος· ἐπεὶ καὶ κρύφια ἐνταῦθα τὸν τοῦ Υἱοῦ ὀνομάζει *θάνατον*, ὡς τὸ Ἑβραϊκὸν ἀναπτύσσει. Μυστήριον γὰρ ἀπ' αἰῶνος κεκρυμμένον τοῦτο, καὶ ἀγγέλοις ἄγνωστον. Λέγει γὰρ ὁ Παῦλος, ὅτι ἀποκεκρυμμένον ἦν τοῖς ἄρχουσι τοῦ αἰῶνος τούτου· *Εἰ γὰρ*
B *ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν.* Εἰς τὸν Δεσποτικὸν οὖν θάνατον ὁ παρὼν τείνει ψαλμὸς, δι' οὗ πᾶσα κατελύθη τοῦ ἐχθροῦ ἡ δύναμις. Μακρὸς δὲ οὗτος ὁ ψαλμός· καὶ τοῦτο τῆς σοφίας τοῦ Πνεύματος. Οὔτε γὰρ πάντας βραχεῖς ἐποίησεν, οὔτε πάντας ἐξέτεινε· ἀλλ' ἐποίκιλε τὴν βίβλον, τῷ μήκει μὲν τὴν ῥᾳθυμίαν διεγείρων, τῇ δὲ βραχύτητι διαναπαύων τὸν κάματον. Ποιεῖται δὲ τὸν λόγον ὁ Προφήτης, ὡς καὶ αὐτὸς ἐντεῦθεν εὐεργετούμενος, ἢ καὶ προσώπῳ τῶν εὐεργετουμένων, καὶ τῆς τοῦ ἐχθροῦ τυραννίδος ἀπαλλαττομένων. Τοῦτο δὲ χρὴ καθόλου γινώσκειν, ὡς τῆς θείας Γραφῆς τὰ μὲν καθ' ἱστορίαν μόνην ἑρμηνεύεται, καθάπερ τό· *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν*
C *καὶ τὴν γῆν*· τὰ δὲ κατὰ ἀναγωγὴν μόνον, ὡς τό· *Ἡ πηγή σου τοῦ ὕδατος, σοὶ ἔστω μόνῳ.* Εἰ γὰρ μὴ ζητήσεις ἐνταῦθα τὸ νόημα, πολλῆς ἀπανθρωπίας τὸ κελεύειν, μηδὲ ὕδατός τινι κοινωνεῖν. Δῆλον οὖν ὅτι περὶ τῆς ἐννόμου γυναικὸς ὁ λόγος ἐστὶν, ὡς ἡδείας μὲν, διὰ τὴν φύσιν, καθαρᾶς δὲ, διὰ τὸ ἀνεπίμικτον· τὰ δὲ, καὶ καθ' ἱστορίαν, καὶ κατὰ ἀναγωγὴν, ὡς τὰ περὶ τοῦ χαλκοῦ ὄφεως ὃν ὕψωσεν Μωϋσῆς. Ἐγένετο γὰρ, καὶ εἰς τύπον τοῦ Χριστοῦ λαμβάνεται. Διὰ τοῦτο κἀν τοῖς ψαλμοῖς πολλὰ τῶν ῥητῶν, τοιαῦτα, καὶ οὐ πάντα καθ' ἓν μόνον εἶδος ἑρμηνεύεται.

Ἐξομολογήσομαί σοι, Κύριε, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ
D *μου.* Διπλῆν ἡ ἐξομολόγησις ἔχει σημασίαν, ἀνακάλυψίν τε τῶν ἡμαρτημένων, καὶ εὐχαριστίαν εὐεργεσίας. Εὐχαριστῶ σοι, φησὶν, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐξ ὅλης καρδίας ὑπὲρ ὧν πέπονθα, καὶ ἔτι πείσομαι.

Διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου. — *Θαυμάσια* λέγει τὰς εὐεργεσίας, τὰ κατὰ τοῦ ἐχθροῦ τρόπαια.

Εὐφρανθήσομαι καὶ ἀγαλλιάσομαι ἐν σοί. Ἅτε πεῖραν λαβὼν τῆς σῆς ἀντιλήψεως καὶ δυνάμεως. *Ἐμνήσθην γὰρ τοῦ Θεοῦ, καὶ εὐφράνθην*, ὅτι μόνος οὗτός ἐστι παράκλησις, ὡς καὶ μόνος σώζειν δυνά-

μενος· ἐπίτασις δὲ τῆς εὐφροσύνης ἡ ἀγαλλίασις, A ὡς καὶ τὴν καρδίαν ὑπὸ τῆς ἄγαν ἅλλεσθαι χαρᾶς.

Ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου, Ὕψιστε. Ἔθος ἦν τοῖς ἐρωτικῶς περί τινα διακειμένοις ᾄσματα ποιεῖν εἰς αὐτὸν, καὶ ψυχαγωγεῖν ἐντεῦθεν τὸν πόθον. Ἀπὸ μεταφορᾶς οὖν τοῦ τοιούτου διὰ τὸ *Ψαλῶ*, τὸν ἐπιτεταμένον εἰς Θεὸν ἔρωτα παρέστησεν· ἐμφαίνει δὲ καὶ ῥυθμὸν ἐναρμόνιον τὸ, *Ψαλῶ*. Ἄσομαι τοίνυν, οὐ τῇ φύσει σου· καὶ γὰρ ἀνεννόητος· ἀλλὰ τῷ ὀνόματί σου, πλέκων αὐτῷ κατάλληλον ἔπαινον.

Ἐν τῷ ἀποστραφῆναι τὸν ἐχθρόν μου εἰς τὰ ὀπίσω, ἀσθενήσουσι, καὶ ἀπολοῦνται ἀπὸ προσ- B *ώπου σου.* Ἄρχεται καταλέγειν τὰ εἴδη τῆς εὐεργεσίας, ὑπὲρ ὧν ἡ ἐξομολόγησις· ἐτόλμησε γὰρ ὁ τύραννός ποτε καὶ κατὰ τοῦ Σωτῆρος, καὶ ὡς ἀνθρώπῳ ψιλῷ προσέβαλεν· ἐπεὶ δὲ τὸ, *Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ*, ἤκουσεν, ᾔσθετο δυνάμεως ἀμάχου, καὶ μετ' αἰσχύνης ὑπεχώρησεν· ἀποστραφέντος δὲ καὶ τραπέντος αὐτοῦ, αἱ ὑπ' αὐτὸν δυνάμεις ἠσθένησαν, καὶ ἀπώλοντο, οἷόν τινα ψυχὴν ἀφῃρημέναι τὴν τυραννίδα. Τοῦ Ἰησοῦ γὰρ ἀναμαρτήτου μέχρι θανάτου μείναντος, καὶ τὸν διάβολον καθελόντος ἐντεῦθεν, καὶ ἀμφιέσαντος ἡμᾶς ὅπλα σωτηρίας, τὸ θεῖον βάπτισμα, καὶ τὴν μελέτην καὶ φυλακὴν τῶν θείων λογίων, κατὰ τὴν ἑαυτοῦ πολιτείαν ἀπολιπόντος ἡμῖν ὁδὸν εἰς οὐρανοὺς ἀνάγουσαν, κατηργήθησαν παντάπασιν οἱ δαίμονες, καὶ οὐ- C δεμίαν ἔχουσι δύναμιν καθ' ἡμῶν, εἰ μὴ διὰ ῥᾳθυμίας ἡμεῖς ἑκόντες αὐτοὺς ἐπισπασόμεθα, τῶν ἐντολῶν ἀμελήσαντες. *Ἀπὸ προσώπου* δὲ, τουτέστιν, ἀπὸ φόβου σου. Φοβερὸν γὰρ ἐν πολέμοις, τῶν ἀριστέων τὸ πρόσωπον.

Ὅτι ἐποίησας τὴν κρίσιν μου, καὶ τὴν δίκην μου. Ἔκρινάς με γὰρ, τὸν εἰς σὲ πεπιστευκότα, καταδυναστευόμενον ὑπὸ τοῦ διαβόλου πρότερον, καὶ πικρῶς τυραννούμενον ἐξ ἀγνοίας· καὶ ἰδὼν ὅτι φθονερῶς ὁ πονηρὸς τὸ σὸν πλάσμα κατεδουλώσατο, ἐδικαίωσάς με, τῶν ἐκείνου χειρῶν ὑπεξαγαγὼν, καὶ τῆς πλάνης ἐλευθερώσας· δίκην γὰρ τὴν δι- D καιοσύνην ἐκάλεσεν ἐνταῦθα.

Ἐκάθισας ἐπὶ θρόνου ὁ κρίνων δικαιοσύνην. Τοῦτο διὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ Σωτῆρος. Πληρώσας γὰρ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν, εἰς τὸν θρόνον ἀποκατέστη, τὸν δικαστικὸν, ἤτοι τὴν ἐξουσίαν τῆς θεότητος, ὃν μὴ λιπὼν, ἀῤῥήτως πρὸς ἡμᾶς ἐπεδήμησεν. Ἀναληφθεὶς γὰρ, καὶ καθίσας ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, ὡς λαβὼν πᾶσαν ἐξουσίαν ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς, ἐβοήθησεν τῷ ἰδίῳ πλάσματι, ὑπὲρ οὗ καὶ τὴν ἄχραντον ἔθηκε ψυχήν. Θεοπρεπῶς δὲ ταῦτα νοητέον· καθιδρύσαι γὰρ εἰς τὸν θρόνον, ἐπὶ τοῦ Λόγου καὶ Θεοῦ ὑποληφθείη ἂν ἡ δικαστικὴ ἐξουσία,

[22] Matth. IV, 10.

verum est solamen: quemadmodum et solus ipse est qui homines salvat. Exsultatio vero major quædam est lætitiæ intensio: quæ præ nimio gaudio subsilire valde atque elevari cor facit.

Psallam nomini tuo, Altissime. Mos erat iis qui amatorie in aliquem affecti essent, carmina et cantus in eum componere, atque hoc pacto animi desiderium lenire: hujusmodi metaphora propheta usus, intensionem amoris sui in Deum declaravit, dicens: *Psallam nomini tuo:* quæ dictio musicum ac concinnum cantum denotat. Canam igitur, inquit, non naturæ tuæ, quando quidem illa percipi non potest, sed nomini tuo, decentes illi nectens ac complicans laudes.

VERS. 4. *Cum conversus fuerit inimicus meus retrorsum, infirmabuntur et peribunt a facie tua.* Connumerare incipit beneficiorum genera, pro quibus Deo gratias agit. Ausus est aliquando tyrannus dæmon ipsum etiam Salvatorem, veluti nudum hominem invadere: sed simul ac dici audivit: *Vade post me, Satana*[22], et inexpugnabilem illius sensit potentiam, magna statim cum ignominia retrocessit: quo converso ac profligato, omnes pariter potestates quæ sub ipso erant, debilitatæ sunt, et perierunt, amissa illa nimirum tyrannide, veluti quadam eorum anima. Cum enim vixerit Jesus sine peccato, unde et dæmonem destruxit, et nos pariter induit armis salutis: cum etiam sacrum baptisma, ac divinorum mandatorum meditationem et custodiam, propriamque vitam ac conversationem, pro via nobis reliquerit, et semita, quæ ad cœlum ducit, consequenter et cæteri dæmones illinc adeo deleti sunt, ut nullam in nos amplius habeant potestatem, nisi nos ignavia nostra fortassis ita volentes, neglectis divinis mandatis, ad nosmetipsos eos iterum traxerimus. Quod vero ait: *A facie tua*, idem est, quod, A timore tuo. Strenuorum enim ac potentum virorum facies, horribilis inimicis videri solet ac timenda.

VERS. 5. *Quoniam tu fecisti judicium meum et causam meam.* Judicasti enim me credentem in te, qui antea sub potestate atque amara tyrannide dæmonis ignorantia mea detinebar. Nam cum perspexeris quod malignus ille me creaturam tuam invide in servitutem redegerat, ex illius manibus subductum atque ab errore liberatum justificasti. Causam enim hoc in loco justificationem appellat.

Sedisti super thronum qui judicas justitiam. Propter Salvatoris Ascensionem hoc dictum est. Impleta enim carnis dispensatione ad judiciale thronum suum rediit, id est, ad potestatem Divinitatis. Quem thronum tamen non reliquerat, quando arcanis atque ineffabilibus modis ad nos descendit. Assumptus enim est in cœlum, et sedet ad dexteram Patris, veluti qui potestatem omnem acceperit in cœlo et in terra, et propriæ creaturæ opem tulerit pro qua immaculatam illam animam posuerat. Hæc autem non humane, sed digne Deo

intelligenda sunt. Sedere enim in throno, aut super thronum, in Deo, et in Verbo Dei, accipimus pro judiciali potestate: quam etsi antea habebat, ob carnis tamen dispensationem celabat, ut tota impleretur. Tu fuisti, inquit, in judiciali potestate, et judicantis personam sumpsisti, qui solus justus es judex, quique nulla ignorantia aut affectu impediris, quominus semper in æquitate perseveres.

A ἣν καὶ πρώην ἔχων, ὅμως ἀπέκρυπτε διὰ τὴν οἰκονομίαν, ἵνα πᾶσα πληρωθῇ. Γέγονας οὖν ἐν ἐξουσίᾳ δικαστικῇ, καὶ σχῆμα δικάζοντος ἀνέλαβες, ὁ μόνος δίκαιος κριτὴς, καὶ ὑπὸ μηδεμιᾶς ἀγνοίας ἢ διαθέσεως ἐμποδιζόμενος εἰς εὐθύτητα.

Vers. 6. *Increpasti gentes, et periit impius.* Objurgasti, inquit, gentes, improperasti eis errorem eorum, et fugit ab eis Satanas, veritatem non sustinens. Apostoli aliquando acerbe gentiles reprehendebant, veluti Paulus qui insensatos Galatas appellabat: quod illi sentientes, ab idolorum cultu recedebant. Destructo autem idolorum cultu, simul etiam abibat eorum præsul dæmon: adeo vel sola poterat sanctorum increpatio.

Ἐπετίμησας ἔθνεσι, καὶ ἀπώλετο ἀσεβής. Ὠνείδισας, φησὶ, τοῖς ἔθνεσι τὴν πλάνην, καὶ ἔφυγεν ἀπ' αὐτῶν ὁ Σατανᾶς, οὐχ ἐνεγκὼν τὴν ἀλήθειαν. Οἱ γὰρ ἀπόστολοι καὶ πικρότερον ἔστιν οὗ καθήπτοντο τῶν ἐθνῶν, ὡς ὁ Παῦλος· *Ὦ ἀνόητοι Γαλάται*, φησίν· αἰσθανόμενοι γὰρ, ἀπηλλάττοντο τῆς εἰδωλομανίας· ταύτης δὲ ἀπολωλυίας, καὶ ὁ προστάτης αὐτῆς συνηφανίζετο διάβολος. Τοσοῦτον ἡ ἐπιτίμησις μόνον ἰσχύσατο.

Nomen ejus delesti in sæculum et in sæculum sæculi. Cum honorem debitum sibi dæmones rapuissent, homines in eorum servitutem redacti nomina eis dederunt: quemadmodum Hesiodus in nugaci illo opere *De nativitate deorum* tradit. Atque (ut cætera alia omittam) exempli gratia tantum dicam, Jovis, Martis, Apollinis, Mercurii, Dianæ, Veneris, et copiosæ illius deorum multitudinis nomina, simul ac fidei verbum disseminatum est, statim evanuisse, non solum in hoc præsenti sæculo, sed etiam in futuro, quod sæculum sæculi esse intelligendum est, et quod proprie sæculum dicitur, quia [juxta Græcæ dictionis vim] αἰὼν sempiternitatem denotat. Est autem mos sacræ Scripturæ per hujusmodi loquendi modum, honoratiora semper significare: ut cum ait Sancta sanctorum, Cantica canticorum, Sabbata sabbatorum, et alia hujusmodi. Vel aliter dicere potes: quod ea verba *in sæculum sæculi* intensionem significant: pro eo quod est, in perpetuum. In oblivionem enim penitus data sunt dæmonum illorum festa, ac celebritates: eorumque nomina deleta quodammodo sunt, et exstincta.

B ***Τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐξήλειψας εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.*** Τὴν τοῦ Θεοῦ τιμὴν ἁρπάσασι τοῖς δαίμοσι καὶ ὀνόματα ἐπέθηκαν οἱ καταδουλωθέντες αὐτοῖς, ὡς ἡ φλύαρος Ἡσιόδου *Θεογονία* παρίστησιν· καὶ ἵνα τἄλλα παρῶ, τέως γοῦν Δία, καὶ Ἄρεα, καὶ Ἀπόλλωνα, καὶ Ἑρμῆν, καὶ Ἄρτεμιν, καὶ Ἀφροδίτην, καὶ τοιοῦτον ἑσμὸν, ἅπερ ὀνόματα μετὰ τὸ κατασπαρῆναι τὸν τῆς οἰκονομίας λόγον, ἐξηλείφθησαν, οὐ μόνον δι' ὅλου τοῦ παρόντος αἰῶνος, ἀλλὰ καὶ πολλῷ μάλιστα τοῦ μέλλοντος. Τοῦτον γὰρ αἰῶνα αἰῶνος οἰητέον, ὃς κυρίως αἰὼν διὰ τὸ εἶναι ἀεί. Σύνηθες δὲ τῇ Γραφῇ τὰ τιμιώτερα δηλοῦν, διὰ τοῦ τοιοῦδε σχήματος· οἷον, Ἅγια ἁγίων, Ἄσματα ᾀσμάτων, Σάββατα σαββάτων, καὶ τὰ τοιαῦτα. Ἢ τὸ *εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος*, ἐπίτασις, C ἀντὶ τοῦ, μέχρι παντός· ἠγνοήθησαν γὰρ τοῦ λοιποῦ παντάπασιν αἱ δαιμονιώδεις τελεταὶ, σβεσθέντων αὐτοῖς καὶ τῶν ὀνομάτων.

Vers. 7. *Inimici defecerunt frameæ usque in finem et civitates destruxisti.* Frameæ, hoc est gladii, seu arma inimici, intelligendæ sunt, ignominiosæ illæ passiones atque affectus, quibus humana anima non secus ac gladio percussa, et penitus ad virtutem mortua jacebat olim in corpore quasi in sepulcro. Destructa autem gentium impietate, et ædificata pietate, destructæ sunt civitates. Vel civitates ipsos homines intellige, in quibus antea habitabant et quiescebant dæmones. Quanquam extraneum etiam non fuerit per civitates, obscœna idolorum delubra intelligere.

Τοῦ ἐχθροῦ ἐξέλιπον αἱ ῥομφαῖαι εἰς τέλος, καὶ πόλεις καθεῖλες. Ῥομφαίας αὐτοῦ νοητέον τὰ πάθη τῆς ἀτιμίας, δι' ὧν ἡ ψυχὴ πληττομένη, νεκρὰ πρὸς ἀρετὴν ἐντέθαπτο τῷ σώματι, ὥσπερ σήματι. Καθῃροῦντο δ' αἱ πόλεις, καταλυομένης τῆς ἀσεβείας αὐτῶν, καὶ τῆς εὐσεβείας ἀντῳκοδομημένης. Ἢ καὶ πόλεις ὑποληπτέον τοὺς ἀνθρώπους, οἷς οἱ δαίμονες ἐνεπαύοντο (46). Οὐκ ἄχαιρον καὶ πόλεις εἰπεῖν καὶ τοὺς ἐναγεῖς ναοὺς τῶν εἰδώλων.

Periit memoria ejus cum sonitu. Nemo enim amplius ei sacrificium offerre novit, aut omnino eum invocare. Quod vero ait, *cum sonitu*, idem est, quod cum clamore. Clamantia enim dæmonia a Domino fugiebant. Vel *cum sonitu*, id est cum jactantia illa, ac superbia: aut cum clamoribus illis et cantibus sacrificiorum. Singulari autem sermone in dæmonem invehitur, impium eum atque inimicum appellans, ipsum hoc pacto aliorum

D ***Ἀπώλετο τὸ μνημόσυνον αὐτῶν μετ' ἤχου.*** Οὐδεὶς γὰρ αὐτῷ θυσίαν προσφέρειν οἶδε, ἢ ὅλως ἐπικαλεῖσθαι. Τὸ δὲ, *μετ' ἤχου*, ἀντὶ, μετὰ βοῆς· βοῶντα γὰρ ἔφευγον τὰ δαιμόνια. Ἢ καὶ *μετ' ἤχου*, ἀντὶ, Ὤλετο μετὰ τῆς ἀλαζονείας ἐκείνης, ἢ καὶ τῆς κραυγῆς τῶν ἐπιβωμίων ᾀσμάτων. Ἑνικῶς δὲ καθάπτεται τοῦ δαίμονος, ἀσεβῆ τοῦτον καὶ ἐχθρὸν ὀνομάζων, τὸν προστάτην τῶν ἐναντίων δυνάμεων μᾶλλον ὑβρίζων, ὡς καὶ τοῖς ἄλλοις αἴτιον ἀποστα-

Variæ lectiones.

(46) Ἴσ. ἐπανεπαύοντο.

σίας γινόμενον· δι' αὐτοῦ δὲ, καὶ τούτων οὐχ ἧττον κατατρέχει.

A dæmonum præsidem magis objurgans, veluti qui rebellionis causa illis exstitit, tametsi per eum cæteros nihilominus etiam carpat.

Καὶ ὁ Κύριος εἰς τὸν αἰῶνα μένει. Ὁ Κύριος τοῖς ἔθνεσιν εἶναι πιστευόμενος ἄχρι συντελείας· τὸ ἀμετάθετον γὰρ τῆς εὐσεβείας τῶν δεξαμένων αὐτὴν ὁ λόγος διδάσκει.

VERS. 8. *Et Dominus in sæculum permanet.* Dominum vero, inquit, fideles ex gentibus usque ad consummationem permansurum credunt. His enim verbis, semel receptæ fidei stabilitas, atque ipsius Ecclesiæ incommutabilitas denotatur.

Ἡτοίμασεν ἐν κρίσει τὸν θρόνον αὐτοῦ. Περὶ τῆς κατὰ τὸν παρόντα βίον ὑπὲρ ἡμῶν ἀναλήψεως τοῦ Σωτῆρος μικρὸν ἄνωθεν εἰπὼν, νῦν καὶ τὴν μέλλουσαν αἰνίττεται, τὴν καθόλου καὶ τελευταίαν καὶ φοβερὰν αὐτοῦ ἐπέλευσιν, ὅταν ἑκάστῳ ἀποδίδωσι κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Τὸ δὲ *Ἡτοίμασεν*, ἀνθρωπίνως εἴρηται.

Paravit in judicio thronum suum. Cum paulo superius de Salvatoris dixerit assumptione, quæ in præsenti vita facta est, nunc de futura tradit: de ultimo nimirum et terribili ejus adventu, quando unicuique juxta propria opera retribuet. Quod vero ait *Paravit*, humanum in morem con-
B descendens locutus est.

Καὶ αὐτὸς κρινεῖ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ· κρινεῖ λαοὺς ἐν εὐθύτητι. Οἰκουμένην μὲν λέγει τοὺς πιστοὺς, παρ' οἷς οἰκεῖν πιστεύεται διὰ τῶν ἁπανταχοῦ ναῶν· λαοὺς δὲ, τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, παρ' οἷς λόγχαι δασεῖαι τῶν παθῶν, οἷς οἷα θῆρες οἱ δαίμονες ἐμφωλεύουσιν· ἄλλως γὰρ ἐκείνους, καὶ ἄλλως τούτους κρινεῖ, δυνατῶς δυνατοὺς ἐτάζων, καὶ πρὸς τὴν πίστιν, καὶ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν. Ἢ καὶ τὸ *Λαοὺς* ἐπάγων, τὸ τῆς οἰκουμένης ἐσαφήνισεν νόημα, ἀπὸ τοῦ περιέχοντος τοὺς περιεχομένους ὑποδηλώσας. Τῇ κρίσει δὲ, τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν εὐθύτητα κηρύττει, τὸ τοῦ κρίνοντος ἀπαρέγκλιτον.

VERS. 9. *Et ipse judicabit orbem terræ in justitia, judicabit populos in rectitudine.* Per *orbem terræ* [seu potius ut in Græco habetur, per *habitabilem*], fideles intelligit, apud quos habitare Deus creditur in omnibus Ecclesiis. Populos vero cæteros homines appellat, apud quos densæ sunt affectuum ac passionum silvæ, in quorum latebris dæmones, ferarum instar commorantur. Aliter enim illos Dominus, atque aliter istos judicabit, potentes nimirum potenter exquirens, juxta illorum fidem, atque infidelitatem. Vel dum *populos* dicit, magis declarat quod dixerat orbem terræ, ponens quod continet pro eo quo contentum est. Judicio autem
C justitiam et rectitudinem complicans, judicantis integritatem prædicat.

Καὶ ἐγένετο Κύριος καταφυγὴ τῷ πένητι. Πένης γὰρ εἰς εὐσέβειαν καὶ ἀρετὴν ὁ ἐξ ἐθνῶν λαὸς, ᾧ πεπιστευκότι καταφυγὴ γέγονεν ὁ Θεός· ὁ γὰρ ἐν χρήμασι πλοῦτος, ἄπιστος καὶ ἀβέβαιος. Ἢ καὶ τοῦτο βούλεται δηλοῦν, ὡς οὐκ ἔστι παρὰ τῷ Θεῷ προσωποληψία· καὶ τὸν πτωχὸν γὰρ καταφεύγοντα δέχεται, καὶ οὐκ ἀποστρέφεται.

VERS. 10. *Et factus est Dominus refugium pauperi.* Pauper olim erat populus gentilis, virtute nimirum et religione: cui post acceptam fidem Dominus factus est refugium: divitiæ enim quæ in pecuniis consistunt, quia incertæ atque instabiles sunt, divitiæ veræ censeri non debent. Vel hoc nobis forte voluit propheta significare quod apud Deum nulla est acceptio personarum, quodque pauperem æque ac divitem ad se fugientem suscipit.

Βοηθὸς ἐν εὐκαιρίαις, ἐν θλίψεσι. Καταφεύγοντι βοηθεῖ, καὶ ἐν εὐκαιρίαις, τουτέστιν ἐν εὐημερίαις, καὶ ἐν θλίψεσι· καθ' ἑαυτὸ γὰρ ἕκαστον ἀπολύτως ἀναγνωστέον. Οὐ μόνον γὰρ οἱ ἐν συμφοραῖς, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐν εὐπραγίαις, βοηθοῦ μάλιστα χρήζουσιν, ἵνα βεβαίαν τὴν εὐδαιμονίαν φυλάξωσι, καὶ μὴ ἐμπέσωσιν εἰς ῥᾳθυμίαν, τὴν μητέρα τῶν συμφορῶν. Τινὲς δὲ τὸ, *ἐν εὐκαιρίαις*, ἐπικαίρως εἰρήκασιν, ἑρμηνεύοντες, ὅτι ἐγένετο Κύριος βοηθὸς ἐν θλίψεσιν ἐπικαίρως, ἤγουν εἰς καιρὸν δεόμενον βοηθείας.

Adjutor in prosperitatibus, in tribulatione. Confugientes ad se Deus adjuvat, sive in prosperitatibus, hoc est felicitatis tempore, confugiant, sive
D in tribulatione. Unumquodque enim per se absolute legendum est. Neque enim ii solum auxilio indigent qui in calamitatibus sunt, sed illi etiam qui in prosperitatibus, ut felicitatem suam conservent, et ne in ignaviam, calamitatum matrem, decidant. Aliqui etiam legunt *In opportunitatibus*, [cum Græca dictio εὐκαιρία non prosperitatem tantum, sed opportunitatem etiam significet], intelligentes quod Dominus opportune in tribulationibus nos adjuvit. Hoc est illo tempore quo ejus auxilio vere indigebamus.

Καὶ ἐλπισάτωσαν ἐπὶ σοὶ οἱ γινώσκοντες τὸ ὄνομά σου, ὅτι οὐκ ἐγκατέλιπες τοὺς ἐκζητοῦντάς σε, Κύριε. Καὶ λοιπὸν ἐλπιοῦσιν ἐπὶ σοὶ, ὡς μόνῳ δυναμένῳ σώζειν, οἱ γινώσκοντες τὸ ὄνομά σου, τουτέστιν σὲ, κατὰ περίφρασιν, ἤγουν οἱ πιστεύοντες εἰς σέ. Τινὲς γὰρ ἀπὸ τοῦ Ἑβραϊκοῦ τὸ Ἐλπισά-

VERS. 11. *Et sperent in te qui noverunt nomen tuum, quia non dereliquisti exquirentes te, Domine.* Deinceps, inquit: *Sperabunt in te*, veluti in eo qui solus potest salvare; illi, inquam, sperabunt, qui nomen tuum, hoc est teipsum noverunt. Ac si dicat: Ii qui credunt in te. Quidam etiam pro

verbis illis *Sperent in te*, ex Hebræo interpretati sunt : *Sperabunt in te*, futuro usi tempore pro modo imperativo. Sed Propheta fortassis imperativo usus est præceptoris ac docentis more ea fieri jubens, quæ probe ac firmiter novit. Præterea etiam recte dixit, *Qui noverunt nomen tuum*. Naturam enim Dei nullus novit. Et demum causam apposuit spei suæ dicens : *Quoniam non dereliquisti exquirentes te, Domine*. Nec dixit Quærentes, sed *Exquirentes*, ut investigationem quamdam ex tota anima faciendam esse denotaret.

A *τωσαν*, ἀντὶ τοῦ ἐλπιοῦσι μεθηρμηνεύκασιν. Ἢ καὶ προστακτικὸς ὁ λόγος, οἷα διδασκαλικὸς, περὶ ὧν βεβαίως οἶδεν ἐντελλόμενος. Καὶ ἄλλως δὲ καλῶς εἶπε *τὸ ὄνομά σου*· τὴν γὰρ αὐτοῦ φύσιν οὐδεὶς ἐγνώρισεν. Προσέθηκεν δὲ καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἐλπίδος, ἐπαγαγὼν, ὅτι *Οὐκ ἐγκατέλιπες τοὺς ἐκζητοῦντάς σε, Κύριε*. Ὅρα δὲ πῶς οὐκ εἶπε Ζητοῦντας, ἀλλ' *Ἐκζητοῦντας*, τὴν ἐξ ὅλης ψυχῆς ζήτησιν διὰ τῆς προθέσεως παραστήσας.

VERS. 12. *Psallite Domino qui habitat in Sion.* Talis itaque cum sit Dominus ut superius demonstravimus, *Psallite*, hoc, est, Canite ei. *Habitanti* vero *in Sion* dixit, non quia Deus loco concludatur, sed ut quamdam Dei benevolentiam erga illum locum demonstraret. Habitare etiam dicitur Deus in fidelibus, non quod ab illis complectatur, sed veluti benevolentia ac familiaritate quadam illis conjunctus. Exhortatur igitur Propheta ad canendas Dei laudes vel Hebræos, qui tunc erant, vel fideles qui nunc sunt ex gentibus, quorum erat futurus Deus. *Qui habitat in Sion*, hoc est, Qui responsa atque oracula dat in Sion, ubi viros se dignos alloquitur. Vel Sion Ecclesiam de gentibus congregatam intellige, quam postea Dominus habitavit.

Ψάλλετε τῷ Κυρίῳ τῷ κατοικοῦντι ἐν Σιών. Τοιούτῳ δὲ, φησὶν, ὄντι τῷ Κυρίῳ, οἷον ἄνω μικρὸν ἐδήλωσα, ψάλλετε. *Κατοικοῦντι* δὲ εἶπεν, οὐχ ὅτι περικλείεται τόπῳ Θεὸς, ἀλλὰ διὰ τοῦ εἰπεῖν οὕτως, B τὴν πρὸς τὸν τόπον ἐνέφηνεν οἰκειότητα· ἐνοικεῖ γὰρ καὶ τοῖς πιστοῖς, οὐχ ὡς περιεχόμενος, ἀλλ' ὡς οἰκείως πρὸς αὐτοὺς διακείμενος· ἤγουν τοὺς τηνικαῦτα Ἑβραίους ψάλλειν προτρέπεται, ἢ καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν· αὐτὸς γὰρ ἔσται τούτων Θεὸς, ὁ ἐν Σιὼν χρηματίζων, καὶ τοῖς ἀξίοις διαλεγόμενος. Ἢ καὶ Σιὼν τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν ὑποληπτέον ἣν ὕστερον ᾠκειώσατο.

Annuntiate inter gentes studia ejus. Hæc ad apostolos dicta sunt, qui circumeuntes universas gentes docuerunt. Quod vero LXX hic *studia* seu *exercitia* dixerunt, Symmachus *artes* exposuit, et Aquila *immutationes*. Exercitia igitur, et studia ejus annuntiate, hoc est ipsius gesta, vel ejus artes, hoc est admirandam ejus sapientiam, vel ejus immutationes : quæ nimirum aliorum loco successerunt. Nam qui de longe erant, facti sunt prope : et qui in tenebris erroris, venerunt ad lumen veritatis : qui in oblivione erant, habiti sunt in memoria : et qui antea abjecti fuerant, tandem assumpti sunt : Deusque homo, et homo Deus factus est.

Ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ. Τοῦτο πρὸς τοὺς ἀποστόλους, οἳ πορευθέντες, ἐμαθήτευσαν πάντα τὰ ἔθνη. Ἀντὶ δὲ τοῦ *τὰ ἐπιτηδεύματα*, ὁ μὲν Σύμμαχος *μηχανὰς* εἴρηκεν· ὁ δὲ Ἀκύλας, *ἐναλλαγάς*. Ὡς μὲν οὖν πράξεις, ἐπι- C τηδεύματα· ὡς δὲ σοφαὶ, μηχαναί· ὡς δὲ ἀντ' ἄλλων, ἐναλλαγαί· οἵτε γὰρ πόῤῥω, γεγόνασιν ἐγγύς· καὶ οἱ ἐν τῷ σκότει τῆς πλάνης, ἐν τῷ φωτὶ τῆς ἀληθείας· καὶ οἱ ἐν λήθῃ, ἐν μνήμῃ· καὶ οἱ ἀπεῤῥιμμένοι, προσειλημμένοι· καὶ ὁ Θεὸς, ἄνθρωπος· καὶ ὁ ἄνθρωπος, Θεός.

VERS. 13. *Quoniam qui exquirit sanguinem, eorum recordatus est.* Hæc Deus ita dispensans ordinavit, postquam eorum meminit. Antea enim non meminerat ob eorum infidelitatem. Meminit autem non ferens amplius eorum sanguinem effundi in sacrificiis [sacrificabant quippe proprios filios, et filias dæmoniis] : quinimo de effundentium manibus sanguinem illum exquisivit, quem ipsi non imposuerant. Vel ultionem indicat mutuarum cædium, quas jussu dæmonum faciebant, ut manifestum fiat, quod omnis homicida luet pœnas ; ut etiam in Genesi legimus : *Sanguinem enim vestrum*, inquit, *exquiram* [14].

Ὅτι ὁ ἐκζητῶν τὰ αἵματα, αὐτῶν ἐμνήσθη. Ταῦτα δὲ ᾠκονόμησεν, ἐπειδὴ ἐμνήσθη αὐτῶν, ἐπιλελησμένων πρὶν διὰ τὴν ἀπιστίαν, ὁ μὴ παρορῶν τὰ εἰς θυσίαν ἐκχεόμενα αἵματα, ζητῶν ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν τῶν ἐκχεόντων, ἃ οὐκ ἐνέβαλον. Αἵματι καὶ τὴν ἐκδίκησιν διδάσκει τῶν ἀλληλοφονιῶν, ἃς ὑπὸ τῶν δαιμόνων κελευόμενοι διεπράττοντο, ὡς εἶναι δῆλον, ὅτι πᾶς φονεὺς δίκας εἰσπραχθήσεται. Φησὶ D γὰρ ἐν τῇ βίβλῳ τῆς Γενέσεως· *Τὸ αἷμα ὑμῶν ἐκζητήσω*.

Non est oblitus clamorem pauperum. Humana etenim natura sub invisibilium dæmonum tyrannide detenta, clamare quodammodo videbatur ad Creatorem, ob causam tantæ calamitatis et miseriæ. Vel illud fortassis significant hæc verba, quod prophetæ olim, divinæ Incarnationis prospicientes mysterium, clamabant, incarnandum Deum in hu-

Οὐκ ἐπελάθετο τῆς κραυγῆς τῶν πενήτων. Τυραννουμένη γὰρ ἡ φύσις τῶν ἀνθρώπων ὑπὸ τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν, ἐδόκει βοᾷν πρὸς τὸν πλάστην. γενομένης αὐτῇ κραυγῆς τῆς τοσαύτης ταλαιπωρίας. Ἢ καὶ τοῦτο βούλεται λέγειν· ὡς οἱ προφῆται πάλιν τὸ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως κατᾴδοντες μυστήριον, ἔκραζον, καλοῦντες τὸν σαρκωθησόμενον εἰς ἀντιλη-

[14] Gen. IX, 6.

ψιν ὧν καὶ ἄλλως πενήτων ὄντων διὰ τὴν λιτότητα A τῆς κραυγῆς οὐκ ἐπελάθετο.

Ἐλέησόν με, Κύριε, ἴδε τὴν ταπείνωσίν μου ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου. Καὶ τοῦτο προσώπῳ Χριστιανοῦ παντός· Ἴδε, φησὶ, τὴν ἐκ τῶν δυσσεβῶν, ἤτοι τῶν ἀοράτων καὶ ὁρατῶν ἐχθρῶν, γεγενημένην μοι ταπείνωσιν. Ἐσπούδαζον γὰρ ἐξᾶραι ἅπαν τὸ τῶν Χριστιανῶν γένος.

Ὁ ὑψῶν με ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου. Πύλας τοῦ θανάτου τὰς πολυειδεῖς λέγει τιμωρίας τῶν μαρτύρων, ὧν ἀνώτεροι καὶ ἐνδοξότεροι ἐγίνοντο παρὰ τοῦ Σωτῆρος· διὰ γὰρ τῶν αἰκιῶν εἰσάγεταί τις εἰς θάνατον. Δύναται δὲ καὶ περὶ τοῦ Δαβὶδ ταῦτα νοεῖσθαι, πολλάκις μὲν ὑπὸ πολεμίων ταπεινωθέντος, ῥυσθέντος δὲ παραδόξως ἐκ θανάτου, καὶ B ἐπισημοτέρου γεγονότος, διὰ τὴν παρὰ Θεοῦ ῥοπήν.

Ὅπως ἂν ἐξαγγείλω πάσας τὰς αἰνέσεις σου ἐν ταῖς πύλαις τῆς θυγατρὸς Σιών. Τοῦτο αἰτία, εἴτε τοῦ ῥυσθῆναι τοῦ θανάτου, εἴτε τοῦ ζητεῖν ἐλεηθῆναι· *Ἵνα*, φησὶν, *ἐξαγγέλλω πάσας τὰς αἰνέσεις σου*, τὴν τῆς δημιουργίας, τὴν τῆς προνοίας, τὴν τῆς σοφίας, τὴν τῆς δικαιοσύνης, τὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως, ὑπὲρ ἑκάστης γε τούτων ἄξιος τυγχάνεις αἰνεῖσθαι. Σιὼν μὲν οὖν ἐνταῦθα, τὴν ἐν οὐρανοῖς Ἐκκλησίαν τῶν ἁγίων ὀνομάζει· πύλας δὲ αὐτῆς, τὰς κατὰ τόπον Ἐκκλησίας, δι' ὧν τις ἐπὶ ταύτην C βαδίζων ἄνεισι. Ταῖς γὰρ Ἐκκλησίαις ἐπιδημοῦντες οἱ διὰ Χριστὸν πάσχοντες, ἀνήγγειλον τὰ θεῖα τεράστια, στηρίζοντες τοὺς πιστούς. Καὶ ὁ Δαβὶδ δὲ, διὰ τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν, κατὰ πᾶσαν Ἐκκλησίαν ἐξαγγέλλει τὰς αἰνέσεις τοῦ Θεοῦ. Θυγατέρα δὲ τὴν ἄνω Σιὼν ἐκάλεσεν, ὡς ἠγαπημένην καὶ συστᾶσαν ὑπὸ Θεοῦ.

Ἀγαλλιασόμεθα ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου. Σωτήριον καλεῖ τὴν ἐνανθρώπησιν, καὶ τὸν τοῦ Σωτῆρος θάνατον, ὡς αἴτια σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων γεγενημένα· καθὰ καὶ Συμεὼν ὕστερον· *Εἶδον*, ἔφη, *οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου.*

Ἐνεπάγησαν ἔθνη ἐν διαφθορᾷ ᾗ ἐποίησαν. Ἔθνη τοὺς Ἰουδαίους ἐνταῦθα νοητέον, ὡς τοῖς ἀνόμοις ἔθνεσι κατὰ τὴν κακίαν καὶ τὸν φθόνον ὁμοιωθέντας· διαφθορὰν δὲ, ἁπλῶς τὸν θάνατον· σπουδάσαντες γὰρ θανατῶσαι τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, αὐτοὶ D πανωλεθρίᾳ διεφθάρησαν ἀπὸ τῶν Ῥωμαίων, καὶ θάνατον ἐκείνῳ κατασκευάσαντες, θανάτῳ συνεσχέθησαν ἄρδην. Ἢ καὶ περὶ τῶν πολεμούντων τοῖς Χριστιανοῖς ὁ λόγος· ἐπειγόμενοι γὰρ ἀφανίσαι τούτους, αὐτοὶ μᾶλλον ἠφανίσθησαν. Οὐκ ἄκαιρον δὲ τοῦτο καὶ περὶ τῶν δαιμόνων ὑπολαβεῖν, οἱ σκεψάμενοι διὰ θανάτου τὴν τοῦ Χριστοῦ δύναμιν ἐπισχεῖν, αὐτοὶ διὰ τοῦ τοιούτου θανάτου τὴν ἑαυτῶν δύναμιν ἐπεσχέθησαν.

Ἐν παγίδι ταύτῃ ᾗ ἔκρυψαν, συνελήφθη ὁ

---

jusmodi incarnationis auxilium advocantes. Qui prophetæ pauperes convenientissime dicuntur, propter eam quam colebant frugalitatis virtutem: atque ideo clamoris eorum oblitus non est.

VERS. 14. *Miserere mei, Domine, vide humilitatem meam ab inimicis meis.* Hæc verba ex cujusque Christiani persona dicta sunt: Vide, inquit, depressionem et dejectionem a visibilibus mihi atque ab invisibilibus inimicis inflictam. Studebant enim universum Christianorum genus prorsus tollere.

VERS. 15. *Qui exaltas me de portis mortis.* Portas mortis varia martyrum supplicia appellavit. Quas portas qui superabant, clariores atque illustriores a Salvatore effici videbantur. Per supplicia enim introducitur quis ad mortem. Possunt etiam hæc intelligi de beato David, qui sæpenumero ab inimicis depressus, mirandum in modum a morte liberatus est, ita ut per opem quæ ei præstabatur a Deo, præclarior etiam evaderet.

Ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. Hæc est causa quare fuerit liberatus a morte, vel quare misericordiam Dei perquisiverit: *Ut annuntiem*, inquit, *omnes laudationes tuas*; creationis nimirum, providentiæ, sapientiæ, justitiæ, atque Incarnationis: pro quarum singulis laudari mereris. Per Sion vero hoc in loco sanctorum Ecclesiam intelligit, quæ in cœlis est: et per illius portas singulares Ecclesias, quæ in orbe sunt: per quas qui incedit, in cœlestem Ecclesiam Sion ascendit. Nam ii qui propter Christum passi sunt, per hujusmodi Ecclesias incedebant, divina annuntiantes miracula, et fideles alios confirmantes. Ipse etiam David hoc psalmorum libro [omnes] laudationes Dei annuntiat: supernam præterea Sion, filiam appellavit, quasi dilectam et constitutam a Deo.

VERS. 16. *Exsultabimus in salutari tuo.* Per salutare Incarnationem Domini intelligit, atque ejus mortem, quæ salutis humanæ causa exstitit. Unde et beatus Symeon postea cecinit: *Quia viderunt oculi mei salutare tuum* [94].

Infixæ sunt gentes in interitu quem fecerunt. Per gentes hoc in loco Judæi intelligendi sunt, veluti malitia atque invidia ipsis gentibus similes facti: et per interitum ipsa mors. Studentes enim Judæi vitæ principem morti tradere, ipsi a Romanis prorsus perditi sunt: et cum Christo mortem parassent, ipsi contra ab illa detenti fuerunt. Fortassis etiam verba hæc dicta sunt ob eos qui Christianos persequebantur, qui potius deleti sunt, cum alios exstinguere tentarent. Nec ab re fuerit hæc de dæmonibus intelligere, qui Christi potentiam cohibere ac compescere studuerunt: qua tamen omnes ipsorum potius exstinctæ sunt vires.

In laqueo isto quem absconderunt comprehensus

[94] Luc. II, 30.

est pes eorum. Alia similitudine eamdem rursus repetit sententiam, quamdam quodammodo pompam agens aut triumphum de inimicorum destructione. Per laqueum vero insidiarum cogitationes intelligit. In occulto etenim loco tendi solent insidiæ, quemadmodum et laquei : tametsi clam struentes insidias, mortem postmodum in lucem educant.

A *ποὺς αὐτῶν.* Τὸ αὐτὸ πάλιν εἶπε, δι' ἑτέρας εἰκόνος ἐμπομπεύων τῇ καταστροφῇ τῶν ἐχθρῶν. Παγίδα δὲ λέγει τὴν μελέτην, τὴν ἐπιβουλήν· πᾶσα γὰρ παγὶς, ἐν κρυφῇ, καθάπερ καὶ αὕτη· λαθραίως γὰρ ἐπιβουλεύοντες, εἰς φῶς ἐξῆγον τὸν φόνον.

VERS. 17. *Cognoscetur Dominus judicia faciens.* Judicia hoc in loco ultiones appellat. Retribuit enim Dominus condigna unicuique pro meritis.

Γινώσκεται Κύριος κρίματα ποιῶν. Κρίματα καλεῖ τὰς ἐκδικήσεις· ἀποδίδωσι γὰρ ἑκάστῳ πρὸς ἀξίαν.

In operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Hoc etiam superioribus est simile. Ponitur enim causa quare cognoscatur Dominus judicia facere : quia scilicet ex hoc potissimum justus videri potest, dum facit, ut qui aliis insidias parant, ipsi maxime in eas incidant : et quod doli in suos potissimum auctores convertantur. Peccatorem etiam hic intellige, uno ex tribus modis jam prædictis, cum vocem *gentes* interpretaremur, vel generaliter accipe pro quocunque doloso.

Ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτοῦ, συνελήφθη ὁ ἁμαρτωλός. Καὶ τοῦτο τοῖς προλαβοῦσιν ὅμοιον· τίθειται γὰρ αἰτία τοῦ γινώσκεσθαι κρίματα ποιοῦντα τὸν Κύριον· οὐχ ἥκιστα δὲ ἀπὸ τούτων φαίνεται
B δίκαιος κριτὴς, οἷς παρασκευάζει τοὺς ἐνεδρεύοντας ἄλλοις, τῇ σφῶν ἐνέδρᾳ περιπίπτειν, ἐκ περιτροπῆς. Τὸν δὲ ἁμαρτωλὸν ἑλκύσεις ἐπὶ τοὺς τρεῖς τρόπους τῆς ἀποδοθείσης ἐξηγήσεως τῶν ἐθνῶν· ἢ καὶ ἁπλῶς ἁμαρτωλὸν λέγει πάντα δόλιον.

Diapsalma. De hoc dictum est.

Διάψαλμα. Περὶ τούτου εἴρηται.

VERS. 18. *Convertantur peccatores in infernum.* Per peccatores hoc in loco infideles intelligit, et per infernum supplicia. Convertantur itaque a præsenti nimirum vita, et illuc sub terram deferantur, ubi dicuntur esse pœnarum loca. Vel aliter, ii qui de terra nati sunt in eadem versentur, nihil aliud valentes cogitare quam terrena. Et quos-
C nam intelligat per peccatores, ex his quæ sequuntur declarat dicens :

Ἀποστραφήτωσαν οἱ ἁμαρτωλοὶ εἰς τὸν ᾅδην. Ἁμαρτωλοὺς ἐνταῦθα τοὺς ἀπίστους ὀνομάζει· ᾅδην δὲ, τὴν κόλασιν. *Ἀποστραφήτωσαν* δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἀπὸ τῆς παρούσης ζωῆς καταχθήτωσαν· ὑπὸ γῆν γὰρ λέγονται τὰ κολαστήρια εἶναι. Ἢ καὶ οἱ ἐκ γῆς γεγονότες, εἰς αὐτὴν στραφήτωσαν, μηδὲν ὑπὲρ τὰ γήϊνα νοῆσαι δυνάμενοι. Τίνας δὲ λέγει ἁμαρτωλοὺς, διὰ τῶν ἑξῆς ἐδήλωσεν, ἐπενεγκών·

Omnes gentes quæ obliviscuntur Deum. Obliviscuntur, voluntaria scilicet oblivione.

Πάντα τὰ ἔθνη τὰ ἐπιλανθανόμενα τοῦ Θεοῦ. Δι' ἑκούσιον ἄγνοιαν.

VERS. 19. *Quoniam non in finem oblivioni erit pauper.* Hæc, inquit, hujusmodi gentibus evenient : quia fidelis vir in oblivionem omnino non erit. Pauperem vero eum dicit, qui temporalibus quidem divitiis est pauper, sed virtutum opibus sit dives. Vel pauperem dicit populum ex gentibus, veluti qui animæ dignitatem amiserat, pietatisque virtutum peculio inops erat.

Ὅτι οὐκ εἰς τέλος ἐπιλησθήσεται ὁ πτωχός. Τοῦτο δὲ, φησὶ, πείσονται τὰ τοιαῦτα ἔθνη, ὅτι οὐ μέχρι παντὸς ἐπιλησθήσεται ὁ πιστός. Ὁ πτωχὸς μὲν, τὸν ἀπὸ χρημάτων πλοῦτον· πλούσιος δὲ, τὸν ἐξ ἀρετῶν. Ἢ καὶ πτωχὸν λέγει τὸν ἐξ ἐθνῶν λαὸν, ὡς ἀπολωλεκότα τὸ τῆς ψυχῆς ἀξίωμα, καὶ πτωχεύσαντα τὴν περιουσίαν τῆς εὐσεβείας καὶ ἀρετῆς.

Exspectatio pauperum non peribit in finem. Pauperes hic gentiles dicit, quorum exspectatio usque in finem inanis non erit. Exspectatio vero gentium Christus est. De quo alibi scriptum est : *Ipse erit exspectatio gentium* [**]. Et ad quas alibi per alium prophetam clamat dicens : *Exspectate me in tempore resurrectionis meæ.*

Ἡ ὑπομονὴ τῶν πενήτων οὐκ ἀπολεῖται εἰς τέλος. Πένητας ἐντεῦθεν τοὺς ἐξ ἐθνῶν φησιν, ὧν
D ἡ προσδοκία οὐ μάτην ἔσται μέχρι τέλους. Προσδοκία τῶν ἐθνῶν, ὁ Χριστός· *Καὶ αὐτὸς*, φησὶν, *ἔσται προσδοκία ἐθνῶν*, πρὸς οὓς καὶ δι' ἑτέρου προφήτου βοᾷ· *Ὑπόμεινόν με εἰς καιρὸν ἀναστάσεώς μου.*

VERS. 20. *Exsurge, Domine; non prævaleat homo.* Alius interpres reddidit, *Non temere agat homo.* Hoc autem dicit propheta ob mutuas inter sese hominum insurrectiones atque insolentias. Veris quippe ac sanis carentes præceptoribus, atque ideo terram se ac limum esse ignorantes, supra propriam naturam sese extollentes temere multa agebant : et omnia audentes, inter deos etiam se

Ἀνάστηθι, Κύριε, μὴ κραταιούσθω ἄνθρωπος. Ἄλλος, *Μὴ θρασυνέσθω*, εἴρηκεν· τοῦτο δὲ λέγει, διὰ τὰς κατ' ἀλλήλων ἐπαναστάσεις τῶν ἐθνῶν. Οἱ γὰρ ἄνθρωποι, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν ἀληθεῖς διδασκάλους, ἀγνοήσαντες ὅτι γῆ εἰσιν, ὑπὲρ τὴν ἑαυτῶν ἐθρασύνοντο φύσιν· καὶ πάντα τολμῶντες, ἔτι καὶ εἰς θεοὺς ἑαυτοὺς ἐνέγραφον. Ἐπέξελθε οὖν, φησὶ, καὶ κατάστειλον τὸ τοιοῦτον φρύαγμα. Ἔστι δὲ καὶ

[**] Gen. XLIX, 10.

γλαφυρώτερον εἰπεῖν· πρὸς μὲν τὸ κατ' εἰκόνα, θεός ἐστιν ἄνθρωπος· πρὸς δὲ τὰ γεώδη πάθη, ἄνθρωπος. Τούτων οὖν ἐπικρατούντων ἐν ἀνθρώποις, ἀναστῆναι τοῦ θανάτου παρακαλεῖ τὸν Χριστὸν, διδάξαντα διὰ τῶν ἀποστόλων, μὴ κατεπαίρεσθαι τὰ πάθη τῆς ψυχῆς, μηδὲ τὸν χοῦν τοῦ νοός. Καὶ ἄλλως δέ· μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ κηρύγματος ἁπλωθέντος εἰς τὴν οἰκουμένην, αἱ κατ' ἀλλήλων ἐπαναστάσεις τῶν πόλεων ἐπαύθησαν

A ascribebant. Exi itaque tu, Deus, inquit, et tantam eorum elevationem compesce. Illud etiam dici potest quod ea ratione, qua ad imaginem et similitudinem Dei homo factus est, Deus dicitur : ea vero qua terrenis affectibus ac passionibus detinetur, homo merito appellatur. Cum itaque hæ passiones in hominibus prævalerent, hortatur Deum Propheta ut exsurgat a morte, et ut per sanctos apostolos doceat quomodo passiones supra animam se extollere non debent, neque pulvis supra intellectum. Vel aliter post resurrectionem Domini divulgato Evangelio in universum orbem, mutuæ illæ gentium insurrectiones atque insolentiæ quieverunt.

Κριθήτωσαν ἔθνη ἐνώπιόν σου. Ἀντὶ τοῦ, Τῆς σῆς ἐπισκοπῆς ἀξιωθήτωσαν. Ὁ κρίνων γὰρ ὁρᾷ τὸν κρινόμενον. Κρίσιν δὲ τὴν κατὰ τοῦ διαβόλου νόησον, περὶ ἧς καὶ διὰ Ἡσαΐου φησὶν ὁ Θεός· *Ἰδοὺ* B *ὁ παῖς μου ὃν ᾑρέτισα, ὁ ἐκλεκτός μου, εἰς ὃν ηὐδόκησεν ἡ ψυχή μου· θήσω τὸ Πνεῦμά μου ἐπ' αὐτῷ, καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐξοίσει.*

Judicentur gentes in conspectu tuo. Hoc est protectione et custodia tua dignæ efficiantur. Nam qui judicat ad eum qui judicatur aspicere solet. Judicium vero illud intellige quod contra dæmonem faciendum erat : de quo per Isaiam dicit Deus : *Ecce puer meus quem elegi, electus meus in quo complacuit anima mea, ponam Spiritum meum super eum et judicium afferet gentibus* [26].

Κατάστησον, Κύριε, νομοθέτην ἐπ' αὐτούς. Ἐνταῦθα τὸν Χριστὸν αἰνίττεται, κατὰ τό· *Ἐγὼ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ*· νέον γὰρ ἔδωκεν νόμον, τὸν τοῦ Εὐαγγελίου.

Vers. 21. *Constitue, Domine, legislatorem super eos.* Per legislatorem hic Christum intelligit, juxta illud : *Ego autem constitutus sum Rex ab eo*, qui legislator novam eis legem tulit : sanctum scilicet Evangelium.

Γνώτωσαν ἔθνη ὅτι ἄνθρωποί εἰσιν. Ὀψέ ποτε μαθέτωσαν, ὡς ἄνθρωποι ζῆν, καὶ ὡς μὴ θηρία.

Cognoscant gentes quod homines sunt. Sero saltem aliquando addiscant vivere ut homines, et non ut feræ. [Vel aliter : Doceantur, inquit, quod corruptibiles sunt, quodque longe sunt a diis : quæ propria eos gloriatio ac superbia de seipsis suadet cogitare.]

Ἵνα τί, Κύριε, ἀφέστηκας μακρόθεν ; Ἐντεῦ- C θεν εἰς τοὺς περὶ προνοίας εἰσβάλλει λόγους, τῶν πονηρῶν μὲν εὐημερούντων, δυσπραγούντων δὲ τῶν ἀγαθῶν· καὶ προσώπῳ τῶν θλιβομένων ποιεῖται τὴν δικαιολογίαν. Διατί, φησὶν, ἀφῆκας τοὺς ἀνθρώπους ὡς ἔτυχε φέρεσθαι; ἐκ μεταφορᾶς τῶν πόῤῥωθεν ἱσταμένων, καὶ ἀμελούντων.

PSAL. X JUXTA HEBRÆOS. Vers. 1. *Utquid, Domine, recessisti longe ?* Incipit tractare de divina Providentia : ac veluti pravorum hominum res bene ac feliciter succederent, contra autem, justi ac boni viri infeliciter degerent, ex persona justorum in afflictionibus exsistentium sermonem facit : et rationem quodammodo exquirit a Deo, dicens : Quare permittis homines temere ac casu ferri quo sors jubet, nec ullam eorum curam habes ? quod ex metaphora illorum sumptum est, qui procul abierunt, et relictorum nullam curam habent.

Ὑπερορᾷς ἐν εὐκαιρίαις ἐν θλίψεσιν ; Ὑπερορᾷν ἐστι, τὸ προσποιεῖσθαι μὴ ὁρᾷν, ἀλλὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς αἴρειν ὑπὲρ τὸ ὁρώμενον. Ἵνα τί τοίνυν, φησὶ, παρὼν, ἀφεστάναι δοκεῖς διὰ τὴν μακροθυμίαν, καὶ βλέπων ἅπαντα, προσποιῇ μὴ βλέπειν, διὰ τὸ μὴ ἐπαμύνειν τοῖς πράγμασι, καὶ ταῦτα ἐν καιροῖς δεομένοις τῆς σῆς ἐπισκοπῆς, ἤγουν ἐν θλί- D ψεσι τῶν κακῶς πασχόντων ; Ταῦτα δὲ λέγει παρακαλῶν, οὐκ ἐγκαλῶν. Εἶθ' ἂν ὁ Θεὸς πρὸς ταῦτα τὸ γεγραμμένον· *Αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν διιστῶσι μεταξὺ ἐμοῦ καὶ ὑμῶν.*

Despicis in prosperitatibus in tribulatione ? Despicere est dissimulare, non videre, ac quasi deorsum aspicere, et non ad rem illam, quæ ante oculos posita est. Quid igitur, inquit, tu qui omnibus præsens es tanta tua longanimitate ac patientia abesse videris, et cum omnia videas, simulas non videre, ut rebus nostris auxilium non feras, atque hoc eo potissimum tempore, quando protectione tua potissimum indigemus, nunc scilicet cum in tribulationibus constituti sumus? Hæc autem non accusans aut culpans Deum Propheta, sed rogans dicit et exhortans. Nam alioquin respondere ei Deus potuisset, id quod alibi scriptum est : *Peccata vestra dividunt inter me et vos.*

Ἐν τῷ ὑπερηφανεύεσθαι τὸν ἀσεβῆ, ἐμπυρίζεται ὁ πτωχός. Τοῦ ἀσεβοῦς, φησὶν, ἐπαιρομένου, διὰ τὸ εὐοδοῦσθαι πρὸς ἅπαντα, βλέπων πᾶσι προσκόπτων εὐσεβὴς, πυρπολεῖται τῷ ζήλῳ τῆς εὐδοκιμήσεως, οἷόν τινα καπνὸν τὸν στεναγμὸν διὰ

Vers. 2. *Dum superbit impius, incenditur pauper.* Quando, inquit, aliquis extollitur, quando bene illi cuncta succedunt, tunc si quis fidelium est, qui frequentibus urgeatur calamitatibus, is zelo quodam atque æmulatione opinionis ac boni nominis

[26] Isa. XLIII, 10.

pene accenditur, atque ex proprio ore gemitus quosdam fumi instar emittit, deplorans, quod cum ipse ejusmodi sit, obscurus tamen est, atque ignotus (47). Vel aliter etiam intellige, quod extollente se impio dæmone adversus humanum genus, ille qui virtutibus est pauper, nimia accenditur passione.

Coadjuvantur in consiliis quæ cogitant. Hoc de impiis etiam dictum est. Coadjuvantur, inquit, in his quæ consulunt. Coadjutorium vere hoc prosperitatem intellige. Vel coadjuvantur a suis similibus. Observandum est autem quod propheta sæpenumero tam de pravis, quam de probis hominibus loquens, singulari aliquando, et aliquando plurali utitur sermone: quia numero quidem multi sunt, sed virtute aut vitio unum. Vel aliter: Quia Græca dictio συλλαμβάνονται non tantum significat *coadjuvantur*, sed etiam *comprehenduntur*, dicere possumus, Prophetam hic loqui de illis fidelibus, qui in propriis cogitationibus comprehenduntur, quas de impiis, et de illorum prosperitate cogitant; ac si diceret, quod ob propriam infirmitatem labuntur, non valentes percipere aut considerare judicia Dei.

VERS. 3. *Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ, et injustus benedicitur.* Observandum est quod dictio, *quoniam*, seu *quia*, apud Hebræos non semper causam reddit, sed aliquando adverbium est confirmandi: aliquando etiam abundat juxta idiomatis usum. Adeo, inquit Propheta, inter eos vitium prævaluit, ut et peccatores de delictis laudentur, quæ carni ac propriæ libidini obtemperantes committunt, et ii pariter qui injuria quempiam afficiunt, a sui similibus majorem inde sceleris gloriam consequantur.

VERS. 4. *Irritavit Dominum peccator.* Ad ultionem Deum commovit, suis eum urgens atque incitans delictis.

Secundum multitudinem iræ suæ non exquiret. Non exiget, inquit, Deus pœnas iræ suæ condignas, juxta illud: *Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit*[97]? Iram enim Dei, justam pœnam et condignum supplicium appellat. Misericors, inquit, Deus est: summas ac meritas pœnas non infliget. Alii [legunt]: Irritavit Dominum peccator secundum multitudinem iræ suæ, hoc est condigne, et prout exigebat divina ira, quæ ab ipso peccatore propriis sceleribus instigata fuerat et accensa, et quod sequitur, *non exquiret*, legendum dicunt per interrogationem, vel etiam absolute, et tunc sit sensus, quod Deus per pœnitentiam illum non exquiret, qui ita eum irritavit.

VERS. 5. *Non est Deus in conspectu ejus.* Putat peccator quod eum Deus peccata committentem non videat. Vel aliter: Deus qui ubique præsens est, a peccatoris oculis non percipitur.

Inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore. Cum-

A τοῦ στόματος ἀναπέμπων, ὅτι τοιοῦτος ὤν, εὐροεῖ. Ἢ καὶ τοῦ δαίμονος ἐπαιρομένου κατὰ τοῦ ἀνθρωπίνου γένους, ὁ πτωχὸς τὴν ἀρετὴν φλέγεται πρὸς τὰ πάθη.

Συλλαμβάνονται ἐν διαβουλίοις, οἷς διαλογίζονται. Καὶ τοῦτο περὶ τῶν ἀσεβῶν, ὅτι τρόπον τινὰ συνεργοῦνται εἰς ἃ βουλεύσονται. Συνεργίαν δὲ νομιστέον τὴν εὐόδωσιν. Ἢ καὶ συνεργοῦνται παρὰ τῶν ὁμοίων. Παρατηρητέον δὲ πολλάκις, ὅτι ἐπὶ τῶν ἀγαθῶν, καὶ ἐπὶ τῶν πονηρῶν, τοῦτο μὲν πληθυντικῶς, τοῦτο δὲ ἑνικῶς ἐκφέρει τὸν λόγον· οἵ τε γὰρ ἀγαθοὶ τῷ ἀριθμῷ μὲν πολλοί εἰσι, τῇ δὲ ἀγαθότητι, εἷς· καὶ οἱ πονηροὶ δὲ, τῷ μὲν ἀριθμῷ, πολλοὶ, τῇ δὲ πονηρίᾳ, εἷς. Ἢ καὶ περὶ τῶν εὐσεβῶν ὁ λόγος, ὅτι ἐν οἷς B διαλογίζονται περὶ τῶν ἀσεβῶν τῆς εὐημερίας, συλλαμβάνονται· τουτέστι, περιπίπτουσιν ἐν μικροψυχίαις, οὐ καταστοχαζόμενοι τῶν κριμάτων τοῦ Θεοῦ.

Ὅτι ἐπαινεῖται ὁ ἁμαρτωλὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ὁ ἀδικῶν ἐνευλογεῖται. Καὶ τοῦτο παρατηρητέον, ὡς τὸ ὅτι παρὰ τοῖς Ἑβραίοις, οὐκ ἀεὶ αἰτιολογικὸν παραλαμβάνεται· ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ βεβαιωτικὸν καὶ παρέλκον τίθεται κατά τινα συνήθειαν. Οὕτως οὖν, φησὶν, ἐκράτησεν ἡ κακία, ὡς τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐπαινεῖσθαι μᾶλλον ἐν τοῖς πλημμελήμασιν ὧν ἐπιθυμοῦσιν, ὡς ἐμπαθεῖς, καὶ τοὺς ἀδικοῦντας εὐφημεῖσθαι C παρὰ τῶν ὁμοίων, ἐν οἷς ἀνοσίως πράττουσι.

Παρώξυνε τὸν Κύριον ὁ ἁμαρτωλός. Εἰς ἐκδίκησιν ἠρέθισε, παρ' ἑαυτοῦ ὀξύνας καὶ ταχύνας αὐτὸν, δι' ὧν ἐργάζεται.

Κατὰ τὸ πλῆθος τῆς ὀργῆς αὐτοῦ οὐκ ἐκζητήσει. Οὐκ ἀξίως τῆς ὀργῆς αὐτοῦ ἀπαιτήσει δίκας ὁ Θεός. *Ἐὰν γὰρ ἀνομίας παρατηρήσῃς, τίς ὑποστήσεται;* Ὀργὴ δὲ Θεοῦ, ἡ δικαία τιμωρία. Ἐλεήμων, φησὶν, ὢν, οὐκ ἐπάγει κόλασιν ἄκρατον. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρως κατά τινας, ὅτι Παρώξυνε τὸν Κύριον ὁ ἁμαρτωλὸς κατὰ τὸ πλῆθος τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, τουτέστιν ἀξίως τῆς παρ' αὐτοῦ δήπου τοῦ ἁμαρτωλοῦ ἀναπτομένης τῷ Θεῷ ὀργῆς· ἀναπτομένης δὲ, διὰ D τῶν πονηρῶν πράξεων, εἶτα τὸ, *οὐκ ἐκζητήσει*, κατ' ἐρώτησιν ἀναγνωστέον· ἢ καὶ αὖθις κατὰ ἀπόφασιν (48), οἷον· Οὕτω παροξύνας τὸν Θεὸν, οὐκ ἐκζητήσει αὐτὸν διὰ μετανοίας.

Οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς ἐνώπιον αὐτοῦ. Ὡς οἴεται, οὐ βλέπει αὐτὸν οὕτω πράττοντα ὁ Θεός· ἢ οὐ λαμβάνεται πρὸ ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, ὡς παρών.

Βεβηλοῦνται αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ.

[97] Psal. cxxix, 3.

Variæ lectiones.

(47-48) Græca ita sonant: *quod talis cum sit* (impius videlicet) *prosperet.*

Μὴ δοκοῦντος βλέπεσθαι, ματαιαὶ γίνονται αἱ πράξεις τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ μεμολυσμέναι.

Ἀνταναιρεῖται τὰ κρίματά σου ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ. Ἀφαιροῦνται αἱ κρίσεις σου ἀπὸ τοῦ νοὸς αὐτοῦ· νοῦς γὰρ ὁρᾷ· τουτέστιν ἐκβάλλονται, μὴ ἐνθυμουμένου ταύτας, μηδὲ λογιζομένου, ὅτι κριτὴς εἶ δίκαιος, καὶ ἰσχυρὸς, καὶ μακρόθυμος. Παρέλκουσα δὲ ἡ *ἀντὶ* πρόθεσις, καὶ καταχρηστικώτερον, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἀνταποδόσεως ἡρμηνεύκαμεν· ἤρκει γὰρ εἰπεῖν, Ἀναιρεῖται. Ἢ καὶ ἄλλως· Ἀναίρεσις μὲν τῆς ἁμαρτίας, αἱ τοῦ Θεοῦ κρίσεις, ἃς ὁ ἁμαρτάνων ἐνθυμούμενος παύεται· ἀνταναίρεσις δὲ τούτων αὖθις, ἡ λήθη αὐτῶν.

Πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ κατακυριεύσει. Πάντας ἀμυνεῖται τοὺς ἀνθισταμένους αὐτῷ, διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ μακροθυμίαν παραχωρούμενος πολλάκις νικᾷν καὶ ἐν τοῖς πολέμοις.

Εἶπεν γὰρ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐ μὴ σαλευθῶ. Παράμονον ἐνόμισε τὴν εὐημερίαν· σαλευθῆναι δὲ, τὸ μετατραπῆναι τῆς δυνάμεως.

Ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεὰν ἄνευ κακοῦ. Λείπει τὸ ἔσομαι, ἢ διαβήσομαι· ἐνενόησε γὰρ ὅτι ἀνέπαφος ἔσται κακώσεως, ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεὰν, τουτέστι, παρ' ὅλην ζωήν· γενεὰν γὰρ ἐνταῦθα τὴν ζωὴν οἰητέον, τουτέστιν, ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ ἄχρι τῆς μετ' αὐτόν.

Οὗ ἀρᾶς τὸ στόμα αὐτοῦ γέμει, καὶ πικρίας, καὶ δόλου. Οὗ τινος αὐτοῦ τὸ στόμα· σύνηθες δὲ καὶ τοῦτο τὸ σχῆμα τῇ τῶν Ἑβραίων διαλέκτῳ, καὶ πολλαχοῦ κείμενον, λέγω δὴ τὸ συζευγνύειν τὰ ἄρθρα ταῖς ἀντωνυμίαις, ὡς τό· *Μακάριος οὗ ὁ Θεὸς Ἰακὼβ βοηθὸς αὐτοῦ·* καὶ τό· *Μακάριος ἀνὴρ, ᾧ ἐστιν ἀντίληψις αὐτῷ παρὰ σοῦ.* Πεπλησμένον δέ ἐστιν ἀρᾶς, καταρωμένου πᾶσι· καὶ πικρίας, ὀργίλως φθεγγομένου· καὶ δόλου, μὴ χρωμένου τοῖς λόγοις κατὰ τὴν καρδίαν, ἀλλ' ἕτερα μὲν λέγοντος, ἕτερα δὲ κρύπτοντος.

Ὑπὸ τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ κόπος καὶ πόνος. Ἐκεῖνα φθέγγεται, ἃ κόπον καὶ πόνον τοῖς ἐπιβουλευομένοις παρέχουσιν. Ἢ καὶ ἐν τῇ διδασκαλίᾳ αὐτοῦ κάματος καὶ ὀδύνη, ὧν μεθέξουσιν οἱ αὐτῷ πειθόμενοι, μὴ εὑρίσκοντες τὴν ἄνεσιν. Ἢ καὶ κάμῃ καὶ ὀδυνηθήσεται ἡ γλῶσσα αὐτοῦ, τὰ κατὰ τῶν πολέμων φθεγγομένη. Διὰ δὲ τῆς γλωσσαλγίας ταύτης τὴν συνέχειαν τῶν λόγων ἐδήλωσεν.

Ἐγκάθηται ἐν ἐνέδρᾳ μετὰ πλουσίων. Ἐνεδρά ἐστι τόπος κρύφιος, ᾧ τις ἐγκαταδυόμενος, ἀφανῶς ἐπιτίθεται τοῖς παριοῦσι. Καταλέγει δὲ ὁ λόγος τὰς πολυειδεῖς κακίας τῶν πονηρῶν, ἃς ποιεῖν εἰώθασι, τοὺς δόλους, τὰς ἐπιβουλὰς, τὰς ἁρπαγὰς, τοὺς φό-

A peccator sua videri non putat delicta, perversiores semper atque inquinatiores fiunt ejus mores.

Auferuntur judicia tua a facie ejus. Judicia, inquit, tua ab ejus intellectu auferuntur. Ipse siquidem intellectus oculos etiam suos habet. Verum hujusmodi delinquens tantæ cæcitatis est, ut judicia, quæ a te proferuntur, non videat, non consideret, non animadvertat, te justum, fortem et longanimem judicem esse. Redundat autem præpositio ἀντὶ, et abusive usurpatur, ut in voce ἀνταποδόσεως interpretati sumus. Sat enim erat dicere ἀναιρεῖται. Vel alia ratione : Peccati quidem oblitteratio sunt Dei judicia, quippe quæ recogitans is qui peccat, a peccato desistit. Divinorum vicissim

B oblitteratio judiciorum est eorum oblivio.

Omnium inimicorum suorum dominabitur. Ulciscetur omnes qui adversus eum insurrexerunt, Deo, longanimitate sua, permittente illum sæpius in bello inimicos suos superare.

Vers. 6. *Dixit enim in corde suo : Non movebor.* Putat felicitatem suam diu esse permansuram. Moveri enim hic, intellige pro mutari, a priori nimirum potentia atque a propriis viribus.

A generatione in generationem sine malo. Subintellige verbum *ero*, vel *pertransibo* : cogitavit enim peccator ille et credidit, se a generatione in generationem, hoc est per totam vitam, futurum absque afflictione aliqua. Generationem enim hic posuit pro vita : quasi dicat, ab ejus vita ad eam

C quæ erit post ejus mortem.

Vers. 7. *Cujus maledictione os ejus plenum, et amaritudine et dolo.* Verba illa *Os ejus*, more Hebraici idiomatis posita sunt, quemadmodum multis in locis reperitur. Solent enim Hebræi pronomina articulis conjungere; cujusmodi et illud est : *Beatus cujus Deus Jacob adjutor ejus* [10]. Item illud : *Beatus vir cui est auxilium ei abs te* [11]. Est autem maledictione plenum os, cum omnibus maledicat : et amaritudine, cum iracunde ad omnes loquatur. Dolo etiam plenum dicitur, cum non ex corde sermonem proferat, sed alia dicat, et alia in secreto animi habeat.

Sub lingua ejus labor et dolor. Ea, inquit, lo-

D quitur, quæ laborem et dolorem iis pariunt, quibus insidias tendit : vel quia in ejus doctrina labor est et dolor, quorum erunt participes qui ei obtemperant, dum nullam in ejus doctrina requiem invenient; vel in labore et dolore erat lingua ejus, laboris nimirum et doloris verba adversus eos proferens quos impugnabat. Hujusmodi autem loquendi modo loquacitatem illius ac maledicentiam indicavit.

Vers. 8. *Sedet in insidiis cum divitibus.* Per insidias occultum insidiarum locum intelligit, unde insidiatores latenter solent impetum facere. Connumerat autem Propheta hic, multiplicia pravorum hominum vitia, dolos videlicet, insidias, rapinas,

[10] Psal. CXLV, 5. [11] Psal. LXXXIII, 6.

cædes, atque alia hujusmodi. Abscondet enim, A inquit, se in insidiis, simul cum iis, qui vitiis ditiores sunt; hoc est qui præclariores et celebriores sunt in delictis : quos veluti eadem secum sentientes socios sibi habebit. Deinde insidias declarans, insidiarum etiam causam addit:

In occultis ut interficiat innocentem. Ut morti, inquit, sine causa eum tradat, qui nulla eum affecit injuria. Hanc enim particulam τοῦ, quæ causam significat, adhibere veteres consueverunt.

Vers. 9. *Oculi ejus in pauperem respiciunt.* Assiduam ac perpetuam hujus insidiatoris attentionem narrat : qui cum pertranseuntem aliquem viderit summa animi sollicitudine considerat, quomodo eum comprehendat.

B *Insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.* Tandem repetit sententiam, vario quodammodo, propalans, et in publicum traducens eorum scelera actu ac malitia undecunque plena : ferasque quodammodo illos fieri demonstrat. Nam quemadmodum leo, ex propria caverna aut latebra infirmioribus animalibus insidiatur, quæ nihil tale timentia secura pertranseunt : ita etiam iste fecit occultis usus latebrarum insidiis.

Insidiatur ut rapiat pauperem, ut rapiat pauperem dum attrahit eum. Cum leoni eum ob insidias, et cædium cupiditatem comparaverit, perstat adhuc in comparatione, docens congruere ei leonis opera. Irruit, inquit, ut leo, ut prædam rapiat, ut ad latebras trahat. Neque enim insidiatur ut feram aliquam C perniciosam aut inimicam capiat, sed ut pauperem, pauperem inquam, et bonis et viribus humanis. Et dum attrahere eum dicit, magis declarat rapinæ modum. Repetitione vero illa, *ut rapiat*, summam hujus hominis impietatem denotat. Vel ideo fortassis sermonem ingeminavit, ut exaggeratione quadam Deum magis excitaret ad vindictam.

Vers. 10. *In laqueo suo humiliabit eum.* Hoc est, dolo et calliditate sua ei dominabitur : vel occisum in terram projiciet. Humilis enim est qui humi prostratus jacet.

Inclinabitur, et cadet cum dominatus fuerit pauperum. Ubi potens iste pauperum dominatus fuerit, D tunc et ipse humiliatus inclinabitnr, et peribit. Nam qui cadunt prius inclinantur. Hæc autem omnia fient, ut et immedicabile ejus vitium pateat, et Dei pariter longanimitas, et pauperum oppressorum patientia, et eorumdem demum vindicta.

Vers. 11. *Dixit enim in corde suo : Oblitus est Deus, avertit faciem suam ne videat in finem.* Is cui permissum esse diximus animæ suæ concupiscentias explere in valde absurdas decidit opiniones : dum intra seipsum reputat quod Deus propriæ providentiæ oblitus sit, qua mundum gubernat, quod-

A νους, καὶ τὰ τοιαῦτα. Ἐγκατακρύπτεται, φησὶ, τῇ ἐνέδρᾳ μετὰ τῶν πλουσίων, τὴν κακίαν τῶν ἐπιφανεστέρων αὐτῷ· τούτους γὰρ ὡς ὁμοίως ἔχοντας προσεταιρίζεται· εἶτα σαφηνίζων τὴν ἔνεδραν, ἅμα δὲ καὶ τὴν αἰτίαν αὐτῆς προστιθεὶς, ἐπήγαγεν·

Ἐν ἀποκρύφοις τοῦ ἀποκτεῖναι ἀθῷον. Ὥστε θανατῶσαι ἄνθρωπον ἀναίτιον, μηδὲν ἀδικήσαντα. Τὸ τοῦ γὰρ αἰτιολογικὸν πολλάκις παραλαμβάνει τῶν παλαιῶν ἡ διάλεκτος.

Οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ εἰς τὸν πένητα ἀποβλέπουσι. Τὴν ἔμμονον αὐτοῦ κατασκοπὴν ἐνταῦθα διηγεῖται, βλέποντος ἀτενῶς, πότε παριόντα τοῦτον εὐκαίρως συλλήψεται.

B *Ἐνεδρεύει ἐν ἀποκρύφῳ ὡς λέων ἐν τῇ μάνδρᾳ αὐτοῦ.* Τὸ αὐτὸ καὶ νῦν δηλοῖ, τὴν πανουργίαν ἐκείνου ποικίλην ἐκπομπεύων, καὶ θηρίον αὐτὸν ἄντικρυς γεγενημένον δείκνυσιν. Ὥσπερ ὁ λέων τῷ οἰκείῳ φωλεῷ ἐγκρυπτόμενος· τοῦτο γὰρ ἡ μάνδρα βούλεται· τοῖς ἀσθενεστέροις ζώοις ἐπιβουλεύει, παρερχομένοις ἀπονήρως· οὕτω καὶ οὗτος ποιεῖ, τῷ ἀποκρύφῳ τόπῳ φωλεῷ χρώμενος.

Ἐνεδρεύει τοῦ ἁρπάσαι πτωχὸν, ἁρπάσαι πτωχὸν ἐν τῷ ἑλκῦσαι αὐτόν. Λέοντι γὰρ αὐτὸν ἀπειχάσας, κατά τε τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ τὴν ἀπήνειαν, καὶ τὸ φονικὸν, ἐπέμεινε τῇ τροπῇ, προσαρμόζων αὐτῷ τὰ ἔργα τοῦ λέοντος. Ἁρπάζει γὰρ, C ἐπιπεσὼν αἰφνίδιον ὁ λέων, καὶ ἑλκύει πρὸς τὴν ἑαυτοῦ μάνδραν. Ἐνεδρεύει (49) δὲ, φησὶν, οὐχ ἵνα ἐπίβουλον, ἢ πολέμιον, ἢ θηρίον ἕλῃ, ἀλλὰ πτωχὸν, τὴν ἐν χρήμασι περιουσίαν, καὶ καταπεπονημένον τὴν ἀνθρωπίνην ἰσχύν. Ἐξηγεῖται δὲ καὶ τὴν ἁρπαγὴν, ὅτι ἑλκυσμός ἐστι. Διὰ δὲ τῆς ἐπαναλήψεως τοῦ ὀνόματος ἁρπαγῆς, ἐμφαίνει σχετλιασμόν. Ἢ καὶ διὰ τῆς συνεχείας τῶν παθητικῶν ῥημάτων, διεγείρει τὸν Θεὸν εἰς ἄμυναν.

Ἐν τῇ παγίδι αὐτοῦ ταπεινώσει αὐτόν. Ἐν τῷ ἰδίῳ δόλῳ κυριεύσει αὐτοῦ· ἢ καὶ εἰς γῆν ῥίψε, κτείνας· ταπεινὸς γὰρ, ὁ πρόσγειος.

Κύψει καὶ πεσεῖται ἐν τῷ αὐτὸν κατακυριεῦσαι τῶν πενήτων. Ὅτε κατακυριεύσει τῶν πενήτων D ὁ δυνάστης, τότε καὶ αὐτὸς κλιθήσεται ταπεινούμενος καὶ ἀπολεῖται. Οἱ γὰρ πίπτοντες πρῶτον κύπτουσι. Τοῦτο δὲ γίνεται, ἵνα καὶ τὸ ἀνίατον αὐτοῦ φανῇ, καὶ τὸ μακρόθυμον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ τῶν πεπονθότων ὑπομονὴ, καὶ ἡ ἐκδίκησις τῶν ἀδ:κουμένων.

Εἶπε γὰρ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Ἐπιλέλησται ὁ Θεὸς, ἀπέστρεψεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, τοῦ μὴ βλέπειν εἰς τέλος. Παραχωρούμενος γὰρ πληροῦν τὰς ἐπιθυμίας τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, πρὸς ἀτόπους ὑπολήψεις ἐκπίπτει, λογιζόμενος ἐν ἑαυτῷ ἐπιλελῆσθαι τὸν Θεὸν τῆς τοῦ κόσμου προνοίας, ἀποστρέψαντα

Variæ lectiones.

(49) Græce sic : *Non enim insidiatur, ut insidiatorem aliquem capiat, vel inimicum, vel feram.*

τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ· ὥστε μὴ βλέπειν ὅλως τὰ γινόμενα· τὸ γὰρ *εἰς τέλος*, πῆ μὲν, τὸ ἄχρι παντὸς, πῆ δὲ, τὸ ὅλως ἐμφαίνει· ταὐτὸν δὲ καὶ ἄμφω δύναται, τοῖς λεπτότερον ἐπισκεπτομένοις. Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι τὰ προῤῥηθέντα νοοῦνται καὶ εἰς τὸν Ἰουδαϊκὸν δῆμον καὶ τὸν Χριστὸν, προσαρμοζόμενα κατὰ μέρος. Καὶ οὗτος γὰρ ἐνήδρευε μετὰ τῶν ἀρχόντων τοῦ λαοῦ τὸν ἀθῷον ἀπὸ ἁμαρτίας, τὸν δι' ἡμᾶς πτωχεύσαντα, καὶ ἀεὶ παρετήρει, καὶ πάντα ἐποίει, καὶ τέλος ὅτε αὐτὸν ἀπέκτεινε, καὶ τοὺς ἀποστόλους ἐδίωξε, τότε καὶ αὐτὸς ἄρδην ὑπὸ Ῥωμαίων ἐξωλοθρεύθη.

Ἀνάστηθι, Κύριε ὁ Θεός μου, ὑψωθήτω ἡ χείρ σου. Κινήθητι, φησὶν, εἰς ἐκδίκησιν· τὸ δὲ, *Ὑψωθήτω ἡ χείρ σου*, κατὰ μεταφοράν. Εἰώθασι γὰρ οἱ κολάζοντές τινας ἐπαίρειν τὴν χεῖρα, καταφέρουσαν τὴν μάστιγα. Ἢ καὶ ὑψηλὴ, φησὶν, οὖσα, καὶ ὑπερφερὴς ἡ δύναμίς σου, νῦν μάλιστα τὸ αὐτὸ δειχθήτω· χεῖρα γὰρ Θεοῦ ταύτην ὑποληπτέον.

Μὴ ἐπιλάθῃ τῶν πενήτων σου εἰς τέλος. Τὸ *εἰς τέλος*, ἀντὶ τοῦ, μέχρι παντός.

Ἕνεκεν τίνος παρώξυνεν ὁ ἀσεβὴς τὸν Θεόν; Σφόδρα δεινοπαθήσας ἐπὶ τοῖς τοιούτοις τῶν πονηρῶν τολμήμασιν, εἰς ἐρώτησιν χρηματίζει τὸν λόγον· εἶτα λύει τὴν ἀπορίαν, ἐπαγαγών·

Εἶπε γὰρ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ ἐκζητήσει. Τοῦτο, φησὶ, τῆς ἀνοσιουργίας ἐστὶν αἴτιον· οἴεται γὰρ, ὡς οὐκ ἐξετάσει Θεὸς τὰ δρώμενα.

Βλέπεις, ὅτι σὺ πόνον καὶ θυμὸν κατανοεῖς, τοῦ παραδοῦναι αὐτὸν εἰς χεῖράς σου. Τὸ *Βλέπεις*, ἀναγνωστέον καθ' ἑαυτὸ, στίζοντας τελείαν, ἵνα ᾖ τὸ νόημα τοιοῦτον· ὡς εἰ καὶ τοῦτο μυριάκις ὁ πονηρὸς οἴεται, διὰ τὴν σὴν μακροθυμίαν εἰς ἀπόνοιαν ἐκτραχηλιζόμενος, ἀλλὰ σὺ βλέπεις πάντα, διήκων ἁπανταχῇ, διότι σὺ ὁρᾷς ἀκριβῶς τόν τε πόνον τῶν ἀδικουμένων, καὶ τὸν θυμὸν τῶν ἀδικούντων. Κατανόησις γὰρ, ἡ λεπτομερὴς διάγνωσις. Ἀκριβῶς δὲ ὁρᾷς, ἵνα παραδῷς αὐτὸν ὕστερον εἰς τὰς τιμωρίας σου· τοῦτο γὰρ αἱ χεῖρες ἐνταῦθα νοοῦνται· *φοβερὸν δὲ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος.*

Σοὶ ἐγκαταλέλειπται ὁ πτωχός. Πάντων ἀποστραφέντων, αὐτῷ σοι μόνῳ ἀπέμεινεν εἰς ἀντίληψιν.

Ὀρφανῷ σὺ ἦσθα βοηθός. Ὡς Πλάστης αὐτοῦ καὶ Δεσπότης. Ταῦτα νοοῦνται μὲν καὶ περὶ τῶν ἁπλῶς πενήτων καὶ ὀρφανῶν· οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ περὶ τοῦ ἐξ ἐθνῶν λαοῦ, πένητος μὲν ὄντος, διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας, ὀρφανοῦ δὲ, διὰ τὸ μὴ γνωρίζειν τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα καὶ Ποιητὴν Θεόν.

Σύντριψον τὸν βραχίονα τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ πονηροῦ. Βραχίονα τὴν δύναμιν λέγει· καὶ γὰρ ἐν

A que custodiam, et protectionem suam ita averterit, ut prorsus non videat quæ fiant. Quod vero ait *in finem*, alibi pro *usquequaque* accipitur; alibi vero pro *omnino*. Utrumque tamen ad idem tendit recte consideranti: verum prædicta omnia intelligi possunt de populo Judæorum, et de Christo. Quippe cum populus simul cum principibus innocentem Christum, et peccato omni prorsus carentem, et pauperem propter nos effectum, insidiose observarint ut caperent, omniaque alia fecerint, quæ superius dicta sunt: et tandem postquam eum occiderunt, apostolos etiam persecuti sint: ipsique postremo a Romanis funditus fuerint deleti.

VERS. 12. *Exsurge, Domine Deus meus, exaltetur manus tua.* Commovearis, inquit, ad vindictam. B Quod vero ait: *Exaltetur manus tua*, per metaphoram dictum est. Solent enim qui aliquem castigant, manum erigere, ut plagas ac verbera inferant. Vel aliter: Cum potentia tua excelsa semper sit, et sublimis, nunc præcipue quæso, inquit, ita omnibus appareat. Per manum enim Dei, ejus potentiam intelligere debemus.

Ne obliviscaris pauperum tuorum in finem. In finem, hoc est, in perpetuum.

VERS. 13. *Propter quid irritavit impius Deum?* Ægre ferens Propheta tam grandes pravorum hominum ausus, per modum interrogationis sermonem format: et deinceps dubitationem respondendo solvit, dicens:

C *Dixit enim in corde suo, Non exquiret.* Est, inquit, tantorum scelerum causa, quod existimant Deum flagitia eorum non disquirere.

VERS. 14. *Vides, quoniam tu laborem, et furorem consideras, ut tradas eum in manus tuas.* Quod ait, *Vides*, per se legendum est, ac statim postea sistendum, ut sit sensus: Licet millies pravus ita existimet, ob tuam nimirum patientiam ita in arrogantiam lapsus: tu tamen, o Deus, vides omnia, quocunque penetrans, et in omnes partes perveniens. Ideoque tu summa diligentia hominum omnium injuria affectorum laborem perspicis, iramque et furorem eorum qui injuriam inferunt. Considerare autem, est subtiliter discernere. Magno, inquit, cum examine tu perspicis ut in futurum illos pœnis D tradas. Ita enim hoc in loco manus significant juxta illud apostoli: *Horribile ac valde timendum est incidere in manus Dei viventis* [1].

Tibi relictus est pauper. Omnes a paupere aversi sunt, unde tuo tantum auxilio relictus est.

Orphano tu eris adjutor. Tanquam ejus Creator, et Dominus. Hæc tamen non tantum de pauperibus et orphanis intelliguntur, sed de gentium populo qui dictam ob causam pauper erat; et orphanus, quia patrem ac factorem suum non noverat.

VERS. 15. *Contere brachium peccatoris et maligni.* Per brachium potentiam ac vires intelligit.

[1] Hebr. x, 31.

In brachio etenim robur hominis consistit. Peccator autem ille est, qui concupiscentiæ dominanti inservit [malignus vero is qui proposito ac voluntate propria pravus est et scelestus : pro peccatore etiam et maligno ipsum potes dæmonem intelligere.]

Quæretur peccatum illius et non invenietur. Quia si Deus peccatum illius exquisierit, et longanimis erga eum non fuerit, statim peribit judicatus morte dignus. Intelligi etiam possunt hæc verba de Christo, ita ut prænuntient ea quæ Pilatus erat dicturus, quando ait : *Nullam causam invenio in homine* [1] ; item et quod ipse Christus dixit : *Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras, et in me non inveniet quidquam* [2]. Neque enim Pilatus peccatum aliquod invenit propter quod occidi Jesus deberet, neque ipse etiam dæmon, tempore quo immaculata illa Christi anima ab ejus corpore separata est, vel tantillum potuit invenire peccatum, tametsi in hoc multum incubuerit.

VERS. 16. *Dominus Rex est in sæculum, et in sæculum sæculi.* Verba hæc ad eos dicta sunt, qui scandalizantur, quod pravi homines non statim puniantur. Regnum, inquit, et judicium Dei, non est ad tempus, sed perpetuum. Unde licet nullas nunc dent pœnas, aliquando tamen eas dabunt. Vel Christi regnum prænuntiat, quod olim quidem semper habuit ut Deus, sed post resurrectionem etiam denuo accepit ut homo : *Data est* enim *mihi*, inquit, *omnis potestas in cœlo et in terra* [3]; ita ut non in præsenti tantum sæculo, sed in futuro etiam regnaturus sit.

Peribitis gentes ex terra illius. Per gentes eos intelligit hoc in loco qui evangelicam legem non susceperunt. Gentes siquidem sine lege sunt. Per terram autem illius, totum orbem intelligit [cum dictum sit : *Domini est terra et plenitudo ejus* [4] ; a qua hos exterminandos esse prædicit] fide nimirum divulgata. Vel per terram Domini, regnum ejus intelligit, a quo omnes decidunt, qui male vixerint.

VERS. 17. *Desiderium pauperum exaudisti, Domine, præparationem cordis eorum audivit auris tua.* Desiderium, inquit, pauperum, et præparationem cordis eorum, clamantia quodammodo ad te, et injustorum destructionem optantia, tu exaudisti. Erant enim hi pauperes præparati et recti corde ac nullo vitio impediti. Vel fortassis eo pertinent hæc verba, ut prophetarum indicent desiderium, qui Incarnationem Domini optabant, et prompti erant ad susceptionem fidei : ii nimirum qui postea eam susceperunt.

VERS. 18. *Ut judices pupillo et humili.* Exaudisti, inquit, et attendisti ut judex fieres orphano et humili, et vindictam eorum faceres.

Ut non apponat ultra magnificare se homo super terram. Ut omnis homo oppressorum cernens vindictam, audaciam ac temeritatem deponat, nec glorietur quis amplius aut extollatur super infe-

A τούτῳ ἡ τοῦ ἀνθρώπου δύναμις· ἁμαρτωλὸς δὲ, ὁ ταῖς τυραννούσαις ἐπιθυμίαις δεδουλωμένος καὶ πονηρός.

Ζητηθήσεται ἡ ἁμαρτία αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ εὑρεθῇ. Εἰ ἐξετάσῃς γὰρ τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῦ, καὶ μὴ μακροθυμήσῃς, αὐτίκα ἀπολεῖται αὐτὸς, ἄξιος θανάτου κριθείς. Λαμβάνεται δὲ καὶ εἰς Χριστὸν ὁ λόγος, προαγορεύων, ὅπερ ὕστερον ὁ Πιλάτος εἴρηκε, ὡς *Οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω ἐν αὐτῷ.* Καὶ αὖθις, ὅπερ ὁ Χριστὸς εἶπεν, ὅτι *Νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἔρχεται, καὶ ἐν ἐμοὶ εὑρήσει οὐδέν·* οὔτε γὰρ ὁ Πιλάτος εὗρεν ἁμαρτίαν, δι' ἣν
B ἔμελλε θανεῖν ὁ Χριστὸς, οὔτε ὁ διάβολος ἐν τῷ χωρισμῷ τῆς ἀχράντου αὐτοῦ ψυχῆς τὴν οἰανοῦν ἴσχυσεν εὑρεῖν ἁμαρτίαν, πολλὰ καμών.

Κύριος βασιλεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Τοῦτο πρὸς τοὺς σκανδαλιζομένους, ἐπὶ τὸ μὴ διδόναι δίκην εὐθὺς τὸν πονηρόν. Οὐκ ἔστι γὰρ, φησὶ, πρόσκαιρος ἡ βασιλεία καὶ ἡ κρίσις τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ κἂν μὴ νῦν δώσει δίκην, δώσει ποτέ. Ἢ καὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ προανεφώνει βασιλείαν, ἣν ὡς Θεὸς ἔχων, ἔλαβε καὶ ὡς ἄνθρωπος μετὰ τὴν ἀνάστασιν. *Ἐδόθη μοι* γὰρ, φησὶν, *ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς*, ὥστε βασιλεύειν οὐκ ἐν τῷ παρόντι μόνον αἰῶνι, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ
C μέλλοντι.

Ἀπολεῖσθε, ἔθνη, ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ. Ἔθνη νῦν ὀνομάζει τοὺς μὴ δεξαμένους τὸν εὐαγγελικὸν νόμον· τὰ γὰρ ἔθνη, ἄνομα. *Τοῦ Κυρίου* δὲ ἡ γῆ, εὐσεβείας ἐξαπλουμένης. Ἢ καὶ γῆν Κυρίου καλεῖ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, ἧς ἀποπεσοῦνται οἱ ἀνόμως ζήσαντες.

Τὴν ἐπιθυμίαν τῶν πενήτων εἰσήκουσας, Κύριε· τῇ ἑτοιμασίᾳ τῆς καρδίας αὐτοῦ προσέσχες τὸ οὖς σου. Τρόπον τινὰ κεκραγότων ἄμφω πρὸς σέ· ἐπεθύμουν μὲν γὰρ καταστραφῆναι τοὺς ἀδίκους· ἦσαν δὲ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ, μηδεμιᾶς κακίας
D ἐμποδιζούσης. Ἢ καὶ ὅτι ἐπεθύμουν τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Σωτῆρος οἱ προφῆται· ἕτοιμοι δὲ ἦσαν εἰς ὑποδοχὴν τῆς πίστεως οἱ ταύτην ὑποδεξάμενοι.

Κρῖναι ὀρφανῷ καὶ ταπεινῷ. Εἰσήκουσας, φησὶ, καὶ προσέσχες, ὥστε κριτὴς γενέσθαι ὀρφανῷ καὶ ταπεινῷ, καὶ ἐκδικῆσαι αὐτόν.

Ἵνα μὴ προσθῇ ἔτι τοῦ μεγαλαυχεῖν ἄνθρωπος ἐπὶ τῆς γῆς. Ἵνα πᾶς ἄνθρωπος, βλέπων τὴν ἐκδίκησιν τῶν ἀδικουμένων, μὴ τολμήσῃ ἔτι μεγαλαυχεῖν, τουτέστιν ἐπαίρεσθαι καὶ ἀλαζονεύεσθαι

[1] Joan. XIX, 6. [2] Joan. XII, 31. [3] Matth. XXVIII, 18. [4] Psal. XXIII, 1.

A κατὰ τῶν ὑποδεεστέρων. Τὸ δὲ, *ἐπὶ τῆς γῆς*, τὸ καθόλου καὶ περιεκτικὸν τῶν ἀνθρώπων ὑποσημαίνει.

riores se: quod vero ait *super terram*, idem significat quod inter homines.

Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ Ι'.

Τοῦτον ᾖσε τὸν ψαλμὸν διωκόμενος ὑπὸ Σαούλ. *Εἰς τέλος* δὲ, ἅτε πρόῤῥησιν ἔχων τῆς γεγενημένης τῷ Δαβὶδ ἐκδικήσεως.

In finem Psalmus ipsi David.

PSALMUS X.

Psalmum hunc cecinit beatus David cum persequeretur cum Saul: et *in finem* inscribitur, quia continet prophetiam vindictæ quam Deus ejus gratia in Saulem illaturus erat.

Ἐπὶ τῷ Κυρίῳ πέποιθα· πῶς ἐρεῖτε τῇ ψυχῇ μου, Μεταναστεύου ἐπὶ τὰ ὄρη, ὡς στρουθίον; Ἐπεὶ πρὸς τὴν ἔρημον φυγόντι συνεβούλευον οἱ εὐνοϊκώτεροι μεταναστῆναι μᾶλλον ἐπὶ τὰ ὄρη, διὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀσφάλειαν, αἰτιᾶται τούτους, ὡς οὐκ ἄμεμπτα παραινοῦντας· *Ἐπὶ τῷ Κυρίῳ* γὰρ, φησὶ, *πέποιθα*, πᾶσαν ἄλλην βοήθειαν παραδραμών. Καὶ B διατί λέγετε τῇ ψυχῇ μου, τουτέστιν ἐμοί· Μετάβαινε στρουθίου δίκην ἐπὶ τὰ ὄρη, καὶ καθάπερ ἐπτοημένον ἄγαν πτηνὸν ἐνδιάτριβε τούτοις; Παρατηρητέον δὲ, ὅτι πολλάκις ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἑαυτὸν ὀνομάζει κατὰ περίφρασιν, ὡς ἐν τῷ, *Πολλοὶ λέγουσι τῇ ψυχῇ μου*, προειρήκαμεν.

Vers. 2. *In Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ, Transmigra in montes sicut passer?* Cum fugeret beatus David in desertum, suadebant ei benevoli ipsius ut ad montes potius pertransiret, tutiorem illic eum futurum esse asseverantes. Hujusmodi igitur amicos tanquam non recte suadentes, accusat præsenti Psalmo. *Ego*, inquit, *confido in Domino*, et omne aliud auxilium respui. Quare igitur dicitis animæ meæ, hoc est mihi ipsi, ut passeris instar pertranseam ad montes? et veluti timida avis illic permaneam? Illud observandum est quod Propheta sæpenumero circumloquendo per animam suam seipsum intelligit, ut in tertio etiam Psalmo diximus, ibi: *Multi dicunt animæ meæ.*

Ὅτι ἰδοὺ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἔτειναν τόξον, ἡτοίμασαν βέλη εἰς φαρέτραν. Διὰ τῆς ἐντάσεως τοῦ τόξου, καὶ τῆς ἑτοιμασίας τῶν ἐν τῇ φαρέτρᾳ βελῶν, τὴν ὅλην τοῦ πολέμου παρασκευὴν ἐδήλωσεν. Ἢ καὶ ὅτι τόξοις ἐπὶ τοὺς φεύγοντας ἐχρῶντο. Ταυτὶ δὲ τὰ ῥητὰ τίθησιν αἰτίαν τῆς πεποιθήσεως. Τεθάῤῥηκα γὰρ, φησὶν, ὅτι πολεμοῦσί μοι οἱ ἁμαρτωλοί. C Καὶ γὰρ ἁμαρτάνουσι, καταδιώκοντες τὸν ἀναίτιον, καὶ ἀμειβόμενοι θανάτῳ τὸν γενόμενον αὐτοῖς σωτηρίας αἴτιον, ἐν τῷ ἀνελεῖν τε Γολιὰθ, καὶ τῷ καταδιῶξαι τὸ ἀποπνῖγον τὸν Σαοὺλ δαιμόνιον.

Vers. 3. *Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra.* Per intentum arcum, et per sagittas præparatas quæ erant in pharetra, totum belli apparatum significavit. Vel quia his telis contra fugientes utebantur. Hæc autem verba fiduciæ ipsius David causam ostendunt. Hac enim, inquit, de causa ego confido, quia peccatores sunt qui pugnant adversum me. Peccant etenim dum temere me insequuntur, et morte me afficere volunt, qui ei salutis causa fui, quando occidi Goliath, et quando a Saule suffocantem ejeci dæmonem.

Τοῦ κατατοξεῦσαι ἐν σκοτομήνῃ τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ. Παρεσκευάσθησαν δὲ, ὥστε θανατῶσαι ἡμᾶς, τοὺς ἀπονήρους, καὶ μηδὲν ἐν καρδίᾳ σκολιὸν ἔχοντας. Κατατοξεῦσαι δὲ, λαθραίως ἐξ ἐπιβουλῆς· τοῦτο γὰρ ἡ σκοτομήνη νῦν σημαίνει. Καὶ γὰρ οἱ ἐν ἀσελήνῳ νυκτὶ βαλλόμενοι, τοὺς βάλλοντας οὐχ ὁρῶσιν. Ἢ καὶ ὡς ἐν σκοτομήνῃ, κατ' ἔλλειψιν τοῦ ἐπιῤῥήματος. Τῷ φθόνῳ γὰρ σκοτισθέντες, οὐχ ὁρῶσι τίνα τοξεύειν ἐπείγουσι· τὸν εὐεργέτην γὰρ καὶ φίλον αὐτῶν.

Ut sagittent in obscuro rectos corde. Præparati sunt, ut nos insontes perdant, qui in corde nihil non rectum gerimus. Ut sagittent vero ex insidiis, quod Græca dictione, σκοτομήνη significantius exprimitur [quæ noctem significat quando luna obscurata est, et quam Latine unico vocabulo dicere possumus obscurilunium]. Nam si quis eo tempore percussus fuerit, inimicum videre non poterit. Vel aliter, subintellige hic adverbium *quasi*, ut sit D sensus, quod inimici summa invidia, quasi obscurilunio quodam obtenebrati, non cognoscunt, nec vident, quisnam is sit quem sagittare contendunt, quoique adversus amicum et benefactorem dirigunt tela.

Ὅτι ἃ σὺ κατηρτίσω, αὐτοὶ καθεῖλον. Καὶ τοῦτο τῆς πεποιθήσεως αἰτία. Τεθάῤῥηκα γὰρ ἔτι, ὅτι ὃν σὺ ἔχρισας εἰς βασιλέα, καθεῖλον οἱ ἀμφὶ τὸν Σαούλ. *Κατηρτίσω* γὰρ, λέγει, τὸ (50) *ποιήσω*· *καθελεῖν* δὲ, τὸ *καταβαλεῖν*, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἀνατρεπομένων οἰκοδομημάτων. Τοῦτο δὲ τολμήσαντες, ἔχουσί σε πολέμιον, ὃν οὐχ ὑποστήσονται. Ἢ καὶ ὅτι οὓς ἔθου νόμους, ἀνατρέπουσιν· ἐνετείλω γὰρ μηδένα ἀδικεῖν, μηδένα ἀποκτείνειν ἀθῷον

Vers. 4. *Quoniam quæ perfecisti destruxerunt.* Hæc est etiam alia fiduciæ causa. Confido, inquit, ea etiam de causa, quoniam illi eum destruxerunt, quem tu in Regem unxisti. *Perficere* vero hic posuit pro *facere*, et *destruere* pro *dejicere*: quod metaphorice tractum est ab ædificiis, quæ evertuntur. Cumque talia audeant, te inimicum habent; quem tamen non sustinebunt, quia leges eas everterunt quas tu posuisti. Mandasti enim neminem injuria esse afficiendum: mandasti etiam innocentes occidi non debere [quæ præcepta ab eis prorsus negliguntur].

Variæ lectiones

(50) γρ. ἐποίησω.

Justus autem quid fecit? Quid fecit, inquit, justus, ut hujusmodi persecutionem sustinere deberet? quod de seipso Propheta dicit, veluti qui injuria eos minime affecerit, qui sibi adeo fuerant inimici. Vel de superna Dei custodia et protectione loqui intendit, dicens: Deus qui proprie ac vere justus dicitur, qui omnem semper odit injustitiam, qui solus recte judicat, quid fecit? post tanta nimirum scelera quæ ab illis patrata sunt? numquid fortassis despiciet aut non videbit? Minime. A

Ὁ δὲ δίκαιος τί ἐποίησε; Τί δὲ ἔπταισεν ὁ δίκαιος, ἵνα οὕτως διώκηται; Περὶ ἑαυτοῦ δὲ τοῦτό φησιν, ὡς οὐκ ἀδικήσαντος τοὺς ἀδικοῦντας. Ἢ περὶ τῆς ἄνωθεν ἐπισκοπῆς βούλεται διδάσκειν· ὁ δὲ Θεὸς, ὁ κυρίως δίκαιος, ὁ μισῶν τὴν ἀδικίαν, ὁ μόνος κρίνων ὀρθῶς, τούτων οὕτω γινομένων, τί ἐποίησεν; ἄρα παρεῖδεν; Οὐ μὲν οὖν.

Vers. 5. *Dominus in templo sancto suo, Dominus in cœlo sedes ejus.* Est, inquit, Dominus in templo Jerusalem; est etiam Dominus sedens in cœlo. Quasi dicat: Ubique adest Deus, et omnes prospicit qui injuria afficiuntur: quod ex sequentibus magis etiam declarat dicens:

Κύριος ἐν ναῷ ἁγίῳ αὐτοῦ, Κύριος ἐν οὐρανῷ ὁ θρόνος αὐτοῦ. Ἐν τῷ κατὰ τὴν Ἱερουσαλὴμ ναῷ ἐστι, καὶ τῷ οὐρανῷ κάθηται, τουτέστιν, ἁπανταχοῦ πάρεστι, καὶ τοὺς ἀδικουμένους ὁρᾷ. Τοῦτο γὰρ διὰ τῶν ἑξῆς ἐπήγαγεν·

Oculi ejus in pauperem prospiciunt, palpebræ ejus exquirunt filios hominum. Non dixit *Aspiciunt*, sed *Prospiciunt*, protectionem illam nimirum significans, quam ex alto habet. Oculi autem Dei intelligendi sunt, exquisita illa scientia et cognitio rerum omnium quæ fiunt: palpebræ vero hujus, ejus cognitionis velamen. Palpebræ siquidem tegmina oculorum sunt. Per palpebras igitur significare voluit, quod si quando videtur Deus non aspicere, sed in absconditis animi ac mentis morari, tunc tamen nihilo minus videt: vel quod omnia prospicit, veluti qui non oculis tantum, sed ipsis etiam palpebris intueatur, et ex omni parte omnia cognoscat. Exquirere etiam idem est quod cognoscere. Filios autem hominum pro hominibus simpliciter posuit. Pauper vero dupliciter dicitur, patrimonii scilicet possessione, et virtutum. Verum illud manifestum est quod pecuniis pauperem, qui virtute dives sit, respiciat Dominus: quodque contra, virtutibus pauperem abominatur, quamquam pecuniis sit dives. Primum igitur pauperem Dominus respicit, qui rebus iis abundat, quibus secundus indiget: a secundo autem avertitur, qui iis caret, quibus abundat primus. B C

Οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ εἰς τὸν πένητα ἐπιβλέπουσι· τὰ βλέφαρα αὐτοῦ ἐξετάζει τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Οὐκ εἶπε Βλέπουσιν, ἀλλ' *ἐπιβλέπουσι*, τὴν ἐξ ὕψους δηλῶν ἐπισκοπήν. Ὀφθαλμοὶ δὲ Θεοῦ, ἡ ἀκριβὴς γνῶσις τῶν γινομένων· βλέφαρα δὲ, ἡ ἐποχὴ τῆς τοιαύτης γνώσεως· τὰ βλέφαρα γὰρ, καλύπτραι τῶν ὀφθαλμῶν. Διὰ μέντοι τῶν βλεφάρων παρέστησεν, ὡς καὶ ὅτε δοκεῖ μὴ ὁρᾷν, οἷον ἐν τοῖς ἀποκρύφοις τῆς ψυχῆς, οὐκ ἔλαττον ὁρᾷ. Ἢ καὶ τὸ παντέφορον αὐτοῦ δείκνυσιν ἐντεῦθεν, οὐ μόνον ὀφθαλμοῖς, ἀλλὰ καὶ βλεφάροις ὁρῶντος, καὶ πανταχόθεν πάντα γινώσκοντος. Ἐξετάζειν δὲ, τὸ διαγινώσκειν. Υἱοὺς δὲ ἀνθρώπων, πάντας τοὺς ἀνθρώπους. Ἁπλῶς διττὸς καὶ ὁ πένης, κατά τε τὴν ἐν χρήμασι περιουσίαν, καὶ τὴν ἐν ἀρεταῖς. Σαφὲς δὲ οὕτως· Τὸν μὲν οὖν κατὰ τὴν ἐν χρήμασι περιουσίαν πένητα ἐπιβλέπει, πλουτοῦντα τὴν ἀρετήν· τὸν δὲ κατὰ τὴν ἐν ἀρεταῖς ἀποστρέφεται, πλουτοῦντα ἐν χρήμασι. Τὸν μὲν οὖν πρῶτον ὁρᾷ, πλουτοῦντα οἷς ὁ δεύτερος πένεται· τὸν δὲ δεύτερον ἀποστρέφεται, πενόμενον οἷς ὁ πρῶτος πλουτεῖ, κατ' ἐναλλαγήν.

Vers. 6. *Dominus exquirit justum et impium.* Per hoc declaratur quid significent illa verba, *filios hominum;* justos nimirum et injustos, quos impios etiam appellat, quia Deum negligunt, dum illius præcepta observare contemnunt.

Κύριος ἐξετάζει τὸν δίκαιον, καὶ τὸν ἀσεβῆ· Τοῦτο διακριτικὸν τῆς τῶν ἀνθρώπων σημασίας, ὅτι καὶ τοὺς δικαίους λέγει, καὶ τοὺς ἀδίκους, ἀσεβοῦντας ἐν τῷ ἀτιμάζειν Θεὸν, διὰ τῆς τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ καταφρονήσεως.

Qui autem diligit injustitiam, odit animam suam. Hæc est autem causa quare confidat Propheta. Documentum præterea contineat hæc verba, quod injustus quisque vitæ propriæ mortem operatur, animæ suæ inimicus effectus. Pravis etenim ac sceleстis actionibus suis, Deum semper magis irritat ac provocat adversus animam suam. D

Ὁ δὲ ἀγαπῶν τὴν ἀδικίαν, μισεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. Καὶ τοῦτο θάρσους αἴτιον, καὶ διδασκαλικὸν, ὡς ἄδικος τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς τὸν θάνατον κατεργάζηται, ἐχθρὸς τῆς οἰκείας ψυχῆς γινόμενος. Διὰ γὰρ τῶν ἀνοσίων πράξεων παροξύνει κατ' αὐτῆς τὸν Θεόν.

Vers. 7. *Pluet super peccatores laqueos.* Adducet, inquit, Dominus supplicia super peccatores, quibus detenti a pristino impetu compescentur. Hac autem pluviæ metaphora, summam suppliciorum abundantiam ac perpetuitatem denotavit.

Ἐπιβρέξει ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς παγίδας. Ἐπιβρέξει, τουτέστιν ἄνωθεν ἐπάξει, τοῖς ἁμαρτωλοῖς παγίδας, ἤτοι τιμωρίας, δι' ὧν θηρευόμενοι, τῆς ὁρμῆς ἐφέξονται. Τῇ μέντοι βροχῇ τὴν δαψίλειαν καὶ συνέχειαν τῶν τιμωριῶν ᾐνίξατο.

Ignis et sulphur et spiritus procellæ pars calicis ejus. Ignis quidem efficacissimus est; sulphur vero pinguis et crassa illius esca. Hoc enim fomitis genere, ignis valde nutritur. Spiritus etiam seu

Πῦρ καὶ θεῖον καὶ πνεῦμα καταιγίδος ἡ μερὶς τοῦ ποτηρίου αὐτοῦ. Δραστήριον μὲν τὸ πῦρ· λιπαρὰ δὲ τροφὴ πυρὸς, τὸ θεῖον· εἶδος γὰρ τοῦτο λίαν θρεπτικὸν πυρός· ἀναῤῥιπιστικὸν δὲ τῆς φλογὸς,

τὸ πνεῦμα. Τοῦτο δὲ τὸ εἶδος τῆς τιμωρίας, πάλαι Σόδομα κατέστρεψε. Βούλεται δὲ λέγειν, ὡς τὸ μέρος τοῦ ποτηρίου, τουτέστι τῆς ἐκ Θεοῦ τιμωρίας, πῦρ καὶ θεῖον καὶ πνεῦμα συστρέφον ἐστίν. Εἰ δὲ τὸ μέρος οὕτως ἀνύποιστον, τί ἄν τις εἴποι περὶ τῶν ἄλλων τῆς τιμωρίας μερῶν, τουτέστιν εἰδῶν; Πολλαχοῦ δὲ τῆς Γραφῆς ποτήριον καὶ κόνδυ τὴν τιμωρίαν ὀνομαζομένην εὑρίσκομεν, ὡς καὶ ἐν Ἡσαΐᾳ· *Ἐξεγείρου Ἱερουσαλὴμ*, ἐξεγείρου, *ἡ πιοῦσα τὸ ποτήριον τῆς πτώσεως, τὸ κόνδυ τοῦ θυμοῦ*, καὶ τὰ ἑξῆς.

A ventus pari modo flammam excitat. Hoc autem supplicii genere Sodomam olim eversam fuisse legimus. Sensus itaque est, quod pars calicis, hoc est pars supplicii a Deo infligendi, ignis est et sulphur et spiritus, hoc est ventus, convertens. Quod si vel sola hujus calicis pars adeo intolerabilis est, quid dicendum est de reliquis suppliciorum partibus, hoc est, de aliis suppliciorum generibus? Sæpenumero enim apud Scripturam poculum et calicem pro pœna positum invenire licet, ut illud Isaiæ : *Exsurge quæ bibis poculum ruinæ, et calicem furoris*[6], et quæ sequuntur.

Ὅτι δίκαιος Κύριος, καὶ δικαιοσύνας ἠγάπησεν, εὐθύτητας εἶδεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. Ὥσπερ ἅγιος ἐν ἁγίοις ἐπαναπαύεται, οὕτω καὶ δίκαιος ὤν, δικαιοσύνας ἀγαπᾷ· οὕτω δ' ἔχων, ἀμύνεται πάντας τοὺς ἀδίκους· καὶ διὰ τοῦτο θαῤῥητέον αὐτῷ· τοῦτο γὰρ συμπέρασμα τῆς ἐν ἀρχῇ τοῦ ψαλμοῦ προτεθείσης πεποιθήσεως. Τὸ δὲ, *Εὐθύτητας εἶδε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ*, ταυτὸν δύναται τὸ, *Δικαιοσύνας ἠγάπησεν*· ὃν γάρ τις ἀγαπᾷ, τοῦτον καὶ ὁρᾷ· καθάπερ οὖν καὶ ὃν μισεῖ, ἀποστρέφεται. Πρόσωπον δὲ νοοῦμεν τὴν ἐποπτικὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ. Ἀλλ' οὕτω μὲν τὴν κατὰ τὸν Δαβὶδ συμβαίνουσαν ἱστορίαν ὁ ψαλμὸς ἡρμήνευται. Ἁρμόζει δὲ καὶ παντὶ ἀδικουμένῳ, καὶ πολεμουμένῳ, εἴτε ὑπὸ ὁρατῶν ἐχθρῶν, εἴτε ὑπὸ ἀοράτων. Ἡνίκα καὶ τὸ, *Πῶς ἐρεῖτε τῇ ψυχῇ μου*, ῥηθείη ἂν πρός τε τοὺς λογισμοὺς τοὺς ὑποτιθεμένους μεταβαίνειν εἰς ἐννοίας ἀκανθώδεις, καὶ κρημνώδεις, καὶ ἀβάτους ὀρθοδόξοις, καὶ σφαλεράς· οἷον, ὅτι φέρεται τὰ πάντα κατὰ τὸ αὐτόματον, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς ἐκδικήσεων. (51) Ναὶ μὴν καὶ πρὸς τοὺς δαίμονας, προτρεπομένους ἐπὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ἐννοημάτων χωρεῖν. Ἁμαρτωλοὺς δὲ, νοητέον καὶ τοὺς ἀδίκους ἄνδρας (52), καὶ τοὺς πονηρούς. Τόξον δὲ καὶ βέλη, εἴτε τὰ ἐν ἀντιρετικοῖς ὀργάνοις, εἴτε καὶ τὰ τῶν ἀτόπων προσβολῶν· καὶ τὰ ἑξῆς δὲ τοῦ ψαλμοῦ, κατὰ ἀναλογίαν.

VERS. 8. *Quoniam justus Dominus et justitias dilexit, æquitatem vidit vultus ejus.* Quemadmodum Deus sanctus est et requiescit in sanctis, ita etiam B justus est et justitias diligit : unde injustos omnes, et eos qui injuria aliquem afficiunt, punire solet. Qua de causa beatus David sibi magis confidendum esse dicit. Hæc etenim ratio est et conclusio quare fiduciam habeat, de qua in principio Psalmi dictum est. Quod vero ait : *Æquitatem vidit vultus ejus*, seu (ut in Græco verius habetur) *rectitudines* : idem significat, quod, *Justitia dilexit.* Nam quem quis amat, eumdem etiam libenter intuetur : quemadmodum contra, ab illo quem quis odit statim avertitur. Per vultum vero seu faciem Domini, intelligimus potentiam videndi quæ est in Deo. Et hæc quidem interpretatio dicta est prout congruit historiæ beati David. Convenit etiam hic C Psalmus cuilibet oppresso atque oppugnato a visibilibus seu etiam invisibilibus inimicis. Et tunc ea verba : *Quomodo dicitis animæ meæ?* dicta esse intelligantur adversus cogitationes quæ suadent transeundum esse ad spinosa quodammodo et præcipitantia consilia, quæ fidelibus inaccessibilia sunt et non tuta : cujusmodi illa sunt, quod fortuna omnia ac casu regantur, quod non sit Deus qui scelera ulciscatur, et quæcunque alia hujusmodi. Quinimo et adversus dæmones, dicta esse intelligi possunt, qui conantur in hujusmodi nos sententias atque hæreses inducere ; per peccatores enim intelligi possunt tam injusti homines quam pravi dæmones. Et per arcum et sagittas vel hæreticorum instrumenta intellige, vel cogitationum absurdarum impetus : et quæ sequuntur in Psalmo juxta hujusmodi analogiam intellige.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῆς ὀγδόης ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΙΑ'.

Τοιαύτην καὶ οὗτος ἔσχεν ἐπιγραφὴν, οἵαν καὶ ὁ ἕκτος, καὶ ἱκανῶς ἐν ἐκείνῳ διηρμήνευται. Καὶ γὰρ οὗτος περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ προφητεύει, καὶ τῆς ἐκδικήσεως τῶν ἀδικουμένων πιστῶν. Καὶ ἄλλως γάρ· τέλος τῆς ἐν κόσμῳ ζωῆς διὰ θανάτου δεξάμενος, ἀνέστη κατὰ τὴν ὀγδόην ἡμέραν, τὴν Κυριακήν· ἥτις ὡς μὲν ἀρχὴ τῶν ἡμερῶν, πρώτη λέγεται· διὰ δὲ τὸ πάλιν ἐπιέναι μετὰ τὴν ἑβδόμην, ἥτις ἐστὶ τὸ Σάββατον, ὀνομάζεται καὶ

D *In finem pro octava Psalmus ipsi David.*

PSALMUS XI.

Hic Psalmus eamdem habet inscriptionem cum sexto, ubi eam abunde sumus interpretati : et prophetiam pariter continet tam de Christi resurrectione quam de fidelium oppressorum vindicta. Et aliter : Christi humanitas, finem præsentis vitæ suscepit per mortem : et octava, hoc est Dominica die resurrexit : quæ dies, et prima dicitur, tanquam dierum omnium principium : et octava, quia rursus post septimam diem, hoc est post

[6] Isa. LI, 17.

Variæ lectiones.

(51) γρ. καί.
(52) Ejus loci sensus est : *Injusti et pravi homines.*

Sabbatum, redit. *Pro octava* etiam, et non De octava inscriptum est. Neque enim docet Psalmus, quid sit octava, sed rogat diem illum cito adventare, ut homines nimirum, qui sub sæva dæmonum opprimuntur tyrannide, atque idolis serviunt, tanto citius servitutis jugo liberentur : et dæmones commissorum in Deum criminum pœnas luant majores.

A ὀγδόη. Οὐκ ἐπιγέγραπται δὲ, Περὶ τῆς ὀγδόης, ἀλλ' *Ὑπὲρ τῆς ὀγδόης*· οὐ γὰρ διδάσκει, τί ἐστιν ἡ ὀγδόη, ἀλλὰ παρακαλεῖ, θᾶττον ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἕνεκεν τῆς ἐκδικήσεως τῶν τυραννουμένων ὑπὸ τοῦ διαβόλου, καὶ δεδουλωμένων τῇ εἰδωλολατρείᾳ.

Vers. 2. *Salvum me fac, Domine, quoniam defecit sanctus.* Justus is dicitur qui humanis in negotiis, ab eo quod honestum est, non declinat : sanctus vero [cum apud Græcos duplici dicatur nomine, ὅσιος nimirum ut hic, et ἅγιος (utraque enim dictio sanctum significat) consequenter et in duplici sumi potest significatione]; ille autem proprie ὅσιος dicitur, qui pietatem et religionem colit, quæ ad Deum pertinet, ἅγιος vero ille qui per semitam virtutum, divinitatis efficitur particeps. Hæc autem virtutum nomina, scalæ quodammodo comparari possunt, per quam qui gradiuntur, perveniunt ad Deum. Alibi etiam diximus quod apud Scripturam, justus sæpenumero is dicitur, qui non solum justitia, sed omni virtutum genere ornatus est : sed de hujusmodi justo nunc non est sermo. Rogat igitur Propheta salvari se a malignis hominibus qui prævaluerant, cum sancti homines qui olim fuerant erga Deum, partim morte, partim etiam tyrannorum persecutionibus prorsus defecissent : tametsi fortassis aliqui adhuc essent, qui humana hac justitia atque (ut ita dicam) ex parte justi esse viderentur. Sermonem autem suum Propheta ex eorum habet persona, qui Evangelium erant suscepturi. Tunc enim maxime sancti defecerant, quando Christus in carne ad nos advenit.

Σῶσόν με, Κύριε, ὅτι ἐκλέλοιπεν ὅσιος. Δίκαιος μέν ἐστιν, ὁ τὰ πρὸς ἀνθρώπους ἀῤῥεπὴς τοῦ καλοῦ· ὅσιος δὲ, ὁ τὰ πρὸς Θεὸν εὐσεβής· ἅγιος δὲ, ὁ διὰ τοῦ τέλους τῶν ἀρετῶν θεώσεως μετασχών. Καὶ ἐοίκασι ταῦτα κλίμακι, πρὸς τὸν Θεὸν ἀναγούσῃ τοὺς βαδίζοντας δι' αὐτῶν. Εἴρηται δὲ, ὅτι δίκαιον μὲν λέγουσιν αἱ Γραφαὶ ἔστιν ὅτε καὶ τὸν τέλειον B τὴν ἀρετήν· ἀλλ' οὐ περὶ ἐκείνου νῦν ὁ λόγος ἡμῖν. Ὡς οὖν δικαίων μὲν τὴν ἀνθρωπίνην καὶ μερικὴν δικαιοσύνην ὄντων τινῶν, τῶν δὲ ὁσίων ἐκλελοιπότων· τῶν μὲν, τῷ θανεῖν· τῶν δὲ (53), τῷ ἐλαύνεσθαι παρὰ τῶν ἀνοσίων· εὔχεται σωθῆναι ἀπὸ τῶν ἐπικρατούντων πονηρῶν ἀνθρώπων. Προσώπῳ δὲ τῶν μελλόντων ὑποδέξασθαι τὸ κήρυγμα τοῦ Εὐαγγελίου, ποιεῖται τὴν ἔντευξιν ὁ προφήτης. Τηνικαῦτα γὰρ οἱ ὅσιοι ἐξέλιπον μάλιστα, ὅτε καὶ διὰ σαρκὸς ἡμῖν ὁ Κύριος ἐπεδήμησεν.

Quoniam diminutæ sunt veritates a filiis hominum. Sancti quidem penitus defecerunt, veritates vero paucæ admodum relictæ sunt : secundus enim casus hic pro tertio sumitur. Quandoquidem in rebus majoris momenti, mentiri solent, qui in parvis fuerant veraces.

C *Ὅτι ὠλιγώθησαν αἱ ἀλήθειαι ἀπὸ τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων.* Οἱ μὲν ὅσιοι, παντάπασιν ἐπιλελοίπασιν· ἀλήθειαι δὲ, ὀλίγαι τινὲς ὑπελείφθησαν ἐν ἀνθρώποις. Γενικὴ γὰρ, ἀντὶ δοτικῆς ἐνταῦθα· περὶ γὰρ τὰ καίρια μὲν ἐψεύδοντο· ἐν δὲ τοῖς ἐλαχίστοις πράγμασιν, ἠλήθευον.

Vers. 3. *Vana locutus est unusquisque ad proximum suum. Vana*, hoc est deceptoria. Nec alienos tantum decipiebant, sed familiares etiam et domesticos. Proximum enim non loco, sed familiaritate, atque amicitia, aut alio conjunctionis vinculo, propinquum vocat.

Μάταια ἐλάλησεν ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ. Τουτέστιν ἀπατηλά· οὐ μόνον γὰρ ἠπάτων τοὺς ἀλλοτρίους, ἀλλὰ καὶ τοὺς οἰκείους αὐτοῖς. Πλησίον γὰρ καλεῖ τὸν ἔγγιον, οὐ τόπῳ, ἀλλ' οἰκειότητι.

Labia dolosa in corde, et corde locutus est mala. Per dolosa labia, dolosum ipsum intelligit (veluti a parte totum), qui in duplicitate cordis et mentis suæ, mala ac noxia locutus est, aliam intra animum sententiam servans, et aliam verbis exprimens.

Χείλη δόλια ἐν καρδίᾳ, καὶ ἐν καρδίᾳ ἐλάλησε κακά. Χείλη δόλια λέγει τὸν δόλιον, ὡς ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν· ὁ γὰρ δόλιος ἐν διπλῇ καὶ καρδίᾳ καὶ D γνώμῃ ἐλάλησεν κακὰ καὶ βλαβερά· ἔσω μὲν ἀλλοίαν γνώμην ἔχων· ἔξωθεν δὲ ἀλλοίαν δεικνύς.

Vers. 4. *Disperdet Dominus universa labia dolosa, et linguam magniloquam.* Apud Scripturam sacram sæpenumero optativum modum formari reperimus in futurum indicativi, veluti nunc. Optat enim Propheta ut dolosi penitus perdantur, et ii pariter qui adversus infirmiores quosque gloriari ac jactare se solent, et de seipsis magna prædicare.

Ἐξολοθρεύσει Κύριος πάντα τὰ χείλη τὰ δόλια, γλῶσσαν μεγαλοῤῥήμονα. Πολλάκις ἡ Γραφὴ τὸ εὐκτικὸν εἰς μέλλοντα χρόνον σχηματίζει, καθάπερ ἐπὶ τοῦ παρόντος. Εὔχεται γὰρ προῤῥίζους ἀφανισθῆναι τοὺς δόλους, ἔτι δὲ καὶ τοὺς ἀλαζονευομένους κατὰ τῶν ἀσθενεστέρων, καὶ μεγάλα περὶ ἑαυτῶν κομπάζοντας. Ἢ καὶ προφητεύει τὴν τούτων παν-

Variæ lectiones.

(53) γρ. τῷ.

ὀλεθρίαν· διδάσκων δὲ τίνας λέγει μεγαλοῤῥήμονας, ἐπήγαγεν·

Τοὺς εἰπόντας· Τὴν γλῶσσαν ἡμῶν μεγαλυνοῦμεν. Τοὺς σκεψαμένους ἐν αὐτοῖς, ὅτι Μεγαλυνοῦμεν, ἤτοι μεγάλα καὶ ἀλαζονικὰ φθέγγεσθαι παρασκευάσομεν τὴν γλῶσσαν ἡμῶν.

Τὰ χείλη ἡμῶν παρ' ἡμῖν ἐστι, τίς ἡμῶν Κύριός ἐστιν; Εἰπόντας ἔτι, ὡς Ἡμεῖς ἐξουσιάζομεν τῶν χειλέων ἡμῶν, καὶ λοιπὸν τίνα δεδοίκαμεν μὴ τοιαῦτα λέγειν; Καὶ τίς ἡμῶν κωλυτὴς τῶν τοιούτων λόγων;

Ἕνεκεν τῆς ταλαιπωρίας τῶν πτωχῶν καὶ τοῦ στεναγμοῦ τῶν πενήτων, νῦν ἀναστήσομαι, λέγει Κύριος. Τὸ *νῦν*, ἀντὶ τοῦ *τότε* ληπτέον, κατὰ τὸν πρέποντα καιρὸν, ἵν' ᾖ τοιοῦτον, ὡς Τηνικαῦτα, φησὶν ὁ Χριστὸς, ἀναστήσομαι τοῦ τάφου, ἕνεκεν τῆς ταλαιπωρίας τῶν δεδεμένων τῇ πλάνῃ δι' ἄγνοιαν, ἥτις ταλαιπωρία γέγονεν αὐτοῖς ἀντὶ τοῦ στεναγμοῦ, καθ' ἣν ἀποδεδώκαμεν ἐξήγησιν, ἑρμηνεύοντες τὸ, *Οὐκ ἐπελάθετο τῆς κραυγῆς τῶν πενήτων*. Ἀκήκοε δὲ τοῦτο Δαβὶδ τοῖς προφητικοῖς ὠσί. Φασὶ δέ τινες πτωχὸν μὲν καλεῖσθαι τὸν ἀπὸ πλούτου πεπτωκότα, κατὰ τὸ· *Πλούσιοι ἐπτώχευσαν*· πένητα δὲ, τὸν διὰ πόνου τῶν οἰκείων χειρῶν τροφὴν ἀναγκαίαν κομιζόμενον. Τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ πιστεῦσαι μέλλοντες· τάς τε γὰρ οὐσίας περιῃρέθησαν, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῖς διηκόνουν εἰς τὴν χρείαν τοῦ σώματος· λαμβάνεται δὲ πολλάκις καὶ ἀδιαφόρως, ἀντὶ θατέρου θάτερον. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν· Φησὶν ὁ Θεός· Διὰ τὴν ταλαιπωρίαν καὶ τὸν στεναγμὸν τῶν καταπονουμένων, νῦν κινηθήσομαι, τουτέστιν, αὐτίκα, εὐθὺς, ταχέως. Θεοπρεπῶς δὲ νόει τὸ *Κινηθήσομαι*, καὶ τὸ *Ἀμυνῶ*, εἰ καὶ ἀνθρωποπρεπέστερον εἴρηται.

Vel eorum futuram exterminationem prædicit: et docens quinam ii sint, qui suam magnificant linguam subjicit:

VERS. 5. *Qui dixerunt: Linguam nostram magnificabimus.* Eos, inquit, qui intra se cogitarunt dicentes: *Magnificabimus linguam nostram*, hoc est, Magna et jactabunda quædam præparabimus, quæ nostra loquatur lingua.

Labia nostra apud nos sunt, quis noster Dominus est? Qui et illud dixerunt: Nos labiorum nostrorum potestatem habemus, et quemnam deinceps timebimus: ut ista non dicamus? et quis erit qui sermones nostros compescat?

VERS. 6. *Propter miseriam inopum et gemitum pauperum nunc exsurgam, dicit Dominus.* Dictio *nunc* pro *tunc* accipienda est, hoc est, cum opportunum tempus fuerit, ut sit sensus: Tunc, inquit Christus, resurgam e sepultura propter eorum miseriam, qui ignoranter in errorem captivati sunt. Miseria autem illa clamoris loco eis fuit et gemitus: juxta ea quæ superius diximus in Psalmo IX, ibi: *Non est oblitus clamorem pauperum.* Dici vero hæc a Domino audiebat beatus David propheticis auribus suis. Inops, juxta Græci nominis etymologiam, is dicitur, qui a statu suo decidit, quem et nos dicimus quasi *sine opibus*, juxta illud: *Inopes facti sunt divites.* Pauper vero juxta eamdem Græci nominis etymologiam, is dici potest, qui proprio labore necessarium sibi victum parat, cujusmodi fuere omnes qui primi fidem suscepturi erant; quippe qui bonis omnibus privati, propriis manibus necessaria sibi omnia paraverunt: tametsi sæpenumero promiscue alterum pro altero accipiatur. Possumus et aliter dicere, Deus propter afflictorum gemitus et miseriam, dixit: Nunc movebor, seu ulciscar, hoc est, cito ac statim id faciam. Decenter tamen ac digne Deo intellige verba illa: *Movebor*, et: *Vindicam summam*, tametsi humano quodam more dicta sunt.

Θήσομαι ἐν σωτηρίῳ, παῤῥησιάσομαι ἐν αὐτῷ. Μνημονεύσας τῆς ἀναστάσεως, μνημονεύει καὶ τῆς ταφῆς, ἀναστρέψας τὸν λόγον ἐπὶ τὸν διὰ σταυροῦ θάνατον. Ἔτι γὰρ, φησὶ, καὶ τοῦτο λέγει ὁ Κύριος, ὅτι Θήσομαι, τουτέστι, προσπαγήσομαι ἐν τῷ σταυρῷ. Τοῦτον γὰρ ὑποληπτέον σωτήριον. Τῷ δόρατι γὰρ τοῦ σταυροῦ κατακοντήσας τὸν τύραννον, ἔσωσεν ἡμᾶς, καὶ σώαν τὴν ἐλευθερίαν τῆς πλάνης ἐχαρίσατο· καὶ ἀσθενοῦντας πρὶν, ἔῤῥωσε κατὰ τῶν δαιμόνων· *παῤῥησιάσομαι δὲ ἐν αὐτῷ*, τουτέστιν, ἐν αὐτῷ δημοσιεύσω τὴν ἐπικρυπτομένην ἐν ἐμοὶ δύναμιν· διεῤῥάγη γὰρ τὸ καταπέτασμα, ὁ ἥλιος ἐσκοτίσθη, αἱ πέτραι ἐσχίσθησαν, ἡ γῆ ἐσείσθη, καὶ ὅσα τότε γεγόνασιν ἐξαίσια. Ἢ πάλιν· Θήσομαι αὐτοὺς εἰς σωτηρίαν, ἤγουν σωτηρίας ἀξιώσω, καὶ παῤῥησιάσομαι ἐν τῇ τοιαύτῃ σωτηρίᾳ αὐτῶν, ἤγουν φανερώσω, δείξω τὴν ἰσχύν.

Ponam in salutari, libere agam in eo. Cum de resurrectione meminerit, meminit et sepulturæ sermonem faciens de morte quam in cruce sustinuit: ex Christi enim persona hæc etiam dicta sunt. Ponar, inquit, hoc est infigar, in cruce, quam salutare illud esse credimus, de quo nunc loquitur, quippe cum hoc crucis jaculo, Christus tyrannum dæmonem transfixerit: unde et salvavit nos, et libertatem nobis erroribus liberam ac salutarem donavit; et cum antea infirmi essemus, fortes contra dæmones reddidit. Quod vero ait: *Libere agam in eo*, idem sibi vult ac si diceret, quod in ipsa cruce publicabit ac libere propalabit occultam antea, atque ignotam potentiam suam. Nam et velum templi tunc scissum est, et sol obtenebratus, et terra commota, et petræ discissæ, et admiranda alia contigerunt. Vel aliter: [quia Græcum verbum θήσομαι, ut futurum medium, tam activam quam passivam significationem habet, legere potes alio modo: *Ponam in salutari*, hoc est], Ponam eos in salutem: hoc est faciam eos salute dignos; in hujusmodi etiam salute libere agam: hoc est libere loquar, et palam omnibus declarabo vires meas.

Τὰ λόγια Κυρίου, λόγια ἁγνά. Εἰπὼν ὅτι τάδε

VERS. 7. *Eloquia Domini eloquia casta.* Cum Do-

minum narraverit hæc atque illa dixisse, nunc de veritate sermonum ejus testimonium reddit, dicens, quod munda ac pura sunt ab omni mendacio.

Argentum igne examinatum probatum terræ. Adeo munda ac nitida sunt eloquia Dei, ab omni dolo et ab omni deceptione, ut argento conflato, quod viliori omni carere solet materia, puritate ac munditia sua possint comparari. *Probatum* vero *terræ* dixit, pro, in terra. Fabri etenim conflatum argentum fundunt in terram. Vel *Probatum terræ*, hoc est, ex terra. Deinde hanc eloquiorum Dei munditiam adhuc magis extollens, addit:

Purgatum septuplum. Septuplum, hoc est, sæpius. Solent enim Hebræi septies ponere pro pluries. Argentum autem quod sæpius conflatum est, mundius omnino ac purius esse solet. Sunt igitur eloquia Dei vera et nitida, ac similia argento sæpius conflato. Λόγια vero dicit, non diminutivo utens, sed quia oracula eloquia, propter eorum brevitatem, appellare consueverant. Paucis enim litteris maximam cogitationis vim complectebantur.

VERS. 8. *Tu, Domine, custodies nos, et conservabis nos a generatione hac in sæculum.* Tu nos, Domine, custodies ab exterioribus inimicis, et conservabis ab iis qui interius insidias parant. Vel custodies quidem a præsenti generatione, et servabis ab iis qui postea in sæculum futuri sunt, hoc est, semper et perpetuo proteges nos. Nam et fides eorum qui Evangelium susceperunt, ab illa generatione stabilis permansit: et in sæculum adeo manebit invicta, ut neque gentiles, qui aperte eam oppugnant, neque hæretici, qui intra nos clam contra eam insidias disponunt, prævalere possint.

VERS. 9. *In circuitu impii ambulant.* Undique, inquit, nos circumdant, obsidere certantes fidem nostram. Et hoc si de gentilibus intelligas. Quod si loqui Prophetam intelligas de hæreticis, dicatur: *Ambulant in circuitu*, hoc est, non recte, sed oblique: cum sacram omnem Scripturam perverse interpretentur.

Secundum altitudinem tuam magni pependisti filios hominum. Tu, inquit, in cruce exaltatus summam de hominibus curam habere dignatus es: quam ob causam mortem etiam subiisti. Et quod ait *Magni pependisti*, Græce habetur ἐπολυώρησας; et quemadmodum apud Græcos ὀλιγωρία *vilipensio* dicitur et *neglectio*, ita πολυωρία ejus contrarium. Vel aliter tum ad cœlos usque exaltatus, assumptionis nimirum tuæ tempore, magna in humanam naturam contulisti beneficia, misso ad eam Spiritu Paracleto, qui apostolos illuminavit, atque in Evangelii prædicationem direxit. Potest etiam hic Psalmus juxta historiæ sensum accommodari beato David, illo potissimum tempore quando eum fugientem a facie Saul, quidam se ei amicos fingentes, tentaverunt, ut in persecutoris manus eum traderent. Quorum infidelitatem, simulationem, dolos

A καὶ τάδε λέγει Κύριος, διαβεβαιοῦται καὶ περὶ τῆς τῶν Κυρίου λόγων ἀληθείας, ὡς καθαρὰ ψεύδους ἐστίν.

Ἀργύριον πεπυρωμένον, δοκίμιον τῇ γῇ. Οὕτως εἰσὶν ἀμιγεῖς ἀπάτης, ὡς τὸ κεχωνευμένον ἀργύριον ἀκοινώνητόν ἐστιν ὕλης χείρονος. *Δοκίμιον* δὲ *τῇ γῇ*, ἀντὶ τοῦ, δοκιμαζόμενον ἐν τῇ γῇ· καὶ γὰρ εἰς γῆν ἔχεον οἱ τεχνῖται τὸ χωνευόμενον. Ἢ καὶ *δοκίμιον τῇ γῇ*, ἀντὶ τοῦ, δόκιμον ἐκ τῆς γῆς· ἐπιτείνων γὰρ τὴν καθαρότητα τῶν τοῦ Κυρίου λόγων, ἐπήγαγεν·

Κεκαθαρισμένον ἑπταπλασίως. Τὸ ἑπταπλασίως, ἀντὶ τοῦ πολλάκις· τὸ γὰρ ἑπτάκις, ἀντὶ τοῦ
B πολλάκις ἡ τῶν Ἑβραίων παραλαμβάνει διάλεκτος. Τὸ δὲ πολλάκις κεχωνευμένον, παντάπασίν ἐστι καθαρόν. Οὕτως οὖν εἰσιν ἀληθεῖς, ὡς ἀργύριον κεχωνευμένον πολλάκις. Λόγια δὲ εἶπεν, οὐ καθ' ὑποκορισμὸν εὐτελείας, ἀλλ' ὅτι τοὺς χρησμοὺς λόγια ἐκάλουν διὰ τὴν βραχυλογίαν αὐτῶν. Ἐν ὀλίγαις γὰρ λέξεσι, μεγάλην δύναμιν ἐννοίας ἐμπεριεῖχον.

Σὺ, Κύριε, φυλάξεις ἡμᾶς, καὶ διατηρήσεις ἡμᾶς ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης καὶ εἰς τὸν αἰῶνα. Τὸ μὲν *Φυλάξεις*, ἀπὸ τῶν ἔξωθεν πολεμούντων· τὸ δὲ *Διατηρήσεις*, ἀπὸ τῶν ἔσωθεν ἐπιβουλευόντων. Ἢ καὶ τὸ μὲν *Φυλάξεις*, ἀπὸ τῆς παρούσης γενεᾶς· τὸ δὲ *Διατηρήσεις*, ἀπὸ τῶν ἐσύστερον, ὅπερ ἐστὶν εἰς τὸν αἰῶνα, δηλονότι, μέχρι παντός. Καὶ μέντοι
C ἡ πίστις τῶν δεξαμένων τοῦ Εὐαγγελίου τὸ κήρυγμα, καὶ ἀπὸ τῆς τηνικαῦτα γενεᾶς ἀκαταγώνιστος ἔμεινε, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα μενεῖ, καὶ οὔτε οἱ φανερῶς πολεμήσαντες Ἕλληνες, οὔθ' οἱ ἐν ἡμῖν λαθραίως ἐπιβουλεύοντες αἱρετικοὶ, κατίσχυσαν αὐτῆς, ἢ κατισχῦσαι δυνήσονται.

Κύκλῳ οἱ ἀσεβεῖς περιπατοῦσι. Πάντοθεν γὰρ, φησὶν, ἡμᾶς περικυκλοῦσι, πολιορκῆσαι τὴν πίστιν σπεύδοντες. Καὶ τοῦτο μὲν ἐπὶ τῶν Ἑλλήνων· ἐπὶ δὲ τῶν αἱρετικῶν, τὸ *Κύκλῳ περιπατοῦσιν*, ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐπ' εὐθείας, ἀλλὰ περιεστραμμένης· παρερμηνεύουσι γὰρ τὰς θείας Γραφάς.

Κατὰ τὸ ὕψος σου, ἐπολυώρησας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Ὑψωθεὶς, φησὶν, ἐπὶ σταυροῦ,
D πολλῆς φροντίδος τοὺς ἀνθρώπους ἠξίωσας, ὅτι δι' αὐτοὺς πέπονθας. Πολυωρία γὰρ, ἡ πολλὴ φροντὶς, ὥσπερ καὶ ἡ ὀλιγωρία, τοὐναντίον. Ἢ καὶ ὑψωθεὶς ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀναλήψεως, εὐηργέτησας τοὺς ἀνθρώπους, ἐξαποστείλας τὸν Παράκλητον, φωτίζοντα καὶ ὁδηγοῦντα τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὸ κήρυγμα. Δύναται δὲ καὶ ἱστορικῶς οὗτος ὁ ψαλμὸς ἁρμόσαι τῷ Δαβίδ· φεύγοντα γὰρ τοῦτον ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ, τινὲς ὑποκρινόμενοι φιλανθρωπίαν, ἐπεχείρησαν προδοῦναι τῷ διώκοντι. Ὧν διασύρει τὴν ἀπιστίαν, καὶ τὴν κρίσιν, καὶ τὸν δόλον, καὶ τὴν πανουργίαν, καὶ μόνον ἐπικαλεῖται Σωτῆρα τὸν Θεὸν, οἷα τῶν φίλων προσθεμένων τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ, καὶ προλέγει τούτων τὴν ἀπώλειαν. Ἀλλὰ καὶ τὴν μεγαλοῤῥημοσύνην τῶν ἀμφὶ τὸν Σαοὺλ ἀποσβεσθῆναι

προαγορεύει· ἐπιγέγραπται δὲ, Ὑπὲρ τῆς ὀγδόης, διὰ τὸ *Νῦν ἀναστήσομαι*, καὶ τὰ ἑφεξῆς, τῇ ἀναστάσει μᾶλλον τοῦ Σωτῆρος ἁρμόζοντα. Εἰ γὰρ καὶ ταῦτα πρὸς τὸν Δαβὶδ ἑλκύσομεν, ὥσπερ ἀκηκοότος τοῦ Θεοῦ καὶ ὑπισχνουμένου κινηθῆναι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐπιβουλῆς εἰς ἐκδίκησιν αὐτοῦ, καὶ θεῖναι τοὺς πτωχοὺς καὶ πένητας εἰς σωτηρίαν, καὶ παῤῥησιάσασθαι, τουτέστι φανῆναι ἰσχυρὸς καὶ δίκαιος διὰ τῆς σωτηρίας αὐτῶν· ἐναντιωθήσομαι τῇ ἐπιγραφῇ τῆς ὀγδόης. Ἰστέον δὲ, ὅτι τὸ σωτήριον οὐδετέρως, ἡ σωτηρία.

A et scelera hoc Psalmo reprehendit, unicum ad propriam salutem Deum invocans: quasi nulla jam amplius ei spes superesset in auxilio amicorum, qui sese hostibus adjunxissent, et quorum interitum hic prædicit: ipsius etiam Saul ac sociorum jactantiam evertendam esse prænuntians. *Pro octava* vero inscriptus est propter illa verba, *Nunc resurgam*: quæ tamen resurrectioni Salvatoris congruere magis videntur. Nam si quis trahere velit sensum verborum ad beatum David, tanquam ipse audiverit Deum promittentem se ei, insidiarum tempore in auxilium adventurum, et ad ejus vindictam: et positurum insuper pauperes omnes atque inopes in salute, denuum libere se acturum, hoc est, fortem ac justum se conspiciendum esse, propter illorum salutem: si quis, inquam, sensum Psalmi illuc trahere voluerit, non videbuntur verba Psalmi inscriptioni, *Pro octava*, convenire. Sciendum est etiam, quod salutare hic neutrum nomen substantivum est, et ponitur pro salute.

Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΙΒ'.

Μετὰ τὴν μοιχείαν Βηρσαβέε, καὶ τὸν φόνον τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς Οὐρίου, διαφόροις περιπεσὼν πειρασμοῖς ὁ Δαβὶδ, ἥτε θυγάτηρ αὐτοῦ παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῆς Ἀμνὼν· καὶ τὸν Ἀμνὼν ὁ ἀδελφὸς αὐτῆς Ἀβεσαλὼμ ἀνεῖλε, καὶ τῶν βασιλικῶν οἴκων οὐκ ἐλαχίστη γέγονε σύγχυσις· ἐπεὶ τελευταῖον καὶ τυραννίδα μελετήσας ὁ παῖς οὗτος Ἀβεσαλὼμ, ἀπήλασε μὲν αὐτὸν τῆς βασιλείας, οὐκ ἔστησε δὲ μέχρι τούτου τὸν θυμὸν, ἀλλὰ τὰς δυνάμεις τούτου συνεκρότησε, καὶ παρεσκευάζετο καταδιῶξαι τὸν πατέρα, καὶ ἀνελεῖν. Ἀναλογιζόμενος ὁ Δαβὶδ τὸ πλῆθος καὶ μέγεθος τῶν συμφορῶν, ᾤετο τὴν δηλωθεῖσαν μοιχείαν καὶ τὸν φόνον τὰ τοιαῦτα προξενῆσαι κακὰ, ἐγκαταλιπόντος αὐτὸν τοῦ Θεοῦ, εἰ καὶ τηνικαῦτα συνεχωρήθη. Διὸ καὶ τὸν παρόντα συνέθηκε ψαλμὸν, μετὰ τὸν τρίτον, ὅτε ὁ Χουσὶ διασκεδάσας τὴν βουλὴν Ἀχιτόφελ, ὡς προειρήκαμεν, ἐμήνυσεν αὐτῷ τὴν μελέτην πᾶσαν Ἀβεσαλὼμ, καὶ τὸ πρακτέον ὑπέθετο. *Εἰς τὸ τέλος* ἐπιγέγραπται, διὰ τὴν ἐν τούτῳ πρόῤῥησιν τῆς τοῦ πολεμοῦντος ἥττης, εἰς τὸ τέλος ἐκβεβηκυίας. Ἀγαλλιάσεται γὰρ, φησὶν, ἡ καρδία μου ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου.

Ἕως πότε, Κύριε, ἐπιλήσῃ μου εἰς τέλος; Λήθη μέν ἐστιν ἀποβολὴ μνήμης· τῷ Θεῷ δὲ πάντα ἐνώπια, καὶ οὐχ αἱ πράξεις μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τοῦ νοῦ κινήματα. Λήθην οὖν ἐπὶ Θεοῦ, τὴν ἐγκατάλειψιν τῶν πεπλανηκότων οἰητέον, παραχωροῦντος πειράζεσθαι τούτους εἰς παίδευσιν. Τὸ δὲ *εἰς τέλος*, ἀντὶ τοῦ, μέχρι πολλοῦ παρείληπται.

Ἕως πότε ἀποστρέψεις τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ; Πρόσωπον μὲν οὖν ἐστι Θεοῦ ἡ ἐποπτικὴ καὶ εὐεργετικὴ αὐτοῦ δύναμις· ἀποστροφὴ δὲ, ἡ πρὸς τοὐναντίον αὐτῆς ἐνέργεια, ὡς ἀποστρεφομένη τοὺς ἀναξίους τῆς ἐπισκοπῆς αὐτοῦ, διὰ τὸ βδελύττεσθαι τὰς πράξεις αὐτῶν. Ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων δὲ, χαρακτηρίζει καὶ τὰ θεῖα. Καὶ γὰρ οἱ ἐγκαταλιμπάνοντές τινα, καὶ τὴν μνήμην αὐτοῦ συναπολιμπάνουσι, καὶ οἱ ἀποστρεφόμενοι οὐχ ὁρῶσιν, οὓς ἀποστρέφονται.

B *In finem Psalmus ipsi David.*

PSALMUS XII.

Post adulterium Bersabeæ et post cædem Uriæ, cum in varias incidisset calamitates beatus David: quippe cum et filia ejus Thamar ab Ammon fratre fuisset corrupta, et Amnon a fratre Absalone interemptus: unde non mediocris confusio in regia illa domo orta est: præcipue cum ipse Absalon postremo tyrannidem etiam affectaverit, et patrem regno expulerit, et crescente in immensum furore, copias etiam collegerit et persecutus sit patrem, et interimere etiam eum conatus sit: cum igitur in has omnes calamitates incidisset beatus David, atque animo eas semper revolveret, existimavit se ob commissum adulterii, et cædis crimen tantis C opprimi malis: et quanquam olim sibi remissum fuisset peccatum, veritus tamen se a Deo fuisse derelictum, hunc Psalmum conscripsit, post tertium, quando Chusi fregit consilium Achitophel, ut jam prædiximus. Hoc autem Psalmo, et Absalonis filii cogitationes explicavit, et quæ eventura erant prædixit: atque ideo *in finem* inscriptus est: quia profligationem Absalonis prædicit, quæ verum finem erat consecutura. *Exsultabit*, inquit, *cor meum in salutari tuo*.

Vers. 1. *Usquequo, Domine, oblivisceris mei in finem?* Oblivio est memoriæ deperditio. Deo vero omnia præsentia sunt: nec tantum actiones nostræ, sed ipsius etiam mentis cogitationes ac motus. D Oblivisci vero dicimus Deum alicujus, quando ob illius delicta cum Deus derelinquit, tentarique permittit atque affligi, ut flagello erudiatur. *In finem* autem posuit pro *diu*.

Usquequo avertis faciem tuam a me? Facies Dei potentia illa in Deo est, qua aspicit nos, ac custodit et beneficiis donat. Aversio vero Dei contraria operatio est: quando nimirum indignos quosque a custodia et protectione sua avertit, tanquam ea operentur quæ in ipsius conspectu abominabilia videri possint: verum humanis loquendi modis Propheta divinas nobis actiones exprimit. Nam qui aliquem derelinquunt, illius pariter memoriam perdunt, et qui aliquos avertunt, amplius eos non vident, a quibus aversi sunt.

Vers. 2. *Usquequo ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo die et nocte?* Sollicitus, inquit, ac cogitabundus, quo pacto valeam a calamitatibus liberari, et viam nullam inveniens, assiduis doloribus premor.

Vers. 3. *Usquequo exaltabitur inimicus meus super me?* Parricida, inquit, filius Absalon, qui jam diu fuerit contra me (ex eo sane tempore quo Amnon fratrem interemit), usquequo exaltabitur? Hoc est, Usquequo prospere ei omnia succedent adversum me? extollere enim se solent atque erigere caput, omnes qui læti sunt, et quibus ex animi voto cuncta contingunt: contra vero humiles ac demissi, qui mœsti sunt ac tristes. Possumus et inimicum dæmonem intelligere qui tentationum nobis ac calamitatum est causa, dum afflictis insultat; quinimo et gravius eos etiam affligit, qui divino auxilio destituti sunt.

Vers. 4. *Respice, exaudi me, Domine, Deus meus.* Verbo *avertis* convenienter apposuit verbum *respice:* Dignum me effice, inquit, benevolentia: respice me graviter afflictum: et misertus, eum exaudi, qui te advocat in auxilium.

Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte. Est etenim super me circumfusa tristis calamitatum nox, detentique sunt oculi mei a mœroris sopore. Solent enim qui mœsti sunt facile in somnum deferri. Dolore scilicet cordis gravedinem quamdam ac tenebras in corporis oculos immittente. Tu igitur eos illumina: hoc est concedito ut recte ac pure videant. Et gaudium instilla cordi meo, ita ut exsultans, somnum ab oculis expellat, ne aliquando fortassis hujusmodi somnus ob doloris mei vastitatem, desinat in mortem. Vel oculos ipsius animæ intelligit, mentem ipsam nimirum, seu intellectum. Illumina, inquit, intellectum meum peccati caligine obscuratum, et libera me ab hujusmodi tenebris, ne aliquando mori me contingat morte peccati, quæ hominem virtutibus mortuum reddit: vel ne morte desperationis moriar, exstincta ac mortua omni spe quam in te habebam.

Vers. 5. *Nequando dicat inimicus meus, Prævalui adversus eum.* Nam si quid hujusmodi acciderit, meam inimicus mortem suæ ascribet potentiæ: et quemadmodum ab initio ille mihi calamitatum omnium causa fuit, ita et interitus nunc fuisse gaudebit. Inimicum vero et visibilem et invisibilem potes intelligere.

Vers. 6. *Qui tribulant me exsultabunt si motus fuero.* Si fluctuavero, inquit, ab illa securitate quam in te habeo, inimici mei lætabuntur, sperantes me deinceps facillime in præceps delatum iri, veluti qui nullam basem aut fundamentum habeam salutis.

Ego autem in misericordia tua speravi. Postquam, inquit, ob scelera quæ commisi, fiduciam omnem abjeci quam antea de virtute habebam, quod reliquum est, modo in tua tantum spero misericordia: tametsi abundantissimum hoc mihi remedium esse noverim atque inexhaustum.

A *Ἕως τίνος θήσομαι βουλὰς ἐν ψυχῇ μου, ὀδύνας ἐν καρδίᾳ μου, ἡμέρας καὶ νυκτός;* Φροντίζων καὶ μεριμνῶν πῶς ἀπαλλαγείην τῶν πειρασμῶν, καὶ μὴ δυνάμενος ἐλευθερίαν εὑρεῖν, ὀδυνῶμαι διὰ παντός.

Ἕως πότε ὑψωθήσεται ὁ ἐχθρός μου ἐπ' ἐμέ; Ὁ πατραλοίας, ὁ διὰ πολλοῦ μηνύων μοι, ἀφ' οὗ τὸν παῖδά μου Ἀμνὼν ἐθανάτωσεν. Ὑψωθήσεται δὲ, ἀντὶ τοῦ Εὐπραγήσει. Ὁ μὲν γὰρ χαίρων, αἴρει τὴν κεφαλήν· ὁ δ' ἀνιώμενος, συγκέκυφε, ταπεινούμενος. Ἢ ἐχθρὸν, τὸν διάβολον ὑποληπτέον· αὐτὸς γάρ ἐστιν, ὁ τῶν πειρασμῶν αἴτιος, ἐπεμβαίνων τοῖς πάσχουσι, καὶ οἷον καταπατῶν καὶ θλίβων, ἐστερημένοις τῆς παρὰ Θεοῦ ῥοπῆς.

B *Ἐπίβλεψον, εἰσάκουσόν μου, Κύριε ὁ Θεός μου.* Πρὸς τὸ *ἀποστρέφεις* κατάλληλον τὸ, *Ἐπίβλεψον.* Ἀξίωσόν με τῆς σῆς εὐμενείας· ἔπιδε κακῶς πάσχοντα, καὶ ἐλεήσας, εἰσάκουσόν μου, παρακαλοῦντος εἰς βοήθειαν.

Φώτισον τοὺς ὀφθαλμούς μου, μήποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον. Τῆς νυκτός μοι περιχυθείσης τῶν συμφορῶν, κατέσχε τοὺς ὀφθαλμούς μου ὕπνος ἀθυμίας· εἰώθασι γὰρ εἰς ὕπνον οἱ λυπούμενοι καταφέρεσθαι, τῆς ὀδύνης τῆς καρδίας σκότον καὶ βάρος ἐμποιούσης τοῖς ὀφθαλμοῖς. Φώτισον οὖν αὐτοὺς, τουτέστι καθαρῶς ὁρᾷν δὸς, χαρὰν ἐνσταλάξας τῇ καρδίᾳ μου, ὑφ' ἧς αὕτη σκιρτῶσα, τὸν ὕπνον ἀποδιώξει τῶν ὀφθαλμῶν, μή ποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον, εἴτ' οὖν, μήποτε ὁ ὕπνος οὗτος εἰς θάνατόν μοι C καταλήξῃ δι' ἀθυμίας ὑπερβολὴν, μήποτε ὑπνώσω θανάσιμον. Ἢ καὶ ὀφθαλμοὺς τοὺς τῆς ψυχῆς λέγει, δηλαδὴ τὸν νοῦν, ὡς ἐσκοτισμένον ὄντα τῷ ζόφῳ τῆς ἁμαρτίας, ὃν ἀπαλλαγῆναι τοῦ σκότους ἱκετεύει, μήπως ἀποθάνῃ τὸν ἐν ἁμαρτίαις θάνατον, νεκρὸς εἰς ἀρετὴν ἤδη γεγονώς· ἢ καὶ τὸν ἐν ἀπογνώσει, νεκρωθεὶς ὅλως εἰς ἐλπίδα τὴν σήν.

Μή ποτε εἴπῃ ὁ ἐχθρός μου· Ἴσχυσα πρὸς αὐτόν. Εἰ γὰρ τοιοῦτόν τι πείσομαι, τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει ὁ ἐχθρὸς τὸν ἐμὸν ἐπιγράψεται θάνατον, ὡς καὶ τῶν ἀλγεινῶν γενόμενος αἴτιος. Ἐχθρὸν δὲ νοήσεις, εἴτε τὸν ὁρατὸν, εἴτε καὶ ἀόρατον. D

Οἱ θλίβοντές με, ἀγαλλιάσονται, ἐὰν σαλευθῶ. Εἰ παρακινηθῶ ἀπὸ τῆς ἀσφαλείας, οἱ ἐχθροί μου χαρήσονται, καταχρημνισθῆναί με τοῦ λοιποῦ θαῤῥοῦντες, ὡς οὐκ ἔχοντα σωτηρίας βάσιν.

Ἐγὼ δὲ ἐπὶ τῷ ἐλέει σου ἤλπισα. Τὴν ἐξ ἀρετῶν παῤῥησίαν ἀπολωλεκὼς, διαπέπραχα κακὰ, ἐπὶ τῷ ἐλέει σου μόνῳ ἤλπισα· δαψιλὲς γὰρ τοῦτο, καὶ ἀνεξάντλητον.

Ἀγαλλιάσεται ἡ καρδία μου ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου. Προκατιδὼν τὴν τοῦ πολεμοῦντος ἧτταν τοῖς προβλεπτικοῖς ὄμμασιν· ἐγὼ δὲ, φησὶν, εὐφρανθήσομαι ἐπὶ τῇ παρὰ σοῦ δωρουμένῃ μοι σωτηρίᾳ.

Ἄσω τῷ Κυρίῳ τῷ εὐεργετήσαντί με, καὶ ψαλῶ τῷ ὀνόματι Κυρίου τοῦ ὑψίστου. Ἄσω διὰ γλώττης, ψαλῶ διὰ τοῦ ὀργανικοῦ ψαλτηρίου. Ἢ καὶ θεωρητικῶς εὐφρανῶ, καὶ πρακτικῶς. Ἁρμόζει δὲ οὗτος ὁ ψαλμὸς καὶ πᾶσιν ἀδικουμένοις.

Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΙΓ'.

Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς πέρας ὑπισχνεῖται τῶν ἑαυτῷ προηγορευμένων· οἱ μὲν γὰρ, αὐτὸν προλέγειν φασὶ τὰ χρόνοις ὕστερον ἐπὶ Ἐζεκίου τοῦ βασιλέως Ἱερουσαλὴμ, καὶ τοῦ πολιορκοῦντος αὐτὴν Ἀσσυρίου Σεναχηρεὶμ γεγενημένα· οἱ δὲ, τὰ ἐπὶ τῶν χρόνων, καθ' οὓς ὁ Κύριος ἐνηνθρώπησεν. Ἡμεῖς δὲ, ἄμφω τὰς ἐξηγήσεις ἀποδώσομεν.

Εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, Οὐκ ἔστι Θεός. Ὁ ἄφρων Σεναχηρεὶμ ἐν τῇ αὐτοῦ καρδίᾳ ἀπεφήνατο μὴ εἶναι Θεὸν τὸν Θεὸν τῶν Ἰουδαίων. Εἰ γὰρ ἐφρόνει, οὐκ ἂν εἰς τοιοῦτον ἦλθε λογισμὸν, καὶ ταῦτα καθ' ἑκάστην ἀκούων, ὅσα παράδοξα κατὰ τῶν ἐχθραινόντων Ἰουδαίοις ὁ Θεὸς ἐποίησεν. Οὕτω δὲ παρ' ἑαυτῷ λογισάμενος, καὶ διὰ προφορικοῦ λόγου τὸν Θεὸν ἐβλασφήμησε, τὸν ἄρχοντα τῶν δυνάμεων αὐτοῦ Ῥαψάκην τῷ τάχει τῆς πόλεως παραστήσας, καὶ δι' αὐτοῦ μηνίσαι, οἷα τὴν κατ' αὐτὸν ἀναγινώσκοντες εὑρήσομεν ἱστορίαν.

civitatis ea populo annuntiavit, quæ historiam cere.

Διεφθάρησαν, καὶ ἐβδελύχθησαν ἐν ἐπιτηδεύμασιν. Οἱ ἀμφὶ τὸν Σεναχηρεὶμ διεφθάρησαν μὲν, ἐκπεσόντες τῆς ὀρθῆς ὑπολήψεως· ἐβδελύχθησαν δὲ τῷ Θεῷ, διὰ τὰς ἀνοσίους πράξεις αὐτῶν. Ὕβριζον γὰρ τὸν Θεὸν, καὶ ὡς μὴ ὄντι Θεῷ ἀσθένειαν ὠνείδιζον, καὶ τῷ λαῷ αὐτοῦ πανωλεθρίαν ἠπείλουν. Καὶ οὕτως ἀλαζονευόμενοι, μέθαις καὶ ἀσελγείαις, ἐνιλυσπῶντο καὶ κατεμολύνοντο. Νοοῖτο δ' ἂν καὶ καθ' ὑπερβατὸν ὁ στίχος, ὅτι διεφθάρησαν ἐν ἐπιτηδεύμασι, καὶ ἐβδελύχθησαν.

hic versiculus per figuram hyperbaton, hoc modo sunt.

Οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα. Οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς χρηστὸς, ἀλλὰ πάντες πονηροί.

Κύριος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψεν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, τοῦ ἰδεῖν, εἰ ἔστι συνιῶν, ἢ ἐκζητῶν τὸν Θεόν. Ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, τουτέστιν, ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐκείνους, τοὺς ἔχοντας, ὡς εἰρήκαμεν. Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ δὲ, ὑφ' οὗ κατοικεῖν ὑπολαμβάνεται, κατὰ τό· *Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς.* Ἐπέβλεψε δὲ, ὥστε ἰδεῖν, εἴ τις ἐν αὐτοῖς ἐστι συνιῶν ἀπὸ τῶν τεραστίων τὸν Θεὸν, ἢ ἐκζητῶν αὐτὸν, τουτέστιν ἐπικαλούμενος, ὡς τό· *Ἐξεζήτησα τὸν Κύριον, καὶ ἐπήκουσέ μου·* τινὲς γὰρ συνιέν-

A *Exsultabit cor meum in salutari tuo.* Prævidens propheticis oculis inimici profligationem beatus David : Lætabor ego, inquit, de salute mihi a te præstita.

Cantabo Domino qui bona tribuit mihi et psallam nomini Altissimi. Cantabo ore, psallam vero Psalterio ; vel, Oblectabo te, inquit, contemplationis studio et vitæ meæ actionibus. Accommodari etiam potest hic Psalmus oppressis omnibus et injuria affectis.

In finem Psalmus ipsi David.

PSALMUS XIII.

Finem rerum pollicetur hic Psalmus quæ in eo prænuntiantur. Alii dicunt prædici hic, ea quæ B Ezechiæ regis tempore eventura erant in Jerusalem, quando civitas obsessa est a Sennacherib Syro ; alii vero ea quæ ad tempora Incarnationis Christi pertinent. Nos utramque expositionem referemus.

VERS. 1. *Dixit insipiens in corde suo : Non est Deus.* Insipiens Sennacherib, dixit in corde suo Deum non esse ; Deum, inquam, Judæorum. Quod si sapiens fuisset, in hujusmodi errorem non esset prolapsus, præcipue cum audiret assidue quanta Deus Israel adversus eos operatus sit, qui Judæorum gentem oppugnare conati fuerant. Cum autem hoc pacto in corde suo Deum jam neglexisset, addidit et aliud facinus : ut verbis proprio ore C prolatis ei palam malediceret, quando principem exercitus sui Rapsacem misit, qui ad mœnia illam legentibus in libris Regum licet inspi-

Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in studiis suis. Sennacherib nimirum et qui cum eo erant, corrupti sunt, quando a recta opinione deciderunt : insuper et abominabiles facti ob nefandas eorum actiones. Jurgiis quippe Deum impetebant, infirmitatem ei atque impotentiam improperantes, quasi Deus non esset. Præterea et populo Dei internecionem minitabantur : cumque adeo jactabundi essent, ebrietatibus insuper ac libidinibus immersi erant et coinquinati. Construi etiam potest Corrupti sunt in studiis, et abominabiles facti

Non est qui faciat bonum. Nullus, inquit, inter eos bonus est, sed omnes sunt pravi.

D VERS. 2. *Dominus de cœlo prospexit ad filios hominum, ut videret, si est qui intelligat, aut qui requirat Deum.* Ad filios hominum, hoc est, ad illos homines, qui ita dispositi sunt, ut diximus. *De cœlo* vero ideo dixit, quia opinio quædam esse videtur, Deum illic habitare, juxta quod alibi dictum est : *Qui habitat in cœlis irridebit eos* [1]. Prospexit autem ut videret, si quis inter eos esset, qui ex miraculis et prodigiis Deum intelligeret, aut saltem qui exquireret eum, hoc est qui invocaret,

[1] Psal. xxxvi, 13.

juxta illud : *Exquisivi Dominum et exaudivit me* *. Et licet in aliquibus quidam eum intellexerint, pejora tamen sectantur. Humano autem more expressit Deum Propheta, quasi ex alto cœnaculo procumbere et spectare : cum tamen et ubique sit Deus, et omnia exactissime noverit. Observandum etiam quod hujusmodi loquendi modus sæpe apud Scripturam reperitur. Et aliter his verbis significare videtur quomodo Deus omnia videt et spectat, quasi qui ex cœlo prospiciat in terram, et cognoscat omnia, et nullo ei impedimento tantum sit intervallum.

A τες ἔν τισιν, ἐθελοκακοῦσιν. Ἀνθρωπίνως δὲ τὸν Κύριον ἐσχημάτισεν, ὡς ἐξ ὑπερώων ἐπικύπτοντα, καὶ θεώμενον· καὶ γὰρ ἁπανταχοῦ παρὼν, ἅπαντα γινώσκει. Παρατηρητέον ὅτι τὸ σχῆμα τοῦτο πολλαχοῦ κεῖται τῆς Γραφῆς. Ἄλλως δὲ, καὶ τὸ παντέφορον τοῦτο μηνύει τῆς θείας ἐπισκοπῆς, ὡς ἐξ οὐρανοῦ βλέπειν εἰς γῆν, καὶ διαγινώσκειν, μηδὲν εἴργοντος τοῦ τοσούτου διαστήματος.

VERS. 3. *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.* Declinaverunt quidem in jam connumerata studia atque exercitia; inutiles vero facti sunt, cum adeo abominabiles essent ut inter ipsos neque unus etiam reperiretur, qui bonus appellari posset.

Πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός. Ἐξέκλιναν μὲν εἰς τὰ προῤῥηθέντα ἐπιτηδεύματα· ἠχρειώθησαν δὲ βδελυροὶ γεγονότες, καὶ οὐδὲ κἂν γοῦν εἷς B ἐν αὐτοῖς χρηστός.

VERS. 4. *Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem?* Per interrogationem hoc legendum est, ut hujusmodi efficiatur sensus : Ii qui Deum Israel dixerunt verum Deum non esse, qui et lingua sua et omnibus aliis voluptatibus adeo intemperantes sunt, nonne aliquando cognoscent quod Judæorum Deus, verus Deus est ? Certe aliquando id cognoscent, quando nimirum centum octoginta quinque millia eorum interempta erunt ab angelo Dei. Ipse etiam Sennacherib turpiter fugiens tunc cognoscet, quisnam fuerit qui in hoc populo triumphum erexit. Nec tantum, inquit, Assyrii, sed omnes etiam gentes, ubi tantam illorum stragem didicerint, cognoscent Judæorum Deum, qui ita eos perdidit.

Οὐχὶ γνώσονται πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν; Τοῦτο κατ' ἐρώτησιν ἀναγνωστέον, ἵν' ἐμφήνῃ τοιοῦτον νοῦν, ὡς, Εἰ καὶ εἶπον μὴ εἶναι τὸν Θεὸν, ἆρ' οὐ γνώσονται πάντες οὗτοι οἱ ἀκόλαστοι καὶ κατὰ γλῶσσαν καὶ πᾶσαν ἄλλην ἡδονὴν, ὅτι Θεός ἐστι τῶν Ἰουδαίων ὁ Θεός; Ναὶ γνώσονται, ὅταν πέντε καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν ἀναιρεθήσονται χιλιάδες ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου τοῦ Θεοῦ. Καὶ αὐτὸς δὲ φυγὼν αἰσχρῶς ὁ Σενναχηρεὶμ, εἴσεται τὸ τρόπαιον. Ἢ μὴ μόνον αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ πάντα τ' ἄλλα ἄνομα ἔθνη, μεμαθηκότα λέγειν, τηλικαύτην Ἀσσυρίων ἀπώλειαν ἐπιγνῶναι ὅτι Θεός ἐστιν ὁ διαφθείρας C αὐτούς.

VERS. 5. *Qui comedunt populum meum in cibo panis, Dominum non invocaverunt.* Hic versiculus ex persona Dei proferendus est. Illi, inquit, qui instar cibi panis, populum meum consumunt, ore nimirum obsidionis, famis et minarum, ii, inquam, me omnium Deum non invocaverunt : hoc est Deum non appellaverunt. Possunt et populi omnes Judæorum, qui, obsidente Sennacherib, erant in Jerusalem, dici populus beati David, veluti qui ab illius regno descenderunt : atque hoc pacto ex ipsius Prophetæ persona verba versiculi etiam poterunt proferri ; et Dominum, tunc, non se ipsum Propheta, sed Deum intelligit.

Οἱ ἐσθίοντες τὸν λαόν μου ἐν βρώσει ἄρτου, τὸν Κύριον οὐκ ἐπεκαλέσαντο. Τοῦτο τὸ ῥητὸν, ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ λέλεκται· ὅτι Οἱ δαπανῶντες, καὶ ἀναλίσκοντες δίκην βρώσεως ἄρτου τὸν λαόν μου, ἐν στόματι πολιορκίας καὶ λιμοῦ καὶ ἀπειλῆς, ἐμὲ τὸν Κύριον πάντων οὐκ ἐπεκαλέσαντο, τουτέστιν οὐκ ὠνόμασαν Θεόν. Λέγοιντο δ' ἂν καὶ λαὸς τοῦ Δαβὶδ οἱ πολιορκούμενοι τότε, ὡς ἐκ τῆς αὐτοῦ καταγόμενοι βασιλείας, ἵνα καὶ προσώπῳ τοῦ Δαβὶδ ὁ λόγος εἴη, Κύριον οὐχ ἑαυτὸν, ἀλλὰ τὸν Θεὸν εἰπών.

Illic trepidaverunt timore ubi non erat timor. D Ezechias tunc et qui cum eo erant in Jerusalem timuerunt potentiam Sennacherib, qui timendus non erat. Neque enim dicebat ut Judæi Assyrium hunc timerent, qui cum Deum sibi adversantem haberet, jure eos perterrere non poterat, quod ex sequentibus magis declaratur. [Illud tamen advertendum, quod aliqui legunt : *Cujus non erat timor*, cujus lectionis diversitas ex vicinitate provenit Græcarum vocum.]

Ἐκεῖ ἐδειλίασαν φόβῳ, οὗ οὐκ ἦν φόβος. Ἐν Ἰερουσαλὴμ τότε ἐδειλίασαν οἱ ἀμφὶ τὸν Ἐζεκίαν, ἐν φόβῳ τοῦ Σενναχηρεὶμ, οὗ οὐκ ἦν φόβος, τουτέστιν, ὃν οὐκ ἔδει φοβηθῆναι, μὴ δυνάμενον φοβῆσαι διὰ τὸ ἔχειν ἀντίπαλον τὸν Θεόν· τοῦτο γὰρ ἐδήλωσεν διὰ τῶν ἑξῆς, εἰπών·

VERS. 6. *Quoniam Dominus in generatione justorum est.* Per justos hic fideles intelligit ac pios in Deum. Talis erat Ezechias rex, qui magna cum pietate ac religione in Deum, subjectos sibi populos regebat. Generationem autem singulari numero

Ὅτι Κύριος ἐν γενεᾷ δικαίων. Δικαίους λέγει, τοὺς εὐσεβεῖς· τοιοῦτοι γὰρ οἱ περὶ τὸν Ἐζεκίαν, θεοφιλῶς τοὺς ὑπηκόους ποιμαίνοντες. Γενεὰν δὲ εἴρηκεν, ὅτι πάντες ἐκ μιᾶς ῥίζης οἱ Ἰσραηλῖται. Ἢ καὶ αὖθις· Ἐκεῖ ἐδειλίασαν οἱ ἀμφὶ τὸν Σενναχηρεὶμ

* Psal. XXXIII, 5.

ἐν φόβῳ Θεοῦ, οὗ φόβος οὐκ ἦν παρ' αὐτοῖς πρὸ πεί- A ρας. Καὶ γὰρ αὐτὸς ἦν ὁ Θεὸς ἐν τῷ γένει τῶν πολιορκουμένων Ἰουδαίων, ὑπὲρ αὐτῶν μαχόμενος. Ἢ καὶ ἐδειλίασαν ἐν φόβῳ τοῦ Ἐζεκίου, οὗ οὐκ ἦν φόβος, μᾶλλον ὑποπτήσσοντος, καὶ τὴν αὔριον προσδοκῶντος μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ πάντας ἀναιρεθῆναι· κατασφαττόμενοι γὰρ οἱ Ἀσσύριοι, ἐδόκουν ἀπὸ τοῦ βασιλέως Ἰουδαίων ἀνῃρῆσθαι, καὶ ὅτι Θεός ἐστιν ὁ θεὸς Ἑβραίων, βοηθῶν αὐτοῖς, ἐντεῦθεν ἐμάνθανον.

dixit, quia Israelitæ omnes ex una sunt radice. Vel aliter: *Illic trepidaverunt*, Sennacherib nimirum, et qui cum eo erant, timore Dei, cujus Dei, antequam experimentum hoc sumerent, nullus apud eos fuerat timor. Et causa quare postmodum timuerint, hoc versiculo declarat Propheta: quia scilicet Deus in Judæorum obsessorum generatione aderat, et pro eis pugnabat. Vel aliter: Trepidaverunt Assyrii, timore Ezechiæ regis, cujus non erat timor; hoc est qui timeri non debebat, cum ipse potius ab eis maxime formidaret, exspectaretque se una cum universo populo, sequenti die interimendum esse. Nam cum occiderentur Assyrii, existimarunt se a Judæorum rege occidi. Ex his itaque cognoverunt, quemadmodum Deus Judæorum, verus Deus est, cum tantam populo opem tulerit.

Βουλὴν πτωχοῦ κατῃσχύνατε, ὁ δὲ Κύριος ἐλπὶς αὐτοῦ ἐστι. Τοῦτο λέγει πρὸς τοὺς Ἀσσυ- B ρίους, ὅτι Ἐφαυλίσατε, καὶ ἐξουθενήσατε τὴν σκέψιν ἣν ἐσκέψατο Ἐζεκίας ὁ πτωχὸς, ὅσον ἐπὶ τῇ τοῦ πολέμου παρασκευῇ. Ἐβουλεύσατο δὲ, τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀπογνοὺς, ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ καταφυγεῖν εἰς Θεόν. Ὁ μεμαθηκότες οἱ τοῦ Σεναχηρεὶμ, διεκωμῴδησαν, ὡς ἀνωφελές. Ὑμεῖς μὲν οὖν, φησὶ, κατῃσχύνατε τὴν βουλὴν αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ τὸν Κύριον ἐλπίδα ἔχει, προσδοκῶν αὐτὸν μόνον ἔχειν.

Consilium inopis confudistis, Dominus autem spes ejus est. Ad Assyrios sermonem dirigit. Vos, inquit, o Assyrii, Ezechiæ regis universo belli apparatu inopis consilium neglexistis ac vilipendistis, quando omni alia prorsus salute desperata, in sacco et cinere confugit ad Dominum. Id enim intelligens Sennacherib cœpit hujusmodi consilium veluti inane atque inutile deridere: verum Ezechias in Deo recte spem suam collocaverat, ab eo tantum auxilium postulans, qui vere illud poterat præstare.

Τίς δώσει ἐκ Σιὼν τὸ σωτήριον τοῦ Ἰσραήλ; Τίς τῶν κατοικούντων ἐν Σιὼν, δώσει τὴν σωτηρίαν τῶν Ἰσραηλιτῶν, ἄγαν ἠσθενηκότων; καὶ τίς αὐτοὺς ῥύσεται τῶν χειρῶν τοῦ Σεναχηρεὶμ; Οὐδεὶς ἀνθρώπων, εἰ μὴ ὁ Θεὸς, ἐφ' ὃν ἤλπισαν. Καὶ οὗτος γὰρ ἐν τῷ ναῷ τῆς Σιὼν ἐδόκει οἰκεῖν. C

Vers. 7. *Quis dabit ex Sion salutare Israel?* Quisnam eorum, inquit, qui habitant in Sion, infirmo ac debilitato populo Israel salutem dabit? quis eum eripiet ex manu hostis Sennacherib? Nullus hominum profecto, sed solus Deus, in quo speraverunt, et qui in templo Sion, hoc est in Jerusalem habitare videbatur.

Ἐν τῷ ἐπιστρέψαι εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ἀγαλλιάσεται Ἰακὼβ καὶ εὐφρανθήσεται Ἰσραήλ. Αἰχμαλωσίαν μὲν λέγει, οὐ γενομένην, ἀλλὰ δοκοῦσαν αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ ἐπηρτημένου φόβου τῆς ὅσον οὔπω ἁλώσεως· κεκυκλωμένοι γὰρ, καὶ σεσαγηνευμένοι ταῖς αἰχμαῖς, τρόπον τινὰ κατείχοντο. Ἰακὼβ δὲ καὶ Ἰσραὴλ, αὐτοὺς δὴ τούτους, ὡς καταγομένους ἐκ τῆς ῥίζης Ἰακὼβ, τοῦ καὶ Ἰσραήλ. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι τοῦ Κυρίου ἐλευθερώσαντος αὐτοὺς, οἷον αἰχμαλωτισθέντας, ἀγαλλιάσονται οἱ ἐλευθερωθέντες, καὶ εὐφρανθήσονται· καὶ ἀγαλλιάσονται μὲν, σωματικῶς· εὐφρανθήσονται δὲ καὶ ψυχικῶς· τοῦτο μὲν, τῇ εὐθυμίᾳ D τῆς τροφῆς· τοῦτο δὲ, τῇ μελέτῃ τῶν θείων λόγων, ὧν ἐν ταυτῷ εἴργοντο πολιορκούμενοι. Ἀλλὰ κατὰ μὲν Ἐζεκίαν καὶ Σεναχηρεὶμ, οὕτως ἐποιησάμεθα τὴν ἐξήγησιν. Ἐξηγητέον δὲ λοιπὸν καὶ κατὰ τὰ ἐπὶ τῶν χρόνων καθ' οὓς ὁ Κύριος ἐνηνθρώπησεν. Εἶπε, φησὶν, ὁ ἀνόητος Ἰουδαίων δῆμος, ὁ μὴ συνεὶς τὰς περὶ Χριστοῦ προφητείας, ὅτι οὐκ ἔστι Θεὸς, ὁ τὰς θεοσημείας ἐν αὐτοῖς ἐργαζόμενος Χριστός. Οὕτω δὲ παρ' ἑαυτῷ πρῶτον λογισάμενος, καὶ φανερῶς αὐτῷ τὴν τοῦ Θεοῦ κλῆσιν ἐνεκάλει. Τὰ δὲ ἑξῆς, κατὰ τὴν ἀνωτέρω ῥητέον ἐξήγησιν. *Οὐκ ἦν δὲ ποιῶν χρηστότητα ἐν αὐτοῖς*, δηλαδὴ τοῖς μὴ δεξαμένοις τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ. *Κύριος δὲ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψε*, τουτέστιν, ὁ Υἱὸς ἐξ οὐρανοῦ

Cum converterit Dominus captivitatem plebis suæ, exsultabit Jacob et lætabitur Israel. Captivitatem aliquam non dicit quæ jam exstitisset, sed eam quam tunc ob immensum timorem omnes incumbere arbitrabantur, et qualis nunquam antea imminere visa fuerat; circumdati enim Judæi ac circumvallati inimicorum armis, detineri ab eis, ac captivi quodammodo esse videbantur. Per Jacob vero et per Israel ipsum Judæorum populum intelligit ex illorum radice descendentem. Et sensus est, quod cum Dominus eos ex hac, quam diximus quodammodo captivitate liberaverit, exsultabunt tunc et lætabuntur: corpore quidem exsultabunt, animo vero ac spiritu lætabuntur; et alterum quidem ob alimentorum copiam, alterum vero ob studia ac meditationes eloquiorum Dei; quibus omnibus carebant quando civitas obsessa erat. Et hæc quidem interpretatio est juxta sensum, quo Psalmum intelligimus de Ezechia et de Sennacherib. Alia etiam datur expositio, ut prophetia in eo sit tradita, quæ contineat illorum temporum gesta, quibus Dominus incarnatus est. Insipiens Judæorum populus, et prophetias de Christo non intelligens, dixit, Dominum Jesum, qui magna alioquin inter eos et divina miracula ac signa operatus fuerat, Deum non esse: cumque primum hoc dixisset ac cogitasset intra se, postmodum

palam etiam, ac manifeste eumdem accusavit, qui Dei nomen indebite sibi usurparet. Quæ sequuntur juxta priorem expositionem intelligenda sunt. *Non est qui faciat bonum inter eos*, scilicet, qui Christi doctrinam non susceperunt. *Dominus de cœlo prospexit*, Hoc est Filius, de cœlo hominum miseriam prospiciens ad eos in terram descendit, et per carnem cum eis conversatus est; qui sensus ex Græco verbo διέκυψε manifestior redditur: quod aspectum queındam ex altiori loco significat cum inclinatione quadam et deflexione. Et quæ sequuntur, juxta prædictam interpretationem exponantur. Quod vero ait, *Usque ad unum*, intellige, hoc est, nisi unus Christus. Unicus quippe erat inter eos qui bonum faceret. Et quia Græca dictio οὐχὶ non solum pro interrogativa dictione sumitur, *nonne*, sed negative aliquando determinat, ita ut hoc in loco legere etiam possimus: *Non cognoscent omnes qui operantur iniquitatem* [7]; dic, quod Judæi noluerunt Christum cognoscere, et quod ob eorum iniquitatem merito iniqui, seu potius (ut verior Græci nominis significatio postulat) exleges appellantur; eo quod exlegum gentium instar, et invidia tabescebant, et maligna operabantur. Et quod ait: *Qui comedunt populum meum*, ex Christi persona adversus ingratos Judæos legendum est, qui Christi discipulos, instar cibi panis in ore gladii ac persecutionis devorabant: qui etiam Dominum suum Dei Filium, Deum non appellaverunt, et qui illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor. Timebant enim fateri quod Christus Deus esset, atque hoc ne legem transgrederentur, dicentem: *Non erit tibi alius Deus*; et rursus tunc timuerunt quando non erat timor. Suspenso enim Christo in cruce, arbitrati sunt se esse liberatos, veluti eo exstincto, quem verebantur: verumtamen tunc maxime timuerunt, cum terræmotum viderent et alia quæ consecuta sunt signa, præterea etiam timentes ne nocte venirent discipuli, et furto tollerent corpus ejus, statuerunt milites in sepulcri custodiam. Illic igitur timuerunt timore, ubi non erat timor. Neque enim discipulis unquam tale quid in mentem venit, cum eis Dominus prædixisset, se post triduum propria potestate resurrecturum. Quod vero ait: *Dominus in generatione justorum est*, idem est quod, in congregatione fidelium, qui ex gentibus crediderunt, qui post cognitionem via justa atque regia incedere, nam ex quo Judæi eum non receperunt, ad gentes conversus est. Illud etiam quod ait: *Consilium inopis confudistis*, intelligi debet, ut dictum sit ad Judæos, propter populum ex gentibus, qui olim pauper fuit, substantia nimirum atque opibus cognitionis Dei: et a qua cognitione deciderat, quando ad idolorum cœpit cultum prolabi, qui etiam postmodum propter Christum temporalibus bonis pauper effectus est. Harum igitur gentium consilium neglexerunt ac deriserunt Judæi, tan-

[7] Psal. XIII, 4.

A διακύψας, κατῆλθεν εἰς γῆν ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ σαρκὸς ὡμίλησεν τούτοις· *κύπτειν* γὰρ, τὸ ἐξ ὕψους εἰς γῆν κάμπτεσθαι. Τὰ δὲ ἑξῆς, κατὰ τὴν ἀνωτέρω ἐξήγησιν. Τὸ δὲ, *Οὐκ ἔστιν ἕως ἑνὸς*, ἀντὶ τοῦ, εἰ μὴ εἷς, ἤγουν ὁ Χριστὸς μόνος ἀγαθοεργὸς ἐν αὐτοῖς ἀποστρεφόμενος. Τὸ δὲ, *Οὐχὶ γνώσονται πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν*, κατὰ ἀπόφασιν ἀναγνωστέον ἐνταῦθα· οὐ γὰρ ἠθέλησαν αὐτὸν ἐπιγνῶναι οἱ δίκην ἀνόμων ἐθνῶν φθονοῦντες, καὶ πονηρευόμενοι. Τὸ δὲ, *Οἱ ἐσθίοντες τὸν λαόν μου*, λεκτέον ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ, πρὸς τοὺς ἀχρήστους Ἰουδαίους, ἐσθίοντας ἐν στόματι μαχαίρας καὶ πάσης κακώσεως τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, δίκην βρώσεως ἄρτου, οἳ τὸν Κύριον αὐτὸν, τουτέστι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, οὐκ ὠνόμασαν Θεόν. Ἐκεῖ δὲ ἐδει-
B λίασαν φόβῳ, ὅπου οὐκ ἦν φόβος· ηὐλαβοῦντο γὰρ ὁμολογῆσαι τὸν Χριστὸν Θεὸν, μήποτε παραβῶσι τὸν νόμον θεσπίζοντα, ὅτι *Οὐκ ἔσται σοι Θεὸς ἕτερος*. Καὶ αὖθις τότε ἐδειλίασαν, ὅτε οὐκ ἦν φόβος· ὅτε γὰρ ἀναρτήσαντες αὐτὸν ἐπὶ σταυροῦ, ἔδοξαν ἀπηλλάχθαι αὐτοῦ, ἤδη τεθνηκότος· τότε ἐφοβήθησαν σφόδρα, ἰδόντες τὸν σεισμὸν, καὶ τὰ γινόμενα τηνικαῦτα σημεῖα· καὶ πάλιν δειλιάσαντες, μήπως ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς, κλέψωσιν αὐτόν. Καὶ διὰ τοῦτο στρατιώτας ἐπιστήσαντες τῷ τάφῳ, ἐκεῖ ἐδειλίασαν ἐν φόβῳ, οὗ οὐκ ἦν φόβος· οὐδὲ γὰρ εἰς νοῦν οἱ μαθηταὶ τὸ τοιοῦτον ἔβαλον, ἐκείνου προειπόντος αὐτεξουσίως ἀναστῆναι μετὰ τρίτην ἡμέραν. *Ὁ δὲ Κύριος ἐν γενεᾷ δικαίων*, ἀντὶ τοῦ,
C ἐν τῷ συστήματι τῶν ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότων, οἳ μετὰ τὴν ἐπίγνωσιν, ὁδῷ δικαίᾳ, καὶ βασιλικῇ ἐπορεύθησαν. Τῶν γὰρ Ἰουδαίων μὴ δεξαμένων αὐτὸν, ἐπὶ τὰ ἔθνη μετέθετο. Τὸ δὲ, *Βουλὴν πτωχοῦ κατῃσχύνατε*, νοήσωμεν εἰρῆσθαι πρὸς Ἰουδαίους, διὰ τὸν ἐξ ἐθνῶν λαὸν, τὸν πάλαι μὲν πτωχὸν τὴν οὐσίαν τῆς θεογνωσίας, ἧς ἐξέπεσεν εἰς εἴδωλα κατενεχθείς· ὕστερον δὲ, καὶ τὴν ἐν χρήμασι περιουσίαν διὰ Χριστόν· τούτου γὰρ τὴν βουλὴν λαοῦ ἐφαύλισαν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ διεκωμῴδησαν, ὡς ματαίαν. Βουλὴ δὲ, τοῦτο ἦν, τὸ παραδέξασθαι τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν. Τὸ δὲ, *Τίς δώσει ἐκ Σιὼν τὸ σωτήριον τοῦ Ἰσραήλ*, ἀντὶ τοῦ, Τίς ἀναβὰς εἰς τὸ κυκλοῦν τὴν Ἱερουσαλὴμ ὄρος Σιὼν καλούμενον, ἀναγνώσεται τῷ λαῷ τὸ σωτήριον; τουτέστι τοὺς νόμους. Ἔθος γὰρ
D ἦν ἐν ἡμέραις ὡρισμέναις τοῦτο ποιεῖν. Τοῦτο δὲ λέγει προφητεύων, ὡς τῆς Ἱερουσαλὴμ ὑπὸ Ῥωμαίων πολιορκηθείσης, τοῦ Εὐαγγελίου τὰ πέρατα τῆς γῆς περιλαβόντος, οὐκ ἔτι τοῦτο γενήσεται. *Ἐν τῷ ἐπιστρέψαι δὲ Χριστὸν τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ*· — *Δώσω σοι* γὰρ, φησὶν, *ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου*, ἣν ᾐχμαλώτευσε τῷ δόρατι τῆς πλάνης ὁ διάβολος· ἀγαλλιάσεται Ἰακὼβ, καὶ εὐφρανθήσεται Ἰσραὴλ, τουτέστιν οἱ ἐκ τῆς ῥίζης Ἰακὼβ φύντες προφῆται, οἳ τοῦτο προκατήγγειλαν. Ἀγαλλιάσονται δὲ, καὶ εὐφρανθήσονται, βλέποντες τῶν προφητειῶν αὐτῶν τὰς ἐκβάσεις. Ἢ Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ, οἱ πιστεύσαντές εἰσιν, ὡς ἀντεισαχθέντες τῶν Ἰουδαίων, οἷς ἦν πρόγονος Ἰακώβ. Ἐπιστρέ-

ψαι δὲ, τὸ ἀποστρέψαι εἰς τὰ οἰκεῖα, ὧν ἐξέπεσον.

A quam inane. Erat autem id consilium ut Christi fidem susciperent. Sequitur: *Quis dabit ex Sion salutare Israel?* Quis est, inquit, qui montem amplius illum ascendet, qui dicitur Sion, et est in circuitu Jerusalem? Et quis est qui leget populo salutare? hoc est leges: quemadmodum certis quibusdam ac statutis diebus facere mos erat. Quæ verba prophetiam videntur continere destructionis Jerusalem: quasi indicet propheta quod ea urbe a Romanis deleta, et Evangelio in finibus terræ prædicato, mos ille amplius servandus non esset. Sequitur: *Cum averterit Dominus captivitatem plebis suæ* (*dabo* enim, inquit, *tibi gentes hæreditatem tuam*, quam dæmon antea erroris jaculo captivaverat), exsultabit Jacob et lætabitur Israel, Prophetæ nimirum qui de Jacob atque Israel stirpe nati sunt, quique hæc antea prænuntiaverunt. Exsultabunt etenim, et lætabuntur videntes adimpleta esse, quæ prædixerant. Vel per Jacob et Israel fideles intellige: quasi Judæorum loco introductos quorum progenitor fuit Jacob. Illud etiam, *Cum converterit*, idem sibi vult ac si dixisset: Cum ad proprias domos eos reverti fecerit [intelligendo captivitatem, hoc est, ipsos captivos].

Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΙΔ'.

B *In finem Psalmus ipsi David.*

PSALMUS XIV.

Εἰς τὸ τέλος οὗτος ἐπιγέγραπται, διότι ὁποῖον εἶναι χρὴ τὸν κατ' ἀρετὴν τέλειον ὑπογράφει.

In finem ideo inscribitur hic Psalmus quia perfectissime ac consummatissime describit qualem esse oportet virum virtute præditum. [Græca enim dictio τέλος non tantum *finem*, sed *perfectionem* etiam significat.]

Κύριε, τίς παροικήσει ἐν τῷ σκηνώματί σου; ἢ τίς κατασκηνώσει ἐν ὄρει ἁγίῳ σου; Ὁ μὲν Ἰουδαῖος ἀκούων σκήνωμα Θεοῦ, καὶ ὄρος ἅγιον εὐθὺς τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐννοεῖ ναὸν, καὶ τὸ γειτνιάζον ὄρος Σιών· ἴστων δὲ, ὅτι οὔπω ὁ ναὸς ᾠκοδόμητο, οὔτε τὸ ὄρος Σιὼν ἡγίαστο· μετὰ γὰρ τὸν Δαβὶδ πάντα γεγόνασι. Λοιπὸν οὖν ἀνακτέον τὰ ῥητά. Σχηματίζει τὸν λόγον ὁ Δαβὶδ εἰς ἐρώτησιν, πυνθανόμενος, ὅτι Τίς ἐστιν, ὃς ποιήσει τόδε καὶ τόδε; *Κύριε, τίς παροικήσει ἐν τῷ σκηνώματί σου;* Παροικία μέν ἐστιν, ἡ ἐν ἀλλοτρίῳ οἴκῳ πρόσκαιρος C διατριβή· σκήνωμα δὲ ψυχῆς τὸ σῶμα, ᾧ ἐγκατῴκισται. Ἐρωτᾷ δὲ μαθεῖν τίς ἐστιν ὁ τέλειος, ὃς παροικίαν πρόσκαιρον ἡγήσεται τὴν ἐν σώματι ζωὴν, καὶ ὡς ἀλλοτρίῳ τῷ σώματι χρήσεται, μικρὰ τούτου φροντίζων. Τὴν *σοῦ* δὲ ἀντωνυμίαν προσέθηκεν τῷ *σκηνώματι*, δηλῶν, ὅτι τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου ἔργον ἐστὶ, καὶ παρ' αὐτοῦ τῇ ψυχῇ ᾠκοδομήθη· ἢ ὅτι καὶ αὐτὸς τοῦτο σκηνώσει ποτὲ δι' ἡμᾶς γενόμενος ἄνθρωπος. *Ἢ τίς κατασκηνώσει ἐν ὄρει ἁγίῳ σου;* κατασκήνωσις μὲν, ἡ ἐξ ὁδοιπορίας βεβαία κατάπαυσις· ὄρος δὲ ἅγιον, ὁ ὑπερουράνιος τόπος, τῶν ταπεινῶν καὶ ἐγκοσμίων ὑπερῃρμένος. Φησὶ γὰρ ὁ Ἀπόστολος· *Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ.* Καὶ τίς, φησὶν, ἀπὸ τοῦ παρόντος βίου, ὅς ἐστι στάδιον, εὐθυδρο- D μήσας, κατασκηνώσειε ταῖς ἐπουρανίαις σκηναῖς ταῖς αἰωνιζούσαις;

VERS. 1. *Domine, quis incolet tabernaculum tuum, aut quis requiescet in monte sancto tuo?* Ubi audit Judæus tabernaculum aut montem sanctum, animo statim ad templum percurrit quod erat in Jerusalem et ad vicinum illi montem Sion: sciendum est tamen quod tempore beati David, templum nondum ædificatum erat, nec mons Sion adhuc sanctificatus. Hæc enim omnia post illius mortem facta sunt. Restat igitur ut per anagogen intelligantur hæc dicta. Format itaque beatus David sermonem suum per interrogationem, quærens, quisnam hoc aut illud facturus sit. Domine, inquit, quis tabernaculi tui incola futurus est? incola autem seu peregrinus is dicitur, qui aliena in domo aut regione ad tempus moratur: animæ autem tabernaculum corpus est, in quo habitat. Interrogat igitur Propheta edoceri cupiens, quisnam sit, qui vitam hanc in humano corpore, incolatum aut peregrinationem esse putet temporalem: quique hoc corpore quasi aliena re utatur, et modicam illius habeat curam. *Tuo* autem dixit *tabernaculo*, ad Deum sermonem faciens, judicans ab eo illud creatum esse, et ad animæ habitationem destinatum: vel quod nimirum homo aliquando Deus ipse illud habitaturus erat, factus propter nos. *Aut quis requiescet in monte sancto tuo?* Requiescere is dicitur qui ex longo itinere fessus requiem capit. Per montem sanctum supercœlestem locum intelligere debemus supra humiles ac mundanos homines elevatum: *Accessistis* enim, inquit Apostolus, *ad montem Sion, et civitatem Dei viventis Jerusalem cœlestem*[a]. Et quisnam igitur, inquit Propheta, a curriculo præsentis vitæ recto cursu veniet, et requiescet in cœlestibus atque in æternis tentoriis?

Πορευόμενος ἄμωμος, καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην. Τοῦτο τῆς ἐρωτήσεως ἡ ἀπόκρισις, ὡς ἐκεῖνος παροικήσει, καὶ κατασκηνώσει, ὁ κεκτημένος τὰ ῥηθῆναι μέλλοντα, καὶ διαζωγραφεῖ τῷ λόγῳ τὸν ἐνάρετον. Ἐκεῖνος, φησὶν, ὃς ἂν πορεύηται ἀμέμπτως, καὶ ἐργάζηται δικαιοσύνην. Καὶ ἄμωμον μὲν, νοητέον τὸν ἐν θεωρίᾳ τελειούμενον· διὰ ταύτης

VERS. 2. *Qui ingreditur sine macula et operatur justitiam.* Hæc est enim interrogationis factæ responsio. Ille, inquit, incolet et requiescet, qui ea possidebit, quæ dicenda sunt. Describit autem ac fere pingit his verbis hominem summa virtute præstantem. Ille, inquit, qui sine macula, seu potius [ut Græca dictio verius significat] qui irreprehen-

[a] Hebr. XII, 22,

sibilis ambulaverit, et justitiam fecerit. Irreprehensibilis etiam hoc in loco dici potest, ille qui contemplando, perfectionem assecutus est. Contemplatione quippe mens in cœlum ascendens ingreditur: et justus, seu justitiam operans ille qui per actiones moralem virtutem, præstantior evasit. Operatio quippe ad actiones pertinet. Præsenti tempore Propheta in utroque usus est: quasi nunquam oporteat ab hujusmodi contemplatione, aut a bonis actionibus desistere. Et cum vita activa multiplex sit, et in plures partes divisa solo justitiæ nomine eam appellavit, eo quod virtus supra cæteras omnes vehitur. Vera enim tunc justitia dicitur, quando unusquisque facit quod suum est, et quod ad se pertinet. Cumque in universum justitiam posuerit, singulas partes deinceps sigillatim prosequitur.

A γὰρ ὁδεύει πρὸς οὐρανὸν ὁ νοῦς· δίκαιον δὲ, τὸν πράξει καταρτιζόμενον· ἡ ἐργασία γὰρ, πράξεως. Ἐνεστῶτι δὲ χρόνῳ ἐπ' ἀμφοῖν ἐχρήσατο, διὰ τὸ μὴ χρῆναί ποτε λήγειν τὸν οὕτως ἔχοντα. Πολυμεροῦς δὲ τῆς πρακτικῆς οὔσης, περιέλαβε πᾶσαν τῷ τῆς καθόλου δικαιοσύνης ὀνόματι· μόνη γὰρ ἡ δικαιοσύνη πάσαις ἐποχεῖται ταῖς ἀρεταῖς· δικαιοσύνη γάρ ἐστιν, ἡ ἑκάστης δικαιοπραγία. Καθόλου δὲ τὴν δικαιοσύνην θεὶς, εἶτα καὶ τὰ κατὰ μέρος αὐτῆν ἐπέξεισιν.

Vers. 3. *Qui loquitur veritatem in corde toto.* Qui vera nimirum dogmata in animo sentit et ore profert.

B *Λαλῶν ἀλήθειαν ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ.* Ἀληθῆ δογματίζων, καὶ λογιζόμενος.

Nec egit dolum in lingua sua. Et rursum qui vera dicit et non dolosa: hoc est qui vera in seipso cogitat et aliis dicit. Nam quod ait, *in corde suo*, sanum ac rectum atque intus bene dispositum sermonem denotat: similiter et eum qui ore profertur, dum dicit, *In lingua sua.*

Ὃς οὐκ ἐδόλωσεν ἐν γλώσσῃ αὐτοῦ. Καὶ αὖθις ἀληθῆ καὶ ἄδολα λέγων, τουτέστιν, ἀληθῆ καὶ λογιζόμενος ἐν αὐτῷ, καὶ λέγων πρὸς ἄλλους. Διὰ μὲν γὰρ τῆς καρδίας, τὸν ἐνδιάθετον λόγον ἐδήλωσε· διὰ δὲ τῆς γλώττης, τὸν προφορικόν.

Nec fecit proximo suo malum. Proximi quidem omnes mutuo sumus, vel communicatione humanitatis, vel fidei unitate, vel ratione cognationis. Per malum vero hic læsionem intelligit; consequenter autem primo cordis meminit, et postmodum linguæ, et postremo actionum. Primo enim quis cogitat, deinde loquitur cogitata, et demum operatur quæ antea locutus est.

Καὶ οὐκ ἐποίησε τῷ πλησίον αὐτοῦ κακόν. Πλησίον ἐσμὲν ἀλλήλων, ἢ τῇ φύσει τῆς ἀνθρωπότητος ἢ τῷ αὐτῷ τῆς πίστεως, ἢ τῇ σχέσει τοῦ γένους. Κακὸν δὲ λέγει τὴν βλάβην. Ἀκολούθως δὲ πρώτως ἐμνημόνευσε καρδίας, εἶτα γλώσσης, εἶτα ποιήσεως· ἐνθυμεῖται γάρ τις, εἶτα λέγει, εἶτα C ποιεῖ.

Et opprobrium non accepit adversus vicinos suos. Idem hoc in loco sibi vult vicini nomen quod proximi. Et qui, inquit, opprobrium quasi telum aliquod non accepit, contra proximos, hoc est qui delinquentem proximum, aut membro mutilatum aut alio quovis infortunio oppressum, non opprobrio afficit aut contumelia. Opprobrium ad derisionem tendit: reprehensio vero ad emendationem delicti. Unde reprehensionem in bonam partem accipimus, opprobrium vero nusquam: quinimo ut reprehensioni quid valde contrarium.

Καὶ ὀνειδισμοὺς οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ τοῖς ἔγγιστα αὐτοῦ. Ταὐτὸν ἔγγιστα καὶ πλησίον· καὶ ὃς οὐκ ἔλαβεν ὀνειδισμὸν, καθάπερ ὅπλον, ἐπὶ τῶν ἔγγιστα αὐτοῦ, τούτεστιν, ὃς οὐκ ὠνείδισεν αὐτοὺς πλημμελήσαντας, ἢ πηρωθέντας, ἢ ἄλλως ἀτυχοῦντας. Ὁ μὲν γὰρ ὀνειδισμὸς, τέλος ἔχει κωμῳδίαν· ὁ δὲ ἔλεγχος, διόρθωσιν πταίσματος. Ὅθεν τὸν ἔλεγχον μὲν, ἐπὶ καλῷ λαμβάνομεν· οὐδέποτε δὲ τὸν ὀνειδισμὸν, ὡς ἐναντιώτατον.

Vers. 4. *Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus, timentes autem Dominum glorificat.* Unicuique condigna, ut decet, distribuit. Nam et malignum nihili æstimandum putat, tametsi ille divitiis fortasse aut nobilitate glorietur, aut alio splendore clarus videatur: et timentes Dominum magnipendit, licet adversa detineantur fortuna: *Beati enim omnes qui timent Dominum* [10].

Ἐξουδένωται ἐνώπιον αὐτοῦ πονηρευόμενος, τοὺς δὲ φοβουμένους τὸν Κύριον δοξάζει. Διανέ- D μων γὰρ ἑκάστῳ τὰ πρὸς ἀξίαν, τὸν μὲν πονηρὸν, καὶ οὐδενὸς ἄξιον ἡγεῖται φαυλιζόμενος, κἂν πλούτῳ, κἂν εὐγενείᾳ κομᾷ, κἂν ἄλλῃ περιφανείᾳ λαμπρότατός ἐστι· τοὺς δὲ φοβουμένους τὸν Θεὸν, μεγαλύνει, κἂν ἐν τοῖς ἐναντίοις ἀτυχήμασιν εὑρίσκωνται· *Μακάριοι γὰρ πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον.*

Vers. 5. *Qui jurat proximo suo et non spernit.* Antiqui confirmationem sermonis juramentum appellabant. Juramentum enim nihil aliud est quam dictorum confirmatio, in qua testem assumimus Deum. Et lege quidem antiqua juramentum concessum erat, in quo Dei nomen, ad confirmandam

Ὁ ὀμνύων τῷ πλησίον αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀθετῶν. Τὸ ὀμνύειν, ἀντὶ τοῦ διαβεβαιοῦσθαι παραλαμβάνουσιν οἱ παλαιότεροι. Ὅρκος γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ βεβαίωσις λόγου, μάρτυρα παραλαμβάνουσα τὸν Θεόν. Ἡ καὶ τῇ παλαιᾷ νομοθεσίᾳ συγκεχωρημένος ἦν ὁ κατὰ Θεοῦ γενόμενος ἀληθὴς ὅρκος, ἵνα μὴ

[10] Psal. CXXVII, 1.

κατὰ τῶν εἰδώλων ὀμνύοντες, συλαγωγηθεῖεν. Ὁ δὲ τοῦ Εὐαγγελίου νόμος, τοῖς τελειοτέροις τὰ τελειότερα νομοθετῶν, παντάπασιν τὸν ὅρκον ἐξέκοψεν. Εἰσὶ δέ τινες λόγοι σχήματα μὲν ὅρκων ἔχοντες, οὐχ ὅρκοι δὲ ὄντες, ἀλλὰ θεραπεία πρὸς τοὺς ἀκούοντας. *Νὴ τὴν ὑγείαν Φαραώ*, φησί· καὶ πρὸς Κορινθίους ὁ Ἀπόστολος· *Νὴ τὴν ἡμετέραν καύχησιν*· Τύπον δὲ Χριστιανοῖς ὅρκων ὁ θεσπέσιος κατέλιπε Παῦλος· *Μάρτυς μοῦ ἐστιν ὁ Θεὸς, ᾧ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου*. Καὶ πάλιν· *Μάρτυρα τὸν Θεὸν ἐπικαλοῦμεν*· καὶ τὰ τοιαῦτα.

Τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ. Τοῖς ἀρχαίοις λίαν ἐπονείδιστον ἦν ἡ τοκογλυφία, καὶ αἰσχρὸν, καὶ κατάπτυστον· ὁ γὰρ ἐλεήμων, ἐν καιρῷ δανείζων, ἀγαπητὸν ἡγεῖται μόνον ἀπολαβεῖν ὃ δέδωκε. Νοοῖτο δ' ἂν καὶ οὕτως, ὅτι τὸν περὶ εὐσεβείας λόγον, ὅς ἐστιν ἀργύριον δόκιμον τῇ γῇ, οὐ κατεβάλετο χάριν τοῦ κομίσασθαί τι σωματικὸν ἀγαθὸν, ἀλλὰ προῖκα καὶ ἀμισθὶ πάντας ἐδίδαξε.

Καὶ δῶρα ἐπ' ἀθώοις οὐκ ἔλαβεν. Ἕνεκεν ἀθώων· ὥστε βλάψαι τοὺς ἀναιτίους.

Ὁ ποιῶν ταῦτα, οὐ σαλευθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. Διαζωγραφήσας τὸν εἰς ἀρετὴν τέλειον, ἐπέθηκε τῷ λόγῳ τέλος ἐπάξιον. Ὁ ποιῶν γὰρ, φησὶ, τὰ προειρημένα, τέλειος ὤν, οὐ παρακινηθήσεται τῆς ἐν Θεῷ βάσεως. Τὸ δὲ, *Εἰς τὸν αἰῶνα*, ἀντὶ τοῦ, διὰ παντός· ἢ κατὰ τὸν παρόντα βίον. Εἰ δὲ κατὰ τὸν παρόντα, πολλῷ μᾶλλον κατὰ τὸν μέλλοντα.

A veritatem proferebatur, ne per idola fortassis jurantes seducerentur: verum Evangelii lex, quæ perfectioribus perfectiora mandavit, juramentum penitus abscidit; tametsi loquendi modi quidam sunt, qui juramenti formam præseferre videantur, et juramenta vere non sunt, sed in reverentiam aut obsequium audientium sic prolati, ut illud: *Per sanitatem Pharaonis*. Item illud Pauli ad Corinthios: *Per gloriationem* (54) *vestram* [11]. Formam vero juramenti divus Paulus Christianis reliquit dicens: *Testis est mihi Deus quem colo* [12]; et rursus: *Testem Deum invoco.* [13].

Argentum suum non dedit ad usuram. Apud antiquos usura summo in dedecore erat atque exprobratione. Nam qui misericors est, et opportuno tempore mutuum præstat, dignum ducit, id tantum B recipere quod dedit. Et aliter intelligi potest, de eo qui divina eloquia, quæ argentum igne examinatum ac terræ probatum appellantur, eo prætextu apud aliquem non deposuit, ut illinc bonum aliquod externum reportaret: quinimo gratis ac sine mercede omnes docuit.

Et munera super innocentem non accepit. Qui propter innocentem nullum munus recepit: ut eos videlicet læderet qui insontes sunt.

Qui facit hæc, non commovebitur in sæculum. Cum descripsit Propheta virum summa virtute præditum, sermoni suo condignum finem apposuit: Qui facit, inquit, ea quæ dicta sunt, veluti ex omni parte perfectus, nunquam a soliditate illa commovebitur, aut stabilitate, quam in Deo habet. C Et quod ait, *In sæculum*, id significat quod nunquam. Vel etiam non commovebitur in præsenti sæculo, hoc est in præsenti vita: quod si in præsenti sæculo non commovebitur, multo minus in futuro.

Στηλογραφία τῷ Δαβίδ

ΨΑΛΜΟΣ ΙΕ'.

Στῆλαι, καὶ εἰκόνες, καὶ ἀνδριάντες τοῖς ἀριστεῦσιν εἰς ἀνεξάλειπτον κλέος ἀπονενέμηνται, κηρύττουσαι τὴν ἐκείνων ἀνδραγαθίαν. Ὅθεν ἀντὶ τούτων, ὁ παρὼν ψαλμὸς ἀνετέθη τῷ νικητῇ Χριστῷ, καθελόντι τῷ τοῦ σταυροῦ δόρατι καὶ τὸν θάνατον, καὶ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου διάβολον. Ἀναμαρτήτου γὰρ μείναντος, οὔτε ἡ ψυχὴ αὐτοῦ τῷ ᾅδῃ ἐγκατελείφθη, μάλιστα καὶ σκυλεύσασα τοῦτον, οὔτε ἡ σὰρξ εἶδε διαφθορὰν, τριήμερος ἀναστᾶσα, περὶ οὗ καὶ Πέτρος ὁ Ἀπόστολος ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Πράξεων διέλαβεν, ἐφαρμόζων τὸν παρόντα ψαλμόν. Ἐπὶ τοῖς οἰκείοις οὖν κατορθώμασι τὴν στήλην ταύτην ἀνέστησε διὰ γλώττης τοῦ Δαβὶδ ὁ Σωτὴρ, τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐμπνεύσαντος καὶ κινήσαντος τὸν προφήτην. Ἀναγράφει δὲ τὸ εἶδος τῆς νίκης, καὶ ὅσα πρὸ τοῦ τέλους αὐτοῦ ἐγένετο.

Tituli inscriptio ipsi David.

PSALMUS XV.

[Apud Græcos, pro tituli inscriptione στηλογραφίαν legimus: quæ dictio statuæ seu columnæ potius inscriptionem significat quam tituli]. Mos autem erat antiquis, ut columnas, imagines, aut statuas, strenue militantibus viris in perpetuam ponerent memoriam. Loco igitur hujusmodi columnæ aut statuæ præsens Psalmus victori Christo conscriptus est: qui uti strenuus miles crucis jaculo, et mortem ipsam, et mortis pariter imperium obtinentem diabolum destruxit, dum ex eo quod peccatum non fecit, anima ejus in inferno D relicta non est; quinimo infernum potius spoliavit, nec etiam ejus caro vidit corruptionem, cum tertia mortis die resurrexerit: de qua Christi resurrectione Petrus apostolus, in libro Actionum disserens, præsenti hoc Psalmo auctoritatem ac robur dictis suis addere arbitratus est. In rebus itaque a se præclare gestis Salvator, statuam seu columnam hanc per linguam beati David sibi erexit: sancto nimirum Spiritu prophetam inspirante et labia ejus aperiente. Describit autem, non tantum victoriæ genus, sed et quæcunque ante victoriæ finem gesta sunt.

[11] II Cor. I, 20. [12] Rom. I, 9. [13] II Cor. I, 23.

Variæ lectiones.

(54) Græce ἡμετέραν, *nostram*, pro quo Latinus interpres legit ὑμετέραν.

Vers. 2. *Conserva me, Domine, quoniam speravi in te.* Hujus Psalmi verba humano omnino more dicta sunt [et homini magis quam Deo videntur convenire]. Neque enim ut Deus, sed ut homo dæmonem divicit, erudiens nos quod et facillime dæmon a prudentibus superari potest : et artem pariter tradens qua ipse eum debellavit, seque nobis, ut fidelissimum archetypum, imitandum proposuit. Fundit igitur velut homo preces ad Deum : quod etiam apud evangelistas sæpenumero fecisse eum legimus : oratque servari se ab omnibus tam manifestis quam occultis insidiis. Tu, Domine, inquit, serva me, quoniam in te solo speravi. Neque enim alia in re confisus sum, quoniam te salvare omnes novi, qui in te sperant.

A *Φύλαξόν με, Κύριε, ὅτι ἐπὶ σοὶ ἤλπισα.* Ἀνθρωποπρεπῶς οἱ τοῦ ψαλμοῦ λόγοι. Καὶ γὰρ οὐχ ὡς Θεός, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος κατεπολέμησε τὸν ἐχθρόν, διδάσκων, ὡς ἐστιν εὐκαταγώνιστος τοῖς νήφουσιν· ἅμα δὲ καὶ τοὺς τρόπους, δι' ὧν αὐτὸν κατεπάλαισεν, ἀπολιμπάνων ἡμῖν ἀκριβῶς ἀρχέτυπον εἰς μίμησιν. Εὔχεται τοιγαροῦν ὡς ἄνθρωπος εἰς Θεόν· καὶ γὰρ κἀν τοῖς Εὐαγγελίοις διαφόρως εὔξασθαι μνημονεύεται· παρακαλεῖ δὲ φυλαχθῆναι ἀπὸ πάσης ἐπιβουλῆς, φανερᾶς καὶ ἀφανοῦς, λέγων· Συμφύλαξον, ὅτι ἐπὶ σοὶ μόνῳ ἤλπισα, μηδενὶ τῶν ἄλλων τεθαῤῥηκώς· οἶδα γάρ, ὅτι σώζεις τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ σέ.

Dixi Domino : Deus meus es tu. Dixi ergo Patri et omnium Domino : Tu, Pater, es etiam meus Dominus, atque ideo mei custodiam habeto [ut ab homine enim diximus dici hæc verba, non ut a Deo]: nam ut homo divina et ipse indigebat custodia. *Subiectus* enim, inquit, *fui Domino et oravi eum.*

B *Εἶπα τῷ Κυρίῳ· Κύριός μου εἶ σύ.* Εἶπα τῷ Πατρὶ τῷ Κυρίῳ πάντων, ὅτι Κύριος εἶ κἀμοῦ, ὡς ἀνθρώπου καὶ οὐχ ὡς Θεοῦ, καὶ διὰ τοῦτό με περιφρούρησον. Ὡς γὰρ ἄνθρωπος, ἐδεῖτο τῆς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ φυλακῆς· *Ὑπετάγην* γάρ, φησί, *τῷ Κυρίῳ, καὶ ἱκέτευσα αὐτόν.*

Quia bonorum meorum non eges. Ad hæc, illud etiam amplius dixi, quod tu donis meis, quæ in sacrificium offerri solent, non indiges. Neque enim eges ut tibi sacrificem, atque hoc pacto te placatum mihi adjutorem reddam. Licet enim grate recipiat Deus quæ ei pie ac religiose a nobis offeruntur, verum non ut is qui indigeat, sed ut illa, gratitudinis ac benevolentiæ nostræ erga eum, indicium habeat : atque in prætextum et occasionem retributionis majorum donorum.

Ὅτι τῶν ἀγαθῶν μου οὐ χρείαν ἔχεις. Εἶπον δὲ προσέτι, ὅτι τῶν δώρων μου τὴν θυσίαν οὐ χρείαν ἔχεις, ἵνα καὶ θύσω σοι, καὶ οὕτω βοηθὸν ἕξω. Εἰ γὰρ καὶ προσίεται Θεὸς τὰ εὐσεβῶς προσαγόμενα, ἀλλ' οὐχ ὡς ἐνδεὴς αὐτῶν, ἀλλ' ὥστε ταῦτα κρίνειν εὐγνωμοσύνης ἀπόδειξιν, καὶ ποιεῖσθαι πρόφασιν ἀντιδόσεως τῶν πολλῷ κρειττόνων.

Vers. 3. *Sanctis qui sunt in terra ejus mirabilia fecit Dominus.* Bonæ, inquit, sum spei, sciens quod Dominus quædam fecit mirabilia, ac præter omnium opinionem, sanctis hominibus qui in terra ejus sunt. Sanctus autem ille est, qui Deum sincere amat, et in eo confidit : qualis erat qui præsentis psalmi verba protulit. Et sanctos, de quibus nunc loquitur, omnes intellige, quicunque ante Christi adventum Deo placuerunt. Per terram vero aut hanc intellige, de qua alibi consone scriptum est: *Domini est terra* [14] aut supernam Jerusalem, in qua conversabantur, tametsi adhuc in terra essent, et in qua post mortem habitare existimantur. Vel per sanctos intelligere possumus apostolos et fideles qui per illos crediderunt : qui a multiplici morte et a gravibus periculis liberati fuerunt a Domino, et per terram, Ecclesiam in qua versantur. Deinde causam ponit, propter quam fecit eis Deus hæc mirabilia.

C *Τοῖς ἁγίοις τοῖς ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ ἐθαυμάστωσεν ὁ Κύριος.* Εὔελπίς εἰμι, φησίν, εἰδώς, ὅτι τοῖς ἁγίοις, τοῖς ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ θαυμαστὰ καὶ παράδοξα ἐποίησεν ὁ Κύριος. Ἅγιος δέ, ὁ τὸν Θεὸν εἰλικρινῶς ἀγαπῶν, καὶ ἐπ' αὐτῷ πεποιθώς, οἷος ἦν ὁ ταῦτα λέγων. Εἶεν δ' ἂν οὓς λέγει, πάντες οἱ πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας εὐαρεστήσαντες τῷ Θεῷ. Γῆν δὲ αὐτοῦ, ἢ ταύτην εἴποις, *Τοῦ γὰρ Κυρίου ἡ γῆ*· ἢ τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ, ἐν ᾗ καὶ κάτω ὄντες, ἐπολιτεύοντο, καὶ ἐν ᾗ οἱ λανθάνοντες πολιτεύονται. Ἢ καὶ ἁγίους μὲν ὑποληπτέον τοὺς ἀποστόλους, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν πιστεύσαντας, πολυειδῶν ῥυσθέντας κινδύνων, καὶ θανάτων, γῆν δὲ τὴν Ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ ἀναστρέφονται. Εἶτα τίθησι καὶ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν αὐτοῖς θαυμαστὰ ποιεῖ.

Omnes voluntates ejus in eis. Ubi enim fit Dei voluntas, illic Deus semper manet, dirigens et conversans.

D *Πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ ἐν αὐτοῖς.* Ὅπου γὰρ τὰ τοῦ Θεοῦ γίνονται θελήματα, καὶ ὁ Θεὸς πάντως ἐν αὐτοῖς ἐστι, φυλάττων καὶ κατευθύνων.

Vers. 4. *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt.* Per infirmitates, labores atque afflictiones eorum intelligit, quæ sic dispensante ac permittente Deo erant multiplicatæ : et quæ postmodum eodem annuente cito pertransierunt ;

Ἐπληθύνθησαν αἱ ἀσθένειαι αὐτῶν· μετὰ ταῦτα ἐτάχυναν. Ἀσθενείας λέγει τοὺς πόνους καὶ τὰς θλίψεις αὐτῶν. Ἐπληθύνθησαν κατ' οἰκονομίαν, εἶτα Θεοῦ νεύσαντος, ταχέως παρῆλθον· *Πολλαὶ γάρ*, φησίν, *αἱ θλίψεις τῶν δικαίων, καὶ ἐκ πα-*

[14] Psal. XXIII, 1.

σῶν αὐτῶν ῥύεται αὐτοὺς ὁ Κύριος. Ἢ καὶ ἄλλως· Ἐπληθύνθησαν πρότερον αἱ ἁμαρτίαι τῶν πεπιστευκότων εἰς Χριστόν· ἀσθενούσης γὰρ τῆς ψυχῆς, ἡ ἁμαρτία γίνεται· εἶτα τοῦ Εὐαγγελίου κηρυχθέντος, ἐτάχυναν εἰς εὐσέβειαν. Τὰ δ' ἐντεῦθεν, οὐχ ὡς ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς Θεὸς ἀποφαίνεται.

Οὐ μὴ συναγάγω τὰς συναγωγὰς αὐτῶν ἐξ αἱμάτων. Τοῦτο, περὶ τῶν ἀνελόντων αὐτὸν Ἰουδαίων, ὧν τὰ πλήθη συναγαγὼν ἀπὸ σφαγῆς ἀνανεύει, διαφθαρησόμενα ταῖς τῶν Ῥωμαίων χερσίν.

Οὐδ' οὐ μὴ μνησθῶ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν διὰ χειλέων μου. Ὠνομάζετο γὰρ ὁ λαὸς ἐκεῖνος, λαὸς Θεοῦ, καὶ περιούσιος, καὶ ἄμπελος, καὶ μερὶς, καὶ κληρονομία, καὶ σχοίνισμα, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Οὐκέτι οὖν Ἰουδαίους καλέσω τοῖς ὀνόμασιν, οἷς καὶ πρότερον· ἀλλὰ τέκνα μωμητὰ, καὶ γενεὰν σκολιὰν, καὶ γεννήματα ἐχιδνῶν, καὶ σπέρματα πονηρὰ, καὶ εἴ τι τοιοῦτον. Ἢ καὶ περὶ τῶν ἐξ ἐθνῶν ἄμφω τὰ ῥητὰ νοήσομεν, ὅτι Οὐ μὴ οἰκειώσομαι τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν, ἐξ ἐναίμων θυσιῶν· ἀλλ' ἐξ εἰλικρινοῦς πίστεως, καὶ πνευματικῆς θυσίας· οὐδὲ μνησθήσομαι τῶν ὀνομάτων, οἷς αὐτοὺς ὠνόμαζον πάλαι διὰ τῶν προφητῶν, ἀλλ' ἀντὶ μὲν ἐχθρῶν, καλέσω φίλους, ἀντὶ ἀπίστων, πιστοὺς, καὶ ὅσα τούτων ἀκόλουθα. Χείλη δὲ Θεοῦ νοοῖντ' ἂν οἱ λόγοι· καὶ ταῦτα γὰρ, λόγων ὄργανα. Ἄλλως τε καὶ, ὁ Σωτὴρ ἐνανθρωπήσας, ὠνόμαζε καὶ Ἰουδαίους, καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν, τοῖς ἐναντίοις τῶν προτέρων ὀνόμασιν, ὡς δεδήλωται.

Κύριος μερὶς τῆς κληρονομίας μου, καὶ τοῦ ποτηρίου μου. Οὐ παρὰ γνώμην, φησὶ, τοῦ Πατρὸς ἐγενόμην ἄνθρωπος· καὶ αὐτὸς γὰρ τῇ εὐδοκίᾳ μέτοχός ἐστι τοῦ λαοῦ, τοῦ πιστεύσαντος ἐξ ἐθνῶν· τοῦτο γὰρ καλεῖ κληρονομίαν, ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ ψαλμῷ προείρηται· ἔτι δὲ καὶ τοῦ θανάτου· ποτήριον γὰρ παρὰ τῆς Γραφῆς ὁ θάνατος ἑρμηνεύεται· κἀν τοῖς Εὐαγγελίοις γὰρ λέγει· *Τὸ ποτήριον ὃ ἐγὼ πίνω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε πιεῖν*· καὶ αὖθις· *Πάτερ ἐμοῦ, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο.* Εὐδόκησεν ὁ Πατὴρ γὰρ D καὶ ἐπὶ τῇ ἀνακλήσει τῶν ἐθνῶν, καὶ ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ υἱοῦ. Ἢ καὶ μερίδα, τὸν πλοῦτον νοήσεις, ἵν' ᾖ τοιοῦτον· Ὁ Θεὸς πλοῦτός ἐστι τῆς ἐξ ἐθνῶν κληρονομίας μου· ἔτι δὲ καὶ τῆς διδασκαλίας μου πλοῦτος καὶ κεφάλαιον· πανταχοῦ γὰρ τοῦ Εὐαγγελίου, περὶ τοῦ Πατρὸς διέξεισιν. Ἀλλὰ πλοῦτος μὲν, ἡ μερὶς, ὡς τό· *Μερίς μου εἶ ἐν γῇ ζώντων.* Καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν μεριζόντων τὴν οὐσίαν τοῦ πατρὸς, ἡ μερὶς ἑκάστου πλοῦτός ἐστιν. Ὥστε συμβαίνει λέγεσθαι τὸ αὐτὸ καὶ μερίδα, καὶ πλοῦτον, καὶ κλῆρον· τὸ μὲν, ὡς μεριζόμενον· τὸ δὲ ὡς πλουτίζον· τὸ δὲ πάλιν, ὡς κατaγόμενον ἀπὸ πα-

A *Multæ enim, inquit, tribulationes justorum, et de omnibus his liberavit eos Dominus.* Vel aliter: Infirmitates, id est peccata eorum, scilicet qui in Christum crediderunt, prius multiplicatæ sunt. Nam ubi anima infirma est, peccatum oritur. Prædicato vere postmodum Evangelio, acceleraverunt in religionem ac pietatem. Quæ sequuntur non ut ab homine, sed tanquam a Deo proferenda sunt.

Non congregabo congregationes eorum de sanguinibus. Hoc de Judæis dictum est, qui Dominum occiderunt, et quorum maximam partem Romanorum manibus perdendam, negat se Deus de ea strage congregaturum.

Nec memor ero nominum eorum per labia mea. Appellabatur autem populus ille, populus Dei et B populus peculiaris, et vinea, et pars, et hæreditas, et funiculus Domini, atque alia hujusmodi. Non amplius, inquit, hujusmodi nominibus, ut antea, eos appellabo: quinimo filios reprehensibiles, generationem pravam ac perversam, generationem viperarum, semen malum, aut quid aliud simile. Vel utrumque dictum intelligamus de iis qui ex gentibus crediderunt. Non ædificabo, inquit, Ecclesias eorum ex sanguinolentis sacrificiis, sed ex sincera fide, ex spirituali hostia: neque memor ero nominum, quibus olim per prophetas eos appellabam, sed quos olim inimicos dicebam, amicos vocabo: et quos infideles, fideles, et quæcunque alia his congruentia sunt. Labia autem Dei intelligi possunt ejus verba, cum labia verborum sint C instrumenta. Et aliter: Salvator noster Judæos et fideles ex gentibus, contrariis nominibus appellavit, quam antea appellarentur, ut jam declaratum est.

VERS. 5. *Dominus pars hæreditatis meæ et calicis mei.* Non sum factus homo, inquit, præter Patris mei sententiam. Ipse enim Pater clementia ac bona voluntate sua, particeps factus est populi, qui ex gentibus credidit. Hunc enim populum hæreditatem appellat, quemadmodum in secundo Psalmo dictum est: quinimo et particeps factus est mortis. Calicem enim et poculum (ut alibi diximus) multis in locis apud Scripturam pro morte positum legimus. Unde in Evangeliis: *Calicem quem ego bibo, vos non potestis bibere* [15]. Et rursum: *Pater mi, si possibile est transeat a me calix iste* [16]; consensit quippe Pater tam in gentium vocationem quam in Filii mortem. Vel quod ait *Pars hæreditatis meæ*, divitias potes intelligere, ut sit sensus: Deus Pater, thesaurus est et divitiæ, hæreditatis meæ ex gentibus, insuper, et thesaurus doctrinæ meæ: unde in Evangelio Christus ubique Patrem commemorat. Hoc itaque partis seu portionis nomen, pro divitiis sumitur juxta illud: *Portio*, seu pars *mea Dominus in terra viventium* [17]. Unde in filiis paternam dividentibus substantiam, singulæ portiones, ut cuique obveniunt, loco divitiarum sunt. Quocirca

[15] Matth. XX, 22. [16] Matth. XXVI, 39. [17] Psal. CXLI, 6.

recte convenit, ut eadem res, et portio dicatur, et divitiæ, et hæreditas; ea nimirum ratione, quia et dividitur, et quia divitem reddit, et quia relinquitur a Patre. Calix etiam pro doctrina accipi potest, quæ vino merito comparatur, et quia lætificat, et quia Christus vinea appellatus est.

τρός. Διδασκαλία δὲ, τὸ ποτήριον, ὅτι καὶ οἶνος αὕτη, διὰ τὸ εὐφραίνειν, καὶ ἄμπελος ὁ Χριστός.

Tu es qui restitues hæreditatem meam mihi. Gentes quæ olim a Patre atque a Filio creatæ fuerant, et Dei figmentum dicebantur, discesserant ab eo, et conversæ ad idololatrias, postremo ei per fidem iterum restitutæ sunt: hanc autem restitutionis gratiam Filius, in Patrem tanquam in principium refert. Aptissime vero hic versiculus ad præcedentem interpretationem consequitur. Hac, inquit, de causa tu es particeps hæreditatis meæ et calicis mei, quoniam tu mihi eam restituisti. Et hæreditatem posuit priusquam calicem, quoniam hæreditas mortis illi causa fuit. Propter ipsam enim mortuus est. Nec tacenda nobis est quædam non inelegans de prædictis speculatio. Hominem ad imaginem et similitudinem Dei factum et plasmatum, atque ideo hæreditatem Creatoris dictum, sub propriam redegerat dæmon tyrannidem, et alienum mancipium sibi usurpaverat: ad quem, Dei Filius et hæres, litteras misit, scribens ei per prophetas, hæreditatem illam repetens, qua fuerat fraudatus. Et quia dæmon continue magis resistebat, et rapinam reddere negabat, hæres accepto Patris sui testamento, ad raptorem descendit. Inter eos autem judex fuit Pater: qui condemnato raptore, Filio hæreditatem restituit. Hujus rei gratia, Filius nunc participem illum tam præclari operis appellavit.

Σὺ εἶ ὁ ἀποκαθιστῶν τὴν κληρονομίαν μου. Τὰ γὰρ ἔθνη πλάσμα τοῦ Υἱοῦ καὶ Θεοῦ τυγχάνοντα, ἀπέστησαν εἰς εἰδωλολατρείαν, εἶτα πάλιν ἀπεκατέστησαν αὐτῷ διὰ τῆς πίστεως. Ἀνατίθησι δὲ τῷ Πατρὶ τὴν χάριν, ὡς αἰτίᾳ. Καὶ ἔστι τουτὶ τὸ ῥητὸν ἐφερμηνευτικὸν τοῦ πρὸ αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο γὰρ, φησὶ, κοινωνὸς εἶ τῆς κληρονομίας μου, καὶ τοῦ ποτηρίου μου, διότι σύ μοι ταύτην ἀποκατέστησας. Πρὸ τοῦ ποτηρίου δὲ, τὴν κληρονομίαν τέθεικεν, ὅτι αὐτὴ γέγονεν αἰτία τοῦ θανάτου αὐτοῦ· δι' αὐτὴν γὰρ ἀπέθανεν. Ῥητέον δέ τι καὶ γλαφυρὸν θεώρημα περὶ τῶν προκειμένων· ὅτι τὸν κατ' εἰκόνα Θεοῦ πεπλασμένον ἄνθρωπον, καὶ διὰ τοῦτο κλῆρον τοῦ πλάσαντος ὄντα, δελεάσας ὁ δυσμενὴς, καὶ τυραννήσας, ἐπεσπάσατο, καὶ τὸν ἀλλότριον ἐσφετερίσατο, πέπομφε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ κληρονόμος γράμματα διὰ προφητῶν, ἀπαιτοῦντα τὸν ἀφαιρεθέντα κλῆρον. Ὡς δὲ μᾶλλον ἀντείχετο, λαβὼν αὐτὸς ὁ κληρονόμος διαθήκας τοῦ Πατρὸς, κάτεισι πρὸς τὸν ἅρπαγα, καὶ δικαστὴς αὐτοῦ γίνεται ὁ Πατήρ. Καὶ καταδικάσας τὸν βιαστὴν, ἀποκαθιστᾷ τῷ Υἱῷ τὴν κληρονομίαν. Οὗ χάριν, καὶ κοινωνὸν αὐτὸν τοῦ κατορθώματος ὁ Υἱὸς ἐκάλεσεν.

VERS. 6. *Funes ceciderunt mihi in optimis meis.* Ii qui terram dividunt, funibus eam metiendo designantes determinant. Et sensus est: Restituta mihi hæreditate mea, funes multi mihi ceciderunt, hoc est, obvenerunt, et sorte quasi mihi contigerunt. Per funes autem credentium multitudinem intelligit. Hoc etiam loquendi modo, denotare videtur quod hæreditas hæc sua, designata esset ac determinata, et quod omnibus notissima esse debebat. Bina enim hæc opera funiculi sunt, ut diximus. Quod vero per optimos, suam hæreditatem significet, in sequentibus magis declarat, dicens:

Σχοινία ἐπέπεσέ μοι ἐν τοῖς κρατίστοις μου. Οἱ κληροδοτοῦντες τὴν γῆν, σχοινίοις ταύτην διαμετροῦντες, περιορίζουσι. Βούλεται γοῦν λέγειν, ὡς Ἀποκατάστασίς μοι τῆς κληρονομίας μου, ἐπέπεσέ μοι, τουτέστιν ἐπέβαλον, καὶ ἔλαχον ἐμοὶ σχοινία πολλὰ, κἀντεῦθεν διεμετρήθη τε αὕτη καὶ περιωρίσθη, καὶ ἐγένετο γνώριμος· διὰ γὰρ τῶν σχοινισμάτων, τό τε πλῆθος τῶν πιστευόντων ᾐνίξατο, καὶ τὴν γνωριμότητα. Δύο γὰρ ἔργα ταῦτα τοῦ σχοινίσματος, ὡς ἔφημεν. Κρατίστους δὲ λέγει, τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ, καὶ τοῦτο παρέστησεν διὰ τῶν ἑξῆς.

Etenim hæreditas mea optima est mihi. Supra plurali numero optimos dixit propter fideles qui variis sunt in locis, nunc vero singulariter optimam appellavit: quia fidelium omnium, qui in diversis sunt mundi partibus, una est congregatio [una Ecclesia], una opinio ac fides. Optimam vero appellat, quasi præcipuam ac dilectam. Vel [juxta aliam Græcæ dictionis κρατίστη significationem, non optimam tantum, sed] fortissimam ac potentissimam appellat. Cum adversarium ac potentem dæmonem superaverit. Funes etiam intelligi possunt pro vinculis quæ Christo ceciderunt, hoc est obtigerunt: a Judæis nimirum, quando ad Pilatum ductus est. Obtigerunt autem ei, propter optimos, hoc est, propter fideles, pro quibus pati voluit. Olim Judæorum populus hæreditas Dei dicebatur: *Facta est enim,* inquit, *pars Domini populus ejus Jacob, funiculus hæreditatis ejus Israel* [18]. Verum

Καὶ γὰρ ἡ κληρονομία μου, κρατίστη μοί ἐστιν. Ἄνω μὲν πληθυντικῶς κρατίστους εἶπεν, διὰ τοὺς κατὰ μέρος πιστούς· κάτω δὲ ἑνικῶς, κρατίστη, διὰ τὴν τῶν κατὰ μέρος μίαν συναγωγὴν, καὶ ὁμοδοξίαν. Κρατίστην δὲ λέγει, τὴν ἐξαίρετον, καὶ ἠγαπημένην. Ἢ καὶ τὴν γενναίαν, ὡς καταπαλαίουσαν τὸν ἀντίπαλον. Νοοῦνται δὲ σχοινία, τὰ δεσμὰ, ἃ ἔπεσον τῷ Χριστῷ, παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἀγομένῳ πρὸς Πιλάτον. Ἐπέπεσον δὲ αὐτῷ διὰ τοὺς κρατίστους, ἤτοι τοὺς πιστοὺς, ὑπὲρ ὧν ἔπασχε. Πάλαι μὲν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι ἦσαν Θεοῦ κληρονομία· *Ἐγενήθη* γὰρ, φησὶ, *μερὶς Κυρίου, λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ.* Ἀποβλήτων δὲ τούτων γενομένων, ἑτέραν ἀντέλαβε κληρονομίαν, τὴν βασιλείαν τῶν ἐξ ἐθνῶν, ἣν κρατίστην εἶπεν, ὡς ὑπὲρ τὴν παλαιοτέραν.

[18] Deut. XXXII, 9 sec. LXX.

populo Judæorum abjecto aliam loco illius suscepit hæreditatem : reginam videlicet ex gentibus Ecclesiam, quam et optimam appellat et fortissimam, veluti quæ antiqua illa ac repudiata hæreditate excellentior sit.

Εὐλογήσω τὸν Κύριον, τὸν συνετίσαντά με. A Τὰ ἐντεῦθέν φησιν ὡς ἄνθρωπος· λέγει γὰρ ὁ εὐαγγελιστὴς περὶ αὐτοῦ· *Τὸ δὲ παιδίον ηὔξανεν, καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, πληρούμενον σοφίας.* Εὐγνωμονεῖ τοίνυν περὶ τὸν δωρησάμενον αὐτῷ θησαυρὸν σοφίας.

Ἔτι δὲ καὶ ἕως νυκτὸς ἐπαίδευσάν με οἱ νεφροί μου. Νεφροὺς νοητέον τὸ ἐπιθυμητικὸν μέρος τῆς ψυχῆς· περὶ τοὺς νεφροὺς γὰρ κεῖται, καθὼς ἐν τοῖς προεξηγηθεῖσιν ἔφημεν· νύκτα δὲ, τὸν Δεσποτικὸν θάνατον. Ἄχρι γὰρ, φησὶ, θανάτου, ἐπαιδαγώγησε, καὶ ἐρύθμισέ με ἡ ἐπιθυμία μου, μηδενὸς τῶν γηΐνων ἐρασθεῖσα, μόνων δὲ τῶν θείων ἱμειρομένη. Ἢ καὶ νύκτα οἰητέον τὰ ἀπόκρυφα B μυστήρια, ἵν' ᾖ τοιοῦτον, ὅτι Μέχρι καὶ αὐτῶν τῶν ἀγνώστων τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, ἐπαιδαγώγησέν με ἡ ἐπιθυμία μου.

Προωρώμην τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διὰ παντός. Πρὸ παντὸς ἄλλου ἔβλεπον τὸν Θεὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς ψυχῆς μου, ἐνώπιόν μου φαινόμενον.

Ὅτι ἐκ δεξιῶν μού ἐστιν, ἵνα μὴ σαλευθῶ. Ἔβλεπον δὲ αὐτὸν ἐνώπιόν μου, διότι ἐν ταῖς δεξιαῖς μου πράξεσίν ἐστιν, ἐπαναπαυόμενος αὐταῖς· ἐγγίζεται γὰρ ὁ Θεὸς τοῖς ἐγγίζουσιν. Ἐκ δεξιῶν μου δέ ἐστιν, ἵνα βοηθούμενος ὑπ' αὐτοῦ, μὴ παρακινηθῶ τῆς εὐθείας ὁδοῦ πρὸς τὴν ἐναντίαν· *Φυλάσσει* C *γὰρ Κύριος τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν.*

Διὰ τοῦτο εὐφράνθη ἡ καρδία μου, καὶ ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσά μου. Τῆς καρδίας μου γὰρ πληρωθείσης εὐφροσύνης, ὡς ἀπολαβόντος τὴν κληρονομίαν, καὶ καταγωνισαμένου τὸν ἐχθρὸν, καὶ τοιοῦτον ἔχοντος ἐπίκουρον, παραπήλαυσεν καὶ ἡ γλῶττα τῆς ἄγαν χαρᾶς, οἷα τὸν ἐπινίκιον ὕμνον ᾄδουσα, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ μεγαλεῖα διηγουμένη.

Ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι. Τοῦτο περὶ τῆς ταφῆς τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος· κατοικήσει γὰρ τὸν τάφον ἐπ' ἐλπίδι ταχείας ἀναστάσεως· εἰδὼς γὰρ προειρήκει πολλάκις τοῖς μαθηταῖς, ὅτι Μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι.

Ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς D *ᾅδην.* Τίθησι καὶ τῆς ἐλπίδος τὴν αἰτίαν· Καὶ γὰρ οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, ὅπου τῶν τελευτώντων αἱ ψυχαὶ κατέχονται. Τόπος γὰρ ὁ ᾅδης ὑπὸ γῆν ἀποκεκληρωμένος ταῖς τῶν ἀποθανόντων ψυχαῖς. Ποῦ τοίνυν ὁ λῆρος Ἀπολινάριος, ὁ τὴν προσληφθεῖσαν σάρκα δογματίζων ἄψυχον καὶ ἄνουν, ὡς ἀνόητος;

VERS. 7. *Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum.* Hæc, et quæ sequuntur, ut homo loquitur. De humanitate etiam Christi loquebatur Evangelista, quando consona his verba illa dicebat : *Puer autem crescebat, et spiritu invalescebat, et implebatur sapientia [et gratia apud Deum et homines* [13]]. Gratias agit igitur de sapientiæ thesauro sibi a Deo præstito.

Insuper usque ad noctem erudierunt me renes mei. Per renes partem illam animæ intellige, quam concupiscibilem dicimus. Concupiscentia enim in renibus jacet : et per noctem, ipsam Domini mortem. Concupiscentia mea, inquit, nulla nimirum appetens terrena, sed divinis tantum eloquiis, ac piis operationibus intenta, erudivit me, et ad ipsam usque mortem vitam meam direxit. Vel, per mortem, occulta mysteria intellige. Ut sit sensus : Concupiscentia mea erudivit ac pervexit me usque ad occulta ipsa mysteria, et plerisque hominum ignota.

VERS. 8. *Prævidebam Dominum in conspectu meo semper.* Ante omnes alios ego semper videbam Deum : qui mihi in oculis animæ meæ, quasi in conspectu ipso apparebat.

Quoniam a dextris est mihi ne commovear. Videbam autem eum in conspectu meo, quoniam in dextris actionibus meis semper adest, in eis requiescens. Appropinquat enim Deus omnibus iis qui per virtutem ei appropinquant. A dextris vero meis adest ut adjuvet me, ne a recta unquam via commovear ad non rectam. *Custodit* enim *Deus omnes qui eum diligunt* [14].

VERS. 9. *Propter hoc lætatum est cor meum, et exsultavit lingua mea.* Cor meum lætitia impletum est, quia hæreditatem recepi, quia inimicum devici, quia talem mecum adjutorem habui : unde lingua mea potita atque oblectata tanto gaudio, hymnum et laudes victoriæ canit, et magnalia Dei commemorat.

Insuper et caro mea requiescet in spe. Hoc de sepultura Dominici corporis dictum est, quod in sepultura jacebat : in spe tamen celeris resurrectionis. Sciens enim id Dominus prædixerat sæpe discipulis se post triduum resurrecturum.

VERS. 10. *Quoniam non derelinques animam meam in inferno.* Hujus etiam spei causam apponit. Tu enim, inquit, non derelinques animam meam in inferno, ubi cæterorum mortuorum animæ detinentur. Infernus quippe locus est sub terra animabus mortuorum designatus. Ubi igitur sunt Apollinaris nugæ, qui assumptam Christi carnem sine anima, sine intellectu et sine mente esse dicebat ? Sed o quam ipse potius sine mente fuisse convincitur !

[13] Luc. II, 40. [14] Psal. CXLIV, 20.

Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. A Hoc de corpore Domini similiter dictum est, Tu, inquit, cui ob partas virtutes, oblatus, dedicatus, et sanctificatus sum, non me permittes corruptionem corporis sustinere : quinimo illud tanquam quod omni caruit peccato, in suis partibus indissolutum conservabis, ut anima in incorruptum corpus remeante, cito resurgam. Illud etiam adnotandum est, quod interitus in mortuis disjunctio est ac separatio animæ a corpore : corruptio vero est membrorum atque aliarum partium in terram et in pulverem resolutio.

Οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. Τοῦτο περὶ τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος. Οὐδὲ γὰρ ἐμὲ, τὸν ἀνακείμενόν σοι δι' ἀρετῶν οἰκειώσεως, παραχωρήσεις ὑποστῆναι τὴν κατὰ τὸ σῶμα διαφθοράν· ἀλλ' ὡς ἀναμάρτητον τούτων, συντηρήσεις ἀδιάλυτον ἐν τοῖς οἰκείοις μέρεσιν, ἵνα τῆς ψυχῆς ἐγκατοικισθείσης αὐτῷ, παντελῶς ἀρτίῳ, θᾶττον ἀναστῶ. Φθορὰ μὲν οὖν, ἐπὶ τῶν θανόντων, ἡ διάζευξις τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος· διαφθορὰ δὲ, ἡ διάλυσις τῶν τοῦ σώματος μερῶν καὶ μελῶν εἰς χοῦν.

Vers. 11. *Notas mihi fecisti vias vitæ.* Docuisti me, inquit, virtutes quæ ad immortalem vitam hominem dirigunt. [per quas et incederem ipse et discipulis meis incedendum esse traderem]. Vel B aliter : Revelasti tu mihi, inquit, vias vitæ, hoc est, resurrectionis meæ atque iteratæ vitæ modos ; per quas vias docens discipulos ingressus sum.

Ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς. Ἔδειξάς μοι τὰς ἀρετὰς, αἳ ποδηγοῦσι πρὸς τὴν ἀθάνατον ζωήν. Ἢ ἀπεκάλυψάς μοι τοὺς τρόπους τῆς ἐμῆς ἀναστάσεως καὶ παλινζωΐας, (54) ἃς αὐτὸς βαδίσας, τεμῶ τοῖς μαθηταῖς.

Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Filius vultus est et facies Patris. *Qui* enim, inquit, *vidit me, vidit et Patrem meum*[21]. Nam et character etiam ejus dicitur et imago[22]. Post resurrectionem, inquit, lætificabis me, me, inquam, assumptum hominem, et assumenti conjunctum divinitati. Ante resurrectionem enim mœstus erat ac tristis, lacrymabaturque, et sollicitudinibus erat plenus, lege nimirum humanæ naturæ. Vel aliter : *Cum vultu tuo*, circumloquendo dixit ; id est, tecum. Ipsum enim Christi corpus Filio unitum erat et Filius Patri : unde communis erat eorum lætitia propter humanam salutem, quam mors per crucem operata est.

Πληρώσεις με εὐφροσύνης μετὰ τοῦ προσώπου σου. Πρόσωπον Πατρὸς Υἱός. *Ὁ ἑωρακὼς* γάρ, φησὶν, *ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα μου*· ἐπεὶ καὶ χαρακτὴρ αὐτοῦ λέγεται καὶ εἰκών. Εὐφρανεῖς οὖν με, φησὶ, τὸν προσληφθέντα ἄνθρωπον, μετὰ τοῦ προσλαβόντος Θεοῦ, μετὰ τὴν ἀνάστασιν· πρὸ ταύτης γάρ, καὶ ἐλυπεῖτο, καὶ ἐδάκρυε, καὶ ἠγωνία νόμῳ φύσεως. Ἢ καὶ *μετὰ τοῦ προσώπου σου*, ἀντὶ μετὰ σοῦ, περιφραστικῶς· ὁ μὲν γὰρ ἡνωμένος ἦν τῷ Υἱῷ, ὁ δὲ Υἱὸς, τῷ Πατρὶ, καὶ κοινὴν ἔσχον τὴν εὐφροσύνην ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἣν ὁ διὰ σταυροῦ θάνατος εἰργάσατο.

Delectatio in dextera tua usque in finem. Dextera C Patris, Filius dicitur, quemadmodum et brachium ejus, et potentia et delectatio. Ait igitur quod perpetua exsultatio erit Filio Dei, quia secum eos exsurgere fecit, qui olim ob peccatum deciderant : et quia hæreditatem suam recepit.

Τερπνότης ἐν τῇ δεξιᾷ σου εἰς τέλος. Δεξιὰ τοῦ Πατρὸς, ὁ Υἱὸς, ὥσπερ καὶ βραχίων, καὶ δύναμις. Τέρψις, φησὶ, καὶ ἀγαλλίασις ἔσται τῷ Υἱῷ σου διὰ παντὸς, τοὺς πεπτωκότας συναναστήσαντι, καὶ τὴν αὐτοῦ κληρονομίαν ἀπολαβόντι.

Oratio ipsi David.

PSALMUS XVI.

Persecutionem sustinens a Saule beatus David, et multis impetitus injuriis, psalmum hunc conscripsit, quo Deum in auxilium advocat. Qui tamen unicuique viro virtute prædito atque oppresso ab inimicis accommodari potest.

Προσευχὴ τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΙϚʹ.

Ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ διωκόμενος, καὶ ποικίλως ἐπιβουλευόμενος, ἔγραψε τὸν ψαλμὸν τοῦτον, εἰς ἐπικουρίαν τὸν Θεὸν ἐγκαλούμενος. Ἁρμόζει δὲ καὶ παντὶ ἐναρέτῳ ἐπιβουλευομένῳ.

Vers. 1. *Exaudi, Domine, justitiam meam.* Exaudi, inquit, justitiam meam : hoc est affectum atque amorem meum erga justitiam, qui actionibus atque D operationibus suis, quasi lingua quadam ad te clamat. Nam cum potuerim sæpenumero inimicissimum mihi Saulem occidere, abstinui tamen justitiæ hujus amore ; quia a te constitutus est rex. Quinimo nec verbis illum objurgare ausus sum, cum sit populi caput, et ab illius injuria abstinere

Εἰσάκουσον, Κύριε, δικαιοσύνης μου. Τῆς περὶ τὸ δίκαιον διαθέσεως, ἥτις διὰ τῶν πράξεων ὡς διὰ γλώττης, βοᾷ· διαφόρως γὰρ δυνάμενος ἀνελεῖν τὸν πολεμικώτατόν μοι Σαοὺλ, ἐφεισάμην, ὡς ἐπὶ Θεοῦ βεβασιλευκότα, καὶ οὐδὲν ὑβρίσαι τοῦτον λόγῳ ἐτόλμησα. Κεφαλὴ γάρ ἐστι παντὸς τοῦ λαοῦ· δίκαιον δὲ τούτου διὰ ταῦτα φείδεσθαι κατὰ πάντα. Ἢ δικαιοσύνην ἐνταῦθα λέγει τὴν δικαιολογίαν αὐτοῦ, καθ' ἣν δικαιοῦται, ἣν καὶ προϊὼν τίθησιν. Οὕτως

[21] Joan. xiv, 9. [22] Hebr. i, 3.

Variæ lectiones.

(54) Ἃς, δηλαδὴ τὰς ἀρετάς.

οὖν νοούντων ἡμῶν, οὐ δόξει κομπάζειν ὁ Προφήτης, ἀλλὰ λόγῳ παρακαλεῖν.

A semper æquum sit. [Scriptum est enim : *Principi populi tui non maledices* [23].] Vel per justitiam hoc in loco justificationem suam et juris sui rationes intelligit, quibus causa sua justificatur, et quas in progressu ponit. Atque hoc pacto a jactantiæ suspicione Prophetam vindicabimus, quoniam magna eum cum ratione sic petere perspecturi simus.

Πρόσχες τῇ δεήσει μου. Δέησιν ὑποληπτέον, τὸ σχῆμα τῆς παρακλήσεως· ἐλεεινὸν γὰρ, ὡς μεστὸν κατηφείας, καὶ συντριβῆς, καὶ ταπεινώσεως, καὶ μόνον ἀπὸ τῆς ὄψεως δυσωπεῖν δυνάμενον.

Intende deprecationi meæ. Deprecationem accipit pro figura et forma precum suarum, quæ miseranda erat, mœrore nimirum plena ac contritione et humilitate : quæque vel solo intuitu conciliare sibi poterat Deum.

Ἐνώτισαι τὴν προσευχήν μου, οὐκ ἐν χείλεσι δολίοις. Τοῦτο καθ' ὑπερβατὸν ἀναγνωστέον, ἵν' ᾖ, τὴν οὐκ ἐν χείλεσι δολίοις προσευχήν μου. Ἢ καὶ ἐλλειπτικῶς· Ἐνώτισαι τὴν προσευχήν μου, οὐκ ἐν χείλεσι δολίοις γινομένην, ἢ προσαγομένην· καθαρὰ γὰρ ψεύδους τὰ χείλη μου, καὶ οὐ σύνοιδα λαλήσας ποτὲ δόλια τῷ Σαοὺλ, ἀλλ' ὁμολογήσας τὴν εἰς αὐτὸν ἀγάπην, φυλάττων καθαρὰν τὴν ὁμολογίαν, εἰ καὶ αὐτὸς τὰς πρὸς ἐμὲ ψεύδεται συνθήκας. Τρία δὲ προβάλλεται πρὸς ἀντίληψιν, τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, τὸ σχῆμα τῆς δεήσεως, καὶ τὴν ἐξ ἀδόλων χειλέων προσευχὴν, ἵνα καὶ μᾶλλον ἐρεθίσῃ πρὸς ἄμυναν.

Auribus percipe orationem meam, non in labiis dolosis. Hoc per figuram hyperbaton legendum est, ut sit sensus : Suscipe orationem meam, oblatam tibi non dolosis labiis. Munda quippe sunt labia mea ab omni mendacio et dolo. Neque enim mihi con- B scius sum, quod Sauli dolosa aliquando locutus sim : quinimo amorem et dilectionem meam in eum palam confessus, integram adhuc confessionem conservo : tametsi is pacta mecum inita confregerit et mentitus sit. Tria vero in auxilium suum proponit : justitiam, supplicationis formam et orationem a non dolosis labiis provenientem, ut per hæc tria nimirum in auxilium suum Deum magis commoveret.

Ἐκ προσώπου σου τὸ κρῖμά μου ἐξέλθοι. Σὺ δικαστὴς ἡμῖν, ὁ τὰ ἡμέτερα πρὸς ἀκρίβειαν εἰδὼς, καὶ μόνος ἀῤῥεπὴς δικαστής. Ὁ Θεὸς γὰρ, κριτὴς δίκαιος, καὶ ἰσχυρὸς περατῶσαι τὴν οἰκείαν ἀπόφασιν. *Ἐκ προσώπου* δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἐκ σοῦ, περιφραστικῶς, ἢ ἐνώπιόν σου. *Τὸ κρῖμά μου* δὲ, τουτέστιν, ἡ περὶ ἐμὲ ἀπόφασις. Ἄδικον γὰρ ἡγοῦμαι δικάζειν ἐμαυτῷ, καὶ κολάζειν τὸν ἀναιρεῖν ἐπαγόμενον (55).

VERS. 2. *De vultu tuo judicium meum prodeat.* Utinam, inquit, tu nobis judex sis, qui nostra omnia exactissime nosti ; et solus justus judex es, et potens, qui ad exitum propriam deducas sententiam. *De vultu tuo*, circumloquendo dixit : hoc est, C a te ipso, vel coram te : *Judicium* autem *meum*, hoc est sententia, quæ de me ferenda est. Hoc, inquam, judicium, opto ut feratur a te : injustum enim reputo, ut in propria mihi causa judex sim, et a me ipso punire illum debeam, qui ad meum festinat interitum.

Οἱ ὀφθαλμοί μου ἰδέτωσαν εὐθύτητας. Ἴδοιμι ψήφους ἐφ' ὑμῖν (56) ἐξενηνεγμέναι.

Oculi mei videant æquitates. Utinam ego, inquit, suffragia videam et æquas de nobis proferendas a te sententias.

Ἐδοκίμασας τὴν καρδίαν μου· ἐπεσκέψω νυκτός. Οὐ μόνον ἀδίκου πράξεως ἀπεσχόμην, ἀλλὰ καὶ πονηρᾶς ἐνθυμήσεως· ἠρεύνησας γὰρ, ὁ καρδιογνώστης, καὶ οὐχ εὗρές τινα μελέτην κατὰ τοῦ Σαοὺλ, ἐν τῇ καρδίᾳ μου· καὶ ἴδες αὐτὴν οὐκ ἐν τῇ εὐπραγίᾳ μόνον ὀρθῶς ἔχουσαν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ νυκτὶ τῶν πειρασμῶν καὶ θλίψεων, ἃ σκοτίζουσι τὸν νοῦν, καὶ τῆς εὐθείας ἀποπλανᾶσθαι παρασκευάζουσι. Κατὰ γὰρ τὸν Ἰὼβ εἰπεῖν, *Ἐν τῷ φωτί σου ἐπορευόμην ἐν σκότει, ὅτι λύχνος ἐν τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου, καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου.* Ἢ καὶ νύκτα λέγει, καθ' ἣν ἐν τῷ σπηλαίῳ λαβὼν ὑποχείριον, οὐκ ἀνεῖλεν.

VERS. 3. *Probasti cor meum et visitasti nocte.* Non tantum, inquit, ab injustis ego actionibus abstinui, sed a pravis etiam cogitationibus. Tu enim qui scrutator es cordium investigasti me, nec ullam in corde meo iniquam adversus Saul cogitationem invenisti. Tu mentem meam rectam semper fuisse D nosti, nec in secunda id tantum fortuna, sed et in ipsa etiam tentationum atque afflictionum nocte : quæ mentes hominum obtenebrare solet, et occasiones præstare, ut veluti errabundus a recto calle quis deviet. Nam, ut verbis etiam utar beati Job, *In lumine tuo ambulabam in tenebris : quoniam lex tua lucerna erat pedibus meis, et lumen semitis meis* [24], vel noctem fortassis illam dicit, qua in potestate sua Saulem habuit in spelunca, et tamen occidere eum noluit.

Ἐπύρωσάς με, καὶ οὐχ εὑρέθη ἐν ἐμοὶ ἀδικία. Ἐπύρωσάς με πυρὶ τῶν πειρασμῶν, ὡς οἱ τεχνῖται τῷ πυρὶ τὸν χρυσὸν, ὅπως γνοῖεν, εἴ ἐστι καθαρός·

Igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas. Examinasti me, inquit, igne tentationum, non secus ac cum artifices igne aurum examinant,

[23] Exod. xxii, 28. [24] Job xxvi, 3.

Variæ lectiones.

(55) Ισ. ἐπειγόμενον.

(56) γρ. ἐξενηνεγμένας.

ut cognoscant an mundum id sit et purum. Et cum auri instar fusus sim et probatus, nulla tamen in me inventa est injustitia, quam patraverim adversus Saul. Neque enim inter angustias malum aliquod adversus eum, ut pusillanimis, aut consultavi unquam aut decrevi.

A καὶ χωνευθέντος μου τούτοις καὶ βασανισθέντος, οὐχ εὑρέθη ἐν ἐμοὶ ἀδικία κατὰ Σαοὺλ, οὐδὲ μικροψυχήσας ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ἐβουλευσάμην τι πονηρόν.

VERS. 4. *Ut non loquatur os meum opera hominum.* Hic versiculus consequentia non caret ad præcedentia, ut aliqui existimarunt, quinimo commodissime eis adjungitur, et causam continet, quare examinatus fuerit et afflictus beatus David. Hac, inquit, de causa tu me tentationibus examinari permisisti, ne si major fuissem quam quod tentari aut affligi possem, extollerer fortassis: neve accusarem Saul, aut illius injustitias superbe deriderem atque exprobrarem. Vel aliter: Tu ideo me examinasti, ut ego conversus ad te, non humana opera, sed tua commemorarem beneficia, et quomodo tu omnia in melius semper dirigis. Solemus enim in afflictionibus tui semper magis meminisse.

Ὅπως ἂν μὴ λαλήσῃ τὸ στόμα μου τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων. Οὐκ ἔστι τὸ παρὸν ῥητὸν ἀνακόλουθον, ὥς τινες ᾠήθησαν· ἀλλ' αἰτία δοκεῖ τῆς πυρώσεως· διὰ τοῦτο γὰρ παρεχώρησας πυρωθῆναί με πειρασμοῖς, ἵνα μὴ μένων ἀνώτερος αὐτῶν ὑπεραίρωμαι, καὶ διαβάλλω τοὺς ἀμφὶ τὸν Σαοὺλ, θριαμβεύων ἃ πράττουσιν ἄδικα. Ἢ καὶ ἵνα πρὸς σὲ συντόμως ἐπιστρεφόμενος (ἐν θλίψει γὰρ ἐμνήσθημέν σου), τὰ σὰ ἔργα λαλῶ, πῶς ἅπαντα πρὸς τὸ B συμφέρον οἰκονομεῖς.

Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras. Per verba labiorum Dei, mandata legis intelligit, quæ per Moysem data sunt. Labiorum autem Dei, improprie dicit, quasi a Deo prolata sint ea mandata. Propter hæc itaque mandata ego, inquit, custodivi, hoc est, ego ambulavi vias duras: virtutum nimirum vias quæ asperæ sunt et laboriosæ, et omni corporis delectatione prorsus carentes. Custodire etiam apud Scripturam sæpissime positum reperimus, pro operari, ut illud: *Custodivi mandata tua* [18], hoc est adimplevi.

Διὰ τοὺς λόγους τῶν χειλέων σου ἐγὼ ἐφύλαξα ὁδοὺς σκληράς. Λόγους χειλέων καλεῖ τὰς ἐντολὰς τοῦ διὰ Μωσέως δοθέντος νόμου· χειλέων δὲ Θεοῦ, καταχρηστικῶς, οἷα παρὰ Θεοῦ ὑφηγηθείσας. Διὰ ταύτας οὖν, φησὶν, ἐγὼ ἐφύλαξα, τουτέστιν ἐβάδισα ὁδοὺς σκληρὰς, τὰς τῶν ἀρετῶν· τραχεῖαι γὰρ αὗται, καὶ ἐπίπονοι, πάσης σωματικῆς ἡδονῆς ἀπεστερημέναι. Φυλάττειν δὲ παρὰ τῇ συνηθείᾳ τῆς Γραφῆς, τὸ ἐνεργεῖν, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, λέγεται, ὡς τό· *Ἐφύλαξα τὰς ἐντολάς σου*, τουτέστι, πράξας ἐπλήρωσα.

VERS. 5. *Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non commoveantur gressus mei.* Bis gressuum meminit, et per eos priori loco mentis motus intelligit, secundo vero motus corporis. Ait igitur, Tu, Domine, perfectas ac rectas facito cogitationes meas, in mandatis tuis, quæ gradientes per ea homines ferunt ad te. Nam si hæ mentis cogitationes perfectiores reddantur, cæteræ etiam operationes corporis non titubabunt, quinimo tutiores erunt. Vel perfice gressus meos, hoc est, omnes actiones meas, dum ambulo per vias tuas, quas in mandatis tuis esse statuisti iis qui festinant venire ad te: ne si forte commemorati gressus mei nullam a te perfectionem acceperint, devient aliquando ab honesto, et sequantur quæ deteriora sunt. Tu enim es qui doces hominem scientiam.

C *Κατάρτισαι τὰ διαβήματά μου ἐν ταῖς τρίβοις σου, ἵνα μὴ σαλευθῶσι τὰ διαβήματά μου.* Ἄνω μὲν ὠνόμασε διαβήματα τὰ τοῦ νοῦ κινήματα· κάτω δὲ, τὰ τοῦ σώματος. Οἷον τέλεια καὶ ὀρθὰ ποίησον τὰ νοήματά μου ἐν τοῖς προστάγμασί σου, τοῖς φέρουσιν εἰς σὲ τοὺς δι' αὐτῶν ὁδεύοντας· τούτων γὰρ τελειωθέντων, οὐδὲ αἱ διὰ σώματος πράξεις ἀποσφαλεῖεν ἄν. Ἢ κατάρτισαι τὰ διαβήματά μου, τουτέστιν, ἐνέργειάν μου πᾶσαν ἐν τῷ ὁδεύειν τὰς τρίβους σου, ἃς διὰ τῶν ἐντολῶν ἔτεμες τοῖς σπεύδουσιν ἐλθεῖν ἐπὶ σὲ, ἵνα μὴ παρακινηθῶσι τοῦ προσήκοντος, μὴ παρὰ σοῦ καταρτιζόμενα· σὺ γὰρ εἶ ὁ διδάσκων ἄνθρωπον γνῶσιν.

VERS. 6. *Ego clamavi quoniam exaudisti me, Deus.* Non frustra, inquit, fundo preces ad te, nam et alias cum ad te orarem exauditus sum.

D *Ἐγὼ ἐκέκραξα, ὅτι ἐπήκουσάς μου, ὁ Θεός.* Οὐ μάτην ποιοῦμαι τὴν παράκλησιν, ὅτι καὶ πάλαι παρακαλέσαντός μου ἤκουσας.

Inclina aurem tuam mihi et exaudi verba mea. Atqui aures in nobis inclinari non possunt: sed cum inclinato capite erga illum quem audituri sumus, condescendimus, videntur etiam aures in nobis inclinari. In superioribus jam diximus quemadmodum Propheta sæpenumero ab humanis operationibus divinas exprimit, imbecillitati ac cras-

Κλῖνον τὸ οὖς σου ἐμοὶ, καὶ εἰσάκουσον τῶν ῥημάτων μου. Καὶ μὴν ἄκλιτόν ἐστιν ἐν ἐμοὶ (57) τὸ οὖς· ἀλλ' ὅτι κλινομένης τῆς κεφαλῆς ἐπὶ τὸν λέγοντα, δοκεῖ τοῦτο κλίνεσθαι. Προείρηται δὲ, ὅτι ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων ἐνεργειῶν τὰ θεῖα χαρακτηρίζει, συγκαταβατικώτερον, διὰ τὴν τῶν ἀκροωμένων ἀσθένειαν. Οἱ γὰρ βουλόμενοί τινος ἀκριβέστερον

[18] Psal. CXVIII, 166.

Variæ lectiones.

(57) *Ισ.* ἡμῖν, ut legisse videtur Latinus interpres.

A ἀκούειν, ἀδρανῶς ὑπ' ἀσθενείας φθεγγομένου, κλίνουσι αὐτῷ διὰ τῆς κεφαλῆς τὸ οὖς. Κλῖνον ὡς ὑψηλὸς ἐπὶ ταπεινῷ, ὡς ἰατρὸς ἐπὶ νοσοῦντι. Εἴη δ' ἂν ὅρασις μὲν Θεοῦ, ἡ ἁπλῶς γνῶσις τῶν πραγμάτων· οὖς δὲ, ἡ λεπτοτέρα· τὰ γὰρ ὁρατὰ τῶν ἀκουστῶν, παχύτερα, διὰ τὴν ὕλην. Ἄνω δὲ καὶ κάτω τῆς παρακλήσεως τὸ, εἰσάκουσον, καὶ πρόσχες, καὶ ἐνώτισαι, καὶ τὰ τοιαῦτα, εἰς ἔμφασιν τῆς πρὸς τὴν αἴτησιν ὁλοψύχου διαθέσεως.

situdini auditorum condescendens. Solent itaque ii caput inclinare, qui exilis hominem vocis audire diligentius cupiunt : unde et cum capite aures pariter inclinare videntur. Inclina igitur et tu, Deus, aurem tuam, tanquam excelsus ad humilem, tanquam medicus ad infirmum. Et visus quidem in Deo est simplicior quædam rerum cognitio, auditus vero exactior et perfectior scientia. Nam quæ visibilia sunt, propter materiam quæ visibilibus rebus inest, crassiora sunt, quam quæ audiri queunt. Superius igitur atque inferius supplicans beatus David, hujusmodi verbis usus est, quæ majorem Dei cognitionem ac majorem attentionem desiderent. Exaudi enim, inquit, intende, auribus percipe, et alia hujusmodi, quæ verba etiam sæpius replicavit in majorem nimirum emphasim, ac majorem significationem summæ affectionis suæ, ex tota cupientis anima petitionem a se oblatam impleri.

B *Θαυμάστωσον τὰ ἐλέη σου, ὁ σώζων τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ σέ.* Θαύματος ἄξια φανῆναι ποίησον. Ἐλέη δὲ λέγει, τὴν ἀντίληψιν. Οἱ γὰρ ἰδόντες αὐτὸν ὑπερασπιζόμενον, ἐθαύμασαν αὐτήν, ὡς ταχεῖαν, καὶ πανσθενῆ, καὶ ὡς μὴ μόνον δίκαιον, ἀλλὰ καὶ ἁμαρτωλὸν ἀντιλαμβανομένην.

VERS. 7. *Mirifica misericordias tuas qui salvos facis sperantes in te.* Fac, inquit, ut misericordiæ tuæ admiratione dignæ videantur. Misericordias autem Dei hic divinum auxilium appellat. Omnes enim qui beatum David adjutum a Deo, et servatum a tantis viderunt periculis, admirati sunt tam celere ac validum auxilium : quinimo et illud, quod non tantum justis Deus, sed quod peccatoribus etiam opem præstat.

Ἐκ τῶν ἀνθεστηκότων τῇ δεξιᾷ σου, φύλαξόν με ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ. Φύλαξόν με, Κύριε, ἀπὸ τῆς ἐπιβουλῆς τῶν περὶ Σαοὺλ, οἳ ἀνθεστήκασι τῇ χειροτονίᾳ σου. Διὰ γὰρ τῆς χειρὸς, ταύτην ἐδήλωσε. Σὺ μὲν γάρ ἐχειροτόνησάς με βασιλέα, διὰ τοῦ προφήτου χρίσαντος· οὗτοι δὲ σπουδάζουσιν ἀνελεῖν, οὐ καταδεχόμενοι. Θαυμαστὴ δὲ ὄντως ἡ περὶ τὴν κόρην τοῦ ὀφθαλμοῦ φυλακή· χιτὼν γὰρ ἐπὶ χιτῶνι, καὶ περιβολαὶ ποικίλαι ταύτην περιτειχίζουσι. Καὶ οἱ μὲν λεπτοὶ καὶ διαφανεῖς, ἵνα μὴ τραχύνωσιν C ὑγρὰν οὖσαν καὶ ἁπαλήν· ἔξωθεν δὲ, παχὺς ὁ τῶν βλεφάρων, δυσὶν ἡμικυκλίοις διῃρημένος, ἵνα καὶ τὸν κονιορτὸν ἀποσοβῇ, καὶ τὴν ἐξ ἀέρος βλάβην, καὶ τὰ περιττὰ ζωΰφια. Τετρύχωται δ' οὗτος, ἵνα τὸν ἐγγὺς ἱδρῶτα καταῤῥέοντα κωλύῃ· δριμὺς γὰρ ἐστι καὶ λυπηρός. Ἐπάνω δὲ τούτου, φάραγξ ὀφρύος. Ἐσχημάτισται δὲ καθάπερ τις στεῤῥὸς ὄροφος. Πεπύκασται δὲ καὶ οὗτος θριξὶν, ἵνα μὴ ὁ φερόμενος ἄνωθεν ἱδρὼς ἐπὶ τὴν σκηνὴν τῆς κόρης ἐμβάλλοι· ἀλλ' ἀνακρουόμενος ἐκεῖθεν, ἐπὶ τοὺς κροτάφους μετοχετεύεται.

VERS. 8. *A resistentibus dexteræ tuæ custodi me, Domine, ut pupillam oculi.* Custodi me, Domine, ab insidiis Saul et complicum ejus, qui electioni per te factæ resistunt. Per manum enim, hanc significavit. Tu enim per prophetam, a quo inunctus sum, me in regem elegisti : isti vero non suscipientes quod fecisti, mihi necem parant. Admiranda est autem quam maxime custodia illa, quam oculus pupillæ præstat. Siquidem tunica super tunicam, et quædam tegumenta eam muniunt : quorum alia tenuia ac transparentia sunt, ne pupillæ quæ suapte natura humida est et mollis, asperitatem inferant, alia vero exterius crassiora, ut palpebrarum tunica, quæ duobus est semicirculis distincta, ut pulveris et aeris læsionem, et parvula quæque animantia, repellat : et pilis etiam quibusdam vallata, ut sudorem prope fluentem prohibeat. Acutus enim sudor est atque admodum molestus. Superius præterea supercilii vallis formata est. Ipsum autem supercilium, veluti tectum quoddam firmum ac validum jacet : quod pilis etiam multis ac condensis ornatum ac munitum est, ne sudor desuper fluens in pupillæ habitaculum irruat. Illinc enim repulsus, in ipsa devolvitur tempora. [Cum tanta igitur præstet oculus pupillæ custodiam, non mirandum si parem sibi a Deo Propheta præstari optat.]

D *Ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου σκεπάσεις με ἀπὸ ἀνθρώπων ἀσεβῶν, τῶν ταλαιπωρησάντων με.* Ἑτέραν εἰκόνα φυλακῆς εὑρὼν, ἀξιοῖ νεοττοῦ τρόπον ἐπισκέπτεσθαι, πτέρυγας καλῶν τὰς συνοπτικὰς, καὶ φρουρητὰς, καὶ θαλπτικὰς δυνάμεις τῆς παντοδυνάμου προνοίας, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ταῖς ἑαυτῶν πτέρυξι σκεπόντων τοὺς νεοττοὺς πετεινῶν. Τὸ γοῦν *Σκεπάσεις*, ἢ ἀντὶ εὐκτικοῦ νοήσομεν· πολλαχοῦ γὰρ τῆς Γραφῆς τὸ τοιοῦτον εἶδος· ἢ καὶ προφητεύει τὴν παρὰ Θεοῦ βοήθειαν. Πρόσωπον δὲ ἀσεβῶν, αὐτοὺς λέγει τοὺς ἀσεβεῖς. Καταχρηστικῶς δὲ νῦν εἶπεν ἀσεβεῖς τοὺς ἀμφὶ τὸν Σαοὺλ, ὡς δίκην ἀσεβῶν ζῶντας ἐν ἀνομίαις, καὶ διψῶντας ἑλεῖν

VERS. 9. *In protectione alarum tuarum proteges me a facie impiorum, qui me afflixerunt.* Adinventa alia custodiæ similitudine, pulli in morem rogat Propheta se protegi. Per alas autem divinæ Providentiæ vires intelligit : quibus continere conservareque omnia Deus solet et fovere. Quod ex metaphora avium sumptum est, quæ proprios pullos alis tuentur ac protegunt. Quod vero, ait, *Proteges*, futurum pro optativo positum intellige, ut sæpe apud Scripturam positum reperimus. Vel quia prædicit beatus David, ut Propheta, auxilium quod sibi a Deo præstandum erat. Faciem etiam impiorum pro ipsis impiis intellige. Improprie autem

Saulem et socios, impios [seu potius, ut sæpe alibi diximus, juxta Græcæ dictionis ἀνόμους veriorem significationem, exleges] appellavit : eo quod gentium more, exleges viverent in peccatis, et quia innocentem occidere studebant ; nec electionem illam verebantur, quam eis Deus significaverat se fecisse de David, dum immodice cum affligerent, et in causa essent ut exsul ac profugus omne calamitatum genus sustineret.

τοὺς ἀθώους, καὶ ὡς μὴ σεβομένους τὴν δηλωθεῖσαν ἐπ' αὐτῷ τοῦ Θεοῦ χειροτονίαν· οἳ καὶ ἐταλαιπώρησαν αὐτὸν, περὶ τὴν φυγὴν πᾶσαν κακοπάθειαν ὑφιστάμενον.

VERS. 10. *Inimici mei animam meam circumdederunt.* Per animam suam seipsum intelligit, totum exprimens a parte. Circumdederunt autem, insidiis nimirum undique depositis.

Οἱ ἐχθροί μου τὴν ψυχήν μου περιέσχον. Ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἑαυτὸν ἐνέφηνεν, ὡς ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν. *Περιέσχον* δὲ, ἀντὶ τοῦ, περιεκύκλωσαν πάντοθεν καθίζοντες λόχους.

Adipem suum concluserunt. Per adipem cor intelligit et viscera : quoniam circum hæc multa solet inesse pinguedo. Ait igitur, omnem eos a corde atque a visceribus misericordiam intra seipsos clausisse. Misericordia enim a corde atque a visceribus dicitur descendere. Alii adipem exponunt pro bona habitudine ac felicitate, quam illos clausisse dicit Propheta, atque in seipsis continuisse, veluti nunquam amplius recessuram, sed cum eis perpetuo futuram.

Τὸ στέαρ αὐτῶν συνέκλεισαν. Διὰ τοῦ στέατος τὴν καρδίαν καὶ τὰ σπλάγχνα δηλοῖ· περὶ ταῦτα γὰρ πολλὴ πιμελή. Καί φησιν ὅτι Ἀπέκλεισάν μοι τὸν ἐκ καρδίας καὶ σπλάγχνων αὐτῶν ἔλεον, ἐξ ὧν οὗτος πρόεισιν. Ἄλλοι δέ φασιν ἑρμηνεύοντες στέαρ τὴν εὐδοξίαν εἶναι καὶ εὐημερίαν, ἣν ἀπέκλεισαν καὶ οἷον συνεῖχον, ὡς μηκέτι φευξομένην, ἀλλὰ δι' ὅλου ἐσομένην αὐτοῖς.

Os eorum locutum est superbiam. Jactabant enim illi cito se comprehensuros beatum David, nec posse illum ab eorum manibus evadere : quasi ex nullo latere exspectandum illi amplius esset auxilium.

Τὸ στόμα αὐτῶν ἐλάλησεν ὑπερηφανίαν. Ἐκόμπαζον γὰρ θᾶττον αὐτὸν συσχεῖν ὡς ἀθήρευτον, μηδαμόθεν ἔχοντα βοήθειαν.

VERS. 11. *Ejicientes me nunc circumdederunt me.* Expulerunt me, inquit, ex omnibus bonis meis : nec satis hoc eis fuit, sed rursus etiam circumdederunt, morti me tradere festinantes.

Ἐκβάλλοντές με νυνὶ περιεκύκλωσάν με. Ἐξώσαντές με τῶν ἐμῶν ἁπάντων, οὐκ ἠρκέσθησαν· ἀλλὰ καὶ νῦν περιεκύκλωσάν με, θανατῶσαι σπουδάζοντες.

Oculos suos statuerunt declinare in terram. Decreverunt, inquit, declinare oculos suos, a te nimirum, qui in cœlis habitas : atque a mandatis tuis, quibus mandasti ne insontem quis lædat ; atque hoc ut illos in terram converterent, hoc est ad terrenas concupiscentias. Quod nihil aliud est, quam absque ulla ratione quidquid libido postulat explere. Vel aliter litteram lego : Oculos suos statuerunt ut declinent in terram ; et tunc expone statuerunt, hoc est stabiliverunt et firmaverunt, observantes nimirum ut illum inclinent et demittant in terram, quem olim morti tradere contendunt. Oratio enim Græca utrumque sensum recipit.

Τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἔθεντο ἐκκλῖναι ἐν τῇ γῇ. Ἔθεντο, ἐσκέψαντο ἐκκλῖναι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἀπὸ σοῦ, τοῦ ἐν οὐρανοῖς οἰκοῦντος, καὶ τῶν σῶν προσταγμάτων, ἃ κελεύουσι μὴ ἀδικεῖν τὸν ἀναίτιον, εἰς γῆν, τουτέστιν εἰς γεηρὰς ἐπιθυμίας· αἵτινές εἰσιν ἀλόγως ἀποπλῆσαι πᾶν τὸ καθ' ἡδονήν. Καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐστήριξαν, ἐπιτηροῦντες ἐκκλῖναι καὶ καταβαλεῖν με εἰς γῆν, ὑπ' αὐτῶν ἀποσφαττόμενον.

VERS. 12. *Susceperunt me quasi leo paratus ad prædam, et quasi catulus leonis habitans in abditis.* Quantum ad eorum spem attinet, ipsi me ita susceperunt ; quasi dicat : Illi sperabant accedere ad me, et suscipere me : hoc est sursum accipere, atque extollere a terra, et discerptum efferre. Differentiam inter leonem et leonis catulum, quidam hujusmodi tradiderunt dicentes : quod leo proprio fretus robore manifeste ac palam rapit, et quod catulus tanta carens confidentia, clam atque occulte se accingit ad prædam, unde abditus considere dicitur. Hoc pacto etiam inimicorum beati David, alii aperto Marte suis freti viribus in eum irruebant, alii autem veluti timidiores sibi ipsis non adeo fidentes, clam insidias struebant ; tametsi nihil impedit quin utrumque idem sibi velit atque idem significet. Solet enim Propheta sæpenumero

Ὑπέλαβόν με ὡσεὶ λέων ἕτοιμος εἰς θήραν, καὶ ὡσεὶ σκύμνος οἰκῶν ἐν ἀποκρύφοις. Ὅσον ἐπὶ ταῖς ἑαυτῶν ἐλπίσιν, ὑπέλαβόν με, τουτέστιν ὑπελθόντες, μετεώρισαν τῆς γῆς ἀνάρπαστον φέροντες. Διαφορὰν δὲ τοῦ λέοντος καὶ τοῦ σκύμνου τοιαύτην τινὲς ἀποδεδώκασιν, ὡς ὁ μὲν ἀλκῇ πεποιθὼς, φανερός ἐστιν ἐπὶ τῷ θηρεύειν· ὁ δὲ σκύμνος, μήπω θαῤῥῶν ἐκ τοῦ προφανοῦς ἁρπάζειν, κάθηται κρυπτόμενος. Καὶ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ τοίνυν οἱ μὲν ἐθάῤῥουν προφανῶς αὐτὸν ἁρπάσαι· τινὲς δὲ λαθραίως, ἑαυτοῖς οὐ τεθαῤῥηκότες. Οὐδὲν δὲ κωλύει ταὐτὸ καὶ ἄμφω δηλοῦν· εἴωθε γὰρ πολλάκις ἐν τοῖς παθητικοῖς λόγοις ὁ Προφήτης ταυτολογεῖν, ἐν ὑπαλλαγαῖς λέξεων, ἵνα (58) αὐξήσῃ τὸ πάθος, εἰς ἔλεον ἐπισπάσηται

Variæ lectiones.

(58) γρ. αὐξήσας vel valde καὶ ante εἰς.

In hujusmodi locis affectu plenis, easdem sententias varia oratione repetere, ut aucto affectu ad majorem Deum misericordiam trahat.

Ἀνάστηθι, Κύριε. Δοκῶν καθεύδειν διὰ τὴν μακροθυμίαν, κινήθητι πρὸς ἄμυναν.

A Vers. 13. *Exsurge, Domine.* Quippe cum ob longanimitatem dormire quodammodo videaris. Exsurge igitur et movearis ad vindictam.

Πρόφθασον αὐτούς. Πρὸ τοῦ δοῦναι πέρατι τὰ μεμελετημένα, κατάλαβε αὐτούς.

Prœveni eos. Tu, inquit, eos præoccupa priusquam ea quæ meditati sunt effectum aliquem sortiantur.

Καὶ ὑποσκέλισον αὐτούς. Ἐμπόδισον τῷ κατ' ἐμοῦ δρόμῳ· τοῦτο δὲ ἐκ μεταφορᾶς τῶν βουλομένων τισὶν ἐπικόπτειν τὸν δρόμον, οἳ τρεχόντων τοῖς ποσὶν αὐτῶν ὑποτιθέασι τὰ σκέλη κατὰ πάροδον, καὶ οὕτως εὐχερῶς καταβάλλουσι.

Et supplanta eos. Esto illis impedimento dum currunt et festinant adversum me. Quod ex eorum metaphora dictum est, qui dum currentem impedire volunt, tibiam aut pedem transeunti subjiciunt, ut hujusmodi offendiculo eum in terram prosternant.

Ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου ἀπὸ ἀσεβοῦς, ῥομφαίᾳ σου, ἀπὸ ἐχθρῶν τῆς χειρός σου. Ἐν τῇ ῥομφαίᾳ σου ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τοῦ ἀσεβοῦς Σαούλ, καὶ ἀπὸ τῶν ὑπηκόων αὐτοῦ, τῶν ἐχθραινόντων τῇ χειροτονίᾳ σου, τουτέστιν ἐμοί· ἤ, τῶν πολεμούντων τῇ χειρί σου, δηλαδὴ σοί, περιφραστικῶς. Εἰ γὰρ οἱ μὲν ἐμοὶ πολεμοῦσιν, ἐγὼ δὲ, σός· οἱ πολεμοῦντες τῷ σῷ, σοὶ ἄρα πολεμοῦσι. Τίνος χάριν ἀσεβῆ τοῦτον λέγει, προειρήκαμεν. Καθ' ἑαυτὰ δὲ τὰ ῥητὰ ἀναγνωστέον, ἀπολύτως. Κατάλληλα δὲ, καὶ τὸ, *Ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου*, πρὸς τὸ ῥηθὲν ἀνωτέρω· *Οἱ ἐχθροί μου γὰρ*, εἶπε, *τὴν ψυχήν μου περιέσχον.* Ἀποροῦσι δέ τινες, πῶς ὁ φεισάμενος Σαοὺλ ἐν τῷ σπηλαίῳ, νῦν ἀναιρεθῆναι τοῦτον εὔχεται ῥομφαίᾳ Θεοῦ· καὶ λέγομεν ὡς αὐτὸς μὲν αὐτόχειρ βασιλέως οὐχ ἠνέσχετο γενέσθαι, καθὼς ἐν προοιμίοις ἐξηγησάμεθα τοῦ ψαλμοῦ· τὸν Θεὸν δὲ παρεκάλει πρὸς ἐκδίκησιν, ταλαιπωρούμενος, καὶ ἐν πάσῃ κακοπαθείᾳ. Ὥσπερ γὰρ τὸ πρῶτον ἄδικον, οὕτω δίκαιον τὸ δεύτερον. Ἢ καὶ ἐν ῥομφαίᾳ λέγει, οὐχ ἀναιρούσῃ, ἀλλὰ φοβούσῃ τοὺς ἐχθροὺς μόνον. Ἀνθρωποπρεπῶς δὲ εἴρηται· καὶ γὰρ ὁ θέλων ἐξελέσθαι τὸν ὑπὸ πολεμίων κατεχόμενον, ῥομφαίαν σπασάμενος, ὁρμᾷ κατ' αὐτῶν. Καὶ ὅτι οὐχ ἀναιρεθῆναι τοὺς ἀμφὶ τὸν Σαοὺλ, ἀλλὰ δυσπραγῆσαι (59) βούλεται, δηλοῖ τὰ ἑξῆς.

Eripe animam meam ab impio frameam tuam, ab inimicis manus tuæ. Tua, inquit, framea, hoc est B tuo telo, libera animam meam ab impio Saul atque ejus sociis, qui electioni tuæ de me factæ tanquam inimici adversantur. Vel, Eripe me ab iis qui inimici sunt manus ac potentiæ tuæ, hoc est ab inimicis tuis: nam qui me oppugnant, qui a te electus sum, tecum etiam pugnare videntur. Saulem vero cur impium appellet, superius dictum est. Per se vero legenda sunt verba absolute. Illa autem verba: *Libera animam meam*, congrue dicta sunt, ut prioribus verbis respondeant, dum dixit: *Inimici mei animam meam circumdederunt.* Dubitant quidam quomodo beatus David, qui in spelunca inimico Sauli pepercit, nunc precetur occidi eum gladio Dei. Et dicendum, quod ipse quidem regis sui noluit occisor esse, ut circa principium psalmi C diximus, et tamen Deum ad vindictam advocat, veluti qui omni erat calamitatum genere afflictus. Neque enim si occidere regem, injustum dicimus, ita etiam injustum dicimus, advocare Deum ad vindictam. Vel aliter: Libera me, inquit, framea tua, non ut occidas, sed ut ea tantum inimicos perterreas et repellas. Hoc etiam humano more dictum est; nam cum quis socium ab inimicis detentum eripere voluerit, evaginato gladio in eos ruit. Quod autem non petat beatus David Saulem et socios interimi, sed disjungi tantum ac dissolvi, manifestum fit ex sequentibus.

Κύριε, ἀπὸ ὀλίγων ἀπὸ γῆς διαμέρισον αὐτοὺς ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν. Ἔτι ζῶντας αὐτοὺς ἀφόρισον ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν ἀνθρώπων, καὶ μὴ ἔστωσαν αὐτοῖς ἐναρίθμιοι· ὃ καὶ ἀλλαχοῦ φησι· *Μετὰ δικαίων μὴ γραφήτωσαν*· ἀφορισθέντες γὰρ, τὴν ἀξίαν ἀποτίσονταί ποτε δίκην. Πολλάκις δὲ ἡ Γραφὴ ὀλίγους καλεῖ τοὺς ἀγαθούς. Οἱ γὰρ πλείους, ἀεὶ κακοὶ, καὶ ἀεὶ τὰ χερείονα νικᾷ· ὀλίγοι γὰρ, φησὶν, οἱ σωζόμενοι, καὶ ὀλίγοι οἱ ἐκλεκτοί. *Ὀλίγων* δὲ εἰπὼν, ἐπήγαγεν· *ἀπὸ γῆς*, δεικνὺς, ὅτι καὶ οὗτοι ἀπὸ γῆς εἰσι· καὶ ὅμως οὐδὲν ἐμπόδιον τοῦτο γέγονεν αὐτοῖς

Vers. 14. *Domine, a paucis de terra divide eos in vita eorum.* Adhuc viventes eos, inquit, divide ac distingue a probis hominibus, ne cum eis conversentur: quod aliis verbis alibi dicit: *Et cum justis non scribantur* [44]. Nam si disjungantur, condignas D aliquando pœnas dabunt. Solet etiam sæpenumero Scriptura per paucos, probos homines significare: quia et pravi homines plures sunt, et pejora numero semper vincunt. Pauci enim sunt, inquit, qui salvantur, et pauci etiam qui electi. Et postquam dixit *a paucis*, addidit *de terra*, denotans

[44] Psal. LXVIII, 29.

Variæ lectiones.

(59) Codex quidem habet δυσπραγῆσαι · at Latinus interpres legisse videtur διαμερισθῆναι vel aliud ejusmodi.

quod pauci illi qui boni sunt, de terra sunt, quodque hoc eis nihil impedimento fuit ad virtutem. Et constructio sic se habet: *Divide eos a paucis qui sunt de terra.*

A εἰς ἀρετήν. Ἡ δὲ σύνταξις, αὕτη· *Διαμέρισον αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ὀλίγων, τῶν ἀπὸ γῆς.*

Et de absconditis tuis impletus est venter eorum. Per abscondita quidam aurum atque argentum intelligunt, et alia hujusmodi metalla, quæ occultis terræ lateribus abscundita, fodiuntur ab iis qui illic ea perquirunt: quibus bonis illorum ventrem impletum esse ait, a parte totum significans, hoc est, quibus repleti sunt; quippe cum eorum cellæ atque hypothecæ, hujusmodi bonis, instar ventris, plenæ ac refertæ sint. Vel eorum ventres impletos esse obsoniis intellige, quibus abunde vescentes exsaturati sunt. Multi etiam dicunt, per abscondita pœnas intelligendas esse, quæ apud Deum veluti in thesauri loco reconditæ sunt, cum et Moyses in Deuteronomio de vario suppliciorum loquens genere, ex persona Dei dixerit: *Nonne hæc congregata sunt apud me, et sigillata in thesauris meis* [27]? Hæc igitur verba prophetiam continent et prædicunt: inimicorum illorum ventrem, hoc est inimicos ipsos, abditis atque occultis apud Deum suppliciis implendos esse: unde et adversus tantam eorum insatiabilitatem atque ingluviem commodissime ventris nomen apposuit. Futuro etiam tempore pro præsenti usus est, quia propheticis oculis prospiciens, ut præsentia esse indicavit.

Καὶ τῶν κεκρυμμένων σου ἐπλήσθη ἡ γαστὴρ αὐτῶν. Κεκρυμμένα τινὲς ἔφασαν χρυσὸν καὶ ἄργυρον, ἃ τοῖς λαγόσιν ἐγκεκρυμμένα τῆς γῆς, ἀνορύττονται, μεταλευόμενα. Τούτων οὖν ἐπλήσθη ἡ γαστὴρ αὐτῶν, τουτέστιν αὐτοὶ, ἀπὸ γὰρ μέρους τὸ πᾶν, ἤγουν τὰ ταμεῖα, δίκην γαστέρων ἐμφορούμενα· ἢ καὶ αἱ κοιλίαι αὐτῶν, ὀψωνούντων ὅσα καὶ λάβοιεν. Πολλοὶ δὲ λέγουσι τὰς παρὰ Θεοῦ τεθησαυρισμένας τιμωρίας· ἐπεὶ καὶ Μωϋσῆς ἐν τῷ Δευτερονομίῳ περὶ ποικίλων τιμωριῶν ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ διεξιὼν, ἐπήγαγεν· *Οὐκ ἰδοὺ ταῦτα πάντα* B *συνῆκται παρ' ἐμοὶ, καὶ ἐσφράγισται ἐν τοῖς θησαυροῖς μου;* Προφητεύει γοῦν, φασὶν, ὅτι τῶν ἀφανῶν τιμωριῶν πλησθήσεται ἡ γαστὴρ αὐτῶν, τουτέστιν αὐτοὶ, ἀπὸ γὰρ μέρους τὸ πᾶν. Πρὸς γὰρ τὴν πλησμονὴν καταλλήλως ἔθηκεν τὴν γαστέρα. Τοῖς μέλλουσι δὲ, ὡς ἐνεστῶσιν ἐχρήσατο, τρόπον τινὰ θεασάμενος αὐτὰ τοῖς προορατικοῖς ὀφθαλμοῖς.

Saturati sunt porcis. Suem Hebræi ut immundum habebant, eo quod inter cætera animalia quæ ungulam scindunt non ruminat. Præterea etiam quia in luto atque in immunditiis versatur. Per suem igitur hoc in loco eorum voluit immunditiam subnotare. Saturati enim sunt, inquit, immunditiis, consumpto nimirum patrimonio, ac bonis omnibus, in varias voluptates. Multi etiam et doctissimi interpretes aliter expouentes legunt: *Saturati sunt filiis*, non autem porcis, dicentes in Hebræo haberi dictionem *banion*, quæ filios, non sues significat; et errorem hujus variæ lectionis ortum esse scriptorum vitio: cum Græcæ dictiones, porcis et filiis, maximam habeant litterarum similitudinem. Sensum igitur esse dicunt, quod illi inimici ita saturati sunt filiis, sicut et divitiis, multorum videlicet filiorum effecti patres. Vel juxta duplicem proxime præcedentis versiculi interpretationem, saturati sunt pecuniis, seu pœnis, simul cum propriis filiis, ita ut subaudiatur præpositio *cum*, et sit sensus: Quod non solum ipsi patres, sed quod ipsi etiam eorum filii divitiis satiati sunt, seu suppliciis.

Ἐχορτάσθησαν ὑῶν. Τὸν οὖν ἀκάθαρτον εἶχον οἱ Ἑβραῖοι, διά τε τὸ μὴ ἀνάγειν μηρυκισμὸν ἐν τοῖς διχηλοῖς, καὶ διὰ τὸ φιλεῖν τὸν βόρβορον. Διὰ γοῦν τοῦ ὑὸς ἐνταῦθα τὴν ἀκαθαρσίαν ᾐνίξατο. Ἐχορτάσθησαν γὰρ, φησὶν, ἀκαθαρσιῶν, τὸν πλοῦτον εἰς φιληδονίαν ἀναλίσκοντες. Οἱ δὲ ἀκριβέστεροι τῶν C ἐξηγητῶν, *υἱῶν τῶν τέκνων φασί.* Βανιῶν γὰρ ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ κεῖται, τουτέστι τέκνων, ἵν' ᾖ τοιοῦτον, ὅτι καθάπερ χρημάτων, οὕτω καὶ τέκνων ἐχορτάσθησαν, πολύπαιδες γεγονότες. Ἢ καὶ κατὰ διπλῆν ἐξήγησιν, ἐχορτάσθησαν τῶν εἴτε χρημάτων, εἴτε τιμωριῶν, μετὰ τῶν υἱῶν, ἐλλειπούσης τῆς προθέσεως· οὐχ αὐτοὶ γὰρ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ παῖδες αὐτῶν ἐτιμωρήθησαν.

Et dimiserunt reliquias parvulis eorum. Eo quod tantæ fuerunt reliquiæ, ut posteris filiorum sufficerent. Nam quod ait *parvulis eorum*, expone, parvulis filiorum: adeo ut illæ divitiæ, seu pœnæ in omnem generationem se extenderint. Et si pœnas intelligis, prophetia erit malorum, quæ inimicis beati David eventura erant. Si vero divitias, exaggeratio hæc quædam erit in illorum accusationem, quod tantis repleti bonis, prave tamen atque inique vixerint, longanimitatem Dei summam contemnentes.

D *Καὶ ἀφῆκαν τὰ κατάλοιπα τοῖς νηπίοις αὐτῶν.* Διαρκέσαντα καὶ εἰς τοὺς ἐγγόνους τῶν υἱῶν· νηπίοις γὰρ αὐτῶν, τουτέστι τῶν υἱῶν, τουτέστιν εἰς ὅλην τὴν γενεὰν παρέτεινεν, εἴτε ὁ πλοῦτος, εἴτε τιμωρία. Καὶ εἰ μὲν περὶ ποινῆς ταῦτα νοήσομεν, προφητεία ἐστὶ τῶν ἀπηντηκότων τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ κακῶν. Εἰ δὲ περὶ εὐδαιμονίας, αὔξησις κατηγορίας, ὅτι τοσούτων ἀγαθῶν ἀπολαύσαντες, παρανόμως ἔζων, τῆς τοῦ Θεοῦ καταφρονοῦντες εὐδαιμονίας (60).

[27] Deut. XXXII, 34.

Variæ lectiones.

(60) Ισ. εὐδαιμονίας. Latinus interpres legisse videtur μακροθυμίας.

Ἐγὼ δὲ ἐν δικαιοσύνῃ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ σου. Δικαιοσύνη μου γὰρ, περὶ ἧς ἐν ἀρχῇ τοῦ ψαλμοῦ λέλεκται, ἄξιόν με ποιήσῃ τῆς σῆς ἐπισκοπῆς, καὶ ἐμφανισθήσομαί σοι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τελευταίας κρίσεως καὶ ἀνταποδόσεως.

Χορτασθήσομαι ἐν τῷ ὀφθῆναί μοι τὴν δόξαν σου. Καὶ ἰδὼν τὴν δόξαν σου, τηνικαῦτα πλησθήσομαι τῆς ἐπιθυμίας, ἥτις ἐστὶ, τὸ ὀφθῆναί σοι, καὶ ἰδεῖν τὴν δόξαν σου· οἱ γὰρ ἁμαρτωλοὶ Θεοῦ πρόσωπον (61)· καὶ ὁ Κύριος δέ φησιν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· *Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται,* δηλαδὴ τῶν ἐπιθυμουμένων αὐτοῖς αἰωνίων ἀγαθῶν. Ἁρμόζει δὲ ὁ ψαλμὸς καὶ παντὶ ἐναρέτῳ ἐπιβουλευομένῳ, ὃς μὴ ἀγαπῶν δόλους, ζητήσει κριθῆναι μετὰ ἐχθροῦ· Σαοὺλ γὰρ τὸν ἐχθρὸν νῦν αὐτοῦ λογίσεται, εἴτε αἰσθητὸν ἴσως, εἴτε νοητόν. Ὁ δ' αὐτὸς καὶ λόγους χειλέων τοῦ Χριστοῦ νοήσει τὰς εὐαγγελικὰς ἐντολάς. Ἀνθεστηκότας δὲ τῇ δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, τοὺς δαίμονας, ὡς ἀντικειμένους καὶ ἀποστάτας. Τοὺς αὐτοὺς δὲ, καὶ ἀσεβεῖς, καὶ ἐχθρούς· οἳ ἐξέβαλον αὐτὸν ἀπὸ τῆς σκέπης τοῦ Θεοῦ, ἢ ἀπὸ τοῦ παραδείσου, καὶ τὰ ἑξῆς ἀκολούθως ἐκλήψεται. Εὔχεται δὲ διασκορπισθῆναι καὶ διαμερισθῆναι τοὺς δαίμονας ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ἕως ἂν οὗτοι οἱ ἀγαθοὶ ζῶσι· μετὰ γὰρ θάνατον οὐ δεδοίκασι. Καὶ τὰ περὶ τοῦ πλούτου δὲ, ἢ καὶ τῆς τιμωρίας, καὶ τὰ λοιπὰ προσαρμόσει τοῖς δαίμοσιν, ὡς κοσμοκράτορσιν, ὧν καὶ υἱοὺς καὶ ἐγκόνους νοήσει τοὺς μαθητὰς, καὶ ὑπουργοὺς αὐτῶν πονηροὺς ἀνθρώπους· τῶν γὰρ τοιούτων πατὴρ ὁ διάβολος.

Εἰς τὸ τέλος τῷ παιδὶ Κυρίου τῷ Δαβὶδ, ἃ ἐλάλησε τῷ Κυρίῳ τοὺς λόγους τῆς ᾠδῆς ταύτης· ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἐῤῥύσατο αὐτὸν ὁ Κύριος ἐκ χειρὸς πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ ἐκ χειρὸς Σαοὺλ, καὶ εἶπεν· Ἀγαπήσω σε, Κύριε, ἡ ἰσχύς μου.

ΨΑΛΜΟΣ ΙΖ'.

Εἰς τὸ τέλος ἐπιγέγραπται, ἢ διὰ τὸ προφητείας ἔχειν εἰς τέλος ἐκβησομένας· περὶ Χριστοῦ γὰρ καὶ κλήσεως ἐθνῶν ἐν μέρει διαλέγεται· ἢ διότι ἐπὶ τῇ συντελείᾳ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ τὸν ὕμνον τοῦτον ἀνέθηκε τῷ Θεῷ, εὐχαριστήριον πάσης εὐεργεσίας, ἧς ἀπήλαυσεν. Ἢ καὶ διότι ἐπὶ τέλει τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς τὸν παρόντα ψαλμὸν συνέταξε. ***Τῷ παιδὶ δὲ Κυρίου Δαβὶδ,*** καὶ οὐ τῷ βασιλεῖ, ἢ προφήτῃ, ὅτι ταῦτα μὲν δωρήματα Θεοῦ· παῖς δὲ γίνεταί τις Κυρίου, ἢ δι' εὐγνωμοσύνης, ὡς πιστὸς δοῦλος, ἢ καὶ δι' εὐαρεστήσεως, ὡς ἠγαπημένον τέκνον. Οὗτος δὲ δι' ἀμφοῖν ἄμφω τὰς τοῦ παιδὸς ἐκληρώσατο σημασίας, καὶ δοῦλος, καὶ τέκνον χρηματίσας Θεοῦ, ὃ καὶ μᾶλλον ἔφερεν αὐτῷ μέγα καύχημα, διὰ φιλο-

VERS. 15. *Ego autem in justitia apparebo conspectui tuo.* Propter justitiam meam, inquit, de qua in principio Psalmi diximus, fac me dignum tua protectione, et apparebo coram te in ultimi judicii tempore, quando unicuique pro factis condigna reddes præmia, vel supplicia.

Satiabor cum apparuerit mihi gloria tua. Cum videro, inquit, gloriam tuam, tunc desiderium meum implebitur, ut videar a te, utque vicissim tuam ego conspiciam gloriam. Peccatores enim faciem Dei non videbunt, et Dominus in Evangelio: *Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur* [38], æternis nimirum et optatis bonis. Congruit etiam hic Psalmus cuilibet viro virtute prædito, qui insidiis et persecutionibus ab inimicis impetatur, qui dolos non diligat et postulet cum inimicis judicari: hic Saulem inimicum suum esse reputabit, visibilem fortasse, seu invisibilem. Hic etiam verba labiorum Dei, mandata esse evangelica intelliget, et eos qui dexteræ Dei resistunt, dæmones putabit, quasi adversarios apostatas ac rebelles, quos etiam impios atque inimicos appellabit; qui a protectione Dei, atque a paradiso eum ejecerunt, et quæ sequuntur consequenter his exponet. Rogabit præterea, disperdi ac dividi dæmones a probis viris, donec in præsenti vita sunt. Post mortem enim ab eis nihil amplius verendum est. Præterea et quæ de divitiis, seu etiam pœnis et suppliciis dicta sunt, dæmonibus applicabit, tanquam mundi principibus, quorum filios ac posteros eos esse intelliget, quos dæmonum discipulos ac ministros appellamus: pravos nimirum homines, quorum omnium diabolus pater est.

In finem puero Domini David, quæ locutus est Domino verba cantici hujus, in die qua liberavit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus, et de manu Saul, et dixit: « Diligam te, Domine, fortitudo mea. »

PSALMUS XVII.

In finem inscriptus est hic Psalmus, quia prophetias continet quæ ad finem erant perventuræ. De Christo enim et de vocatione gentium tractat. Vel quia Propheta in consummatione ac dissolutione inimicorum suorum eum Deo obtulit in gratiarum actionem, pro beneficiis omnibus quæ ab eo receperat, vel quia in fine vitæ suæ eum composuit. *Puero autem Domini David*, et non regi, aut Prophetæ, dixit: quia quod rex esset aut Propheta donum Dei erat, non ita donum quod puer. Puer enim Domini quis dicitur vel ob animi gratitudinem tanquam fidelis servus, vel quia Deo placeat tanquam filius dilectus. Beatus igitur David utraque ratione utramque hujus nominis significationem

[38] Matth. v, 6.

Variæ lectiones.

(61) Desideratur aliquid, quod per Latinum interpretem suppleri facile potest, addendo οὐ βλέψουσι, vel aliud hujusmodi.

sortitus est, appellatus nimirum et servus Dei et A filius : quæque major illi fuit gloriatio, proprio studio ac labore sibi nomina comparavit. Unde hoc pueri nomine magis sibi placet quam regis aut Prophetæ. Sequitur : *Quæ locutus est Domino.* Subintellige pronomen *hæc*, ut sit hæc quæ locutus est Domino verba cantici hujus. Cantici vero dixit et non Psalmi : quia non musico aliquo cum instrumento, sed ipso tantum ore verba hæc cecinit, cum jam consenuisset, ut in Regum libris traditur. Nos autem improprie Cantica Psalmos appellamus. *In die qua eripuit eum Dominus de manu inimicorum suorum :* hoc est in die quando ab omnibus inimicis quos eatenus habuerat, tam alienigenis videlicet quam cognatis, ereptum se ac liberatum putavit. Privatim tamen Saulem a cæteris distinguens ini- B micis, ultimo eum loco, ac nominatim commemoravit, vel tanquam omnium inimicissimum, vel forte quia et regem et socerum, et de se aliquando benemeritum simul cum aliis conjungendum non duxit.

πονίας κτηθέν. Ἃ δὲ *ἐλάλησε τῷ Κυρίῳ*, λείποντος τοῦ, *ταῦτά εἰσι*, δηλαδὴ τοὺς λόγους τῆς ᾠδῆς ταύτης ἐλάλησεν. Ὠδῆς δὲ ἐπέγραψε, καὶ οὐ ψαλμοῦ, ὅτι οὐ διὰ μουσικῶν ὀργάνων, ἀλλ' ἀπὸ μόνου στόματος ᾖσε τὴν ᾠδὴν ταύτην, ἤδη γηράσας, ὡς ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Βασιλειῶν ἀναγέγραπται. Ἡμεῖς δὲ καταχρώμενοι, ψαλμὸν καὶ ᾠδὴν ταύτην ὀνομάζομεν. *Ἐν ἡμέρᾳ δὲ, ᾗ ὁ Κύριος ἐῤῥύσατο αὐτὸν ἐκ χειρὸς πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ*, τουτέστιν, ἐν ἡμέρᾳ, ὅτε ἔδοξεν ἐλευθερωθῆναι πάντων ἄχρι τότε πολεμίων, καὶ ἀλλογενῶν, καὶ ὁμογενῶν. Διελὼν δὲ τῶν ἄλλων ἐχθρῶν τὸν Σαοὺλ, ἰδίᾳ καὶ τελευταῖον τέθηκεν, ἢ ὡς πολεμιώτατον αὐτοῦ γενόμενον, ἢ φειδόμενος τοῖς ἄλλοις ἐχθροῖς συντάξαι τοῦτον, ὡς βασιλέα καὶ εὐεργέτην αὐτοῦ ποτε γεγονότα, καὶ πενθερόν.

Vers. 2. *Diligam te, Domine, fortitudo mea.* Cum multa, inquit, et magna beneficia a te receperim, et respondere illis nequeam, (*quid* enim *retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi* [29]?) quod solum valeo id faciam : *diligam te*, non quod antea non amarem, sed quasi magis imposterum amaturus. Hoc enim inter mandata omnia primum ac præcipuum est. *Diliges* enim, inquit, *Dominum Deum tuum ex totis viribus tuis, et ex toto corde tuo* [30]. Fortitudinem vero Deum appellavit, veluti eum qui ipsius beati David infirmitatem adversus tot ac tales inimicos fortem ac validam reddebat.

Ἀγαπήσω σε, Κύριε, ἡ ἰσχύς μου. Πολλῶν, φησὶ, καὶ μεγάλων ἀγαθῶν τετυχηκὼς ἀπὸ σοῦ, καὶ μὴ δυνάμενος ἀμείψασθαι· *Τί γὰρ ἀνταποδώσω τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι;* ὃ μόνον δύναμαι, τοῦτο καὶ ποιήσω· ἀγαπήσω γάρ σε, οὐχ ὡς πρώην μὴ ἀγαπῶν, ἀλλ' ὡς ἐπὶ μᾶλλον τοῦτο ποιήσων· τοῦτο γὰρ καὶ πρώτη τῶν ἐντολῶν. *Ἀγαπήσεις* γὰρ, φησὶ, *Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς δυνάμεώς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου.* Ἰσχὺν δὲ τὸν Θεὸν ἐκάλεσεν, ὡς τὴν ἀσθένειαν αὐτοῦ ἐνισχύσαντα κατὰ τῶν τοιούτων καὶ τοσούτων ἐχθρῶν.

Vers. 3. *Dominus firmamentum meum, et refu-* C *gium meum, et liberator meus.* Firmamentum quidem appellat Deum, quasi qui eum stabiliat, confirmet, et adversum tentationum impetum immobilem reddat. Refugium vero, tanquam qui eum pericula fugientem in suam protectionem et custodiam receperit : et qui muro ac septo divini auxilii eum conservet. Liberatorem etiam, quod eum eripuerit ab iis qui obsidere et captivum facere eum sperabant.

Κύριος στερέωμά μου, καὶ καταφυγή μου, καὶ ῥύστης μου. Στερέωμα μὲν, ὡς ἑδραιώσας αὐτὸν καὶ ποιήσας ἀκλόνητον πρὸς τὰς ἐμβολὰς τῶν ἑκάστοτε πειρασμῶν· καταφυγὴ δὲ, ὡς φεύγοντα δεχόμενος εἴσω τῆς ἑαυτοῦ σκέπης, καὶ τῷ τείχει τῆς θείας βοηθείας περιφυλάττων· ῥύστης δὲ, ὡς ἐξαιρούμενος τῶν πολιορκεῖν καὶ αἰχμαλωτίζειν ἐλπιζομένων.

Deus meus adjutor meus, et sperabo in eum. Deus meus solus est, qui semper mihi opem ferat : atque ideo in eo solo spem ponam, non formidans quæ mihi contingere possunt, neque etiam de salute desperans.

Κύριος βοηθός μου, καὶ ἐλπιῶ ἐπ' αὐτόν. Ὁ Θεός μου μόνον ἐστὶν ἀεὶ βοηθός μου· διὸ καὶ ἐπ' αὐτὸν μόνον ἐλπιῶ, μὴ ἀπολιγωρῶν πρὸς τὰ συμπίπτοντα, μηδ' ἀπογινώσκων τὴν σωτηρίαν.

Protector meus, et cornu salutis meæ, et adjutor D *meus.* Qui in bello protectionem suam ad defensionem meam posuit ne vulnerarer. Solent enim qui in bello alicui periclitanti opem ferre volunt, clypeum attollere ante eum, quem defendunt, quo ictus et jacula ab eo undique avertant. et hoc pacto protegere quis alium dicitur. *Cornu* autem *salutis*, id est salutare propugnaculum. Cornuta enim animalia in pugna validissime cornibus certant. Et quoniam armorum alia ad defensionem sunt, alia ad offensionem, utrumque, inquit, Deus

Ὑπερασπιστής μου, καὶ κέρας σωτηρίας μου, καὶ ἀντιλήπτωρ μου. Ἐν πολέμοις τὴν σκέπην αὐτοῦ πρὸ ἐμοῦ τιθεὶς, ἵνα μὴ βληθῶ. Τὰς ἀσπίδας γὰρ οἱ ὑπερασπίζοντές τινων, εἰώθασι πρὸ αὐτῶν ἀνέχειν, εἰς ἀποτροπὴν ὅθεν δήποτε βολῆς. *Κέρας* δὲ *σωτηρίας*, ἀντὶ τοῦ, ἀμυντήριον, σωστικόν· τὰ γὰρ κερασφόρα ζῶα τοῖς κέρασιν ἀμύνονται καρτερῶς ἐν ταῖς μάχαις. Ἐπεὶ γὰρ τὸ μέντοι φυλακτήριόν ἐστιν ὅπλον, τὸ δέ τι πολεμιστήριον· καὶ τοῦτο κἀκεῖνο, φησὶν, ὁ Θεὸς ἐγένετο, καὶ σκέπων ἐν πολέμῳ, καὶ διαφθείρων τοὺς ἐχθρούς. Ἀντιλήπτωρ δὲ,

[29] Psal. cxv, 12. [30] Deut. vi, 5; Matth. xxii, 37.

ὡς ἀντιλαμβανόμενος εἰς ἀθυμίαν καταπίπτοντος, καὶ τῶν θλίψεων ἄλλως ἀνακτώμενος.

A factus est mihi. Nam et ab inimicis me protegit, et pariter eos perdit. Adjutor autem, quia in mœstitiam deductum me adjuvat, et inter afflictiones refovet.

Αἰνῶν ἐπικαλέσομαι τὸν Κύριον, καὶ ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου σωθήσομαι. Οὕτω ποικίλοις ὀνόμασι βοηθείας ἐξυμνήσας τὸν Θεὸν, ὡς ποικίλως αὐτῷ βοηθοῦντα, καὶ κατὰ διαφόρους τρόπους, φησὶν, ὅτι Οὐ πεποίημαι τοῦ Κυρίου τὸν κατάλογον τῶν τοιούτων καὶ τοσούτων ὀνομάτων, ὡς μηκέτι τούτου δεόμενος, ἀλλὰ διὰ τούτων αἰνῶν καὶ μεγαλύνων αὐτὸν, ἐφ' οἷς εὐηργετήθην, καὶ δεικνύων τὴν εὐγνωμοσύνην· καὶ ἔτι τὸν Κύριον ἐπικαλέσομαι, παρ' ὅλην τὴν ζωήν. Διὰ τοῦτο γὰρ εἶπεν, *Ἐλπιῶ ἐπ' αὐτὸν*, καὶ πάντως *Ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου σωθήσομαι*· εἰ γὰρ καὶ ἀπὸ τῶν μέχρι τοῦ νῦν πολεμίων ἐῤῥύσθην, ἀλλ' εἰκὸς καὶ ἄλλους ἐπαναστήσεσθαι, τῆς ζωῆς ἐμοὶ παρατεινομένης. Τοσαῦτα εἰπὼν, ἀνακυκλοῖ τὸν λόγον, καὶ καταλέγει τοὺς ποικίλους αὐτοῦ κινδύνους, καὶ τὰς πολυειδεῖς ἐπικουρίας τοῦ Θεοῦ. Τροπικώτερον δὲ τῇ διηγήσει κέχρηται, πρὸς πλείονα τῶν πραγμάτων ἔμφασιν.

Vers. 4. ***Laudans invocabo Dominum et ab inimicis meis salvus ero.*** Cum tam variis ac multiplicibus divini auxilii nominibus Deum laudaverit, veluti eum qui plurimis ac diversis modis sibi opem tulerit, postea subintulit dicens : Non ego tantorum ac talium nominum auxiliorum Dei catalogum ea tantum recensui ratione, ut de receptis ab eo beneficiis gratias agerem, tanquam qui illius auxilio indigere amplius non deberem, sed per ea pro collatis in me donis ita laudavi Deum, et magnificavi, et gratitudinem animi mei ostendi, ut toto B tempore vitæ meæ illum invocandum mihi esse cognoscam, et in eo spes meæ omnes collocandæ sint. Propterea, *Sperabo*, inquit, *in eum*, et, *ab inimicis meis salvus ero.* Nam etsi ab inimicis quos hactenus habui liberatus sum, attamen verisimile est, si diutius vixero, et alios in me rursum esse insurrecturos. His dictis sermonem convertit, et varia connumerat pericula, et multiplices Dei defensiones. Allegorica vero narratione utitur ad majorem rerum emphasim, et ad majorem sermonis sui efficaciam.

Περιέσχον με ὠδῖνες θανάτου. Ἐπὶ τῶν ἀνδρῶν ὠδῖνας νοοῦμεν τοὺς ἐκ θλίψεων πόνους, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν γυναικῶν αἱ ὠδῖνές εἰσιν, ἀποθλιβομένων τῶν πόρων, διὰ τὴν στενοχωρίαν· ἀλλ' ἐπ' ἐκείνων μὲν, ὠδῖνες ἂν ῥηθεῖεν ζωῆς, εἰς φῶς ζωῆς ἄγουσαι, τὸ ἐχόμενον· ἐπὶ τούτων δὲ, τοὐναντίον, ὠδῖνες θανάτου, ὡς εἰς σκότος θανάτου φέρουσαι τὸν συνεχόμενον. Βούλεται τοίνυν εἰπεῖν, ὅτι Συνεσχέθην ἀφορήτοις ὀδύναις. Διὰ γὰρ τῶν ὠδίνων τὴν δριμύτητα τούτων παρέστησεν.

Vers. 5. *Circumdederunt me dolores mortis.* Quod Latine *dolores* legimus, in Græco ὠδῖνες habetur : quæ dictio proprie parturientis dolores significat. Hujusmodi itaque dolores in hominibus intelligi possunt labores et molestiæ, quæ de afflictionibus C atque angustiis proveniunt, ad dolorum illorum similitudinem qui in mulierum parturitionibus, ob angustiam et compressionem meatuum, molestissimi oriuntur. Verum in muliere, dolores vitæ potius quam mortis dicendi sunt, cum ad hujus vitæ lucem hominem producant. Hic vero diversum omnino accidit; dolores enim mortis dicuntur, eo quod ad mortis tenebras deducant, quem comprehenderint. Dicit itaque intolerandis se detentum fuisse doloribus : illa enim dictione, quam in Græco haberi retulimus, maximam dolorum gravitatem expressit.

Καὶ χείμαῤῥοι ἀνομίας ἐξετάραξάν με. Χειμάῤῥους ἀνομίας καλεῖ τὰς τῶν ἀνόμων ἐθνῶν προσκαίρους καὶ αἰφνιδίους καὶ ῥαγδαίας προσβολάς. Τοιοῦτοι γὰρ οἱ χείμαῤῥοι, χειμῶνος ῥέονται αἰφνίδιον καὶ ῥαγδαίως· ἐπονηρεύοντο γὰρ φθονοῦντες, καὶ ἀνελεῖν ζητοῦντες αὐτόν. Προσφυὲς δὲ τὸ, *Ἐξετάραξαν*· κλονοῦσι γὰρ καὶ ἑλίσσουσιν οἱ χείμαῤῥοι τὰ περιπίπτοντα. Καὶ αὐτὸς οὖν κλόνον καὶ ἴλιγγον τοῖς λογισμοῖς ἔπασχεν ὑπὸ τοῦ αἰφνιδίου τῶν ἀδοκήτων.

Et torrentes iniquitatis conturbaverunt me. Per torrentes iniquitatis, subitas, temporarias atque impetuosas impiarum gentium incursiones intelligit : hujuscemodi enim naturæ torrentes sunt, qui in hieme fluunt, statimque ac cum impetu. Maligne enim illi et iniquo animo agebant quærentes eum interimere. Commodissime etiam apposuit verbum D *conturbaverunt.* Devolvunt enim torrentes ac perturbant omnia in quæcunque inciderint. Ait igitur Propheta se etiam circumquaque volutatum fuisse, et vertiginem quasi passum ob tam repentinum novarum atque insperatarum rerum motum.

Ὠδῖνες ᾅδου περιεκύκλωσάν με. Τουτὶ τὸ ῥητὸν ταὐτὸν δύναται τῷ, *Περιέσχον με ὠδῖνες θανάτου*· τό τε γὰρ *περιεκύκλωσαν*, καὶ τὸ *περιέσχον*, ταυτοσήμαντον· καὶ ᾅδης, καὶ θάνατος, ἀλληλούμενα· ᾅδην γὰρ ἔλεγον, ἀηδῆ τόπον, ὑπὸ γῆν τῶν θανόντων. Ἐπεὶ τοίνυν ὠδῖνες γεννήσεώς εἰσι, περιεκύκλωσάν με, φησὶν, ὠδῖνες, γεννῶσαι θάνατον, ὑπηρέτην ᾅδου. Ὁ μὲν γὰρ χωρίζει τὴν ψυχήν· ὁ

Vers. 6. *Dolores inferni circumdederunt me.* Hic versiculus idem significat, quod superior ille : *Circumdederunt me dolores mortis*, seu (ut verius illic habet Græca lectio) *continuerunt me.* Circumdare enim et continere ac complecti idem significant. Similiter et mors et infernus. Infernus autem [juxta Græci nominis etymologiam] insuavem et injucundum significat mortuorum locum, qui sub

terra est. Quia igitur, ut diximus, accidere solent dolores in partu atque in generando, *Circumdederunt me*, inquit, *dolores* qui mortem generant, mortem, inquam, inferni ministram. Mors enim animam dividit a corpore : unde infernus assumens eam continet. Vel dolores inferni eos intellige, qui in infernum deducunt : vel qui ministri sunt inferni.

Præoccupaverunt me laquei mortis. Prævenerunt me, inquit, insidiæ, quæ mortem operantur. Nam quod venatoribus laquei adversus feras operantur, hoc insidiæ hostibus contra hostes præstant.

VERS. 7. *Et in tribulatione mea invocavi Dominum.* In auxilium scilicet.

Et ad Deum meum clamavi. In angustiis constitutus vocem ad Deum meum levavi clamans.

Audivit de templo sancto suo vocem meam. Templum sanctum cœlum est, ut superius diximus, aut testimonii tabernaculum. Templum enim in Jerusalem nullum adhuc erat, sed a Salomone postmodum constructum est. Audisse autem Deum intellige, non humano more, sed decenter Deo : tametsi nos, qui Dei vires ac potentias, quibus totum continet orbem, nec comprehendere animo possumus, nec lingua exprimere, ad sensibilium rerum similitudines eas deducimus, per quas ea quæ vere sunt comprehendimus.

Et clamor meus in conspectu ejus. Clamor meus semper in conspectu ejus est : quia in angustiis constitutus ad ipsum solum clamo.

Introibit in aures ejus. In tempore etiam opportuno exaudiet me. His autem verbis uti et nos solemus cum gratias agimus, et cum dæmonum pariter insultationes narramus.

VERS. 8. *Commota est et contremuit terra.* Nunc tradere incipit prophetiam de Christo, et futura narrat tanquam præterita prophetarum more. Beato enim David nihil simile legimus contigisse ; et quod LXX interpretes dixerunt : *Commota est*, seu potius, *fluctuavit et contremuit terra* : Aquila dixit, *Mota est et concussa.* Per terram autem homines in ea habitantes intellige. Docente enim Christo Judæi et gentes perturbati sunt propter opinionem et famam quæ de eo increbuerat. Fluctuarunt igitur, hoc est, perturbati sunt. Fluctuare enim idem est quod pertubari. Et timuerunt, videntes nimirum signa ac prodigia quæ faciebat. Tremere enim posuit pro timere, eo quod timidi homines tremore corripi soleant. Et aliter : commoti sunt, ad Christum nimirum confluentes ob famam quæ de eo erat, et tumultuantes propriis consiliis concussi sunt.

Fundamenta montium conturbata sunt, commota sunt, quoniam iratus est eis Dominus. Per montes dæmones intellige ob summam eorum elationem ac superbiam ; et per fundamenta, profundas eorum cogitationes. Conspicientes enim dæmones inexpugnabilem Dei potentiam, propriis cogitationibus confundebantur, dubitantes quisnam esset, et reputantes qualia ipsi pati deberent. Illorum igitur cogitationes sic perturbatæ sunt, et ipsi etiam pariter ab illa potentia commoti, in qua dum vigerent validiores erant ac fortiores. Hoc autem ideo

A δὲ κατέχει παραλαμβάνων. Ἢ καὶ ὠδῖνες ᾅδου, πόνοι πρὸς ᾅδην ἄγοντες· ἢ διάκονοι ᾅδου.

Προέφθασάν με παγίδες θανάτου. Προκατέλαβόν με δόλοι, θάνατον ἐργαζόμενοι· ὃ γὰρ τοῖς θηρευταῖς αἱ παγίδες, τοῦτο τοῖς πολεμίοις οἱ δόλοι.

Καὶ ἐν τῷ θλίβεσθαί με ἐπεκαλεσάμην τὸν Κύριον. Εἰς ἀντίληψιν.

Καὶ πρὸς τὸν Θεόν μου ἐκέκραξα. Ὕψωσα τὴν φωνήν μου ἔτι ἀναγκαζόμενος.

Ἤκουσεν ἐκ ναοῦ ἁγίου αὐτοῦ φωνῆς μου. B Ναὸν ἅγιον, τὸν οὐρανὸν ὑποληπτέον, ὡς προλαβόντες εἰρήκαμεν, ἢ τὴν τοῦ μαρτυρίου σκηνήν. Ὁ γὰρ μέγας ἐν Ἱεροσολύμοις ναὸς ὕστερον ᾠκοδομήθη παρὰ Σολομῶντος. Ἤκουσεν δὲ, οὐκ αἰσθητῶς, ἀλλὰ θεοπρεπῶς. Τὰς γὰρ συνεκτικὰς τοῦ παντὸς δυνάμεις ἀδυνατοῦντες γνῶναι καὶ εἰπεῖν, εἰς αἰσθήσεων εἰκόνας ταύτας καταμερίζομεν, δι' ὧν ἡμεῖς ἀντιλαμβανόμεθα τῶν ὄντων.

Καὶ ἡ κραυγή μου ἐνώπιον αὐτοῦ. Διὰ παντὸς ἡ κραυγή μου ἐνώπιον αὐτοῦ ἐστι, πρὸς αὐτὸν μόνον κράζοντος ἐν ἀνάγκαις.

Εἰσελεύσεται εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ. Καὶ ἐν καιρῷ C εἰσακούσεταί μου. Τούτοις δὲ τοῖς ῥήμασι καὶ ἡμεῖς χρώμεθα, εὐχαριστοῦντες ἅμα, καὶ τὰς ἐπιθέσεις τῶν δαιμόνων ἐκδιηγούμενοι.

Καὶ ἐσαλεύθη καὶ ἔντρομος ἐγενήθη ἡ γῆ. Τὸ ἐντεῦθεν περὶ Χριστοῦ προφητεύει, περὶ τῶν ἐσομένων ὡς γεγενημένων διαλεγόμενος· ἰδίωμα γὰρ τοῦτο προφητικόν· καὶ γὰρ ἐπὶ Δαβὶδ οὐδὲν ἱστόρηταί τι τοιοῦτον γενόμενον. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Ἐσαλεύθη καὶ ἔντρομος ἐγενήθη ἡ γῆ*, ὁ Ἀκύλας εἶπεν· *Ἐκινήθη καὶ ἐσαλεύθη.* Γῆ δὲ νῦν, οἱ ἐκ γῆς ἄνθρωποι, οἱ τὴν γῆν οἰκοῦντες· διδάσκοντος γὰρ τοῦ Χριστοῦ, καὶ οἱ Ἑβραῖοι, καὶ τὰ ἔθνη ἐταράχθησαν ὑπὸ τῆς περὶ αὐτοῦ φήμης· σάλος γὰρ ὁ τάραχος· καὶ ἐφοβήθησαν, ὁρῶντες ἃ ἐποίει τεράστια· τρόμος γὰρ, ὁ φόβος ἐνταῦθα, διὰ τὸ τρέμειν D τοὺς ἄγαν φοβουμένους. Καὶ ἄλλως δὲ, ἐκινήθησαν, συῤῥέοντες ἐπ' αὐτὸν κατὰ φήμην· καὶ ἐσείσθησαν, ταῖς ἑαυτῶν γνώμαις θορυβηθέντες.

Καὶ τὰ θεμέλια τῶν ὀρέων ἐταράχθησαν καὶ ἐσαλεύθησαν, ὅτι ὠργίσθη αὐτοῖς ὁ Θεός. Ὄρη νοήσεις τοὺς δαίμονας, διὰ τὴν ἔπαρσιν, ἢ καὶ ἀλαζονείαν. Θεμέλια δὲ λέγει τοὺς βαθεῖς διαλογισμοὺς αὐτῶν· ὁρῶντες γὰρ τὴν ἄμαχον τοῦ Χριστοῦ δύναμιν, συνεχέοντο τοῖς λογισμοῖς, διαπορούμενοι, τίς ἐστι, καὶ ἀναλογιζόμενοι, οἷα πείσονται. Οἱ μὲν οὖν λογισμοὶ αὐτῶν οὕτως ἐταράχθησαν· αὐτοὶ δὲ ἐσαλεύθησαν, ἀφ' ἧς ἐβεβήκεισαν δυνάμεως παρακινηθέντες. Τοῦτο δὲ ἔπαθον, ὅτι ὠργίσθη αὐτοῖς ὁ Θεὸς, ἐπὶ τοσοῦτον τυραννήσασι, καὶ καταδουλωσα-

μένοις τοὺς ἀθλίους ἀνθρώπους. Δύναται δὲ ταυτὶ τὰ ῥητὰ νοεῖσθαι καὶ περὶ τῶν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ Δεσποτικοῦ πάθους γεγενημένων, (62) ὅτι γῆ ἐσείσθη, καὶ πέτραι ἐῤῥάγησαν, ὅτι ὁ Θεὸς ὠργίσθη αὐτοῖς, δηλονότι τοῖς Ἰουδαίοις.

Ἀνέβη καπνὸς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ. Ὀργισθέντος γὰρ τοῦ Δημιουργοῦ διὰ τὴν τοῦ πλάσματος ἀπώλειαν, προηγήσατο τῆς ἐκδικήσεως καπνὸς, ὃς ἦν μερικὴ τοῦ τυραννήσαντος ἐποχή. Τούς τε γὰρ πιστεύοντας ἀφῄρει τῆς ἐκείνου πλάνης, καὶ ἀπὸ τῶν δαιμονιζομένων ἀπήλαυνε τὰ πονηρὰ πνεύματα. Τοῦτο δὲ προοίμιον ἦν τῆς ἐντελοῦς ἐκδικήσεως· ἐπεὶ καὶ ὁ καπνὸς, προοίμιον τοῦ πυρός. Ἐβόα γὰρ ἐλαυνόμενα τὰ δαιμόνια· *Τί ἡμῖν καὶ σοὶ, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ; ἦλθες πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς.* B

Καὶ πῦρ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ καταφλεγήσεται. Εἰ καπνὸς προηγήσατο, καὶ πῦρ ἕψεται, ὅτι ἡ τελεία ἐκδίκησις, καὶ παντελὴς ἀνενεργησία τοῦ διαβόλου. *Ἀπὸ προσώπου* δὲ *αὐτοῦ*, ἀντὶ τοῦ, ἀπ' αὐτοῦ· ὃς ἦν ἓν πρόσωπον τῶν τριῶν ὑποστάσεων τῆς μιᾶς Θεότητος. Ἢ καὶ *ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ*, τουτέστιν, ἐνώπιον αὐτοῦ. *Πῦρ* γὰρ, φησὶν, *ἐνώπιον αὐτοῦ προπορεύσεται, καὶ φλογιεῖ κύκλῳ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ.* — *Καταφλεγήσεται* δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἐκκαυθήσεται.

Ἄνθρακες ἀνήφθησαν ἀπ' αὐτοῦ. Ἐπειδὴ γὰρ πῦρ ἐστιν ὁ Θεὸς καταναλίσκον τὴν πονηρὰν δύναμιν, μετέλαβον οἱ μαθηταὶ τῆς τοσαύτης ἐνεργείας, καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ πυρὸς ἀνήφθησαν αὐτοὶ ἄνθρακες ἐμπιπρῶντες τὴν τοῦ ἐχθροῦ ἰσχὺν, τῷ πυρὶ τῆς οἰκείας πίστεως. *Ἰδοὺ γὰρ*, φησὶ, *δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ.* C

Καὶ ἔκλινεν οὐρανοὺς, καὶ κατέβη. Τὸ λεληθὸς τῆς θείας σαρκώσεως ἐμφῆναι βουλόμενος ὁ Προφήτης, εἶπεν, ὅτι ἔκλινεν οὐρανοὺς ἄχρι τῆς γῆς, καὶ ἀψοφητὶ κατέβη. Λαθὼν γὰρ τὰς δυνάμεις ἁπάσας, ἐνῴκησε τῇ παρθενικῇ γαστρί. Σωματικώτερον οὖν ἐσχηματογράφησε τῷ λόγῳ τὸ πρᾶγμα, καὶ δῆλον ἀπὸ τοῦ ἐπαγομένου. Φησὶ γάρ·

Καὶ γνόφος ὑπὲρ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Γνόφος μέν ἐστι σκότος· πόδες δὲ, ἡ πορεία· κεκρυμμένη γὰρ ἡ αἰτία τῆς ἐνανθρωπήσεως, καὶ ἀκατανόητος ὁ τρόπος αὐτῆς. Ἢ καὶ ἄλλως· Καθάπερ γῆ λέγονται οἱ γήϊνοι ἄνθρωποι πολλάκις, ἢ οἱ τὴν γῆν οἰκοῦντες, οὕτω καὶ οὐρανοὶ πάντως, οἱ οὐράνιοι ἄγγελοι, ἢ οἱ τὸν οὐρανὸν κατοικοῦντες, οὕστινας ἔκλινε κατιὼν εἰς γῆν· γέγραπται γὰρ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· *Οἱ ἄγγελοι διηκόνουν αὐτῷ*· κάθοδον δὲ Θεοῦ σωματικῶς νοήσεις· ἀπερίγραπτος γὰρ D

A accidit, quia iratus est illis Deus, quod tantam exercerent in homines tyrannidem. Possunt etiam hæc intelligi de his quæ acciderunt tempore Passionis Domini, quando terra commota est, et petræ scissæ sunt: quæ omnia divina permissione contigerunt, quia iratus erat Dominus Judæis.

VERS. 9. *Ascendit fumus in ira ejus.* Creatore irato ob creaturæ suæ interitum, præcessit vindictæ fumus, qui tyrannum dæmonem ex parte coercuit. Nam et fideles ab illius erroribus abstraxit, et ab iis qui dæmoniaci erant, spiritus expulit immundos. Hoc autem initium fuit postremæ ac majoris vindictæ: quandoquidem igni fumus solet esse prævius. Clamabant enim exeuntia dæmonia: *Quid nobis et tibi, Fili Dei* [31] *? venisti ante tempus torquere nos.*

Et ignis a facie ejus exardescet. Si præcessit fumus, sequetur etiam ignis, hoc est, perfectior vindicta, et omnimoda dæmonis impotentia. *A facie* vero *ejus*, id est, ab ipso Deo, qui in tribus personis unam habet Divinitatis faciem. Vel, *a facie ejus*, id est, coram eo. *Ignis* enim, inquit, *in conspectu ejus præcedet, et inflammabit in circuitu inimicos ejus* [32]. — *Exardescet* vero, id est accendetur.

Carbones succensi sunt ab eo. Quia Deus ignis consumens est, omnem nimirum malignam potentiam, ipsius quoque discipuli hujusmodi efficaciæ ac virtutis participes effecti sunt, et ab hoc ipso igne, Deo, accensi sunt carbones: qui ignes propriæ fidei omnem inimici potentiam combureret. *Ecce* enim, inquit, *dedi vobis potestatem conculcandi serpentes et scorpiones et omnem inimici potentiam* [33].

VERS. 10. *Et inclinavit cœlos et descendit.* Volens nobis Propheta abditum divinæ incarnationis mysterium significare, ait quod inclinavit cœlos usque ad terram, et quod sine strepitu descendit. Occulte enim ac latenter, insciis nimirum omnibus potestatibus, habitavit in Virginis utero. Propheta vero corporalius ac sensibilius factum hoc descripsit, ut ex sequentibus etiam magis patebit. Ait enim:

Et caligo sub pedibus ejus. Per caliginem tenebras intellige, et per pedes viam. Obscura enim fuit via humanationis atque incarnationis Domini, et illius modus incomprehensibilis. Vel aliter: Quemadmodum terreni homines, vel qui terram habitant, apud Scripturam sæpenumero terra appellantur, sic et cœlestes angeli qui in cœlo commorantur, cœlum etiam dici possunt [quos angelos inclinavit Dominus in terram, illuc nimirum descendentes ad ejus ministerium. Scriptum est

[31] Matth. VIII, 29. [32] Psal. XCVI, 3. [33] Luc. X, 19.

Variæ lectiones.

(62) Latinus interpres legisse videtur ὅτε.

eum in Evangelio, quod] angeli ministrabant A ei [33]. Descensum autem Dei non corporalem intellige. Incircumscriptus est enim Deus, et omnia implet, tametsi supra quam a nobis comprehendi possit et ineffabiliter.

καὶ πάντα πληρῶν· ἀλλ' ὑπὲρ κατάληψίν τινα, καὶ ἄῤῥητον.

VERS. 11. *Et ascendit super Cherubim et volavit, volavit super alas ventorum.* Hæc est prophetia de Christi assumptione. Quod autem ascendens Dominus susceptus fuerit a Cherubim, Ezechiel visione sua declaravit dicens : *Et extulerunt Cherubim alas suas, et rotæ illis adjunctæ, et Dominus Israel in ipsis, et desuper ipsa : et ascendit gloria Domini de media civitate* [34]. Quæ verba sine contradictione de Ascensione Domini dicta sunt. Nam et Paulus ipsum Dominum splendorem gloriæ appellavit [35]. Volavit autem super alas Cherubim, quæ et ventos etiam appellavit ob motus celeritatem. Et revera B quidem vectus est in cœlum Dominus super Cherubim, quæ Divinitati proximiora sunt, licet apostolis vehi ventorum alis visus sit, hoc est ab ipsis ventis, quos alatos esse Propheta introduxit, propter velocissimum eorum in aere motum. Alata enim sunt omnia quæ per aerem incedunt (63) [Et quia de Christi ascensione scriptum legimus, quod *nubes suscepit eum ab oculis eorum* [36], intellige quod nubes illa a ventis ferebatur, quemadmodum aliæ omnes semper ferri solent.]

Ἐπέβη ἐπὶ Χερουβὶμ, καὶ ἐπετάσθη, ἐπετάσθη ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων. Ταῦτα, προφητεία περὶ τῆς ἀναλήψεως τοῦ Χριστοῦ. Ὅτι δὲ τὰ Χερουβὶμ τότε τὸν Ἰησοῦν ἐπέλαβον, Ἰεζεκιὴλ τοῦτο θεασάμενος τοῖς προφητικοῖς ὀφθαλμοῖς, διδάσκει λέγων· *Καὶ ἐξῆρε τὰ Χερουβὶμ τὰς πτέρυγας αὐτῶν, καὶ οἱ τροχοὶ ἐχόμενοι αὐτῶν, καὶ ἡ δόξα Θεοῦ Ἰσραὴλ ἐπ' αὐτὰ, ὑπεράνω αὐτῶν, ἀνέβη ἡ δόξα Κυρίου ἐκ μέσης τῆς πόλεως*· ἀναντιῤῥήτως γὰρ περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἀναλήψεως ταῦτά φησιν. Ἐπεὶ καὶ Παῦλος ἀπαύγασμα τῆς δόξης αὐτὸν ἐκάλεσεν. Ἐπετάσθη δὲ ἐπὶ πτερύγων τῶν Χερουβὶμ, ἅπερ ἀνέμους ἐκάλεσεν, διὰ τὴν ταχύτητα τῆς κινήσεως. Καὶ τῇ μὲν ἀληθείᾳ, ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ ἐπωχεῖτο, πλησιαζόντων τῇ θεότητι, τοῖς δὲ ἀποστόλοις ἔδοξεν ἀνέχεσθαι πτέρυξιν ἀνέμων· πτερωτοὺς γὰρ ἐκάλεσεν τοὺς ἀνέμους, διὰ τὴν ὀξεῖαν ἐν ἀέρι κίνησιν. Πτερωτὰ γὰρ τὰ διαπερῶντα τὸν ἀέρα· ἐπεὶ καὶ νεφέλη ἀνέμῳ φέρεται.

VERS. 12. *Et posuit tenebras latibulum suum.* Per tenebras significat quod videri non posset. Invisibilitas enim erat quæ illum tegebat. Hanc igitur invisibilitatem sibi circumposuit in latibulum, quia in cœlum assumptus eorum oculos latebat. Vel per tenebras carnem Domini intellige, C quæ divinitatem intra se occultabat; seu incomprehensibilitatem quæ illius divinitatem celabat. Obtenebrantur enim et cæcutiunt ii qui divinæ profundum scientiæ exacte nimis cupiunt penetrare.

Καὶ ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ. Σκότος οἰητέον τὸ μηκέτι βλεπόμενον. Τοιγαροῦν ἡ ἀορασία ἀπέκρυψεν αὐτόν· ταύτην γὰρ ἔθετο περὶ ἑαυτὸν ἀπόκρυψιν. Ἀναληφθεὶς γὰρ, ἐκρύβη ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. Ἢ σκότος οἰητέον τὴν σάρκα, κρυπτομένης ἐν αὐτῇ τῆς θεότητος. Ἢ ἔθετο σκότος, τουτέστιν ἀκαταληψίαν, ἀποκρύπτουσαν αὐτὸν κατὰ τὴν θεότητα. Σκοτίζονται γὰρ οἱ ἐνατενίζειν τῷ βάθει τῆς γνώσεως αὐτοῦ πειρώμενοι.

In circuitu ejus tabernaculum ejus. Tabernaculum hic assumptam carnem appellat, quam et ipse Dominus templum suum nominavit [dicens : *Solvite templum hoc, et in tribus diebus ædificabo illud* [37]. In circuitu vero ejus dixit], quia intra ipsam carnem habitabat Deus, non tamen ut circumscriptus, sed ut omnipotens, ineffabili quodam modo illic permanens. Hoc autem dixit ut ostenderet Christum simul cum carne in cœlum assumptum esse, quodque illuc ascensurus eam D non deposuit, quemadmodum aliqui insipientes postea dixerunt. Vel per tabernaculum divinum illum splendorem intelligit, ad quem nemo potest appropinquare, quoniam lucem inhabitare inaccessibilem dicitur, quæ in circuitu Divinitatis existens, illam obtegit, et oculos volentium illam intueri potenter avertit.

Κύκλῳ αὐτοῦ ἡ σκηνὴ αὐτοῦ. Σκηνὴν λέγει τὴν προσληφθεῖσαν σάρκα, ἣν καὶ ναὸν αὐτὸς ἐκάλεσεν ἑαυτοῦ, ὅτι ἐν αὐτῇ ἐσκήνωσεν, οὐχ ὡς ἐν αὐτῇ περιγραφόμενος, ἀλλ' ἀποῤῥήτως ἐνοικήσας, ὡς παντοδύναμος. Τοῦτο δὲ εἶπεν δεικνύων, ὅτι μετὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ ἀνελήφθη, καὶ οὐκ ἀπέθετο ταύτην, ὥς τινες ἐλήρησαν ὕστερον. Ἢ καὶ σκηνὴν λέγει τὴν ἀπροσπέλαστον αἴγλην· ὅτι καὶ φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον προσαγορεύεται, ὅπερ κύκλῳ τῆς θεότητος ὂν, ἀποκρύπτει μὲν ταύτην, ἀποστρέφει δὲ τὰς ὄψεις τῶν θελόντων ἰδεῖν.

Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Per aquam hic occultum de Christo sacramentum intelligit, et per aerem, seu (ut verius habet Græca lectio in plurali numero, per aeres) prophetas, et sensus est, quod prophetia eorum quæ ad Christum pertinent,

Σκοτεινὸν ὕδωρ ἐν νεφέλαις ἀέρων. Ὕδωρ ἐνταῦθα λέγει τὸ περὶ Χριστοῦ μύημα· νεφέλας δὲ, τὰς προφητείας, καὶ δίδωσι τοιαύτην ἔννοιαν· ὅτι σκοτεινή ἐστιν ἡ περὶ Χριστοῦ προκήρυξις, ἐν ταῖς προφητείαις τῶν προφητῶν, καὶ δυσθεώρητος

[33] Matth. IV, 11, et alibi passim. [34] Ezech. XI, 22, 23. [35] Hebr. I, 3. [36] Act. I, 9. [37] Joan. II, 19.

Variæ lectiones.

(63) Græca verba ita sonant : *Quandoquidem et nubes vento fertur.*

περὶ τοῦ τέλους. Καὶ ὕδωρ μὲν, ὡς ἀναψύχουσα τοὺς λυσσοθυμοῦντας ἐν τῇ πλάνῃ· νεφέλαι δὲ, ὡς κεκρυμμένον ἔχουσαι τὸ μηνυόμενον· ἀέρες δὲ, διὰ τὴν καθαρότητα καὶ λεπτότητα τοῦ νοῦ· ὅτι δὲ νεφέλας τοὺς προφήτας πολλάκις ἡ Γραφὴ καλεῖ, παρέστησεν Ἡσαΐας· τὸν γὰρ οἶκον τοῦ Ἰσραὴλ ἀμπελῶνα προσαγορεύσας, εἰσήγαγεν νεφέλας ἐντελλομένας μηκέτι βρέχειν εἰς αὐτὸν, ὅ ἐστι, προφήτας μηκέτι προλέγοντας.

A tenebrosa est et obscura in scripturis prophetarum. Ante adventum enim perdifficile cognoscebatur. Aquam vero appellat quasi refrigerantem eos nimirum, qui inter errores animo defecissent. Prophetias etiam nubes ideo vocat, quia occultum habeant id quod significant. Prophetas autem aeres dixit, propter puritatem ac subtilitatem intellectus. Quod autem Scriptura sæpenumero per nubes prophetas intelligat, Isaias docet; qui cum domum Israel vineam appellasset, introduxit mandatum fuisse nubibus, ne pluerent super vineam [38], hoc est, ne prophetæ populo Israel amplius prophetarent.

Ἀπὸ τῆς τηλαυγήσεως ἐνώπιον αὐτοῦ αἱ νεφέλαι διῆλθον. Ἐπὶ τῆς λαμπρότητος τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ, τῆς αὐγαζούσης μὴ τοῖς ἐγγὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πόῤῥω, αἱ σκοτειναὶ προφητεῖαι διελύθησαν. Ἡλίου γὰρ ἀνατείλαντος, ὁ τῶν νεφῶν διαλύεται ζόφος, καὶ τὸ κρυπτόμενον ὑπ' αὐτῶν μέρος φανεροῦται. Ἢ καὶ νεφέλας ὑποληπτέον ἐνταῦθα τὸ νέφος τοῦ σκοτεινοῦ νόμου· λάμψαντος γὰρ τοῦ Χριστοῦ, διελύθη τὸ κάλυμμα τῶν αἰνιγμάτων αὐτοῦ, καὶ ἐφάνησαν ταῦτα τυποῦντα καὶ προμηνύοντα τὸν Χριστόν. Ἀλλ' ἐπὶ τούτων μὲν τῶν ἐξηγήσεων, τὸ *ἐνώπιον αὐτοῦ*, τῷ ἀπὸ τῆς τηλαυγήσεως συνάψεις, ἵν' ᾖ, *ἀπὸ τῆς τηλαυγήσεως τῆς ἐνώπιον αὐτοῦ*, τουτέστι τῆς αὐτοῦ, ἢ τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ· κατὰ δὲ τρόπον ἕτερον, διαστείλῃς μὲν τὸ *ἀπὸ τῆς τηλαυγήσεως*, καὶ ὑποστίξας τὸ λοιπὸν, τοῖς ἔμπροσθεν ἀποδώσεις, καὶ τοιαύτην δώσεις ἔννοιαν, ὅτι τοῦ Κυρίου τηλαυγήσαντος, κατὰ τὴν ἐνσώματον πολιτείαν, *ἐνώπιον αὐτοῦ*, τουτέστι προσώπῳ αὐτοῦ, καὶ ἀντ' αὐτοῦ, οἱ ἀπόστολοι τὸν τοῦ κηρύγματος λόγον ἀποσταλάζοντες, διῆλθον τὴν οἰκουμένην, τὰς ἀρούρας τῶν ψυχῶν, ὡς νεφέλας πληροῦντες, καρπογονίαν ἀρετῶν ἐγείροντες.

Vers. 13. *Præ fulgore in conspectu ejus nubes transierunt.* A claritate, inquit, divinæ præsentiæ, quæ non tantum proximis lucem præstat, sed et iis qui procul sunt, tenebrosæ atque obscuræ pro-
B phetiæ pertransierunt, hoc est, dissolutæ sunt: unde illarum destructa obscuritate, quod occultum ac velatum erat apparuit. Oriente enim sole, caligo nubium dissolvitur, et pars illa quæ olim nubibus tegebatur, apparet et conspicitur, vel per nubes tenebras obscuræ legis intellige. Nam, illucescente Christo, velum ænigmatum ac figurarum quæ in lege erant, dissolutum est. Unde manifesta apparuerunt quæcunque in ea significabant aut præfigurabant Christum. His autem expositionibus sic traditis, conjunge verba illa: *In conspectu ejus*, hoc est, a summo Christi fulgore, vel *a fulgore* præsentiæ ejus, *nubes transierunt.* Alio etiam modo distinguere potes et legere *præ fulgore*: et sistendo ibi, quod sequitur superioribus appli-
C cabis, ut hujusmodi sententiam efficias, quod Domino resplendente, et per conversationem ac vitam suam in carne nos illustrante, *in conspectu ejus*, seu a facie ejus, hoc est ipso Domino sic apparente, apostoli per totum orbem transierunt: evangelicæ nimirum prædicationis verbum instillantes, atque instar nubium, animarum arva ac campos irrigantes, et ad virtutum fructificationem excitantes.

Χάλαζαι καὶ ἄνθρακες πυρός. Τοῦτο καὶ πρὸς τὴν πρώτην ἔννοιαν ἁρμόσομεν· αἱ προφητεῖαι γὰρ ἀπεικάζονται καὶ χαλάζῃ, διὰ τὸ σκληρὸν τῆς ἀσαφείας, καὶ πυρὶ, διὰ τὸ πιμπρᾷν τὰς ἀντιλογίας τῶν ἀπιστούντων. Ὥστε τὸ αὐτὸ νοεῖσθαι νεφέλην καὶ χάλαζαν καὶ πῦρ, διὰ τὰς ἀποδοθείσας αἰτίας. Οὐχ ἧττον δὲ συμβιβάζεται καὶ πρὸς τὴν ἐσχάτην ἐξήγησιν, εἰς τοὺς ἀποστόλους ὁμοίως ὑπολήψόμεθα χάλαζαν καὶ πῦρ· τὸ μὲν, ὡς τὴν πλάνην ἀποτυφλοῦντας καὶ διαφθείροντας· τὸ δὲ, ὡς τὴν ἀσέβειαν ἐμπιπρῶντας.

Grando et carbones ignis. Hoc ad primam expositionem coaptabimus. Grandini enim prophetiæ comparantur, propter earum duritiem ac difficultatem, hoc est propter obscuritatem: et igni, quia instar ignis infidelium argumenta et contradictiones consumunt. Nubium igitur et grandinis atque ignis nominibus eadem res, prophetia nimirum, nobis hoc in loco significatur: nec minus tamen
D ultimæ expositioni conveniunt hujus verba versiculi, si apostolos ipsos pro grandine atque igne intelligamus: quia et instar grandinis, errorem omnem dissipant ac contundunt, et velut ignis, impietatem absumunt.

Καὶ ἐβρόντησεν ἐξ οὐρανοῦ ὁ Κύριος, καὶ ὁ Ὕψιστος ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ. Κύριος καὶ Ὕψιστος, ὁ Θεὸς, ὡς Δεσπότης, καὶ ὑψηλός. Ἐβρόντησε δὲ καὶ ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ, ὅτε πρὸς τὸν Πατέρα ὁ Υἱὸς ἐβόησε· *Περιδόξασόν σου τὸ ὄνομα.* Ἦλθε γὰρ, φησὶ, φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· *Καὶ ἐδόξασά σε, καὶ πάλιν δοξάσω.* Ὁ δὲ ὄχλος, ὁ ἑστὼς, καὶ

Vers. 14. *Et intonuit de cœlo Dominus, et Altissimus dedit vocem suam.* Dominus et Altissimus Deus est tanquam Dominus et excelsus. Intonuit autem ac dedit vocem suam, quando Filius ad Patrem clamavit dicens: *Pater, glorifica nomen tuum* [39]. Venit enim tunc (inquit evangelista) vox de cœlo dicens: *Et glorificavi et iterum glorifi-*

[38] Isa. v, 7. [39] Joan. xii, 28.

cabo [40]. Turba autem quæ aderat, hoc audito dicebat *tonitruum* factum esse. Et quod hic dicitur, *intonuit*, intellige, habito respectu ad audientium opinionem. Quod vero ait : *dedit vocem suam*, ipsam respicit veritatem. Vox enim erat et tonitruum visa est. Admirari autem non debemus quando prophetiæ ordinem aut consequentiam rerum non servant. Ex hoc enim demonstratur, quod prophetæ non ea prædicebant, quæ ipsi volebant, sed quæ sanctus eos Spiritus docebat.

A ἀκούσας, ἔλεγε *βροντὴν* γεγονέναι. Ὥστε τὸ μὲν *ἐβρόντησεν*, πρὸς τὴν ὑπόληψιν τῶν ἀκουσάντων εἴρηται· τὸ δὲ, *ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ*, πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Φωνὴ γὰρ οὖσα, βροντὴ τοῖς ἀκηκόασιν ἔδοξεν. Οὐ χρὴ δὲ θαυμάζειν, ὅταν οὐκ ἔχωσιν ἀκολουθίαν καὶ τάξιν αἱ προφητεῖαι· δείκνυται γὰρ ἐντεῦθεν, ὡς οἱ προφῆται, οὐ προεφήτευον ἃ ἐβούλοντο· ἀλλ' ἅπερ ἂν ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἐνηχήθησαν.

VERS. 15. *Misit sagittas et dissipavit eos.* Per sagittas discipulos intelligit in universum orbem missos, quibus dæmones dissipavit. Eos namque dum dicit, dæmones intelligit. Apertius autem eorum nomen non expressit Propheta, cum non solum illi, sed eorum etiam nomina, sancto Spiritui soleant esse invisa.

Ἐξαπέστειλε βέλη, καὶ ἐσκόρπισεν αὐτούς. Βέλη μὲν λέγει τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, ἀποσταλέντας εἰς ἅπαντα τὸν κόσμον. Ἐσκόρπισε δὲ δι' αὐτῶν ὁ Χριστὸς τοὺς δαίμονας, οὓς ἐδήλωσε διὰ τῆς ἀντωνυμίας. Μισεῖ γὰρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὥσπερ αὐτοὺς, οὕτω καὶ τὴν προσηγορίαν αὐτῶν.

B

Et fulgura multiplicavit et conturbavit eos. Eosdem discipulos et sagittas esse intellige et fulgura, alterum quasi sagittantes atque evertentes dæmonum errorem, alterum vero veluti illorum impietatem ac lucos eis dicatos comburentes. Discipulorum enim orationibus victi, et inhabitantis in eis Spiritus fulgorem non sustinentes, conturbabantur, mentisque ac consilii inopes reddebantur.

Καὶ ἀστραπὰς ἐπλήθυνε, καὶ συνετάραξεν αὐτούς. Τοὺς αὐτοὺς οἰητέον καὶ βέλη καὶ ἀστραπάς· ἐκεῖνο μὲν, ὡς βάλλοντας καὶ ἀνατρέποντας τὴν πλάνην ἐκείνων· τοῦτο δὲ, ὡς ἐμπιπρῶντας τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὰ τεμένη αὐτῆς· βαλλόμενοί τε γὰρ ταῖς εὐχαῖς, ἔπιπτον οἱ πολέμιοι, καὶ τὴν ἀστραπὴν οὐ φέροντες τοῦ ἐνοικοῦντος τοῖς μαθηταῖς ἁγίου Πνεύματος, συνεταράσσοντο, καὶ εἰς ἀμηχανίαν καθίσταντο.

VERS. 16. *Et apparuerunt fontes aquarum.* Per aquarum fontes apostoli rursus intelligendi sunt : veluti primi Christianæ fidei doctores a Domino electi. Per aquam enim evangelicæ prædicationis doctrina sæpenumero apud Scripturam signatur. Fontes igitur primi illius aquæductus, seu potius primæ scaturigines intelligendæ sunt, apostoli nimirum, ut diximus, quod omnibus apparuerunt, eo quod ad omnes missi sunt.

Καὶ ὤφθησαν αἱ πηγαὶ τῶν ὑδάτων. Πηγαὶ τῶν ὑδάτων αὖθις οἱ ἀπόστολοι· πρῶτοι διδάσκαλοι τῆς κατὰ Χριστὸν πίστεως, ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντες. Ὕδωρ μὲν γὰρ, ἡ διδασκαλία τοῦ κηρύγματος· πηγαὶ δὲ, οἱ πρῶτοι ταύτης κρουνοί, οἳ πᾶσιν ὤφθησαν εἰς ἅπαντας ἐκπεμφθέντες. C

Et revelata sunt fundamenta orbis terrarum. Iidem ipsi fundamenta orbis terrarum dicendi sunt, eo quod primi credentes fuere, qui fidei sedem ac stabilitatem firmam atque inconcussam posuerunt : in qua omnes ædificantur, revelata autem sunt ob vitæ splendorem, et miraculorum claritatem. Et aliorum quidem ædificiorum fundamenta latent in terra, fidei autem fundamenta e contrario, præclarissimis tam dictis quam factis relucentia, omnibus patefacta, ab omnibus videri possunt.

Καὶ ἀνεκαλύφθη τὰ θεμέλια τῆς οἰκουμένης. Οἱ αὐτοὶ καὶ θεμέλια τῆς οἰκουμένης, ὡς πρῶτοι πιστεύσαντες, καὶ ὑποτιθέντες ἕδραν πίστεως τῇ οἰκουμένῃ στερεὰν καὶ ἀπερίτρεπτον, ἐφ' ᾗ πάντες ἐποικοδομοῦνται. Ἀνεκαλύφθησαν δὲ διὰ τῆς τοῦ βίου μαρμαρυγῆς καὶ τῆς τῶν ἐπιτελουμένων τεραστίων λαμπρότητος. Καὶ τῶν μὲν ἄλλων οἰκοδομημάτων ἐν τῇ γῇ κέκρυπται τὰ θεμέλια· τὰ δὲ τῆς πίστεως, τοὐναντίον, ὑπὲρ γῆς ἐφαίνετο πᾶσι, καὶ πράξει καὶ λόγῳ λάμποντα.

Ab increpatione tua, Domine. Hæc autem facta sunt, quoniam tu increpasti dæmones, et timore eos maximo percussisti.

Ἀπὸ ἐπιτιμήσεώς σου, Κύριε. Ταῦτα δὲ γέγονεν, ἐπιτιμηθέντων ὑπὸ σοῦ, καὶ φοβηθέντων τῶν D δαιμόνων.

Ab inspiratione spiritus iræ tuæ. Ira igni similis est. Accensa siquidem atque excitata, vaporem quasi summum emittit, et per irati hominis nares in aerem spirat. Unde et spiritus iræ dicitur, et eos qui valde irati sunt iram spirare aiunt. Hac igitur similitudine motum iræ significavit Propheta, humano more loquens. Adeo, inquit, tu, Domine, iratus eras, ut spiratio (ut ita dicam) spiritus iræ tuæ in aere esset, et inimicos dissiparet.

Ἀπὸ ἐμπνεύσεως πνεύματος ὀργῆς σου. Πυρὶ ἔοικεν ἡ ὀργή· καὶ ἀναπτομένης ἀναδίδοται καπνώδης ἀτμὸς, καὶ διὰ τῶν μυκτήρων ἐμπνεῖται τῷ ἀέρι. Διὸ καὶ πνεῦμα ὀργῆς λέγεται, καὶ τοὺς ὀργιζομένους ἄγαν, θυμοῦ πνέειν φαμέν. Διὰ τούτου δὲ, τὴν κίνησιν τῆς ὀργῆς ᾐνίξατο ὁ Προφήτης, ἀνθρωποπρεπῶς περὶ αὐτῆς εἰρηκώς. Ἐς τοσοῦτον, φησὶν, ὠργίσθης, ὡς ἔμπνευσιν πνεύματος ὀργῆς τῷ ἀέρι γενέσθαι, διασκεδάζουσαν τοὺς ἐχθρούς.

VERS. 17. *Misit de summo et accepit me.* Quæ sequuntur de se ipso Propheta loquitur, ad ser-

Ἐξαπέστειλε ἐξ ὕψους, καὶ ἔλαβέ με. Τὰ ἐντεῦθεν περὶ ἑαυτοῦ φησιν ὁ Προφήτης, εἰς τὸν εἰρ-

[40] Joan. XII, 28.

μὸν ἐπαναδραμὼν τοῦ λόγου. Ἐξαπέστειλε γάρ, εἶπεν, ὁ Θεὸς ἐξ οὐρανοῦ βοήθειαν, καὶ ἐῤῥύσατό με.

Προσελάβετό με ἐξ ὑδάτων πολλῶν. Τὰ ὕδατα παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ ποτὲ μὲν εἰς κάθαρσιν καὶ ἀνάψυχὴν λαμβάνονται, καθάπερ ὅταν ὕδατα νοήσωμεν τὴν διδασκαλίαν· ποτὲ δὲ καταποντισμὸν καὶ ὄλεθρον, ὡς ἐπὶ τοῦ παρόντος. Τοιαύτη γὰρ ἡ τῶν ὑδάτων φύσις· τὸ μὲν, καθαίρουσα· τὸ δὲ, ἀποπνίγουσα, καὶ μᾶλλον ὅταν εἴη πολλὰ καὶ βαθέα. Χρὴ τοίνυν ὕδατα πολλὰ νομίζειν τὸ πλῆθος τῶν συμφορῶν, ἢ τῶν ἐχθρῶν. *Προσελάβετο* δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἐξήγαγέ με πρὸς ἑαυτόν· ὁ γὰρ ἐξάγων τινὰ, πρὸς ἑαυτὸν ἕλκύει τοῦτον ἀντιλαμβανόμενος.

Ῥύσεταί με ἐξ ἐχθρῶν μου δυνατῶν. Ἐχθροὺς δυνατοὺς ἐνταῦθα τοὺς δαίμονας ὑποληπτέον, καὶ φανερῶς καὶ ἀφανῶς πολεμοῦντας, καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ διὰ πάσης αἰσθήσεως, καὶ φύσιν ἔχοντας ἀκάματον ἐν μάχαις· πνεύματα γάρ. Ὁ γοῦν ἐκ τῶν αἰσθητῶν με ῥυσάμενος Θεὸς, αὐτὸς ῥύσεταί με καὶ ἐκ τῶν νοητῶν ἐχθρῶν, τῶν δυνατῶν εἰς πονηρίαν καὶ ὄλεθρον.

Καὶ ἐκ τῶν μισούντων με, ὅτι ἐστερεώθησαν ὑπὲρ ἐμέ. Οἱ γὰρ αὐτοὶ μισάνθρωποι ὄντες, μισοῦσι κἀμὲ, καὶ μάλιστα βοηθούμενον ὑπὸ Θεοῦ. Διὰ τοῦτο δὲ ῥύσεταί με ἐξ αὐτῶν ὁ Κύριος, διότι συνεσκευάσθησαν, καὶ συνησπίσθησαν, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, συνήσπισαν καὶ ἐκραταιώθησαν ὑπὲρ ἐμὲ, μὴ φυλαξάμενον τοῖς ὅπλοις τῆς ἀρετῆς, ὡς ἦν εἰκὸς, ἀλλ' ὑπομαλακισθέντα. Ἢ καὶ ὅτι οἱ μὲν φύσιν ἔχουσιν ἄϋλον, καὶ ὁρῶντες βάλλουσιν· ἐγὼ δὲ ὑλικὴν, οὐχ ὁρῶ τοὺς τιτρώσκοντας.

Προέφθασάν με ἐν ἡμέρᾳ κακώσεώς μου. Τὸ προφθάνειν οὐ πάντοτε σημαίνει τὸ προλαμβάνειν· ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ τὸ φθάνειν ἁπλῶς, καὶ τὸ ἐπιτίθεσθαι, καθάπερ καὶ νῦν· Ἐπέθεντο γάρ, φησὶν, οἱ ἐχθροί μου, εἴτε οἱ ὁρατοὶ, εἴτε οἱ ἀόρατοι, ἐν καιρῷ κακώσεώς μου, τουτέστιν, ἀσθενείας τῶν πολεμικῶν παρασκευῶν, εἴτε τῶν ὁρατῶν, εἴτε τῶν ἀοράτων· ἀσθενοῦντα γάρ με βλέποντες, τότε μᾶλλον ἐπετίθεντο.

Καὶ ἐγένετο Κύριος ἀντιστήριγμά μου. Μέλλοντος καταπεσεῖν, ἀντέρεισμα ἐγένετο τῇ ἀσθενείᾳ μου. *Στηριγμὸς*, ἀντὶ ῥάβδου ὑπερειδούσης.

Ἐξήγαγέ με εἰς πλατυσμόν. Ἀπὸ τῆς τῶν θλίψεων στενότητος εἰς εὐφροσύνην (64) πλάτος, ἤτοι διάλυσιν, κατὰ τό· *Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς με*· ἢ καὶ ὅτι περικυκλοῦντες οἱ ἐχθροὶ, στενοῦσι τὸν

A monis sui seriem, reversus. Misit enim, inquit, Dominus de cœlo auxilium et eripuit me.

Assumpsit me de aquis multis. Aquæ apud Scripturam pro purgatione quacumque aut refrigeratione accipiuntur, quemadmodum cum aquas pro doctrina accipimus [quæ et refrigerat et purgat], quandoque pro demersione ac perditione, ut hic. Hæc etiam enim aquarum natura, ut et abluat et refrigeret, et suffocet, præcipue si multa aqua sit et profunda. Per multas itaque aquas calamitatum aut inimicorum multitudinem intellige. *Assumpsit* autem *me*, hoc est, ad se me eduxit. Nam qui aliquem adjuvans e periculo educit, ad se trahere illum solet.

VERS. 18. *Eripiet me de inimicis meis potentibus.*
B Potentes inimici hic dæmones intelligendi sunt, qui palam et clam, diu noctuque, ac per omnes sensus nos oppugnant: veluti qui potentem atque indefessam in pugnando naturam habent. Spiritus enim sunt. Ille igitur, inquit, Dominus, qui me a sensibilibus ac mundanis hostibus olim liberavit, liberabit etiam ab intellectualibus atque invisibilibus inimicis, qui ad perdendum atque ad malignandum potentes sunt.

Et de his qui oderunt me, quoniam confirmati sunt super me. Ipsi enim dæmones qui universos oderunt homines, oderunt et me, eo maxime quod a Deo adjutus sum. Dominus autem ea me ratione ab eis liberabit, quoniam una insidiati sunt adversum me, et simul juncti; imo vero (ut melius di-
C cam), quia fortiores facti sunt, et prævaluerunt super me. Cum ego virtutum armis, ut oportuisset, munitus non essem, sed mollis potius essem ac debilis, vel quia dæmones naturam habent omni carentem materia, et illum facillime vident, quem ferire volunt: ego vero qui naturam materiæ ac corpori admistam habeo, ferientes me illos non video.

VERS. 19. *Prævenerunt me in die afflictionis meæ.* Verbum *prævenire*, non semper significat *præoccupare*, sed aliquando *occupare* simpliciter, atque *adoriri*, ut in præsentia. In tempore autem afflictionis meæ, hoc est, in tempore infirmitatis, et quando bellica arma nondum præparaveram, quibus adversus visibiles aut invisibiles inimicos pugnarem. Tunc enim illi præcipue adorti sunt, cum me infirmum viderunt.

D *Et factus est Dominus firmamentum meum.* Cum futurum esset ut caderem, sustinens ac suffulciens me Dominus, factus est infirmitati meæ firmamentum, et quasi baculus quidam cui inniterer.

VERS. 20. *Et eduxit me in latitudinem.* Afflictionum angustia pressum, in lætitiæ latitudinem, hoc est in effusam exsultationem emisit. Juxta quod, alibi legimus: *In tribulatione dilatasti me* [61]. Vel

[61] Psal. IV, 2.

Variæ lectiones.

(64) Ἴσ. εὐφροσύνης.

quia ab inimicis prius obsessus, qui eum omni præcluso aditu in angustias conjecerant, et atrocibus minis urgebant, in arctum quodammodo locum cogi videbatur : nunc e tantis eductus difficultatibus, latos ac spatiosos campos sibi excurrere videtur.

Eripiet me quoniam voluit me. Deus qui tanta me cura ac studio suo dignum fecit, in futurum etiam ab omnibus irruentibus in me malis liberabit. *Voluit* enim *me*, hoc est elegit me.

VERS. 21. *Et retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam.* Insidiatores meos nulla unquam injuria affeci, atque ideo eis comparatus justus videbor : unde et retributionem etiam suscipiam a Domino. Hanc enim ob causam, suum mihi auxilium in posterum tanquam debitum præstabit.

Et secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. Dum manuum puritatem dicit, qualis sua sit justitia exponit. Non enim, inquit, rapui, non aliquem circumveni, non insidiatus sum iis qui insidiabantur mihi : unde si inimicorum manibus manus meæ comparentur, purissimas ego eas ob omni inquinatione conservo. Vel per manus, actiones atque operationes suas significavit, eo quod per eas opera fieri soleant.

VERS. 22. *Quia custodivi vias Domini, nec impie gessi a Deo meo.* Hoc ponit, ut causam puritatis manuum suarum. Mundæ enim erant, inquit, quia custodivi vias Domini, hoc est, ejus mandata; neque enim impiorum more ab eis unquam recessi. Qui vero divina observat præcepta, ac per ea graditur, necessario etiam mundus est.

VERS. 23. *Quoniam omnia judicia ejus in conspectu meo, et justificationes ejus non recesserunt a me.* Aliud est lex, aliud mandatum, aliud testimonium, aliud judicium, et aliud justificatio. Lex enim illa dicitur, quæ omnia in universum continet mandata [quæque vitam ac conversationem optimam ordinat ac moderatur], quemadmodum est lex per Moysem data. Mandatum vero illud, quod, quæ agenda sunt [Domini ac Regis in morem] aut aliud quid particulatim jubet ; ut illud : *Non occides ; non furtum facies* [43] : et quæcunque alia hoc pacto in specie jubentur. Testimonium vero etiam [quod peccatores contestatur, et transgressionum pœnas docet] quodque legislator quadam cum attestatione ac confirmatione audientibus mandabat : veluti cum Moyses dicebat : Si hæc aut illa feceritis, testor vobis cœlum et terram, quod morte moriemini. Judicium autem, id est quod sententiam Dei demonstrat [ac docet quænam bona is consecuturus sit, qui mandata Dei observaverit, et similiter quæ pœna transgressores maneat, ut sunt quæcunque judicata fuisse traduntur a Deo] : quale est, quod de blasphemante timendum Dei nomen scriptum legimus [44], quando Moyses judicium in Deum retulit, et Deus jussit lapidari : quod judicium pro certa lege postmo-

A ἐναπειλημμένον. Ὅτε δὲ ἐξαχθῇ τούτων, ἀπολαύει εὐρυχωρίας, μηκέτι στενούμενος.

Ῥύσεταί με, ὅτι ἠθέλησέ με. Ὁ τοιαύτης ἀξιώσας κηδεμονίας, καὶ εἰς τὸ μέλλον με πάντων ῥύσεται. Ἠθέλησε γάρ με, τουτέστιν, ἐξελέξατό με.

Καὶ ἀνταποδώσει μοι Κύριος κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου. Μὴ ἀδικήσας γὰρ τοὺς ἐχθραίνοντάς μοι, καὶ δίκαιος τέως γε πρὸς αὐτοὺς φανείς, κατὰ τοῦτο τεύξομαι παρὰ Θεοῦ τῆς ἀμοιβῆς· ἀντὶ τούτου ἀποδώσει μοι, καθάπερ ὀφειλήν, τὴν ἑαυτοῦ B βοήθειαν.

Καὶ κατὰ τὴν καθαρότητα τῶν χειρῶν μου ἀνταποδώσει μοι. Ἡ καθαρότης τῶν χειρῶν, ἑρμηνευτικόν ἐστι τῆς δικαιοσύνης· οὔτε γὰρ ἥρπασα, οὔτε ἐπλεονέκτησα, οὔτε ἐπεβούλευσα τοῖς ἐπιβουλεύουσιν, ἀλλὰ καθαρὰς ἔχω τὰς χεῖρας ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ, συγκρινομένας πρὸς τὰς αὐτῶν. Ἢ καὶ διὰ τῶν χειρῶν, τὰς πράξεις ἁπλῶς ἐδήλωσεν· ἐπεὶ καὶ διὰ χειρῶν πράττομεν.

Ὅτι ἐφύλαξα τὰς ὁδοὺς Κυρίου, καὶ οὐκ ἠσέβησα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ μου. Ταῦτα αἴτια τίθησι τῆς καθαρότητος τῶν χειρῶν. Ἐκαθάρευον γάρ, ὅτι ἐφύλαξα τὰς ὁδούς, ἤτοι τὰς ἐντολὰς Κυρίου, καὶ C οὐχ ὡς ἀσεβὴς ἀπέστην ἀπ' αὐτοῦ. Ὁ δὲ ταῦτα τηρῶν, καὶ δι' αὐτῶν ὁδεύων, ἀναγκαίως καθαρεύει.

Ὅτι πάντα τὰ κρίματα αὐτοῦ ἐνώπιόν μου, καὶ τὰ δικαιώματα αὐτοῦ οὐκ ἀπέστησαν ἀπ' ἐμοῦ. Ἕτερον νόμος, καὶ ἕτερον ἐντολή· καὶ ἕτερον μαρτύριον, καὶ ἄλλο κρῖμα, καὶ ἄλλο δικαίωμα. Νόμος μέν, ὁ καθόλου περιεκτικὸς τῶν ἐντολῶν, ὡς τό, Ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη· ἐντολαὶ δέ, αἱ κατὰ μέρος, οἷον, *Οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις,* καὶ ὅσα κατ' εἶδος εἴρηται· μαρτύριον δὲ ὅπερ ὁ νομοθέτης μετά τινος διαμαρτυρίας παρεγγυᾷ τοῖς ἀκούουσιν, ὡς ὅταν ὁ Μωϋσῆς λέγει πρὸς τὸν λαόν, ὅτι Ἐὰν τάδε καὶ τάδε ποιήσητε, διαμαρτύρομαι ὑμῖν σήμερον τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ὅτι ἀπωλείᾳ D ἀπολεῖσθε· κρίματα δέ, ὅσα τοῦ Θεοῦ κρίναντος ἐγράφη, καθάπερ ἐπὶ τοῦ βλασφημήσαντος τὸ φοβερὸν ὄνομα· Μωϋσῆς μὲν γὰρ ἐπὶ τὸν Θεὸν τὴν κρίσιν ἀνέφερεν· ἐκείνου δὲ λιθοβοληθῆναι τοῦτον κελεύσαντος, κρῖμα τοῦτο καὶ ὅρος κατὰ τῶν ἄλλων βλασφημιῶν γέγονεν· δικαιώματα δέ, τὰ τοιαῦτα προστάγματα, οἷον, *Ἐὰν κτήσῃ παῖδα Ἑβραῖον, ἓξ ἔτη δουλεύσει σοι,* καὶ τὰ ἑξῆς· ταῦτα γὰρ δικαιοσύνης ἐστὶ μεστά. Καὶ ἡ μὲν διαίρεσις αὐτῶν τοιαύτη. Ὀνομάζονται δὲ πολλάκις ταῦτα τοῖς ἀλλήλων ὀνόμασι, καὶ μᾶλλον ἐν τῷ ριη' ψαλμῷ· ἐνταῦθα δέ, τῷ ὀνόματι τῶν κριμάτων καὶ τῶν δικαιωμάτων, ὅλας τὰς ἐντολὰς περιέλαβεν, ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν· Πᾶσαι γάρ, φησίν, ἐντολαὶ αὐτοῦ,

[43] Exod. xx, 12, 13. [44] Levit. xxiv, 10 seqq.

ἐνώπιόν μου, αἱ γινωσκόμεναι, καὶ οὐδέποτε πόῤῥω A τιθέμεναι.

dum contra omnes alios blasphemantes susceptum ac determinatum est. Justificationes vero illæ dicuntur, quæ docent quod justum est, et quod injustum est prohibent [et eos qui secundum virtutem vivunt, justos esse declarant] ut illud est : *Si quis puerum Hebræum aquisiverit, sex annis ei serviat* [44], et alia hujusmodi, quæ summa justitia plena sunt. Et distinctio quidem horum nominum talis est, sæpenumero tamen promiscue unum pro altero accipitur : et maxime in centesimo decimo octavo psalmo. Hoc autem in loco, judiciorum et justificationum nomine, omnia mandata comprehendit, quasi totum a parte. Omnia enim, inquit, mandata ejus in conspectu meo ; ea siquidem sæpius lego ac revolvo, nec unquam a me procul ea esse permitto.

Καὶ ἔσομαι ἄμωμος μετ' αὐτοῦ. Ἀντὶ τοῦ, δι' αὐτοῦ, ἢ μετ' αὐτοῦ ὤν.

Καὶ φυλάξομαι ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου. Φυλακὴν μὲν λέγει νῦν τὴν ἀποχήν· ἀνομίαν δὲ, τὴν ἁμαρτίαν. Ἡ δὲ ἀντωνυμία πρόσκειται, διὰ τὸ τὴν ἁμαρτίαν οἰκείαν εἶναι τῆς σαρκός· ἢ καὶ κατατίθεται B σφαλῆναι, ὡς ἄνθρωπος· οὐδεὶς γὰρ ἐν ἀνθρώποις ἀναμάρτητος.

Καὶ ἀνταποδώσει μοι Κύριος κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου, καὶ κατὰ καθαριότητα τῶν χειρῶν μου, ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. Εἰ δὲ τοιοῦτος ἤμην καὶ ἔσομαι, πάντως ἀμοιβῆς τεύξομαι, καθὼς προείρηται. Καθαριότητα γὰρ τῶν χειρῶν μου, τὴν ἐνώπιον αὐτοῦ γινομένην· οὐ γὰρ εἰς ἐπίδειξιν ἀνθρώπων.

Vers. 24. *Et ero immaculatus cum eo.* Hoc est, per eum, vel cum eo exsistens.

Et custodiam me ab iniquitate mea. Custodire hic posuit pro abstinere, et iniquitatem pro peccato. *Mea* autem ideo dixit, quia peccatum proprie est ipsius carnis, vel quia seipsum etiam peccatorem fatetur. Inter homines enim nullus est absque peccato.

Vers. 25. *Et retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam, et secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum ejus.* Quod si in præteritum talis fui, et ita etiam deinceps fuero, retributionem omnino consequar, ut prædiximus. Puritatem autem manuum suarum eam dicit, quæ erit in conspectu Domini, ut doceat, non ad ostentationem aliquam se id facere, neque ut ab hominibus videatur, sed ut placeat Deo.

Μετὰ ὁσίου ὅσιος ἔσῃ, καὶ μετὰ ἀνδρὸς ἀθῴου ἀθῷος ἔσῃ, καὶ μετὰ ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτὸς ἔσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις. Ὅσιος μέν ἐστιν ὁ τὰ πρὸς Θεὸν εὐσεβής· ἀθῷος δὲ, ὁ τὰ πρὸς ἀνθρώ- C πους ἀνεύθυνος· ἐκλεκτὸς δὲ, ὁ τὰ πρὸς ἀρετὴν τέλειος· στρεβλὸς δὲ, ὁ σκολιός. Διδασκαλικὸς οὖν ὁ λόγος, καὶ πρὸς τὸν ἐντυγχάνοντα ἀποτεινόμενος, καὶ λέγων, ὅτι Οἷός ἐστιν, ᾧ συνοικεῖς, τοιοῦτος ἔσῃ καὶ σὺ, πρὸς τὴν ἕξιν αὐτοῦ μεταβαλλόμενος. Τὸ δὲ *διαστρέψεις*, ἀντὶ τοῦ, ὀρθὸς ἔσῃ, διαστρέψεις τὴν κακὴν γνώμην εἰς εὐνομίαν. Ἀνάγονται δὲ καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ταυτὶ τὰ ῥητὰ, καὶ διδόασι τοιαύτην ἔννοιαν, ὅτι Τὸ πρὸς ἀξίαν ἀποδώσεις ἑκάστῳ, δικαιότατος ὤν· καὶ τὸν μὲν ὅσιον ὁσιῶν ἔσῃ· τὸν δὲ ἀγαθὸν ἀθῳῶν· τὸν δὲ ἐκλεκτὸν ἐκλεγόμενος· τὸν δὲ στρεβλὸν διαστρέφων εἰς ἀγαθὸν, καὶ ἐκ τοῦ κακοῦ ἐμποδίζων. Καὶ ἔστι τὸ σχῆμα, ὄνομα ἀντὶ μετοχῆς· ὅσιος, ἀντὶ τοῦ ὁσιῶν.

Vers. 26, 27. *Cum sancto sanctus eris, et cum viro innocente innocens eris, et cum electo electus eris, et cum perverso converteս.* Sanctus proprie is dicitur, qui pius ac religiosus est in iis quæ ad Deum pertinent. Innocens vero, qui circa humanam conversationem est inculpabilis. Et electus is, qui virtutibus perfectus est. Perversus etiam ille est, qui non rectis, sed obliquis, ac quasi tortuosis est moribus et malignis. Est autem sermo hic documentis plenus, et in universum ad omnes pertinet ; et sensus est : Qualis quisque ille fuerit, cum quo tu habitas, talis et tu efficeris. In illius nimirum habitum et naturam immutatus. Quod vero ait, *Convertes*, idem est quod, rectus eris, vel, convertes pravam nimirum sententiam in bonam. Possunt hæc tamen referri etiam ad Deum, ut sit sensus : Condigne, tu Domine, omnibus pro meritis rependes, justissimus cum sis. Et sanctum quidem sanctificabis, et innocentem facies innocentem, electum etiam eliges ; et perversum vertes, in bonum sane, et impediendo eum in malis. Et est hic quidam loquendi modus figuratus, in quo verbale nomen poni solet pro participio verbi : veluti sanctus, pro sanctificans [et electus pro eligens : quæ figura sermonis in Græca lectione clarius percipitur quam in Latina.]

Ὅτι σὺ λαὸν ταπεινὸν σώσεις, καὶ ὀφθαλμοὺς D ὑπερηφάνων ταπεινώσεις. Τοὺς ἐξ ἀρετῆς ταπεινούς· ὀφθαλμοὺς δὲ ὑπερηφάνων, τοὺς ὑπερηφάνους, ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν. Ἢ καὶ ὅτι ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν εἰώθασιν οἱ τοιοῦτοι χαρακτηρίζεσθαι, αἴροντες τὴν ὀφρύν· ὑπερήφανοι γὰρ, παρὰ τὸ ὑπὲρ ἄνω τὰ φάη τείνειν. Τοὺς οὖν τοιούτων ὀφθαλμοὺς εἰς γῆν ὁρᾷν παρασκευάσεις ἐκ θλίψεως. Ἢ καὶ λαὸν ταπεινὸν, τὸν ἐξ ἐθνῶν, τῷ βάρει τῶν ἁμαρ-

Vers. 28. *Quoniam tu populum humilem salvum facies, et oculos superborum humiliabis.* Humilem inquam virtute. Per oculos vero superborum, ipsos superbos intelligit, veluti totum a parte : vel quia superbi ex oculis potissimum dignosci soleant, dum supercilia tollunt, quæ supra oculos sunt [quemadmodum etymologia Græci nominis recte declarat]. Hos itaque superborum oculos tu facies, ut in terram spectent, per afflictiones nimirum,

[44] Exod. xxi, 2.

quas in eos immittes. Vel per populum humilem, gentilem populum intellige, qui peccatorum pondere depressus, terram aspicere pronus cogebatur : per superbos vero, Judæos gloriantes, et jactantes seipsos, tam de lege Dei, quam de propriis progenitoribus.

A τημάτων κάτω νεύειν ἀναγκαζόμενον. Ὑπερηφάνους δὲ, τὸν Ἰουδαίων (65), ἀλαζονευόμενον ἐπί τε τῷ νόμῳ, καὶ τοῖς προγόνοις.

VERS. 29. *Quoniam tu illuminabis lucernam meam Domine, Deus meus, illuminabis tenebras meas.* Intellectus in nobis est quidam animæ oculus; oculus autem non immerito lucerna dici potest, cum veluti dux in tenebris viam demonstret. Per animæ vero tenebras, iram et concupiscentiam intelligimus. Tu, Domine, inquit, intellectum ac mentem meam divina luce ac splendore illuminabis : quod faciens illuminabis pariter et tenebras meas [nam simul cum intellectu, cæteræ animæ partes ac potentiæ proficient]. Et hoc est quod Salvator in Evangelio dicebat : *Si lumen, quod in te est, tenebræ fiant, tenebræ quantæ erunt*[65] ? Hoc est, Si intellectus obtenebratus sit, multo magis et reliquæ animæ partes tenebris involventur. Dicere etiam possumus, ipsum intellectum, lucem esse pariter et tenebras. Nam si ad naturam materialium rerum comparetur, lux erit, si vero ad Deum, tenebræ : eo quod, ab eo Deus conspici non possit [neque illius lex]; vel per lucernam hic Mosaicam legem intellige, quæ lectorem ad rectam dirigit callem; per tenebras vero, velum ipsi legi superimpositum, quod obscuritatem generat : cujus occulta, beatus David nunc illuminanda esse prædicit et revelanda, incarnato nimirum Deo. Vel lucerna, Evangelii est prædicatio, clare ac lucide omnibus tradita, et a Domino declarata : tenebræ vero idolorum error, ac rectæ fidei ignoratio. Vel lucerna quidem, intellectus est, qui hominem dirigit : tenebræ ipsum corpus, quod quodammodo ante oculos intellectus consistit, et crassitudine sua umbram quasi generat ac tenebras : utrumque autem illuminabitur, intellectus nimirum, divinis splendoribus, corpus vero purificatione et munditia. Quidam vero per lucernam Dominum Jesum intelligunt, natum de semine David, qui a Verbo Dei illuminatus est; illa nimirum divina unione, quæ illi præbuit ut splendoris radios quocunque emitteret; unde de seipso dicebat : *Ego sum lux mundi*[66]; per tenebras vero carnem tantum assumptam, quam Christus illuminavit, ac divinam reddidit.

Ὅτι σὺ φωτιεῖς λύχνον μου, Κύριε ὁ Θεός, φωτιεῖς τὸ σκότος μου. Τῆς ψυχῆς ὀφθαλμὸς, ὁ νοῦς· ὁ δὲ ὀφθαλμὸς, καὶ λύχνος, ὡς ὁδηγῶν· σκότος δὲ αὐτῆς, ὁ θυμὸς, καὶ ἡ ἐπιθυμία. Λέγει γοῦν, ὅτι Φωτίσεις τὸν νοῦν μου ταῖς θείαις ἐλλάμψεσι. Τοῦτον δὲ φωτίζων, φωτίσεις καὶ τὸ σκότος μου. Εἰ οὖν τὸ ἐν σοὶ τὸ φῶς σκότος ἐστὶ, τὸ σκότος πόσον; τουτέστιν, εἰ ὁ νοῦς ἐσκοτισμένος ἐστὶ, πολλῷ πλέον αἱ ἄλογοι τῆς ψυχῆς δυνάμεις. Ἔστι δ' εἰπεῖν τὸν νοῦν, καὶ φῶς, καὶ σκότος· πρὸς μὲν τὴν
B φύσιν τῶν πραγμάτων, φῶς· πρὸς δὲ τὸν Θεὸν, σκότος, ἀόρατον αὐτῷ τυγχάνοντα. Ἢ λύχνος μὲν, ὁ Μωσαϊκὸς νόμος, ὁδηγῶν ἐπὶ τὰ καλὰ τοὺς ἀναγινώσκοντας· σκότος δὲ, τὸ ἐπικείμενον αὐτῷ κάλυμμα τῆς ἀσαφείας, οὗ τὰ κεκρυμμένα προφητεύει Δαβὶδ φωτισθῆναι, καὶ ἀνακαλυφθῆναι, δηλονότι σαρκωθέντος Θεοῦ· ἢ λύχνος μὲν, τὸ κήρυγμα τοῦ Εὐαγγελίου, φωτισθὲν καὶ γνωρισθὲν ἡμῖν παρὰ τοῦ Σωτῆρος αὐτοῦ· σκότος δὲ, ἡ τῶν εἰδώλων πλάνη, καὶ ἡ ἄλογος ἄγνοια τῆς ὀρθῆς πίστεως. Ἢ λύχνος μὲν, ὁ νοῦς, ὁδηγῶν τὸν ἄνθρωπον· σκότος δὲ, τὸ σῶμα, διὰ τὴν ἐπιπρόσθησιν, καὶ παχύτητα. Φωτισθήσονται δὲ ἄμφω· ὁ μὲν, ταῖς θείαις ἐλλάμψεσι· τὸ δὲ, τῇ καθάρσει. Τινὲς δὲ λέγουσι λύχνον ἐνταῦθα κληθῆναι τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ
C Ἰησοῦν, ὃν ἐφώτισεν ὁ Λόγος ἑνωθεὶς αὐτῷ, καὶ παρέσχεν ἀφιέναι τὰς ἀκτῖνας ἁπανταχοῦ, φησὶ γάρ· *Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου*· σκότος δὲ, τὴν σάρκα (66)... προσλαβὼν, ἐθέωσε καὶ ἐλάμπρυνεν.

VERS. 30. *Quoniam in te eripiar a tentatione.* — *In te*, hoc est, per te. *A tentatione* autem tam hominum quam dæmonum.

Ὅτι ἐν σοὶ ῥυσθήσομαι ἀπὸ πειρατηρίου. — *Ἐν σοὶ* μὲν, ἤτοι διὰ σοῦ· *πειρατηρίου* δὲ, τουτέστι πειρασμοῦ, παρὰ ἀνθρώπων, ἢ δαιμόνων ἐπαγομένου.

Et in Deo meo transgrediar murum. Deo meo, inquit, mihi adjutore, ego peccata omnia, viam mihi ad Deum, veluti sepe quadam obstruentia, transiliam. In illis quippe vires suas antea Satanas habebat, ac per ea aditum mihi ad cœlum [quasi muro quodam] præcluserat. Vel tentatio pro vita hominis juxta Jobum[67] intelligenda est, in qua multa esca, et multæ sunt voluptatum illecebræ, multi mortis laquei, et multæ etiam visibilium et

C *Καὶ ἐν τῷ Θεῷ μου ὑπερβήσομαι τεῖχος.* Τῷ Θεῷ μου βοηθούμενος, ὑπερπηδήσω τὰ ἀποφράττοντά μοι τὴν πρὸς αὐτὸν ὁδὸν ἁμαρτήματα· οἷς ἔχει τὴν ἰσχὺν ὁ Σατανᾶς, καὶ δι' ὧν κωλύει τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον. Ἢ πειρατήριον μὲν, ὁ βίος, κατὰ τὸν Ἰὼβ, ἐν ᾧ δελέατα ἡδονῆς, καὶ παγίδες θανάτου, καὶ λόχοι, καὶ πολέμιοι, νοητοὶ καὶ αἰσθητοί· τεῖχος δὲ, τὸ σῶμα, προβεβλημένον τῆς ψυχῆς, καὶ ἀποφράττον αὐτῇ τὰς θείας αὐγάς· ἢ καὶ τεῖχος,

[65] Matth. VI, 23. [66] Joan. VIII, 12. [67] Job VII, 1.

Variæ lectiones.

Εἰς τὸ τέλος καὶ οὗτος ὡς προαγορεύων τὰ μέλλοντα τέλος λαβεῖν ἐπὶ Ἐζεκίου βασιλέως. Τοῦ γὰρ Ἀσσυρίου Σεναχηρεὶμ διὰ Ῥαψάκου τὰ βλάσφημα ἐκεῖνα μηνύσαντος, περιαλγήσας Ἐζεκίας, ἔδραμεν εἰς τὸν θεῖον ναὸν, ὡς ἡ τῶν Βασιλειῶν βίβλος ἱστορεῖ, καὶ ἀνήγγειλε πάντα τῷ Θεῷ, πρὸς ἄμυναν ἐκκαλούμενος· οἱ δὲ περὶ αὐτὸν πάντες, ἐν οἷς καὶ D Ἡσαΐας ὁ προφήτης, ἰδόντες τὴν συντριβὴν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, μονονουχὶ τῶν παρόντων ῥητῶν τὴν δύναμιν αὐτῷ ἐπεφώνησαν, εὐχόμενοι δεχθῆναι τὴν ἱκετηρίαν τοῦ βασιλέως· ὅρα δὲ πῶς ἡ θεία χάρις ἐπέδειξε τῷ Δαβὶδ οὐ τὰ πράγματα μόνον, τὰ πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον (75), ἀλλὰ καὶ ἃ εἰκὸς ἦν εἰπεῖν τότε τοὺς περὶ τὸν βασιλέα.

cos, parentes, et dominos, obnoxios esse subditorum, plebium, filiorum, et servorum peccatis : quando nimirum ob illorum negligentiam deliquerint. Vel *ab alienis*, hoc est, a peccatis quæ fortuito ac casu commissa sunt et non electione ; vel, *ab alienis*, hoc est, ab inimicis, tam visibilibus quam invisibilibus.

VERS. 14. *Si mei dominati non fuerint tunc irreprehensibilis ero.* Si hæc, inquit, peccata me non vicerint, tunc perfectionem assequar. In præsentia enim tametsi legem observo, timeo tamen a peccatis.

Et emundabor a delicto magno. Per magnum peccatum, ea intelligit quæ superius dicta sunt, licet fortassis quibusdam contemptibilia videantur. Mentis etenim inquinatio spiritum fugat, et neglectio eorum delictorum quæ a subditis committuntur, eamdem condemnationem, vel majorem etiam, meretur.

VERS. 15. *Et erunt ut placeant eloquia oris mei.* Tunc, inquit, preces meæ erunt tibi gratæ, atque eas suscipies : quando scilicet a prædictis omnibus mundatus fuero.

Et cogitatio cordis mei in conspectu tuo semper. Subintellige verbum, *erit.* Nisi enim dediscat cor meum turpia cogitare, tua certe, et ea quibus tu delectaris, nunquam considerabit.

Domine adjutor meus et redemptor meus. Tu enim mihi adjutor eris ut redimar, et redimes me a prædictis peccatis. Vel, tu o Domine, adjuvas me, in iis omnibus quæ per virtutem ago, et liberas me de omnibus periculis, in quæ incido. Illud etiam advertendum est, quod verba illa : *Ab occultis meis munda me*, et quæ sequuntur, omnibus possunt fidelibus accommodari.

In finem Psalmus ipsi David.

PSALMUS XIX.

In finem etiam hic psalmus inscribitur, quia futura prædicit, et quæ finem habitura erant tempore Ezechiæ regis. Nam cum Sennacherib Assyriorum rex per Rapsacem blasphema illa verba populo annuntiari jussisset, dolens atque id ægre ferens Ezechias, cucurrit ad templum Dei, ut in libris Regum legimus : et omnia Deo annuntians quæ acta erant, advocavit eum in auxilium. Omnes autem regis familiares, inter quos erat etiam Isaias propheta, animæ illius contritionem videntes, quamdam ad eum tunc verba in sententiam ac tenorem præsentis psalmi locuti sunt, orantes supplicationem regis exaudiri. Illud autem considera quomodo divina gratia, Prophetæ nostro non tantum ea revelaverit quæ futuris fieri debebant temporibus, sed ipsa etiam verba quæ verisimile erat, illius regis domesticos dicturos esse.

Ἐπακούσαι σου Κύριος ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου. Καὶ γὰρ ὅτε ἀπέστειλεν Ἐζεκίας καὶ οἱ μετ' αὐ-

VERS. 2. *Exaudiat te Dominus in die tribulationis.* Nam cum Ezechias misisset nuntios ad Isaiam, hoc

Variæ lectiones.

(74) Ἴσ. χαίρεις.

(75) Adde, vel subaudi γενησόμενα.

pacto ei locuti sunt, dicentes : *Dies tribulationis atque improperii* [88].

Protegat te nomen Dei Jacob. Quod neglectum modo est, et blasphematum ab Assyriis. Meminit autem patriarchæ Jacob, quia et ille in magnis calamitatibus versatus est et periculis, et ab omnibus tandem Dei auxilio liberatus.

VERS. 3. *Emittet tibi auxilium de sancto.* Sanctum, templum appellabant antiqui, quod adventare illuc Deum credebant.

Et de Sion tueatur te. Mons Sion dedicatus erat Domino. Et sensus est : Deus qui habitat in Sion, illinc veniet in auxilium tuum.

VERS. 4. *Memor sit omnis sacrificii tui.* Quodcunque scilicet in pacis tempore ut pius ac religiosus ei obtulisti.

Et holocaustum tuum pingue fiat. Per holocaustum victimam intelligit, quam totam atque integram erat oblaturus. Hæc, inquit, victima pinguescat. Fiet autem pinguis, si libera ei pascua dimittantur, quod erit, dissoluta obsidione. Per victimæ itaque pinguedinem, obsidionis etiam dissolutionem fieri optat. Vel, *pinguefiat*, hoc est, pingue reputetur et acceptum. Holocaustum Græca dictio est, ex nominis etymologia sic dictum, quod totum comburatur. Sacrificiorum enim alia totaliter, alia autem in parte comburebantur : veluti omentum, renes, et adeps, et alia hujusmodi, ut habetur in Levitico.

VERS. 5. *Tribuat tibi Dominus secundum cor tuum.* Ut cor tuum optat. Cor autem Propheta sæpe ponit pro anima, eo quod præ cæteris aliis membris cor ab anima inspiretur. Sic etiam alibi accipitur: *Cor meum et caro mea exsultaverunt in Deum vivientem.*

Et omne consilium tuum impleat. Quodcunque scilicet rectum ac justum fuerit.

VERS. 6. *Lætabimur in salutari tuo.* Speramus, inquit, quod Deus suam ob clementiam, et ob tuam probitatem, præstiturus tibi sit salutem, teque insuperabilem redditurus, quo beneficio et nos tecum pariter fruemur.

Et in nomine Dei nostri magnificabimur. Nam si inimicos Deus conterit, formidabilis etiam erit gentibus, hoc solo nomine Deus Israel invocatus : per quod nomen et nos magnificabimur, veluti exaudita invocatione nostra.

VERS. 7. *Impleat Dominus omnes petitiones tuas.* Orationi insistunt et precibus, ob diuturnam ac constantem contritionem atque humilitatem regis.

Nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus Christum suum. Hæc quasi ab unoquoque eorum tunc pariter comprecantium dicta sunt, certitudine quadam salutis habita a sancto Spiritu. Christum autem Regem appellat ut unctum.

Exaudiet illum de cœlo sancto suo. In cœlo habi-

[88] Isa. XXXVII, 3.

A τοῦ πρὸς Ἡσαΐαν, οὕτως εἰρήκασιν· *Ἡμέρα θλίψεως καὶ ὀνειδισμοῦ.*

Ὑπερασπίσαι σου τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ. Τὸ ἐξουδενωθὲν καὶ ὑβρισθὲν ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων· τοῦ Ἰακὼβ δὲ ἐμνημόνευσεν, ὡς κἀκείνου πειρασμοῖς ὁμιλήσαντος μεγάλοις καὶ φόβοις, καὶ ῥυσθέντος πάντων διὰ Θεοῦ.

Ἐξαποστείλαι σοι βοήθειαν ἐξ ἁγίου. Ἅγιον ὁ ναὸς ὠνομάζετο, ἐν ᾧ φοιτᾷν ἐπίστευον τὸν Θεόν.

Καὶ ἐκ Σιὼν ἀντιλάβοιτό σου. Ἡ Σιὼν γὰρ τῷ Θεῷ ἀνέκειτο· ὁ Θεὸς, ὁ ἐν τῇ Σιὼν ὤν, ἐξ αὐτῆς κινούμενος, βοηθῆσαι σοι

Μνησθείη πάσης θυσίας σου. Ἣν ἐν τῷ καιρῷ

B τῆς εἰρήνης προσῆγες, θεοσεβέστατος ὤν.

Καὶ τὸ ὁλοκαύτωμά σου πιανάτω. Ὃ μέλλεις προσενεγκεῖν εἰς ὁλοκάρπωσιν θῦμα, πιανθείη· πιανθήσεται δὲ, νομῆς ἐλευθέρας ἀπολαῦον. Ἔσται δὲ τοῦτο, λυθείσης ποτὲ τῆς πολιορκίας· ὥστε διὰ τῆς πιότητος τοῦ θύματος, τὴν λύσιν τῆς πολιορκίας ἡ εὐχὴ βούλεται. Ἢ *Πιανάτω*, ἀντὶ τοῦ, *Πίον ἡγησάσθω*, καὶ εὐαπόδεκτον. Ὁλοκαύτωμα δὲ ἐκαλεῖτο, διότι ὅλον ἐκαίετο· καὶ γὰρ τῶν θυμάτων τὰ μὲν ὡλοκαυτοῦντο· τῶν δὲ μόριά τινα κατεκαίετο, ἐπίπλους, καὶ νεφροὶ, καὶ στέαρ, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, καθὼς τὸ Λευιτικὸν ἐδίδαξε.

C *Δώη σοι Κύριος κατὰ τὴν καρδίαν σου.* Ὡς ἡ καρδία σου βούλεται. Καρδίαν δὲ τὴν ψυχὴν πολλάκις ὁ Προφήτης λέγει, διὰ τὸ ἐξῆφθαι ταύτην τῆς ψυχῆς, μάλιστα τῶν ἄλλων μελῶν, ὡς τό· Ἡ καρδία μου καὶ ἡ σάρξ μου ἠγαλλιάσαντο ἐπὶ Θεὸν ζῶντα.

Καὶ πᾶσαν τὴν βουλήν σου πληρώσαι. Ἀγαθὴν καὶ δικαίαν οὖσαν.

Ἀγαλλιασόμεθα ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου. Πεποίθαμεν ὅτι διὰ τὴν αὐτοῦ χρηστότητα, καὶ τὴν σὴν καλοκαρδίαν, ὁ Θεὸς τὴν σωτηρίαν ποιήσει, καὶ ἀκαταγώνιστον θήσει σε, ἧς καὶ ἡμεῖς ἀπολαύσομεν.

Ἐν τῷ ὀνόματι Κυρίου Θεοῦ ἡμῶν μεγαλυν-

D *θησόμεθα.* Εἰ γὰρ συντρίβει τοὺς ἐχθροὺς, φοβερὸς ἔσται τοῖς ἔθνεσι, καὶ μόνον ὀνομαζόμενος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραήλ· διὰ δὲ τοῦ τοιούτου ὀνόματος καὶ ἡμεῖς μεγαλυνθησόμεθα συνεξακουόμενοι.

Πληρώσαι Κύριος πάντα τὰ αἰτήματά σου. Ἐπιμένουσι τῇ εὐχῇ, διὰ τὴν ἐπίμονον τοῦ βασιλέως συντριβὴν καὶ ταπείνωσιν.

Νῦν ἔγνων, ὅτι ἔσωσε Κύριος τὸν Χριστὸν αὐτοῦ. Τοῦτο ὡς ἀφ' ἑκάστου τῶν εὐχομένων, τηνικαῦτα πληροφορίαν τινὰ δεξαμένων παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Χριστὸς γὰρ ὁ βασιλεὺς, ὡς χριόμενος.

Ἐπακούσεται αὐτοῦ ἐξ οὐρανοῦ ἁγίου αὐτοῦ.

Καὶ ἐν οὐρανοῖς γὰρ κατῴκει, καὶ ἐν τῷ ναῷ ἐπεσκίαζε. Διό ποτε μὲν ἐκ τοῦ ναοῦ, ποτὲ δὲ ἐξ οὐρανοῦ τοῦτον παρεκάλουν. Ἁγίου δὲ, τοῦ ἀφωρισμένου αὐτῷ.

A tabat, et in templo obumbrabat : atque ideo aliquando e templo, aliquando vero e cœlo illum advocabant. *Sanctum* vero cœlum appellat quasi sanctificatum Deo ac dedicatum.

Ἐν δυναστείαις ἡ σωτηρία τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ. Ἐν ὑπερβολῇ δυνάμεως ἡ παρὰ τῆς θείας δεξιᾶς γινομένη τινὶ σωτηρία· διὸ χρὴ θαῤῥεῖν, καὶ μὴ δεδιέναι τὴν δοκοῦσαν ἀνυπόστατον τῶν πολεμίων παρασκευήν.

In potentatibus salus dexteræ ejus. Salus illa, quæ obvenit a gratia Dei, fundata est in abundantia quadam atque excessu divinæ potentiæ ; atque ideo nos confidere oportet et inimicorum apparatum non timere, quanquam immensus admodum atque intolerandus videatur.

Οὗτοι ἐν ἅρμασι, καὶ οὗτοι ἐν ἵπποις. Οἱ κυκλώσαντες ἡμᾶς ἐν ἅρμασι καὶ ἵπποις εἰσὶ, καὶ πεποίθασιν· οὗτοι δὲ καὶ οὗτοι, οἱ αὐτοί· καὶ τοῦτο γὰρ ἰδίωμα τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου.

VERS. 8. *Hi in curribus, et hi in equis.* Hi qui circumdant nos, in curribus et in equis sunt, in quibus confidunt. Eosdem enim inimicos utrobique intelligit, [tametsi repetat articulum], estque hoc etiam Hebraicæ linguæ idioma.

B

Ἡμεῖς δὲ ἐν ὀνόματι Κυρίου Θεοῦ ἡμῶν (76) μεγαλυνθησόμεθα. Ἡμεῖς δὲ ἐν ὀνόματι Κυρίου, (77) τὸ ἐξονειδισθὲν παρὰ τῶν ἐχθρῶν, εἰς βοήθειαν ἐπικαλεσόμεθα· ἢ διὰ τὸ ὄνομα Κυρίου, τὸ ὑβρισθὲν, ἐπικαλεσόμεθα τὸν Κύριον βοηθόν.

Nos autem in nomine Dei nostri invocabimus. Nos autem, inquit, illud Dei nomen, quod ab inimicis exprobratum ac contumelia affectum est, in auxilium nostrum invocabimus : vel, propter nomen Domini, quod ab illis spretum est invocabimus Dominum adjutorem.

Αὐτοὶ συνεποδίσθησαν, καὶ ἔπεσον· ἡμεῖς δὲ, ἀνέστημεν, καὶ ἀνωρθώθημεν. Τὰ μὲν προλαβόντα ῥητὰ, κατὰ τὸν καιρὸν ἦσαν τοῦ θρήνου καὶ κοπετοῦ· τὰ γὰρ ἐντεῦθεν, μετὰ τὴν ἀόρατον ἀναίρεσιν τῶν Ἀσσυρίων ἐγίνοντο, λυθείσης τῆς πολιορκίας, καὶ χαιρόντων πάντων, καὶ τὸν Θεὸν δοξαζόντων, καὶ λεγόντων ταῦτα· Συνεποδίσθησαν γὰρ τῇ θείᾳ δυνάμει, καὶ κατηνέχθησαν πτῶμα θανάσιμον· ἡμεῖς δὲ πεπτωκότες τῷ δέει, ἀνέστημεν τῷ φρονήματι.

VERS. 9. *Ipsi obligati sunt et ceciderunt, nos autem surreximus et erecti sumus.* Superiora verba, lamentationis ac planctus tempore prolata fuerunt : quæ sequuntur post invisibilem Assyriorum cædem dicta sunt, obsidione scilicet dissoluta, omnibus gaudentibus et Deum glorificantibus, atque hujusmodi verba dicentibus. Obligati enim sunt et impediti potentia Dei, atque in lethalem ruinam præ-
C cipites delati : nos autem qui in multo eramus timore, surreximus, animumque et fiduciam recepimus.

Κύριε, σῶσον τὸν βασιλέα, καὶ ἐπάκουσον ἡμῶν, ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλεσώμεθά σε. Ὥσπερ νῦν ἔσωσας αὐτὸν ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν, οὕτω καὶ εἰς τὸ ἑξῆς (78), ἄξιον ὄντα σώζεσθαι, διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ· ἐπάκουσον αὖθις ἡμῶν, ὡς καὶ νῦν, ὁσάκις ἂν ἐπικαλεσώμεθά σε. Ὁ μὲν οὖν ψαλμὸς, εἰς τὰ κατὰ τὸν Ἐζεκίαν ἡρμηνεύθη καὶ ἥρμοσε· τινὲς δὲ, τῷ Δαβὶδ αὐτὸν ἁρμόζειν βιάζονται, παρατασσομένῳ πρὸς ἐπιόντας ἐχθρούς, καί φασιν, ὡς αὐτὸς ὁ Δαβὶδ ἐσχημάτισε τὸν ψαλμὸν εἰς τὰ πρόσωπα τῶν περὶ αὐτὸν ἑταίρων. Ἁρμόσειε δ' ἂν καὶ παντὶ πιστῷ παραταττομένῳ κατὰ τῶν δαιμόνων, οἷα τοῦ σώματος ὑπερευχομένου τῆς ψυχῆς. Καὶ οἱ δαίμονες γὰρ ἐξουδένωσαν τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ. Ἅγιον δὲ νοήσεις, καὶ Σιὼν, τὸν οὐρανὸν, ὡς εἰρήκαμεν πολλάκις. Χριστὸς δὲ αὐτοῦ καὶ βασιλεὺς, ὁ Χριστιανὸς, ὡς προείρηται. Ἐν ἅρμασι δὲ καὶ ἐν ἵπποις, οἱ δαίμονες, διὰ τὸ τάχος, καὶ τὴν ἐν πολέμοις παρασκευήν. Λέγοιτο δ' ἂν ὁ ψαλμὸς οὗτος κατὰ τῶν αἰσθητῶν ἐχθρῶν ἡμῶν, τῶν Βαρβάρων, καὶ ὑπὲρ τοῦ βασιλέως ἡμῶν.

VERS. 10. *Domine, salvum fac regem, et exaudi nos in quacunque die invocaverimus te.* Quemadmodum nunc de manu inimicorum regem salvasti, sic et in futurum salvato, cum ob proprias virtutes, dignus sit, qui a te salutem consequatur : et nos rursum etiam exaudi, quotiens te invocaverimus, quemadmodum nunc exaudimur. Itaque sic dictis, præsentis psalmi expositionem de Ezechia perfecimus. Quidam congruere eum dicunt beato David, cum in acie adversus inimicos consisteret, et conscriptum ab eo esse ex sociorum persona, qui cum eo aderant. Congruit etiam unicuique
D fideli adversus dæmones decertanti, ipso nimirum corpore, pro anima preces porrigente. Nam et dæmones nomen Dei contempsere. Per sanctum autem, et per Sion, cœlum intelliges, ut sæpe dictum est. Per Christum vero et regem, quemlibet Christianum, ut alibi prædiximus. In curribus autem et in equis dæmones incedere dicuntur, ob eorum velocitatem et ob summum belli apparatum. Dici etiam potest hic psalmus adversus inimicos nostros Barbaros, et pro regibus nostris fidelibus.

Variæ lectiones.

(76) γρ. ἐπικαλεσόμεθα.
(77) Ἴσ. τῷ ἐξονειδισθέντι.
(78) Adde, vel subaudi σώσεις.

In finem psalmus ipsi David.

PSALMUS XX.

Hic Psalmus similiter in finem inscribitur, veluti qui prophetiam continet, quæ Ezechiæ regis tempore fidem accepit. Aiunt enim quod post eam ægritudinem qua de illius vita desperatum est, addito ei postmodum xv annorum vitæ spatio, ut in libris Regum traditur, familiares ac domestici ejus gratias Deo egerunt: quorum verba ac voces præsens psalmus imitatur ac fingit. Vitam enim, inquit, petiit a te, et tribuisti ei. Vel aliter: Beatus David futura ea esse prænoscens, præsentem psalmum pro Ezechia rege Deo obtulit.

Vers. 2. *Domine, in potentia tua lætabitur rex.* In illa nimirum potentia, quæ ei hactenus adjumento fuit, et in futurum lætabitur. Ita enim credimus, ob recepta a te in præteritum beneficia.

Et in salutari tuo exsultabit vehementer. Hoc est in salute, quam a te est consecutus.

Vers. 3. *Desiderium animæ ejus tribuisti ei.* Vel victoriam de hostibus, vel vitæ diuturnitatem, vel omne denique ejus votum.

Et voluntate labiorum ejus non privasti eum. Quod superius dictum est, iterum repetit, quasi oblectans se in gratiarum actione. Nam quod quisque animo cupit, ore etiam ac labiis petit. Per voluntatem autem hic petitionem intellige.

Vers. 4. *Quoniam prævenisti eum in benedictionibus bonitatis.* Quoniam eum prævenisti, et præoccupasti sæpius beneficiis tuis antequam ipse aliquid peteret a te. Benedictionem hic pro beneficiis accipere debemus, quæ a Dei bonitate proficiscuntur; et ideo dicit: *In benedictionibus bonitatis.*

Posuisti in capul ejus coronam de lapide pretioso. Beneficia ei præstita commemorat; et in primis: Donasti illum, inquit, corona regia.

Vers. 5. *Vitam petiit a te, et tribuisti ei.* Ut neque ab inimicis interemptus sit, neque morbo confectus. Utrumque enim hoc sermone intelligere debemus.

Longitudinem dierum in sæculum sæculi. Non solum vitam dedisti ei, sed eam etiam longam præstitisti. Quod vero ait, *In sæculum sæculi*, Propheta proprie his verbis uti solet, quando futurum atque indesinens sæculum designat; tametsi aliquando aut longum aliquod temporis spatium, aut firmam atque immutabilem deliberationem eodem sermone demonstret, ut hoc in loco: Tu dedisti, inquit, ei vitam, vitam, inquam, longam, et longitudinem dierum firmam ac stabilem. Nec tamen ab re fuerit, si verba hæc, propter æternam vitam dicta fuisse creduntur.

Vers. 6. *Magna est gloria ejus in salutari tuo.* Post divinum hoc auxilium et beneficium a Deo acceptum, magnus, celeber, et conspicuus apud omnes effectus est, ita ut legationes multæ ab aliis regibus ad illum venirent, et dona ei plurima essent allata: quæ omnia ob hujuscemodi divinam protectionem illi acciderunt.

A *Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.*

ΨΑΛΜΟΣ Κ'.

Καὶ οὗτος *Εἰς τὸ τέλος*, ὡς προφητείαν περιέχων· ἣ καὶ αὐτὸς τέλος ἔλαβεν ἐπὶ Ἐζεκίου· φασὶ γὰρ ὅτι μετὰ τὴν ἀβοήθητον νόσον ἐκείνην, προστεθείσης αὐτῷ ζωῆς ἐτῶν πέντε καὶ δέκα, ὡς ἡ τῶν Βασιλειῶν ὑφηγεῖται βίβλος, οἱ περὶ αὐτὸν ἰδόντες τὸ παράδοξον, ηὐχαρίστησαν τῷ Θεῷ. Τούτων οὖν τὰς φωνὰς ὁ παρὼν ψαλμὸς ὑποκρίνεται· Ζωὴν γάρ, φησίν, ᾐτήσατό σε, καὶ ἔδωκας αὐτῷ. Ἢ καὶ ὁ Δαβὶδ τοῦτο προϊδὼν, ὑπὲρ Ἐζεκίου τοῦτον ἐξεφώνησεν.

Κύριε, ἐν τῇ δυνάμει σου, εὐφρανθήσεται ὁ
B *βασιλεύς.* Τῇ βοηθούσῃ αὐτῷ, καὶ τὰ ἑξῆς, εὐφρανθήσεται. Καὶ τοῦτο πιστεύομεν ἀπὸ τῶν προλαβόντων εὐεργετημάτων.

Ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου ἀγαλλιάσεται σφόδρα. Ἐπὶ τῇ παρὰ σοῦ σωτηρίᾳ.

Τὴν ἐπιθυμίαν τῆς καρδίας αὐτοῦ ἔδωκας αὐτῷ. Ἢ τὴν κατ' ἐχθρῶν νίκην, ἢ τὴν προσθήκην τῆς ζωῆς, ἢ ἁπλῶς πᾶσαν ἀξίωσιν.

Καὶ τὴν θέλησιν τῶν χειλέων αὐτοῦ οὐκ ἐστέρησας αὐτόν. Τὸ αὐτὸ πάλιν δεδήλωκεν, οἷον ἐνηδόμενος τῇ εὐχαριστίᾳ· οὗ γάρ τις ἐπιθυμεῖ, τοῦτο καὶ διὰ τῶν χειλέων αἰτεῖ. Θέλησιν γὰρ νῦν, τὴν αἴτησιν νοήσομεν.

Ὅτι προέφθασας αὐτὸν ἐν εὐλογίαις χρηστό-
C *τητος.* Ἐπειδὴ καὶ προέλαβες αὐτὸν, πρὸ τῆς αἰτήσεως εὐεργετῶν πολλάκις· εὐλογίαν γὰρ νῦν, τὴν εὐεργεσίαν ὑποληψόμεθα· *Εὐλογίαις δὲ ταῖς τῆς σῆς χρηστότητος.*

Ἔθηκας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ στέφανον ἐκ λίθου τιμίου. Καταλέγει τὰς εὐεργεσίας, ὅτι πρὸ πάντων ἐχαρίσω τὸ διάδημα τοῦ βασιλέως.

Ζωὴν ᾐτήσατό σοι καὶ ἔδωκας αὐτῷ. Ὥστε μήτε ὑπ' ἐχθρῶν, μήτε ὑπὸ νόσων ἀποθανεῖν. Ἀμφότερα γὰρ ἐνταῦθα νοήσομεν.

Μακρότητα ἡμερῶν εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Οὐ μόνον ἁπλῶς ζωὴν, ἀλλὰ καὶ μακράν. Τὸ δὲ, *Εἰς αἰῶνα*
D *αἰῶνος*, ὁ Προφήτης κυρίως μὲν ἐπὶ τοῦ μέλλοντος καὶ ἀκαταλύτου αἰῶνος τίθησιν· ἔστι δ' ὅτε καὶ ἐπὶ τῆς μακρᾶς χρονικῆς παρατάσεως· ποτὲ δὲ, καὶ ἐπὶ τοῦ βεβαίου καὶ ἀμεταπτώτου, ὡς ἐπὶ τοῦ προκειμένου· οἷον· Ἔδωκας αὐτῷ ζωὴν, καὶ ζωὴν μακρὰν, καὶ μακρότητα ἡμερῶν βεβαίαν. Εἰ δὲ καὶ διὰ τὴν αἰώνιον λέγει ζωὴν, οὐδὲ τοῦτο πόῤῥω σκοποῦ.

Μεγάλη ἡ δόξα αὐτοῦ ἐν τῷ σωτηρίῳ σου. Μετὰ γὰρ τὴν θείαν συμμαχίαν καὶ εὐεργεσίαν, μέγας παρὰ πάντων γέγονε καὶ περίβλεπτος, ὡς καὶ βασιλεῖς διαπρεσβεύεσθαι πρὸς αὐτὸν, καὶ χρήματα πέμπειν. Τοῦτο δὲ γέγονε διὰ τὴν γενομένην αὐτῷ θεόθεν ἐπισκοπήν.

A *Δόξαν καὶ μεγαλοπρέπειαν ἐπιθήσεις ἐπ' αὐτόν.* Καὶ ἔτι τοῦτον δοξάσεις, καὶ μείζονα ποιήσεις, διὰ τὴν εὐεργεσίαν αὐτοῦ.

Ὅτι δῴης αὐτῷ εὐλογίαν, εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Ἡ εὐλογία, ποτὲ μὲν σημαίνει τὴν εὐφημίαν, ὡς τό· *Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον·* ποτὲ δὲ τὴν χάριν, ὡς τό· *Προέφθασας αὐτὸν ἐν εὐλογίαις χρηστότητος·* ἔτι δὲ καὶ τὴν μετάδοσιν τοῦ ἁγιασμοῦ, ὡς ἐπὶ τοῦ παρόντος. Ἔστι δ' ὅτε καὶ τὴν βλασφημίαν, ὡς τό· *Εἰ μὴ εἰς πρόσωπόν σε εὐλογήσει·* ναὶ μὴν καὶ τὴν προσαγόρευσιν, ὡς ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Βασιλειῶν φησιν Ἐλισσαῖος πρὸς Γιεζῆ· *Ἐὰν εὕρῃς ἄνδρα, οὐκ εὐλογήσεις αὐτόν, καὶ ἐὰν εὐλογήσῃ σε ἀνήρ, οὐκ ἀποκριθήσῃ αὐτῷ.*— B Δῴης δὲ, ἀντὶ τοῦ, Δώσεις, εὐκτικὸν ἀντὶ τοῦ μέλλοντος.

Εὐφρανεῖς αὐτὸν ἐν χαρᾷ μετὰ τοῦ προσώπου σου. Ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν, *ἀπὸ τοῦ προσώπου σου*, τουτέστι διὰ τῆς σῆς ἐπισκοπῆς· ἐπιβλέψεις γὰρ εἰς αὐτὸν, καὶ χαρᾶς πλησθήσεται.

Ὅτι ὁ βασιλεὺς ἐλπίζει ἐπὶ Κύριον, καὶ ἐν τῷ ἐλέει τοῦ Ὑψίστου οὐ μὴ σαλευθῇ. Οὐκ ἐπὶ στρατεύμασιν, οὐδὲ ἐπὶ πλούτῳ πέποιθεν, ἢ τισι τοιούτοις· ἀλλ' ἐπὶ μόνῳ τῷ βοηθοῦντι Θεῷ· διὸ οὐ περιτραπήσεται.

Εὑρεθείη ἡ χείρ σου πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς σου. Θεοῦ χεὶρ, ἡ θεία δύναμις, ᾗ περιπεσεῖν εὔχεται C πάντας τοὺς τὸν Θεὸν βλασφημοῦντας· Εὑρεθείη αὐτοῖς, φησὶν, εἰς τιμωρίαν.

Ἡ δεξιά σου εὕρῃ πάντας τοὺς μισοῦντάς σε. Καταλήψαιτο.

Ὅτι θήσεις αὐτοὺς ὡς κλίβανον πυρὸς, εἰς καιρὸν τοῦ προσώπου σου. Ἐμπρήσεις αὐτοὺς τῷ πυρὶ τῆς ὀργῆς σου. *Κλίβανον δὲ πυρὸς*, τὸ ὀπτανεῖον τῶν ἄρτων. *Εἰς καιρὸν δὲ τοῦ προσώπου σου*, ἀντὶ τοῦ, Ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐπισκοπῆς σου, ὅταν ἐπίδῃς αὐτοὺς δυσμενῶς· *Πρόσωπον* γὰρ, φησὶ, *Κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακὰ*, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτῶν.

Κύριος ἐν ὀργῇ αὐτοῦ συνταράξει αὐτοὺς, καὶ καταφάγεται αὐτοὺς πῦρ, τὸν καρπὸν αὐτῶν ἀπὸ τῆς γῆς ἀπολεῖς, καὶ τὸ σπέρμα αὐτῶν, ἀπὸ D *υἱῶν ἀνθρώπων.* Προαναφωνεῖ τὴν τῶν ἐχθρῶν ἀπώλειαν, καὶ ἐπαριθμοῦνται τὰ εἴδη τῶν τιμωριῶν αὐτῶν, ὅτι πειρασθέντες τῆς θείας ὀργῆς, συνταραχθήσονται πάντοθεν, ἐξαπορούμενοι, καὶ πυρποληθήσονται, καὶ ὁ καρπὸς τῶν γεωργιῶν αὐτῶν διαφθαρήσεται, καὶ, ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀπολοῦνται παγγενῆ. Τοῦτο γὰρ νοεῖται τὸ σπέρμα νῦν. *Υἱοὺς* γὰρ *ἀνθρώπων*, τὸ σπέρμα τῶν ἀνθρώπων ἐκάλεσεν.

Ὅτι ἔκλιναν εἰς σὲ κακά. Ταῦτα πείσονται, διότι κεκινήκασιν εἰς σὲ κακὰ, βλασφημοῦντες τὸ σὸν ὄνομα, καὶ τοῖς σοῖς δούλοις ἐπιβουλεύοντες καὶ κακοποιοῦντες.

Gloriam et magnum decorem impones super eum. Ampliori adhuc, inquit, gloria illum donabis, et majora efficies, cum ob perspectam in te animi ejus voluntatem, pergratus tibi ac carissimus sit.

VERS. 7. *Quoniam dabis benedictionem in sæculum sæculi.* Benedictio aliquando laudem significat, ut illud: *Benedic, anima mea, Domino* [59]. Aliquando gratiam seu beneficium, ut illud: *Prævenisti eum in benedictionibus bonitatis* [60]. Aliquando participationem sanctificationis, ut hic. Aliquando blasphemiam ac maledictionem ut apud Job: *Nisi in facie benedixerit tibi* [61]. Ad hæc, et salutationem significat, ut in quarto Regum, quando Elisæus dixit ad Giezi: *Si inveneris hominem, non benedices ei, et si benedixerit tibi vir, non respondebis ei* [62].

Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Symmachus *a vultu tuo*, hoc est a protectione et custodia tua. Aspicies enim in eum, et gaudio replebitur. [Vel non simpliciter lætitiam habebit, sed simul cum benevolentia tua. Et causam adjunxit: Quia sinceram scilicet habet in te spem.

VERS. 8. *Quoniam rex sperat in Domino, et in misericordia Altissimi non commovebitur.* Non in exercitu amplius aut in divitiis confidit, neque in aliis humanis viribus, sed in solo adjutore Deo; atque ideo non commovebitur nec fluctuabit.

VERS. 9. *Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis.* Manus Dei divina est potentia, in quam incidere omnes eos optat, qui Deo maledicunt: Inveniatur, inquit, ab illis ad supplicia et ad pœnas.

Dextera tua inveniat omnes qui te oderunt. Inveniat, hoc est, comprehendat.

VERS. 10, 11. *Quoniam pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui.* Combures, inquit, eos igne iræ tuæ: per *Clibanum ignis*, furnum intelligit, in quo coqui solet panis. *In tempore* autem *vultus tui*, hoc est, in tempore visitationis tuæ, quando nimirum in eos severe ac torve aspicies. *Vultus* enim, inquit, *Domini super facientes mala* [63], ut perdat de terra memoriam eorum.

Dominus in ira sua conturbabit eos, et devorabit eos ignis, fructus eorum a terra perdes, et semen eorum a filiis hominum. Perditionem inimicorum futuram prædicit, et pœnarum species connumerat: quod scilicet ab ira Dei molestati conturbabuntur, dubitantes ex omni latere: quodque igne etiam cremabuntur, et fructus agrorum ipsorum etiam corrumpentur: et quod tota denique eorum generatio peribit, ut satis indicant illa verba: *Et semen eorum a filiis hominum.* Per filios autem hominum humanam generationem significat.

VERS. 12. *Quoniam declinaverunt in te mala.* Omnia vero hæc patientur, quia moverunt mala adversum te, et quia nomen tuum blasphemant, et servis tuis insidias tendunt, multisque eos damnis ac malis afficiunt.

[59] Psal. CII, 1, 2. [60] Psal. XX, 4. [61] Job I, 11. [62] IV Reg. IV, 4. [63] Psal. XXXII, 17.

Cogitaverunt consilia in quibus sistere non potuerunt. Licet multa, inquit, adversus te ac servos tuos cogitaverint, hujusmodi tamen cogitationibus immorari atque insistere non potuerunt. Destruentur enim eorum consilia.

VERS. 13. *Quoniam pones eos dorsum.* Dorsum poni dicitur qui fugit ac terga dat. Nihil enim aliud corporis ejus tunc, quam dorsum, hoc est, quam tergum videri potest.

In reliquiis tuum præparabis vultum eorum. Hoc per hyperbaton figuram construendum est, si sententiæ tenorem servare voluerimus, hoc pacto : In reliquiis eorum præparabis vultum tuum ; ac si dicat, quod neque etiam ii salvabuntur qui relicti sunt et superfuerunt a strage belli, et qui in fugam conversi sunt, sed contra eos etiam, visitationem tuam præparabis, adeo ut non possint evadere.

A *Διελογίσαντο βουλὰς, αἷς οὐ μὴ δύνωνται στῆναι.* Εἰ γὰρ καὶ πολλὰ κατὰ σοῦ καὶ τῶν δούλων σου ἐμελέτησαν, ἀλλ' οὖν οὐκ ἰσχύσουσιν ἐμμεῖναι τοῖς δεδογμένοις· περιτραπήσονται γὰρ αἱ τούτων βουλαί.

Ὅτι θήσεις αὐτοὺς νῶτον. Νῶτος γίνεται ὁ φεύγων· οὐδὲν γὰρ ἕτερον αὐτοῦ φαίνεται, ἢ μόνον ὁ νῶτος.

Ἐν τοῖς περιλοίποις σου ἑτοιμάσεις τὸ πρόσωπον αὐτῶν. Τοῦτο καθ' ὑπερβατὸν συντάξομεν, εἰ μέλλοιμεν συντηρῆσαι τὴν ἀκολουθίαν τῆς διανοίας. Οἷον ἐν τοῖς περιλοίποις αὐτῶν, ἑτοιμάσεις τὸ πρόσωπόν σου, τουτέστιν, οὐδ' οἱ περιλειφθέντες ἀπὸ τῆς ἐν τῷ πολέμῳ σφαγῆς, καὶ εἰς φυγὴν τραπήσονται· B ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτῶν ἐπισκοπὴν τὴν σὴν εὐτρεπίσεις, ὥστε μὴ διαφυγεῖν αὐτούς.

[Et hic quidem erit sensus si legas : *In reliquiis tuum*, etc. Verum quia dictio Græca σοῦ potest intelligi, ut referatur ad præcedentia, ita ut sit lectio : *In reliquiis tuis*, etc., juxta hanc lectionem, paulo post secundam psalmi expositionem tractabimus.]

VERS. 14. *Exaltare, Domine, in potentia tua.* In psalmo VII declaravimus quid significet verbum hoc : *Exaltare.* Eumdem enim sensum habet hic versiculus, quem ibi ille : *Et exaltare in finibus inimicorum tuorum* [64].

Cantabimus et psallemus potentatus tuos. In fine psalmi XII, declaravimus quid significent hæc verba *cantare* et *psallere*. Aliqui hunc psalmum congruere asserunt ipsi beato David, dicentes, quod pro seipso illum cecinit. Quod si susceperimus (nihil enim impedit), exponi poterit, ut subjiciemus. Quod igitur in principio psalmi ait : *In potentia tua lætabitur, et in salutari tuo exsultabit*, intelligemus dicta fuisse propter Christum qui et potentia Dei est, et dicitur, juxta Apostolum [65], et Salvator. *Ipse enim*, ut ait Evangelista, *Salvabit populum suum* [66]. Ad Patrem itaque dicit Propheta : *Domine in potentia tua*, et ad Filium : *In salutari tuo*, hoc est in ea salute, quæ per te humano generi data est. Hoc pacto etiam in sequentibus alia ad Patrem, et alia ad Filium referri debent. Vere autem beatus David, post mortem suam lætatus est, atque exsultavit, cernens ac contemplans divinæ incarnationis mysterium. Nam si dum adhuc tenebris humanæ carnis indutus erat, animæ tamen ac mentis oculis futura prospiciebat, multo magis hujusmodi corporis tenebris depositis, credendum est eum purius ac perlucidius omnia speculatum esse. Et consequenter ad prædicta, per cordis desiderium intelligemus desiderium videndi Incarnationem hanc divinam, cujus typum ac figuram viderat ; et per voluntatem labiorum, indesinens ac perpetuum illud studium canendi ac laudandi Deum, quo desiderio nunquam frustratus est. Canit quippe Deo assidue, fidelium omnium ore utens ac labiis. Vitam autem petiit a Deo, et accepit, cum in summis sæpe peri-

Ὑψώθητι, Κύριε, ἐν τῇ δυνάμει σου. Ἐν τῷ ἑβδόμῳ ψαλμῷ σεσαφήνισται, τί σημαίνει τὸ, Ὑψώθητι· τὸ παρὸν γὰρ ῥητὸν, ταυτὸν δύναται τῷ Ὑψώθητι *ἐν τοῖς πέρασι τῶν ἐχθρῶν σου.*

Ἄσωμεν καὶ ψαλοῦμεν τὰς δυναστείας σου. Ἐν τῷ τέλει τοῦ ιβ' ψαλμοῦ προδιελάβομεν, τί βούλεται τὸ, ᾄσω, καὶ τὸ, ψαλῶ. Τινὲς δὲ καὶ τὸν παρόντα ψαλμὸν τῷ Δαβὶδ ἁρμόζουσι, λέγοντες, C ὑπὲρ ἑαυτοῦ τοῦτον ᾆσαι. Εἰ δὲ τοῦτο δεξόμεθα, κωλύει γὰρ οὐδὲν, μεθερμηνεύσωμεν τὰ ῥητά. Καὶ γὰρ αὐτίκα τὸ, *Ἐν τῇ δυνάμει σου εὐφρανθήσεται, καὶ ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου ἀγαλλιάσεται*, ἐπὶ τὸν Χριστὸν εἰρῆσθαι νοήσομεν. Ἐπεὶ γὰρ ὁ Χριστὸς, καὶ Θεοῦ ἐστι δύναμις, φησὶ γὰρ ὁ μέγας Παῦλος· *Χριστὸς Θεοῦ δύναμις*· καὶ πάλιν αὐτὸς καὶ Σωτὴρ ἐστι· φησὶ γὰρ ὁ εὐαγγελιστής· *Αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ*· πρὸς μὲν τὸν Πατέρα εἶπεν· *Κύριε, ἐν τῇ δυνάμει σου*· πρὸς δὲ τὸν Υἱόν· *Καὶ ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου*, τουτέστι, τῇ παρὰ σοῦ γινομένῃ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων. Οὕτω δὲ καὶ τὰ ἑξῆς, τὰ μὲν πρὸς τὸν Πατέρα, τὰ δὲ πρὸς τὸν Υἱὸν λέγοιτ' ἄν. Καὶ ὄντως ηὐφράνθη, καὶ ἠγαλλιάσατο Δαβὶδ, θεασάμενος καὶ μετὰ θάνατον τὸ τῆς D θείας ἐνανθρωπήσεως μυστήριον. Εἰ γὰρ τὴν ἀχλὺν τῆς σαρκὸς περικείμενος ἔτι, τοῖς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοῖς εἶδεν τὰ μέλλοντα, πολλῷ μᾶλλον ταύτην ἀποθέμενος καθαρώτερον ἑώρα καὶ τηλαυγέστερον. Ἀκολούθως δὲ καὶ ἐπιθυμίαν καρδίας ὑποληψόμεθα τὸν πόθον τοῦ ἰδεῖν τὴν τοῦ Σωτῆρος ἐνανθρώπησιν, ἧς προεῖδε τὸν τύπον. Θέλησιν δὲ τῶν χειλέων, τὸ θέλειν διὰ παντὸς ᾄδειν Θεῷ· καὶ μέντοι καὶ ᾄδει πάντοτε, τοῖς τῶν πιστῶν χείλεσι χρώμενος. Ζωὴν δὲ ᾐτήσατο, καὶ ἔλαβε, πολλάκις κινδυνεύσας ἀποθανεῖν ὑπ' ἐχθρῶν, καὶ δι' εὐχῆς περισωθείς. *Μεγάλη δὲ ἡ δόξα αὐτοῦ ἐν τῷ σωτηρίῳ σου*, τουτέστι, διὰ τὴν παρὰ σοῦ σωτηρίαν· ἐδοξάσθη γὰρ

[64] Psal. VII, 7. [65] I Cor. I, 24. [66] Matth. I, 21.

ἀληθῶς, ὅτι ἐκ τῆς ῥίζης αὐτοῦ ἡ σωτηρία ἡμῶν ἐβλάστησε, καὶ μέγας γέγονεν, καὶ περιβόητος. *Εὐφρανεῖς δὲ αὐτὸν ἐν χαρᾷ μετὰ τοῦ προσώπου σου*, ἀντὶ τοῦ, Τέρψεις αὐτὸν διὰ τοῦ Υἱοῦ σου. Πρόσωπον γὰρ Πατρὸς, Υἱός· φησὶ γάρ· *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα*. Ἐχθροὺς δὲ τοῦ Θεοῦ νοήσεις τοὺς μισοχρίστους Ἰουδαίους, οἷς καὶ τὰ δεινότερα ἐπαρᾶται, καὶ προφητεύει ὅσα καὶ πεπόνθασιν, ὧν τὸ σπέρμα πανωλεθρίᾳ διεφθάρη, δηλαδὴ τῶν σταυρωσάντων τὸν Κύριον. Οἱ γὰρ ἐν ταῖς διασποραῖς, διαπεφεύγασιν ἐκεῖνον τὸν ὄλεθρον. *Θήσεις δὲ αὐτοὺς ὡς κλίβανον πυρὸς ἐν τῷ καιρῷ τοῦ προσώπου σου*, δηλαδὴ τοῦ Υἱοῦ σου, καθὼς εἰρήκαμεν. Μετὰ γὰρ τὴν ἐπιδημίαν αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ πεπόνθασι, καὶ ἤρξαντο κατ' αὐτῶν φύεσθαι τὰ δεινὰ, ἀφ' οὗ Χριστὸς εἶπεν αὐτοῖς· *Ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία*. — *Ἐν δὲ τοῖς περιλοίποις σου*, τουτέστι τοῖς ἐξ αὐτῶν πεπιστευκόσιν εἰς σὲ τὸν Υἱὸν, καὶ ὑπολειφθεῖσιν. *Ἑτοιμάσεις*, ἤγουν κοσμήσεις, καὶ δοξάσεις τὸ γένος αὐτῶν· δόξα γὰρ τοῖς Ἑβραίοις τέως, ὅτι πατέρες τῶν ἀποστόλων γεγόνασιν, εἰ καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἄδοξοί εἰσι καὶ φευκτοί. Ἁρμόζομεν τὸν ψαλμὸν τοῦτον καὶ τῷ βασιλεῖ ἡμῶν κατὰ τῶν Βαρβάρων, ὡς καὶ τὸν πρὸ τούτου.

culis fuerit ac morti proximus, et demum precibus suis ad Deum intercedentibus ab eo salvatus sit. *Magna est gloria ejus in salutari tuo*: hoc est, propter salutem illam, quæ a te est. Magnam quippe gloriam assecutus est beatus David, cum ex ejus radice salus nostra pullulaverit: unde major ac celebrior apud omnes effectus est. *Lætificabis autem eum in gaudio cum vultu tuo*; hoc est, delectabis eum per Filium tuum. Vultus enim seu facies Patris, Filius dicitur: *Qui enim vidit me*, inquit, *vidit et Patrem meum* [67]. Per inimicos autem Dei Judæos intellige, Christi inimicos, quibus gravia imprecatur Propheta, prædicens hoc pacto quæcunque postea passuri erant, et quorum semen jam prorsus deletum est; eorum dico, qui Christum crucifixerunt. Nam qui erant jam per orbem dispersi, illi Romanorum flagellum evaserunt. *Pones etiam eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui*, hoc est, in tempore Filii tui, ut jam diximus: quæ res post adventum Christi accidit. Ex illo enim tempore quo dixit Dominus ad Judæos: *Tolletur a vobis regnum* [68], etc., gravia adversus eos in dies cœperunt oriri flagella. *In reliquiis tuis*, hoc est in iis Judæis, qui crediderunt in te Filium Dei, et qui tibi relicti sunt ut fideles. *Præparabis*, hoc est, ornabis, et glorificabis genus eorum. Summa quippe gloria etiam hactenus Judæis est, quod patres apostolorum fuerint: tametsi ipsi per se inglorii sint et abominabiles. Possumus et hunc psalmum regi nostro fideli accommodare, et adversus infideles Barbaros, quemadmodum diximus proxime præcedentem etiam accommodari posse.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως τῆς ἑωθινῆς ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΚΑ'.

Ὁ ψαλμὸς οὗτος φανερῶς εἰς Χριστὸν ἀνάγεται· προαναγορεύει γὰρ τὰ τοῦ προσλήμματος, καὶ τὰ τοῦ σωτηρίου πάθους αὐτοῦ, ἃ τέλος εἰλήφασιν. Ὑπὲρ *τῆς ἀντιλήψεως* δὲ ἐπιγέγραπται, διὰ τὸ περιέχειν ἱκεσίαν, ὑπὲρ τοῦ ἐλθεῖν αὐτῷ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐν τῷ καιρῷ τοῦ πάθους, εἰς ἀντίληψιν ἐνισχύουσαν· *τῆς ἑωθινῆς* δὲ πρόσκειται, ἀντὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ. Ὄρθρος γὰρ οὗτος ὀνομάζεται, ὅ ἐστιν ἡμέρας ἀρχή. Ὄντως γὰρ ἀνέτειλεν ἡμῖν τοῖς ἐν σκότει τῆς πλάνης καθημένοις ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ φῶς γνώσεως. Ἱκέτευε δὲ ὡς ἄνθρωπος, διδάσκων εὔχεσθαι κατὰ τὸν τοῦ θανάτου καιρόν. Φύσει γὰρ τότε καὶ ὁ πάνυ δίκαιος, δειλιᾷ τὸ καινὸν τῆς διαζεύξεως. Τινὲς δὲ νοοῦντες πρόθεσιν ἀντὶ προθέσεως, ἔθος γὰρ καὶ τοῦτο τοῖς παλαιοῖς φασὶ τὸν ψαλμὸν τοῦτον εἶναι *περὶ* τῶν παθῶν τοῦ Χριστοῦ. ταῦτα γάρ ἐστιν ἑωθινὴ ἀντίληψις, ὅτι τότε μᾶλλον ἀντελάβετο ἡμῶν ὁ δηλωθεὶς ὄρθρος, ὅ ἐστι Χριστὸς, θανάτῳ νικήσας τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου.

In finem pro auxilio matutino Psalmus ipsi David.

PSALMUS XXI.

Præsens Psalmus manifestissime ad Christum referendus est, et multa prædicit, quæ ad assumptam carnem et ad salutarem ejus passionem pertinent, et jam finem suum consecuta sunt. *Pro auxilio* autem ideo inscriptum est, quia supplicationem Christi continet, qua passionis tempore a Patre auxilium petiit. Matutinum vero seu etiam, ut Græca dictio sonat, orientale auxilium Propheta Christum appellavit, qui mane atque oriens vocatur, hoc est diei principium. Vere enim nobis Dominus, sedentibus in umbra mortis, non secus ac sol quidam justitiæ ortus est, seu lumen scientiæ. Quod autem supplicat, facit tanquam homo, ut nos orare doceret, in mortis tempore: quandoquidem is etiam qui natura ipsa justissimus est, propter insuetam animæ ac corporis disjunctionem tunc temporis formidat ac perhorrescit. Quidam vero præpositionem *pro*, loco præpositionis *de*, positam esse intelligentes (ut alibi plerumque reperitur), aiunt psalmum hunc de Christi passionibus conscriptum esse. Christi enim passiones significari dicunt, per auxilium matutinum; quia commemorato passionis tempore mane, illud, atque oriens, quod diximus, hoc est. Christus; maximum nobis auxilium præstitit, devicto per mortem propriam, illo tyranno qui mortis antea imperium occupaverat.

Ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου, πρόσχες μοι, ἱνατί ἐγκατέλιπές με· Δειλίας μὲν ἀνθρωπίνης ὁ λόγος·

VERS. 2. *Deus meus respice in me quare me dereliquisti?* Humanæ est formidinis sermo, quo ma-

[67] Joan. XIV, 9. [68] Matth. XXI, 43.

ximæ Dei humanatio confirmatur, quodque verus ac perfectus homo fuerit Christus, et naturali obnoxius timori. *Respice me*, inquit. Solent enim qui carnifici quempiam tradunt, oculos avertere. *Quare dereliquisti me?* inquit. Atqui, nunquam discessit Deus a Jesu, ubi semel Dei Filio et unitus ac junctus est; verum præ summa formidine se derelictum putat. Nisi enim, inquit, tu apud te auxilium tuum continuisses, ego sane mortem non timerem. De hoc Christi timore tradunt etiam Evangelistæ, et quando oravit dicens: *Pater, si possibile est, transeat a me Calix iste*[69]: et quando introducunt eum in cruce, præsentis versiculi verba protulisse, dicentem: *Deus Deus meus, quare dereliquisti me*[70], hoc est, quare in hoc me timore reliquisti, sciens spiritum quidem promptum esse, carnem autem infirmam? Vel quare me morti concessisti, sciens quod ego nihil morte dignum fecerim.

Longe a salute mea verba delictorum meorum. Reatus, inquit, peccatorum meorum procul sunt a salute mea, hoc est, nullo impedimento sunt saluti meæ: *Iniquitatem* enim, inquit alibi Scriptura[71], *nullam fecit;* mors autem est peccantium multa. Vel aliter: Subit Dominus, atque accepit in se totius humanæ naturæ personam, ut cognatæ; et, Quare, inquit, me hominem, hoc est, universam hanc humanam naturam dereliquisti, sinens eam opprimi a morte? et causam infert: Quia nimirum condemnationes meorum scelerum, procul sunt a salute mea. Nam cum his ego pariter elongatus sum a te: quod si apud te essem, servarer sane ab hac morte.

VERS. 3. *Deus meus clamabo die, et non exaudies, et nocte et non ad insipientiam mihi.* Hoc illo die accidit, quando comedit Pascha cum discipulis. Tradunt enim evangelistæ, quod nocte illa oravit. Et verisimile, imo etiam eredendum est, die etiam orasse. Nec mireris quod ultimo loco id posuit quod præcessit [ait enim, *Et non exaudies: et nocte;* cum tamen clamorem nocte factum præponere debuisset, et tunc demum inferre: *Et non exaudies*] hujusmodi enim loquendi modi apud prophetas frequenter conspiciuntur: quod ea nimirum ratione factum est, ne ex se ipsis loqui, sed quomodocunque et quæcunque audiunt, ita ea recitare videantur quemadmodum sanctus Spiritus in ipsis illa insonabat. Et in die, inquit, rogabo, ut transeat a me tempus mortis, et non exaudiar. Novi enim te ob humani generis salutem id facere, pro qua ego etiam incarnatus sum. Quidam per diem et noctem tempus ipsum crucis intelligunt. A sexta enim hora usque ad nonam tenebræ factæ sunt, adeo ut tempus illud et dies et nox merito appellari possit; et intelligunt quod rogaverit Patrem ut dimitteret peccata iis qui eum crucifixerant, et quod exauditus non est, cum illi postmodum funditus exterminati sint: et quod exauditus non sit in causa fuit, quia manifeste illos noverat ejus resurrectionem calumniaturos, et proprium aucturos peccatum.

A πιστοῦται δὲ τοῦτο ἐνανθρώπησιν, ὅτι τέλειος ὢν ἄνθρωπος, καὶ τῷ φυσικῷ ὑπέκειτο φόβῳ. *Πρόσχες μοι*· εἰώθασι γὰρ οἱ παραχωροῦντές τινα δημίοις, ἀποστρέφειν τὰς ὄψεις ἑαυτῶν. *Ἱνατί ἐγκατέλιπές με;* καὶ μὴν οὐδέποτε διέστη ἀπ' αὐτοῦ, ἅπαξ ἑνωθέντος τῷ Υἱῷ καὶ Θεῷ· ἀλλ' ἐγκαταλελεῖφθαι λέγει, διὰ τὴν δειλίαν. Εἰ γὰρ μὴ σὺ, φησὶν, τὴν παρὰ σοῦ βοήθειαν ἐπέσχες, οὐκ ἂν ἐγὼ τὸν θάνατον ἐδειλίασα. Περὶ ταύτης δὲ τῆς δειλίας καὶ οἱ εὐαγγελισταὶ διεξίασιν, ὅτι καὶ προσηύξατο παρελθεῖν τὸ τοῦ θανάτου ποτήριον. Καὶ αὐτὸ δὲ εἶπε τοῦτο ψαλμοῦ ῥητὸν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ· *Θεέ μου, Θεέ μου, ἱνατί με ἐγκατέλιπες;* Ἤγουν, ἱνατί ἐγκατέλιπες εἰς δειλίαν, εἰδὼς ὅτι τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ, ἀσθενής; ἢ, Διατί με παρεχώρησας τῷ
B θανάτῳ, γινώσκων, ὅτι οὐδὲν ἥμαρτον ἄξιον θανάτου;

Μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας μου οἱ λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου. Αἱ γὰρ εὐθύναι τῶν ἁμαρτιῶν μου, πόῤῥω εἰσὶ τῆς σωτηρίας μου, τουτέστιν, οὐκ ἐμποδίζουσιν αὐτῇ διὰ τὸ μηδ' ὅλως εἶναι αὐτάς. *Ἀνομίαν* γὰρ, φησὶν, *οὐκ ἐποίησε.* Τῶν ἁμαρτανόντων δὲ ὁ θάνατος ἐπιτίμιον. Ἢ καὶ ἄλλως, τὸ πρόσωπον τῆς ὅλης τῶν ἀνθρώπων φύσεως, ὡς συγγενής ἡμῶν, ὑποδύεται, καὶ, Διατί με, φησὶ, τὸν καθόλου ἄνθρωπον κατέλιπες ἀποθνήσκειν; Εἶτα ἐπιφέρει καὶ τὴν αἰτίαν· Ὅτι μεμάκρυνται σωτηρίας
C αἱ καταδίκαι μου· αἷς ἄρα κἀγὼ συναπομεμάκρυσμαι. Εἰ γὰρ ἤγγιζον, ἐσωζόμην ἂν ἀπὸ τοῦ θανάτου.

Ὁ Θεός μου, κεκράξομαι ἡμέρας, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ· καὶ νυκτὸς, καὶ οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί. Τοῦτο γέγονε, καθ' ἣν ἡμέραν ἔφαγε τὸ Πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν· ὅτι γὰρ ἐν τῇ νυκτὶ τότε προσηύχετο, δεδηλώκασιν οἱ εὐαγγελισταί· δῆλον δὲ ἐντεῦθεν, ὅτι καὶ πρὸ τῆς ἑσπέρας ηὔξατο. Μὴ ξενίζου δὲ, πῶς τὸ πρῶτον τέθεικεν ὕστερον. Τοιαῦτα γὰρ ἐν πολλοῖς τὰ προφητικά. Ἡ δ' αἰτία, ἵνα μὴ δοκοῖεν οἴκοθεν λαλεῖν, ἀλλὰ ἃ καὶ ἂν ὡς ἀκούσειεν ὑπὸ τοῦ ἐνηχοῦντος Πνεύματος. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ, φησὶ, παρακαλέσω παρελθεῖν τὸν τοῦ θανάτου καιρὸν, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ
D μου. Καὶ ἐν τῇ νυκτὶ πάλιν ὁμοίως, πλὴν οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοὶ τὸ, πῶς εἰσακούσῃ. Νενόηκα γὰρ ὅτι διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων, ἧς ἕνεκα καὶ σεσάρκωμαι. Τινὲς δὲ ἡμέραν καὶ νύκτα, τὸν καιρὸν τῆς σταυρώσεώς φασιν. Ἀπὸ γὰρ ὥρας ἕκτης ἕως ὥρας ἐνάτης σκότος ἐγένετο, ὡς λέγεσθαι τὴν ἡμέραν ταύτην, ἡμερονύκτιον· ὅτε καὶ ἀφεθῆναι τοῖς ἐσταυρωκόσι τὴν ἁμαρτίαν παρεκάλεσεν μὲν, οὐκ εἰσηκούσθη δὲ, πανωλεθρίᾳ παραδοθέντων. Τοῦτο δὲ αἴτιον, εἰδέναι σαφῶς, ὅτι ἔμελλον συκοφαντῆσαι τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ, καὶ αὐξῆσαι τὴν ἁμαρτίαν.

[69] Matth. XXVI, 39. [70] Matth. XXVII, 46. [71] Isa. LIII, 9.

Σὺ δὲ ἐν ἁγίῳ κατοικεῖς, ὁ ἔπαινος τοῦ Ἰσραήλ. A Ἅγιον καλεῖ τὸν ἡνωμένον ἑαυτῷ Υἱὸν καὶ Θεόν. Καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ δὲ, φησίν· *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί.* Ἔπαινος δὲ τοῦ Ἰσραὴλ, ὁ Πατὴρ, ὅτι Ἰουδαῖοι τὴν θεογνωσίαν μόνον ἐνεκαυχῶντο μὴ ποιοῦντες κρῖμα καὶ δικαιοσύνην, μηδ' ἔχοντες ἀρετήν. Διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, ὅτι Κατοικεῖς ἐν τῷ Υἱῷ, ἔδειξεν, ὅτι θέλει καὶ ὁ Υἱὸς τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων, καὶ οὐκ ἀποσείεται τὸν θάνατον τοῦ προσλήμματος· ἓν γὰρ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ θέλημα.

VERS. 4. *Tu autem, Domine, in sancto habitas, laus Israel.* Per sanctum, Filii personam intelligit, humanæ conjunctam naturæ. *Ego* enim, inquit, *in Patre et Pater in me est* [73]. Laus igitur populi Israel, Deus Pater est, qui habitat in Filio. Judæi quippe, solos se cognoscere Deum gloriabantur, tametsi nec judicium facerent, nec justitiam, nec virtutum semitas sectarentur. Iis autem verbis quibus Patrem ait habitare in Filio, demonstrat quod Filius et salutem hominum optaverit, et assumpti corporis mortem non recusaverit. Una enim atque eadem est Patri Filioque voluntas.

Ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν οἱ πατέρες ἡμῶν· ἤλπισαν, καὶ ἐῤῥύσω αὐτούς· πρὸς σὲ ἐκέκραξαν, καὶ ἐσώθησαν· ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν, καὶ οὐ κατῃσχύνθησαν. Ζεύγνυσιν ἑαυτὸν τοῖς ἐπηρεαζομένοις, καί φησιν, B ὡς οἱ κατὰ σάρκα πατέρες ἡμῶν, οἱ πρὸ τῆς ἐμῆς ἐπιδημίας ἐν τῷ βίῳ λάμψαντες, ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν, καὶ βοήσαντες, ἐῤῥύσθησαν τῶν κινδύνων. Ἐκείνους οὖν κἀγὼ μιμούμενος, ὡς ὅμοιος αὐτοῖς, ὁμοίως καὶ αὐτὸς ποιοῦμαι τὴν δέησιν. Σύνηθες δὲ τῷ Προφήτῃ τὰς λέξεις πολλάκις ἀναδιπλοῦν, καὶ τριπλοῦν, εἰς ἔμφασιν τοῦ τόνου τῆς καρδίας. Λύτρωσιν δὲ κινδύνου λέγουσιν οἱ σοφοὶ τὰ θεῖα, οὐ μόνον ἐπὶ σώματος, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ ψυχῆς, ὅταν γενναίως ἐνεγκοῦσα τὰς ὀδύνας, μηδὲν ἐντεῦθεν πάθῃ περὶ τὴν πρόθεσιν. Οὕτω γὰρ οἱ μάρτυρες ἀναιρεθέντες, νενικηκέναι λέγονται διὰ τὸ ἀήττητον τῆς ψυχῆς.

VERS. 5. *In te speraverunt patres nostri, speraverunt et liberasti eos, ad te clamaverunt et salvati sunt, in te speraverunt et non sunt confusi.* Seipsum cum afflictis conjungit, atque ait: Quemadmodum patres nostri secundum carnem, qui ante meum adventum, in hac vita clari fuere speraverunt in te, et clamantes ad te in periculis, ex iis liberati sunt: ita ego illos imitatus, ac veluti illorum similis, similes etiam ad te effundam preces. Est autem prophetarum mos, ut ad majorem emphasim, atque ut intensionem cordium suorum melius declarent, dictiones ac sententias plerumque repetant et inculcent. Per liberationem autem a periculis, ii qui in sacris Scripturis docti ac diu versati sunt, non corporis solum, verum animæ magis liberationem intelligunt: quando scilicet anima dolores omnes ac supplicia generose ferens nihil illinc in suo læditur proposito. Hoc pacto sanctos martyres, tametsi occisi fuerint, vicisse dicimus, et liberatos esse, propter invictam nimirum animæ fortitudinem.

Ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος (79). C Τοῦτο εἶπε, ταπεινῶν ἑαυτόν. Καὶ Δαβὶδ γὰρ ὁ προφήτης καὶ βασιλεὺς, κύνα τεθνηκότα καλεῖ ἑαυτὸν ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Βασιλειῶν. Εἰ δ' ὁ ἀναμάρτητος Ἰησοῦς οὕτως ἑαυτὸν φαυλίζει, τί ἂν ἡμεῖς οἱ ἁμαρτωλοὶ καὶ φαῦλοι ποιήσωμεν; Φασὶ δέ τινες, ὅτι τὴν ἀσυνδίαστον τοῦτο ῥηθῆναι γέννησιν. Ὡς γὰρ ὁ σκώληξ ἄνωθεν ἐπελθόντος τοῦ ὑετοῦ, τῇ γῇ κυΐσκεται, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, ἄνωθεν ὑπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος τῇ Παρθένῳ, γεγέννηται. Σκώληξ μὲν ἂν λέγοιτο διὰ ταῦτα· ἄνθρωπος δὲ πάλιν, διὰ τὴν ὑπερφυῆ γέννησιν καὶ σύλληψιν. Ἢ καὶ ἄλλως, ὅτι δέλεαρ τοῖς δαίμοσιν ἐφόρει τὴν σάρκα, ὑφ' ἣν τὸ τῆς θεότητος ἐκρύπτετο ἄγκιστρον· δέλεαρ γὰρ ἰχθύων ὁ σκώληξ. Ἐγένετο γὰρ δέλεαρ εἰς ἅλωσιν τοῦ νοητοῦ κήτους, τοῦ τῇ θαλάσσῃ τοῦ παρόντος βίου D ἐννηχομένου. Τῷ τῆς θεότητος δὲ ἀγκίστρῳ περιετέθη ἡ ἀνθρωπότης. Ὁ κῆτος τὸ δέλεαρ περιχανὼν, ἀτελὴς μὲν τὸ εἶδος, ἀφανιστικὸς δὲ τῆς ὕλης· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, ἀτελὴς μὲν ἦν τὸ φαινόμενον· ἀφανιστικὸς δὲ, τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως.

VERS. 7. *Ego autem sum vermis et non homo.* Hoc etiam ex persona Christi dicit, se ipsum humiliantis (79). Hoc pacto beatus etiam David, qui alioquin et propheta erat, et rex, canem se mortuum appellabat, ut in libris Regum legimus. Quod si Dominus Jesus qui sine peccato erat, se ipsum adeo vilipendit, quid faciendum nobis est, qui et peccatores et adeo inutiles sumus? Quidam putant verba hujus versiculi, dicta esse propter humanam Christi generationem, quæ absque ulla viri fuit conjunctione: ut hujusmodi verbis illud nobis indicetur, quod quemadmodum vermis e pluvia nascitur desuper in terram veniente, ita et Christus superno sancti Spiritus in Virginem adventu sit generatus. Ob hanc igitur rationem Christus, vermis dicitur, quod alia insuper ratione dicitur etiam, non homo, propter conceptionem illam nimirum et generationem ejus supernaturalem, quæ humanæ generationis ordinem non servavit. Vel aliter: quia vermes in escam piscibus dari solent, dic ea ratione Christum vermem appellari posse, quia ejus caro, sub qua divinitas veluti occultus quidam hamus latebat, instar vermis facta est esca, in capturam intellectualis illius ceti, qui in mari præsentis vitæ versabatur. Nam cum cetus oscitabundus ad illam escam hiaret, latenti illic hamo divinitatis penetratus est. Vel quia vermis tametsi

[73] Joan. x, 38.

Variæ lectiones.

(79) Græca verba ita sonant : *Hoc dixit, seipsum humilians.*

speciе exiguus sit, materia tamen corroaendo delet et ac perdit, ita et Christus licet aspectu ac præsentia exilis videretur, contrarias tamen ac sibi resistentes dæmonum atque aliorum potestates disperdidit.

Opprobrium hominum et neglectio plebis. Hæc verba manifeste prænuntiant ea quæ Passionis tempore Judæi contumeliose adversus Dominum dixerunt, illudentes nimirum et deridentes. Opprobrium autem hominum et neglectionem populi intellige, ut idem significent. Per homines autem hic Romanos milites intellige, et per plebem, populum Judæorum.

VERS. 8, 9. *Omnes videntes me subsannaverunt me; locuti sunt labiis et moverunt caput: Speravit in Domino, eripiat eum, salvum faciat eum, quoniam vult eum.* Hæc apertissime invenies scripta apud Matthæum [73]. Ait enim quod illi qui pertransibant, blasphemabant, moventes capita sua, et alia dicentes, quæ illic sequuntur.

VERS. 10. *Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre.* Viri copula virginalia ventris claustra aperit: immissum enim semen naturaliter vulvam aperit, quæ deinceps conclusum illud continet, donec fœtus perficiatur. Ac demum pondere gravata rursum aperitur, et fœtum labi permittit. In Salvatore autem nostro quemadmodum conceptio absque ulla fuit viri copula, ita et progressio fetus supra naturam exstitit: ipsa scilicet divina vi fœtum extrahente, et virgineis claustris nullatenus apertis.

Spes mea ab uberibus matris meæ. Tu ab ipso, inquit, lacte fuisti spes mea. Ex illo enim tempore cognovi spes meas omnes in uno collocatas esse: edoctus nimirum a divinitate mihi conjuncta. Scribit enim de Christo Lucas [74] quod puer crescebat, atque invalescebat spiritu, et replebatur sapientia, et gratia Dei erat cum illo.

VERS. 11, 12. *In te projectus sum ex utero.* Procuratione tua, inquit, projectus sum ex utero, veluti qui patrem in terra nullum habui.

A ventre matris meæ Deus meus es tu. Statim, inquit, te Deum cognovi, edoctus ab ipsa divinitate ut prædictum est. *A ventre* autem dixit, vel quia in carne erat, vel quia egressus de ventre [hæc autem ex Christi persona dicta sunt. Ego, inquit, Deus quidem sum, et filius æternus, sed postquam mihi carnem in utero virginis creatam assumpsi, ex tunc, o pater, tu Deus meus es.

Ne discesseris a me, quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est, qui adjuvet me. De hoc etiam tradunt evangelistæ, quod *Cœpit tristis ac mœstis esse*, et rursus, quod *discipuli omnes relicto eo fugerunt.*

VERS. 13. *Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me.* Per vitulos plebeiam Judæorum multitudinem intelligit, veluti juventutem omni prorsus regula carentem: per tauros vero, pontifices, scribas et seniores populi, propter

A *Ὄνειδος ἀνθρώπων, καὶ ἐξουθένημα λαοῦ.* Τοῦτο προαγορεύει σαφῶς, ἃ εἰς αὐτὸν πεπαρῳνήκασι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους, ἐμπαίζοντες καὶ χλευάζοντες. Καὶ ταὐτὸν μὲν ἂν εἴη τὸ ὄνειδος ἀνθρώπων, (80) τὸ ἐξουθένημα λαοῦ. Ἢ ὄνειδος μὲν ἀνθρώπων, τῶν ἐκ Ῥώμης στρατιωτῶν· ἐξουθένημα δὲ λαοῦ, τῶν Ἰουδαίων.

Πάντες οἱ θεωροῦντές με, ἐμυκτήρισάν με, ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν, ἐκίνησαν κεφαλήν, Ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον, ῥυσάσθω αὐτόν, σωσάτω αὐτόν, ὅτι θέλει αὐτόν. Ταῦτα σαφῶς εὑρήσεις παρὰ τῷ Ματθαίῳ κείμενα· φησὶ γάρ· *Οἱ δὲ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτόν, κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ λέγοντες*, καὶ τὰ ἑξῆς.

B *Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἐκσπάσας με ἐκ γαστρός.* Ἀνδρὸς μὲν ὁμιλία διαλύει τὰ παρθενικὰ (81) κλεῖθρα τῆς σαρκός· ἀκοντιζόμενον δὲ τὸ σπέρμα, φυσικῶς ἀνοίγει τὴν μήτραν· αὕτη δὲ λοιπὸν μύσασα, συνέχει τοῦτο, μέχρις ἂν εἰς βρέφος τελεσιουργηθῇ· καὶ οὕτω στενοχωρηθεῖσα πάλιν τῷ ὄγκῳ, ἀνοίγεται καὶ παραχωρεῖται τούτῳ διολισθαίνειν. Ἐπὶ δὲ τοῦ Σωτῆρος, ὥσπερ ἄνευ ὁμιλίας ἡ σύλληψις, οὕτω καὶ ἡ πρόοδος τοῦ βρέφους ὑπερφυής, τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως ἑλκυσάσης αὐτό, τῶν κλείθρων μηδαμῶς ἀνοιγέντων.

Ἡ ἐλπίς μου ἀπὸ μαστῶν τῆς μητρός μου. Ἡ ἐλπίς μου ἐξ αὐτῆς θηλῆς. Ἀπὸ τότε γάρ σε ἐγνώριζον, ἐλπίδα μου συνετισθεὶς ὑπὸ τῆς ἑνωθείσης μοι θεότητος. Φησὶ δὲ περὶ τούτου Λουκᾶς·
C *Τὸ παιδίον ηὔξανε, καὶ ἐκραταιοῦτο τῷ πνεύματι, πληρούμενον σοφίας, καὶ χάρις Θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτό.*

Ἐπὶ σὲ ἐπεῤῥίφην ἐκ μήτρας. Τῇ σῇ σκέπῃ ἐπεῤῥίφην, οἷα μὴ ἔχων ἐπὶ γῆς πατέρα.

Ἀπὸ γαστρὸς μητρός μου Θεός μου εἶ σύ. Εὐθὺς σὲ Θεὸν ἐπέγνων, συνετισθείς, ὡς προείρηται. Τὸ δ' *ἀπὸ γαστρός*, ἢ ὅτι ἐν τῇ γαστρὶ (82) ὤν, ἢ ὅτι τῆς γαστρὸς ἐξελθών.

D *Μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι θλίψις ἐγγύς, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ βοηθῶν μοι.* Καὶ περὶ τούτου φασὶν οἱ εὐαγγελισταί, ὅτι, *Ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν.* Καὶ πάλιν· *Τότε οἱ μαθηταὶ πάντες ἀφέντες αὐτόν, ἔφυγον.*

Περιεκύκλωσάν με μόσχοι πολλοί, ταῦροι πίονες περιέσχον με. Μόσχους καλεῖ τὸ δημῶδες πλῆθος τῶν Ἰουδαίων, διὰ τὸ νεώτερον καὶ ἄτακτον· ταύρους δέ, τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς καὶ πρεσβυτέρους τοῦ λαοῦ, διὰ τὸ προβεβηκὸς καὶ ἔξαρχον,

[73] Matth. XXVII, 39. [74] Luc. II, 40.

Variæ lectiones.

(80) Ἴσ. τῷ.
(81) Ἴσ. γαστρός.
(82) Græce γαστρὶ, *ventre*, pro quo Latinus Interpres legisse videtur σαρκί.

οὓς καὶ πίονας λέγει, διότι πολλῶν ἀπήλαυσαν δω- A
ρεῶν αὐτοῦ. Προείρηκεν γὰρ Μωϋσῆς, ὅτι καὶ *Ἔφαγεν Ἰακὼβ καὶ ἐνεπλήσθη, καὶ ἀπελάκτησεν ὁ ἠγαπημένος, ἐλιπάνθη, ἐπλατύνθη, καὶ ἐγκατέλιπε Θεὸν τὸν ποιήσαντα αὐτόν.*

Ἤνοιξαν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν, ὡς λέων ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος. Ὅτε συλλεγέντες ἐβόων· *Ἆρον, ἆρον, σταύρωσον αὐτόν.*

Ὡς ὕδωρ ἐξεχύθη, καὶ διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου. Ὀστᾶ αὐτοῦ τοὺς ἀποστόλους νοήσομεν, ὡς συνέχοντας καὶ στερρεοῦντας τὸ λοιπὸν τῆς Ἐκκλησίας Χριστοῦ· πάντες γὰρ αὐτὸν ἀφέντες, ἔφυγον τηνικαῦτα. Φησὶ γὰρ Ζαχαρίας· *Πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα.* B
Χύσιν δὲ λέγει, τὴν ἀπ' αὐτοῦ κίνησιν αὐτῶν.

Ἐγενήθη ἡ καρδία μου, ὡσεὶ κηρὸς τηκόμενος, ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου. Ἐτάκη δίκην κηροῦ, τῷ πυρὶ τῶν θλίψεων ἐκλυθεῖσα, καὶ τέλεον ἀσθενήσασα. Κοιλίαν δὲ λέγει νῦν, τὸ κοῖλον ὅλον τοῦ σώματος.

Ἐξηράνθη ὡς ὄστρακον ἡ ἰσχύς μου. Τῷ δηλωθέντι πυρὶ παγεῖσα, ἐξικμασθείσης τῆς ἐνεργείας αὐτῆς.

Καὶ ἡ γλῶσσά μου κεκόλληται τῷ λάρυγγί μου. Ὅτε κατηγορούντων τῶν ψευδομαρτύρων αὐτοῦ, οὐδὲν ἀπεκρίνατο, ἀλλ' ἵστατο σιωπῶν· ἢ ὅτε ἐδίψη- C
σεν ἐπὶ τῷ σταυρῷ.

Καὶ εἰς χοῦν θανάτου κατήγαγές με. Χοῦς θανάτου ἐστὶν ὁ τάφος, οἷα δὴ χωννυμένων τῶν θαπτομένων, εἰς ὃν ἑκών με, φησὶ, *κατήγαγες* ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων.

Κύριος κραταιὸς καὶ δυνατὸς, Κύριος δυνατὸς ἐν πολέμοις. Ὁ Κύριός ἐστιν ὃν οἴδατε, ὁ κραταιὸς καὶ δυνατός· εἶτα πάλιν· *Ὁ Κύριος ὁ δυνατὸς ἐν πολέμοις.* Ἡ δὲ ἀναδίπλωσις εἰς ἀναγνώρισιν αὐτοὺς ἄγει· ἅμα δὲ καὶ ἐξυμνεῖ τὴν κατὰ τοῦ τυράννου νίκην, ᾧ πολεμήσας προσβαλόντι καθεῖλε, καὶ τῷ σταυρῷ, καθάπερ δόρατι, κατηκόντισεν.

Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Οἱ ἄρχοντες τοῦ δευτέρου οὐρανοῦ τουτέστι τοῦ στερεώματος, ἀκούσαντες τὰ ῥηθέντα παρὰ τῶν ἀγγέλων, καὶ ἰδόντες, καὶ ὑπερευφρανθέντες διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων, παρέδραμον, τὰ αὐτὰ ἐγκελευόμενοι τοῖς ἄρχουσι τῶν πυλῶν τοῦ πρώτου οὐρανοῦ, τοῦ ὑπὲρ τὸ στερέωμα.

Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης;

A *Quærentium faciem Dei Jacob.* Deus Jacob Deus Pater ab Hebræis putabatur, facies autem Patris, Filius : *Qui vidit me*, inquit, *vidit, et Patrem meum* [4]. Patriarchæ autem Jacob frequentius in Psalmis propheta meminit, ut XII tribuum patris. Vel aliter : Quærentium videre Deum in futuro sæculo, quando *facie ad faciem* illi eum videbunt, ut inquit, Paulus [5], qui digni fuerint ut videant.

Diaplasma. De hoc dictum est in operis exordio.

VERS. 7. *Tollite portas, principes, vestras.* Ex hoc loco Propheta, Salvatoris in cœlum assumptionem prædicit, et angelos, qui ei in terra ministrabant, introducit, cum eo simul ascendere præireque, ac jubere aliis angelis, qui cœlorum aditum serva-
B bant, ut tollerent portas. Ordo autem verborum sic fiat : Vos principes, tollite portas vestras, hoc est, portas, quibus præestis et quarum estis principes. Nec dixerunt : Aperite, sed *Tollite :* summam nimirum gloriæ incomprehensibilitatem illius significantes, qui cœlum erat ingressurus. Per portas autem ipsam custodiam intelligere debemus.

Et elevamini, portæ æternales. Custodia ipsa æterna est, eo quod angeli custodes æterni sunt. Vel ideo æternales dicit, quia ab æterno nunquam antea apertæ fuerant. Clausis enim januis descenderat Dominus in terram, clam cœlestibus omnibus potestatibus.

Et introibit rex gloriæ. Rex gloriæ Christus dicitur et Dominus gloriæ, veluti qui summam
C assecutus est gloriam, et qui eam aliis præstat, et qui aliorum omnium qui gloriam assecuti sunt, Rex est et Dominus.

VERS. 8. *Quis est iste rex gloriæ?* Introducit propheta portarum principes ad hæc verba dubitare, veluti, qui solum Deum scirent esse Regem gloriæ, quem in tribus personis, super cœlestia habitare loca arbitrabantur. Vel aliter : carnis ac corporis amictus eos fecit obstupescere, quocirca interrogant, et vicissim audiunt :

Dominus fortis et potens, et Dominus potens in prœliis. Dominus hic est, inquiunt, ille, quem nostis, fortis ac potens ; ac rursus : *Dominus potens in prœliis.* Hac autem replicatione ad majorem illos cognitionem adducunt, ac pariter victo-
D riam, quam retulerant Dominus de tyranno, quem in certamine devicerat : et cruce, quasi hasta quadam, jaculatus transfixerat.

VERS. 9. *Tollite portas, principes, vestras, et elevamini portæ æternales, et introibit Rex gloriæ.* Principes portarum secundi cœli, hoc est, firmamenti, auditis iis, quæ a præeuntibus angelis dicta fuerant, summo gaudio ac lætitia affecti, et de humani generis salute exsultantes, statim præcucurrerunt, eadem et ipsi mandantes aliis principibus primi cœli, hoc est supra firmamentum.

VERS. 10. *Quis est iste Rex gloriæ?* Eodem

[4] Joan. XIV, 9. [5] I Cor. XIII, 12.

modo isti dubitant, atque ideo eadem interrogant, et audiunt :

Dominus potestatum ipse est Rex gloriæ. Dominus, inquit, potens qui aliis potentiam præstat. Vel, qui potestatibus imperat : hic, inquam, ille est, quem annuntiamus esse Regem gloriæ. Scire oportet quod Judæi tam præsentem psalmum, quam proxime superiorem, congruere dicunt illis Judæis, qui captivi fuerunt in Babylone. Et priorem quidem, quasi in eorum reditu, jucunda narrare, hunc autem ob tristia quæ captivi patiebantur consolari eos, ac docere, ne locum illum Babylonis ægre ferrent, cum omnis terra Dei sit, et possit unusquisque, ubicunque gentium fuerit, placere Deo. Verum convincuntur hujusmodi interpretes manifeste decipi, vel ex ipso psalmorum ordine, cum alioquin ille post præsentem potius collocari debuisset, veluti ea annuntians, quæ post captivitatem accidissent : non solum ex ordine, sed ex ipsis dictis. Ostendant enim illi nobis, quæso, ubi misericordia cum eis per totam vitam permansit ut in præsenti habetur psalmo, et quasnam æternales portas haberet Jerusalem, quæ hic nominantur, ne cætera alia omnia commemorem.

Psalmus ipsi David.

PSALMUS XXIV.

Quidam dicunt beatum David conscripsisse hunc psalmum in supplicationis atque orationis speciem ad Deum : eumque omnibus inter calamitates atque angustiam, Deum invocantibus, congruere : ac docere quomodo supplicare debeamus. Nihil tamen vetat, quin dici possit beatus David pro seipso eum præcipue protulisse cum ab inimicis oppugnaretur.

VERS. 2. *Ad te, Domine, levavi animam meam.* Levavi, hoc est elevavi, erexi, a terrenis nimirum eam rebus attollens, in quibus nulla mihi est salus.

Deus meus, in te confido, non confundar in sæculum. Vel præsens dicit sæculum, vel futurum : vel In sæculum non confundar, pro, nunquam.

VERS. 3. *Neque irrideant me inimici mei.* Quicunque illi sint, visibiles vel invisibiles. Irridebunt autem, si superaverint me.

Etenim universi qui te sustinent, non confundentur. Sustinent posuit pro *exspectant*, ut plerisque in locis facit ; ita enim interpretatur Aquila. Nam qui te adjutorem susceperit, non confundetur.

VERS. 4. *Confundantur inique agentes supervacue.* Alii casu quopiam, aut infortunio inique agunt, alii ob naturæ infirmitatem. Quicunque igitur alias ob causas transgrediuntur, ii supervacue inique agere dicendi sunt, hoc est nulla ratione, sed præ summa malitia, quales erant visibiles atque invisibiles inimici, qui adversum beatum David pugnabant. Sine causa enim atque inaniter pugnatur cum eo, qui nullam alteri injuriam infert.

A Ὁμοίως ἀποροῦσι κἀκεῖνοι, καὶ τὰ αὐτὰ πυνθάνονται καὶ ἀκούουσι·

Κύριος τῶν δυνάμεων, αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Ὁ δυνατὸς Κύριος, ὁ χορηγὸς τῶν δυνάμεων· ἢ καὶ δεσπότης τῶν δυνατῶν, αὐτός ἐστιν ὁ καταγγελλόμενος παρ' ἡμῶν βασιλεὺς τῆς δόξης. Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὡς οἱ Ἑβραῖοι καὶ τὸν παρόντα ψαλμὸν, καὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ, τοῖς ἐν Βαβυλῶνι αἰχμαλώτοις αὐτὸν προσάπτουσιν· ἐκεῖνον μὲν, κατὰ τὴν ἐπάνοδον αὐτῶν, χαρμόσυνα διηγούμενον· τοῦτον δὲ, παραμυθούμενον τὰ ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ λυπηρὰ, καὶ διδάσκοντα, μὴ δυσχεραίνειν τῷ τόπῳ, οἷα πάσης γῆς τοῦ Θεοῦ οὔσης, καὶ δυναμένου παντὸς ἐν παντὶ τόπῳ εὐαρεστεῖν τῷ Θεῷ· ἐλέγχονται δὲ προδήλως καὶ ἀπὸ τῆς τάξεως· ἢ γὰρ ἂν B ἐκεῖνος μετὰ τοῦτον ἐτάγη, ὡς τὰ μετὰ τὴν ἐπάνοδον τῶν αἰχμαλώτων εὐαγγελιζόμενος· ναὶ μὴν καὶ ἀπὸ τῶν ῥητῶν· ποῦ γὰρ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ παρέμεινεν ἐν αὐτοῖς ἄχρι ζωῆς ὅλης, ὡς ὁ πρὸ τούτου λέγει ψαλμός; ποίας δὲ πύλας αἰωνίους ἔχει τὰ Ἱεροσόλυμα, καθὼς ὁ παρών φησιν; ἵνα τ' ἄλλα παρήσωμεν·

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΚΔ'.

Τινὲς λέγουσι γράψαι τὸν Δαβὶδ τουτονὶ τὸν ψαλμὸν ἱκέσιον, ἁρμόζοντα πᾶσι τοῖς ἐν ἀνάγκαις ἐπικαλουμένοις, καὶ διδάσκοντα πῶς δεῖ ποιεῖσθαι τὴν C δέησιν· οὐδὲν δὲ κωλύει προηγουμένως ὑπὲρ ἑαυτοῦ τοῦτον ἐκφωνῆσαι, πολεμουμένου παρ' ἐχθρῶν, οἷα τὰ ἐκείνου.

Πρὸς σὲ, Κύριε, ἦρα τὴν ψυχήν μου. Ἦρα, ὕψωσα, τῶν γηΐνων ἀποσπάσας αὐτὴν, ἀφ' ὧν οὐκ ἔστι μοι σωτηρία.

Ὁ Θεός μου, ἐπὶ σοὶ πέποιθα, μὴ καταισχυνθείην εἰς τὸν αἰῶνα. Ἢ εἰς τὸν παρόντα, ἢ εἰς τὸν μέλλοντα· ἢ εἰς τὸν αἰῶνα, ἀντὶ τοῦ, μέχρι πολλοῦ, καὶ ἀεί.

Μηδὲ καταγελασάτωσάν με οἱ ἐχθροί μου. Ἢ αἰσθητοὶ, ἢ νοητοί. Καταγελάσουσι μὲν γὰρ, εἰ νικήσουσί με.

D *Καὶ γὰρ πάντες οἱ ὑπομένοντές σε, οὐ μὴ καταισχυνθῶσιν.* Ὑπομένοντες, ἀντὶ τοῦ, ἀναμένοντες· τοῦτο γὰρ ἡ λέξις ἐν πολλοῖς παρὰ τοῦ Δαβὶδ βούλεται σημαίνειν, ὡς καὶ ὁ Ἀκύλας ἡρμήνευσεν· ὁ γάρ σε βοηθὸν ἀπεκδεχόμενος οὐ καταισχυνθήσεται.

Αἰσχυνθήτωσαν οἱ ἀνομοῦντες διακενῆς. Οἱ μὲν, ἐκ περιστάσεως ἀνομοῦσιν· οἱ δὲ, ἐκ φυσικῆς ἀσθενείας· ὅσοι δὲ μὴ διὰ ταύτας ἀνομοῦσι τὰς αἰτίας, οὗτοι διακενῆς ἀνομοῦσι, τουτέστιν ἄνευ λόγου, ὑπὸ τῆς ἄγαν κακίας ἐξαμαρτάνοντες, ὁποῖοι ἦσαν οἱ πολεμοῦντες αὐτῷ, εἴτε ὁρατοὶ, εἴτε ἀόρατοι· μάτην γὰρ ἐπολέμουν τῷ μηδὲν αὐτοὺς ἀδικήσαντι.

Τὰς ὁδούς σου, Κύριε, διαγνώρισόν μοι, καὶ τὰς τρίβους σου δίδαξόν με. Τὸ αὐτὸ δι' ἀμφοτέρων λέγει τῶν ῥητῶν, ὡς εἰώθει ποιεῖν ἐν πολλοῖς, ἐμφαίνων τὴν τάσιν τοῦ πόθου τῆς καρδίας. Ὁδοὶ δὲ καὶ τρίβοι, πάντα τὰ ἀρεστὰ τῷ Θεῷ, δι' ὧν βαδίζει πρὸς Θεὸν ἀπλανῶς ὁ ταῦτα πράττων. Εὔχεται δὲ παρὰ Θεοῦ διδαχθῆναι τὰ τοιαῦτα διὰ τὴν ἀκρίβειαν· οἱ γὰρ ἄξιοι θεόθεν τὰ πρακτέα μανθάνουσι. Τινὲς δὲ ὁδοὺς καὶ τρίβους τὰς οἰκονομίας τῶν πραγμάτων λέγουσιν, αἷς ἡ θεία πρόνοια ἐπιπορεύεται, ζητοῦντος τοῦ Προφήτου μαθεῖν, πῶς διακυβερνῶνται τὰ πάντα, ἵνα τῇ πρακτικῇ καὶ τὴν θεωρητικὴν προσλάβηται. Καὶ ὁδοὺς μὲν, τὰς καθολικωτέρας· τρίβους δὲ, τὰς μερικωτέρας. Ἄλλοι δὲ ὁδοὺς καὶ τρίβους φασὶ τὰς ἐντολὰς, ἃς ἐν βίβλῳ μαθὼν, καὶ ἐν ἔργῳ μαθεῖν ηὔχετο, ἵνα παρὰ Θεοῦ ταύτας πράττειν ἀναγκασθεὶς, καὶ πείρᾳ γνοίη ἃ λόγῳ μόνῳ ἐγίνωσκε.

A *Vias tuas, Domine, demonstra mihi, et semitas tuas edoce me.* In his duobus versiculis eamdem ubique dicit sententiam, ut sæpenumero facere solet, cum desiderii atque affectus sui intensionem cupit demonstrare. Viæ autem et semitæ Dei sunt omnia quæcunque ei placent. Per eas enim securus, nec jam amplius vagabundus incedit, qui quæ Deo placita sunt perficit. Rogat Propheta edoceri se a Deo ea diligenter, quia qui id promerentur a Deo omnia addiscunt, quæ agenda sunt. Quidam per vias et semitas, dispensationes atque administrationes rerum esse intelligunt, ad quas divina se extendit providentia, ita ut quærere a Deo Prophetam his verbis intelligamus, quonam modo omnia gubernentur: ut per actiones nimirum B contemplatio diligentior consequatur. Et per vias quidem universaliora, per semitas vero magis particularia intelligit mandata; quæ omnia tametsi in libris divinis ante didicisset, optat tamen reipsa, atque operationibus melius addiscere, ut coactus quodammodo a Deo ea operari, experimento deinceps cognoscat, quod sola prius ratione didicerat.

Ὁδήγησόν με ἐπὶ τὴν ἀλήθειάν σου. Ἵνα μὴ πλανῶμαι λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις, ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων αἱρούμενος.

VERS. 5. *Deduc me in veritatem tuam.* Ne humanis cogitationibus seducar, alia pro aliis eligendo.

Καὶ δίδαξόν με, ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς ὁ σωτήρ μου. Καὶ μὴν ᾔδει αὐτὸν Θεὸν αὐτοῦ· ἀλλ' ἔργῳ καὶ τοῦτο ζητεῖ μαθεῖν· μαθήσεται δὲ ἐν τῷ ῥυσθῆναι τῶν πολεμίων. Τότε γὰρ ἀναντίῤῥητος ἡ ἀπόδειξις, ὅτι ἐπ' αὐτῷ μόνῳ πεποιθὼς, ἐῤῥύσθη παραδόξως, μηδενὸς ἀνθρώπων βοηθήσαντος.

Et doce me quod tu es Deus salvator meus. Atqui Deum suum eum esse sciebat, et tamen adhuc doceri cupit: tunc autem addiscet, quando ab inimicis fuerit liberatus. Nam tunc sine controversia manifeste demonstrabitur, quod in solius Dei auxilio fretus, liberatus sit, præter omnium opinionem, nullo hominum illi opem ferente.

Καὶ σὲ ὑπέμεινα ὅλην τὴν ἡμέραν. Ἔργῳ, καθὼς εἶπον, δίδαξόν με, ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς, ὁ σώζων με, καὶ ὅτι σὲ ὄντως ἐνέμεινα, καὶ προσεδόκησα βοηθὸν, καὶ οὐκ διεψεύσθην. Τὸ δὲ, *ὅλην τὴν ἡμέραν*, ἀντὶ τοῦ, διαπαντὸς, τίθησιν ἐν πολλοῖς ὁ Προφήτης, ὥσπερ καὶ τὸ, *εἰς τὸν αἰῶνα*. Καὶ ἄλλως δὲ, ὅλην τὴν ἡμέραν τὴν ὅλην αὐτῶν ζωὴν λέγουσιν Ἑβραῖοι· τῆς γὰρ νυκτὸς ὑπνοῦντες, οὐ δοκοῦσι ζῆν. Ἀλλ' οὕτως μὲν καθ' ἱστορίαν ἀνηρμήνευται τὸ ῥητόν. Δύναται δὲ καὶ περὶ τοῦ Χριστοῦ νοεῖσθαι κατ' ἀναγωγὴν, οἷα προϊδόντος τοῦ Προφήτου τὴν ἐνανθρώπησιν αὐτοῦ τοῖς πνευματικοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ παρακαλοῦντος μαθεῖν τρανώτερον, ὁποίας ὁδοὺς καὶ τρίβους σαρκωθεὶς ἔλθῃ. Ἀλήθεια δὲ τοῦ Χριστοῦ, ἡ διδασκαλία αὐτοῦ, ἣν καὶ αὐτὸς εὔχεται μαθεῖν· φησὶ γὰρ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· *Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια*· καὶ πάλιν· *Ἐγὼ τὴν ἀλήθειαν λέγω ὑμῖν*. Δίδαξόν με, φησὶν ὁ Προφήτης, ταύτην, εἶτα στικτέον, καὶ ἀπὸ ἄλλης ἀρχῆς τὸ ἐπαγόμενον ἀναγνωστέον, οἷον· Ταῦτά με δίδαξον. Καὶ σὺ εἶ ὁ Θεὸς ὁ Σωτήρ μου, καὶ πεπληροφόρημαι περὶ τούτου. Ἰησοῦς γὰρ ὁ σωτὴρ ἑρμηνεύεται, καὶ ὄντως ἔσωσεν αὐτὸν, εἰς ᾅδου κατελθὼν ὁ Σωτὴρ, ἐξάγων ἐκεῖθεν. Σὲ οὖν, φησὶ, καὶ ἀεὶ προσδοκῶ, καὶ οὐκ ἀπελπίζω.

C *Et te sustinui tota die.* Re ipsa ac factis, ut dixit, inquit, doce me, quod tu es Deus, qui salvas me, et quod te vere sustinui, ac adjutorem exspectavi, et deceptus non sum. Quod vero ait: *Tota die*, sæpenumero Propheta ponit pro *semper*, quemadmodum et illa verba: *In sæculum*. Vel aliter: Hebræi, *tota die*, ponunt, pro toto vitæ tempore. Noctu enim cum dormimus, vivere non videmur. Hæc autem juxta historiæ sensum dicta sunt. Juxta anagogem, possunt hæc de Christo intelligi, cujus incarnationem ipsis quasi oculis spiritus, prævidens Propheta, et melius tamen intelligere cupiens, rogat verius, ac sincerius sibi vias illas, ac semitas demonstrari, per quas incarnandus Deus erat incessurus. Veritas etiam Christi doctrina ejus est, D quam addiscere optat Propheta: *Ego enim*, inquit, *veritas sum*[6]; et alibi: *Veritatem dico vobis*[7]. Doce igitur me, inquit, veritatem hanc; post quæ verba, statim sistendum est: et quod deinceps sequitur, quasi aliud principium per se legendum, hoc pacto: Tu, inquit, Deus, hæc doce me: tu enim es Salvator meus, quemadmodum vel tuo edoctus sum nomine; Jesus quippe diceris quod nomen *Salvator* interpretatur; et vere Prophetam nostrum Jesus salvavit, quando in infernum descendens, illinc eum duxit. Te igitur, inquit, semper exspecto, et non despero. [Advertendum est tamen, quod juxta hujusmodi sensum non legendum est: *Doce me quod tu es Deus* meus, sed: *Doce me quia tu es Deus* meus. Græca enim dictio ὅτι utramque habet significationem.]

[6] Joan. XIV, 6. [7] Joan. XVI, 7.

Vers. 6. *Reminiscere miserationum tuarum, Domine, et misericordiarum tuarum quæ a sæculo sunt*: Memento, inquit, quod a sæculo, hoc est, semper et natura tua, misericors es, et miserator [et quia in lectione Græca dictio, *misericordiarum*, est in quarto casu, *misericordias* scilicet]; annota indifferentem verbi hujus constructionem apud LXX, tam cum secundo quam cum quarto casu: vel fortassis ea ratione id factum est, quia antiqui licentius casum ponebant pro casu, ut sæpenumero factum invenimus. Illud autem adverte, quod verba hæc ad Deum, non ut ignarum aut obliviosum dicta sunt: sed quia ignorare videtur Deus atque oblivisci, quando ad defensionem, aut in auxilium nostrum tardius venit.

Vers. 7. *Delicta juventutis meæ, et ignorantias meas ne memineris.* Considera quomodo beatus David perfectior admodum effectus, pro delictis supplicet a se in juventute commissis: et nos tamen hujuscemodi, hæc minime cogitamus. Sed quare non supplicavit pro scienter a se commissis peccatis? quia scilicet quæ ignoranter commissa sunt, sola oratione delentur, ista vero majori indigent pœnitentia [factis nimirum, atque operibus].

Secundum misericordiam tuam memento mei tu. Quemadmodum misericordia tua multa est, ita et tu in multa misericordia memento mei. Vel in misericordia tua memento mei hoc est, ut miserearis, non ut punias.

Propter bonitatem tuam Domine. Quia natura, inquit, bonus es, tametsi præter voluntatem tuam ob peccata nostra etiam punias.

Vers. 8, 9. *Bonus et rectus Dominus.* Bonus quidem, ut misericors; rectus autem, tanquam qui delictorum pœnas exigit. Rectum enim hic in judicando intelligit.

Propter hoc legem dabit delinquentibus in via, diriget mansuetos in judicio. Quoniam misericors est, et rectus, legem dabit peccatoribus, hoc est peccatores legi subjiciet, et castigabit delinquentes in via, hoc est, in hac vita: quam ideo viam appellat, quia omnes per eam, non secus, ac per viam transeunt. Diriget autem mansuetos, ne seducantur. In judicio, hoc est jure merito, siquidem digni sunt qui dirigantur. Aliter etiam verbum νομοθετήσει intelligi potest, hoc est Legem statuet peccatoribus. Ad æquissimum autem legislatorem pertinet leges ferre, quibus non tam puniantur, qui peccant, quam dirigantur. Hæc etiam juxta anagogem ad Christum referri possunt, qui peccatoribus illam viam statuit, qua ipse gradiebatur: ut per eam incedentes amplius non peccent; quique etiam mansuetos direxit, dum beatos eos prædicat, itaque incitat: *Beati* enim, inquit, *mites*[a].

Docebit mites vias suas. Hoc de Christo, ac de ejus discipulis manifeste dictum est: mites enim erant Christi discipuli, veluti qui ei non adversabantur: *Discite a me*, inquit, *quia mitis sum, et humilis corde*[b]. Docuit autem eos Christus vias

[a] Matth. v, 4. [b] Matth. xi, 29.

A *Μνήσθητι τῶν οἰκτιρμῶν σου, Κύριε, καὶ τὰ ἐλέη σου, ὅτι ἀπὸ τοῦ αἰῶνός εἰσι.* Μνήσθητι, ὅτι οἰκτίρμων εἶ καὶ ἐλεήμων, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, τουτέστιν, ἀεὶ καὶ κατὰ φύσιν. *Τὰ ἐλέη* δὲ ἀδιαφόρως κατὰ αἰτιατικὴν πτῶσιν τεθείκασιν οἱ ἑρμηνεῖς, ἢ ὡς καὶ τῆς Ἑβραΐδος λέξεως ἐκείνης τοιαύτην ἐχούσης πτῶσιν, ἢ καὶ ὅτι οἱ παλαιοὶ ἄδειαν εἶχον ἐναλλάττειν τὰς πτώσεις, ὡς ἐν πολλοῖς εὑρήσομεν. Μνήσθητι δὲ, οὐχ ὡς ἐπιλαθόμενος, ἀλλ' ὡς δοκῶν ἡμῖν ἐπιλανθάνεσθαι τούτων, ὅτε βραδύνεις πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀντίληψιν.

Ἁμαρτίας νεότητός μου καὶ ἀγνοίας μου μὴ B *μνησθῇς.* Ὅρα ὅπως καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν νεότητι ἁμαρτημάτων ἱκετεύει, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν ἀγνοίᾳ, ὅτι λοιπὸν τέλειος ἐγένετο, εἰ καὶ ἡμεῖς οὐδὲν τὰ τοιαῦτα λογιζόμεθα. Διατί δὲ καὶ περὶ τῶν ἐν γνώσει οὐ παρεκάλεσεν; Ὅτι ἐκεῖνα μὲν προσευχῇ μόνῃ ἀφανίζονται· ταῦτα δὲ καὶ τῆς πρακτικῆς μετανοίας δέονται.

Κατὰ τὸ ἔλεός σου μνήσθητί μου σύ. Ὥσπερ τὸ ἔλεός σου πολὺ, οὕτως ἐν πολλῷ ἐλέει μνήσθητί μου, τουτέστιν, ἵνα ἐλεήσῃς, οὐχ ἵνα κολάσῃς.

Ἕνεκεν τῆς χρηστότητός σου, Κύριε. Διότι χρηστὸς εἶ φύσει, καὶ εἰ παρὰ φύσιν ἔρχῃ πρὸς τὸ C κολάζειν διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν.

Χρηστὸς καὶ εὐθὺς ὁ Κύριος. Χρηστὸς μὲν, ἐλεῶν· εὐθὺς δὲ, ὡς δίκας ἀπαιτῶν τῶν πλημμελημάτων· εὐθὺς γὰρ νῦν, ὁ ὀρθὸς ἐν τῷ κρίνειν.

Διὰ τοῦτο νομοθετήσει ἁμαρτάνοντας ἐν ὁδῷ, ὁδηγήσει πραεῖς ἐν κρίσει. Ἐπεὶ καὶ ἐλεήμων ἐστὶ καὶ ἀῤῥεπὴς, νομοθετήσει, νόμῳ ὑποθήσει, καὶ τιμωρήσεται τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐν ὁδῷ, ἤγουν ἐν βίῳ. Τοῦτον γὰρ ὁδὸν καλεῖ νῦν, διὰ τὸ πάντας δι' αὐτοῦ φέρεσθαι· ὁδηγήσει δὲ τοὺς πραεῖς, ἵνα μὴ πλανηθῶσιν. Ἐν κρίσει, τουτέστι, μετὰ κρίσεως, ὡς ἀξίους χειραγωγίας. Νοεῖται δὲ καὶ ἄλλως τὸ, Νομοθετήσει, ὅτι Νόμους θήσει τοῖς ἁμαρτάνουσιν. Ἀδιαφόρως δὲ κἀνταῦθα ἡ σύνταξις. Εὐθυτάτου δὲ D τὸ νομοθετεῖν· ὥστε διορθωθῆναι, καὶ μὴ κολασθῆναι τὸν ἁμαρτάνοντα. Ταῦτα δὲ καὶ εἰς Χριστὸν ἀναχθήσονται, ὃς τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐνομοθέτησε διὰ τῆς ὁδοῦ, ἣν καὶ αὐτὸς ὥδευσεν, ὥστε ταύτην ὁδεύοντας μηκέτι ἐξαμαρτάνειν· καὶ ὡδήγησε τοὺς πραεῖς ἐν τῷ μακαρίσαι αὐτοὺς, καὶ οὕτω παραθῆξαι· *Μακάριοι* γὰρ, φησὶν, *οἱ πραεῖς*.

Διδάξει πραεῖς ὁδοὺς αὐτοῦ. Τοῦτο σαφῶς περὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ· πραεῖς μὲν γὰρ οὗτοι γεγόνασιν, ὡς μὴ ἀντιλέγοντες αὐτῷ. *Μάθετε* γὰρ, φησὶν, *ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ.* Ἐδίδαξε δὲ αὐτοὺς τὰς

ὅλους τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας, ὡς αὐτόπτας, καὶ ἑπομένους αὐτῷ.

Πᾶσαι αἱ ὁδοὶ Κυρίου, ἔλεος καὶ ἀλήθεια τοῖς ἐκζητοῦσι τὴν διαθήκην αὐτοῦ καὶ τὰ μαρτύρια αὐτοῦ. Ὁδοὺς ἐνταῦθα τὰς νομικὰς ἐντολὰς νοήσομεν, αἵτινες τοῖς ἐρευνῶσι τὸν γραπτὸν νόμον ἔλεος καὶ ἀλήθειά εἰσι· φαίνονται γὰρ, ὅτι ἐλεῶν τοὺς ἀνθρώπους ὁ Θεὸς ἐνομοθέτησε ταύτας, καὶ ἀληθεύουσιν ἐφ' οἷς λέγουσιν, ὡς καὶ παρὰ ἀληθινοῦ Θεοῦ ταγεῖσαι. Τὸν νόμον δὲ ἐκάλεσεν καὶ διαθήκην καὶ μαρτύρια· διαθήκην μὲν, ὅτι διέθετο αὐτὴν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· μαρτύρια δὲ, ὅτι διεμαρτύρατο ἐν αὐτῷ. Πᾶσαι γὰρ αἱ πορεῖαι τῆς ἐπὶ γῆς ἀναστροφῆς αὐτοῦ ἔλεος καὶ ἀλήθειά εἰσι τοῖς ἐκζητοῦσι τὴν καινὴν διαθήκην αὐτοῦ, δηλαδὴ τοῖς πιστεύουσι τῇ διδασκαλίᾳ αὐτοῦ, καὶ ταῖς ὑπὲρ αὐτοῦ προφητικαῖς μαρτυρίαις. Ἐν ὅλῃ γὰρ τῇ πολιτείᾳ αὐτοῦ εὐεργετῶν ἠλέει, καὶ διδάσκων ἠλήθευσεν.

conversationis suæ, dum nos spectatores et comites sibi esse voluit.

VERS. 10. *Universæ viæ Domini misericordia et veritas exquirentibus testamentum ejus et testimonia ejus.* Per vias hic sola legis mandata intelligimus, quæ iis qui scriptam legem servant, pro misericordia et veritate habenda sunt : cum manifestum sit, Deum misericordia commotum, ea statuisse mandata, et enim vera contineant, ut pote quæ a vero Deo sunt condita. Legem enim et Testamentum appellavit, et testimonia. Testamentum quidem, seu potius, juxta Græci nominis vim, dispositionem : quia illam disposuit ad filios Israel. Testimonia vero, quia in his contestatus est, quæ futura erant [quemadmodum in XVIII psalmo declaravimus. Quod si de Christo intelligamus, facilis est interpretatio]. Omnes enim viæ conversationis Christi in terra, misericordia sunt, et veritas, iisque novum ejus Testamentum exquirunt: hoc est, iis qui doctrinæ ejus crediunt, et testimoniis quæ a Prophetis de eo prædicta sunt. In omni enim vita sua Christus, et benefaciens miserebatur, et docens vera prædicabat.

Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου, Κύριε, καὶ ἱλάσθητι τῇ ἁμαρτίᾳ μου· πολλὴ γάρ ἐστι. Περιττὸς ὁ καὶ σύνδεσμος ἐνταῦθα· ἰδίωμα γὰρ τοῦτο τῶν Ἑβραίων ἐν πολλοῖς. Φησὶν οὖν, ὅτι Διότι ὀνομάζῃ ἐλεήμων καὶ χρηστὸς, διὰ τοῦτο ἱλάσθητι τῇ ἁμαρτίᾳ μου, τῇ πεπαυμένῃ πάντως· πολλὴ γάρ ἐστι, ὅσον εἰς σύγκρισιν ὅσης χρεωστῶ καθαρότητος· καὶ πρὸς τὸν Χριστὸν δὲ λέγοιτ' ἂν, ὅτι ὀνομάζεται ἀμνὸς αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου.

VERS. 11. *Propter nomen tuum, Domine, et propitiare peccato meo, multum est enim.* Superflua est in loco conjunctio, *et*; idioma hoc est etiam linguæ Hebraicæ, quod multis in locis reperitur. Ait igitur : Quia misericors appellaris, et bonus, propter hoc, quæso, propitius esto peccato meo, quod antea commisi ; multum est enim, si ad eam munditiam compararetur, quam præstare debuissem. Ad Christum etiam referri potissimum possunt hæc verba, qui *Agnus Dei* appellatur, *qui tollit peccata mundi.*

Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον; Σπάνιος μέν· εὑρισκομένῳ δὲ οἷαι ἀμοιβαὶ ἐπαγγέλλονται, ἄκουσον.

Νομοθετήσει αὐτῷ ἐν ὁδῷ ᾗ ᾑρετίσατο. Διάφοροι μὲν αἱ ὁδοὶ τῶν σωζομένων, τουτέστιν αἱ πολιτεῖαι· ἡ μὲν γὰρ κοινοβιακή· ἡ δὲ ἀναχωρητική. Καὶ ἡ μὲν πρακτική, ἡ δὲ θεωρητική, καὶ ἄλλη ἄλλως ἔχουσα· πᾶσαι δὲ φέρουσαι εἰς Θεόν· ὁποίαν δ' ἂν ὁ φοβούμενος τὸν Θεὸν ἕληται, ἐν ταύτῃ ὁ Θεὸς διδάσκαλος αὐτῷ γενήσεται τῶν πρακτέων, ὡς ἀνωτέρω δεδηλώκαμεν. Φόβον δὲ Θεοῦ μὴ τὸν ἁπλῶς νοήσῃς, ἀλλὰ τὸν ἐγκάρδιον.

VERS. 12. *Quis est homo qui timet Dominum?* Rarus sane. Quod si quis inveniatur, audi, quæ retributiones ei promittantur :

Legem statuet ei in via, quam elegit. Diversæ enim viæ sunt eorum qui salvantur, hoc est, diversæ vitæ, ac conversationis rationes ; alia enim ratio vitæ est hominum in commune viventium, alia eorum qui solitariam vitam degunt : alii etiam agendi vitam deligunt, alii contemplandi, alii vero aliam : omnes tamen hujuscemodi rationes ad Deum ducunt, et quamcunque sibi elegerit is qui timet Dominum, in ea Dominus illi erit præceptor, et docebit quid agendum sit, ut declaravimus. Timorem vero non simpliciter intellige, sed cordi infixum.

Ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν ἀγαθοῖς αὐλισθήσεται. Ἀποπτᾶσα τοῦ σώματος, ἐν ἐκείνοις ἔσται τοῖς ἀγαθοῖς, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν.

Καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ κληρονομήσει γῆν. Ἐπειδὴ εὐκταία ἦν τοῖς Ἑβραίοις ἡ παιδοποιΐα, καὶ ταῖς ταύτης ἐπαγγελίαις εἰς ἀρετὴν προτρέπεται, ὑπισχνούμενος, ὅτι καὶ παῖδας ἕξει κληρονόμους ἧς εἶχε γῆς· νοεῖται δὲ σπέρμα καὶ ἡ διδασκαλία, καὶ διὰ ταύτης πάλιν οἱ μαθητευθέντες. Λέγει γὰρ, ὡς οὐ μόνον αὐτὸς σωθήσεται, ἀλλὰ καὶ οἱ κατὰ πνεῦμα παῖδες αὐτοῦ τὴν τῶν πραέων κληρονομήσουσι γῆν.

VERS. 13. *Anima ejus in bonis demorabitur.* Soluta enim a corpore, in illis erit bonis, *quæ nec oculus vidit, nec auris audivit* [13], etc.

Et semen ejus hæreditabit terram. Pergrata erat Judæis liberorum procreatio : atque ideo hujusmodi pollicitatione ad virtutem eos pellicit, promittens quod ii, qui Deum timuerint, filios habituri sint, illius terræ hæredes, quam ipsi possidebant. Semen etiam pro doctrina intelligitur, et per illam, ii rursus, qui edocentur : et sensus est, quod non tantum ipse salvabitur, sed quod ii etiam filii, quos juxta eamdem habuerit morum ac spiritus rationem, terræ mansuetorum hæreditatem consequentur.

[13] Isa. LXIV, 4; I Cor. II, 9.

A VERS. 14. *Fortitudo est Dominus timentibus eum.* Talium hominum fortitudo fit Deus, hoc est robur ac murus.

Et testamentum ejus manifestabit eis. Lex, inquit, Domini, eis declarabit, quod Deus est fortitudo timentium se. Ita enim lex omnibus pollicetur. Vel *Testamentum* proponit quocunque divino documento, quod docet quæ agenda sunt; nec tantum quæ agenda, sed ipsa etiam divina mysteria: quod Domini lex iis præstare solet, qui mundi ac puri ad eam accesserint.

VERS. 15. *Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.* Oculos animæ intelligit, quos intentos, inquit, semper habeo ad Deum. Novi enim quod ipse solus pedes meos a laqueis extrahet, et ab invisibilium (92) inimico- B rum insidiis.

VERS. 16. *Respice in me et miserere mei.* Quomodo dicatur Deus respicere, supra in aliis psalmis diximus.

Quoniam unigenitus et pauper sum ego. Sed quare se unigenitum appellat beatus David? nonne multos habuit fratres? verum hac dictione sæpe utitur Propheta, pro solitario seu solo et unico: quasi solus esset, et ab aliis destitutus. Alibi etiam hac dictione abutitur Propheta dicens: *Et de manu canis unigenitam meam* [11]. Pauperem etiam se appellat, veluti mundano omni spoliatum auxilio.

VERS. 17. *Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt.* Cordis tribulationes dicit: quia sive a mali- C gnitate hominum, sive a cogitationibus et ab animi passionibus, afflictiones omnes semper deferuntur ad cor.

De necessitatibus meis erue me. Ab infortuniis, quæ me angunt et vim mihi inferunt.

VERS. 18. *Vide humilitatem meam et laborem meum.* Per humilitatem, juxta historiæ sensum, corporis ac virium infirmitatem intellige, adversus tantam inimicorum potentiam. Sed juxta spiritualem intellectum, summam expone animæ contritionem. Simili modo per laborem, juxta primum sensum, corporis defatigationem intellige quam perpessus est, eum fugiens inimicos, multis in angustiis versaretur; et juxta alterum sensum, laborem eum intellige, quem ex abstinentia, ex stabilitate sua, ex terreno accubitu, atque ex cæteris aliis virtutum operationibus sustinebat.

Et dimitte omnia delicta mea. Præterita nimi- D rum, a quibus postmodum abstinui. Illud autem considera quomodo non solum abstinere oportet a peccatis, sed multa etiam humilitate opus est, et labore ad hoc, ut plene cuipiam peccata remittantur.

VERS. 19. *Vide inimicos meos quoniam multiplicati sunt.* Tam sensibiles, quam intellectuales.

Et odio injusto oderunt me. Neque enim visibiles

A *Κραταίωμα Κύριος τῶν φοβουμένων αὐτόν.* Κραταίωμα τῶν τοιούτων γίνεται ὁ Θεὸς, ἤγουν ἰσχὺς, τεῖχος.

Καὶ ἡ διαθήκη αὐτοῦ δηλώσει αὐτοῖς. Ὁ νόμος αὐτοῦ δηλώσει αὐτοῖς, ὅτι τῶν τοιούτων ὁ Θεὸς κραταίωμα γίνεται· οὕτω γὰρ ὁ νόμος ἐπαγγέλλεται. Ἢ διαθήκην τὴν ἁπλῶς θεόθεν ὑποθήκην νόει, δηλοῦσαν τὸ πρακτέον. Οὐ μόνον δὲ τὸ πρακτέον, ἀλλὰ καὶ θεῖα μυστήρια, ὃ καὶ ὁ νόμος ποιεῖ τοῖς καθαρῶς μετερχομένοις αὐτόν.

Οἱ ὀφθαλμοί μου, διαπαντὸς πρὸς τὸν Κύριον, ὅτι αὐτὸς ἐκσπάσει ἐκ παγίδος τοὺς πόδας μου. Οἱ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὶ, οὓς ἀεὶ τεταμένους, φησὶν, ἔχω πρὸς Θεὸν, οἷα εἰδὼς, ὅτι αὐτὸς μόνος ἐκσπά- B σει τοὺς πόδας μου ἀπὸ βρόχων καὶ τῆς ἐνέδρας τῶν ὁρατῶν ἐχθρῶν, εἰ καὶ ἐμπαρῶσιν.

Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐλέησόν με. Πῶς ἐπιβλέπει ὁ Θεὸς, εἰρήκαμεν προλαβόντως ἐν ἄλλοις ψαλμοῖς.

Ὅτι μονογενὴς καὶ πτωχός εἰμι ἐγώ. Καὶ μὴν πολλοὺς εἶχεν ἀδελφούς· ἀλλὰ μονογενῆ πολλάκις τὸν μεμονωμένον καλεῖ, ὡς μόνον γενόμενον· τοιοῦτον γὰρ ἦν τὸ, *καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου.* Πτωχὸς δὲ ἦν, ὡς γυμνὸς ἀνθρωπίνης βοηθείας.

Αἱ θλίψεις τῆς καρδίας μου ἐπληθύνθησαν. C Πᾶσα γὰρ θλίψις, εἴτε ἀπὸ ἀνθρώπων πονηρῶν, εἴτε ἀπὸ λογισμῶν ἐμπαθῶν, κατὰ τῆς καρδίας φέρεται.

Ἐκ τῶν ἀναγκῶν μου ἐξάγαγέ με. Τῶν περιστάσεων, αἵ με βιάζουσιν.

Ἴδε τὴν ταπείνωσίν μου καὶ τὸν κόπον μου. Ταπείνωσιν αἰσθητῶς μὲν, τὴν σωματικὴν ἀσθένειαν, πρὸς τηλικαύτην δύναμιν τῶν ἐχθρῶν· νοητῶς δὲ, τὴν ψυχικὴν συντριβήν. Καὶ κόπον πάλιν αἰσθητῶς μὲν, τὸν σωματικὸν ὃν ὑφίστατο φεύγων καὶ ἀγωνιῶν· νοητῶς δὲ, τὸν ψυχικὸν, ἐξ ἐγκρατείας καὶ στάσεως καὶ χαμευνίας καὶ λοιπῆς ἀρετῆς.

D *Καὶ ἄφες πάσας τὰς ἁμαρτίας μου.* Τὰς προλαβούσας, ὧν ἀπεσχόμην. Ὅρα δὲ ὅπως οὐ χρεία μόνον ἀποχῆς, ἀλλὰ καὶ ταπεινώσεως καὶ κόπου πρὸς τελείαν ἄφεσιν.

Ἴδε τοὺς ἐχθρούς μου, ὅτι ἐπληθύνθησαν. Εἴτε τοὺς αἰσθητοὺς εἴπῃς, εἴτε τοὺς νοητούς.

Καὶ μῖσος ἄδικον ἐμίσησάν με. Οὔτε γὰρ τοὺς

[11] Psal. XXI, 21.

Variæ lectiones.

(92) Cod. ὁρατῶν, *visibilium*, sed legendum fortasse ἀοράτων, ut legisse videtur Latinus interpres. Idem codex addit εἰ καὶ ἐμπαρῶσιν. *Etiamsi irruant.*

ὁρατοὺς ἠδίκησα, μηδὲν αὐτοὺς ἐπηρεάσας, οὔτε τοὺς ἀοράτους· ἁμαρτήσας γὰρ, οὐ τοὺς δαίμονας, ἀλλ' ἐμαυτὸν ἠδίκησα. Λοιπὸν οὖν, ἀνέφορμον τὸ κατ' ἐμὲ μῖσος, καὶ ἐκ μόνου φθόνου.

Φύλαξον τὴν ψυχήν μου. Ἵνα μὴ περιπέσῃ αὐτοῖς. Διὰ δὲ τῆς ψυχῆς καὶ τὸ σῶμα νόει. Ταύτῃ γὰρ τοῦτο διεξάγεται.

Καὶ ῥῦσαί με. Μή ποτε περιπέσω. Ἢ καὶ ἄλλως· φύλαξον μὲν τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν· ῥῦσαι δέ με ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν, οἳ τοῦ σώματός μου κυριεῦσαι σπεύδουσιν.

Μὴ καταισχυνθείην, ὅτι ἤλπισα ἐπὶ σέ. Εἰδὼς, φησὶν, ὅτι πάντες οἱ ὑπομένοντές σε οὐ μὴ καταισχυνθῶσιν, ὡς ἐν προοιμίοις εἴρηκα τοῦ ψαλμοῦ, μηδὲ ἐγὼ καταισχυνθείην, διότι καὶ αὐτὸς ἐπὶ σὲ ἤλπισα.

Ἄκακοι καὶ εὐθεῖς ἐκολλῶντό μοι, ὅτι ὑπέμεινά σε, Κύριε. Περὶ παρελθόντος πράγματος λέγει· καὶ ἄλλοτε γὰρ, φησὶ, σὲ ὑπομείνας, καὶ μὴ καταισχυνθεὶς, πολλοὺς εἰς τὸν ὅμοιον ζῆλον ἐπεσπασάμην ἐκ τῶν ἐμῶν πεισθέντας, ὅτι σὺ εἶ μόνος ἀψευδὴς βοηθός· οἳ καὶ *ἐκολλῶντό μοι*, τουτέστι, συνεδεσμεύοντο φιλίας νόμῳ, ἐξεχόμενοί μου, διότι σὲ ὑπέμεινα, φρονήσας ὀρθῶς. Τίνες δὲ οὗτοι; Ὅσοι ἄκακοι, τουτέστιν ἀγαθοὶ καὶ εὐθεῖς, εἴτουν δίκαιοι. Καὶ διὰ τοὺς τοιούτους οὖν ἐπάκουσόν μου.

Λύτρωσαι, ὁ Θεὸς, τὸν Ἰσραὴλ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτοῦ. Ἱκανῶς ὑπὲρ ἑαυτοῦ δεηθεὶς, καὶ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ παντὸς εὔχεται, συμπάσχοντος καὶ αὐτῷ. Οὐ μόνον γὰρ ὅτε βασιλεύοντι ἐπέθεντο, συνέπασχεν ὁ λαὸς, εἰ τότε δῶσωμεν εἰρῆσθαι τὸν ψαλμὸν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ Σαοὺλ, ὅτε Δαβὶδ ἔφευγεν, καὶ ἐπὶ Ἀβεσσαλώμ, πολλοὶ δι' αὐτὸν ἐθλίβοντο, οὓς καὶ Ἰσραὴλ ἐκάλεσεν, ὡς ἀπ' ἐκείνου καταγομένους. Οὐκ ἄλογον δὲ καὶ ἑαυτὸν εἰπεῖν Ἰσραὴλ, ὡς ἐκεῖθεν ἕλκοντα τὸ γένος. Εἰ βούλει δὲ, καὶ εἰς Χριστὸν ἀνάξεις τὴν εὐχήν· ὥστε βοηθῆσαι τοῖς δι' αὐτὸν θλιβομένοις παρὰ τῶν ἐχθρῶν τῆς πίστεως· προειρήκαμεν γὰρ, ὅτι ὀρθῶς ἂν εἶεν Ἰσραὴλ οἱ τὸν Χριστὸν ὁρῶντες Χριστιανοὶ διὰ πίστεως· Ἰσραὴλ γὰρ ἑρμηνεύεται *νοῦς ὁρῶν τὸν Θεόν.*

inimicos meos injuria aliqua affeci, neque damnum aut calumniam in eos intuli: similiter neque invisibiles, quia si peccavi, non illos, sed me ipsum læsi. Restat igitur ut nullam adversum me odii occasionem habeant, sed totum quod est, ex sola oriatur invidia.

Vers. 20. *Custodi animam meam.* Ne incidat in eos; per animam autem corpus simul intellige. Ea enim est, quæ corpus moderatur.

Et eripe me. Si aliquando ceciderο. Vel aliter: *Custodi animam*, ab invisibilibus nimirum inimicis; *Et eripe me*, a sensibilibus scilicet, qui corpus meum in potestate sua habere perquirunt.

Non confundar, quoniam speravi in te. Sciens, inquit, quod qui sperant in te, a concepta spe non frustrantur (ut dictum est in principio psalmi), ero ne confundar, cum et ipse speraverim in te.

Vers. 21. *Innocentes et recti adhæserunt mihi, qui sustinui te.* De præteritis rebus est sermo. Alibi enim ait: *Et te exspectans non sum confusus*[13]. Multos, inquit, ad æmulationem attraxi, ac persuasi, ex iis quæ mihi contigisse viderant, te solum verum adjutorem esse, ac minime fallacem; unde etiam *Adhæserunt mihi*, hoc est, mecum lege amicitiæ colligati sunt: quoniam recte sentiens, te exspectavi. Sed quinam sunt hi? Quicunque scilicet innocentes, probi, et recti, hoc est, justi. Propter hoc itaque exaudi me, ut per me alii pariter tibi gratias agant.

Vers. 22. *Libera, Deus, Israel ex omnibus tribulationibus suis.* Cum abunde ac satis pro seipso oraverit Propheta, demum pro populo etiam supplicat, qui secum pariter affligebatur. Neque enim tantum tunc angebatur populus quando regnante beato David Philistæi irruebant, si concesserimus illo tempore compositum fuisse hunc psalmum, sed et antea cum fugaretur a Saule; et postea etiam tempore Absalonis, quando multi propter ipsum opprimebantur, quos nunc Israelem appellavit, veluti ab eo descendentes: nec tamen præter rationem fortassis fuerit intelligere, quod seipsum Propheta Israelem appellet, ea ratione quod ab illo genus trahebat: et si libet, poteris etiam ad Christum orationem hanc referre ut ab eo petat Propheta, quod iis præsto sit, qui propter eum a fidei hostibus affliguntur. Jam enim prædiximus, quod Christiani recte Israel dici possunt: illi nimirum Christum Deum per fidem vident. Israel enim, ut diximus, interpretatur *mens videns Deum.*

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΚΕ'.

Τοῦτον ἔγραψεν τὸν ψαλμὸν ἐπὶ Σαοὺλ, ὅτε φεύγων, παρ' ἀλλοφύλοις διέτριβεν. Ἁρμόζει δὲ κατὰ τὴν ἀρετὴν καὶ τοῖς ἐν Βαβυλῶνι αἰχμαλώτοις· δικαιολογεῖται δὲ ἐν προοιμίοις, εἰδὼς δίκαιον τὸν Θεόν.

Psalmus ipsi David.

PSALMUS XXV.

Hunc psalmum beatus David eo tempore conscripsit, quando Saulem fugiens, apud Philistæos commoratus est. In aliquibus tamen congruere etiam iis videtur, qui captivi postea in Babylone detenti sunt. Sciens autem Propheta Deum vere justum esse, illud ante omnia conatur demonstrare, quomodo causam ipse justissimam foveret, in nulla autem injustam.

Κρῖνόν μοι, Κύριε, ὅτι ἐγὼ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπο-

Vers. 1. *Judica mihi Domine, quoniam ego in*

[13] Psal. xxi, 6.

innocentia mea ingressus sum. Tametsi omnia, inquit, noveris, judica mihi tamen adhuc magis : hoc est, examina causam meam. In hoc enim confido, quod hactenus in innocentia mea conversatus sim. Per innocentiam vero longanimitatem ac patientiam suam intelligit. Multis enim injuriis affectus sum a Saul, et tamen injuriam in nullum retuli, tametsi sæpius potuerim, quemadmodum ex Regum historia perspicere licet.

Et in Domino sperans, non infirmabor. Et sperans, inquit, in Domino, ab hac sententia non decidam : quinimo invalescet semper magis, ac confirmabitur hæc mea opinio, ob summam spem, quam in ipso habeo. Hæc autem verba ad inimicos diriguntur.

VERS. 2. *Proba me, et tenta me.* Non, ut extollens se, hoc dicit, sed veluti duo hæc rogans, atque obsecrans, probari nimirum de præteritis vitæ suæ actionibus, hoc est, examinari et exquiri earum rationem ; et tentari, hoc est, experimentum ab eo sumi in futurum, an ita se gesturus sit, ut olim gesserat.

Ure renes meos, et cor meum. Renes concupiscentiam significant. Per cor iram : *Ure*, inquit, hoc est proba, eo nimirum pacto, quo artifices aurum probant. Neque enim ego, aut regnum concupivi, aut in Saulem injurias ullas retuli.

VERS. 3. *Quoniam misericordia tua ante oculos meos est.* Ita dispositus sum, inquit, quia coram oculis meis misericordiam illam tuam proposui, quam omnibus iis præstas, qui patienti animo adversa omnia sustinent.

Et placui in veritate tua. Cum de cæteris virtutibus suis tractare intendat, quæ in progressu psalmi ponit, prius sermonem temperat, et Deo gratias agit, quod in reliquis virtutibus per illius veritatem profecerit. In lege enim tua, inquit, pollicitus es, eorum te miserturum esse, qui tibi placerent. Misericordia igitur tua, et veritas tua, horum omnium bonorum mihi causa exstiterunt. Et deinceps virtutes has suas commemorat.

VERS. 4. *Non sedi cum concilio vanitatis.* Hoc est, cum iis qui ad nugas, aut ad intempestivos sermones conveniebant, aut ad fabulosa eloquia.

Et cum iniqua agentibus introibo. Cum iis qui mutuo inter se aut qui adversus Saulem insidias disponunt. Verisimile autem est tentatum sæpenumero eum fuisse ab aliquibus de conjuratione.

VERS. 5. *Odi Ecclesiam malignantium.* Congregationem et conventum pravorum omnium : pravos enim quoscunque, malignitatis nomine comprehendit.

Et cum impiis non sedebo. Per impios, hic Philistæos intelligit, apud quos exsul fuit : quorum conversatione tamen abstinebat. Vel *Non sedebo*, hoc est, diu non commorabor.

VERS. 6. *Lavabo inter innocentes manus meas.* Antiqui quando contestari volebant se alicujus sceleris esse innoxios, coram multitudine manus

A *ρεύθην.* Κρῖνον, ἤγουν ἐξέτασον ἔτι, καίτοι προειδώς ἅπαντα· θαῤῥῶ γὰρ, ὅτι ἐγὼ ἐν ἀκακίᾳ μου ἀνεστράφην ἄχρι νῦν. Ἀκακίαν δὲ λέγει τὴν ἀνεξικακίαν καὶ μακροθυμίαν. Πολλὰ γὰρ, φησὶν, ἐπὶ τοῦ Σαοὺλ ἀδικηθεὶς, οὐδὲν αὐτῷ ἀνταπέδωκα, καίτοι δυνάμενος. Ἔστιν ὅτε καὶ ἡ τῶν Βασιλειῶν ἀνέγραψεν βίβλος.

Ἐπὶ τῷ Κυρίῳ ἐλπίζων, οὐ μὴ ἀσθενήσω. Καὶ ἐλπίζων ἐπὶ τῷ Θεῷ, οὐ μὴ καταπέσω τῷ φρονήματι, ῥωννυομένῳ ταῖς εἰς αὐτὸν ἐλπίσι. Πρὸς τοὺς ἐχθροὺς οὗτος ὁ λόγος.

Δοκίμασόν με, Κύριε, καὶ πείρασόν με. Οὐκ
B ἐπαιρόμενος ταῦτά φησιν, ἀλλὰ παρακαλῶν δοκιμασθῆναι μὲν, τουτέστιν ἐξετασθῆναι ἐπὶ τοῖς προλαβοῦσι· πειρασθῆναι δὲ, ἤγουν πεῖραν δοῦναι καὶ εἰς τὰ μέλλοντα, εἰ καὶ μὴ αὖθις ὁ αὐτὸς ἔσται.

Πύρωσον τοὺς νεφρούς μου καὶ τὴν καρδίαν μου. Διὰ μὲν τῶν νεφρῶν τὸ ἐπιθυμητικὸν δηλοῖ· διὰ δὲ τῆς καρδίας, τὸ θυμικόν. *Πύρωσον* δὲ, ἀντὶ τοῦ, δοκίμασον, ὡς οἱ χρυσοχόοι διὰ πυρὸς τὸν χρυσόν· οὔτε γὰρ ἐπεθύμησα τῆς βασιλείας, οὔτε ἀνταπέδωκα τῷ Σαούλ.

Ὅτι τὸ ἔλεός σου κατέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μού ἐστιν. Οὕτως δὲ διάκειμαι, διότι πρὸ ὀφθαλμῶν
C ἔχω τὸ παρὰ σοῦ ἔλεος, ὃ παρέχεις τοῖς ἀνεξικακοῦσι.

Καὶ εὐηρέστησα ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. Καὶ περὶ τῶν ἄλλων κατορθωμάτων αὐτοῦ προθέμενος εἰπεῖν, ἃ προϊὼν ἐκτίθεται, θεραπεύει τὸν λόγον, καὶ τῷ Θεῷ τὴν χάριν ἀνατίθησιν, ὅτι Καὶ ἄλλα τινὰ κατώρθωσα διὰ τὴν σὴν ἀλήθειαν· ἐπηγγείλω γὰρ ἐν τῷ νόμῳ τοὺς εὐαρεστοῦντάς σοι ἐλεεῖν. Τὸ ἔλεός σου τοίνυν καὶ ἡ ἀλήθειά σου αἰτία μοι πάντων τούτων ἐγένετο. Εἶτα λέγει καὶ τὰ κατορθώματα.

Οὐκ ἐκάθισα μετὰ συνεδρίου ματαιότητος. Τῶν συνερχομένων ἐπὶ φλυαρίᾳ, καὶ λόγοις ἀκαίροις, καὶ μυθικοῖς διηγήμασι.

D *Καὶ μετὰ παρανομούντων οὐ μὴ εἰσέλθω.* Τῶν ἐπιβουλευόντων ἀλλήλοις, ἢ καὶ αὐτῷ τῷ Σαούλ· εἰκὸς γάρ τινας ἐγκαλεῖσθαι αὐτὸν εἰς ἀνταρσίαν.

Ἐμίσησα ἐκκλησίαν πονηρευομένων. Τὴν συναγωγὴν πάντων τῶν πονηρῶν· ὅλους γὰρ τοὺς κακοὺς συμπεριελάβετο τῆς πονηρίας ὀνόματι.

Καὶ μετὰ ἀσεβῶν μὴ καθίσω. Ἐνταῦθα τοὺς ἀλλοφύλους λέγει, παρ' οἷς ἦν φυγὰς, ὧν ἀπείχετο τῆς κοινωνίας. Ἢ *Καθίσω*, τὸ, χρονίσω νόει.

Νίψομαι ἐν ἀθώοις τὰς χεῖράς μου. Οἱ παλαιοὶ διαμαρτύρασθαι θέλοντες, ὅτι ἀναίτιοί εἰσί τινος πράγματος, ἐνώπιον τοῦ πλήθους ἔνιπτον τὰς χεῖρας

ὕδατι, τὸ καθαρὸν τῆς συνειδήσεως διὰ τὸ καθαρὸν τῶν χειρῶν ἐμφαίνοντες· ὃ καὶ ὁ Πιλάτος ὕστερον ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ πεποίηκε. Φησὶν οὖν ὁ Δαβὶδ, ὅτι Καὶ αὐτὸς μετὰ ἀθῴων νίψομαι τὰς χεῖράς μου, μαρτυρόμενος, ὅτι ἀναίτιος εἶναι (93) πάντων ὧν εἶπον.

Καὶ κυκλώσω τὸ θυσιαστήριόν σου, Κύριε. Τὸ μὲν ἱλαστήριον ἔσω ἦν παρ' Ἑβραίοις. Τὸ δὲ θυσιαστήριον, ἔξω τοῦ καταπετάσματος, ὃ κυκλῶσαι πλήθει θυσιῶν καὶ τῶν περὶ ταύτας διακονούντων προφητεύει διὰ τὴν ἀκακίαν αὐτοῦ.

Τοῦ ἀκοῦσαί με φωνὴν αἰνέσεώς σου. Ὥστε καὶ φωνῆς ψαλλόντων ἀκοῦσαι, χορευόντων ἐπὶ εἰρήνῃ.

Καὶ διηγήσασθαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου. Διὰ τῆς κατὰ σχολὴν ἀναγνώσεως τοῦ θείου νόμου καὶ τῶν Μωσαϊκῶν βίβλων· ταῦτα γὰρ συνεχῶς τῷ λαῷ ὑπανεγινώσκοντο, τοῦτο τοῦ νόμου κελεύοντος. Θαυμάσια δὲ λέγει τὰ κατὰ τῶν Αἰγυπτίων τερατουργηθέντα, καὶ τὰ ἑξῆς· ἢ ἁπλῶς πάντα ὅσα ὁ Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς ἐθαυματούργησε.

Κύριε, ἠγάπησα εὐπρέπειαν οἴκου σου. Ἠγάπησα· διὸ καὶ θεάσασθαι πάλιν γλίχομαι. Οἴκου δὲ εὐπρέπειαν καλεῖ τὴν εὐταξίαν τῆς Μωσαϊκῆς σκηνῆς· οὔπω γὰρ ὁ ναὸς ᾠκοδομήθη.

Καὶ τόπον σκηνώματος δόξης σου. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν τόπον ἠγάπησα, ἐφ' οὗ ἡ σκηνὴ τῆς δόξης πέπηγεν. Ἢ τόπον λέγει σκηνώματος αὐτὴν πάλιν τὴν σκηνὴν, ὡς ἔθος αὐτῷ.

Μὴ συναπολέσῃς μετὰ ἀσεβῶν τὴν ψυχήν μου. Παρ' οἷς διατρίβω νῦν· ἀλλὰ κατάγαγέ με θᾶττον εἰς τὴν πόλιν. Τούτους γὰρ, ὅσον οὔπω, καταλήψεται ἀπώλεια, διὰ τὰς ἀνομίας αὐτῶν.

Καὶ μετὰ ἀνδρῶν αἱμάτων τὴν ζωήν μου. Οὐ μόνον γάρ εἰσιν ἀσεβεῖς, ἀλλὰ καὶ ἄνδρες αἱμάτων, τουτέστι περὶ αἱμάτων διατρίβοντες.

Ὧν ἐν χερσὶν ἡ ἀνομία. Ὧν ἀνομία πρόχειρος ἀεί.

Ἡ δεξιὰ αὐτῶν ἐπλήσθη δώρων. Καὶ οὐ μόνον εἰσὶν ἀσεβεῖς καὶ φονεῖς, ἀλλὰ καὶ δωροδόκοι, δώροις ἀπεμπωλοῦντες τὸ δίκαιον.

Ἐγὼ δὲ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην. Πάλιν ὑπομιμνήσκει τὸν Θεὸν διὰ τῆς ἀκακίας αὐτοῦ, μεσίτην οἱονεὶ ταύτην προβαλλόμενος.

Λύτρωσαί με, Κύριε. Τῆς ἀδίκου ταύτης φυγῆς, ἢ τῆς περὶ τοιούτοις (94).

Καὶ ἐλέησόν με. Καὶ μηκέτι τῶν τοιούτων τυχεῖν.

Ὁ πούς μου ἔστη ἐν εὐθύτητι. Διότι ὁ πούς μου ἑδράσθη ἐν ὀρθότητι, τουτέστιν, Αἱ ὁδοί μου σκο-

A lavabant : ut scilicet ex illa manuum munditia, animæ puritatem significarent, quemadmodum fecisse legimus Pilatum in Christi nece. Ait igitur Propheta : Ego una cum aliis innocentibus viris lavabo manus meas, contestans me scelerum omnium, quæ dicta sunt, innocentem esse.

Et circumdabo altare tuum, Domine. Propitiatorium quidem, interius erat apud Hebræos, altare vero extra velum. Hoc autem altare ob innocentiam suam Propheta hostiarum, ac ministrorum multitudine circumdaturum se prædicit.

VERS. 7. *Ut audiam vocem laudis tuæ.* Adeo ut vocem canentium audiam, et lætantium de præstita a te nobis pace.

B *Et enarrem omnia mirabilia tua.* Legendo nimirum legem tuam, et cæteros Moysi libros, qui, jubente sic lege, frequenti populo legebantur. Per mirabilia autem ea miracula intelligit, quæ in Ægypto aut alibi postmodum facta sunt ; vel semper admiranda, omnia quæ ab initio mundi Deus operatus est.

VERS. 8. *Domine, dilexi decorem domus tuæ.* Dilexi, atque ideo videre illum rursus desidero. Decorem autem domus, ordinem illum admirabilem Mosaici appellat tabernaculi. Nondum enim templum constructum erat.

Et locum tabernaculi gloriæ tuæ. Quinimo et ipsum locum amavi, in quo tabernaculum gloriæ tuæ fixum est. Vel per locum tabernaculi, ut ei

C sæpe mos est, ipsum intelligit tabernaculum.

VERS. 9. *Ne simul perdas cum impiis, Deus, animam meam.* Apud quos nunc vitam ago ; sed me in civitatem restitue. Istos namque Philistæos, ob maxima eorum scelera, perditio summa comprehensura est.

Et cum viris sanguinum vitam meam. Neque enim tantummodo, inquit, impii sunt, sed etiam viri sanguinum : hoc est, sanguinarii.

VERS. 10. *In quorum manibus iniquitates sunt.* Quibus semper in promptu, atque in manibus est iniquitas.

Dextera eorum repleta est muneribus. Nec tantum, inquit, impii sunt, et sanguinarii, sed munerum susceptores : muneribus nimirum justitiam

D commutantes.

VERS. 11. *Ego autem in innocentia mea ingressus sum.* Rursum innocentiam suam commemorat, eam sibi mediatricem quodammodo proponens apud Deum.

Redime me. Ab injusto exsilio, eoque periculo, quod circa tales homines est.

Et miserere mei. Ita ut in hujusmodi homines amplius non incidam.

VERS. 12. *Pes meus stetit in rectitudine.* Hoc a te peto, inquit, quia pes meus stabilitus est in recti-

Variæ lectiones.

(93) Ἴσ. εἰμί.

(94) γρ. τοιούτους, ἢ τοιούτων.

tudine, hoc est, quia itinera vitæ meæ omni prorsus obliquitate carent, ac tortuositate: quod ejusdem sententiæ est jam dictis verbis: *In innocentia mea ingressus sum* [13].

In Ecclesiis benedicam te, Domine. His ita dispositis ego deinceps, inquit, psalmos componam, per quos ego te in omnibus Ecclesiis laudabo. Et vere omnis Christianorum Ecclesia beatum David cantorem suum habet, et præceptorem. Aptari etiam potest hic psalmus unicuique fideli inter inimicorum insidias ac persecutiones constituto, qui simili modo justificare poterit causam suam, ut fecit beatus David, si vere dicere poterit se patienter omnia sustinuisse, cum injuria afficeretur, et neminem ex illis qui sibi infesti erant affeicisse injuria. Hic etiam omnes, qui alterius fidei sunt, impios esse reputabit. Et juxta hunc sensum per altare, templum intelliges, quod in ea fuerit regione, veluti a parte totum: quod similiter signatur per domum Dei; et juxta analogiam, et proportionem hanc, reliqua poterunt accommodari.

A λιότητος ἀπέχονται· ὅπερ ὅμοιόν ἐστι τῷ, *Ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην.*

Ἐν ἐκκλησίαις εὐλογήσω σε, Κύριε. Τοιούτου δὲ γινομένου, λοιπὸν συνθήσω ψαλμοὺς, δι' ὧν αἰνέσω σε παρὰ πάσαις ἐκκλησίαις· καὶ ὄντως πᾶσα Ἐκκλησία τῶν Χριστιανῶν τὸν Δαβὶδ ἔχει μελῳδὸν καὶ διδάσκαλον. Ἁρμόσει δὲ ἑκάστῳ ἡμῶν ὁ ψαλμὸς, ἐπιβουλευομένῳ καὶ διωκομένῳ παρ' ἐχθρῶν. Δικαιολογήσεται γάρ τις· Ἐμακροθύμησα βλαπτόμενος, καὶ οὐκ ἠδίκησα τὸν πολεμοῦντά μοι, καὶ ἀσεβεῖς μὲν ὑπολήψεται τοὺς ἑτεροδόξους·] θυσιαστήριον δὲ, τὸν κατὰ χώραν ναὸν, ὡς ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον· τὸν αὐτὸν δὲ καὶ οἶκον Θεοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς συμβιβάσει πάντα, κατὰ ἀναλογίαν.

Psalmus ipsi David antequam ungeretur.

PSALMUS XXVI.

Ter unctum fuisse legimus ad regnum beatum David: primo a Samuele in Bethleem; deinde a tribu Juda, post mortem Saul, in Hebron; et tertio ab omnibus tribubus, post mortem Memphiboseth: hunc autem psalmum conscripsit ante secundam unctionem, cum Saul adhuc eum persequeretur. Qui tamen unicuique etiam fidelium poterit accommodari, si per analogiam ejus verba adversus visibiles, seu invisibiles inimicos dicta esse intelligamus.

Vers. 1. *Dominus illuminatio mea, salvator meus, quem timebo?* Illuminatio Deus dicitur, veluti qui omnem ab oculis nostris tristitiæ nebulam dissolvit, et deinde auxilii sui luce eos illuminat; Salvator autem, quia ab inimicorum nos insidiis liberat. Quod vero per interrogationem ait: *Quem timebo?* idem significat, ac si diceret: Neminem timebo.

Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo? Quem enim formidare is debet, quem protegit Deus? quid autem sit protegere, dictum est in psalmo XVII.

Vers. 2. *Dum appropinquarent adversum me lædentes, ut ederent carnes meas, qui tribulant me, inimici mei, ipsi infirmati sunt et ceciderunt.* Summa cum admiratione annuntiat Propheta collata sibi a Deo beneficia. Dum appropinquarent mihi, inquit, inimici illi, qui multas ad hoc insidias adversum me disposuerant, ut sæve admodum ederent carnes meas, ipsi potius infirmati sunt, non valentes in aliqua re mihi læsionem inferre; et ceciderunt, hoc est, deciderunt a concepta spe, non consecuti quod optabant.

Vers. 3. *Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum.* Per castra, Hebræi exercitum intelligunt. Adeo, inquit, mirandum in modum liberatus sum, ut deinceps, ne universas quidem, atque integras hostium copias pertimescam, nedum insidias.

B *Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ πρὸ τοῦ χρισθῆναι.*

ΨΑΛΜΟΣ ΚϚ'.

Τρὶς ἐχρίσθη Δαβὶδ εἰς βασιλείαν· πρῶτον ὑπὸ τοῦ Σαμουὴλ, ἐν Βηθλεέμ· εἶτα ὑπὸ τῆς Ἰούδα φυλῆς, ἐν Χεβρῶν, μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ Σαούλ· καὶ τρίτον, ὑπὸ πασῶν τῶν φυλῶν, μετὰ τὸν θάνατον τοῦ Μεμφιβοσέτ. Πρὸ τῆς δευτέρας οὖν χρίσεως, ἐποίησε τὸν παρόντα ψαλμὸν, ἔτι διωκόμενος ὑπὸ τοῦ Σαούλ. Ἁρμόζει δὲ καὶ ἡμῶν ἑκάστῳ κατά τε τῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν ἀναλόγως ἐκλαμβανόμενος.

Κύριος φωτισμός μου καὶ σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι; Φωτισμὸς μὲν, ὡς τὴν ἀπὸ τῆς λύπης ἀχλὺν τῶν ὀφθαλμῶν μου διασκεδάζων, καὶ C φωτίζων αὐτοὺς τῷ φωτὶ τῆς βοηθείας αὐτοῦ· σωτὴρ δὲ εἶ, ῥυόμενος τῆς ἐπιβουλῆς τῶν ἐχθρῶν. *Τίνα* δὲ, ἀντὶ τοῦ, οὐδένα.

Κύριος ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς μου, ἀπὸ τίνος δειλιάσω; Οὗ γὰρ αὐτὸς ὑπερασπίζῃ, τίνα οὗτος δειλιάσει; Περὶ δὲ τοῦ ὑπερασπισμοῦ σαφῶς εἰρήκαμεν ἐν τῷ ιζ' ψαλμῷ.

Ἐν τῷ ἐγγίζειν ἐπ' ἐμοὶ κακοῦντας, τοῦ φαγεῖν τὰς σάρκας μου, οἱ θλίβοντές με καὶ οἱ ἐχθροί μου, αὐτοὶ ἠσθένησαν καὶ ἔπεσον. Ἀπαγγέλλει μετὰ θαύματος ἃ εὐηργετήθη· ἐν τῷ ἐγγίζειν γὰρ, φησὶ, τοὺς λοχοῦντας ἐχθροὺς ἐπὶ τῷ διαμασήσεσθαι τὰς σάρκας μου, ὃ τὴν ἄγαν θηριωδίαν αὐ- D τῶν ἐμφαίνει, αὐτοὶ ἠσθένησαν, μηδέν με βλάψαι δυνηθέντες· καὶ ἔπεσον, μὴ τυχόντες τοῦ σκοποῦ.

Ἐὰν παρατάξεται ἐπ' ἐμὲ παρεμβολὴ, οὐ φοβηθήσεται ἡ καρδία μου. Παρεμβολὴ παρὰ τοῖς Ἑβραίοις ὁ στρατός. Ἐπεὶ οὖν οὕτω παραδόξως ἐῤῥύσθην, οὐκέτι φοβηθήσομαι, οὐδὲ παρεμβολὴν ὅλην, μήτοιγε λόχον.

[13] Psal. XXV, 11.

A *Ἐὰν ἐπαναστῇ ἐπ' ἐμὲ πόλεμος, ἐν ταύτῃ ἐγὼ ἐλπίζω.* Ἐν ταύτῃ τῇ καρδίᾳ μου, τῇ μὴ φοβουμένῃ τοῦ λοιποῦ διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ βοήθειαν. Τινὲς δὲ ἐλλειπτικῶς ἑρμηνεύοντες, ἔξωθεν λαμβάνουσι τὸ, τῇ ἐλπίδι, τῇ εἰς Θεόν.

Si exsurgat adversum me prælium, in hoc ego sperabo. In hoc scilicet corde meo, quod amplius non timet, ob fiduciam, quam in divino posuit auxilio. Quidam dicunt subintelligi debere, ut sit sensus : Hac scilicet spe, quam in Deum habeo.

[Nam quod hic dicitur : *In hoc*, necessario referendum videtur, vel ad ipsam spem, ut dictum est, vel ad cor, non autem ad prælium, cum in Græca lectione tam pronomen, *hoc*, quam dictio *cor*, femininæ voces sint, dictio autem *prælium* masculino varietur articulo. Unde conjungi ea minime consentaneum est.]

Μίαν ᾐτησάμην παρὰ Κυρίου. Μίαν ἐπίῤῥημα, ἀντὶ τοῦ, *ἅπαξ*. Ἢ καὶ τοῦτο ἐλλειπές· λείπει γὰρ τὸ αἴτιον· σχῆμα δὲ καὶ τοῦτο τῶν ἀρχαίων.

VERS. 4. *Unam petii a Domino.* Postquam liberatus sum, petitionem unam petii a Domino. Ita enim subintelligendum est. Vel *unam* adverbialiter intellige, pro *semel*, quemadmodum juxta Græcæ dictionis significationem intelligi potest (95)

Ταύτην ζητήσω. Μετὰ γὰρ τὸ ῥυσθῆναι, μίαν ᾐτησάμην αἴτησιν, ἣν καὶ ἐπιζητήσω διὰ παρακλήσεως. Τίς δὲ αὕτη, ἄκουσον.

Hanc requiram. Hanc scilicet petitionem, quam consolationis meæ gratia requiro. Quænam autem ea sit, audi :

Τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου. Εὐλόγως τέτακται μετὰ τὸν πρὸ αὐτοῦ ὁ παρὼν ψαλμός. Ἐν ἐκείνῳ γὰρ εἶπεν· *Κύριε, ἠγάπησα εὐπρέπειαν οἴκου σου*· καὶ νῦν ὁμοίως ζητεῖ τὴν ἐν τῇ σκηνῇ κατοικίαν, εἶτα τὴν παροικίαν· διατί δὲ, αὐτὸς ἐπήγαγε. B

Ut inhabitem in domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ. Merito hic psalmus post proxime superiorem collocatus est : ibi enim dixit Propheta : *Domine, dilexi decorem domus tuæ* [14] : et nunc simili modo, *in domo Domini*, hoc est, in tabernaculo Dei habitationem habere desiderat. Et quare ita cupiat, addidit, dicens :

Τὸ θεωρεῖν με τὴν τερπνότητα Κυρίου, καὶ ἐπισκέπτεσθαι τὸν ναὸν αὐτοῦ. Ἵνα, φησὶ, θεωρῶν τὴν τερπνότητα αὐτοῦ, τέρπωμαι, καὶ ἅμα ἐφορῶ, μή τι παραμεληθείη τῶν καθηκόντων· σφόδρα γὰρ ἦν φιλόθεος.

Ut contempler delectationem Domini, et visitem templum ejus. Ut delectatione, inquit, afficiar, contemplando ea quibus ipse Dominus delectatur. Præterea etiam ratione illic semper adesse cupio, ut perspiciam numquid forte aliquod officium [aut eorum aliquid, quæ ad divinum cultum debentur] omissum, aut neglectum sit : adeo quippe Deum amabat.

Ὅτι ἔκρυψέ με ἐν σκηνῇ αὐτοῦ, ἐν ἡμέρᾳ κακῶν μου. Διότι εὐηργετήθην μεγάλα παρ' αὐτοῦ· ἐν ἡμέρᾳ γὰρ κινδύνου μου ἔκρυψέ με ἐν τῇ σκέπῃ αὐτοῦ. Ταύτην γὰρ σκηνὴν ἐκάλεσεν, ὅτι δίκην σκηνῆς τὸν προσφυγόντα ἐφύλαξεν. C

VERS. 5. *Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum meorum.* Maximis, inquit, beneficiis ab eo affectus sum : in die enim periculorum meorum abscondit me protectione sua. Quam ideo tabernaculum appellavit, quia fugientem ad Deum in periculis beatum David, divina protectio, tabernaculi cujusdam instar, hospitio quodammodo suscepit, ac susceptum servavit.

Ἐσκέπασέ με ἐν ἀποκρύφῳ τῆς σκηνῆς αὐτοῦ. Τὸ αὐτὸ λέγει πάλιν, τρανότερον ἀνακηρύττων τὴν εὐεργεσίαν. Ἀπόκρυφον δὲ, τὸ ἐνδότερον, τουτέστι, Παντελῶς ἀθέατόν με τοῖς ἀνιχνεύουσιν ἐποίησεν.

Protexit me in abscondito tabernaculi sui. Rursus idem dicit, manifestius divina prædicans beneficia. Per absconditum autem penitiora atque interiora tabernaculi intelligit, ac magis tuta ; ac si diceret : Inspectabilem me omnino atque invisibilem, inimicis vestigantibus reddidit.

Ἐν πέτρᾳ ὕψωσέ με. Ἐν ἀσφαλείᾳ καὶ ἀφοβίᾳ με κατέστησεν, ἐκ μεταφορᾶς τῶν φευγόντων, καὶ εἰς πέτραν ἀπότομον ἀναβαινόντων. D

VERS. 6. *In petra exaltavit me.* Sine timore me, inquit, ac securum constituit. Tractum est autem hoc ex eorum metaphora, qui periculorum sibi ab inimicis imminentium timore in petram aliquam abscissam undique et præruptam confugiunt.

Καὶ νῦν ἰδοὺ ὕψωσε κεφαλήν μου ἐπ' ἐχθρούς μου. Αἰσθόμενος ἀποῤῥήτως, θείας ἀποφάσεως βεβαιούσης τὴν αἴτησιν αὐτοῦ, περὶ τῶν μελλόντων ὡς ἤδη γεγονότων προφητεύει λέγων, ὅτι Ἐπακούσας με Κύριος, ἰδοὺ ὑπέρτερόν με τῶν ἐχθρῶν ἐποίησεν. Οἱ γὰρ νικῶντες ὑψαυχενοῦντο κατὰ τῶν ἡττωμέ-

Et nunc ecce exaltavit caput meum super inimicos meos. Animadvertens Propheta petitionem suam fuisse sibi a Deo ineffabili quodammodo confirmatam, de futuris deinceps, prophetico more, veluti de præteritis loquitur. Quia inquit, exaudivit me Dominus, ecce quod superiorem etiam inimicis me

[14] Psal. xxv, 8.

Variæ lectiones.

(95) Græca ita sonant : *Figura enim hæc est veterum.*

posuit. Solent enim victores victis insultare, et supra illos quodammodo se extollere; aliter enim petitio beati David impleri non poterat, nisi ejus inimici prius destructi fuissent.

Circuivi et immolavi in tabernaculo ejus. Quod in præcedenti psalmo tanquam futurum dixit: *Et circumdabo altare tuum, Domine;* id nunc quasi jam adimpletum ponit, *Circuivi*, inquiens, *et immolavi.* Aquila vero: *Exaltabo*, *circuibo*, *et immolabo* transtulit, ut sit tempus pro tempore. Tabernaculum autem id dicit, quod fixerat Moyses.

Hostiam laudis et vociferationis. Laudis quidem, quia ab eo protectus sum; vociferationis vero, ob victoriam de inimicis. Vociferatio enim, clamor quidam est adversus inimicos; tametsi hoc in loco pro cantu quodam triumphali posuerit. Per hostiam autem sacrificium intelligit, in gratiarum actionem oblatum, pro auxilio et victoria.

Cantabo et psallam Domino. Quid differant cantare et psallere, dictum est in psalmo XII.

Vers. 7. ***Exaudi Domine vocem meam qua clamavi.*** Cum per sancti Spiritus inspirationem ei prædixerit, quæ ad se pertinebant, rursus ad priorem intentionem redit: et per vocem, unam illam petitionem intelligit, de qua superius dictum est.

Miserere mei et exaudi me. Non me debes exaudire ob mea scelera, sed quod peto est, ut ex tua id facias misericordia.

Vers. 8. *Tibi dixit cor meum: Dominum quæram.* Ex intimo, inquit, corde sic dixi. Neque enim quasi in superficie solis labiis locutus sum. Dixi autem: *Dominum quæram;* meum, inquam, Dominum, neglecto prorsus ac spreto omni alio humano auxilio.

Exquisivit te facies mea. Præpositio illa, *ex*, intensionem quamdam denotat majorem. Ait igitur summa cum diligentia perquisivisse se adjutorem Deum. Et per faciem suam circumloquendo seipsum intelligit, ac si diceret: Ego ipse exquisivi te.

Faciem tuam, Domine, perquiram. Hoc est protectionem et custodiam tuam, et nunquam cessabo.

Vers. 9. *Ne avertas faciem tuam a me.* Hoc est protectionem tuam, qua inter angustias protegebar.

Et non declines in ira a servo tuo. Ne in ira secedas a me, cui hactenus summo cum studio et cura astitisti: quod si ut homo deliquero, tu me humane ac misericorditer castiga, ac rursum ubi opus fuerit adjuva.

Adjutor meus esto. In futurum.

Ne repellas me. Tale vocabulum autem a Græco proverbio sumpserunt interpretes, qui Græce reddiderunt.

Ne derelinquas me, Deus, salvator meus. Frequenter rogat ac preces fundit Propheta, constantiam suam in orando summam esse ostendens atque ex corde proficisci.

Vers. 10. *Quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me.* Quoniam, inquit, omni parentum so-

A νων. Ἄλλως γὰρ οὐκ ἦν πληρωθῆναι τὴν αἴτησιν, εἰ μὴ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ προκατεργασθῶσιν.

Ἐκύκλωσα καὶ ἔθυσα ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ. Ὅπερ ἐν τῷ προλαβόντι ψαλμῷ εἶπεν ὡς μέλλον, τοῦτο νῦν ὡς ἐκβὰν εἰς τέλος φησίν. Ἐκεῖ μὲν εἴρηκεν· *Καὶ κυκλώσω τὸ θυσιαστήριόν σου, Κύριε*· ἐνταῦθα δὲ, *Ἐκύκλωσα καὶ ἔθυσα*· ὁ δὲ Ἀκύλας, *Καὶ ὑψώσω, καὶ κυκλώσω, καὶ θύσω*, ἐξέδωκεν, ὡς εἶναι τὸν χρόνον ἐνηλλαγμένον. Σκηνὴν δὲ λέγει, ἣν ἔπηξεν ὁ Μωσῆς.

Θυσίαν αἰνέσεως καὶ ἀλαλαγμοῦ. Αἰνέσεως μὲν, ἐφ' οἷς ἐσκεπάσθην· ἀλαλαγμοῦ δὲ, ἐφ' οἷς νενίκηκα· ἀλαλαγμὸς γάρ ἐστι βοὴ κατ' ἐχθρῶν.

B Τέθειται δὲ νῦν ἀντὶ τοῦ νικητηρίου παιᾶνος. Λέγει δὲ θυσίαν, εὐχαριστήριον ἅμα καὶ ἐπινίκιον.

Ἄσω καὶ ψαλῶ τῷ Κυρίῳ. Περὶ τῆς διαφορᾶς τοῦ ᾄσω, καὶ τοῦ ψαλῶ, προειρήκαμεν ἐν τῷ ιβ' ψαλμῷ.

Εἰσάκουσον, Κύριε, τῆς φωνῆς μου, ἧς ἐκέκραξα. Προθεσπίσας τὰ καθ' ἑαυτὸν δι' ἐπιπνοίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος, αὖθις ἔχεται τοῦ προτέρου σκοποῦ, φωνὴν λέγων τὴν περὶ τῆς μιᾶς αἰτήσεως.

Ἐλέησόν με, καὶ εἰσάκουσόν μου. Οὐ χρεωστεῖς εἰσακοῦσαί μου, διὰ τὸ ἐμὸν ἀνάξιον· ἀλλὰ διὰ τὸν οἰκεῖον ἔλεον εἰσάκουσον.

C ***Σοὶ εἶπεν ἡ καρδία μου· Κύριον ζητήσω.*** Πρὸς σὲ εἶπεν αὐτὴ ἐκ βαθέος ἡ καρδία μου, καὶ οὐκ ἐπιπολαίως τὰ χείλη μου. Εἶπε δὲ, ὅτι *Κύριον ζητήσω*, δηλαδὴ τὸν ἐμὸν Δεσπότην, περιφρονήσας πᾶσαν ἀνθρωπίνην βοήθειαν.

Ἐξεζήτησέ σε τὸ πρόσωπόν μου. Ἡ ἐξ πρόθεσις ἐπίτασιν ἐμφαίνει. Φησὶν οὖν, ὅτι Ἐπιμελῶς σε ἐζήτησα βοηθόν. Πρόσωπον δὲ τοῦ Δαβὶδ, αὐτὸς ὁ Δαβὶδ, κατὰ περίφρασιν· Ἐξεζήτησά σε αὐτός.

Τὸ πρόσωπόν σου, Κύριε, ζητήσω. Τὴν ἐπισκοπήν σου καὶ ἔτι ζητήσω, καὶ οὐδέποτε παύσομαι.

Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ. Τὴν ἐπισκοπήν σου, τὴν ἐν ἀνάγκῃ σκεπάσασάν με.

D ***Καὶ μὴ ἐκκλίνῃς ἐν ὀργῇ ἀπὸ τοῦ δούλου σου.*** Μὴ ἀναχωρήσῃς ἀπ' ἐμοῦ ἐν ὀργῇ, ὁ συμπαρών μοι κηδεμονικῶς, εἰ καὶ ὡς ἄνθρωπος πλημμελήσω σοι· παιδεύσας δὲ φιλανθρώπως, αὖθις ἀνάλαβε.

Βοηθός μοι γενοῦ. Καὶ εἰς τὸ μέλλον.

Μὴ ἀποσκορακίσῃς με. Μὴ ἀπώσῃς με. Τὴν δὲ τοιαύτην λέξιν ἀπὸ παροιμίας Ἑλληνικῆς ἔλαβον οἱ ἐξελληνίσαντες ἑρμηνεῖς.

Μὴ ἐγκαταλίπῃς με, ὁ Θεὸς, ὁ σωτήρ μου. Πυκνὰ παρακαλεῖ, δεικνὺς τὸ τῆς προσευχῆς ἔμμονον καὶ ἐγκάρδιον.

Ὅτι ὁ πατήρ μου καὶ ἡ μήτηρ μου ἐγκατέλιπόν με. Διότι καὶ αὐτῆς τῆς ἀπὸ τῶν γονέων

παραμυθίας ἐστέρημαι, καὶ οὐ μόνον τῆς ἀπὸ τῶν φίλων συμμαχίας· πάντες γὰρ δεδοίκασι τὸν Σαούλ.

Ὁ δὲ Κύριος προσελάβετό με. Τοῦτο παρηγορῶν ἑαυτὸν εἶπεν· Εἰ καὶ πάντες με, φησὶ, κατέλιπον, ἀλλὰ οὖν ὁ Κύριος προσελάβετό με, σκέπων καὶ ῥυόμενος.

Νομοθέτησόν με ἐν τῇ ὁδῷ σου. Ἀντὶ τοῦ, *Νομοθέτησον*, *Συνέτισον* εἶπεν ὁ Ἀκύλας· ἤτοι, νόμους με δίδαξον σωτηριώδεις βαίνοντα ἐν τῇ πνευματικῇ ὁδῷ, τῇ πρὸς σὲ φερούσῃ.

Καὶ ὁδήγησόν με ἐν τρίβῳ εὐθείᾳ. Τρίβον τῆς σωτηρίας, ἵνα μὴ πλανῶμαι, σκολιοῖς λογισμοῖς ἐμπίπτων.

Ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου, μὴ παραδῷς με εἰς ψυχὰς θλιβόντων με. Εἰς ψυχὰς θλιβόντων, ἤγουν εἰς τοὺς θλίβοντάς με στρατιώτας, κατὰ περίφρασιν. B Μὴ παραδῷς με οὖν αὐτοῖς ὑποχείριον, ἵνα μὴ οἱ ἐχθροί μου ἀποστείλαντες αὐτοὺς εἰς τὸ συμβαλεῖν με, χαρῶσι· λέγει δὲ τὸν Σαούλ.

Ὅτι ἐπανέστησάν μοι μάρτυρες ἄδικοι. Κατεμαρτύρει γὰρ αὐτοῦ ὁ Σαοὺλ ἀδίκως, ὡς ἀνελεῖν αὐτὸν μελετῶντος.

Καὶ ἐψεύσατο ἡ ἀδικία ἑαυτῇ. Ἡ δὲ τοιαύτη μαρτυρία ἐψεύσατο ἑαυτῇ, τουτέστιν, οὐχ εὑρέθη ἀληθεύουσα. Οὐδὲν γὰρ αὐτὸν ἠδίκησα, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ὠφέλησα. Ἢ καὶ ἄλλως· Αὕτη ὑποσχομένη ἑαυτῇ συλλαβεῖν με, ἐψεύσατο, μὴ τυχοῦσα τοῦ σκοποῦ.

C *Πιστεύω τοῦ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ Κυρίου.* Πιστεύω τῷ πληροφοροῦντί μοι ἁγίῳ Πνεύματι, ὅτι νικήσω, καὶ ἀπολήψομαι τὴν βασιλείαν, καὶ ἀπολαύσω τῶν ἀγαθῶν αὐτῆς.

Ἐν γῇ ζώντων. Ἐν τῷ κόσμῳ· γῆ μὲν γὰρ ζώντων, οὗτος· γῆ δὲ τεθνεώτων, ὁ ᾅδης. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν, ὅτι περὶ τῆς ἀναστάσεως δογματίζει τῶν νεκρῶν· γῆν μὲν γὰρ ζώντων λέγων βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ἀγαθὰ δὲ, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

Ὑπόμεινον τὸν Κύριον. Τοῦτο καὶ τὸ ἑξῆς ῥητὸν πρὸς ἑαυτὸν ἀποτείνεται, κατεπᾴδων ἑαυτῷ λυπουμένῳ, καὶ μὴ καταπίπτειν ἐγκελευόμενος. *Ὑπόμεινον* δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἀνάμεινον, προσδόκα D βοηθόν.

Ἀνδρίζου, καὶ κραταιούσθω ἡ καρδία σου, καὶ ὑπόμεινον τὸν Κύριον. Θαρσοποιὰ καὶ ῥωστικὰ ψυχῆς τὰ ἐπιφωνήματα· μεμονωμένος γὰρ αὐτὸς ἑαυτὸν ἀνεκτᾶτο, καὶ παρεθάῤῥυνεν. Αὖθις δὲ τὸ, *Ὑπόμεινον τὸν Κύριον*, εἰς πλείονα παράκλησιν καὶ ψυχαγωγίαν.

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΚΖʹ.

Καὶ τοῦτον τὸν ψαλμὸν ἔτι διωκόμενος ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ ἔγραψεν.

Πρὸς σὲ, Κύριε, κεκράξομαι. Οἷα πρὸς μηδένα ἕτερον ἀποβλέπων· πάντων γὰρ μεμόνωμαι τῶν ἀξιομάχων. Διὰ τῆς κραυγῆς καὶ τὸ τῆς δεήσεως ἐπιτεταμένον ἐμφαίνεται.

A latio prorsus careo, ut vel amicos meos omnes taceam, qui Saulis potentiam verentur.

Dominus autem assumpsit me. Hoc ad solamen suum dicit. Licet, inquit, omnes me dereliquerint, ipse tamen Dominus assumpsit me, protegens scilicet atque eripiens a periculis.

VERS. 11, 12. *Legem pone mihi in via tua.* Aquila pro *legem pone*, reddidit : *Doce me*, hoc est : Salutares leges tuas doce me; me, inquam, per semitam spiritualis legis tuæ incedentem, et quæ ad te tendit.

Et deduc me in semitam rectam. Ad rectam salutis semitam, ne seducar de via, et in pravas incidam cogitationes.

Propter inimicos meos ne tradas me in animas tribulantium me. In animas tribulantium circumloquendo dixit, pro, in ipsos tribulantes me milites. Ne tradas igitur me illis in potestatem, ne præcipui hostes mei qui illos miserunt ut me comprehenderent, gaudio ac lætitia inde afficiantur. Intelligit autem ipsum Saulem.

Quoniam insurrexerunt in me testes iniqui. Ipse etenim Saul notam impingere cupiens beato David injuste, illud adversum eum attestabatur, dicens, scire se quod decreverat David ipsum interficere.

Et mentita est iniquitas sibi. Ipsa, inquit, inimicorum attestatio sibi ipsi mentita est, hoc est, inventa est vera non esse. Nihil enim illum læsi aut injuria affeci, quin imo potius adjuvi. Vel aliter : Ipsa injustitia quæ sibi pollicebatur comprehensurum me esse, mentita est : hoc est, non est assecuta quod sperabat.

VERS. 13. *Credo videre bona Domini.* Credo, inquit, sancto Spiritui qui de omnibus his me certiorem facit, quod superabo hostes, et recuperabo regnum, quodque illius bonis diu perfruar.

In terra viventium. In hoc mundo qui est vivorum terra : terra enim mortuorum infernus. Possumus etiam dicere, quod tradatur hic dogma de resurrectione mortuorum : et quod per terram viventium, regnum cœlorum intelligit : et per bona, illa bona, quæ præparavit Deus diligentibus se.

VERS. 14. *Sustine Dominum.* Hæc verba et quæ sequuntur Propheta ad seipsum dirigit, veluti temperans sese ac sibi ipsi solamen præstans. Jubet autem non decidere a bona spe : *Sustine*, inquit, hoc est, exspecta auxiliatorem.

Viriliter age, invalescat cor tuum, et sustine Dominum. Verba hæc sunt fidentis et constantis animæ. Solus enim existens beatus David ipse se confidere jubebat, et rursus ad majorem animæ consolationem et oblectamentum, repetit illa verba: *Sustine Dominum.*

Psalmus ipsi David.

PSALMUS XXVII.

Hunc psalmum etiam conscripsit beatus David eo tempore quo persequebatur eum Saul.

VERS. 1. *Ad te, Domine, clamabo.* Quasi ad nullum alium respiciens : omnibus enim aliis auxiliis privatus sum. Per clamorem autem, precum suarum intensionem demonstrat.

Deus meus, ne sileas a me. Ne obaudias me, metaphorice dictum. Solent enim qui obaudiunt, tacere, et nihil respondere petentibus.

Ne quando taceas a me. Ne me unquam obaudias, qui tuo semper auxilio indigeo.

Et similis ero descendentibus in lacum. Si obaudieris me, inquit, statim similis ero ipsis mortuis: hoc est, statim moriar. Per lacum enim sepulturam intelligit. Potes etiam per lacum, foveam intelligere, in quam si quis inciderit, sine auxilio remanet, eo quod illinc effugere non possit.

VERS. 2. *Exaudi, Domine, vocem deprecationis meæ, dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.* Per templum, ut diximus, tabernaculum intelligit ad quod manus tendebat, dum oraret, tametsi id procul esset. Sic etiam et Daniel orans in Babylone, aperiebat fenestras quæ conversæ erant ad Jerusalem: non quod illic divinitatem circumscriberent, sed quia sciebant Deum illic apparuisse. Vel templum pro cœlo intelligendum est, juxta illud: *Qui habitat in cœlis irridebit eos* [13].

VERS. 3. *Ne simul trahas me cum peccatoribus.* Quibuscum sæpenumero conversor. Noli igitur ob meam hanc conversationem, cum illis me pariter ad luendas pœnas trahere. Nosti quod invitus cum eis conversor. Et superflua videtur dictio illa: *Simul.* Quod si his verbis uti et nos volumus cum oramus, per peccatores dæmones intelligemus, aut alienos a fide, aut etiam iniquos omnes.

Et cum operantibus iniquitatem ne perdas me. Hoc ad majorem superioris dicti declarationem est. Idem enim significat.

Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Quidam enim eorum qui erant cum Saule, amicitiam simulabant erga David, et insidias nihilominus adversus eum clam parabant, et præcipue inter alios ipse etiam Saul.

VERS. 4. *Da illis, Domine, secundum opera eorum.* Condigna scilicet eorum protervitatis.

Et secundum nequitiam adinventionum ipsorum. Hæc pari modo ad præcedentis versiculi declarationem dicta sunt.

Secundum opera manuum eorum da illis. Dolorem Propheta animæ suæ zelo quodam odii in pravos accensæ, omnibus patefacit, dum eamdem sæpius variis verbis repetit sententiam.

Redde retributionem eorum ipsis. Redde illis debitam ultionem pro malignitate, ex his autem verbis demonstrat, se non ut acerbum hostem adversus eos imprecari, sed ut justitiæ amatorem, optare illis debitas pœnas: ut hac ratione pravi omnes reddantur meliores.

VERS. 5. *Quoniam non intellexerunt opera Domini.* Quia hactenus dispensationes Dei non intellexerunt: quod scilicet Deus pravos sustinet, ut eorum pra-

[13] Psal. II, 4.

Ὁ Θεός μου, μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ. Μὴ παρακούσῃς μου, κατὰ μεταφοράν. Εἰώθασι γὰρ οἱ παρακούοντες σιωπᾷν, καὶ μηδὲν φθέγγεσθαι πρὸς τοὺς αἰτουμένους.

Μήποτε παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ. Μηδέποτε παρακούσῃς μου, χρῄζοντος ἀεὶ τῆς σῆς ἐπικουρίας.

Καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον. Εἰ καὶ παρακούσῃς μου, εὐθὺς ὅμοιος γενήσομαι τοῖς νεκροῖς, ἤγουν ἀποθανῶ· λάκκος γὰρ ὁ τάφος. Ἢ καὶ λάκκον τὸν βόθρον νοήσομεν, εἰς ὃν ὁ ἐμπίπτων ἀβοήθητος διὰ τὸ ἄφυκτον γίνεται.

Εἰσάκουσον, Κύριε, τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου, ἐν τῷ δέεσθαί με πρὸς σὲ, ἐν τῷ αἴρειν με χεῖράς μου πρὸς ναὸν ἅγιόν σου. Ναὸν, ὡς προειρήκαμεν, τὴν σκηνὴν λέγει, πρὸς ἣν ἔτεινε τὰς χεῖρας εὐχόμενος, εἰ καὶ πόῤῥω ἦν. Οὕτω γὰρ καὶ Δανιὴλ ἐν Βαβυλῶνι προσευχόμενος, τὰς πρὸς Ἱερουσαλὴμ τετραμμένας ἀνέῳγε φωταγοὺς, οὐκ ἐκεῖ περιγράφων τὸ Θεῖον, ἀλλ' ἐκεῖ τὴν θείαν ἐπιφάνειαν γεγενῆσθαι μεμαθηκώς. Ἢ καὶ ναὸν τὸν οὐρανὸν ὑποληπτέον, κατὰ τό· Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς, ἐκγελάσεται αὐτούς.

Μὴ συνελκύσῃς με μετὰ ἁμαρτωλῶν. Οἷς πολλάκις συναναστρέφομαι. Μὴ οὖν διὰ τὴν ἀναστροφὴν συνελκύσῃς κἀμὲ μετ' αὐτῶν, εἰς τὸ δοῦναι δίκην· οἶδας γὰρ, ὅτι καὶ ἄκων τοῦτο ποιῶ· περιττὴ δὲ ἡ σὺν πρόθεσις. Ἡμεῖς δὲ ὑπὲρ ἑαυτῶν ταῦτα προσευχόμενοι, ἁμαρτωλοὺς νοήσομεν τοὺς ἑτεροδόξους, ἢ τοὺς δαίμονας, ἢ καὶ ἀνόμους.

Καὶ μετὰ ἐργαζομένων ἀνομίαν μὴ συναπολέσῃς με. Τοῦτο τοῦ προτέρου σαφηνιστικὸν, καὶ ταυτὸ δηλοῦν.

Τῶν λαλούντων εἰρήνην μετὰ τῶν πλησίον αὐτῶν, κακὰ δὲ ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. Τινὲς γὰρ τῶν μετὰ τοῦ Σαοὺλ, ὑποκρινόμενοι φανερὰν φιλίαν πρὸς Δαβὶδ, ἐπεβούλευον αὐτῷ λάθρα, καὶ μάλιστα Σαοὺλ.

Δὸς αὐτοῖς, Κύριε, κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν. Ἄξια τῆς κακίας αὐτῶν.

Καὶ κατὰ τὴν πονηρίαν τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν. Καὶ τοῦτο τοῦ πρὸ αὐτοῦ σαφηνιστικόν.

Κατὰ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτῶν δὸς αὐτοῖς. Διὰ τῆς ταυτολογίας τὴν ὀδύνην ἐμφαίνει τῆς ψυχῆς, ἐμπιμπρώμενος τῷ ζήλῳ τῆς μισοπονηρίας.

Ἀπόδος τὸ ἀνταπόδομα αὐτῶν αὐτοῖς. Ἀπόδος αὐτοῖς τὴν κεχρεωστημένην ἐκδίκησιν ἀντὶ τῆς κακίας. Ἐντεῦθεν δὲ φαίνεται, ὅτι οὐχ ὡς πικρὸς καταρᾶται τούτων, ἀλλ' ὡς φιλοδίκαιος ἐπιταχύνει τὴν ὀφειλομένην τιμωρίαν, ἵνα βελτίονες οἱ κακοὶ γένωνται.

Ὅτι οὐ συνῆκαν εἰς τὰ ἔργα Κυρίου. Ὅτι μέχρι τοῦ νῦν οὐ συνῆκαν τὰς θείας οἰκονομίας, ὡς ἀνέχεται αὐτῶν ὁ Θεὸς, οὕτω πονηρευομένων, ἵνα καὶ ἡ

φαυλότης αὐτῶν ἐλεγχθῇ, καὶ ἐν καιρῷ τιμωρηθῶσιν ἀσύγγνωστα.

Καὶ εἰς τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ. Ἔργα δὲ λέγω, ἃ αὐτὸς ἐργάζεται μετὰ τοῦ σκοποῦ· αἱ χεῖρες γὰρ ἐνταῦθα, τὸ λελογισμένον τῶν ἔργων ἐμφαίνουσι.

Καθελεῖς αὐτοὺς, καὶ οὐ μὴ οἰκοδομήσεις αὐτούς. Τοῦτο προφητεία τῆς ἀπωλείας αὐτῶν, ὅτι πεσόντες, οὐκέτι ἀνορθωθήσονται.

Εὐλογητὸς Κύριος, ὅτι εἰσήκουσε τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου. — *Εὐλογητὸς*, ἀντὶ τοῦ, Ἄξιος εὐλογεῖσθαι καὶ ὑμνεῖσθαι· οἷα δὲ πληροφορηθεὶς ὧν ἐζήτησε, φησὶν, Ὅτι ἐπήκουσέ μου.

Κύριος βοηθός μου, καὶ ὑπερασπιστής μου. Τοῦτο τῆς πληροφορίας.

Ἐπ' αὐτῷ ἤλπισεν ἡ καρδία μου. Ὡς μόνῳ ἀψευδεῖ Θεῷ.

Καὶ ἐβοηθήθην. Καὶ οὐκ ἀπέτυχον τῆς ἐλπίδος.

Ἀνέθαλε ἡ σάρξ μου. Ἡ πρὸ τούτου ἐκτετηκυῖα ταῖς φροντίσι καὶ κακοπαθείαις.

Καὶ ἐκ θελήματός μου ἐξομολογήσομαι αὐτῷ. Ἐκ καρδίας, προθύμως, οὐκ ἀναγκαστικῶς. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τό· *Ἑκουσίως θύσω σοι.* Ἐξομολόγησιν δὲ τὴν εὐχαριστείαν λέγει.

Κύριος κραταίωμα τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, καὶ ὑπερασπιστὴς τῶν σωτηρίων τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ ἐστι. Κύριος ἰσχύει τὸν ἀνατεθειμένον αὐτῷ λαὸν, καὶ ὑπερμαχεῖ τῆς σωτηρίας τοῦ χρισθέντος εἰς βασιλέα κατὰ πρόσταξιν αὐτοῦ. Λέγει δὲ περί τε παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ περὶ ἑαυτοῦ, εἰδὼς τὴν ἐσομένην μεταβολήν.

Σῶσον, Κύριε, τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου. Ὡς ἀποληψόμενος δόσον οὔπω τὴν βασιλείαν, ὑπερεύχεται τοῦ λαοῦ. Ἐν δὲ τῇ βίβλῳ τῆς Ἐξόδου ὁ Θεὸς λαὸν αὐτοῦ περιούσιον, ἤτοι κληρονομιαῖον τοὺς Ἰσραηλίτας ἐκάλεσε.

Καὶ ποίμανον αὐτούς. Συμβασιλεύων ἐμοὶ, συμβουλεύων ἐμοί.

Καὶ ἔπαρον αὐτοὺς ἕως τοῦ αἰῶνος. Καὶ ὕψωσον τοῖς τροπαίοις μέχρι παντός. Δύναται δὲ καὶ ἡ ἀρὰ τοῦ, *Δὸς αὐτοῖς, Κύριε, κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν*, καὶ τὰ ἑξῆς, καὶ κατὰ τῶν σταυρωσάντων τὸν Χριστὸν Ἰουδαίων ἕλκεσθαι, οἵτινες παμπόνηροι ὄντες, οὐ συνῆκαν εἰς ἃ ἠργάζετο τεράστια. Διὸ καθαιρεθέντες, οὐκέτι ἀνωρθώθησαν· ὁ δὲ Θεὸς ἐκραταίωσεν τὸν πιστὸν λαὸν, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ αὖθις ἡ εὐχὴ πρὸς τὸν Χριστὸν, ὑπὲρ τοῦ ἐξ ἐθνῶν λαοῦ αὐτοῦ δοθέντος αὐτῷ εἰς κληρονομίαν, ὃν καὶ ἐποίμανε καὶ ὕψωσεν ἀληθῶς.

A vitas magis convincatur, et in opportuno tempore irremissibiliter afficiantur suppliciis.

Nec opera manuum ejus. Opera, inquam, dico quæ ipse summo consilio operatur, et non casu; per manus enim hic considerationem quamdam, et studium in divinis operationibus esse demonstrant.

Destrues illos et non ædificabis eos. Prædicit Propheta inimicorum suorum perditionem, quæ ejusmodi futura erat, ut ubi semel in præceps cecidissent, resurgere amplius, aut se erigere non possent.

VERS. 6. *Benedictus Dominus quia exaudivit vocem deprecationis meæ.* Benedictus, hoc est, dignus cui benedicatur, qui laudetur. Deinde quasi certus de B iis quæ postulaverat, addit: Quia exaudivit me.

VERS. 7. *Dominus adjutor meus et protector meus.* Hoc, simili modo ad certitudinem illam pertinet, quam de divino auxilio conceperat.

In ipso speravit cor meum. Veluti in solo vero ac non fallaci adjutore.

Et adjutus sum. Et spe concepta non sum frustratus.

Et refloruit caro mea. Quæ ante ob sollicitudines et afflictiones varias tabefacta erat

Et ex voluntate mea confitebor ei. Prompto animo, inquit, atque ex corde id faciam, non ut coactus. Simile istud est: *Voluntarie sacrificabo tibi* [16]. Per C confessionem vero gratiarum actionem intellige.

VERS. 8. *Dominus fortitudo populi sui, et protector salutum Christi sui est.* Dominus, inquit, populum suum sibi dedicatum fortiorem reddit, et pro illius pugnat salute, qui mandato ejus ad regnum unctus est [Christus etenim unctum significat]. De seipso autem ac de toto populo sermonem facit, veluti præscius futuræ immutationis.

VERS. 9. *Salvum fac populum tuum, Domine, benedic hæreditati tuæ.* Quasi jam regnum suscepturus esset, et huic rei propior quam antea, rogat Propheta pro populo Dei; et quod hæreditati suæ dicit, simile ei est quod legimus in Exodo, ubi Israelitas Deus populum suum peculiarem, hoc est hæreditarium appellavit.

D *Et pasce eos.* Simul mecum regnans, mihique consulens.

Et extolle eos usque in sæculum. Et extolle eos tropæis perpetuis. Illa etiam imprecatio superius facta: *Da illis, Domine, secundum opera eorum* [17], potest ad crucifixores Christi referri: qui omni pravitate imbuti, non intellexerunt miracula, aut a Domino facta. Quapropter et destructi sunt, et amplius non erecti: contra autem Deus populum suum fortificavit, et quæ sequuntur, etc. Et rursus etiam oratio ad Christum referatur, pro populo ex gentibus, qui illi in hæreditatem datus est, et quem pavit Christus atque exaltavit.

[16] Psal. LIII, 8. [17] Psal. XXVII, 4.

Psalmus ipsi David egressionis tabernaculi. A

PSALMUS XXVIII.

Juxta historiam hic psalmus præceptum quoddam continet, ad sacerdotes et Levitas, de egressu tabernaculi, vel de egressu templi : quid scilicet illinc egressi sequenti die facere deberent : afferre nimirum filios arietum, masculos, nuper natos, et gloriam, per laudationes et psalmos, et honorem, per regulam et religionem : atque hoc in aula templi, et non alio in loco. Juxta anagogicum vero sensum, intelligi potest de egressu a corpore, quod Apostolus tabernaculum vocat [18]. Est enim corpus animæ tabernaculum. Admonet igitur hoc psalmo Propheta quid facere debeamus, ut præparemur ad exitum ab hoc corpore. Actiones etenim nostræ in hac vita, animæ tunc erunt viaticum.

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ ἐξόδου σκηνῆς.

ΨΑΛΜΟΣ ΚΗ'.

Κατὰ μὲν τὴν ἱστορίαν εἴη ἂν ὁ παρὼν ψαλμὸς παράγγελμα τοῖς ἱερεῦσι καὶ Λευΐταις, περὶ τῆς ἐξόδου τῆς σκηνῆς, ἤτοι περὶ τῆς ἐξελεύσεως τῆς ἀπὸ τοῦ ναοῦ, τί ἐξιόντες μέλλοιεν ποιεῖν εἰς τὴν ἑξῆς ἡμέραν ἀεὶ, ὅτι ἄγειν κριῶν ἄῤῥενα τέκνα, νεογιλὰ, ὅτι καὶ δόξαν δι' εὐφημίας καὶ ψαλμῶν, ὅτι καὶ τιμὴν δι' εὐταξίας καὶ εὐλαβείας, ὅτι ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ ναοῦ, οὐχ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ · κατὰ δὲ ἀναγωγὴν, εἴη ἂν περὶ τῆς ἐξελεύσεως τῆς ἀπὸ τοῦ σώματος, ὃ σκῆνος ὁ Ἀπόστολος καλεῖ · σκήνωμα γάρ τῆς ψυχῆς τοῦτο · παραγγυᾷ δὲ ὁ ψαλμὸς τί ποιεῖν ὀφείλομεν, συσκευαζόμενοι πρὸς τὴν ἔξοδον, τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος · ἐπείπερ αἱ ἐνταῦθα πράξεις, ἐφόδιον τῆς ψυχῆς τηνικαῦτα γίνονται. B

Vers. 1. *Afferte Domino, filii Dei, afferte Domino filios arietum.* Filii quidem Dei apostoli sunt. Ita enim Dominus appellavit eos dicens : *Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum* [19]. Filii autem arietum, fideles ex gentibus, quorum parentes, ob errorem summum in quo erant, irrationales dici merito, et arietibus comparari poterant. Admonet igitur apostolos Propheta hoc psalmo, ut festinent adducere infideles gentes ad Christum. Ordo est : O filii Dei, afferte Domino, afferte filios arietum. Illa autem ingeminatio verbi *afferte*, studium quoddam ac diligentiam non vulgarem adhibendam esse demonsrat. Vel aliter : Filii quidem Dei ii dicendi sunt, qui per baptismatis regenerationem Christo adoptati et ad virtutes initiati sunt ; filii vero arietum ii, quos apostoli per Evangelii prædicationem genuerunt, necdum ad integram perfectionem devenerunt. Per arietes enim apostoli convenientissime intelligi possunt, cum et ipsi spiritualium gregum suorum sint duces. Quasi dicat Propheta : Vos, o apostoli, qui perfectiores estis, adducite eos ad Deum, qui adhuc imperfectiores sunt, instruentes eos doctrina vestra ; hoc enim gratissimum Deo est obsequium. Dictum enim legimus Petro : *Si diligis me, pasce oves meas* [20].

Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ, υἱοὶ Θεοῦ, ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ υἱοὺς κριῶν. Υἱοὶ μὲν Θεοῦ, οἱ ἀπόστολοι. Οὕτω καὶ ὁ Κύριος αὐτοὺς προσηγόρευσεν, εἰπών· *Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν.* Υἱοὶ δὲ κριῶν, οἱ ἐξ ἐθνῶν, ὧν οἱ πατέρες ἄλογοι, διὰ τὴν πλάνην. Προτρέπεται οὖν τοὺς ἀποστόλους προσάγειν τῷ Χριστῷ τὰ ἔθνη · οὕτω δὲ τὰ ῥητὰ συντακτέον · Ὅσοι υἱοὶ Θεοῦ, ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ, ἐνέγκατε υἱοὺς κριῶν. Ἐμφαντικὸν γὰρ σπουδῆς ἡ ἀναδίπλωσις. Ἢ καὶ ἄλλως · υἱοὶ μὲν Θεοῦ, οἱ διὰ τῆς παλιγγενεσίας τοῦ βαπτίσματος υἱοθετηθέντες Χριστῷ, καὶ τελειωθέντες εἰς ἀρετήν · υἱοὶ δὲ κριῶν, οἱ διὰ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος γεννηθέντες τοῖς C ἀποστόλοις, ἔτι δὲ ἀτελεῖς. Κριοὺς γὰρ ἀποστόλους, εἰ βούλει, νοήσεις, ὡς ἀγελάρχας. Οἷον · Οἱ τελειότεροι, χειραγωγεῖτε τοὺς ἀτελεστέρους · τοῦτο γὰρ εὐαπόδεκτον τῷ Θεῷ. Φησὶ γὰρ πρὸς Πέτρον · *Εἰ φιλεῖς με, ποίμαινε τὰ πρόβατά μου.*

Afferte Domino gloriam et honorem. Gloriam Deo afferent, canendo illi hymnos ac laudes ; honorem vero, per timorem atque observantiam mandatorum. Nam si (ut Apostolus inquit [21]), per transgressionem legis Deus inhonoratur, manifestum est quod per ejus observationem honorabitur.

Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ δόξαν καὶ τιμήν. Δόξαν μὲν, διὰ ὑμνολογίας · διὰ τοῦ φόβου δὲ, τιμὴν, ἢ φυλαχῆς τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ. Εἰ γὰρ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον εἰπεῖν, διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν Θεὸν ἀτιμάζεις, εὔδηλον ὡς τιμᾷς αὐτὸν διὰ τῆς φυλαχῆς.

Vers. 2. *Afferte Domino gloriam nomini ejus.* Per laudabiles nimirum actiones. Dictum enim legimus ad peccatores ex persona Dei : *Nomen meum propter vos blasphematur in gentibus* [22]. Gentiles etenim cum bonam fidelis viri vitam ac conversationem viderint, incitantur ut Deum nostrum laudent tanquam verum virtutis doctorem : quod si perversis moribus fidelem viderint, Deo statim nostro detrahunt, et vitiorum introductorem credunt. Unde in Evangelio legimus : *Ut videant bona vestra opera, et glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est* [23]. Afferte igitur Domino laudem nomini ejus ; hoc est, afferte ei laudem.

D *Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ δόξαν ὀνόματι αὐτοῦ.* Δι' ἐπαινετῶν πράξεων · εἴρηται γὰρ πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας · *Τὸ ὄνομά μου δι' ὑμᾶς βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν.* Ὁ γὰρ ἐθνικὸς ὁρῶν τοῦ πιστοῦ τὴν διαγωγὴν, εἰ μὲν εἴη καλὴ, ἐπαινεῖ τὸν Χριστὸν, ὡς ἀρετῆς διδάσκαλον · εἰ δὲ φαύλη, διασύρει μᾶλλον, ὡς κακίας εἰσηγητήν. Ἐνέγκατε οὖν τῷ Κυρίῳ ἔπαινον τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, τουτέστιν αὐτοῦ, κατὰ περίφρασιν.

Adorate Dominum in aula sancta ejus. Per aulam sanctam, olim Synagoga intelligebatur, quæ

Προσκυνήσατε τῷ Κυρίῳ ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ. Ἦν πρότερον μὲν αὐλὴ ἁγία τοῖς Ἰουδαίοις, ἐν

[18] I Cor. III, 16. [19] Joan. XX, 17. [20] Joan. XXI, 17. [21] Rom. II, 23. [22] Isa. LII, 5. [23] Matth. V, 16.

Ἱεροσολύμοις συναγωγή· μετὰ δὲ τὴν εἰς Χριστὸν ὕβριν, ἐγένετο ἡ ἔπαυλις αὐτῶν ἠρημωμένη. Ὕστερον δὲ γέγονεν αὐλὴ ἁγία τοῦ Χριστοῦ, ἡ τῶν Χριστιανῶν Ἐκκλησία καὶ πίστις, ἐν ᾗ προσκυνεῖν αὐτὸν ὁ λόγος προτρέπεται, κωλύων τὰς σχισματικῶς παρασυναγωγὰς, καὶ μόνην ἐκκρίνων τὴν ἀπὸ Χριστοῦ παραδεδομένην πίστιν. Δυνατὸν δὲ νοῆσαι αὐλὴν καὶ τὴν ἐπουράνιον. Διὰ τοῦτο οἱ πεφυτευμένοι ἐνταῦθα ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου, δηλαδὴ τῇ Ἐκκλησίᾳ τῶν πιστῶν, ἐν ταῖς αὐλαῖς ἐκεῖ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐξανθήσουσι.

Φωνὴ Κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων. Τοῦτο προφητεία περὶ τῆς ἐνεχθείσης ἄνωθεν φωνῆς ἐν Ἰορδάνῃ, ὅτε ὁ Χριστὸς ἐβαπτίσατο, λεγούσης· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα*.

B *Ὁ Θεὸς τῆς δόξης ἐβρόντησε*. Ὁ Πατὴρ ἀφῆκεν ἐκείνην τὴν φωνὴν, ἣν καὶ βροντὴν ὀνομάζει, διὰ τὸ ἐξ οὐρανοῦ κατηνέχθαι, ὅθεν καὶ αἱ βρονταὶ, καὶ διὰ τὸ στεῤῥὸν, καὶ ἐξάκουστον. *Θεὸς δὲ τῆς δόξης*, ἀντὶ τοῦ, ἔνδοξος, ὥσπερ καὶ Θεὸς τῆς ἀληθείας, ὁ ἀληθινὸς, καὶ Θεὸς ἐκδικήσεως, ὁ ἐκδικητὴς, καὶ Θεὸς δυνάμεων, ὁ δυνατὸς, καὶ Θεὸς ἐλέους, ὁ ἐλεήμων, καὶ ὅσα τοιαῦτα· ἰδίωμα γὰρ καὶ τοῦτο τῆς Παλαιᾶς.

Κύριος ἐπὶ ὑδάτων πολλῶν. Ὁ Χριστὸς ἐν ὕδασι, τοῖς τοῦ Ἰορδάνου, καὶ δι' ἐκείνων ἐν πᾶσιν ὕδασιν, ἁγιάζων τὴν φύσιν αὐτῶν ἐν Ἰορδάνῃ.

Φωνὴ Κυρίου ἐν ἰσχύϊ. Ἐν τῷ ἰσχυρῷ κατὰ τῶν παθῶν ἀνδρὶ φωνὴ γίνεται Κυρίου, ῥωννύουσα καὶ ὑποτιθεμένη τὰ δέοντα. C

Φωνὴ Κυρίου ἐν μεγαλοπρεπείᾳ. Καὶ ἐν τῷ μεγαλοπρεπεῖ, τῷ καταφρονοῦντι μὲν τῶν γηηρῶν, φρονοῦντι δὲ τὰ οὐράνια· ὡς δηλοῦσθαι διὰ μὲν τῆς ἰσχύος, τὸν πρακτικόν· διὰ δὲ τῆς μεγαλοπρεπείας, τὸν θεωρητικόν.

Φωνὴ Κυρίου, συντρίβοντος κέδρους. Ἡ κέδρος ποτὲ μὲν ἐπὶ καλοῦ λαμβάνεται, διὰ τὸ ἄσηπτον καὶ κατάκομον καὶ εὐῶδες, ὡς τό· *Δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει, καὶ ὡσεὶ κέδρος ἡ ἐν τῷ Λιβάνῳ πληθυνθήσεται*· ποτὲ δὲ ἐπὶ κακοῦ, διὰ τὸ ἄκαρπον καὶ δυσκαμπὲς, ὡς τό· *Εἶδον τὸν ἀσεβῆ ὑπερυψούμενον καὶ ἐπαιρόμενον, ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου*. D Νῦν οὖν κέδρους ὀνομάζει τοὺς δαίμονας, διὰ τὸ ἐπηρμένον. Ἡ ἔπαρσις γὰρ αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ κατεκρήμνισεν. Φωνὴ, φησὶ, γίνεται Κυρίου, ὅτε συντρίβει καὶ ταράσσει τοὺς δαίμονας. Ὑποστικτέον γὰρ μετὰ τὸ *Κυρίου*, ἵνα νοηθείη ἡ πλαγεία σύνταξις. Τούτῳ δὲ τῷ σχήματι καὶ ὑποκατιὼν ἐχρήσατο.

Καὶ συντρίψει Κύριος τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου. Λίβανος ὄρος ὑψηλὸν Παλαιστίνης κεδροφόρον, εἰδωλικοῖς ναοῖς ἀνακείμενον. Ὅθεν κέδρους Λιβάνου λέγει τὰ τεμένη τῶν εἰδώλων, τὰ ἐν αὐτῷ, ἐκ τοῦ περιέχοντος δηλῶν τὰ περιεχόμενα, καὶ ἄλλως

A erat in Jerusalem; sed post contumelias a Judæis in Christum illatas, facta est habitatio illa desolata. Novissime autem aula sancta Christi, facta est Christianorum Ecclesia ac fides, in qua propheticus sermo adorandum esse Dominum jubet, omnes alias illegitimas congregationes prohibens, et solam eligens fidem a Christo traditam. Intelligere etiam possumus per aulam, cœlestem habitationem. Nam ii qui in hac vita plantati sunt in domo Domini, illic in aulis Dei nostri florebunt.

Vers. 3. *Vox Domini super aquas*. Prophetia hæc est de voce quæ in Jordane superne demissa est, quando Christus baptizabatur, dicens: *Hic est Filius meus dilectus, in quo complacui mihi* [24].

Deus gloriæ intonuit. Ipse Pater vocem illam emisit quam diximus. Tonitruum autem eam appellavit Propheta, et quia e cœlo delata est unde veniunt tonitrua et propter illius magnitudinem: nam ab omnibus de facili audita est. *Deus* autem *gloriæ* dixit pro, Deus gloriosus, quemadmodum et alibi Deus dicitur veritatis, Deus ultionis, Deus potentiarum, et Deus misericordiarum, pro eo quod est, Deus verus, Deus vindex, Deus potens, Deus misericors. Idioma enim est veteris Scripturæ.

Dominus super aquas multas. Christus nimirum in aquis fluminis Jordanis, et ubique per illas, aquarum naturam sanctificans.

Vers. 4. *Vox Domini in fortitudine*. In forti, inquit, ac robusto adversus passiones atque affectus homine, vox Domini fit, roborans eum ac suggerens quæ necessaria sunt.

Vox Domini in magnificentia. Hoc est, in magnifico eo viro, qui terrestria spreverit, et cœlestia tantum meditetur: ut per fortitudinem quidem activa, ac moralis virtus, per magnificentiam vero contemplativa significetur.

Vers. 5. *Vox Domini, confringentis cedros*. Cedrus aliquando in bonum accipitur, quia cedrina ligna immarcescibilia sunt, atque imputrida, et earum materia densa est atque odorata, juxta illud: *Justus ut palma florebit, et sicut cedrus in Libano multiplicabitur* [25], aliquando autem in malum, quia arbor est sterilis atque inflexibilis, juxta illud: *Vidi impium superexaltatum atque elevatum sicut cedros Libani* [26]. Hoc in loco igitur per cedros dæmones intelligit propter elationem ac superbiam illam, quæ de cœlo eos præcipitavit. Vox, inquit, Domini fit, quando conterit ac confringit dæmones. Punctus enim ponendus est, post dictionem, *Domini*, ut intelligatur esse obliqua quædam constructio; qua loquendi figura infra etiam usus est.

Et confringet Dominus cedros Libani. Libanus mons est Palæstinæ regionis, altus, ac ferens cedros, idolorum templis consecratum; unde per cedros idolorum nemora ac lucos intelligit, qui in ipso sunt, per continens contenta significans. Similia

[24] Matth. III, 17. [25] Psal. XCI, 13. [26] Psal. XXXVI, 35.

esse cedris videntur idola, propter eorum fastigium, densitatem ac sterilitatem. Prædicit igitur Propheta hic idolorum destructionem : per quæ omnium hujusmodi delubrorum pariter eversionem significat.

Vers. 6. *Et comminuet eas ut vitulum, Libanum.* Et quemadmodum vitulum illum qui ab Hebræis in Choreb fabricatus est, comminuit ac dissipavit Deus per Moysem, sic etiam has cedros comminuet. Deinde interpungendum est, et per se legenda dictio, *Libanum ;* non enim unam aut alteram illius partem, sed totum atque in universum comminuet.

Et dilectus meus ut filius unicornium. De Christo sermo est : qui dilectus quidem est ut unigenitus. Ita enim eum Pater appellavit dicens : *Hic est filius meus dilectus.* Unicornium vero filius, veluti invictus, atque insuperabilis. Hujuscemodi enim naturæ esse legimus id animal apud beatum Job. Tu illud considera, quomodo Dei Filius Agnum se atque ovem appellari voluit, quando pro humani generis peccatis in sacrificium se Patri obtulit, juxta illud : *Ecce Agnus Dei* [27] : item : *Quasi ovis ad occisionem ductus est* [28] ; filium vero unicornium, quando vindicta opus fuit, et quando inimici potestatem destruendam prædicit. Dici etiam potest Christus filius unicornium, veluti qui unico ac singulari quodam modo, et tanquam homo genitus est, et tanquam Deus : quippe qui ut Deus, ex Patre genitus est, sine matre : atque ut homo, ex matre, sine patre. His igitur idolis, ac dæmonibus contritis, ac comminutis, Christus reddetur invictus. *Portæ enim inferni non prævalebunt adversus Ecclesiam ejus.*

Vers. 7. *Vox Domini intercidentis flammam ignis.* Subauditur etiam in loco verbum *fit.* Prædicit autem Propheta ea inprimis quæ tribus pueris in fornace Babylonica contigerunt, ubi flamma intercisa spiritum roris sibilantem suscepit : deinde autem quæ Christi martyribus. Intelligi etiam possunt hæc verba, ut pertineant ad sententiam Dei in die judicii, quando intercidet et dividet Deus flammam ignis, et splendida ac lucida ignis potentia justis deserviet. Caustica vero et adustiva in pœnam peccatoribus tribuetur.

Vers. 8. *Vox Domini concutientis desertum.* Per desertum gentes intelligit, quæ omni divina cognitione prorsus viduatæ ac desolatæ, quæque spirituali etiam doctrina ac prorsus virtute carentes, aridæ ac steriles, deserti instar merito dici poterant : quod desertum adventu suo Christus concussit, commovens ac convertens illud ad se, et arans aratro fidei.

Et concutiet Dominus desertum Cades. Concutiet autem non omne desertum, sed desertum Cades : hoc est desertum sanctum, et segregatum, dignumque Deo atque ei destinatum. Cades enim sanctum Græci interpretantur.

[27] Joan. i, 36. [28] Isa. liii, 7.

A ἐοικότα κέδροις, διά τε ὑψηλὸν τῆς ὀροφῆς καὶ κατάκομον καὶ ἄκαρπον. Προαγορεύει δὲ τὸ ῥητὸν τὴν τούτου κατάλυσιν· διὰ δὲ τούτων αἰνίττεται καὶ τὴν ἁπάντων τῶν τοιούτων σηκῶν.

Καὶ λεπτυνεῖ αὐτοὺς, ὡς τὸν μόσχον, τὸν Λίβανον. Καὶ ὥσπερ τὸν ἐν Χωρὴβ κατασκευασθέντα τοῖς Ἑβραίοις μόσχον ἐλέπτυνε διὰ Μωσέως καὶ διεσκόρπισεν, οὕτω καὶ ταύτας. Εἶτα στικτέον, καὶ καθ' ἑαυτὸν ἀναγνωστέον *τὸν Λίβανον*, ἵνα νοηθείη, ὅτι λεπτυνεῖ αὐτὰς, λέγω δὲ τὸν Λίβανον ὅλον, οὐκ ἐκ μέρους, ἀλλὰ καθόλου αὐτοῦ γενησομένου τοῦ λεπτυσμοῦ.

Καὶ ὁ ἠγαπημένος μου, ὡς υἱὸς μονοκερώτων. Περὶ τοῦ Χριστοῦ ὁ λόγος· ἠγαπημένος γὰρ, ὡς ὁ μονογενής.
B Οὕτω γὰρ ὁ Πατὴρ αὐτὸν ἐκάλεσεν, *Οὗτός ἐστι*, λέγων, *ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός*· υἱὸς δὲ μονοκερώτων, διὰ τὸ ἄμαχον καὶ ἀνυπότακτον· τοιοῦτον γὰρ εἶναι τὸ ζῶον τοῦτό φησιν ἡ βίβλος Ἰώβ. Ὅρα δὲ ὅπως ὅτε μὲν θυσίαν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἑαυτὸν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ προσάγει, ἀμνὸς ὀνομάζεται, καὶ πρόβατον, ὡς τό· *Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ*, καὶ τό· *Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη*· ὅτε δὲ ἀμύνασθαι δέοι, καὶ καθελεῖν τὴν δυναστείαν τοῦ πονηροῦ, υἱὸς μονοκερώτων. Λέγοιτο δ' ἂν υἱὸς μονοκερώτων καὶ ὡς ἑκατέρωθεν μονοειδῶς γεννηθείς· ἐκ μὲν τοῦ Πατρὸς, ἄνευ μητρός· ἐκ δὲ τῆς μητρὸς, ἄνευ ἀνδρός. Τούτων οὖν, φησὶ, συντριβομένων, καὶ λεπτυνομένων, ὁ Χριστὸς ἀήττητος ἔσται.
C *Πύλαι γὰρ ᾅδου οὐκ ἀντισχύσουσι τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ.*

Φωνὴ Κυρίου, διακόπτοντος φλόγα πυρός. Λείπει κἀνταῦθα τὸ, *γίνεται*· προαγορεύει δὲ προηγουμένως μὲν, περὶ τῆς Βαβυλωνίας καμίνου, ἥτις διακοπεῖσα, πνεῦμα δρόσου διασυρίζον ἐδέξατο· ἑπομένως δὲ, καὶ περὶ τῶν ὑποδεξάντων τοὺς μάρτυρας τοῦ Χριστοῦ. Λέγοιτο δ' ἂν καὶ περὶ τῆς ἀποφάσεως τῆς ἐν ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, ὅτε διακόψει καὶ διαμερίσει τὴν φλόγα τοῦ πυρός· ὥστε τὴν μὲν φωτιστικὴν καὶ λαμπρύνουσαν δύναμιν αὐτῆς τοῖς δικαίοις ἀποκληρωθῆναι· τὴν δὲ καυστικὴν καὶ κολάζουσαν, τοῖς ἁμαρτωλοῖς.

D *Φωνὴ Κυρίου, συσσείοντος ἔρημον.* Ἔρημον τὰ ἔθνη καλεῖ, διὰ τὴν ἐρημίαν τῆς θεογνωσίας, καὶ τὴν ἀνυδρίαν τῆς πνευματικῆς διδασκαλίας, καὶ τὴν ἀκαρπίαν τῶν ἀρετῶν, ἥντινα ἔρημον ὁ Χριστὸς ἐπιφανεὶς συνέστησε, μετακινήσας εἰς ἑαυτὸν, καὶ ἀρόσας τῷ ἀρότρῳ τῆς πίστεως.

Καὶ συσσείσει Κύριος τὴν ἔρημον Κάδδης. Συσσείσει δὲ, φησὶν, οὐ πᾶσαν τὴν ἔρημον, ἀλλὰ τῆς Κάδδης, τουτέστιν τὴν ἁγίαν, τὴν ἀφωρισμένην καὶ ἀξίαν αὐτοῦ· τὸ Κάδδης γὰρ, ἁγίαν (96) ἑρμηνεύει καθ' Ἕλληνας.

Variæ lectiones.

(96) Ἴσ. ἑρμηνεύεται.

Φωνὴ Κυρίου, καταρτιζομένη ἐλάφους. Ἐντεῦθεν διισχυρίζονταί τινες, ὅτι τὸ, Φωνὴ Κυρίου συντρίβοντος, καὶ τ' ἄλλα τὰ τοιουτόσχημα, οὐκ εἰσὶν ἐλλειπτικά· ἀλλὰ πλαγείας συντάξεως, ἀλλὰ σχῆμα ἑτερογενὲς ὁμοῦ καὶ ἑτερόπτωτον· Συντρίβοντος γὰρ, ἀντὶ τοῦ Συντρίβουσα· καὶ ἑτερογενὲς μὲν, διὰ τὸ ἀρσενικὸν ἀντὶ θηλυκοῦ· ἑτερόπτωτον δὲ, διὰ τὴν γενικὴν ἀντὶ εὐθείας. Ἐλάφους δὲ λέγει, τοὺς μαθητὰς τοῦ Χριστοῦ. Ὥσπερ γὰρ ἡ ἔλαφος καταφρονεῖ τῆς τῶν ἰοβόλων ἑρπετῶν βλάβης, καὶ διώκει ταῦτα διὰ τῆς οἰκείας ὀσμῆς, καὶ ἀνέλκουσα τῇ βίᾳ τοῦ πνεύματος, τοῦ ἀπὸ τοῦ στόματος αὐτῆς, ὄλλυσιν· οὕτως καὶ πᾶς ὁ Χριστοῦ μαθητὴς ἔλαβεν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Αὐτὴ οὖν ἡ φωνὴ τοῦ Σωτῆρος, κατήρτισεν αὐτοὺς εἰς τὸν δρόμον τοῦ κηρύγματος καὶ τῆς ἀρετῆς, ἡ λέγουσα· Ἰδοὺ δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ἐδίωκον μὲν τοὺς νοητοὺς ὄφεις τῇ ὀσμῇ τοῦ πνεύματος, ὤλλυον δὲ αὐτοὺς τῇ δυνάμει τοῦ ἐκπεμπομένου λόγου τοῦ στόματος αὐτῶν.

A VERS. 9. *Vox Domini præparans cervos.* Ex hoc loco aliqui contendunt, quod verba illa : *Vox Domini confringentis cedros*, et alia hujusmodi non sunt defectivæ figuræ loquendi, nec constructiones obliquæ, sed quod sub aliam cadunt figuram, quæ genus ponit pro genere, et casum pro casu, veluti *conterentis* pro eo quod est *conterens* : et genus quidem pro genere positum est, masculinum videlicet participium, pro femineo [quod ex lectione Græca discerni potest, cum masculinum et femineum participium apud eos nunquam sit ejusdem generis] : et casus pro casu, genitivus nimirum pro recto : per cervos autem Christi discipulos intelligit. Namquemadmodum cervus omnes venenatorum reptilium læsiones parvipendit; quinimo odo- B ratu suo hujuscemodi quæque animalia persequitur, ac vi spiritus oris sui ea attrahit, ac perdit : ita etiam omnes Christi discipuli similem a divina gratia consecuti sunt potestatem, calcandi nimirum serpentes et scorpiones, et omnem inimici potentiam. Ipsa igitur Salvatoris vox, discipulos omnes cervorum instar, ad prædicationis et virtutum cursum præparavit; illa, inquam, vox qua dixit : *Ecce do vobis potestatem*, etc. Qua voce freti ac confirmati, intellectuales serpentes odoratu spiritus persequentes perdebant : ea nimirum divini verbi potentia, quæ a spirituali eorum ore profluebat.

Καὶ ἀποκαλύψει δρυμούς. Δρυμοὺς δὲ λέγει τὰς ὑλώδεις καὶ ἀκάρπους ψυχὰς τῶν ἐθνῶν, αἷς ἐνεφώλευον ὡς θηρία τὰ ποικίλα καὶ ἄγρια πάθη, ἃς ἀποκαλύψει, περιελὼν τὴν πυκνότητα τοῦ σκότους αὐτῶν τῷ λόγῳ, ὅς ἐστι τομώτερος, φησὶν, ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον· ὡς γενέσθαι τὰ θηρία φανερὰ, καὶ εὐεπιχείρητα ταῖς ἐλάφοις.

Et revelabit silvas. Per silvas, infructuosas ac silvestres gentium animas intelligit, in quibus multiplices atque asperæ passiones seu affectus, veluti feræ quædam, latebras atque habitationes suas collocarant : quas revelabit Deus, tenebrarum densitatem auferens proprio sermone. Qui, [ut in- C quit Paulus], *penetrabilior est omni gladio ancipiti* [29], ita ut feræ omnes manifestæ fiant, et a cervis, quos diximus, facillime capi possint. [Illud autem animadvertendum est, quod Græca dictio δρυμοὺς silvas pariter et condensa, seu densitatem significat. Solent enim silvæ densæ esse arboribus, et virgultis.

Καὶ ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ πᾶς τις λέγει δόξαν. Τῷ κατὰ πάντα τόπον, καὶ πᾶς πιστεύσας, καὶ οὐ τῷ ἐν Ἱεροσολύμοις, οὐδὲ Ἰουδαῖοι μόνον. Λέγει δὲ δόξαν ἀντὶ τοῦ, Ἄδει ὕμνον, εὐχαριστῶν αὐτῷ, ὡς Λυτρωτῇ καὶ Σωτῆρι. Λέγει δὲ τότε, ὅτι καιρὸς καλεῖ.

Et in templo ejus omnes dicent gloriam. In templo Domini, ubicunque illud fuerit, non in Hierosolymis, aut Judæi tantum, dicent gloriam, hoc est laudem Dei canent, et gratias ei agent, tanquam Redemptori ac Salvatori : sed omnes credentes passim, ac fideles, ubicunque locorum fuerint : gloriam vero hanc tunc dicent, quando temporum opportunitas id postulaverit.

Κύριος τὸν κατακλυσμὸν κατοικιεῖ. Κατακλυσμὸν λέγει τὰ κατακλυσθέντα τῇ πλημμύρᾳ τῶν παθῶν ἔθνη. Ταῦτα, φησὶν, ἐνοικήσει Χριστὸς ταῖς χώραις, ταῖς Ἐκκλησίαις αὐτοῦ. Ἢ κατακλυσμὸν νόει τὸ θεῖον βάπτισμα, κατακλύον τὰς ἁμαρτίας, ὃ ἐνοικήσει ταῖς Ἐκκλησίαις.

VERS. 10. *Dominus diluvium inhabitare facit.* Per Diluvium gentes intelligit, quæ in inundatione ac pelago passionum ac humanorum affectuum de- D mersæ erant : has, inquit, gentes, Dominus inhabitare faciet in regionibus Ecclesiæ suæ. Vel per diluvium, sanctum baptisma intellige, quo peccata demerguntur : quod baptisma Dominus inhabitare faciet in Ecclesia.

Καὶ καθιεῖται Κύριος βασιλεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, Βασιλεὺς τῶν πιστῶν, τῶν ἀποκαθηραμένων. Ἐδόθη μοι γὰρ, φησὶν, ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. Καθιεῖται δὲ, ἀντὶ τοῦ, Μενεῖ, διὰ τὸ ἑδραῖον τοῦ καθίζεσθαι.

Et sedebit Dominus Rex in sæculum. Rex fidelium nimirum, atque eorum, qui baptismi lavacro purgati sunt. *Data est enim mihi*, inquit, *potestas in cœlo, et in terra* [30]. *Sedebit* autem, positum est, pro, Manebit, propter stabilitatem, quæ in sessione denotatur.

[29] Hebr. IV, 12. [30] Matth. XXVIII, 18.

VERS. 11. *Dominus fortitudinem populo suo dabit.* Populo Christianorum scilicet qui sub dæmonum ac passionum tyrannide olim opprimebantur.

Dominus benedicet populo suo in pace. Oppressum bello populum roborabit, et in tempore pacis benedicet : hoc est gratia sua dignum faciet, per donum sancti Spiritus. Vel *benedicet*, pro, laudabit, tanquam sibi placentem et gratum.

Κύριος ἰσχὺν τῷ λαῷ αὐτοῦ δώσει. Τῷ τῶν Χριστιανῶν πολεμουμένῳ ὑπὸ τυράννων ἢ δαιμόνων, ἢ παθῶν.

Κύριος εὐλογήσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν εἰρήνῃ. Πολεμούμενον μὲν, ἐνισχύσει, ἐν τῷ καιρῷ τῆς εἰρήνης εὐλογήσει, τουτέστι, χάριτος ἀξιώσει, διὰ τῆς δωρεᾶς τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἢ *εὐλογήσει*, ἀντὶ τοῦ, ἐπαινέσεται, εὐχαριστοῦντα αὐτῷ.

Psalmus Cantici renovationis domus ipsi David.

PSALMUS XXIX.

Quid sit *Psalmus Cantici* in proœmio dictum est. De reliqua hujus psalmi inscriptione variæ sunt interpretum sententiæ. Aliqui enim dicunt per domum hoc in loco, intelligi animam ipsius beati David, quæ prophetici charismatis quoddam erat habitaculum : et per renovationem domus, renovationem divinæ gratiæ intelligunt, quando nimirum post adulterii et cædis crimina, peracta pœnitentia dignus rursum effectus est, cui a Domino prophetiæ donum restitueretur. Alii domum, fidelium Ecclesiam esse dicunt : et per renovationem domus, renovationem illam intelligunt, quæ fit per regenerationem baptismatis. Alii item festivitatem illam renovationi similem, quam Ezechias Rex post Assyriorum profligationem in templo celebravit : templum quippe domus Domini est : ita ut præsens psalmus, cui inscriptum est, *Psalmus cantici renovationis domus*, enuntiet, quænam verba dicta fuerint a beato David, si ad eum verba psalmi referamus, aut quænam verisimile esset dici debere ab Ecclesia, aut ab ipso Ezechia. Unicuique enim eorum potest accommodari. Et quod ait *ipsius David*, per se legendum est, ut auctoris tantum nomen exprimat.

Ψαλμὸς Ὠδῆς ἐγκαινισμοῦ τοῦ οἴκου Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΚΘ'.

Τί μέν ἐστι *Ψαλμὸς ᾠδῆς*, ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς ἐξηγήσεως τῆς παρούσης βίβλου προείρηται· περὶ δὲ τῆς λοιπῆς ἐπιγραφῆς διάφοροι λόγοι φέρονται. Τινὲς μέν φασιν, οἶκον μὲν τὴν τοῦ Δαβὶδ ψυχὴν ὀνομασθῆναι, ὡς κατοικητήριον γεγονυῖαν τοῦ προφητικοῦ χαρίσματος· ἐγκαινισμὸν δὲ τὴν αὖθις ἀνανέωσιν, ὅτε μετὰ τὴν πορνείαν καὶ τὸν φόνον Οὐρίου μετανοήσας θερμῶς, ἠξιώθη πάλιν τοῦ προφητεύειν, ὡς τὸ πρότερον. Τινὲς δὲ οἶκον μὲν, τὴν Ἐκκλησίαν τῶν πιστῶν, ἐγκαινισμὸν δὲ, τὴν διὰ τῆς ἀναγεννήσεως τοῦ βαπτίσματος ἀνακαίνισιν αὐτῆς. Ἄλλοι δὲ ἐγκαινισμὸν ἐκάλεσαν τὴν ἐγκαινισμῷ ἐοικυῖαν, ἣν ὁ Ἐζεκίας ἑώρταζε μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τῶν Ἀσσυρίων, ἐν τῷ ναῷ τῷ οἴκῳ Κυρίου· ὡς εἶναι τὸν ψαλμὸν τοῦτον, ψαλμὸν ᾠδῆς τοῦ ἐγκαινισμοῦ τοῦ οἴκου, προαναφωνοῦντα, τίνας εἰκὸς λόγους ῥηθῆναι τηνικαῦτα, εἴτε παρὰ τοῦ Δαβὶδ, εἴτε παρὰ τῆς Ἐκκλησίας, εἴτε παρὰ τοῦ Ἐζεκίου· ἑκάστῳ γὰρ τούτων ἁρμόσειεν ἄν. Τὸ δὲ, *τοῦ Δαβίδ*, ἀναγνωστέον καθ' ἑαυτὸν, δηλοῦν τὸν ποιήσαντα.

VERS. 2. *Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me.* Sed quonam pacto humilis homo eum poterit exaltare, qui excelsus est? Confitendo nimirum ac prædicando, quod altus is sit ac sublimis. Hac ratione magnificare etiam Deum quis dicitur, qui magnum illum esse asseverat, quemadmodum contra, is Deum humiliat, ac deprimit, qui humilia ac vilia de eo loquitur. *Suscepisti* vero, hoc est, sublimasti, atque allevasti, auxilii nimirum tui manum supponens, cum peccatorum onere depressus jacerem.

Ὑψώσω σε, Κύριε, ὅτι ὑπέλαβές με. Πῶς ὁ ταπεινὸς ὑψώσει τὸν ὑψηλόν; Ἢ δηλονότι ὑψηλὸν αὐτὸν ὁμολογῶν· οὕτω γὰρ καὶ μεγαλύνει αὐτὸν, ὡς μέγιστον δογματίζων, ὥσπερ ἐκ τοῦ ἐναντίου ταπεινοῖ καὶ σμικρύνει, ὁ ταπεινὰ καὶ μικρὰ περὶ αὐτοῦ φθεγγόμενος. *Ὑπέλαβες* δὲ, ἀντὶ τοῦ Μετεώρισας, ἐκούφισας κατεῤῥαγμένον τῇ ἁμαρτίᾳ, ὑποθεὶς χεῖρα τῆς βοηθείας σου.

Nec delectasti inimicos meos super me. Si de beato David psalmum exponis, per inimicos, eos intellige, quibus daturum se Deus illius regnum comminatus fuerat per prophetam Nathan; si de Ecclesia, dæmones; si vero de rege Ezechia, Assyrios. *Non delectasti* autem, hoc est, Non permisisti ut delectarentur adversum me.

VERS. 3. *Domine Deus meus, clamavi ad te, et sanasti me.* Non sero, inquit, me curasti. Ubi enim confessus est beatus David delictum suum dicens : *Peccavi Domino* [31], statim ei dictum est a Nathan : *Abstulit Dominus peccatum tuum* [32]. Ecclesia etiam pari modo quando baptismatis tempore Deum invocat, statim abluitur a peccatorum plagis : et beatus Ezechias sacco indutus, et supplicans ad Deum, confestim liberatus est ab obsidionis plaga.

Καὶ οὐκ εὔφρανας τοὺς ἐχθρούς μου ἐπ' ἐμέ. Κατὰ τὸν Δαβὶδ μὲν, οἷς δοθῆναι τὴν βασιλείαν αὐτοῦ ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου τοῦ Νάθαν ἠπείλησε· κατὰ δὲ τὴν Ἐκκλησίαν, τοὺς δαίμονας· κατὰ δὲ τὸν Ἐζεκίαν, τοὺς Ἀσσυρίους· *Οὐκ εὔφρανας* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Οὐκ ἔδωκας εὐφρανθῆναι αὐτοὺς κατ' ἐμοῦ.

Κύριε ὁ Θεός μου, ἐκέκραξα πρὸς σὲ, καὶ ἰάσω με. Δηλονότι οὐκ εἰς μακράν· ὁ μὲν γὰρ Δαβὶδ εἰπὼν, *Ἡμάρτηκα τῷ Κυρίῳ*, ἤκουσεν εὐθὺς, ὅτι *Ὁ Κύριος ἀφεῖλε τὸ ἁμάρτημά σου*· ἡ δὲ Ἐκκλησία, ἐπικαλουμένη αὐτὸν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ βαπτίσματος, εὐθὺς ἀπολούεται τὰς πληγὰς τῆς ἁμαρτίας· ὁ δὲ Ἐζεκίας σάκκον περιβαλλόμενος, ἱκετεύσας, ταχέως ἰάθη ἀπὸ τῆς πληγῆς τῆς πολιορκίας.

[31] II Reg. XII, 13. [32] Ibid.

A *Καὶ ἀνήγαγες ἐξ ᾅδου τὴν ψυχήν μου.* Κατὰ μὲν τὸν Δαβὶδ καὶ τὴν Ἐκκλησίαν, ἀπὸ του σκότους τῆς ἁμαρτίας. Ἢ καὶ διὰ τὴν τοῦ ᾅδου κατάλυσιν τοῦτο, καὶ τὴν τῶν ψυχῶν ἐλευθερίαν. Κατὰ δὲ τὸν Ἐζεκίαν, ἀπὸ τοῦ σκότους τῆς δουλείας, ἣ σκότωσιν ἐμποιεῖ.

Ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον. Τὸ αὐτὸ πάλιν εἶπεν· ἔθος γὰρ τοῖς εὐχαριστοῦσι, ποικίλλειν τὴν διήγησιν τῆς εὐεργεσίας. Λάκκον δὲ νοήσεις τὸν ἄφυκτον κίνδυνον, τοιοῦτος γὰρ ὁ βόθρος, ἢ τὸν τάφον, ἢ τὸν ᾅδην· καὶ ταῦτα γὰρ ἐν τῷ βάθει τῆς γῆς εἰσὶ καὶ ἄφυκτα. Ἔσωσάς με, φησὶν, ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς κίνδυνον· κατὰ μὲν τὸν Δαβὶδ καὶ τὴν Ἐκκλησίαν, ψυχικόν· B κατὰ δὲ τὸν Ἐζεκίαν, σωματικόν. Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι οὐ πάντα τὰ ἑξῆς ῥητὰ, τούτοις ἁρμόζουσιν, ἀλλά τινα· τοιαῦτα γὰρ, ὡς ἐπίπαν, τὰ προφητικά.

Ψάλατε τῷ Κυρίῳ οἱ ὅσιοι αὐτοῦ. Οἱ δίκαιοι αὐτοῦ, οἱ ἐνάρετοι· οἱ γὰρ μὴ οὕτως ἔχοντες, ψάλλοντες οὐ ψάλλουσιν. Οὐ γὰρ δύναται δένδρον πονηρὸν καρποὺς ἀγαθοὺς ποιεῖν, οὐδὲ καρδία θανατηφόρος, ῥήματα ἐκβάλλειν ζωῆς.

Ἐξομολογεῖσθε τῇ μνήμῃ τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ. Καὶ εὐχαριστεῖτε τῆς (97) μνήμης αὐτοῦ, ὅτι ἐμνημόνευσεν ἡμῶν αὐτὴ, τῶν ἐπιλελησμένων, διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν.

C *Ὅτι ὀργὴ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ, καὶ ζωὴ ἐν τῷ θελήματι αὐτοῦ.* Ὀργὴν μὲν ὀνομάζει νῦν τὴν κόλασιν· θυμὸν δὲ, τὴν ἀγανάκτησιν. Ἔστι δὲ τοιοῦτος ὁ νοῦς· ὅτι κόλασις μέν ἐστιν, ἐν τῇ ἀγανακτήσει αὐτοῦ· ζωὴ δὲ, ἐν τῷ θελήματι αὐτοῦ· τουτέστιν ἀγανακτῶν μὲν, κολάζει, ὡς δίκαιος· θέλει δὲ ἀεὶ ἐλεεῖν, ὡς ἐλεήμων, ὡς εἶναι τὸ μὲν, περιστάσει ἀπροαιρέτῳ· τὸ δὲ, φύσει θελητικῇ· φησὶ γὰρ διὰ Ἰεζεκιὴλ· *Μὴ θελήσει θέλω τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι αὐτόν.* Προτάττει δὲ ἡ Γραφὴ τὰ λυπηρὰ τῶν ἡδέων· (98) ἡδύσιμα γὰρ μετὰ λυπηρὰ τὰ χρηστὰ, ὥς τό· *Ἐγὼ ἀποκτενῶ καὶ ζῆν ποιήσω· πατάξω, κἀγὼ ἰάσομαι.*

VERS. 4. *Domine, deduxisti ab inferno animam meam.* Sive exponas psalmum de beato David, sive de Ecclesia, per infernum intellige tenebras peccati. Vel his verbis inferni destructionem et animarum liberationem significat. Quod si de Ezechia, tenebras formidinis. Solet enim formido tenebras generare.

Salvasti me a descendentibus in lacum. Eamdem iterum aliis verbis repetit sententiam, quemadmodum mos est iis, qui de acceptis beneficiis gratias agunt. Per lacum vero inevitabile periculum intellige. Nam qui in lacum aut foveam aut infernum, quæ omnia in profundo terræ sunt, incidit, illinc evadere non potest. Salvasti me, inquit, ab iis qui descendunt in periculum; in periculum, inquam, animæ, si de Ecclesia, aut de David intelligas : sed corporale, si de Ezechia. Illud autem animadvertendum est, quod quæ sequuntur, non omnia his tribus congruunt, sed aliqua tantummodo : sic enim fere se habent verba prophetica.

VERS. 5. *Psallite Domino sancti ejus.* Vos, o justi et virtute præditi. Nam qui hujusmodi non sunt, tametsi psallant, Domino non psallunt, neque enim potest arbor mala fructus bonos facere, nec cor mortiferum, ac cædibus plenum, verba vitæ emittere.

Et confitemini memoriæ sanctitatis ejus. Et gratias agite illius memoriæ, quod nostrum scilicet meminerit, quorum antea, ob delicta, fuerat oblitus.

VERS. 6. *Quoniam ira in excandescentia ejus et vita in voluntate ejus.* Per iram, castigationem seu punitionem intelligit; et sensus est quod castigatio in excandescentia Dei est; vita vero in ejus voluntate, hoc est, quod licet, ut justus, puniat quoties excandescit, ut misericors tamen, semper cupit ac vult misereri, ita ut alterum, quod puniat, non ita ex electione Dei esse demonstretur, sed casu quodammodo, propter hominum delicta : alterum vero, quod vivificet, ex natura ejus esse appareat, et voluntarium : quemadmodum et alibi per Ezechielem docet dicens : *Non volens volo mortem peccatoris, sed ut convertatur, et vivat* [33]. Præponit etiam Propheta mœsta jucundis : eo quod dulciora videantur bona quæ post tristia obveniunt. Simile est illud : *Ego occidam et vivificabo, percutiam et sanabo* [34].

D *Τὸ ἑσπέρας αὐλισθήσεται κλαυθμὸς, καὶ εἰς τὸ πρωῒ ἀγαλλίασις.* Τοῦτο βούλεται δηλοῦν, ὅτι ἡ μετάνοια ταχεῖαν ἀνεπάγεται τὴν συγχώρησιν. Ὁ γὰρ ἑσπέρας κλαύσας, τὸ πρωῒ ἀγαλλιάσεται, παρηγορούμενος τῇ ἐπιδημίᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἔστι δὲ καὶ προφητεία περὶ τῶν ἀποστόλων, οἳ ἐν ἑσπέρᾳ τοῦ Σαββάτου, μετὰ τὴν ταφὴν τοῦ Σωτῆρος, κλαίουσι, καὶ τὸ πρωῒ τῇ Κυριακῇ αἱ γυναῖκες ἐκόμισαν χαρᾶς εὐαγγέλια, καὶ ὅτι ἀνέστη ὁ Κύριος.

Ad vesperum demorabitur fletus et ad matutinum lætitia. Sensus est, quod pœnitentia de peccatis, celerem secum adducit veniam. Nam qui vespere sua fleverit peccata, mane postmodum summa lætitia exsultabit, adventu nimirum sancti Spiritus consolatus. Est et hæc prophetia de apostolis, quibus post Domini sepulturam vespere Sabbati flentibus, mane, Dominico die mulieres jucundum illud lætitiæ nuntium attulerunt, Dominum resur-

[33] Ezech. XVIII, 23. [34] Deut. XXXII, 39.

Variæ lectiones.

(97) Scribe τῇ μνήμῃ, vel subaudi ἕνεκεν. (98) Ισ. ἡδίονα.

rexisse asseverantes. Ezechias autem et universus populus, vespere in unum collecti flebant, cum horrendas Sennacherib minas audissent, timentes se jamjam in inimicorum potestatem perventuros: et mane summo gaudio affecti sunt, intelligentes, quod ea nocte tot millia hostium fuissent ab angelo Domini interempta. *Demorabitur* vero, hoc est, habitabit.

VERS. 7. *Ego autem dixi in abundantia mea: Non movebor in sæculum.* Potest hoc tam Ezechiæ quam beato David accommodari, qui in tempore secundæ fortunæ arbitrati sunt eam stabilem semper futuram, et nunquam adversam. Per abundantiam enim bonum ac felicem statum intelligit, et per motionem, seu fluctuationem, conversionem a stabilitate.

VERS. 8. *Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo potentiam, avertisti faciem tuam a me, et factus sum conturbatus.* Ad eosdem possunt hæc verba pertinere. Illam, inquit, potentiam, quam pulchritudo seu decor meus antea habebat: illam nimirum claritatem atque excellentiam regni, non mea ego virtute, aut meis meritis, sed te sic volente habebam. Avertisti autem protectionem tuam a me, propter existimationem meam, et statim in turbulentiam atque calamitates versus sum.

VERS. 9. *Ad te, Domine, clamabo.* Consecutus a te tempestivum auxilium, ad te in futurum clamabo. Utitur autem propheta sæpenumero hoc verbo, quando preces ex intimo emissas corde significat.

Et ad Deum meum deprecabor. Eamdem repetit sententiam. Vel, quod supra ait, *Ad te, Domine*, ad Patrem dictum est: et quod nunc ait *ad Deum meum*, ad Filium pertinet. Illum autem diem prænuntiare mihi videtur beatus David, quo Absalon filius eum persecutus est, in qua persecutione Deum invocavit: vel diem illum, quo Ezechias factus est certior per Prophetam, quod sequenti die ei moriendum erat, quo audito, statim Deo pro vita sua supplicavit. Clamabo, inquit, et precabor sic dicens:

VERS. 10. *Quæ utilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem?* Per sanguinem, propriam carnem intelligit, quæ sanguine concreta est. Quænam, inquit, est utilitas in carne mea, ita aucta atque ornata, si ad putrefactionem deventurus sum? satius esset nunquam natum fuisse. Naturam enim humanam vilipendit Propheta hoc in loco, quasi mortalem et brevi exstinguendam: unde alibi etiam ait: *Homo vanitati similis factus est.*

Nunquid confitebitur tibi pulvis, aut annuntiabit veritatem tuam? Verba similia illis sunt: *Non mortui laudabunt te, Domine, neque omnes qui descendunt in infernum; sed nos qui vivimus benedicemus Domino* [34]. Fidens enim in summa Dei patientia ac longanimitate causam suam justificat dicens: Nunquid pulvis ille, in quem ego resol-

A Καὶ οἱ περὶ τὸν Ἐζεκίαν δὲ, μετὰ φορὰν (99) ἀπειλὴν τοῦ Σεναχηρεὶμ ἑσπέρας συλλεγέντες, καὶ κλαύσαντες, ὡς ἤδη κατασχεθησόμενοι, τὸ πρωῒ χαρᾶς ἐπλήσθησαν, διὰ τῆς νυκτὸς ἀοράτως ἀναιρεθεισῶν τῶν τοσούτων ἐκείνων χιλιάδων. *Αὐλισθήσεται* δὲ, ἀντὶ τοῦ, σκηνώσει.

Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου· Οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα. Τοῦτο περὶ Δαβὶδ ἐστι καὶ Ἐζεκίου, οἳ ἐν ταῖς εὐημερίαις αὐτῶν, ᾤοντο, μὴ δυσπραγῆσαί ποτε. Εὐθηνία μὲν γὰρ, ἡ εὐεξία· σάλευσις δὲ, ἡ παρατροπὴ τῆς εὐσταθείας.

B *Κύριε, ἐν τῷ θελήματί σου παράσχου τῷ κάλλει μου δύναμιν, ἀπέστρεψας δὲ τὸ πρόσωπόν σου, καὶ ἐγενήθην τεταραγμένος.* Περὶ τῶν αὐτῶν καὶ ταῦτα· φησὶ γὰρ, ὅτι Ἥνπερ εἶχε δυνάμιν τὸ κάλλος μου πρότερον, ἤτοι ἡ λαμπρότης καὶ περιφάνεια τῆς βασιλείας μου, σοῦ θελήσαντος εἶχον, καὶ οὐκ ἐξ ἐμῆς ἀρετῆς. Ἀπέστρεψας γὰρ τὴν ἐπισκοπήν σου διὰ τὴν ἐμὴν οἴησιν, καὶ εὐθὺς ἐγενόμην ἐν θορύβῳ καὶ συμφορᾷ.

Πρὸς σὲ, Κύριε, κεκράξομαι. Ἀπολαύσω ταχείας ἐπικουρίας· πρὸς σὲ εἰς τὸ ἑξῆς κεκράξομαι. Παρατηρητέον δὲ, ὅτι τὸ κράζειν, καὶ τὸ βοᾷν, ἐπὶ τῶν ἐκ καρδίας δεομένων τίθησιν ἡ Γραφή.

C *Καὶ πρὸς τὸν Θεόν μου δεηθήσομαι.* Τὸ αὐτὸ κἀνταῦθα. Ἢ *πρὸς* σὲ μὲν, διὰ τὸν Πατέρα· *πρὸς τὸν Θεόν μου* δὲ, διὰ τὸν Υἱόν. Ἔοικε δὲ προσαγορεύειν τὴν ἡμέραν καθ' ἣν αὐτὸς ὁ Ἀβεσαλὼμ ἐδίωκε τὸν Δαβίδ· διωκόμενος γὰρ οὗτος, ἐπεκαλέσατο τὸν Δαβίδ· ἢ καθ' ἣν Ἐζεκίας πληροφορηθεὶς διὰ τοῦ προφήτου ὅτι αὔριον ἀποθανεῖται, ἱκέτευσεν τὸν Κύριον περὶ τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς. Κεκράξομαι, φησὶ, καὶ δεηθήσομαι, λέγων οὕτως·

Τίς ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου, ἐν τῷ καταβαίνειν με εἰς διαφθοράν; Αἷμα λέγει τὴν σάρκα· ἡ σὰρξ γὰρ, αἷμα πεπηγός ἐστι. Ποία, φησὶν, ὠφέλεια τῇ σαρκί μου, οὕτως αὐξηθείσῃ, ἐπεὶ καταβῆναι μέλλω εἰς σῆψιν. Ἄμεινον γὰρ μηδὲ γεννη-

D θῆναί με. Φαυλίζει δὲ τὴν φύσιν, ὡς ἐπίκηρον, καὶ ὀλιγοχρόνιον. *Ἄνθρωπος* γὰρ, φησὶ, *ματαιότητι ὡμοιώθη.*

Μὴ ἐξομολογήσεταί σοι χοῦς, ἢ ἀναγγελεῖ τὴν ἀλήθειάν σου; Ὅμοια ταῦτα τῷ· *Οὐχὶ νεκροὶ αἰνέσουσί σε, Κύριε, οὐδὲ πάντες οἱ καταβαίνοντες εἰς ᾅδην· ἀλλ' ἡμεῖς, οἱ ζῶντες, εὐλογήσομεν τὸν Κύριον.* Θαῤῥῶν γὰρ τῇ ἀνεξικακίᾳ τοῦ Θεοῦ, δικαιολογεῖται, λέγων· Ἆρα εὐχαριστήσει ὁ χοῦς, εἰς ὃν ἀναλυθῆναι κινδυνεύω; ἢ διδάξει τοὺς

[33] Psal. CXLIII, 4. [34] Psal. CXIII, 17.

Variæ lectiones.

(99) Ἴσ. ἀπειλῆς.

ἀγνοοῦντας, ὅτι σὺ ἀληθῶς Θεὸς, ἢ ὅτι ἀληθής; Τὸ μὲν, (1) τῶν ἄλλων θεῶν ψευδῶν ὄντων· τὸ δὲ, ὡς πληροῦντός σου τὰ ἐπηγγελμένα. Βέλτιον οὖν ἔτι ζῆν με, εἰ καὶ μὴ δι' ἐμὲ, ἀλλ' ἵνα δοξολογῶ σε καὶ ὑμνῶ, καὶ κηρύττω τὴν ἀλήθειάν σου.

A vendus sum, gratias aliquando tibi aget? Nunquid etiam ille, ignorantes docebit, quod vere ac verax Deus es? vere quidem quasi reliqui Dei falsi sint, alterum vero ut jussa, ac mandata tua perficiat. Melius est igitur ut adhuc præsenti vita fruar, si ob nullam privatam mei ipsius rationem, saltem ob illam vel maxime, ut glorificem te, et laudem, atque ut veritatem tuam prædicem.

Ἤκουσε Κύριος, καὶ ἠλέησέ με. Αἰσθόμενος τῆς μελλούσης βοηθείας, ὡς ἤδη γεγονυίας, αὐτὴν διηγεῖται. Ἤκουσεν τῆς ἐμῆς κραυγῆς, τουτέστι, προσήκατό μου τὴν δέησιν· οἱ γὰρ μὴ προσιέμενοι, οὐδ' ἀκούειν ἀνέχονται.

Κύριος ἐγενήθη βοηθός μου. Ἀκούσας ἠλέησεν, καὶ ἐλεήσας, ἐβοήθησέ μοι, ῥυσάμενος ἐκ τοῦ τηνικαῦτα θανάτου.

Ἔστρεψας τὸν κοπετόν μου εἰς χαράν. Κοπετός ἐστι τὸ θρηνεῖν καὶ τὸ τύπτειν τὸ στῆθος καὶ τὰς παρειάς· *κόπτω* γὰρ τὸ *τύπτω*. Ἐνήλλαξε τὴν λύπην μου εἰς χαράν.

Διέῤῥηξας τὸν σάκκον μου, καὶ περιέζωσάς με εὐφροσύνην. Ὁ σάκκος, μετανοίας ἦν καὶ ταπεινώσεως σύμβολον· οἱ γὰρ μεγάλῃ καὶ ἀπαρηγορήτῳ συμφορᾷ περιπεσόντες, σάκκον περιεβάλλοντο, καὶ σποδὸν τῆς κεφαλῆς κατέπασσον· ὅτε δὲ ἐψυχαγωγοῦντο, περιῤῥήξαντες αὐτὸν, εὐφροσύνης ἱμάτια περιεζωννύοντο. *Διέῤῥηξας*, ἀντὶ τοῦ, Ἐξέδυσας τὸ πένθος· *Περιέζωσας* δὲ, τουτέστιν, ἠμφίασας εὐφροσύνην.

Ὅπως ἂν ψάλῃ σοι ἡ δόξα μου. Ἵνα ἀνυμνῇ σε ἡ δεδοξασμένη ζωή μου· δεδοξασμένη δὲ, διὰ τὴν παρὰ σοῦ βοήθειαν. Ἢ καὶ ἄλλως, δόξαν λέγει τὸν νοῦν, ᾧ τετιμήμεθα διὰ τὸ κατ' εἰκόνα εἶναι Θεοῦ.

Καὶ οὐ μὴ κατανυγῶ. Ἀντὶ τοῦ, *Οὐ μὴ κατανυγῶ*, *Οὐ μὴ σιγήσω* ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος· ἐκ τοῦ προηγουμένου οὖν τὸ ἑπόμενον ἐδηλώθη· ἕπεται γὰρ τῇ κατανύξει σιγή. Ἢ, *Οὐ μὴ κατανυγῶ*, ἀντὶ τοῦ, Οὐ μὴ ἁμαρτήσω ἔτι, ὡς δηλοῦσθαι διὰ τοῦ ἑπομένου τὸ προηγούμενον· ἕπεται γὰρ τοῖς ἁμαρτάνουσι κατάνυξις.

Κύριε ὁ Θεός μου, εἰς τὸν αἰῶνα ἐξομολογήσομαί σοι. Ἀεὶ εὐχαριστήσω, ὡς τοιαύτης με σωτηρίας ἀξιώσαντι. Καὶ ἄλλως γάρ· Δι' ὅλου τοῦ παρόντος αἰῶνος εὐχαριστήσει αὐτῷ, τοῖς ἡμετέροις στόμασι χρώμενος, ὁσάκις ᾄδομεν τὸν ψαλμόν.

VERS. 11. *Audivit Dominus et misertus est mei.* Prævidens Propheta adfuturum sibi divinum auxilium, illud narrat ut jam præstitum: Audivit, inquit, clamorem meum, hoc est, Admisit orationem meam. Nam qui non admittuntur, audiri non possunt.

Dominus factus est adjutor meus. Audiens misertus est, et adjuvit me, eripiens a morte, quæ tunc impendebat.

B VERS. 12. *Convertisti planctum meum in gaudium mihi.* Plangere idem est quod lugere, ac genas pectusque percutere. Verbum enim *plango*, unde plaga, idem significat, quod *cædo* seu *percutio*. [Eamdem enim etymologiam servat Græca dictio.] Commutavit itaque luctum ac mœrorem meum in lætitiam.

Conscidisti saccum meum, et præcinxisti me lætitia. Saccus, pœnitentiæ, atque humilitatis signum erat. Sacco enim indui solebant, et cinere caput aspergi, si quando in maximam atque inconsolabilem calamitatem inciderent, et cessante demum calamitate consolati, saccum scindebant, et lætitiæ vestibus induebantur. *Conscidisti* itaque *saccum*, hoc est, Luctu me exuisti; *et præcinxisti me*, hoc est, induisti lætitiam.

C VERS. 13. *Ut cantet tibi gloria mea.* Ut vita mea gloriam assecuta laudet te; assecuta dico gloriam, ob auxilium a te mihi præstitum. Vel aliter: Per gloriam, mentem, seu intellectum intelligit, quo maxime honoramur, cum ob illum ad imaginem Dei facti esse dicamur.

Et non compungar. Pro, *Non compungar*, Symmachus interpretatus est, *Et non taceam.* Ex eo enim quod præcedit, significatum est quod consequitur. Compunctionem enim taciturnitas comitatur. Vel aliter: *Non compungar*, hoc est, Non amplius peccabo: ut ex consequenti præcedens significetur. Nam post peccatum sequitur compunctio.

Domine Deus meus, in sæculum confitebor tibi. D Perpetuo, inquit, tibi gratias agam, cum hujusmodi me salute dignum feceris. Vel aliter: Per totum hoc præsens sæculum, gratias semper Deo agit beatus David, per ora, ac labia quorumcunque fidelium, qui illius celeberrimos psalmos Deo canunt.

Εἰς τὸ τέλος Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ ἐκστάσεως.

ΨΑΛΜΟΣ Λ'.

Εἰς τὸ τέλος μὲν, ὡς περιέχων προφητείαν εἰς τὸ τέλος ὁρῶσαν; *Ἐκστάσεως* δὲ ψαλμὸς, ὡς μνημονεύων τῆς παρατροπῆς ἣν παρετράπη, μοι-

In finem psalmus ipsi David exstasis.

PSALMUS XXX.

In finem quidem ideo inscriptum est, quia prophetia hic continetur quæ ad finem tendit. *Exstasis* autem Psalmus ideo dictus est, quia commutatio-

Variæ lectiones.

(1) Addendum fortasse ὡς.

nem illam commemorat, quam passus est beatus David post adulterium Bersabeæ, et cædem Uriæ. Exstasim enim rectitudinis transgressionem interpretantur. Compositus est autem eo tempore, quo Absalon filius eum persequebatur. Possumus etiam nobis præsentis psalmi verba accommodare, si loco Absalonis et Achitophelis et aliorum inimicorum, dæmonem principem, cum illius satellitibus et ministris intelligamus, et alia suo significatu similiter capiamus.

VERS. 2. *In te, Domine, speravi, non confundar in sæculum.* Eumdem habent sensum hæc verba, quem et illa : *Deus meus, in te speravi, non confundar in sæculum;* quæ exposuimus in secundo versiculo psalmi XXIV.

In justitia tua libera me, et erue me. Indignus equidem sum tuo auxilio. Ob tuam tamen justitiam, qua iniquos omnes ac parricidas condemnas, libera me. Idem autem est hoc in loco liberare, quod eruere, ab inimicorum nimirum insidiis, aut ab ipsa morte.

VERS. 3. *Inclina ad me aurem tuam.* De inclinatione auris diximus in psalmo XVI, ibi : *Inclina aurem tuam mihi, et exaudi verba mea.*

Accelera ut eruas me. Non tantum, inquit, libera me, sed accelera ut id facias.

Esto mihi in Deum protectorem. Pro, Esto mihi Deus protector. Idioma est et hoc Hebraicæ linguæ. Vel ideo Deum protectorem dicit, quia antea quidem Deus illi erat, at nunc in adversitatum tempore non simpliciter ut Deum illum sibi adesse postulat, sed etiam ut protectorem.

Et in domum refugii, ut salvum me facias. Ut salves me in tempore fugæ confugientem ad te, tanquam ad præsidium aliquod, et ad locum munitum atque inexpugnabilem.

VERS. 4. *Quoniam fortitudo mea et refugium meum es tu.* Quia utraque hæc quæ postulo, tu olim mihi præstitisti. Nam et alias auxilium mihi tuum præsto adfuisse expertus sum.

Et propter nomen tuum deduces me, et enutries me. Et confido, inquit, non ob meam virtutem, sed propter nomen tuum, quia nimirum vocaris misericors. Deduces autem me ad locum vitæ, abducens a periculis. Et enutries me, in angustia necessariarum rerum constitutum. Vel *propter nomen tuum*, circumloquendo dixit, hoc est, propter te.

VERS. 5. *Educes me de laqueo hoc quem absconderunt mihi.* Per laqueum nunc consilium intellige ab Achitophel Absaloni datum, ut studeret quanto citius alicubi locorum concludere beatum David unde evadere non posset. Laqueus enim dicitur, quod capiat eum, qui in ipsum inciderit. Abscon-

A χεύσας τὴν Οὐρίου γυναῖκα, καὶ ἀνελὼν αὐτόν· Ἔκστασιν γάρ, τὴν παραφορὰν τῆς εὐθύτητος ἑρμηνεύουσιν. Ἐῤῥέθη δὲ καθ' ὃν καιρὸν ἐδιώκετο παρὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ Ἀβεσαλώμ. Οὐχ ἧττον δὲ, καὶ ἐν ἑκάστῳ ἡμῶν προσήκει τὰ ῥήματα τοῦ ψαλμοῦ, νοοῦντι Ἀβεσαλὼμ καὶ Ἀχιτόφελ καὶ τοὺς τοιούτους ἐχθροὺς, τὸν διάβολον καὶ τοὺς ἄλλους δαίμονας, καὶ τ' ἄλλα οἰκείως ἐκλαμβάνοντι.

Πρὸς σὲ, Κύριε, ἤλπισα, μὴ καταισχυνθείην εἰς τὸν αἰῶνα. Τοῦτο (2) ταὐτὸν δύναται τό· *Ὁ Θεός μου, ἐπὶ σοὶ πέποιθα, μὴ καταισχυνθείην εἰς τὸν αἰῶνα.* Καὶ ζήτει λοιπὸν τὴν ἐξήγησιν ἐν τῷ δευτέρῳ στίχῳ τοῦ κδ' ψαλμοῦ.

B *Ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ῥῦσαι με, καὶ ἐξελοῦ με.* Εἰ καὶ ἀνάξιός εἰμι βοηθείας, ἀλλάγε διὰ τὴν σὴν ῥῦσαι με δικαιοσύνην, ἥτις καταδικάζει τοὺς πατραλοίας, καὶ ἁπλῶς πάντας τοὺς ἀδικοῦντας. Ταὐτὸν δὲ τὸ, *Ῥῦσαι με*, καὶ τὸ, *Ἐξελοῦ με*· δῆλον δὲ, ὅτι τοῦ θανάτου καὶ τῆς ἐνέδρας.

Κλῖνον πρός με τὸ οὖς σου. Περὶ τῆς κλίσεως τοῦ θείου ὠτὸς εἰρήκαμεν ἐν τῷ ἑκκαιδεκάτῳ ψαλμῷ, ἔνθα τό· *Κλῖνον τὸ οὖς σου ἐμοὶ, καὶ εἰσάκουσον τῶν ῥημάτων μου.*

Τάχυνον τοῦ ἐξελέσθαί με. Μὴ μόνον ἐξελοῦ με, ἀλλὰ καὶ τάχυνον εἰς τοῦτο.

Γενοῦ μοι εἰς Θεὸν ὑπερασπιστήν. Τὸ, *Εἰς Θεὸν ὑπερασπιστὴν*, ἀντὶ τοῦ, Θεὸς ὑπερασπι-
C στής· ἰδίωμα γὰρ τοῦτο τῆς Παλαιᾶς. Καὶ ἔσο μοι εἰς τόδε καὶ τόδε. Καὶ μὴν Κύριος Θεὸς αὐτοῦ· ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς Θεὸν αὐτοῦ τοῦτον εἶναι ζητεῖ, ἀλλὰ Θεὸν ὑπερασπιστὴν, ἐν καιρῷ ταλαιπωρίας.

Καὶ εἰς οἶκον καταφυγῆς, τοῦ σῶσαί με. Ἐπὶ τὸ σῶσαί με ἐν καιρῷ φυγῆς, καθάπερ τινὶ φρουρίῳ ἀναλώτῳ προσφεύγοντά σοι.

Ὅτι κραταίωμά μου, καὶ καταφυγή μου σὺ εἶ. Διότι καὶ ἄμφω ἃ ζητῶ, σύ μοι γέγονας, καὶ τῆς παρὰ σοῦ καὶ ἄλλοτε πεπείραμαι βοηθείας.

Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου ὁδηγήσεις με, καὶ διαθρέψεις με. Καὶ πέποιθα, ὅτι, εἰ μὴ διὰ τὴν
D ἐμὴν ἀρετὴν, ἀλλά γε διὰ τὸ σὸν ὄνομα, ἐλεήμων γὰρ ὀνομάζῃ, ὁδηγήσεις με εἰς τόπον ζωῆς, ἐξάγων με τοῦ κινδύνου, καὶ διαθρέψεις με, πιεζόμενον ἐνδείᾳ τῶν ἐπιτηδείων. Ἢ *τοῦ ὀνόματός σου*, ἀντὶ τοῦ, σοῦ, περιφραστικῶς.

Ἐξάξεις με ἐκ παγίδος ταύτης, ἧς ἔκρυψάν μοι. Παγίδα λέγει νῦν τὴν συμβουλὴν Ἀχιτόφελ, ἣν τῷ Ἀβεσαλὼμ οὗτος ὑπέθετο, συγκλεῖσαι τὸν Δαβίδ, ἐν ἀφύκτῳ διασκεψάμενος. Παγὶς μὲν γάρ, ὡς (3) συλλαμβάνοντα τὸν περιπίπτοντα. Ἐκρύβη δὲ αὐτῷ, διὰ τὸ λαθραῖον· πᾶσα γὰρ παγὶς κέκρυπται. Ὑπολήψῃ

Variæ lectiones.

(2) Ἴσ. τούτῳ.

(3) Γρ. Συλλαμβάνουσα, ἡ συλλαβοῦσα.

δὲ καὶ ἄλλως παγίδα τὴν πρόσφατον ἐπιβουλὴν τῶν δαιμόνων.

Ὅτι σὺ εἶ ὁ ὑπερασπιστής μου, Κύριε. Πάλιν τῷ Θεῷ μόνῳ τὴν βοήθειαν ἐπιγράφει· τοῦτο μὲν εὐγνωμονῶν, ὡς προευηργετημένος· τοῦτο δὲ, καὶ εἰς οἶκτον διὰ (4) τῆς ἀλόγου συνεχείας ἐκκαλούμενος αὐτὸν, οἷα μηδένα ἕτερον βοηθὸν ἀξιόλογον ἔχειν διαβεβαιούμενος.

Εἰς χεῖράς σου παραστήσομαι τὸ πνεῦμά μου. Τῇ σῇ δυνάμει καταπιστεύσω ἤδη τὴν ψυχήν μου, τουτέστιν ἐμαυτὸν, μηδενὶ ἄλλῳ θαῤῥῶν. Χεῖρας δὲ Θεοῦ, τὴν ἰσχὺν καλεῖ· ἐν χερσὶ γὰρ ἡ δύναμις.

Ἐλυτρώσω με, Κύριε, ὁ Θεὸς τῆς ἀληθείας. Πολλάκις γάρ με ἔσωσας ἀπὸ τοῦ Γολιάθ, ἀπὸ τοῦ Σαοὺλ, καὶ ἀπὸ κινδύνων ἄλλων. Ἢ καὶ ἄλλως, προφητεύει περὶ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας. *Ὁ Θεὸς δὲ τῆς ἀληθείας*, ἀντὶ τοῦ, Ἀληθινὸς, ὡς καὶ ἐν τῷ στίχῳ τοῦ κη' ψαλμοῦ παραδεδώκαμεν.

Ἐμίσησας τοὺς διαφυλάσσοντας ματαιότητας διακενῆς. Ἀπεστράφης τοὺς ἐφ' ἱκανὸν τηροῦντας τὰς ματαίας βουλὰς, καὶ μὴ μεταγινώσκοντας, ἀλλὰ θαῤῥοῦντας, ὁποῖοι ἦσαν οἱ περὶ τὸν Ἀβεσαλώμ· τὸ *διακενῆς* δὲ πρόσκειται, ἀντὶ τοῦ ἀχρήστως καὶ περιττῶς, διὰ τὸ ἀποτευκτικὸν τοῦ σκοποῦ.

Ἐγὼ δὲ ἐπὶ τῷ Κυρίῳ ἤλπισα. Καὶ οὐκ ἐπὶ πανουργίαις, ὡς ἐκεῖνοι.

Ἀγαλλιάσομαι, καὶ εὐφρανθήσομαι ἐπὶ τῷ ἐλέει σου. Ἢ διὰ τῆς ταυτολογίας τὸ ὑπερβάλλον τῆς μελλούσης ἡδονῆς παραστῆσαι βούλεται· ἢ ζήτει τὴν διαφορὰν ἐν τῷ τρίτῳ στίχῳ τοῦ θ' ψαλμοῦ· *Ἐπὶ τῷ ἐλέει* δὲ, ὃ ποιήσεις εἰς ἐμὲ, τὸν ἐλέους ἄξιον δι' ἃ πέπονθα.

Ὅτι ἐπεῖδες ἐπὶ τὴν ταπείνωσίν μου. Ἡ ταπείνωσις ποτὲ μὲν δηλοῖ τὴν ἀτυφίαν, ποτὲ δὲ τὴν κακουχίαν καὶ ταλαιπωρίαν, ὡς καὶ νῦν. Πέπεισμαι, φησὶν, ὅτι ἐπεῖδες ἐπὶ τὴν συντριβὴν, ἣν ὑφίσταμαι παρὰ τῶν καταδιωκόντων με· *Ὀφθαλμοὶ* γὰρ *Κυρίου ἐπὶ δικαίους*.

Ἔσωσας ἐκ τῶν ἀναγκῶν τὴν ψυχήν μου. Ἤδη προαγορεύει τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν, διηγούμενος αὐτὴν ὡς γεγενημένην λοιπὸν νόμῳ προφητείας. Ἢ καὶ ἄλλως, παλαιᾶς μνημονεύει βοηθείας· *ἀναγκῶν* δὲ, τῶν περιστάσεων καὶ κινδύνων. Διὰ δὲ τῆς ψυχῆς, ὅλον ἑαυτὸν ἐσήμανεν. Ποτὲ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ψυχῆς δηλοῦται ὁ ἄνθρωπος, ὡς ἐν τῷ Λευϊτικῷ· *Πᾶσα ψυχὴ ἥτις φάγεται θνησιμαῖον, ἢ θηριά-*

A derunt autem eum, hoc est, secreto disposuerunt, ut nimirum lateret. Solent autem laquei clam disponi. Vel aliter, per laqueum, insidias intellige, nuper a dæmone dispositas.

Quoniam tu es protector meus, Domine. Rursus soli Deo auxilium sibi præstitum ascribit, atque hoc partim, ut acceptorum beneficiorum gratus exstat, partim ut perpetuitate sermonis, Deum magis ac magis ad misericordiam advocet, dum nullum se alium in tantis periculis condignum habere adjutorem ostendit.

VERS. 6. *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.* Potentiæ tuæ, inquit, animam meam, hoc est me ipsum, servandum tradam, cum in nullo alio confidam. Per manus autem Dei, for-B titudinem illius intelligit. In manibus enim potentiam habemus et vires.

Redemisti me, Domine, Deus veritatis. Sæpenumero enim me salvasti, a Goliath nimirum, a Saul, atque a multis aliis periculis. Vel aliter, prædicit quod salvandus esset. Et quod ait, *Deus veritatis*, expone, hoc est, Deus verus : ut tradidimus in quarto versiculo psalmi XXVIII.

VERS. 7. *Odisti omnes observantes vanitates supervacue.* Avertisti, inquit, eos omnes qui inania observant consilia, et quos commissorum scelerum non modo non pœnitet, sed in eis etiam confidunt, quales erant Absalon, et ejus complices. Quod vero ait, *Supervacue*, intellige pro, inutiliter C ac superflue : eo quod inaniter ac procul a signo suo ictu feriant.

VERS. 8. *Ego autem in Domino speravi.* Non in astutiis ut illi sperant.

Exsultabo et lætabor in misericordia tua. Hac repetitione sententiæ, summam delectationem ac lætitiam demonstrare voluit, quæ futura erat. Vel illa potest differentiæ ratio assignari, quam tradidimus in tertio Psalmi IX versiculo. *In misericordia* autem *tua*, quam nimirum facies erga me. Nam ob ea quæ passus sum, misericordia tua me dignum puto.

Quoniam respexisti humilitatem meam. Humilitas aliquando pro ea virtute accipitur quæ directe opponitur superbiæ, aliquando autem pro depres-D sione atque afflictione, ut hic. Confido enim, inquit, quod ad contritionem atque ad miseriam meam respexisti, quam ab iis sustineo qui me persequuntur : *Oculi* enim *Domini super justos*.

Salvasti de necessitatibus animam meam. Ecce quod salutem suam jam prædicit, eam narrans quasi jam præstitam, atque hoc lege prophetiæ. Vel aliter, antiqua commemorat beneficia, et per necessitates, infortunia ac pericula, et per animam suam, semetipsum intelligit. Accipitur enim sæpenumero anima pro ipso homine, juxta quod legimus in Levitico : *Omnis anima quæ comederit mor-*

Variæ lectiones.

(4) Ἴσ. τοῦ λόγου.

ticinum aut captum a fera [37], et ea quæ sequuntur. Sicuti etiam aliquando, caro pro homine accipitur, juxta illud : *Ad te omnis caro veniet* [38].

Nec conclusisti me in manibus inimicorum. Hoc per se clarum est.

Statuisti in loco spatioso pedes meos. Hoc est, in ampla libertate, ab angustia nimirum circumdantium me inimicorum.

VERS. 10. *Miserere mei, Domine, quoniam tribulor.* Rursum ad propositum refugit solamen, salutem suam accelerans, ob intensam divinæ misericordiæ commemorationem.

Turbatus est in ira oculus meus. In ira tua nimirum. Nam si ob commissa atque errata mea iratus mihi non fuisses, in tantam sane nunquam concidissem miseriam. Quapropter turbatus est oculus meus, ob assiduas lacrymas. Nam quod LXX dixerunt : *Turbatus est*, Symmachus reddidit *Caligavit*,

Anima mea et venter meus. Anima quidem ob summam mœstitiam et tædium, venter vero quod cibum non reciperet. Possunt hæc etiam juxta anagogicum sensum intelligi, et oculus quidem sumi pro intellectu, ut diximus in psalmo VI; et anima pro spe, quæ pusillanimes refrigerat ; et venter pro memorativa, ut ita dicam, illa animæ parte, in qua rationalis cibus reconditur.

VERS. 11. *Quia defecit in dolore vita mea, et anni mei in gemitibus.* A communi sensu sumenda sunt verba illa : *Miserere mei, Domine*, quia præ nimio dolore defecit vita mea, et præ acerbis gemitibus, *anni mei*, hoc est, dies vitæ meæ defecerunt. Idem enim significat *vita mea*, quod, *anni mei*. Idioma est etiam peculiare apud sacram Scripturam, quo quis in summo dolore constitutus, appellare se mortuum soleat, propter inbecillitatem videlicet virium corporis.

Infirmata est in paupertate fortitudo mea. Propter paupertatem hic, inediam et jejunium intelligit, quod ex ipsa etiam historia conspici potest.

Et ossa mea conturbata sunt. Mota sunt a fortitudine, et soliditate illa, quam habebam, non valentia amplius, ut antea, me sustinere. Fortitudo etiam pro virilitate animæ accipitur, juxta quod per paupertatem, hic eam intelliges, quam quis patitur cum derelinquitur a Deo, et per ossa, solidas atque constantes cogitationes.

VERS. 12. *Supra omnes inimicos meos factus sum opprobrium.* Exprobrant enim mihi omnes, atque objiciunt ignaviam, veluti qui ob propria peccata aufugerim ac victus sim

Et vicinis meis valde. Ipsis etiam gentibus, regni mei finitimis, in summo opprobrio habitus sum, quæ cum antea felicitatibus meis inviderent, modo infortunium, ac calamitatem meam vehementer mihi exprobrant.

[37] Levit. XVII, 15 [38] Psal. LXIV, 3.

A *λωτον*, καὶ τὰ ἑξῆς· ποτὲ δὲ, ἀπὸ σαρκὸς, ὡς τό· *Πρὸς σὲ πᾶσα σὰρξ ἥξει.*

Συνέκλεισάς με εἰς χεῖρας ἐχθρῶν. Τοῦτο σαφές.

Ἔστησας ἐν εὐρυχώρῳ τοὺς πόδας μου. Ἐν εὐρυχωρίᾳ, τουτέστιν εἰς πλάτος ἐλευθερίας, ἀπὸ τῆς στενοχωρίας τοῦ κυκλώματος τῶν ἐχθρῶν.

Ἐλέησόν με, Κύριε, ὅτι θλίβομαι. Πάλιν ἐπὶ τὴν προτεθεῖσαν ἀνατρέχει παράκλησιν, διὰ τῆς ἐπιτεταμένης ἐλεεινολογίας ἐπιταχύνων τὴν σωτηρίαν.

Ἐταράχθη ἐν θυμῷ ὁ ὀφθαλμός μου. Τῷ σῷ δηλονότι· εἰ μὴ γὰρ ἐθυμώθης διὰ τὰ προγεγενημένα μοι σφάλματα, οὐκ ἂν οὕτως ἐταλαιπωρούμην. B Διὸ καὶ ἐταράχθη ὁ ὀφθαλμός μου, ἀπὸ τοῦ συνεχῶς δακρύειν· τὸ γὰρ *Ἐταράχθη*, ὁ Σύμμαχος ἐθολώθη ἡρμήνευκεν.

Ἡ ψυχή μου καὶ ἡ γαστήρ μου. Ἡ μὲν, ἀπὸ τοῦ σφοδρῶς ἀδημονεῖν καὶ ἀκηδιᾷν· ἡ δὲ, ἀπὸ τοῦ μὴ προσίεσθαι τροφήν. Δύναται ἀναγωγικῶς νοεῖσθαι, ὀφθαλμὸς μὲν ὁ νοῦς, ὡς ἐν τῷ ἕκτῳ ψαλμῷ προέφημεν· ψυχὴ δὲ, ἐλπίδες, ὡς ἀναψύχουσαι τὸν ὀλιγωροῦντα· γαστὴρ δὲ, τὸ μνημονευτικὸν μέρος τῆς ψυχῆς, ἐν ᾧ θησαυρίζεται ἡ λογικὴ βρῶσις.

Ὅτι ἐξέλιπεν ἐν ὀδύνῃ ἡ ζωή μου, καὶ τὰ ἔτη μου ἐν στεναγμοῖς. Ἀπὸ κοινοῦ ληπτέον τὸ, *Ἐλέησόν με, Κύριε*, ὅτι, φησὶν, ὑπὸ τῆς ἄγαν ὀδύνης C ἐξέλιπεν ἡ ζωή μου, καὶ ὑπὸ τῶν πικρῶν στεναγμῶν τὰ ἔτη μου, ἤγουν αἱ ἡμέραι τῆς ζωῆς μου· ταὐτὸ δὲ δι' ἀμφοτέρων σημαίνεται. Ἰδίωμα δὲ τῆς Παλαιᾶς τὸ ἐπὶ τῆς ἄγαν περιωδυνίας λέγειν, ὅτι *Ἀπέθανον*, διὰ τὴν ἀσθένειαν πάντως τῶν σωματικῶν δυνάμεων.

Ἠσθένησεν ἐν πτωχείᾳ ἡ ἰσχύς μου. Πτωχείαν ἐνταῦθα τὴν ἀπὸ τῆς ἀσιτίας νόει· καὶ τοῦτο γὰρ ἡ ἱστορία παρέστησεν.

Καὶ τὰ ὀστᾶ μου ἐταράχθησαν. Παρεκινήθησαν ἀφ' ἧς εἶχον στερεότητος, μὴ δυνάμενα συνέχειν, ὡς τὸ πρότερον. Νοεῖται δὲ πάλιν ἡ ἀνδρία τῆς ψυχῆς, D ἐφ' ἣ πτωχείαν εἴπῃς τὴν ἀπὸ τῆς θείας ἐγκαταλείψεως· ὀστᾶ δὲ, οἱ στεῤῥοὶ λογισμοί.

Παρὰ πάντας τοὺς ἐχθρούς μου ἐγενήθην ὄνειδος. Ἀνὰ πάντας, εἰς πάντας· ὀνειδίζουσι γάρ μοι ὡς φεύγοντι, ἀνανδρίαν, καὶ ὡς ἡττωμένῳ διὰ τὰς ἐμὰς ἁμαρτίας.

Καὶ τοῖς γείτοσί μου σφόδρα. Καὶ ταῖς γειτνιῶσι τῇ βασιλείᾳ μου ἔθνεσιν λίαν ἐγενόμην ὄνειδος· φθονοῦντες γάρ μοι πάλαι διὰ τὰς εὐπραγίας μου, νῦν ἀφειδῶς ὀνειδίζουσι τὴν δυστυχίαν καὶ συμφοράν.

Καὶ φόβος τοῖς γνωστοῖς μου. Δεδιόσι μή πως A κινδυνεύσωσι διὰ τὴν εἰς ἐμὲ οἰκείωσιν.

Et timor, notis meis. **Verentur enim ne ob familiaritatem, atque amicitiam qua mecum conjuncti sunt, periculum aliquod sustineant.**

Οἱ θεωροῦντές με, ἔξω ἔφυγον ἀπ' ἐμοῦ. Ἐξετρέποντο, μὴ δοῖεν ὑπόληψιν, ὡς ἐμοὶ πρόσκεινται, καὶ τὰ ἀνήκεστα πάθοιεν.

VERS. 13. *Qui videbant me, foras fugerunt a me.* Conversi sunt a me, inquit, ne suspicionem aliquam injicerent, se mihi adhærere. Illinc quippe imminere eis periculum poterat.

Ἐπελήσθην ὡσεὶ νεκρὸς ἀπὸ καρδίας. Ἐπελήσθην ἀπὸ καρδίας τῶν φίλων, τουτέστιν, ἐμονώθην, ὡς ἤδη νεκρὸς, διὰ τὸ ἄψυχον τῆς ἀναιρέσεως. Ὥσπερ νεκρὸς, ἐν λήθῃ ῥίπτεται, οὕτω κἀγὼ, δεδοικότων τὴν ὑποψίαν.

Oblivioni datus sum, tanquam mortuus, a corde. **A corde, inquit, amicorum meorum oblivioni datus sum : hoc est mei obliti sunt, veluti hominis jam mortui sunt. Ob inevitabilem enim interitum pro mortuo existimatus sum, vel eo pacto, quo mortuus quis in oblivionem projicitur, et ego oblivioni datus sum : verentibus nimirum amicis meis, ne in adversariorum meorum suspicionem venirent.**

Ἐγενήθην ὡσεὶ σκεῦος ἀπολωλός. Ὥσπερ τὸ σκεῦος σωζόμενον μὲν, χρήσιμον δοκεῖ, ἀπολλύμενον δὲ, ἐν ἀμνημοσύνῃ γίνεται, οὕτω δὴ κἀγώ.

B ***Factus sum quasi vas perditum.*** Quemadmodum utile esse videtur omne vas, seu instrumentum, donec integrum ac salvum est, et contra inutile efficitur atque e memoria hominum labitur, si deperditum sit, ita etiam de me dici potest.

Ὅτι ἤκουσα ψόγον πολλῶν, περιοικούντων κυκλόθεν. Κἀνταῦθα ληπτέον ἀπὸ κοινοῦ τὸ, *Ἐλέησον*, ὅτι οἰκείοις ὠσὶν ἤκουσα ψόγον παρὰ πολλῶν, ὧν εἷς καὶ ὁ Σεμεεὶ ἦν, λοιδορούμενος καὶ διαβάλλων φεύγοντα τὸν Δαβίδ.

VERS. 14. *Quoniam audivi vituperationem multorum habitantium in circuitu.* Hoc in loco etiam a communi sensu sumendum est verbum, *Miserere.* Quia propriis auribus, inquit, vituperari me a multis audivi, atque inter cæteros a Semei, qui fugientem me Absalonis insidias conviciis et calumniis insecutus est.

Ἐν τῷ ἐπισυναχθῆναι αὐτοὺς ἅμα ἐπ' ἐμὲ, τοῦ λαβεῖν τὴν ψυχήν μου ἐβουλεύσαντο. Συναχθέντες δὲ οἱ ἐχθροί μου ἐν ταὐτῷ, κατ' ἐμοῦ ἐβουλεύσαντο, ὥστε ἀφελέσθαι ἀπὸ τοῦ σώματός μου τὴν ψυχήν μου. Τὸ *Ἀπ' ἐμοῦ* γὰρ νῦν, τὸ σῶμα δηλοῖ. Λέγει δὲ περὶ τῆς βουλῆς, ἣν Ἀχιτόφελ ὑπέθετο. Ἐμάνθανε γὰρ πάντα διὰ Σαδὼκ καὶ Ἀβιάθαρ τῶν ἱερέων, ὡς ἡ τῶν Βασιλειῶν ἀναπτύσσει Βίβλος.

Dum convenirent simul adversum me, accipere animam meam conciliati sunt. Inimici mei in unum adversum me congregati consilium inierunt, ut animam meam auferrent a corpore. Nam quod ait *In me*, intelligendum est, In corpus meum. Hoc autem dicit de consilio suggesto ab Achitophel. Resciebat enim omnia beatus David a Sadoch, at- C que ab Abiathar sacerdotibus, ut legimus in libris Regum.

Ἐγὼ δὲ ἐπὶ σοὶ, Κύριε, ἤλπισα. Ἐκεῖνοι μὲν οὕτως· ἐγὼ δὲ, σοὶ μόνῳ πέποιθα.

VERS. 15. *Ego autem in te, Domine, speravi.* Illi quidem, inquit, hoc pacto se habent, ego vero in te uno confido.

Εἶπα· Σὺ εἶ Θεός μου. Ὁ ἐξουσιαστής μου· τοῦτο γὰρ τὸ *Θεός* νῦν ἐμφαίνει· καὶ λοιπὸν, ὡς βούλει, τὰ κατ' ἐμὲ οἰκονόμησον.

Dixi : Tu es Deus meus. Qui mihi scilicet, robur ac potentiam præstas; ita enim sibi vult hoc in loco dictio illa, *Deus :* verum tu, ut libet, inquit, omnia quæ ad me pertinent dispensato.

Ἐν ταῖς χερσί σου οἱ κλῆροί μου. Οἱ κλῆροί μου, καὶ τοῦ θανάτου μου καὶ τῆς ζωῆς μου, ἢ τῆς δυσπραγίας μου καὶ εὐπραγίας μου, ἐν τῇ δυνάμει κεῖνται τῇ σῇ· χεῖρας γὰρ ἐνταῦθα ταύτην ὑποληπτέον. *Κύριος* γὰρ *θανατοῖ καὶ ζωογονεῖ, ταπεινοῖ καὶ ἀνυψοῖ*· ὥστε, σοῦ θέλοντος, ἢ νικήσας ζήσομαι, ἢ νικηθεὶς ἀποθανοῦμαι.

VERS. 16. *In manibus tuis sortes meæ.* Sortes meæ, mortis nimirum et vitæ meæ; vel sortes, secundæ, atque adversæ fortunæ. Hæc enim omnia, in potetestate tua sunt. Per manus etiam potestatem intelligere debemus : *Dominus* enim *mortificat* D *et vivificat, humiliat et exaltat* [39]. Quamobrem te volente, aut victor vivam, aut victus moriar.

Ῥῦσαί με ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν μου, καὶ ἐκ τῶν καταδιωκόντων με. Οἶδα ὅτι οὐ θέλεις τὸν ἐμὸν θάνατον, ὡς ἀνοσιώτατον· παῖς μου γὰρ, ὁ τοῦτον ἐπείγων. Οὐ μόνον δὲ ἦσαν ἐχθροὶ οἱ κατάγοντες αὐτὸν τῆς βασιλείας, ἀλλὰ καὶ φεύγοντα κατεδίωκον.

Libera me de manu inimicorum meorum, et a persequentibus me. Novi quod tu non vis mortem meam, et quod a tanto facinore abhorres ut occidar a filio. Filius enim meus est qui mortem mihi inferre conatur. Sævitiam præterea inimicorum suorum in hoc vel maxime ostendit, dum satis non fuisse eis significat, quod ipsum regno expulissent, sed addit quod fugientem etiam persequebantur.

[39] I Reg. I, 6, 7.

Vers. 17. *Ostende faciem tuam super servum tuum.* — *Ostende*, hoc est, Converte. Avertere quippe eam videris, quoties ob peccata mea cessas mihi opem ferre. Per faciem autem Dei, illius visitationem atque custodiam, seu etiam benevolentiam intelligit.

Salvum me fac in misericordia tua. Si non propter me, saltem ob misericordiam tuam. De te enim dixisti in libro Levitici: *Ego misericors sum.*

Vers. 18. *Domine, non confundar, quoniam invocavi te.* Simile est quod legimus psalmo xxiii: *Non confundar, quoniam speravi in te.*

Confundantur impii et descendant in infernum. Achitophelem impium appellat, veluti qui legem de parricidio non est veritus, dum filium irritavit adversus patrem, atque insurgere in eum fecit. Aliqui autem dicunt, verba hæc formam quidem imprecationis habere, sed vim tenere prophetiæ, atque prædici ea quæ passurus erat Achitophel, qui summa refertus confusione, quod consilium Chusi suo præpositum fuisset, laqueo suspensus seipsum interemit. Multiplicibus vero verbis beatus David, adversus inimicos se impugnantes divinam advocat indignationem: primum ea ratione, ut castigati meliores redderentur: *Percute* enim, inquit, *argentum reprobum, et purgabitur* [40]; secundo, ut in hac vita tormentis affecti, in futura ab æternis pœnis liberentur; tertio, ut posteri hoc pacto moderatiores fierent; scelestus enim videns sibi similem cædi, eruditur; quarto, ut præsens vita ab hujusmodi pestilenti vitio liberetur; quinto, ne alii addantur: cernentes nimirum ac veriti plagas illis illatas; sexto, ne quis illud dicere possit: *Non est salus illi in Deo ejus* [41].

Vers. 19. *Muta fiant labia dolosa quæ loquuntur contra justum iniquitates in superbia et despectione.* Per labia dolosa Achitophelis labia intelligit, veluti quæ antiquum dolum eo usque occultaverant, et quæ muta facta sunt quia paulo post enectus est. Justum autem seipsum appellat, eo quod nec Absalonem injuria unquam affecerat, nec Achitophelem, aut alium ex eorum sociis. Per iniquitatem vero, eorum consilium intelligit, quo filium adversus patrem irritabant. *In superbia* etiam addit, quia jactabat Achitophel nocte illa sese impetum facturum atque interempturum David, ut habetur in libris Regum. *In despectione* similiter, quia opprobrio ac contumelia eum affecerat.

Vers. 20. *Quam magna multitudo bonitatis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te!* Quam magna, pro, valde magna: philosophatur autem propheta, modo longanimitatem Dei, modo vindictam admirans, atque ait, quod valde ampla est

A *Ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου.* — *Ἐπίφανον*, ἀντὶ τοῦ, ἐπίστρεψον. Μὴ βοηθῶν μοι γὰρ, δοκεῖς ἀποστρέψαι τοῦτο, διὰ τὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου (5) εἰδαχθές. Πρόσωπον δὲ, τὴν ἐπισκοπὴν καὶ οἰκείωσιν καλεῖ.

Σῶσόν με ἐν τῷ ἐλέει σου. Εἰ μὴ δι' ἐμὲ, ἀλλὰ διὰ τὸ σὸν ἔλεος. Σὺ γὰρ εἶπας ἐν τῇ βίβλῳ τοῦ Λευϊτικοῦ, ὅτι *Ἐλεήμων εἰμί.*

Κύριε, μὴ καταισχυνθείην, ἐπεκαλεσάμην σε. Ἔοικε τοῦτο τῷ εἰκοστῷ τετάρτῳ ψαλμῷ· *Μὴ καταισχυνθείην, ὅτι ἤλπισα ἐπὶ σέ.*

Αἰσχυνθείησαν ἀσεβεῖς, καὶ καταχθείησαν εἰς ᾅδου. Ἀσεβῆ μὲν λέγει τὸν Ἀχιτόφελ, ὡς μὴ σεβόμενον τοὺς κατὰ πατραλοιῶν νόμους τοῦ Θεοῦ, B ἐν τῷ ἐπεγείρειν τὸν υἱὸν τῷ πατρί. Τινὲς δὲ λέγουσι, τὰ παρόντα ῥητὰ ἰσχὺν μὲν ἔχειν ἀρᾶς, δύναμιν δὲ προφητείας· προείρηκεν γὰρ ἃ ἔμελλε παθεῖν. Καὶ ᾐσχύνθη γὰρ, προτιμηθείσης τῆς τοῦ Χουσὶ συμβουλῆς, καὶ ἀνῃρέθη, βρόχον ἀψάμενος. Διὸ πολλὰ δὲ ταῦτα τὴν θείαν ἀγανάκτησιν κατὰ τῶν πολεμούντων αὐτῷ ἐκκαλεῖται· ἓν μὲν, ὥστε τούτους βελτιωθῆναι· *Τύπτε* γὰρ, φησὶν, *ἀδόκιμον ἀργύριον*, καὶ *καθαρθήσεται*· ἕτερον δὲ, ἵνα τῷδε βασανισθέντες, ἐκεῖ ῥυσθῶσι τῶν αἰωνίων κολάσεων· τρίτον, ἵνα καὶ ἕτεροι διὰ τοῦτο σωφρονισθῶσι· πανοῦργος γὰρ, φησὶν, ἰδὼν ἄφρονα τιμωρούμενον κραταιῶς, αὐτὸς παιδεύεται· τέταρτον, ὥστε καὶ βίον λοιμώδους ἀπαλλαγῆναι κακίας· πέμπτον, ἵνα μὴ καὶ ἄλλοι C ἐπιτεθῶσιν αὐτῷ, τὰς ἐπενεχθείσας ἐκείνοις φοβηθέντες πληγάς· ἕκτον, ἵνα μή τινες εἴπωσιν, *Οὐκ ἔστι σωτηρία αὐτῷ ἐν τῷ Θεῷ.*

Ἄλαλα γενηθήτω τὰ χείλη τὰ δόλια, τὰ λαλοῦντα κατὰ τοῦ δικαίου ἀνομίαν, ἐν ὑπερηφανίᾳ καὶ ἐξουδενώσει. Χείλη δόλια, τὰ τοῦ Ἀχιτόφελ, ὡς κρύψαντα τὸν ἐκ πάλαι δόλον ἄχρι τότε, ἃ καὶ ἄλαλα γεγόνασιν, ἀποπνιγέντος οὐκ εἰς μακράν. Δίκαιον δὲ ἑαυτὸν λέγει, ὡς μὴ ἀδικήσαντα ἢ τὸν Ἀβεσαλὼμ, ἢ τὸν Ἀχιτόφελ, ἤ τινα τῶν σὺν αὐτοῖς. Ἀνομίαν δὲ, τὴν τούτου συμβουλὴν ὀνομάζει· ἄνομος γὰρ, ὡς παραθήγουσα υἱὸν πρὸς τὸν πατέρα. Ἐν ὑπερηφανίᾳ δὲ, ὅτι ἐμεγαλαύχησε δύνασθαι δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ἐκείνης (6) ἀποπεσεῖν, καὶ ἀνελεῖν D αὐτὸς τὸν Δαβὶδ, ὡς ἐν τῇ Βασιλειῶν ἐδίδαξε βίβλῳ. *Ἐξουδενώσει* δὲ, ὅτι καὶ ὕβρισεν αὐτόν.

Ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σου, Κύριε, ἣν ἔκρυψας τοῖς φοβουμένοις σε. Τὸ ὡς, ἀντὶ τοῦ, λίαν. Φιλοσοφεῖ δὲ περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ ποτὲ μὲν μακροθυμίας, ποτὲ δὲ ἀμύνης, καί φησιν, ὅτι Λίαν πολλὴ ἡ χρηστότης σου, ἣν πρὸς καιρὸν ἔκρυ-

[40] Psal. xi, 7. [41] Psal. iii, 3.

Variæ lectiones.

(5) Γρ. Εἰδεχθές.

(6) Mallem Προσπεσεῖν.

ψας τοῖς δούλοις σου, γυμνάζων τὴν ὑπομονὴν αὐτῶν, ἐν τῷ ἀναβάλλεσθαι.

Ἐξειργάσω τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ σὲ, ἐναντίον τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων. Ἐξεπλήρωσας δὲ, καὶ ἔκδηλον εἰργάσω αὐτὴν τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ σοὶ, ὅτι ἠθέλησας ἐνώπιον πολλῶν, ἵνα μάθωσιν, ὅτι ὑπερασπίζεις τῶν σῶν· περὶ δὲ *τῶν υἱῶν ἀνθρώπων*, προείρηται ἐν τῷ γ' τοῦ δ' ψαλμοῦ.

Καταχρύψεις αὐτοὺς ἐν ἀποκρύφῳ τοῦ προσώπου σου. Τὴν ποικίλην τοῦ Θεοῦ βοήθειαν ὁμολογεῖ, ὅπως τοὺς φοβουμένους αὐτὸν παντοίας ἐξαιρῆται περιστάσεως· ἀναζητουμένους γὰρ, φησὶν, ὑπ' ἐχθρῶν, καταχρύψεις, ἐν ἀποκρύφῳ τόπῳ σου δηλονότι· B *Τοῦ προσώπου σου* γὰρ, κατὰ περίφρασιν, ἀντὶ τοῦ, Σοῦ.

Ἀπὸ ταραχῆς ἀνθρώπων σκεπάσεις αὐτοὺς ἐν σκηνῇ. Ἐν δὲ καιρῷ ταραχῆς στασιαζόντων σκεπάσεις αὐτοὺς, ἐν σκηνῇ τῆς σκέπης σου, ἢ δίκην σκηνῆς.

Ἀπὸ ἀντιλογίας γλωσσῶν. Ἀπὸ κοινοῦ ληπτέον *σκεπάσεις αὐτοὺς*, ἐν καιρῷ πάλιν ἀντιλογίας λαοῦ· ἀπὸ τῶν γλωσσῶν γὰρ τοὺς λέγοντας ἐδήλωσεν· ἀντιλογία δὲ, ἡ ἀπείθεια τῶν ὑπηκόων.

Εὐλογητὸς Κύριος, ὅτι ἐθαυμάστωσε τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐν πόλει περιοχῆς. Περιοχὴ μέν ἐστι τὸ τεῖχος· πόλις δὲ περιοχῆς, ἡ περιτετειχισμένη. C Φησὶν οὖν, ὅτι Ἐπαινετὸς ὁ Θεὸς, ὅτι θαυμάζεσθαι ἐποίησε τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐν ἐμοὶ τῷ χρηματίσαντι πόλει περιτετειχισμένῃ· δίκην γὰρ πόλεως τοιαύτης ἀνάλωτος ἔσομαι, διὰ τῆς αὐτοῦ φυλακῆς.

A divina benignitas, quam tamen ad tempus abscondit servis suis, ut illorum patientiam exerceat, dum diutius differt illis præsto esse.

Perfecisti iis qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum. Implesti ac manifestam fecisti bonitatem tuam, iis qui in te sperant : quandoquidem notum eis facere voluisti, quod tibi gratos viros non deseris. Et quod ait : *Filiorum hominum*, intellige, ut declaravimus in tertio versiculo quarti Psalmi.

VERS. 21. *Abscondes eos in abscondito faciei tuæ.* Varia auxiliorum Dei genera commemorat, et quomodo timentes eum a quocunque liberat periculo. Nam si ab inimicis, inquit, exquirantur, tu abscondes eos in abscondito faciei tuæ, hoc est, in abscondito loco tuo. Est enim quædam circumlocutio.

A perturbatione hominum proteges eos in tabernaculo. In perturbationis seu contentionis tempore, tu proteges eos, inquit, in tabernaculo protectionis tuæ. Vel tu tabernaculi instar eos proteges.

A contradictione linguarum. A communi sensu sumendum est verbum *proteges*. A contradictione autem linguarum, hoc est, a contradictione populi. Per linguam enim ipsos loquentes, et per contradictionem, subditorum inobedientiam intelligit.

VERS. 22. *Benedictus Dominus, quoniam mirificavit misericordiam suam in civitate munitionis.* Per munitionem, seu (ut magis sonat Græca dictio περιοχή) per ambitum, mœnia civitatis intelligit ; unde civitatem munitionis seu ambitus, civitatem appellat mœnibus circumdatam. Laudandus, inquit, maxime Deus est, qui misericordiam suam in me notam omnibus, atque admirabilem fecit, ita ut civitas bene munita appellari possim ; eo quod propter summam in me Dei custodiam, inexpugnabilis sum, instar civitatis bene munitæ.

Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου· Ἀπέῤῥιμμαι ἀπὸ προσώπου τῶν ὀφθαλμῶν σου. Ἔκστασιν, ὡς προέφημεν, λέγει τὴν ἐκτροπὴν τῆς εὐθείας ὁδοῦ τῶν θείων ἐντολῶν· Ὅτε, φησὶν, ἐπλημμέλησα τὴν μοιχείαν καὶ τὸν φόνον, μεταμεληθεὶς εἶπον, ὅτι Τοῦ λοιποῦ ἀπέῤῥιμμαι ἀπὸ τῆς ἐπισκοπῆς σου.

Διὰ τοῦτο εἰσήκουσας τὴν φωνὴν τῆς δεήσεώς μου, ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς σέ. Διὰ δὲ τὴν D μεταμέλειαν καὶ τὴν συντριβήν μου, εἰσήκουσάς μου, βοήσαντος πρὸς σέ. Πέπεισμαι γὰρ τοῦτο, καὶ παρέξεις βοήθειαν.

Ἀγαπήσατε τὸν Κύριον, πάντες οἱ ὅσιοι αὐτοῦ. Ἐξ ὧν αὐτὸς (7) ᾐσθάνθη τῆς θείας ῥοπῆς, προτρέπεται τοὺς ὁσίους, ἤτοι τοὺς ἐναρέτους ἀγαπᾷν τὸν Κύριον, μὴ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐξ ὅλης καρδίας· τοῦτο γὰρ διὰ τῶν ἑξῆς ἐδήλωσεν, εἰπών·

Ὅτι ἀληθείας ἐκζητεῖ Κύριος. Τὰς ἀληθεῖς πρὸς αὐτὸν ἀγάπας.

VERS. 23. *Ego autem dixi in exstasi mea : Projectus sum a facie oculorum tuorum.* Per exstasim, ut superius diximus, transgressionem atque aversionem intelligit, a recta via mandatorum Dei. Eo, inquit, tempore, quo deliqui, adulterium illud et cædem committens, ac deinde ad pœnitentiam conversus sum, dixi me deinceps projectum esse a præsentia, et conspectu protectionis tuæ.

Propterea exaudisti vocem deprecationis meæ dum clamarem ad te. Ob pœnitentiam et contritionem meam exaudisti me clamantem ad te. Confidebam enim, quod auxilium mihi esses præstaturus.

VERS. 24. *Diligite Dominum, omnes sancti ejus.* Divinum propheta sentiens auxilium, sanctos alios et virtute præditos exhortatur, ut diligant Dominum, neque hoc simpliciter, sed ex toto corde. Quod ex sequentibus significavit, dicens :

Quoniam veritates exquirit Dominus. Veras scilicet dilectiones atque ex corde.

Variæ lectiones.

(7) *Ισ.* Ἤσθάνετο.

Et retribuit iis qui abundanter faciunt superbiam. Hoc, ut prædiximus, propter Achitophelem dictum est. Cum iis igitur qui simpliciter superbi sunt, Dominus longanimis est: cum iis vero qui nimii sunt in eo vitio, condigna [nec sero] delictis retribuit supplicia.

Καὶ ἀνταποδίδωσι τοῖς περισσῶς ποιοῦσι ὑπερηφάνειαν. Τοῦτο διὰ τὸν Ἀχιτόφελ, ὡς προειρήκαμεν. Ἐπὶ μὲν τοῖς ἁπλῶς ὑπερηφανευομένοις, μακροθυμεῖ· τοῖς δὲ περισσῶς τοῦτο ποιοῦσιν, οὐκ εἰς μακρὰν ἀντὶ ταύτης ἀποδίδωσιν τιμωρίαν.

VERS. 25. *Viriliter agite, et fortificetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.* Adjuvabit procul dubio Dominus vos, et non despiciet. Nam qui in illum confidunt, non confunduntur. Consona autem hæc sunt iis quæ habentur in fine Psalmi XXVI.

Ἀνδρίζεσθε καὶ κραταιούσθω ἡ καρδία ὑμῶν, πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπὶ Κύριον. Βοηθήσει γὰρ ἀναμφιβόλως, καὶ οὐ περιόψεται. Οἱ γὰρ πεποιθότες ἐπ' αὐτὸν, οὐ μὴ καταισχυνθῶσιν. Ἐπεφώνησεν καὶ ταῦτα ἑαυτῷ ἐν τῷ τέλει τοῦ κϛ' ψαλμοῦ.

Psalmus ipsi David intelligentiæ.

PSALMUS XXXI.

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ συνέσεως.

ΨΑΛΜΟΣ ΛΑ'.

Intelligentiæ inscribitur, vel, quia multa erat Propheta plenus intelligentia, quando hunc psalmum composuit; vel, quia ob profundissimos psalmi sensus, lectori multa opus est intelligentia: vel, quia lectorem erudit atque intelligentem reddit. Admonet quippe eum dicens: *Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus.* Conscripsit etiam beatus David hunc psalmum post commissum adulterium et cædem: ob quæ cum in varias incidisset calamitates, varios etiam psalmos conscripsit, illa deplorans peccata. Utilis etiam erit hic psalmus, si juxta anagogicum sensum intelligatur.

Ἡ ὅτι συνέσεως πλησθεὶς ἔγραψεν ταῦτα, ἢ ὅτι χρεία συνέσεως ἐνταῦθα, ἢ καὶ ὅτι συνετίζει τοὺς ἀναγινώσκοντας. Φησὶ γάρ· *Μὴ γίνεσθε ὡς ἵππος καὶ ἡμίονος, οἷς οὐκ ἔστι σύνεσις.* Εἴρηκεν δὲ τὸν παρόντα ψαλμὸν μετὰ τὴν μοιχείαν καὶ τὸν φόνον τοῦ Οὐρίου. Διαφόροις γὰρ περιπεσὼν ἐκ τότε λογισμοῖς, διαφόρους ψαλμοὺς ἔγραψεν, μνημονεύοντας ἐκείνης τῆς ἁμαρτίας. Πρόσφορος δὲ ἡμῖν ὁ ψαλμὸς, ἀναλόγως ἐκλαμβανόμενος.

VERS. 1. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata.* Cum post commissa a se delicta, multos pertulerit labores, beatos nunc illos fore dicit, quibus absque ullo labore contigerit, propria abluere peccata: illos nimirum significans, qui lavacro baptismatis hoc fuerint remissionis donum consecuti; et quia ex iis alii ex gentibus futuri erant, alii ex circumcisione, iniquitates quidem quæ Græca dictione ἀνομίαι hoc est exleges erant, de gentilibus dicit qui omni prorsus carebant lege; peccata vero de Judæis, qui sub lege erant. Peccatum enim neglectus est, aut contemptus legis.

Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἀπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι. Αὐτὸς μετὰ τὴν ἁμαρτίαν πολλὰ πονήσας ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ, μακαρίζει τοὺς ἀπόνως ἀπολουομένους τὰ ἐγκλήματα, τοὺς βαπτιζομένους αἰνιττόμενος. Ἐπεὶ δὲ τούτων οἱ μὲν ἐξ ἐθνῶν εἰσὶν, οἱ δὲ ἐκ περιτομῆς· ἀνομίαν μὲν εἶπεν, ἐπὶ τῶν ἐξ ἐθνῶν, οἷς οὐκ ἐδόθη νόμος· ἁμαρτίαν δὲ, ἐπὶ τῶν ἐκ περιτομῆς, τῶν ὑπὸ τὸν νόμον· ἁμαρτία γὰρ, ἀθέτησις νόμου.

VERS. 2. *Beatus vir cui non imputaverit Dominus peccatum.* Cui ea ratione peccatum non ascripserit, quod regenerationis lavacrum ablutum jam, ac penitus deletum sit. *Peccatum* indifferenter posuit pro culpa. Quidam autem idem utraque significare contendentes præcedentia dicta indifferenter capiunt.

Μακάριος ἀνὴρ, ᾧ οὐ μὴ λογίσεται Κύριος ἁμαρτίαν. Ὧ οὐκ ἐπιγράψεται, οὐ μετρήσει, διὰ τὸ ἀφανισθῆναι ταύτην παρὰ τοῦ τῆς παλιγγενεσίας λουτροῦ. *Ἁμαρτίαν* δὲ νῦν ἀδιαφόρως τὸ ἔγκλημα κέκληκεν. Τινὲς δὲ τὰ ἄνω ῥητὰ, ἀδιαφόρως λαμβάνουσιν, ἐκ παραλλήλου τὸ αὐτὸ λέγοντες ἄμφω σημαίνειν.

Nec est in ore ejus dolus. Nec post baptisma mentitus est, aut violavit pacta, quæ cum Deo habet. Dolum enim hic pro mendacio intelligere debemus. Profitetur enim is, qui baptizatur, operibus dæmonum renuntiare, et Christi mandatis se adjungere.

Οὐδέ ἐστι ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος. Οὐδὲ μετὰ τὸ βάπτισμα ἐψεύσατο τὰς εἰς Θεὸν συνθήκας. Δόλον γὰρ νῦν, τὸ ψεῦδος ὑποληπτέον. Ὁμολογεῖ γὰρ ὁ βαπτιζόμενος ἀποτάξασθαι μὲν τοῖς ἔργοις τοῦ δαίμονος, συντάξασθαι δὲ τοῖς τοῦ Χριστοῦ.

VERS. 3. *Quoniam tacui.* Beati isti sunt, ego vero plangendo fatigatus silui.

Ὅτι ἐσίγησα. Μακάριοι οὗτοι· καὶ γὰρ ἐγὼ ἀποκαμὼν ἐν τῷ κόπτεσθαι, ἐσίγησα.

Inveterata sunt ossa mea, dum clamarem tota die. Hæc fuit silentii causa. Per ossa autem vires suas intelligit; ossa enim corpus sustinent, ac stabilem reddunt. *Inveterata* autem *sunt*, hoc est infirmata ac debilitata. Nam quod antiquum est, debilius fit. Infirmatæ, inquit, sunt vires meæ. *Tota* vero *die*, dicit pro, Semper, atque assidue. Quoties enim in tentationes incidebat, toties suum lugebat peccatum, quasi omnis illinc vitæ suæ inæqualitas deflu-

Ἐπαλαιώθη τὰ ὀστᾶ μου ἀπὸ τοῦ κράζειν με ὅλην τὴν ἡμέραν. Τοῦτο ἡ αἰτία τῆς σιγῆς· διὰ δὲ τῶν ὀστῶν, τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἐνεσήμανε. Τὰ ὀστᾶ γὰρ ὑπερείδουσι τὸ ζῶον. *Ἐπαλαιώθη* δὲ, ἀντὶ τοῦ Ἠσθένησαν, ὅτι τὸ παλαιὸν, ἀσθενές. Ἠσθένησε, φησὶν, ἡ δύναμίς μου. *Ὅλην* δὲ *τὴν ἡμέραν*, ἀντὶ τοῦ, Διὰ παντός. Ὁσάκις γὰρ ἂν πειρασμῷ περιέπιπτεν, ὀδύρετο τὴν ἁμαρτίαν ἐκείνην, ὡς ἐκεῖθεν αὐτῷ τῆς ἀνωμαλίας τοῦ βίου ῥυείσης. Ἐπεὶ γὰρ

καὶ τῇ μοιχείᾳ καὶ τῷ φόνῳ θάνατος ἦν ἐπιτίμιον, τοῦτον μὲν συνεχωρήθη διὰ τοῦ προφήτου Νάθαν, ὁμολογήσας ἡμαρτηκέναι, φήσαντος· *Οὐ μὴ ἀποθάνῃς*. Συμφοραὶ δὲ αὐτῷ καὶ τῇ οἰκίᾳ καὶ παρὰ τούτου ἠπειλήθησαν, ἃς καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχειν ὠδυνᾶτο.

Ὅτι ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐβαρύνθη ἐπ' ἐμὲ ἡ χείρ σου. Τοῦτο πάλιν αἰτία τοῦ κράζειν· χεὶρ δὲ ἐνταῦθα, ἡ κολαστικὴ δύναμις· τῇ χειρὶ γὰρ κολάζει τις· ἐβαρύνθη δὲ, ἀντὶ τοῦ, βαρέως ἐπηνέχθη· ἡμέρας δὲ καὶ νυκτὸς, ἀντὶ τοῦ, διὰ παντός.

Ἐστράφην εἰς ταλαιπωρίαν τῷ ἐμπαγῆναί μοι ἄκανθαν. Ἄκανθαν ὀνομάζει τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ὡς ἔξωθεν παραφυεῖσαν, ἐμπειρομένην, καὶ ὡς νύσσουσαν καὶ ἀλγεινουσαν. Ἐμπαγείσης οὖν μοι ταύτης, περιετράπη μοι τὰ τῆς εὐτυχίας εἰς ἀθλιότητα.

Τὴν ἀνομίαν μου ἐγνώρισα, καὶ τὴν ἁμαρτίαν μου οὐκ ἐκάλυψα. Ἵνα μὴ δόξῃ γογγύζειν, μετέβαλε τὸν λόγον, καὶ διηγεῖται πῶς ἔτυχε φιλανθρωπίας. Τοῦτο (8) γὰρ Νάθαν ἐπ' ἄλλου προσώπου δραματουργήσαντος τὴν παρανομίαν, εἶτα προστεθέντος, ὅτι Σὺ εἶ περὶ οὗ ταῦτα, ἐγνώρισα, φησὶ, τὴν ἐμαυτοῦ πλημμέλειαν, καὶ οὐκ ἠρνησάμην. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, *Οὐκ ἐκάλυψα*· ἀνομίαν γὰρ νῦν τὴν παρανομίαν νοήσεις, ἣν καὶ ἁμαρτίαν αὖθις ἐκάλεσεν.

Εἶπα· Ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου τῷ Κυρίῳ. Γνοὺς ὅτι ἐν ἀφύκτῳ καταδίκῃ γέγονα, εἶπα ἐν ἐμαυτῷ· Ποιήσω τόδε. Εὐθὺς γὰρ ἐξωμολογήσατο, φήσας· *Ἡμάρτηκα τῷ Κυρίῳ.*

Καὶ σὺ ἀφῆκας τὴν ἀσέβειαν τῆς καρδίας μου. Διὰ τοῦ προφήτου Νάθαν, εἰπόντος αὐτίκα· *Καὶ Κύριος ἀφεῖλε τὸ ἁμάρτημά σου.* Ἀσέβειαν δὲ λέγει καρδίας τὴν ἁμαρτίαν, οἷα τῆς μοιχείας μὴ σεβασθείσης τοὺς περὶ μοιχείας καὶ φόνου νόμους. Ἀφῆκας δὲ, ἀντὶ τοῦ, συνεχώρησας. Ἀποροῦσι δέ τινες ὡς εἰ συνεχωρήθη τὴν ἁμαρτίαν, πῶς λέγει βαρυνθῆναι ἐπ' αὐτὸν τὴν τοῦ Θεοῦ κολαστικὴν δύναμιν· καί φαμεν, ὅτι, ἐπεὶ αὐτὸς ὁ Δαβὶδ τὴν ὑποκριθεῖσαν τῷ Νάθαν δίκην εὐθύνων, ἀπεφήνατο ἔνοχον εἶναι καὶ (9) θάνατον καὶ ζημίαν τὸν οὕτω πεπλημμεληκότα· τὸν μὲν θάνατον αὐτίκα συνεχωρήθη, διὰ τὸ θερμὸν καὶ ἐγκάρδιον τῆς ἐξομολογήσεως· τὴν δὲ ζημίαν ἀπῃτήθη, διὰ τῶν μετέπειτα συμφορῶν, κατὰ τὴν οἰκείαν ἀπόφασιν, ἵνα μὴ τέλεον καὶ τάχιον ἀπαλλαγεὶς, ἐπιλάθοιτο ῥᾳδίως, καὶ πάλιν ἐμπέσοι.

Ὑπὲρ ταύτης προσεύξεται πᾶς ὅσιος ἐν καιρῷ

[45] II Reg. XII, 13.

A xisset; et quia pro delicto cædis et adulterii mors illum in pœnam manebat, mortem quidem propheta Nathan ei remisit, quando proprium peccatum suum ingenue confessus est; dixisse enim illum ei legimus : *Non morieris*, domesticas tamen calamitates ei comminatus est : in quas modo cum se cerneret incidisse, flebat ac lamentabatur.

Vers. 4. *Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua.* Hæc est rursum clamoris causa. Manum autem hic ponit pro puniendi potentia. Manu enim castigare solemus, quæ gravata est, hoc est graviter delata. Die vero ac nocte, dixit pro, perpetuo.

B *Conversus sum in miseriam dum configitur mihi spina.* Peccatum spinam appellat, veluti non interius, sed exterius penetrando adnatum, et veluti pungens ac dolorem inferens. Infixa mihi igitur hac spina peccati, omnia quæ secunda mihi olim erant ac prospera, conversa sunt in miseriam.

Vers. 5. *Iniquitatem meam cognitam tibi feci, et peccatum meum non abscondi.* Ne obmurmurare Propheta adversus Deum videatur, sermonem mutat, et exponit quomodo misericordiam a Deo consecutus sit. Dum Nathan, inquit, sub alia persona delictum meum mihi narrans confinxisset, ac deinceps addidisset : Tu es de quo hæc dicuntur, indicavi statim ego delictum meum, nec negavi. Iniquitatem autem eam intelliges, quam et peccatum appellavit.

C *Dixi : Annuntiabo adversum me injustitiam meam Domino.* Cognoscens me condemnationem evitare non posse, dixi intra me ipsum id quod eram facturus : et statim confessus sum dicens : *Peccavi Domino.*

Et tu remisisti impietatem cordis mei. Per Nathan scilicet prophetam dicentem : *Et Dominus abstulit peccatum tuum* [45]. Cordis autem impietatem ideo peccatum appellat, quia in corde suo nullas veritus fuerat leges a Deo latas de homicidio, aut de adulterio. Remisisti autem, hoc est, pepercisti. Aliqui dubitant, quomodo si remissum ei fuerat peccatum, gravatam postmodum esse dicat super se manum Dei. Et dicimus, quod postquam beatus
D David causam illam a propheta Nathan confictam recte intellexisset, et seipsum, quod deliquisset non mortis tantum, sed noxæ etiam reum esse judicasset; mors quidem ei statim remissa est, ob promptam atque humilem cordis confessionem, damnum vero ab eo exactum est, per subsecutas calamitates, juxta propriam sententiam, ne tam celeriter, atque in totum liberatus, tantum facinus ac tantum beneficium oblivioni facilius mandaret, et rursus in eadem incideret delicta.

Vers. 6. *Pro hac orabit ad te omnis sanctus in*

Variæ lectiones.

(8) Ἴσ. τοῦ.
(9) Mallem θανάτου καὶ, vel θανάτῳ καὶ ζημίᾳ, ut habet alius codex.

tempore opportuno. Pro hac, hoc est, Ab hac iniquitate mihi remissa, pius ac religiosus vir quilibet instinctus rogabit te. Ubi enim innotuerit remissum mihi fuisse peccatum, statim, ut confessus sum, imitabuntur me deinceps pii omnes in tempore pœnitentiæ. Hoc enim pœnitentiæ tempus, quasi idoneum ac commodum, opportunum tempus appellavit. Eritque hæc remissio exemplum omnibus pœnitentibus: quos ideo vocavit sanctos, quia impii atque omnino perditi ii sunt, quos nulla duci contingit pœnitentia. Possumus et aliter dicere, quod traditur prophetia de fidelibus, qui tempore opportuno, hoc est post prædicationem Evangelii, dum eos beati David psalmos canunt, qui illius peccata commemorant, pro eorum remissione ad Deum quodammodo orare videntur.

A *εὐθέτῳ*. Τὸ *ὑπὲρ ταύτης*, ἀντὶ τοῦ, Ἀπὸ ταύτης τῆς ἁμαρτίας κινούμενος, παρακαλέσει σε πᾶς θεοσεβής· μαθὼν γὰρ, ὅτι ἐξομολογησάμενος, εὐθὺς συνεχωρήθην, μιμήσεταί με ἐν καιρῷ μετανοίας· τοῦτον γὰρ εὔθετον καὶ ἐπιτήδειον εἴρηκε, καὶ αὕτη ἔσται τοῖς μετανοοῦσιν ὑπόδειγμα· ὁ γὰρ ἀνόσιος οὐ μεταμέλεται. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν, ὅτι προφητεύει περὶ τῶν πιστῶν, οἵτινες ἐν καιρῷ εὐθέτῳ, δηλαδὴ τῷ μετὰ τὸ κήρυγμα, χρώμενοι τοῖς περὶ ἁμαρτίας αὐτοῦ ψαλμοῖς, δοκοῦσιν ὑπὲρ ταύτης προσεύχεσθαι.

Verumtamen in diluvio aquarum multarum ad eum non approximabunt. Dictio *verumtamen* hoc in loco pro copulativa conjunctione sumenda est, ut sit sensus: quod et in undatione tentationum (per aquas enim hoc in loco tentationes ac calamitates intelligendæ sunt, quemadmodum et alibi: *Libera me de aquis maris*), quod in hujusmodi, inquam, undatione, nullæ aquæ ad eum approximabunt, qui sic confessus fuerit, et cui hac ratione remissa fuerint peccata. Approximare autem, seu appropinquare, hoc in loco idem est quod attingere et lædere. Vel per diluvium baptisma intellige, quod in aquis fit, et peccata abluit. Aquas vero baptismatis multas appellat, considerata potius qualitate ac potentia Spiritus, quam undarum quantitate; quo pacto dicere solemus ventum multum, hoc est, validum. Orabit igitur, inquit, ad te, verum in baptismo ad eum non approximabunt peccata; illinc nimirum demersa ac delata.

Πλὴν ἐν κατακλυσμῷ ὑδάτων πολλῶν πρὸς αὐτὸν οὐκ ἐγγιοῦσι. Τὸ *πλὴν*, ἀντὶ τοῦ καὶ συν-B δέσμου νοοῦμεν, ἵνα ᾖ τοιοῦτον, ὅτι καὶ ἐν πλημμύρᾳ λογισμῶν, ὕδατα γὰρ τούτους οἰητέον, ὡς τὸ, *Ῥῦσαί με καὶ ἐξελοῦμαι ἐξ ὑδάτων πολλῶν*, οὐκ ἐγγιοῦσι ταῦτα τὰ ὕδατα πρὸς αὐτὸν, τὸν οὕτως ἐξομολογησάμενον καὶ συγχωρηθέντα. Διὰ τοῦ ἐγγίζειν δὲ τὸ ἅπτεσθαι καὶ δάκνειν ᾐνίξατο. Ἢ καὶ ἄλλως κατακλυσμὸς, τὸ δι' ὑδάτων βάπτισμα νοηθείη, ὡς κατακλύζον τὴν ἁμαρτίαν· ὑδάτων δὲ πολλῶν, τῇ ποιότητι καὶ δυνάμει τοῦ Πνεύματος, καὶ οὐ τῇ ποσότητι τῶν ῥύθρων· οὕτω γὰρ λέγομεν πολὺν ἄνεμον τὸν ἰσχυρόν. Προσεύξεται, φησὶ, πρὸς σέ· πλὴν ἐν τῷ βαπτίσματι πρὸς αὐτὸν οὐκ ἐγγιοῦσι, δηλονότι αἱ ἁμαρτίαι κατακλυζόμεναι καὶ ἀφανιζόμεναι.

VERS. 7. *Tu es refugium meum a tribulatione quæ circumdedit me*. Ab hac etenim ad te confugio, tanquam ad gaudium et lætitiam.

C *Σύ μοι εἶ καταφυγὴ ἀπὸ θλίψεως τῆς περιεχούσης με*. Ἀπὸ ταύτης εἰς σὲ καταφεύγω, ὡς εἰς εὐφροσύνην.

Exsultatio mea, erue me a circumdantibus me. Opportuna est hæc invocatio. Tu, o Deus, inquit, qui es gaudium meum, eripe me a tentationibus, quibus quodammodo circumdatus detineor, seu visibiles seu etiam invisibiles inimicos intelligas. [Diapsalma.]

Τὸ ἀγαλλίαμά μου, λύτρωσαί με ἀπὸ τῶν κυκλωσάντων με. Ἐνδιάθετος ἡ ἐπιφώνησις· Ὦ χαρά μου, ῥῦσαί με ἀπὸ τῶν κυκλωσάντων με πειρασμῶν, οἷς ἐναπείλημμαι, ἢ ἐχθρῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων.

VERS. 8. *Intellectum tibi dabo, et simul accedam in via hac qua gradieris*. Diapsalma hoc in loco mutationem indicat consequentiæ sermonis. Verba enim quæ sequuntur ex persona Dei proferenda sunt, respondentis ad Prophetam, cui soli auditus est: Ego te prudentem faciam, ad hoc, ut inimicorum superior evadas, et simul tecum veniam in hoc itinere, quo ad bellum accingeris. Βιβῶ enim idem sonat, quod βαίνω, *gradior*. Indifferens autem est hoc quoque loco constructio.

Συνετιῶ σε καὶ συμβιβῶ σε ἐν ὁδῷ ταύτῃ ᾗ πορεύσῃ. Τὸ διάψαλμα προκείμενον ἐνταῦθα μεταβολὴν τῆς ἀκολουθίας δηλοῖ· καὶ γὰρ ὁ ἑξῆς λόγος, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ λέγεται, διὰ φωνῆς ἀκουστῆς προφήταις ἀποκρινομένου, ὅτι Συνετίσω σε, ὅπως ἂν ὑπερτερήσῃς, καὶ συνοδεύσω σοι ἤδη ἐν τῇ προκειμένῃ D σοι πορείᾳ τοῦ πολέμου· *βιβῶ* γὰρ, τὸ *βαίνω*. Ἀδιάφορος δὲ κἀνταῦθα ἡ σύνταξις.

Firmabo super te oculos meos. Non simpliciter, inquit, ego te aspiciam, sed constanter atque indesinenter te observabo: eorum instar qui in bello alicujus curam suscipiunt, et oculos in eum firmant, ut periclitanti subveniant ac præsto adsint. Alibi sæpe diximus, quod Scriptura ab humanis affectibus, aut moribus sæpenumero divinas actiones describit, auditorum imbecillitati condescendens.

Ἐπιστηριῶ ἐπὶ σὲ τοὺς ὀφθαλμούς μου. Οὐκ ἐπιβλέψω μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀκλινῶς, δίκην τῶν ἐν πολέμοις κηδομένων τινὸς, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπ' αὐτὸν ἀπερειδόντων, ἵνα κινδυνεύοντι βοηθήσωσιν. Εἰρήκαμεν δὲ πολλάκις, ὅτι ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων διαθέσεων ἡ Γραφὴ σχηματίζει τὰ θεῖα, συγκαταβαίνουσα τῇ ἀσθενείᾳ τῶν ἀκροωμένων.

Μὴ γίνεσθε ὡς ἵππος καὶ ἡμίονος, οἷς οὐκ ἔστι σύνεσις. Τὸ ἐντεῦθεν αὐτὸς πάλιν ὁ Δαβὶδ ἐξ ὧν πέπονθεν παραινεῖ, λέγων· Μὴ γίνεσθε θηλυμανεῖς, ὡς ἵππος, καὶ διὰ τοῦτο ἄγονοι πρὸς ἀρετὴν, ὡς ἡμίονος, οἵτινές εἰσιν ἀσύνετοι καλοῦ καὶ χείρονος, ὡς μὴ λόγῳ τετιμημένοι, καθὼς καὶ ὑμεῖς. A

Ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ τὰς σιαγόνας αὐτῶν ἄγξαις, τῶν μὴ ἐγγιζόντων πρὸς σέ. Μνημονεύσας ἵππου καὶ ἡμιόνου, εἰκότως καὶ χαλινὸν ἐπήγαγεν, ἐπαρώμενος τοῖς διὰ τῆς ὁμοιώσεως τῶν δηλωθέντων ἀλόγων πόῤῥω γενομένοις Θεοῦ. Ἄγξαις, φησὶ, καὶ δαμάσαις καὶ πιέσαις τὰς σιαγόνας αὐτῶν, τῶν μὴ ἐγγιζόντων πρὸς σὲ δι' ἀρετῆς. Κημὸς μὲν οὖν, ὁ χαλινός· τὸ μὲν, ὡς κάμπτων τὸν αὐχένα· τὸ δὲ, ὡς χαλώμενος εἰς τὸ στόμα. Εἶεν δ' ἂν χαλινὸς αἱ διὰ πειρασμῶν παιδεῖαι. Ἀπὸ δὲ τῶν σιαγόνων ὅλους αὐτοὺς ἐδήλωσεν, ὡς ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν. Ἐπαρᾶται δὲ τοιούτοις, ὡς ἀναπολογήτοις, μετὰ τὸ καθ' ἑαυτὸν παράδειγμα. Οἱ δὲ λέγουσι, τὸ *ἄγξαις* εὐκτικοῦ μὲν ἔχειν σχῆμα, δύναμιν δὲ καὶ σημασίαν μέλλοντος. B

Πολλαὶ αἱ μάστιγες τοῦ ἁμαρτωλοῦ. Ταῦτα, φησὶ, λέγω, γινώσκων οἴκοθεν, ὅτι πολλαὶ παιδεῖαι τὸν ἁμαρτωλὸν διαδέχονται.

Τὸν δὲ ἐλπίζοντα ἐπὶ Κύριον ἔλεος κυκλώσει. Εἰ δέ τις μετὰ τὰς μάστιγας ὅλην μεταθήσει τὴν ἐλπίδα πρὸς Θεὸν, ἐλεηθήσεται πάντοθεν.

Εὐφράνθητε ἐπὶ Κύριον, καὶ ἀγαλλιᾶσθε, δίκαιοι, καὶ καυχᾶσθε, πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ. Πρὸς τοὺς ἀσθενεστέρους ποιήσας τὴν παραίνεσιν, ἤδη μεταβαίνει καὶ πρὸς τοὺς ἰσχυροτέρους, οὓς δὴ καὶ δικαίους καλεῖ, διὰ τὸ δικαίως βιοῦν, καὶ ὀρθοὺς, διὰ τὴν εὐθύτητα τοῦ βίου. Καί φησιν, ὅτι Εὐφράνθητε, καὶ ἀγαλλιᾶσθε, καὶ καυχᾶσθε, μὴ ἐπὶ ταῖς ἀρεταῖς ὑμῶν· ἀβέβαιοι γὰρ, εἰ μὴ φυλάττοιντο παρὰ Θεοῦ· ἀλλ' ἐπὶ μόνῳ τῷ βοηθοῦντι Κυρίῳ καὶ σκέποντι· κἀγὼ γὰρ τῇ ἀρετῇ θαῤῥήσας, ὠλίσθησα. Προειρήκαμεν δὲ διαφορὰν εὐφροσύνης καὶ ἀγαλλιάσεως ἐν τῷ τέλει τῆς ἐξηγήσεως τοῦ τρισκαιδεκάτου ψαλμοῦ, εἰ καὶ αὐτὸ σημαίνουσιν ἐκ παραλλήλου· τὸ δὲ *ἐπὶ Κύριον*, ἀδιάφορον, ἀντὶ, ἐπὶ Κυρίῳ. C

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις. D

ΨΑΛΜΟΣ ΛΒ'.

Ἀνεπίγραφος οὗτος παρ' Ἑβραίοις ἐστίν. Ἔοικε δὲ πεποιῆσθαι εἰς τὴν κατὰ τὸν Ἐζεκίαν ὑπόθεσιν, προτρέπων τοὺς ἀξίους ὑμνεῖν τὸν Θεὸν, ἀοράτως ἀνελόντα τοὺς Ἀσσυρίους. Εἴη δ' ἂν καὶ ἡμῖν ἁρμόδιος.

Ἀγαλλιᾶσθε, δίκαιοι, ἐν Κυρίῳ. Τί μέν ἐστιν ἀγαλλίασις, ἤδη προειρήκαμεν· δικαίους δὲ λέγει τοὺς ἐναρέτους, οὓς ἐπὶ μόνῳ τῷ βοηθῷ καὶ νικοποιῷ Χριστῷ ἀγαλλιᾶσθαι κελεύει, καὶ μὴ ἐπί τινι

VERS. 9. *Nolite fieri sicut equus et mulus, in quibus non est intellectus.* Admonet nos beatus David ex iis quæ ipse passus est: Nolite, inquit, amore mulierum furere, veluti infrenes equi, nec ad virtutem infructuosi fieri, ut muli. Illi, quid bonum, aut quid malum [quid honestum, aut quid turpe sit] ignorant: quia ratione, ut vos, donati non sunt. [Equi præterea hinniunt ad voluptates et muli semina virtutis nulla concipiunt, nec fructum aliquem producunt: et hoc partim quidem malitiæ causa qua imbuti sunt, partim vero inertia, quam ad exercendas virtutes præ se ferunt.]

In camo et freno maxillas eorum constringas, qui non approximant ad te. Cum equi ac muli meminerit, non temere perstans in translatione, frenum addit: et contra eos imprecatur, qui irrationabilium bujusmodi animalium instar procul absunt a Deo. Angas, inquit, domesque, ac premas eorum hominum maxillas, qui per virtutum semitam ad te propius non accedunt. Camus, et frenum, idem sunt, et [juxta Græcarum dictionum etymologiam] alterum sic dicitur, quod in os mittatur. Per frenum etiam illa potest disciplina intelligi, quam tentationes docent. A maxillis autem totum hominem significat, veluti a parte totum. Contra hujuscemodi igitur homines ideo Propheta imprecatur, quia post sui exemplum inexcusabiles esse eos censet. Alii etiam dicunt verbum, *angas*, optativi quidem modi esse, sed in hoc loco accipi debere pro futuro.

VERS. 10. *Multa flagella peccatoris.* Hoc, inquit, dico, cognoscens meo exemplo, quod multæ castigationes peccatorem maneut.

Sperantem autem in Domino misericordia circumdabit. Quod si quis post flagella cor suum ac spem suam vere ad Deum convertat, is omnino etiam misericordiam consequetur.

VERS. 11. *Lætamini in Dominum et exsultate, justi, et gloriamini, omnes recti corde.* Cum in superioribus infirmos omnes admonuerit, nunc fortiores etiam exhortatur, quos ideo justos vocat, quod juste vivant, et rectos ob vitæ rectitudinem. Lætamini, inquit, exsultate, et gloriamini, non de vestris virtutibus: infirmæ enim sunt, nisi conserventur a Deo: sed in ipso Domino, qui adjuvat ac protegit vos. Nam et ego olim in virtute confidens, lapsus sum. Differentiam autem lætitiæ et exsultationis prædiximus circa finem expositionis psalmi XIII, tametsi sæpenumero idem æque significant. Et quod ait, *in Dominum*, indifferens est constructio pro, in Domino.

Psalmus ipsi David, sine inscriptione apud Hebræos.

PSALMUS XXXII.

Apud Hebræos hic psalmus caret inscriptione, et videtur mihi continere pertinentia ad tempora regis Ezechiæ, atque exhortari sanctos ac probos viros, ut Deum laudent, quod Assyrios invisibiliter destruxerit: tametsi possit etiam nobis omnibus accommodari.

VERS. 1. *Exsultate, justi, in Domino.* Quid sit exsultatio jam prædiximus. Per justos autem hic virtute præditos viros intelligit, quos nulla alia in re exsultare jubet, quam in Christo, qui solus et

vere adjuvat et victoriam præstat. Neque enim aut fortitudo, aut exercitus, aut divitiæ, aut mœnia aliquid tunc illis profuerunt.

A τῶν ἄλλων· οὔτε γὰρ ἰσχὺς, οὔτε στρατὸς, οὔτε πλοῦτος, οὔτε τεῖχος, ὠφέλησε.

Rectos decet laudatio. Per exsultationem enim laudationem significavit. Nam qui aliqua in re exsultat, omnino eam laudat: et quia solis viris virtute præditis exsultationem hujusmodi ac laudationem apposuit, causam statim addidit dicens, quod eos præcipue decet ut Deum laudent, qui recte ac duce ipsa vivunt virtute. Neque enim, ut alibi dicitur, formosa est laus in ore peccatoris, nec pes obtortus recto congruit calceamento: rectus autem est Dominus Deus noster, et rectitudines vidit vultus ejus. Contra vero diabolus obliquus ac tortuosus est, ut serpens: atque ideo sui similibus delectatur.

Τοῖς εὐθέσι πρέπει αἴνεσις. Διὰ τοῦ ἀγαλλιᾶσθε, καὶ τὸ αἰνεῖτε δεδήλωκεν· ὁ γὰρ ἀγαλλιώμενος ἐπί τινι, χαίρων ἐπαινεῖ αὐτό. Ἐπεὶ δὲ τοῖς ἐναρέτοις μόνοις ἀνέθηκε τὴν ἀγαλλίασιν καὶ τὸν αἶνον, τίθησι καὶ τὴν αἰτίαν, λέγων, ὅτι τοῖς ὀρθῶς βιοῦσι πρέπει ἡ τοῦ Θεοῦ αἴνεσις. Οὐ γὰρ ὡραῖος, φησὶν, αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ, καὶ σκολιὸς ποὺς οὐκ ἐναρμόζηται ὀρθῷ ὑποδήματι· εὐθὺς γὰρ Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν· εὐθύτητας οἶδε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. Ὁ δὲ διάβολος, σκολιὸς ὄφις, καὶ τοῖς ὁμοίοις ἥδεται σκολιοῖς.

B

VERS. 2. *Confitemini Domino in cithara, in psalterio decem chordarum psallite ei.* Antiquis lex erat ut Deum laudarent in cithara et in psalterio atque in aliis musicis instrumentis, quemadmodum in Prooemio operis tradidimus, docentes quamnam differentiam habeat psalterium ad alia musica instrumenta. Juxta anagogem per citharam, quæ inferne pulsatur, ipsum possumus corpus intelligere, quia [ut inquit magnus Basilius] in cithara atque in lyra æs inferius resonat ad plectrum. Confitemini igitur Domino, hoc est, Gratias ei agite, vos nimirum, quicunque ab intellectualis Assyrii obsidione admirande liberati estis: et primum quidem ipso corpore, jejunando, flendo, humi cubando, psallendo etiam, hoc est, canendo: si qua præter ea alia sunt dona, quæ ad mortalem pertinent virtutem, et quibus agi possunt gratiæ Deo, hæc omnia Deo offerte. Per psalterium autem intellectus significatur; quia quemadmodum in Psalterio decem chordæ intenduntur, quæ soni, seu vocum causas superne habent, ut alibi diximus, ita intellectui nostro decem adjacent legalia præcepta, superne nobis a Deo [ut ita dicam] insonata: quæ qui observaverit, per illorum symphonias, atque concentus spiritualem atque intellectualem cantum Deo canet. A cithara igitur accedite ad psalterium, et per contemplandi virtutem psallite cum intelligentia quæcunque canitis.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ ἐν κιθάρᾳ, ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ ψάλατε αὐτῷ. Τοῖς τότε γὰρ ὁ νόμος ἦν, ὑμνεῖν τὸν Θεὸν ἐν κιθάρᾳ, καὶ ψαλτηρίῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις μουσικοῖς ὀργάνοις, ὡς ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς παρούσης βίβλου σαφῶς ἐξεθέμεθα, διδάξαντες καὶ ποίαν διαφορὰν ἔχει τὸ ψαλτήριον πρὸς τὰ ἄλλα. Χρὴ δὲ γινώσκειν, καὶ ἀναγωγικῶς εἰπεῖν. Κιθάραν μὲν νόει μοι τὸ σῶμα, διὰ τὸ κάτωθεν ἡμῖν συμπεπλάσθαι. Φησὶ γὰρ ὁ μέγας Βασίλειος, ὅτι ἐν τῇ κιθάρᾳ καὶ τῇ λύρᾳ κάτωθεν ὁ χαλκὸς ὑπηχεῖ πρὸς τὸ πλῆκτρον. Ἐξομολογεῖσθε τοίνυν, τουτέστιν, Εὐχαριστεῖτε τῷ Θεῷ διὰ τοῦ σώματος πρῶτον, ὅσοι τοῦ νοητοῦ Ἀσσυρίου παραδόξως ἐῤῥύσθητε, οἷον νηστεύετε, κλαίετε, χαμευνεῖτε, ᾄδετε, καὶ ὅσα τῆς
C
πρακτικῆς ἀρετῆς εὐχαριστήρια δῶρα, ταῦτα προσάγοντες. Ψαλτήριον δὲ λάβε μοι τὸν νοῦν· ὡς γὰρ τῷ μουσικῷ ψαλτηρίῳ δέκα μὲν ἐνετείνοντο χορδαί· ἄνωθεν δὲ τὰς ἀφορμὰς εἶχε τῶν φθόγγων, ὡς ἐν τῷ δηλωθέντι προοιμίῳ λεπτομερῶς παραδεδώκαμεν, οὕτω καὶ ἐν τῷ νῷ δέκα μὲν ἐπίκεινται νοηταὶ ἐντολαί· ἄνωθεν δὲ παρὰ Θεοῦ ἐνηχήθησαν, ἃς φυλάττων διὰ τῆς συμφωνίας αὐτῶν, ψάλλει τῷ Θεῷ νοητὸν μέλος. Ἀπὸ γοῦν τῆς κιθάρας ἔλθετε καὶ ἐπὶ τὸ ψαλτήριον, καὶ ψάλατε νοερῶς, διὰ τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς.

VERS. 3. *Cantate Domino canticum novum.* Juxta historiæ sensum, novum canticum dicit, veluti de recenti ac nuper compositum, ob admirandum nimirum Dei opus quo a tam grandi fuerant Assyriorum obsidione liberati; juxta anagogen vero, Christianorum cantus intelligit, quoscunque scilicet fideles composuerunt, qui novi sunt comparatione antiquorum mandatorum.

Ἄσατε αὐτῷ ᾆσμα καινόν. Ἱστορικῶς μὲν, πρόσφατον ἐπὶ προσφάτῳ τερατουργήματι· ἀναγω-
D
γικῶς δὲ, τὰ Χριστιανικὰ νοητέον ᾄσματα, ὅσα τῷ Κυρίῳ οἱ πιστοὶ συνέθηκαν. Καινὰ γὰρ ταῦτα πρὸς τὰ τῆς παλαιᾶς νομοθεσίας.

Bene psallite ei in vociferatione. Vociferatio est ingeminata militum vox, quæ adversus hostes audaciam præstat. Per hujusmodi vero vociferationem confidere nos admonet, dicens: Psallite jubilanti voce ac fiduciam præstante, postquam hostes omnes territi atque in fugam conversi sunt. Quod vero ait, *Bene psallite*, idem est quod, sublimiter, seu egregie, atque ex tota anima.

Καλῶς ψάλατε αὐτῷ ἐν ἀλαλαγμῷ. Ἀλαλαγμός ἐστιν ἀθρόα φωνὴ τῶν συνασπιζόντων, θαρσοποιὸς κατὰ τῶν πολεμίων· διὰ τοῦ ἀλαλαγμοῦ δὲ τὸ θαῤῥεῖν προτρέπεται, Ψάλατε, λέγων, ἐν φωνῇ ἀλαλαζούσῃ, τουτέστι θαρσαλέᾳ, τροπωθέντων ἤδη τῶν ἐκφοβούντων ἐχθρῶν. Τὸ δὲ *καλῶς*, ἀντὶ τοῦ, ἀμετεωρίστως, ὁλοψύχως.

VERS. 4. *Quia rectum est verbum Domini, et*

Ὅτι εὐθὺς ὁ λόγος τοῦ Κυρίου καὶ πάντα τὰ

A *ἔργα αὐτοῦ ἐν πίστει.* Τοιοῦτόν τί φησιν· Ὀρθὸς ὁ λόγος, ὃν ἐμήνυσε διὰ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου περὶ τοῦ λυθῆναι τὴν πολιορκίαν. Καὶ ἰδοὺ τὰ ἔργα ἐποίησε κατὰ τῶν Ἀσσυρίων πιστὰ, βεβαιοῦντα τὸν λόγον. Ἢ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν πίστει εἰσὶ, τουτέστιν, εἰς πίστιν τοῦ δημιουργοῦ Θεοῦ τὸν ὁρῶντα κινοῦσιν· αὐτίκα γὰρ, ἵνα τ' ἄλλα παρῶμεν, τὸ λεπτότατον κέντρον τῆς μελίσσης σωληνοειδὲς ὄν, ὥστε δι' αὐτοῦ τὸν ἰὸν ἐκχεῖσθαι, διδακτικόν ἐστι τοῦ μὴ αὐτομάτως, ἀλλὰ θείᾳ δυνάμει κοιλανθῆναι τὴν τοσαύτην λεπτότητα. Ἄλλως δὲ πάλιν, ὀρθὸς ὁ τῆς νέας διαθήκης λόγος τοῦ Σωτῆρος, μηδὲν σκολιὸν καὶ δύσλυτον ἔχων, οἷα τὰ τῆς Παλαιᾶς. Ἔτι δὲ καὶ ὅσα ἐποίησεν ἔργα πολιτευόμενος ἐν σαρκὶ, πιστοῦσι τὸν λόγον αὐτοῦ συμφωνοῦντα τούτῳ· καὶ αὐτὰ δὲ πιστά B εἰσιν, ὡς ἀληθῆ καὶ ἀναντίῤῥητα. Ἢ καὶ λόγος αὐτὸς ὁ Υἱὸς, ὅς ἐστιν εὐθὺς, ὡς ὁδὸς ἀπλανὴς, καὶ ἀλήθεια· ἔφησε γάρ· *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια.* Καὶ πάντα ὅσα ἐποίησε σημεῖα, διὰ πίστιν τῶν ὁρώντων ἐποίησεν, ἵνα πιστεύσωσιν (10) αὐτόν.

omnia opera ejus in fide. Rectus est, inquit, sermo Domini, quem per Isaiam prophetam de dissolvenda obsidione significavit. Ecce enim quod opera quæ Dominus contra Assyrios fecit, fidem præstant et confirmant illius sermonem. Vel aliter, omnia in universum opera Domini in fide esse dicuntur, quia quoscunque ea cernentes movent ad fidem, ut credant in opificem ac creatorem Deum. Nam [ut alia omnia omittam] nonne vel unicus apis aculeus, qui fistulæ in morem factus est, ita ut per eum [tametsi alioquin tenuissimus est] apis venenum effundat, abunde docere nos possit, quod non fortuito, aut ex sese, sed quod divina vi tanta tenuitas fuerit concavata? Et aliter: Rectum est Novi Testamenti ac Salvatoris nostri verbum, nihil obliquum, nihil obscurum habens, ut Vetus lex. Præterea et quæcunque opera olim fecit Dominus, dum conversaretur in carne, fidelem reddunt ejus sermonem, dum sibi consona sunt; et aliis credenda, utpote vera et quibus contradici non possit. Vel aliter, per Verbum ipse Filius intelligendus, et via non errans, ac veritas. *Ego* enim *sum*, inquit, *via et veritas* [43]. Omnia etiam signa quæcunque fecit, ob videntium et auditorum fidem facta sunt, ut scilicet crederent in ipsum.

Ἀγαπᾷ ἐλεημοσύνην καὶ κρίσιν ὁ Κύριος. Ὅρα, πρὸ τῆς κρίσεως φιλεῖ τὴν ἐλεημοσύνην· διὸ καὶ ἐπὶ τῶν ἁμαρτανόντων, πρῶτον μὲν ἀναμένει τὴν μετάνοιαν αὐτῶν, ὅπερ ἐστὶν ἐλεημοσύνης· ἔπειτα μένοντας ἀνιάτους κολάζει, ὅπερ ἐστὶ κρίσεως. Ἢ καὶ ὅτι ἐλέῳ πᾶσαν κρίσιν αὐτοῦ κίρνησιν. *Ἐὰν γὰρ ἀνομίας*, φησὶ, *παρατηρήσεις, Κύριε, τίς ὑποστήσεται;* Ἢ ἀγαπᾷ ἐλεημοσύνην μὲν, εἰς τοὺς διορθωθέντας· κρίσιν δὲ, εἰς τοὺς ἀδιορθώτους. C Ἢ ἔλεον μὲν, ἐν τῷ παρόντι αἰῶνι· *Οὐ γὰρ ἦλθον*, φησὶ, *κρῖναι τὸν κόσμον*· κρίσιν δὲ ἐν τῷ μέλλοντι. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τό· *Ἔλεον καὶ κρίσιν ᾄσομαί σοι, Κύριε.* Ἄσομαι δὲ, ἀντὶ τοῦ, Ὠδὴν σοι ποιήσω, καὶ ὕμνον τὸν ἔλεον, καὶ τὴν κρίσιν, οἷον, ὅτι ἐλθὼν κρίνεις καθ' ὃν εἰρήκαμεν τρόπον. Κέκραται δὲ καὶ τὸ ἔλεος κρίσει, καὶ ἡ κρίσις ἐλέῳ, ἵνα μήτε ὁ ἔλεος χαύνωσιν ἐμποιήσῃ μόνος, μήτε ἡ κρίσις ἀπόγνωσιν. Ἐπὶ δὲ τῆς ὑποθέσεως Ἐζεκίου εἴληπται τὸ ῥητόν· ὅτι ἐλεήσας τὴν Ἱερουσαλὴμ πολιορκουμένην, κατέκρινε τοὺς ἀδικοῦντας αὐτὴν Ἀσσυρίους.

Vers. 5. *Diligit misericordiam et judicium Dominus.* Vide quomodo misericordiam præponat judicio, utque eam Deus magis diligat. Hac etenim ratione in peccatoribus Deus primum exspectare ab eis solet, an pœnitentiam agant, quia nimirum misericors est; deinde, si immedicabiles permanserint, eos castigat, quod pertinet ad judicium. Vel, quia cuicunque judicio suo Deus misericordiam commiscet, juxta illud: *Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit* [44]? Vel misericordiam quidem diligit Deus, in iis quos castigando erudit ac dirigit, judicium vero in iis qui perversi atque incorrigibiles perseverant. Vel misericordiam diligit in præsenti sæculo: *Non veni* enim, inquit, *ut judicem mundum* [45]; judicium autem in futuro. Simile est etiam quod alibi legimus: *Misericordiam, et judicium cantabo tibi, Domine* [46], hoc est, misericordiam et judicium in canticum tibi ac laudem componam, narrans nimirum, quomodo misericorditer judicas, ut prædiximus. Commiscetur enim misericordia judicio, et judicium misericordiæ, ne misericordia laxitatem ac mollitiem, neve judicium desperationem generet. Quod si psalmum referas ad tempora Ezechiæ, dic quod Dominus miseratus est obsessam Jerusalem, et quod judicio suo Assyrios injuste obsidentes condemnavit.

D *Τοῦ ἐλέους Κυρίου πλήρης ἡ γῆ.* Πάντας γὰρ ἐλεεῖ, καὶ τοὺς ἀθέους· καὶ γὰρ οὐκ ἂν εἴα ζῆν· πλὴν τοὺς μὲν πεπιστευκότας μᾶλλον, ἧττον δὲ τοὺς ἄλλους. Ἢ καὶ ἔλεος Κυρίου νόει τὸ κήρυγμα τοῦ εὐαγγελίου, πλῆρες ὂν ἐλέους, ὡς καὶ δεδομένον ἐξ ἐλεημοσύνης τοῦ δημιουργήσαντος ἡμᾶς, οὗ πεπλήρωται πᾶσα ἡ γῆ διὰ τῆς τῶν ἀποστόλων διδασκα-

Misericordia Domini plena est terra. Omnium enim miseretur Deus, impiorum etiam [ac se Deum abnegantium]. Nam alioqui, si misericordia non uteretur, quomodo sineret eos vivere? credentium tamen semper magis miseretur, et impiorum minus. Vel per misericordiam Domini, Evangelii prædicationem intellige, quod misericordia plenum est

[43] Joan. xiv, 6. [44] Psal. cxxix, 3. [45] Joan. xii, 47. [46] Psal. c, 1.

Variæ lectiones.

(10) Ἴσ. εἰς αὐτόν.

atque ex misericordia Creatoris nostri Dei nobis datum, et quo jam plena est tota terra ob disseminatam undique apostolorum doctrinam. Sermonem autem deinceps mutat in laudem, narrans mirabilia Dei, et dicens :

A λίας. Εἶτα κινεῖ τὸν λόγον εἰς ὕμνον, διηγούμενος τὰ θαυμάσια τοῦ Θεοῦ, καί φησι·

VERS. 6. *Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis potentia eorum.* Videntur quidem hæc verba idem æque significare. Dicit enim Deus de unoquoque, Fiat, et factum est. Verbum præterea oris spiritus est, aerem verberans; et qualis est oris spiritus, qui aerem verberat, tale est et ipsum verbum. Similiter firmamentum ac potentia pro eodem sumuntur. Cœli enim difficile corrumpuntur, firmique ac stabiles sunt. Sed juxta altiorem sensum [quo dicere possumus beatum David hoc in loco de sancta Trinitate philosophari], per Dominum, Patrem intellige: et Filium, per verbum: et per spiritum oris ejus, Spiritum sanctum : quem ideo spiritum oris ejus appellavit, ut ejusdem eum ostenderet esse substantiæ cum illo a quo emittitur, et quod non creatus esset aliunde. Per cœlorum vero potentiam, cœlestes angelorum potentias intellige. Illud tamen adverte, quod non separatim Filius homines creavit, et Spiritus angelos; sed Filius quidem omnia ad esse produxit: *Omnia* enim, inquit, *per ipsum facta sunt* [47]; sanctus vero Spiritus angelos sanctificavit, postquam creati sunt : quam ob causam non de facili moventur ad malum. In bono confirmati angeli nullo modo moventur ad malum, cum ab initio statim, ipso sancto Spiritu, veluti tinctura quadam consolidati ac corroborati sint. Intelligi autem possunt cœli apostoli, quippe qui cœlestia sapiunt, terrenisque rebus superiores sunt, qui verbo doctrinæ Salvatoris firmi facti sunt ad fidem atque tribulationem, atque spiritu oris ejus omnis virtus eorum exstitit. Id enim subauditur. Insufflavit enim, et dixit : *Accipite Spiritum sanctum* [48]. Potentia autem, quæ manifestata est per signa atque prodigia, quæ patrarentur.

Τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. Κατὰ μὲν τὸ πρόχειρον, ἐκ παραλλήλου τὸ αὐτό φησιν· εἶπεν γὰρ ὁ Θεὸς ἐφ' ἑκατέρου· Γενηθήτω, καὶ ἐγένετο· καὶ ὁ λόγος γὰρ πνεῦμά ἐστι στόματος τὸ πλῆττον τὸν ἀέρα· τοιῶσδε καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ στόματος πλῆττον τὸν ἀέρα, τοιῶσδε λόγος ἐστίν. Ὁμοίως δὲ καὶ στερέωσις καὶ δύναμις ταὐτόν· εἴη δ' ἂν τὸ δύσφθαρτον αὐτῶν καὶ εὔτονον· κατὰ δὲ τὸ ὑψηλότερον, περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος ὁ Δαβὶδ ἐνταῦθα θεολογεῖ, Κύριον μὲν τὸν Πατέρα λέγων· λόγον δὲ, τὸν Υἱόν· πνεῦμα δὲ, τὸ
B ἅγιον Πνεῦμα. Τοῦ στόματος δὲ εἶπεν, διότι τῆς αὐτῆς οὐσίας ἐστὶ τῷ προβαλλομένῳ, καὶ οὐκ ἔξωθεν κτιστόν. Δύναμις δὲ οὐρανῶν, αἱ ἐπουράνιαι δυνάμεις τῶν ἀγγέλων. Οὐ διῃρημένος δὲ ὁ μὲν Υἱὸς τοὺς ἀνθρώπους ἔκτισε, τὸ δὲ Πνεῦμα τοὺς ἀγγέλους, ἀλλ' ὁ μὲν Υἱὸς πάντα παρήγαγεν, *Πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο*· τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον ἡγίασεν τοὺς ἀγγέλους, ἅμα τῇ κτίσει αὐτῶν· ὅθεν καὶ δυσκίνητοι πρὸς τὸ κακόν εἰσιν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, οἷα βαφῇ τινι τῷ ἁγιασμῷ στομωθέντες. Νοοῖντο δ' ἂν οὐρανοὶ καὶ οἱ ἀπόστολοι, ὡς τὰ οὐράνια φρονοῦντες καὶ ὑπερκείμενοι τῶν γηΐνων, οἳ τῷ λόγῳ τῆς τοῦ Σωτῆρος διδασκαλίας στεῤῥοὶ γεγόνασιν εἰς πίστιν, καὶ εἰς θλῖψιν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόμα-
C τος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν γέγονε· τοῦτο γὰρ συνεξακούεται. Ἐνεφύσησε γὰρ καὶ εἶπεν αὐτοῖς· *Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον*· δύναμις δὲ, ἡ διὰ τῶν ἐπιτελουμένων σημείων.

VERS. 7. *Congregans quasi utrem aquas maris.* Subintelligenda est præpositio *in*, ut sit ordo, quod congregat *quasi in utrem*. Congregat, inquit, aquas maris in terræ concavitates, quasi in utrem. Vel aliter : Congregat aquas maris, quasi utrem, hoc est, instar utris, tumentes nimirum non secus atque uter, ventorum vi, et pari modo remissas, cessantibus ventis. Vel per utrem, humorem intelligit, qui in utre continetur, a continente contentum ipsum significans, ut sit sensus : Congregans aquas maris, eo modo quo humor aliquis in utre continetur. Continentur etenim in seipsis aquæ maris, mandato Dei, nec disperguntur in terram, non secus atque humor ille, qui quasi vinculis quibusdam in utre continetur. Quidam etiam dicunt, Prophetam hic de iis loqui vaporibus, qui generantur e mari, et paulatim circumlati in aere consistunt, et utris instar condensantur et fiunt in nubem.

Συνάγων, ὡσεὶ ἀσκὸν, ὕδατα θαλάσσης. Λείπει τὸ *εἰς*, ἵν' ᾖ, *ὡς εἰς ἀσκόν*. Συνάγων, φησὶν, ἤτοι εἰς τὰ κοιλώματα τῆς γῆς, ὡς εἰς ἀσκὸν τὰ ὕδατα τῆς θαλάσσης, ἢ ὡσεὶ ἀσκὸν, ἀντὶ τοῦ, δίκην ἀσκοῦ, ἐξοιδούμενα μὲν τῇ βίᾳ τοῦ ἀνέμου, συστελλόμενα δὲ τῇ ἀπουσίᾳ. Ἢ ἀσκὸν λέγει τὸ ἐν τῷ ἀσκῷ ὑγρὸν, ἐκ τοῦ περιέχοντος τὸ περιεχόμενον· οἷον συνάγων τὰ ὕδατα τῆς θαλάσσης, ὡς τὸ ἐν ἀσκῷ συνῆκται, κατεχόμενα, καὶ μὴ σκεδαννύμενα
D κατὰ τῆς γῆς τῷ προστάγματί σου, καθὼς ἐκεῖνο (11) τῷ δεσμῷ. Τινὲς δὲ λέγουσιν, ὅτι περὶ τῶν ἀπὸ θαλάσσης ἀτμῶν ὁ λόγος, οἳ κατὰ μικρὸν ἀναφερόμενοι, συνίστανται, καὶ παχύνονται, δίκην ἀσκοῦ, καὶ νεφέλαι γίνονται.

Ponens in thesauris abyssos. Abyssus dicitur aquarum profundum. Est autem Græca dictio, *abyssus*, et juxta nominis etymologiam sic dicta quasi im-

Τιθεὶς ἐν θησαυροῖς ἀβύσσους. — Ἄβυσσος λέγεται τὸ βάθος τῆς θαλάσσης, εἰς ὃ οὐ βύεταί τις. Θησαυροὶ δὲ ἀβύσσων, οἱ κόλποι τῆς γῆς, ἀφ' ὧν

[47] Joan. I, 3. [48] Joan. XX, 22.

Variæ lectiones.

(11) Al. ἐκείνῳ.

A ἀναδίδονται πηγαὶ, καὶ ῥέουσι ποταμοί. Ἡ θησαυροὶ, ὁ ἐπάνω τοῦ στερεώματος τόπος, ἐφ' οὗ τὰ ἥμισυ τῶν ὑδάτων καταρχὰς ὁ Θεὸς ἔθετο· θησαυροὶ δὲ, διὰ τὸ δαψιλὲς, καὶ τὸ κεκρυμμένον, κατὰ χρείαν ἀνοιγόμενον καὶ κλειόμενον· ταῦτα γὰρ ἴδια θησαυροῦ. Ἐγὼ δὲ τὸ ῥητὸν καὶ τοῖς ἀποστόλοις προσαρμόζω, οἳ θησαυροὶ καὶ φύλακές τῶν ἀβύσσων, ἤτοι τῶν βαθυτάτων μυστηρίων τῆς πίστεως ἐγένοντο.

possibile sit ut in illud profundum quis descendat. Abyssorum autem thesauri sunt sinus terræ, e quibus fontes proveniunt et flumina. Vel per thesauros locum intellige supra firmamentum, ubi Deus a principio aquarum dimidium posuit: thesauros autem eum locum appellavit, vel propter loci amplitudinem, vel quia latet et occultus est, tametsi opportuno tempore aperiatur etiam a Deo, et claudatur. Hujusmodi enim sunt thesauri proprietates. Ego vero hunc versiculum puto apostolis congruere, qui thesauri fuerunt, custodes nimirum et conservatores abyssorum, hoc est, profundissimorum fidei.

Φοβηθήτε τὸν Κύριον, πᾶσα ἡ γῆ. Γῆν πολλάκις καλεῖ τοὺς ἀνθρώπους, ὡς καὶ νῦν, ἢ διὰ τὸ ἀπὸ γῆς πεπλάσθαι, ἢ διὰ τὸ ἐπὶ γῆς οἰκεῖν. Παραδείξας γὰρ ἀπὸ τῆς μεγαλουργίας τῶν κτισμάτων τὴν τοῦ κτίσαντος δύναμιν, τοῦτον φοβηθῆναι καὶ σέβεσθαι προτρέπεται, ὡς μόνον Θεόν. Ἡ γῆν λέγει νῦν τοὺς μόνον τὰ γεώδη φρονοῦντας· ἔστι γὰρ καὶ τοιαύτη σημασία πολλαχοῦ τῆς Γραφῆς· οὓς κελεύει φοβηθῆναι τὸν Θεὸν, καὶ φυλάξαι τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ.

VERS. 8. *Timete Dominum, omnis terra.* Terram sæpenumero, ut nunc, homines vocat, vel quia de terra plasmati sunt, vel, quia habitant in terra. Nam cum a creaturarum magnificentia Creatoris
B potentiam ostenderit, quod reliquum est, admonet timendum eum esse et venerandum, quasi solum Deum. Vel per terram, nunc eos dicit, qui terrena tantum cogitant, quos jubet ut timeant Deum serventque ejus mandata. Ista enim significari per terram sæpe apud Scripturam invenimus.

Ἀπ' αὐτοῦ δὲ σαλευθήτωσαν πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην. Ἀπὸ δὲ τοῦ φόβου αὐτοῦ τρομαξάτωσαν οἱ ἄνθρωποι, ὅτι μέγας καὶ φοβερός ἐστιν. Ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἄλλως ἐδέξατο τὸ ῥητόν· τὸ μὲν γὰρ *ἀπ' αὐτοῦ*, ὡς αὐτὸς βούλεται· τὸ δὲ *σαλευθήτωσαν*, ἀντὶ τοῦ, κινείσθωσαν. Οἷον· Ἔστω τούτοις καὶ τὰ σωματικὰ καὶ τὰ ψυχικὰ κινήματα κατὰ Θεὸν, τοῦ θείου φόβου ἐχόμενα. Ἐγὼ δὲ καὶ εἰς αὐτὸν [Χριστὸν] ἐκδέχομαι τὸ ῥητόν· ἀπὸ γὰρ τῶν λόγων καὶ ἔργων αὐτοῦ ἐσείσθησαν πάντες· οἱ μὲν, μεταθέντες εἰς τὴν πίστιν· οἱ δὲ, ταραχθέντες.

Ab eo autem commoveantur omnes habitantes orbem. Præ timore ejus, inquit, tremant homines, quoniam magnus est et terribilis. Magnus autem Basilius versiculum hunc aliter intellexit. Habitantes orbem, inquit, commoveantur ab eo, hoc est, moveantur, quemadmodum ipse Deus vult; ut sit sensus, Prophetam precari, ut omnibus habitantibus orbem, corporis atque animæ motus, sint secundum Deum, et a divino timore dirigantur. Ego vero puto
C hoc de Christo dictum esse, a cujus operibus et verbis omnes commoti sunt, alii quidem ad fidem mutati, alii vero terrore ac perturbatione affecti.

Ὅτι αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν. Τοῦ φόβου τὸ εὔλογον παρίστησιν ὁ λόγος· Αὐτὸς γὰρ, φησὶν, ὁ τούτων δημιουργός· εἶπεν γάρ· Γενηθήτω τόδε, καὶ γέγονε παραυτίκα.

VERS. 9. *Quoniam ipse dixit, et facta sunt.* Traditur hic justa timoris causa. Ipse enim, inquit, omnium Creator est. Dixit enim: Fiat hoc, aut illud, et factum est statim.

Αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν. Ἐκ παραλλήλου τὸ αὐτό· ἢ τὸ, *ἐνετείλατο*, σαφηνιστικόν ἐστι τοῦ, *εἶπεν*. Οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπεν, ἀλλὰ προσέταξεν, ὡς παντοδύναμος· ἢ τὸ μὲν, *Εἶπε καὶ ἐγενήθησαν*, τακτέον ἐπὶ τῆς ἁπλῶς δημιουργίας τῶν ἀνθρώπων· τὸ δὲ, *Ἐνετείλατο καὶ ἐκτίσθησαν*, ἐπὶ τῆς διὰ τοῦ κηρύγματος ἀναγεννήσεως· ἐνετείλατο γὰρ τοῖς ἀποστόλοις, ὅτι *Πορευθέντες, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη*, καὶ τὰ ἑξῆς· ἐπεὶ καὶ οἱ πιστοὶ, καινὴ κτίσις ὀνομάζεται.

Ipse mandavit et creata sunt. Idem fere sibi volunt hæc verba, quod proxime superiora. Vel verbum, *mandavit*, appositum est ad declarationem verbi, *dixit*, neque enim simpliciter dixit, sed jussit etiam, quasi omnipotens. Vel, quod ait: *Dixit, et facta sunt*, ad ipsam tantummodo hominum creationem referendum est. Quod vero subdit: *Mandavit, et creata sunt*, ad regenerationem refertur, quæ per
D Evangelii prædicationem facta est. Mandavit enim apostolis ut irent et docerent omnes gentes [49]. Nam et ipsi fideles nova Dei creatura [50] appellantur.

Κύριος διασκεδάζει βουλὰς ἐθνῶν· ἀθετεῖ δὲ λογισμοὺς λαῶν, καὶ ἀθετεῖ βουλὰς ἀρχόντων. Διαφόρως καὶ ταῦτα νοητέον, ἐπί τε τῶν περικεκαθικότων τὴν Ἱερουσαλὴμ Ἀσσυρίων, ἐπί τε τῶν ἐσταυρωκότων τὸν Κύριον, καὶ ἐπὶ τῶν τυραννούντων τοὺς ἀποστόλους καὶ μάρτυρας· καὶ ἐπὶ μὲν τῶν Ἀσσυρίων, ἔθνη λέγει τούτους, ὡς ἐκ διαφόρων ἐθνῶν συστρατεύσαντας κατὰ τῆς Ἱερουσαλήμ·

VERS. 10. *Dominus dissipat consilia gentium; reprobat autem cogitationes populorum, et reprobat consilia principum.* Varios sensus recipiunt hæc verba. Possunt enim de Assyriis intelligi, qui obsederunt Jerusalem; et de Christi crucifixoribus, et de iis qui apostolos ac martyres vi atque tyrannide oppresserunt; et, si quidem de Assyriis intelligas, dic quod gentes ideo eos appellat Propheta,

[49] Matth. XXVIII, 19. [50] II Cor. V, 17.

quia ex diversis nationibus ad bellum hujusmodi fuerant congregati adversus Jerusalem, et per populos Hebræos ipsos intelligit. Quidam enim eorum propter angustias in quibus erant constituti, oportere cogitabant sese in manus inimicorum tradere. Per principes vero, duces ac præfectos Assyriorum. Quod si psalmum exponas de Christi crucifixoribus, differentiam personarum nosces, si expositionem legeris secundi psalmi; si vero malis de tyrannis intelligere, per gentes nationes varias intellige, quæ ubique locorum sunt: et per populos, inimicos fidelium Judæos; per principes vero, reges ipsos ac duces.

A λαοὺς δὲ, τοὺς Ἑβραίους· τινὲς γὰρ αὐτῶν ἐλογίζοντο δεῖν σφᾶς αὐτοὺς ἐγχειρίσαι τοῖς πολεμίοις, διὰ τὴν ἀνάγκην· ἄρχοντας δὲ, τοὺς στρατηγοὺς τῶν πολιορκούντων· ἐπὶ δὲ τῶν ἐσταυρωκότων τὸν Κύριον εἴσῃ τὴν διαφορὰν, ἐντυχὼν τῇ ἐξηγήσει τοῦ δευτέρου ψαλμοῦ· ἐπὶ δὲ τῶν τυράννων, ἔθνη μὲν, τὰ διάφορα κατὰ πόλεις γένη· λαοὶ δὲ, οἱ Ἑβραῖοι· ἄρχοντες δὲ, οἱ βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνες.

VERS. 11. *Consilium autem Domini in æternum permanet.* Per consilium autem Domini evangelicam prædicationem intellige, quæ omnes homines credentes per se salvari vult. Hoc igitur consilium stabile atque invictum usque ad futurum sæculum permanebit.

Ἡ δὲ βουλὴ τοῦ Κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα. Βουλὴ τοῦ Κυρίου, τὸ Εὐαγγελικὸν κήρυγμα, βου-
B λόμενον σωθῆναι δι' αὐτοῦ πάντας τοὺς πιστεύοντας, ὃ μένει μέλλοντος αἰῶνος ἀήττητον.

Cogitationes cordis ejus in generationem et generationem. Quemadmodum superius consilia et cogitationes dixit, ita et nunc. Est autem consilium sententia, quæ recta esse existimatur, cogitatio vero simplex consideratio. *In generationem et generationem* consueverunt antiqui dicere pro *semper*, quasi per omnium generationum successiones. Per cor autem Dei, humano quodam more loquens Propheta, voluntatem Dei intelligit; et sensus est, quod semper id permanet quod vult Deus, neque id solum quod vult, sed illud etiam quod cogitat. Cogitatio enim divina perfectum opus est. Possumus et aliter dicere quod cogitationes cordis Dei, Vetus nimirum ac Novum Testamentum, permanent in generationem: alterum videlicet in Judæorum generationem, alterum vero in fidelium. Antiquum quippe illis, Novum autem istis permanet. Intelligi etiam possunt hæc verba simpliciter de visibilibus, seu etiam invisibilibus inimicis: quod Christus nimirum eorum consilia dissipabit, et quod Dominus perficiet quæcunque ad salutem nostram disponere voluerit.

Λογισμοὶ τῆς καρδίας αὐτοῦ, εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. Ὥσπερ ἄνω βουλὰς καὶ λογισμοὺς εἶπεν, οὕτω καὶ νῦν. Ἔτι δὲ βουλὴ μὲν, ἡ καλῶς δόξασα γνώμη· λογισμὸς δὲ, ἡ ἁπλῶς ἐνθύμησις. *Εἰς γενεὰν δὲ καὶ γενεὰν*, εἰώθασι λέγειν οἱ παλαιοὶ τὸ ἀεὶ, τὸ εἰς πᾶσαν γενεὰν ἐκ διαδοχῆς. Καρδία δὲ Θεοῦ ἀνθρωποπρεπῶς εἴρηται ἡ θέλησις αὐτοῦ. Σκοπὸς δὲ τοῖς ῥητοῖς τοιοῦτος, ὅτι ὃ βούλεται ὁ Θεὸς, ἀεὶ μένει· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ὃ ἐνθυμηθῇ. Τὸ γὰρ ἐννόημα, φησὶν, ἔργον νῦν. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν, λογισμὸν καρδίας Θεοῦ,
C τὴν Παλαιὰν καὶ τὴν Νέαν Διαθήκην· γενεὰν δὲ καὶ γενεὰν, τήν τε τῶν Ἰουδαίων καὶ τῶν Χριστιανῶν· ἡ μὲν γὰρ ἐκείνοις, ἡ δὲ τούτοις παραμένει. Ἐκδεχόμεθα δὲ ἁπλῶς τὰ ῥητὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἐπιβουλευσάντων ἡμῖν ὁρατῶν ἢ ἀοράτων ἐχθρῶν, ὅτι Κύριος διασκεδάζει τὰς βουλὰς αὐτῶν, καὶ ὃ αὐτὸς βούλεται, ποιεῖ πρὸς σωτηρίαν ἡμῶν.

VERS. 12. *Beata gens, cujus est Dominus Deus ejus.* Beata gens, quæ regitur et gubernatur a Deo suo. Hæc autem sola est Christianorum gens, cui Salvator promisit dicens: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi* [51].

Μακάριον τὸ ἔθνος, οὗ ἐστι Κύριος ὁ Θεὸς αὐτοῦ. Μακάριον τὸ ἔθνος, τὸ κυριευόμενον καὶ οἰκονομούμενον ὑπὸ τοῦ ἰδίου Θεοῦ· εἴη δ' ἂν τὸ τῶν Χριστιανῶν μόνον, οἷς ἐπηγγείλατο λέγων ὁ Σωτήρ· *Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος.*

Populus quem elegit in hæreditatem sibi. Nos fideles et gens dicimur, veluti ex gentibus in unam Ecclesiam congregati; et populus, veluti qui loco abjecti illius Judæorum populi introducti sumus. Elegit enim nos Deus in hæreditatem, juxta illud: *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam* [52]. Beatos vero nos appellat, ob paratorum nobis bonorum fruitionem.

Λαὸς ὃν ἐξελέξατο εἰς κληρονομίαν ἑαυτῷ.
D Ἡμεῖς ἐσμεν ἔθνος μὲν, ὡς ἐξ ἐθνῶν συλλεγέντες· λαὸς δὲ, ὡς ἀντεισαχθέντες τοῦ ἀποβληθέντος λαοῦ. Ἐξελέξατο δὲ ἡμᾶς εἰς κληρονομίαν, κατὰ τό· *Δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου.* Μακάριον δὲ, διὰ τὴν τῶν ἡτοιμασμένων ἀγαθῶν ἀπόλαυσιν.

VERS. 13. *De cœlo respexit Dominus.* Hæc verba etiam habentur in Psalmo XIII: *Dominus de cœlo prospexit ad filios hominum.* Vide quæ illic dicta sunt.

Ἐξ οὐρανοῦ ἐπέβλεψεν ὁ Κύριος. Τοῦτο καὶ ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ κεῖται ψαλμῷ· *Κύριος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψεν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων·* καὶ ζήτει ἐκεῖ.

Vidit omnes filios hominum. Omnes enim sub cœlo habitant: et nullus eum latet.

Εἶδε πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Πάντες γὰρ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν οἰκοῦσι, καὶ λοιπὸν οὐδεὶς λανθάνει.

[51] Matth. XXVIII, 20. [52] Psal. II, 8.

A *Ἐξ ἑτοίμου κατοικητηρίου αὐτοῦ.* Τοῦ προχείρου εἰς τὸ πάντα θεᾶσθαι ῥᾷον.

Ἐπέβλεψεν ἐπὶ πάντας κατοικοῦντας τὴν γῆν. Διὰ τῆς ἀναδιπλώσεως ἐπέβλεψεν, εἰς φόβον ἐμβαλεῖν πειρᾶται τοὺς ἐντυγχάνοντας, ὡς οὐ λήθοντας ἐφ' οἷς ἂν ποιοῦσιν.

Ὁ πλάσας κατὰ μόνας τὰς καρδίας αὐτῶν. Ἔτι φοβερώτερον τοῦτο· εἰ γὰρ ἔπλασε, πάντως οἶδε καὶ τὰς κινήσεις αὐτῶν. Χρὴ τοίνυν δεδιέναι, εἰ μὴ μόνον ἐν τῷ πράττειν οὐ λήθομεν, ἀλλ' οὐδ' ἐν τῷ διανοεῖσθαι. *Κατὰ μόνας* δὲ, ἀντὶ τοῦ, μεμονωμένας καὶ κεχωρισμένας τῆς κακίας καὶ τῆς ἐπιπλοκῆς τῶν παθῶν. Ἢ *κατὰ μόνας*, ἀντὶ τοῦ κεχωρισμένως (12) παρὰ τὰς τῶν λοιπῶν ζώων, ὡς λογικάς.

VERS. 14. *De præparato habitaculo suo.* Hoc est, habili ac commodo, ut facile illinc omnia perspiciat.

Respexit in omnes qui habitant terram. Dum repetit Propheta Deum respexisse, videtur velle lectori timorem incutere, veluti ex eo quod occulta esse Deo non possint mala quæ fecerit.

VERS. 15. *Qui finxit sigillatim corda eorum.* Adhuc formidabilius quoddam dicit. Nam si plasmavit omnes Deus, omnino etiam et novit cogitationes et motus omnes eorum quibus dedit ut essent. Timendum est nobis igitur a Deo, cum non prava tantum opera, sed nec ipsæ etiam cogitationes nostræ latere eum possint. Quod vero ait Deum sigillatim finxisse corda eorum, idem est ac si diceret, fecisse
B ea Deum singularia, ac separata a vitiis, atque a passionum vinculis, vel etiam sigillatim, hoc est separatim, ab aliis nimirum animalibus, quasi rationabilia.

Συνιεὶς εἰς πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν. Καὶ τοῦτο μέγιστον, ὅτι μηδ' αἰσθήσεως δεῖται πρὸς κατανόησιν τῶν πραττομένων, ἢ λεγομένων, ἢ νοουμένων, ἀλλ' ἁπλῶς συνίησιν ἐν πᾶσιν.

Οὐ σώζεται βασιλεὺς διὰ πολλὴν δύναμιν, καὶ γίγας οὐ σωθήσεται ἐν πλήθει ἰσχύος αὐτοῦ. Διὰ πολλὴν δύναμιν, τὴν ἐν πλήθει στρατιωτῶν, καὶ ἵππων, καὶ ὅπλων, καὶ πλούτου. Γίγας δὲ, ὁ κατὰ τὸ σῶμα γενναιότατος· ὥστε εἴ τις τούτων σωθείη, διὰ χάριν Θεοῦ σώζεται, καὶ οὐ δι' οἰκείαν (13).

Qui intelligit in omnia opera eorum. Atque hoc etiam magnum est, quod nullis sensibus indiget Deus ad percipiendum quæ fiunt aut cogitantur, sed pure, simpliciter, ac sincere omnia intelligit.

VERS. 16. *Non salvabitur rex ob multam potentiam, et gigas non salvabitur in multitudine fortitudinis suæ.* Ob multam potentiam, hoc est, ob militum aut equorum copias, armaque aut divitias. Per gigantem vero quemcunque robustum hominem intellige, qui generoso ac præstanti sit corpore. Quasi si quis istorum aliquando salvatur, non propriis viribus, sed divina gratia salutem consequitur.

Ψευδὴς ἵππος εἰς σωτηρίαν. Ἀβέβαιος· ἄδηλον γὰρ, εἰ σώσει τὸν ἐπιβάτην.

Ἐν δὲ πλήθει δυνάμεως αὐτοῦ οὐ σωθήσεται. Ὁ ἵππος δηλονότι· τοῖς γὰρ ἐπαριθμηθεῖσιν ὁ Σεναχηρεὶμ εὐθηνούμενος, οὐδὲν ἐνταῦθα ἀπώνατο, κακὸς κακῶς διαφθαρείς.

Ἰδοὺ οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτὸν, τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Τοῦτο περὶ πάντων τῶν τοιούτων· προηγουμένως δὲ, διὰ τοὺς περὶ Ἐζεκίαν· τοιοῦτοι γὰρ ἦσαν. Εἶτα τίθησι καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἐποπτείας·

VERS. 17. *Fallax equus ad salutem.* Instabilis
C scilicet ac non tutus. Incertum enim est, an ascensorem suum salvaturus sit.

In multitudine autem potentiæ suæ non salvabitur. Equus scilicet. Unde Sennacherib qui connumeratis viribus abundabat, nihil inde adjutus fuit, quinimo malus perditus est.

VERS. 18. *Ecce oculi Domini super timentes eum, et super eos qui sperant in misericordia ejus.* Hæc de omnibus iis qui tales sunt, in primis autem dicta sunt propter Ezechiam regem et socios: tales enim erant. Deinde causam divinæ hujus protectionis atque custodiæ addit, dicens:

Ῥύσασθαι ἐκ θανάτου τὰς ψυχὰς αὐτῶν. Τοῦ προσδοκωμένου καθ' ἡμέραν, ὡς προειρήκαμεν. *Τὸ ἑσπέρας γὰρ αὐλισθήσεται κλαυθμός.*

Καὶ διαθρέψαι αὐτοὺς ἐν λιμῷ. Τῷ ἀπὸ τῆς πολιορκίας· ἃ πάντα γεγόνασιν, ὡς ἡ τῶν Βασιλειῶν βίβλος ἑρμηνεύει.

Ἡ δὲ ψυχὴ ἡμῶν ὑπομενεῖ τῷ Κυρίῳ. Καὶ αὖθις ἐν καιρῷ πειρασμῶν ὑπομενοῦμεν τὸν Κύριον· δι' αὐτὸν γὰρ μισούμεθα παρὰ τοῖς ἑτεροδόξοις. Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν ἐπήγαγε τῆς ὑπομονῆς.

VERS. 19. *Ut eruat a morte animas eorum.* A morte, inquam, quæ post diem illum exspectabitur, ut prædiximus. *Ad vesperum* enim, inquit, *demorabitur fletus* [53].
D
Et alat eos in fame. In fame quæ propter obsidionem causata est. Quæ omnia subsecuta sunt, ut in libris Regum traditur.

VERS. 20. *Anima nostra sustinebit Domino.* Et rursum, inquit, in tentationum tempore sustinebimus Domino; id est, in gratiam Domini, seu propter Dominum propter quem oderunt nos infideles. Deinde longanimitatis ac patientiæ causam infert.

[53] Psal. XXIX, 6.

Variæ lectiones.

(12) Ἴσ. κεχωρισμένας, ut in alio Codice.

(13) Subaudi δύναμιν. Al. ἐκείνην.

A *Quoniam adjutor et protector noster est.* Multa enim nobis adsunt judicia, ob quæ certi reddimur, quod inter pericula nobis opem feret.

VERS. 21. *Quia in ipso lætabitur cor nostrum.* Sustinebimus, inquit, quia Dominus adjutor noster est, quia per ipsum lætabimur cum vicerimus.

Et in nomine sancto ejus speravimus. — *In nomine sancto ejus.* circumloquendo dixit, pro, in ipso Domino, vel in invocatione nominis ejus, quæ vel in fugam potest inimicos convertere. Possunt hæc etiam intelligi de Christianis, qui victuros se sperant, quoties vel nomen Jesu nominant. Multa etenim miracula solum id nomen, tantummodo prolatum, perfecit, quale illud est : *In nomine Jesu Christi surge et ambula* [34], atque alia hujusmodi.

B VERS. 22. *Fiat, Domine, misericordia tua super nos quemadmodum speravimus in te.* Sic fiat ut nos speravimus. Speravimus autem quam maxime. Maxima erit itaque et tua misericordia.

Psalmus ipsi David quando mutavit faciem suam coram Abimelech, et dimisit eum, et abiit.

PSALMUS XXXIII.

David fugiens Saulem venit in Nomba civitatem sacerdotum, et obviam factus Achimelech, qui inter illos dignitate excellebat, finxit se missum fuisse a Saule ad certum negotium, petiitque ab eo panes et gladium : cumque nullos alios invenisset, panes propositionis accepit, quos una cum sociis fame impulsus comedit, atque hoc præter legem. Solis enim sacerdotibus eos edere licebat. Accepit etiam et hastam Goliath, quæ illic observabatur in anathema, hoc est, in oblationem Domino. Exiens autem illinc, profectus est ad Achis Philistæum regem Geth; cumque familiares quidam regis eum cognovissent, et nescio quid susurrassent, timore correptus, finxit insanum. Circumferebatur autem, et strepitu fores concutiebat; defluebat autem in barbam spuma ab ejus ore. Quamobrem sacro eum morbo corripi putaverunt, atque hoc pacto dimissus ac salvatus est. Historia quidem hujusmodi est. Et quidam Abimelech eumdem esse existimant, quem supra appellavimus Achimelech, primarium inter sacerdotes, eumque gemini fuisse nominis affirmant, et per mutationem faciei David, fictionem illam negotii intelligunt, ad quod se missum esse dixerat a Saul, timens ne si ejus fuga a sacerdotibus cognita fuisset, regi id fortassis deferri posset. Verum licet concedamus sacerdotem Achimelech gemini fuisse nominis, Regum tamen historia coram Achis tantum mutasse eum faciem tradit, et non coram Achimelech. Unde ad præsentis inscriptionis intelligentiam, Magnus Basilius animadverten-

A *Ὅτι βοηθὸς καὶ ὑπερασπιστὴς ἡμῶν ἐστι.* Πεπληροφορήμεθα γὰρ ἐκ πολλῶν, ὅπως ἡμῖν βοηθεῖ.

Ὅτι ἐν αὐτῷ εὐφρανθήσεται ἡ καρδία ἡμῶν. Ὑπομένουμεν, φησὶν, ὅτι βοηθὸς ἡμῖν ἐστιν ὁ Κύριος, ὅτι δι' αὐτοῦ εὐφρανθησόμεθα νικήσαντες.

Καὶ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ ἠλπίσαμεν. Περιφραστικῶς, ἀντὶ τοῦ, ἐν αὐτῷ, ἢ ἐν τῇ ἐπιφωνήσει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, δυναμένῃ τρέπειν τοὺς ἐχθρούς. Νοοῖτο δ' ἂν τοῦτο καὶ περὶ Χριστιανῶν, οἳ ἐλπίζουσι νικᾷν ἐν τῷ ὀνομάζεσθαι τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ· πολλὰ γὰρ τεράστια τὸ ὄνομα τοῦτο μόνον ὀνομαζόμενον ἐποίησε, καὶ ποιεῖ· *Ἐν τῷ ὀνόματι γὰρ τοῦ Χριστοῦ ἀνάστα*, καὶ τὰ τοιαῦτα.

B *Γένοιτο, Κύριε, τὸ ἔλεός σου ἐφ' ἡμᾶς, καθάπερ ἠλπίσαμεν ἐπὶ σέ.* Γένοιτο οὕτως, ὡς ἡμεῖς ἠλπίσαμεν· ἠλπίσαμεν δὲ θερμῶς· πολὺ οὖν γένοιτο.

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ ὁπότε ἠλλοίωσεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐναντίον Ἀβιμέλεχ καὶ ἀπέλυσεν αὐτὸν, καὶ ἀπῆλθε.

ΨΑΛΜΟΣ ΛΓ

Φεύγων Δαβὶδ τὸν Σαοὺλ, ἦλθε εἰς Νομβὰ πόλιν τῶν ἱερέων· καὶ ἐντυχὼν Ἀβιμέλεχ τῷ ἐντιμοτέρῳ αὐτῶν, προσεποιήσατο παρὰ Σαοὺλ ἀποσταλῆναι ἐπί τινα χρείαν, καὶ ἐζήτησεν ἄρτους καὶ ῥομφαίαν· καὶ C μὴ εὑρὼν ἄλλους, ἔλαβε τοὺς τῆς προθέσεως, καὶ ἔφαγεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ διὰ τὴν ἀνάγκην τοῦ λιμοῦ, παρὰ τὸν νόμον· τοῖς γὰρ ἱερεῦσι μόνοις ἀπονενέμηντο. Ναὶ μὴν, εἴληφε καὶ τὸ δόρυ Γολιὰθ ἐκεῖ φυλαττόμενον, εἰς ἀνάθημα τῷ Κυρίῳ. Καὶ ἐξελθὼν, ἀπῆλθε πρὸς τὸν ἀλλόφυλον Ἀχοὺς, τὸν Γὲθ βασιλεύοντα· τῶν δὲ περὶ τὸν Ἀχοὺς ἀναγνωρισάντων αὐτὸν, καὶ ὑποψιθυριζόντων, δειλιάσας, προσεποιήσατο μαίνεσθαι, καὶ παραφέρεσθαι, καὶ ἐτυμπάνιζεν ἐπὶ ταῖς θύραις, καὶ ἔπιπτε, καὶ τὰ σίελα κατέῤῥει τοῦ στόματος (14) αὐτοῦ, καὶ οὕτω δόξας ἐπίληπτος, ἀπελύθη, καὶ διεσώθη ἐκεῖθεν. Ἡ μὲν ἱστορία, τοιαύτη. Ὀνομάζουσι δέ τινες Ἀβιμέλεχ, τὸν Ἀχιμέλεχ (15), ὡς διώνυμον, καὶ ἀλλοίωσιν D προσώπου καλοῦσι τὴν ὑπόκρισιν τοῦ πράγματος· φεύγων γὰρ, ἐπλάσατο ἀποσταλῆναι πρός τινα χρείαν, ἵνα μὴ φωραθεὶς, κατανοηθείη (16). Πλὴν εἰ καὶ δῶμεν διώνυμον εἶναι τὸν Ἀβιμέλεχ, ἀλλ' οὖν ἡ τῶν Βασιλειῶν βίβλος παρὰ μόνῳ τῷ Ἀχοὺς ἠλλοιωκέναι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ τὸν Δαβὶδ ἀναγράφει, καὶ οὐ παρὰ τῷ Ἀβιμέλεχ. Διό φησιν ὁ μέγας Βασίλειος, ὅτι τὸ Ἀβιμέλεχ ὄνομα κοινὸν ἦν τῶν βασιλέων τῆς Γὲθ, ὡς καὶ παρὰ Ῥωμαίοις πάλαι τὸ Καῖσαρ, καὶ τὸ Αὔγουστος, καὶ παρ' Αἰγυπτίοις τὸ Φαραὼ, καὶ τὰ τοιαῦτα. Ὥστε κοινὸν μὲν βασιλικὸν εἶχεν ὁ Ἀχοὺς ὄνομα, τὸ Ἀβιμέλεχ· ἰδιαίτατον δὲ, τὸ Ἀχούς. Ὃν καὶ ἐφοβήθη Δαβὶδ, καὶ οὐ ἄσμενος

[34] Act. III, 8.

Variæ lectiones.

(14) Al. πώγωνος, ut legit Interpres.

(15) Al. τὸν Ἀχούς. Interpres legit utrobique Ἀχιμέλεχ.

(16) Al. καταμηνυθείη.

ἀπαλλαγεὶς, ἦσε τὸν προκείμενον ψαλμὸν εὐχαριστήριον τῷ Θεῷ τῷ συνετίσαντι αὐτὸν, ὥστε δι' ὑποκρίσεως μανίας ἀπολυθῆναι. Ἁρμόζει δὲ καὶ παντὶ ἀπαλλαγέντι κινδύνου.

A dum esse admonet, quod nomen Abimelech, commune quoddam fuit nomen, omnibus regibus Geth, quemadmodum Cæsaris atque Augusti nomen Romanorum imperatoribus, et Pharaonis nomen regibus Ægypti, et alia hujusmodi. Quocirca regi illi Geth privatum nomen fuisse Achis tradit, commune autem cum aliis regibus Abimelech. Ex hujus igitur regis manibus liberatus David, cum se cognosci formidasset, hunc Deo cecinit psalmum, in gratiarum actionem, quod sapientem eum reddidisset, ut per insaniæ simulationem, viam liberationis invenerit. Congruit etiam hic psalmus cuicunque fideli a periculis liberato.

Εὐλογήσω τὸν Κύριον ἐν παντὶ καιρῷ. Διαφυγὼν ἤδη τὸν κίνδυνον, ἀμείψομαι τὸν σεσωκότα Θεὸν, εὐφημίᾳ διηνεκεῖ διηνεκῶς βοηθοῦντά μοι. Ἐντεῦθεν ὁ μέγας Παῦλος μαθητευθεὶς, φησὶν, *Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε, ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε.*

Διὰ παντὸς ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν τῷ στόματί μου. Καὶ πῶς περὶ βιωτικῶν ἀναγκαίως ὁμιλοῦντός τινος, ἢ ἐσθίοντος, ἢ πίνοντος, ἢ κοιμωμένου, διὰ παντὸς ἡ αἴνεσις ἔσται τῷ στόματι; Ἢ δῆλον, ὡς ἔστι καὶ νοητὸν στόμα, τὸ ἔνδον ἀνθρώπου, δι' οὗ μεταλαμβάνει τῆς τροφῆς τῶν θείων νοημάτων, περὶ οὗ φησι· *Τὸ στόμα μου ἤνοιξα, καὶ εἵλκυσα πνεῦμα·* καί· *Πλάτυνον τὸ στόμα σου, καὶ πληρώσω αὐτό·* ὅπερ οὐκ ἐμποδίζεσθαί ποτε δύναται μνημονεύειν (17) ἀεὶ Θεοῦ τοῖς νήφειν ἐθέλουσι. Καὶ ἄλλως δέ· *ἐν παντὶ καιρῷ*, δηλαδὴ τῷ προσήκοντι· καὶ *διὰ παντὸς*, ὅτε δηλαδὴ χρεών. Χρὴ δὲ στόματι μὲν αἰσθητῷ τὸν Θεὸν ὑμνεῖν, ὅτι μὴ χρεία τις ἀναγκαία προσίσταται· νοητῷ δὲ, ἀεί. Μνημονευτέον γὰρ Θεοῦ μᾶλλον, ἢ ἀναπνευστέον. Καὶ ἐν τῷ Ἄσματι δὲ τῶν ᾀσμάτων φησίν· *Ἐγὼ καθεύδω, καὶ ἡ καρδία μου ἀγρυπνεῖ.*

VERS. 2. *Benedicam Dominum in omni tempore.* Cum periculum evaserim, retribuam deinceps Salvatori meo gratias: laudes nimirum perpetuas, quia semper mihi adjutor fuit. Edoctus autem ex hoc loco magnus Paulus dicebat: *Sine intermissione orate: semper Deo gratias agite* [85].

B *Semper laus ejus in ore meo.* Sed quomodo poterit quis Deum semper laudare, atque in ore suo illius laudes assiduas habere, cum de vitæ necessariis sæpenumero tractandum sit, comedendum, bibendum, et dormiendum? Num ideo fortassis, quia certum est, præter hoc corporale, aliud esse intra hominem intellectuale os, per quod divinarum contemplationum cibus accipitur, et de quo scriptum legimus: *Os meum aperui, et attraxi spiritum* [86]. Item alibi: *Dilata os tuum, et implebo illud* [87]. Hoc igitur os impediri nunquam potest, et Dei semper reminiscetur, si sobrii esse voluerimus. Vel aliter: In omni tempore, hoc est, congruo tempore, et semper, quando opportunum est. Oportet quidem, ut nostro hoc corporis ore Deum C laudemus, quando aliunde nulla urgens adest necessitas, intellectus vero ore perpetuo. Reminisci enim Dei semper debemus [ut inquit Theologus] et nunquam cessare. Unde in Canticis canticorum dicitur: *Ego dormio, cor autem meum vigilat* [88].

Ἐν τῷ Κυρίῳ ἐπαινεθήσεται ἡ ψυχή μου. Οὐ δι' ἀρετὴν οἰκείαν ἐπαινεθήσομαι τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ διὰ τὸν Θεὸν, ὡς τὸν Θεὸν ἔχων βοηθόν. *Μακάριος* γὰρ, φησὶν, *οὗ ὁ Θεὸς Ἰακὼβ βοηθὸς αὐτοῦ. Ἡ ψυχή μου* δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἐγὼ, περιφραστικῶς.

VERS. 3. *In Domino laudabitur anima mea.* Non ob propriam ego virtutem ab hominibus laudabor, sed propter Deum, quia scilicet illum adjutorem habui. *Beatus* enim, inquit, *cui Deus Jacob adjutor ejus* [89]. *Anima* autem *mea laudabitur*, circumloquendo dictum est, pro eo quod est: Ego laudabor.

Ἀκουσάτωσαν πραεῖς, καὶ εὐφρανθήσονται. Ἀκουσάτωσαν, ὅτι σέσωσμαι παραδόξως. Πραεῖς δὲ λέγει τοὺς ἀνεξικάκους, οἷος ἦν αὐτός. Καὶ εὐφρανθήτωσαν, ὅτι οὐ περιορᾷ τοὺς τοιούτους ὁ Θεὸς, ἀλλὰ καὶ κινδυνεύοντας διασώζει. Ἐμὲ, φησὶν, ἐχέτωσαν ὑπόδειγμα, καὶ θαῤῥείτωσαν.

Audiant mansueti, et lætentur. Audiant quod admirandum in modum et præter omnium opinionem servatus sum. Per mansuetos autem hoc in loco patientes laborum appellat, atque in afflictionibus longanimes, qualis ipse erat beatus David. Et lætentur, inquit, quia Deus hujuscemodi sustinentes viros non despicit; quin imo in periculis constitutos salvat. Me igitur in exemplum habeant et confidant.

Μεγαλύνατε τὸν Κύριον σὺν ἐμοὶ, καὶ ὑψώσωμεν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ τὸ αὐτό. Πρὸς τοὺς πραεῖς ἔτι ἀποτείνεται, καὶ καλεῖ τούτους εἰς τὸ μεγαλύνειν καὶ ὑψοῦν ὁμοῦ τὸν Κύριον. Πῶς δέ τις ὑψοῖ καὶ μεγαλύνει τὸν Θεὸν, εἰρήκαμεν ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ κθʹ ψαλμοῦ. Εἶτα διηγεῖται, πῶς ἐῤῥύσθη.

D VERS. 4. *Magnificate Dominum mecum, et exaltemus nomen ejus in idipsum.* Ipsos adhuc mansuetos alloquitur, atque advocat, ut magnificent, et exaltent Deum. Et quomodo magnificare, atque exaltare quis Deum possit, diximus in principio psalmi XXIX. Deinde narrat quomodo liberatus sit.

[85] I Thess. V, 17. [86] Psal. CXVIII, 131. [87] Psal. LXXX, 11. [88] Cant. V, 2. [89] Psal. CXLV, 5.

Variæ lectiones.

(17) Al. μνημονεῦον.

VERS. 5. *Exquisivi Dominum, et exaudivit me.* Præpositio *ex*, intensionem quamdam majorem demonstrat. In mediis, inquit, periculis derelictus, cum labore perquisivi Dominum in auxilium, et statim exaudivit me.

Et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. Variæ enim afflictiones eum detinuerant, dum timeret, ne in Saulis manus incideret, ne contumelia afficiendus, et postremo ne sæve etiam interimendus esset.

A *Ἐξεζήτησα τὸν Κύριον, καὶ ἐπήκουσέ μου.* Ἡ ἐξ πρόθεσις ἐπίτασιν ἐμφαίνει ζητήσεως. Ἐν μέσοις, φησὶ, τοῖς κινδύνοις ἀπολειφθεὶς, ἐμπόνως ἐζήτησα τὸν Κύριον εἰς ἐπικουρίαν, καὶ ταχέως ἐπήκουσέ μου.

Καὶ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεών μου ἐῤῥύσατό με. Διάφοροι γὰρ αὐτὸν εἶχον θλίψεις, ὅτι μέλλει ἐκδοθῆναι τῷ Σαοὺλ, ὅτι αἰκισθῆναι, ὅτι προπηλακισθῆναι, ὅτι τελευταῖον ἀναιρεθῆναι πικρῶς.

VERS. 6. *Accedite ad eum, et illuminamini, et facies vestræ non confundantur.* Solet afflictio mentem hominum confundere atque obtenebrare. Vos igitur qui in afflictionum tenebris constituti estis, accedite ad eum, ut quemadmodum ego feci, vos pari modo eum exquiratis. *Et illuminamini;* ipsa nimirum lætitia atque alacritate, calamitatum tenebras ac caliginem dissipante, ne confundamini etiam spe; spe, inquam, salutis. Juxta anagogen, potest hæc Prophetæ exhortatio de divino baptismate intelligi. Accedite, inquit, ad Christi fidem, vos, qui in errore estis, et illuminamini per baptismum, quo anima illuminari solet, et animæ oculus purgari : et non confundemini, quia omnem illic confusionis materiam, atque originem abluetis. *Facies* autem *vestræ*, circumloquendo dixit, pro, vos, veluti totum a parte.

Προσέλθετε πρὸς αὐτὸν, καὶ φωτίσθητε, καὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν οὐ μὴ καταισχυνθῇ. Ἡ θλῖψις εἴωθεν συγχέειν καὶ σκοτίζειν τὸν νοῦν. Οἱ ἐν σκότει οὖν θλίψεως, προσέλθετε τῷ Θεῷ, διὰ τοῦ ἐκζητεῖν αὐτὸν, ὡς ἐγώ· καὶ *φωτίσθητε* τῇ εὐθυμίᾳ διασκεδαζούσῃ τὴν ἀχλὺν τῆς θλίψεως, καὶ οὐ μὴ καταισχυνθῆτε ταῖς ἐλπίσι τῆς σωτηρίας. Ἀναγωγικώτερον δὲ, περὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἡ προτροπὴ, λαμπρύνοντος τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ ὄμμα ταύτης ἀνακαθαίροντος. Καὶ οὐ μὴ καταισχυνθῆτε, διὰ τὸ ἀπολούσασθαι τὰ αἴτια τῆς αἰσχύνης. *Τὰ πρόσωπα δὲ ὑμῶν*, ἀντὶ τοῦ, ὑμεῖς, ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν.

B

VERS. 7. *Iste pauper clamavit, et Dominus exaudivit eum, et ex omnibus tribulationibus ejus salvavit eum.* Quod ait *iste*, demonstrative dictum est, ac si diceret : Ego ipse quem cernitis. Pauperem autem se vocat, quia humano indigebat auxilio; vel ob humani generis tenuitatem.

Οὗτος ὁ πτωχὸς ἐκέκραξε, καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσεν αὐτοῦ, καὶ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων ἔσωσεν αὐτόν. — *Οὗτος*, δεικτικόν· τουτέστιν, Ἐγὼ ὃν ὁρᾶτε. Πτωχὸν δὲ ἑαυτὸν καλεῖ, ὡς ἐνδεῆ πάσης ἐπικουρίας, ἢ καὶ διὰ τὴν εὐτέλειαν τοῦ γένους αὐτοῦ.

VERS. 8. *Castrametabitur angelus Domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos.* Castra ponit Dominus circa unumquemque hominum [qui timet Deum, illum nimirum adversus omnem noxiam muniens adversitatem]. Verum illius angeli potentiam considera, qui uniuscujusque nostrum vitam custodit. Nam cum unus numero tantum sit, universo atque integro hostium exercitui resistit. Timentes autem Dominum eos appellat, qui illius observant mandata. Ubi enim, inquit, est timor, ibi etiam mandatorum observatio.

C *Παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτόν.* Στρατοπεδεύει πέριξ ἕκαστον (18), περιτειχίζων αὐτόν. Ὅρα δὲ τὴν δύναμιν τοῦ φύλακος τῆς ἑκάστου ζωῆς ἀγγέλου· εἷς γὰρ ὢν ὅλῳ στρατῷ παρείκασται (19). Φοβουμένους δὲ λέγει τοὺς τηροῦντας τὰς ἐντολάς. Οὗ γὰρ φόβος, ἐντολῶν τήρησις.

VERS. 9. *Gustate et videte, quoniam bonus est Dominus.* Cognoscite, inquit, et vos; per gustum enim hic experientiam intelligit. Gustabitis autem (20), si mei exemplo ex tota ad eum anima clamaveritis, vel si exquisiveritis eum diligenter, si non ambiguam in illo spem servaveritis. Vel aliter, exhortatur nos Propheta ad Dominici corporis ac sanguinis participationem : quæ duo omnes qui digne gustaverint, sentient sibi statim vires atque auxilium præstari a Deo.

Γεύσασθε καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος. Γνῶτε καὶ ὑμεῖς· γεῦσιν γὰρ ἐνταῦθα τὴν γνῶσιν ὀνομάζει. Πῶς δὲ γεύσεσθε; Εἰ καθάπερ ἐγὼ κράξετε, εἰ ἐκζητήσετε αὐτὸν ὁλοσχερῶς, εἰ ἐλπίσετε ἐπ' αὐτὸν ἀδιστάκτως. Προτρέπεται δὲ καὶ ἄλλως εἰς τὴν μετάληψιν τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος καὶ αἵματος, ὧν οἱ γευόμενοι ἀξίως εὐ-
D θὺς αἰσθάνονται τῆς παρὰ Θεοῦ ῥοπῆς καὶ βοηθείας.

Beatus vir qui sperat in eo. Nam si maledictus homo est qui sperat in homine, contra erit beatus qui sperat in Deo.

Μακάριος ἀνὴρ, ὃς ἐλπίζει ἐπ' αὐτόν. Εἰ γὰρ ἐπικατάρατος ὁ ἐλπίζων ἐπ' ἄνθρωπον, τοὐναντίον μακάριος ὁ ἐλπίζων ἐπὶ Κύριον.

VERS. 10. *Timete Dominum, omnes sancti ejus.* Sanctos eos vocat, qui Deo oblati atque ei sanctificati

Φοβήθητε τὸν Κύριον, πάντες οἱ ἅγιοι αὐτοῦ. Ἁγίους λέγει τοὺς ἀφωσιωμένους τῷ Θεῷ. Φοβή-

Variæ lectiones.

(18) Al. ἑκάστου.
(19) Ισ. παρίσταται.

(20) Græca verba ita sonant : *Quomodo gustabitis ? Si nimirum clamabitis, ut ego.*

θητε οὖν, διότι ὁ φόβος τοῦ Θεοῦ δεσμεῖ τὰς ἀτάκτους ὁρμάς. *Καθήλωσον* γὰρ, φησὶν, *ἐκ τοῦ φόβου σου τὰς σάρκας μου.* Εἶτα ἐπάγει καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ φόβου κέρδος.

A sunt. Timete igitur Dominum, quia hujusmodi timor inordinatos motus coercet. *Confige* enim, inquit, *timore tuo carnes meas.* Deinde infert lucrum, quod ab isto provenit timore.

Ὅτι οὐκ ἔστιν ὑστέρημα τοῖς φοβουμένοις αὐτόν. Οἱ γὰρ τὸν θεῖον φόβον ἐν τῇ ψυχῇ φυτεύσαντες, οὐκ ἐλλείπουσιν εἰς ἀρετὴν, τοῦ φόβου τούτους ἀναγκάζοντος. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἔλλειμμα τούτοις. Ἔχουσι γὰρ ἔνδυμα μὲν, τὸ θεῖον βάπτισμα· τροφὴν δὲ, τὴν τοῦ θείου σώματος καὶ αἵματος· ὅπλον δὲ, τὸν τίμιον σταυρὸν, καὶ ἁπλῶς, ὧν χρῄζουσιν ἀπολαύουσι.

Quoniam non est defectio timentibus eum. Nam qui Dei timorem in sua anima plantaverunt, nunquam a virtutis operatione deficiunt, cogente eos timore. Possumus etiam dicere, quod timentibus Dominum nulla est defectio: quia et veste sacri baptismatis induti sunt, et corpore ac sanguine Domini vescuntur, et telo crucis armati sunt: et denique quia necessariis quibuscunque rebus fruuntur.

Πλούσιοι ἐπτώχευσαν καὶ ἐπείνασαν· οἱ δὲ ἐκζητοῦντες τὸν Κύριον οὐκ ἐλαττωθήσονται B *παντὸς ἀγαθοῦ.* Εἰπὼν ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτοῖς ὑστέρημα, πιστοῦται τὸν λόγον ἀποδεικτικῶς· οἱ μὲν γὰρ πλούσιοι τοῦ βίου τούτου, ἐπτώχευσαν πολλάκις, καὶ ἐπείνασαν· εὐμετάπτωτος γὰρ ὁ αἰσθητὸς πλοῦτος, καὶ ἄπιστος. Οἱ δὲ διὰ τοῦ θείου φόβου καὶ τῆς ὁδοῦ τῶν ἐντολῶν ἐκζητοῦντες τὸν Κύριον οὐκ ἐνδεήσουσι παντὸς ἀγαθοῦ, δηλονότι τοῦ ἀποκειμένου τοῖς εὐηρεστηκόσιν αὐτῷ. Τῶν γὰρ ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν καὶ πάνυ ἐνδεήσουσι, διὰ στενῆς καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ βαδίζοντες. Αἰνίττεται δὲ ὁ λόγος καὶ τοὺς Ἰουδαίους, οἱ πλούσιοι πρότερον ὄντες ἐν πόλεσι, καὶ πλήθει στρατοῦ, καὶ τῷ περιωνύμῳ ναῷ, καὶ τῷ θείῳ νόμῳ, καὶ τῇ πρὸς Θεὸν ὁμιλίᾳ, ἐπτώχευσαν τούτων πάντων, ἐπειδὴ τὸν πλούσιον ἐν ἐλέει, καὶ πτωχὸν δι' ἡμᾶς ἀπέκτειναν ἀνοήτως, καὶ ἐπείνασαν, διότι τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς ἀνεῖλον· οἱ δὲ ἐκζητοῦντες τὸν Κύριον ἐξ ἐθνῶν αὐξήσουσιν ἔτι καὶ ἔτι.

VERS. 11. *Divites eguerunt et esurierunt, exquirentes autem Dominum non diminuentur omni bono.* Cum nullam esse asseveraverit defectionem iis qui timent Dominum, nunc sermoni suo fidem facit, docens quomodo hujus sæculi divites sæpius effecti sunt pauperes, et fame vexati. Terrenæ enim divitiæ fallaces sunt, et sæpe commutantur, ac decidunt: contra vero omnes, qui per Dei timorem ac mandatorum observationem Dominum quærunt, nullis unquam bonis indigebunt, ex iis nimirum quæ reposita sunt diligentibus Dominum. Humanis enim bonis quam maxime indigebunt, cum per arctam afflictionum ac tentationum viam eis incedendum sit. Pertinere etiam videntur hæc verba ad Judæos, qui olim divites fuerunt, civitatum scilicet ac militum copia, insuper et celeberrimo illo templo, divina lege et con- C versatione Dei, ac deinceps his omnibus privati, pauperes effecti sunt, ea nimirum ratione, quia Dominum Jesum misericordia divitem, et pauperem effectum propter nos, impudentissime occiderunt: quique esurierunt, postquam verum illum vitæ panem de medio sustulerunt. Fideles autem qui ex gentibus fuerunt, quærentes Dominum, omnibus bonis etiam atque etiam aucti sunt.

Δεῦτε, τέκνα, ἀκούσατέ μου, φόβον Κυρίου διδάξω ὑμᾶς. Αὕτη διδασκάλου φωνή· τέκνον γὰρ ὁ μαθητὴς τοῦ διδάσκοντος, πλαττόμενος εἰς ἀρετὴν, καὶ οἷον μορφούμενος. Φόβον δὲ Κυρίου εἶπεν, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ φόβου τοῦ δαίμονος, ὃν ἐκεῖνος ἐμποιεῖ, περὶ οὗ φησιν ἐν ἄλλοις· *Ἀπὸ φόβου ἐχθροῦ ἐξελοῦ τὴν ψυχήν μου.*

VERS. 12. *Venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos.* Est hic quidam, veluti præceptoris, seu doctoris sermo. Solent enim doctores habere discipulos filiorum loco, eo quod fingant illos quodammodo ac forment ad virtutes [ac pene veluti novi patres eos iterum generent.] Timorem autem Domini dixit, ad distinctionem timoris dæmonum. Potest etenim et dæmon timorem incutere, de quo alibi scriptum est: *A timore inimici eripe animam meam* [60].

Τίς ἐστιν ἄνθρωπος, ὁ θέλων ζωήν; Εἰρηκὼς, D δεῦτε, οὐ πάντας καλεῖ, ἀλλὰ εἴ τις θέλει ζωὴν, οὐ τὴν κοινὴν ταύτην, ἣν καὶ τὰ ἄλογα ζῇ, ἀλλὰ τὴν ὄντως, τὴν ἀΐδιον· ἡ γὰρ παροῦσα θάνατος μᾶλλόν ἐστι περὶ ἧς ἔλεγεν ὁ Ἀπόστολος· *Τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου;* θάνατον τὸ σῶμα καλῶν, ἤτοι τὴν ἐν σώματι ζωήν.

VERS. 13. *Quis est homo, qui vult vitam?* Non omnes vocat Propheta, tametsi indistincte dixerit, *venite*, sed eos tantum appellat, qui vitam non hanc communem amant, qua irrationalia omnia vivunt animalia, sed peculiarem quamdam veram atque æternam. Præsens etenim vita mors potius appellanda est. Atque ideo merito Apostolus dicebat: *Quis me liberabit de corpore mortis hujus* [61]? per mortem ipsum corpus intelligens, vel vitam potius, quæ est in corpore.

Ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθάς. Οὐ τὰς τοῦ αἰῶνος τούτου· φησὶ γὰρ Ἰακὼβ, ὅτι *Αἱ ἡμέραι*

Diligens dies videre bonos. Non hujus sæculi dies dicit, de quibus patriarcham Jacob dixisse

[60] Psal. LXIII, 3. [61] Rom. VII, 24.

legimus : *Dies annorum meorum pauci et mali* [62]; et magnum Paulum : *Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt* [63]. Sed de futuri sæculi diebus loquitur. Illud enim est sæculum, quod bonos habet dies, ob verum illud atque ineffabile gaudium. Dies autem ideo dixit, quia illic perpetua est lux.

VERS. 14. *Cohibe linguam tuam a malo.* Nunc opera subjicit, quæ efficere solet Dei timor. Timorem vero Dei nunc initialem dico, non perfectum. Et linguam in primis jubet compescere, veluti membrum inter cætera magis labile, et ad omne vitii genus magis promptum. Ministra enim nobis est ad hominum contumelias, et ad Dei blasphemias : turpibus etiam concupiscentiis inservit et lenocinio, detrahit : præterea accusat, texit dolos, decipit, falsa præbet testimonia, pejerat, et omnium denique vitiorum instrumentum est.

Et labia tua ne loquantur dolum. Dolus occultum est facinus sub boni simulatione confictum : et dum superius dixit : *Cohibe linguam tuam a malo,* omnes in universum pravos sermones comprehendit ; at nunc de pravo quodam ac magis particulari tractat sermone, veluti de vitio omnium gravissimo, cum clandestine componi soleant hi doli, atque ideo etiam minime evitari possint : ac veluti de re, quæ in universo genere humano quam latissime pateat, in quod ab initio diabolus lethiferum hoc virus evomuit, quando primum Evam decepit.

VERS. 15. *Declina a malo, et fac bonum.* Considera optimum ordinem : quia verba in promptu magis sunt, quam facta, primo a pravis nos admonet verbis abstinendum esse : *Cohibe* enim, inquit, *linguam tuam a malo.* Sermo enim, ut sapientes dixere, via quædam est ad actiones. Ac deinde ab ipsis etiam pravis avertit operibus, dicens : *Declina a malo.* Et consequenter, sublatis impedimentis, nos insuper ad bene operandum adducit, dicens : *Et fac bonum.* Nam quemadmodum impossibile est, infirmum aliquem ad sanitatem restitui, nisi prius a morbo liberetur, ita etiam impossibile est aliquem bene operari, qui a vitiis prius non abscesserit. Illud etiam considera, quomodo abstinere tantum non sufficit a vitiis, sed bonis etiam operationibus opus est. [Vel aliter : *Declina a malo, et fac bonum* :] illud, ne pœna afficiaris, hoc autem, ut etiam honoreris. Alia ratione, vitio cui datur, si bonum non faciat : quia inertis ac ignavi hominis est nihil operari, atque otio torpescere.

Inquire pacem, et persequere eam. Pax est omnium bonorum caput, quam discipulis suis Dominus veluti hæreditatem quamdam reliquit : *Pacem, inquiens, meam do vobis, pacem relinquo vobis* [64]. Nam qui erga Deum et homines fuerit pacificus, is humanas etiam passiones omnes superat. Non

A *τῶν ἐτῶν μου μικραὶ καὶ πονηραί*· καὶ ὁ μέγας Παῦλος· *Ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσιν.* Ἡμέρας δὲ ἰδεῖν ἀγαθὰς, περὶ τοῦ μέλλοντός φησιν αἰῶνος. Οὗτος γὰρ ἀγαθὰς μὲν ἔχει, διὰ τὴν ἄληκτον, καὶ ἄῤῥητον χαράν· ἡμέρας δὲ, διὰ τὸ δι' ὅλου φῶς.

Παῦσον τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ. Ἐντεῦθεν ὑποτίθεται ἔργα τοῦ θείου φόβου, τοῦ στοιχειωτικοῦ. Προτίθησι δὲ τὴν γλῶσσαν, ὡς εὐόλισθον μόριον, καὶ προχειρότατον εἰς πᾶν εἶδος κακίας. Ὑπουργεῖ γὰρ βλασφημίαις Θεοῦ, ὕβρεσιν ἀνθρώπων, μαστροπεύει αἰσχραῖς ἐπιθυμίαις, συκοφαντεῖ, καταλαλεῖ, κατηγορεῖ, δόλους ὑφαίνει, ἐξαπατᾷ, καταμαρτυρεῖ, ἐπιορκεῖ, καὶ ὅλως ὄργανόν ἐστι
B κακοῦ παντός.

Καὶ χείλη σου, τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον. Δόλος ἐστὶ κακοποιΐα λαθραία, ἐν προσποιήσει καλοῦ. Προσεκτέον οὖν, ὅτι διὰ τοῦ εἰπεῖν, *Παῦσον τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ*, καθόλου πάντα λόγον κακὸν συμπεριέλαβε· νῦν δὲ κατεξαίρετον ἐπανέλαβε τὸν δόλον, ὡς χαλεπώτατον, διὰ τὸ λαθραῖον καὶ ἄφυκτον, πρῶτον γὰρ τοῦτον τὸν ἰὸν ὁ διάβολος ἐξήμεσεν ὅτε τὴν Εὔαν ἠπάτησεν, καὶ ὡς ἐπιπολάζοντα μᾶλλον τοῖς ἀνθρώποις.

C *Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν.* Ὅρα τάξιν ἀρίστην· ἐπειδὴ γὰρ ἑτοιμότερός ἐστιν ὁ λόγος τῆς πράξεως, παραινεῖ πρῶτον ἀπέχεσθαι κακοῦ λόγου· *Παῦσον* γὰρ, φησὶ, *τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ*· ὁ γὰρ λόγος ὁδός ἐστιν εἰς πρᾶξιν, ὡς οἱ σοφοὶ λέγουσιν· εἶτα ἀποτρέπει καὶ τοῦ κακοῦ πράγματος· *Ἔκκλινον* γὰρ, φησὶν, *ἀπὸ κακοῦ*· καὶ οὕτω ἀνάγει πρὸς τὴν ἀγαθοεργίαν, προεξάξας (21) τὰ σκῶλα· ὥσπερ γὰρ ἀμήχανον ὑγείαν ἀπολαβεῖν μὴ ἀπαλλαγέντα τῆς νόσου, οὕτω καὶ ποιῆσαι ἀγαθὸν μὴ ἀποστάντα τοῦ κακοῦ. Σκόπει δὲ ὅτι οὐκ ἀρκεῖ μόνον ἡ ἀποχὴ τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ χρὴ καὶ ποιῆσαι τὸ ἀγαθὸν, εἰ μὴ μέλλει τις ἀποσχέσθαι μὲν τοῦ κακοῦ, μὴ ποιῆσαι δὲ τὸ καλόν· (22) τὸ μὲν, ἵνα μὴ τιμωρηθῇς· τὸ δὲ, ἵνα τιμηθῇς.
D Καθ' ἕτερον δὲ λόγον, καὶ τὸ μὴ ποιῆσαι τὸ ἀγαθὸν ἑτέρα τίς ἐστι κακία, ὡς ἀργία τοῦ καλοῦ. Κακία ἐστὶ προδήλως ἡ τοιαύτη ἀργία.

Ζήτησον εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν. Ἡ εἰρήνη τῶν ἀγαθῶν ἐστι τὸ κεφάλαιον, ἣν καὶ ὁ Κύριος οἷά τινα κλῆρον τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ἀπολέλοιπεν· *Εἰρήνην* γὰρ, φησὶ, *τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν.* Ὁ γὰρ εἰρηνεύων πρὸς Θεὸν καὶ πρὸς ἀνθρώπους παντὸς πάθους ὑπέρκειται. Μὴ τοίνυν

[62] Gen. XLVII, 9. [63] Ephes. V, 16. [64] Joan. XIV, 27.

Variæ lectiones.

(21) Al. προεξάρας.
(22) Latinus interpres legisse præterea videtur. *Ἢ καὶ ἄλλως*· Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν.

ἁπλῶς ζητήσῃς αὐτήν, ἀλλὰ μετὰ σπουδῆς. Τοῦτο γὰρ νῦν ἐμφαίνει τὸ, δίωξον, ἤτοι καταδίωξον, κατ' ἴχνος αὐτῆς τρέχων, ὥστε φθάσαι καὶ καταλαβεῖν αὐτήν.

Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν. Ὀφθαλμοὶ μὲν Κυρίου, ἡ ἐποπτικὴ αὐτοῦ δύναμις· ὦτα δὲ, ἡ ἀκουστική. Λέγει τοίνυν, ὅτι ὁ Θεὸς διὰ παντὸς ἐφορᾷ τοὺς δικαίους, ἐπευφραινόμενος ταῖς πράξεσιν αὐτῶν· καὶ εἰσακούει τῆς δεήσεως τούτων, ὡς ἀξίας εἰσακούεσθαι. Δικαίους δὲ νῦν καλεῖ τοὺς ἐναρέτους.

Πρόσωπον δὲ Κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακὰ, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτῶν. Ὁρᾷ, φησὶ, καὶ τοὺς τὰ πονηρὰ πράσσοντας, ἀλλ' οὐ καθάπερ τοὺς δικαίους. Ἐκείνους μὲν γὰρ, ὥστε φυλάττειν· τούτους δὲ, ὥστε δίκας εἰσπράττεσθαι. Καὶ μέντοι πᾶς τοιοῦτος, καιροῦ καλοῦντος, ἀπόλλυται ἐκ γῆς, εἴτε ταύτης, εἴτε τῶν σωζομένων. Φοβηθήτωσαν τοίνυν πάντες οἱ ἁμαρτωλοὶ, ὡς οὐ λανθάνοντες ἐν οἷς πράττουσιν. Ἢ πρόσωπον Κυρίου λέγει τὴν ἐν τῇ μελλούσῃ κρίσει ἐπιφάνειαν αὐτοῦ, ὅτε πικρὸν αὐτοῖς ἐμβλέψει καὶ αὐστηρόν.

Ἐκέκραξαν οἱ δίκαιοι, καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσεν αὐτῶν, καὶ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτῶν ἐῤῥύσατο αὐτούς. Ὁ μὴ περὶ χαμαιζήλων καὶ γηΐνων αἰτούμενος, ἀλλὰ μεγάλων καὶ οὐρανίων, εἰ καὶ σιγᾷ τῇ γλώσσῃ, ἀλλά γε τῷ νῷ κράζει τρανῶς, καὶ ἡ κραυγὴ αὐτοῦ φθάνει μέχρι τῶν ἀκοῶν τοῦ Θεοῦ. Ἔνθεν τοι καὶ εἰσακούεται, καὶ ῥύεται πάσης θλίψεως· τοῦτο μὲν, ἀπαλλαττόμενος αὐτῆς, τοῦτο δὲ νικῶν τῇ καρτερίᾳ τὴν ἐπίθεσιν αὐτῆς. Ἢ καὶ τοῦτο λύτρωσίς ἐστιν, ὡς ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν.

Ἐγγὺς Κύριος τοῖς συντετριμμένοις τὴν καρδίαν. Ὁ μὲν Θεὸς δι' ἀγαθότητος πᾶσιν ἐγγύς ἐστι, φησὶ γάρ· *Θεὸς ἐγγίζων ἐγώ εἰμι·* ἡμεῖς δὲ διὰ μοχθηρίαν μακρὰν αὐτοῦ γινόμεθα· φησὶ γάρ· *Ἰδοὺ οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ ἀπολοῦνται.* Συντετριμμένοι δὲ τὴν καρδίαν, οἱ κατανενυγμένοι ἐπὶ τοῖς ἑαυτῶν ἁμαρτήμασι. Σφόδρα γὰρ συντρίβει τὸ φρόνημα ἡ κατάνυξις.

Καὶ τοὺς ταπεινοὺς τῷ πνεύματι σώσει. Προηγεῖται μὲν ἡ κατάνυξις· ἕπεται δὲ ἡ ταπείνωσις. Τῷ πνεύματι δὲ ταπεινοὺς, ἤτοι τῇ ψυχῇ, καὶ μὴ τῷ σώματι, ὅ ἐστι τῷ σχήματι, μηδὲ τῷ λόγῳ, μηδὲ ἐξ ἀνάγκης τινός.

Πολλαὶ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων, καὶ ἐκ πασῶν αὐτῶν ῥύσεται αὐτοὺς ὁ Κύριος. Συγχωρεῖ μὲν γὰρ ὁ Κύριος κατελθεῖν αὐτοὺς εἰς τὸ τῆς ἀρετῆς γυμνάσιον· οὐκ ἐᾷ δὲ τῶν πόνων ἡττᾶσθαι, ὅπερ ἐστὶ νίκη, καθὼς προείρηται. Διό φησιν· *Ἐν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἕξετε· ἀλλὰ θαρσεῖτε·* καὶ ὅσα ὁ

A igitur simpliciter a nobis quærenda est pax, sed cum studio, ut docet nos Propheta hoc in loco, dum ait : *Persequere eam*. Ac si diceret : Per illius vestigia vobis currendum est, ut prævenientes eam comprehendatis.

VERS. 16. *Oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum.* Per oculos et aures Domini, videndi atque audiendi potentias in eo intellige. Deus, inquit, semper videt justos, et illorum actionibus delectatur, et preces exaudit, utpote exaudiri dignas. Per justos autem hoc in loco viros intelligit omni præditos virtute.

VERS. 17. *Vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.* Videt, inquit, Dominus eos etiam qui prava opera faciunt,
B verum non eodem modo quo justos; istos quidem videt ut custodiat, illos autem ut perdat, ut condemnet, ut pœnas ab eis exigat. Pravus enim quilibet statuto a Deo tempore perit de terra, sive hanc mundi terram intelligas, sive terram eorum, qui salvantur. Timeant igitur omnes peccatores, cum eorum delicta Deum minime lateant. Potes etiam per vultum Domini intelligere adventum ejus, in futuro judicio, quando severo ac acerbo vultu eos aspiciet.

VERS. 18. *Clamaverunt justi, et Dominus exaudivit eos, et ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.* Qui terrena atque humilia votis non expetunt, sed cœlestia ac sublimia, tametsi linguæ sileant, mente
C tamen ac spiritu palam clamant, et eorum clamor quam facillime pervenit ad aures Domini : unde etiam exaudiuntur, et ab omni eripiuntur tentatione ac miseria, vel quia ab omni adversitate a Deo liberantur, vel quia fortitudine atque constantia omnem afflictionis impetum superant; quæ res etiam liberatio dicitur, ut aliis in locis declaravimus.

VERS. 19. *Prope est Dominus omnibus contritis corde.* Deus quidem ob summam ejus benignitatem omnibus prope est. Ait enim per prophetam : *Deus appropinquans ego sum* [43]. Verum nos sceleribus nostris longe ab eo discedimus. *Ecce* enim, inquit alibi Propheta, *ii qui elongant seipsos a te, peribunt* [44]. Contritos autem corde eos appellat,
D qui de propriis peccatis compuncti sunt. Compunctio enim superbiam ac fastum maxime conterit.

Et humiles spiritu salvabit. Præcedit enim compunctio, et subsequitur humiliatio. Humilem autem spiritu dixit, hoc est, animo. Nam corpore tantum aut gestu, seu verbis, aut alia quavis necessitate humiles, Deo grati non sunt.

VERS. 20. *Multæ tribulationes justorum, et de omnibus his liberabit eos Dominus.* Permittit quidem eos Dominus in virtutis gymnasium descendere, sed non sinit superari a laboribus : quod tamen et victoria reputatur, ut prædiximus [et illorum laudi ascribitur]. Atque ideo alibi dicit Dominus : *In*

[43] Jerem. XXIII, 23. [44] Psal. LXXII, 27.

mundo tribulationem habebitis, sed confidite [67]; et Apostolus: *In omnibus tribulati estis, sed non angustiati* [68], et multa alia habentur hujusmodi.

VERS. 21. *Custodit Dominus omnia ossa eorum, unum ex his non conteretur.* Atqui multorum martyrum ossa contrita sunt. Verum homo non solum is dicitur, qui exterior est, hoc est non solum ipsum corpus, sed etiam qui interior, hoc est ipsa anima, quæ sua etiam membra habere dicitur, sicut et corpus, atque eisdem nominibus distincta. Nam cum legimus: *Mandatum Domini lucidum, illuminans oculos* [69]; item: *Qui habet aures audiendi audiat* [70]; vel: *Os meum aperui et attraxi spiritum* [71]; et: *Dentes eorum contrivisti* [72]; item, *Ventrem meum doleo* [73]; aut, *Pes justi non offendet* [74], et alia hujusmodi: non corporis, sed animæ membra intelligimus. Unde et nunc per ossa solidiores quasdam animæ cogitationes intelligit, quæ eam non secus atque ossa corpus sustinent, atque confirmant. Custodit autem Dominus hæc, quæ diximus justorum ossa, quia ei placent, et nihil eorum conteretur violentia scilicet peccati.

VERS. 22. *Mors peccatorum prava.* Hoc est, laboriosa atque molesta [quod ex Græcæ dictionis etymologia melius percipitur]. Tunc temporis etenim certius dignoscunt pœnas sibi fore repositas. Justorum autem mors suavis est, quia gaudia sibi sentiunt præparata.

Et qui oderunt justum, delinquent. Oderunt justum ii qui in peccatis sunt; nam si simile suo simili lætatur, illud consequenter patet, quod dissimile suum odit dissimile: quorum enim vita dissimilis est, horum etiam sententiæ pugnantes inter se sunt, atque contrariæ. Delinquent autem, quia omnibus aliis delictis hoc odii peccatum addiderunt. Non solum enim eum imitati non sunt, qui erat justus, sed odio insuper eum prosecuti sunt. *Delinquent* igitur, id est, peccabunt, aut, periclitabuntur.

VERS. 23. *Redimet Dominus animas servorum suorum.* Ab humanis nimirum ac diabolicis insidiis, quas propria patientia superabunt.

Et non delinquent omnes qui sperant in eo. Non peccabunt, eo quod valida atque constanti spe ad Dominum ferantur, nec ullum etiam animæ periculum sustinebunt.

Psalmus ipsi David.

PSALMUS XXXIV.

Hunc etiam psalmum composuit beatus David, cum persecutionem sustineret a Saule, et nullibi ei daretur tuto consistere, congruitque aliis omnibus inimicorum persecutionem sustinentibus. Imprecationibus autem, quæ tam in præsenti sunt psalmo, quam alibi, uti nos oportet adversus dæmones: ii enim sunt, qui nostros excitant inimi-

Ἀπόστολος· *Ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι.*

Φυλάσσει Κύριος πάντα τὰ ὀστᾶ αὐτῶν, ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ συντριβήσεται. Καὶ μὴν πολλῶν μαρτύρων συνετρίβησαν· ἀλλ' ἐπεὶ ἄνθρωπος λέγεται οὐχ ὁ ἐκτὸς μόνον, ἤτοι τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ ὁ ἐντὸς, τουτέστιν ἡ ψυχὴ, ἔχει πάντως καὶ μέλη ὁμώνυμα τοῖς τοῦ σώματος, ὡς τό· *Ἡ ἐντολὴ Κυρίου τηλαυγὴς, φωτίζουσα ὀφθαλμοὺς*, δηλονότι τοὺς τῆς ψυχῆς· καί· *Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω*· καί· *Τὸ στόμα μου ἤνοιξα, καὶ εἵλκυσα πνεῦμα*· καί· *Ὀδόντας ἁμαρτωλῶν συνέτριψας*· καί· *Τὴν κοιλίαν μου ἀλγῶ*· καί· *Ὁ ποὺς τοῦ δικαίου οὐ μὴ προσκόψῃ*, καὶ ὅσαι τοιαῦται δυνάμεις τῆς ψυχῆς. Οὕτως οὖν καὶ νῦν ὀστᾶ λέγει τοὺς στερεοῦντας καὶ ἀνέχοντας τὴν ψυχὴν λογισμοὺς, ὡς καὶ τὰ ὀστᾶ τὸ σῶμα. Φυλάσσει δὲ τούτους ὁ Κύριος διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν εὐαρέστησιν. Οὐδὲν δὲ τούτων συντριβήσεται τῇ βίᾳ τῆς ἁμαρτίας.

Θάνατος ἁμαρτωλῶν πονηρός. Ἐπίπονος, ἀλγεινός. Τότε γὰρ ὀξέως αἰσθάνονται τῆς διαδεχομένης αὐτοὺς κολάσεως· ὁ δὲ τῶν δικαίων, ἀγαθὸς, αἰσθανομένων τῆς μενούσης αὐτοὺς χαρᾶς.

Καὶ οἱ μισοῦντες τὸν δίκαιον, πλημμελήσουσιν. Μισοῦσι τὸν δίκαιον οἱ ἐν ἁμαρτίαις· εἰ γὰρ τῷ ὁμοίῳ χαίρει τὸ ὅμοιον, δῆλον ὡς μισεῖ τὸ ἀνόμοιον· καὶ ὧν ὁ βίος ἀνόμοιος, τούτων ἐναντίαι καὶ αἱ γνῶμαι. Πλημμελήσουσι δὲ, ὡς τοῖς ἄλλοις αὐτῶν ἁμαρτήμασιν ἔτι προστιθέντες καὶ τὸ τοῦ μίσους αὐτοῦ ἁμάρτημα. Οὐ μόνον γὰρ οὐκ ἐμιμήσαντο τοῦτον, ἀλλὰ καὶ ἐμίσησαν. Ἡ τοίνυν τὸ *πλημμελήσουσιν*, ἀντὶ τοῦ, ἁμαρτήσουσι, νοητέον, ἢ ἀντὶ τοῦ, κινδυνεύσουσι.

Λυτρώσεται Κύριος ψυχὰς δούλων αὐτοῦ. Ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων καὶ δαιμονικῶν ἐπιβουλῶν, αἳ ἡττηθήσονται τῆς ὑπομονῆς αὐτῶν.

Καὶ οὐ μὴ πλημμελήσουσι πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπ' αὐτόν. Οὔτε γὰρ ἁμαρτήσουσι, τῇ πρὸς αὐτὸν ἐλπίδι χειραγωγούμενοι, οὔτε κινδυνεύσουσι ψυχικῶς.

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΛΔ'.

Καὶ τοῦτον εἴρηκε τὸν ψαλμὸν, ἔτι διωκόμενος ὑπὸ Σαοὺλ, καὶ μηδαμοῦ στῆναι συγχωρούμενος· προσήκει δὲ καὶ πᾶσι καταδιωκομένοις ὑπ' ἐχθρῶν. Χρὴ δὲ ταῖς μὲν ἀραῖς ἐν πᾶσι τοῖς ψαλμοῖς κατὰ τῶν δαιμόνων χρῆσθαι· οὗτοι γὰρ καὶ τοὺς πολεμοῦντας ἡμῖν ἀνθρώπους διεγείρουσι· τοῖς ὀνείδεσι δὲ, κατὰ τῶν ἐπιβουλευόντων ἡμῖν ἀνθρώπων· τὰ

[67] Joan. XVI, 35. [68] II Cor. IV, 8. [69] Psal. XVIII, 19. [70] Matth. XI, 13 et alibi passim. [71] Psal. CXVIII, 131. [72] Psal. III, 8. [73] Jerem. IV, 19. [74] I Reg. II, 9.

κατορθώματα δὲ, προσώπῳ τοῦ Δαβὶδ ἀπαγγέλλειν, ὥστε κινηθῆναι πρὸς τὴν τούτων μίμησιν.

A eos, et in nos insurgere eos faciunt. Conviciis vero adversus insidiatores uti possumus. Quod si alicubi præclara aliqua virtutum facta percensentur, ea applicabimus ipsi beato David, ita tamen ut et nos ad illorum imitationem moveamur et excitemur.

Δίκασον, Κύριε, τοὺς ἀδικοῦντάς με, πολέμησον τοὺς πολεμοῦντάς με. Πρῶτον, φησὶ, δίκασον τοὺς ἀμφὶ τὸν Σαούλ· εἶτα πολέμησον καὶ κόλασον, ὡς ἀδίκως φαινομένους. Ἀδιάφοροι δὲ αἱ συντάξεις, νόμῳ διαλέκτου παλαιᾶς.

VERS. 1. *Judica Domine injuriantes mihi, impugna impugnantes me.* Primo, inquit, Saulem et socios judica, deinde impugna, ac castiga. Eorum enim injustitia apertissime patuit. Indifferentes autem sunt constructiones, ex consuetudine veteris dialecti.

Ἐπιλαβοῦ ὅπλου καὶ θυρεοῦ, καὶ ἀνάστηθι εἰς τὴν βοήθειάν μου· ἔκχεον ῥομφαίαν, καὶ σύγκλεισον ἐξ ἐναντίας τῶν καταδιωκόντων με. Πολέμου μνημονεύσας, ἀκολούθως καὶ τὰ εἴδη προσέθηκεν τῶν ὅπλων, οὐχ ὡς τοῦ Θεοῦ τούτοις χρωμένου, ἀλλ' ἀνθρωποπρεπῶς τῷ φοβερῷ καταλόγῳ τοῦ σχήματος τῆς πανοπλίας ἐκδειματῶν τοὺς πονηρούς. Τῷ Θεῷ γὰρ ἀρκεῖ θέλησις μόνον, ἢ λόγος εἰς τιμωρίαν μὲν τῶν ἀδικούντων, σωτηρίαν δὲ τῶν ἀδικουμένων. *Ἔκχεον* δὲ, ἀντὶ τοῦ Ἕλκυσον· ἑλκομένη γὰρ ἡ σπάθη, ἐκχεῖσθαι τοῦ κολεοῦ δοκεῖ διὰ τὴν λειότητα. *Σύγκλεισον* δὲ, ἀντὶ τοῦ, φράξον ἔμπροσθεν, ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτοὺς ἐκφυγεῖν τὸν ἀπὸ σοῦ κίνδυνον.

VERS. 2, 3. *Apprehende telum, et scutum, et exsurge in adjutorium mihi; effunde frameam, et conclude adversum persequentes me.* Cum pugnæ meminerit, consequenter etiam armorum genera B apposuit: non quod eis utatur Deus, sed humano locutus est more. Terribili enim hac armorum commemoratione pravos ac scelestos omnes perterrefacit. Nam alioqui, solum Dei verbum, quin imo sola etiam ejus voluntas, satis est ad coercendos ac castigandos opprimentes, et ad defendendos oppressos. *Effunde* igitur *frameam*, hoc est, Exime gladium e vagina. Ob expolitam enim lævitatem suam gladius, fundi quodammodo videtur e vagina, cum evaginatur. *Conclude* etiam persecutores meos, hoc est, Obstrue viam ante eos, ita ut effugere amplius manum tuam non possint.

Εἰπὸν τῇ ψυχῇ μου· Σωτηρία σού εἰμι ἐγώ. Τῇ νοερᾷ σου φωνῇ εἰπὲ τῇ νοερᾷ ψυχῇ μου μόνον, ὅτι Μὴ φοβοῦ, σωτηρία σού εἰμι ἐγώ· ἡ γὰρ ἀρχαία διάλεκτος τὸ *εἰπὲ*, *εἰπὸν* λέγει, ὡς τὸ *ποίησον*.

Dic animæ meæ: Salus tua ego sum. Intellectuali voce tua loquere ad intellectualem animam meam, et dic ei: Noli timere, quia ego sum salus tua. C Illud autem animadvertendum [quod Græca dictio quæ hic habetur, non indicativi modi est, et præteriti temporis, ut regulariter inveniri solet, sed aoristus imperativi modi], ut sit εἶπον pro εἰπὲ id est *dic*, eo modo, quo dicimus ποίησον pro *fac*.

Αἰσχυνθήτωσαν καὶ ἐντραπείησαν οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου. Αἰσχυνθήτωσαν καὶ ἐντραπείησαν ἐκ παραλλήλου τὸ αὐτὸ σημαίνουσιν, ὃ πείσονται, μὴ δυνάμενοί με ἑλεῖν. *Τὴν ψυχήν μου* δὲ, ἀντὶ τοῦ Ἐμέ.

VERS. 4. *Confundantur et revereantur, qui quærunt animam meam.* Verba, hæc *confundantur et revereantur*, idem fere significant. Confusio enim illis summa erit, si me comprehendere nequiverint. *Animam* autem *meam* circumloquendo dixit, pro Meipsum.

Ἀποστραφείησαν εἰς τὰ ὀπίσω. Κενοὶ καὶ ἄπρακτοι.

Convertantur retrorsum. Inanes nimirum, et re infecta.

Καταισχυνθείησαν οἱ λογιζόμενοί μοι κακά. Τὸ *Καταισχυνθείησαν*, ἐπίτασίς ἐστι τοῦ Αἰσχυνθείησαν. *Λογιζόμενοι* δὲ, ἀντὶ, μελετῶντες, συσκεπτόμενοι.

Et confundantur qui cogitant mihi mala. Verbum *confundantur*, hic repetitum, præcipue juxta Græcæ dictionis vim, intentionem addit (23), et majorem confusionem significat. Cogitare autem mala, pro considerare ac studiose investigare dixit.

Γενηθήτωσαν ὡσεὶ χνοῦς κατὰ πρόσωπον ἀνέμου. Ὡσεὶ χνοῦς, ὅσον ἐπὶ τῷ σκεδάννυσθαι ἐν τῷ φεύγειν· ἡ γὰρ λεπτὴ κόνις ἐνώπιον ἀνέμου σκεδάννυται.

VERS. 5. *Fiant sicut pulvis ante faciem venti.* Ac D si dicat, Inter fugiendum instar pulveris dissipentur ac dispergantur. Minutissimus enim cum sit pulvis, a ventis facile dispergitur.

Καὶ ἄγγελος Κυρίου ἐκθλίβων αὐτούς. Λείπει τὸ, ἔστω· ἄγγελοι γὰρ πολλάκις εἰς τὸ κολάζειν ἀποστέλλονται, ὡς ὁ ὀλοθρεύσας τὰ πρωτότοκα τῶν Αἰγυπτίων, καὶ ὁ τὰς τῶν Ἀσσυρίων ὀγδοήκοντα πέντε καὶ ἑκατὸν χιλιάδας ἀνελών.

Et angelus Domini conterens eos. Subintellige verbum, *sit*. Angeli enim sæpenumero mittuntur a Deo, ut aliquos castigent: veluti is qui Ægypti primogenitos dissipavit, item is qui centum octoginta quinque millia Assyriorum interemit.

Variæ lectiones.

(23) Græca ita sonant: Verbum καταισχυνθείησαν (compositum) *intensio est verbi* (simplicis) *αἰσχυνθείησαν*.

Vers. 6. *Fiat via eorum tenebræ, ac lubricum.* Gravissima est hujusmodi imprecatio. Optat enim ut illis fugientibus via adeo sit obscura, ut videre nequeant, qua recta sibi eundum sit : præterea etiam ut adeo sit lubrica, quod in præceps aliquod deferantur.

Et angelus Domini persequens eos. Istos etiam, qui in tot ac tanta mala inciderunt, angelus Domini conterens persequatur. Quid igitur par est eventurum ei esse, qui neque oculis videat, neque pedibus adjuvetur, et ab ipso etiam persequente angelo urgeatur ?

Vers. 7. *Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui.* Symmachus pro *gratis* dixit, *sine causa.* Cum nihil a me, inquit, læsi fuerint, absconderunt mihi tamen interitum laquei sui. Est autem sermo hic metaphoricus, a venatoribus translatus, qui laqueos occulte disponunt, per quos interitum feris inferunt.

Supervacue exprobraverunt animam meam. Animam meam circumloquendo dixit, pro meipsum. Estque animadvertendum, quod hujusmodi figura loquendi, quæ Græce periphrasis dicitur, frequentissima reperitur apud beatum David, ut illud : *Anima mea ; vita mea ; nomen tuum*, et alia hujusmodi. Mentientes, inquit, exprobraverunt me, ingratum appellantes, et regis insidiatorem.

Vers. 8. *Veniat illi laqueus, quem ignorat.* Inexspectata, inquit, calamitas illi obveniat ; illi, inquam, qui et mihi interitum abscondit, et qui me exprobravit, sive Saulem intelligas, seu quemvis alium, qui Saulem urgeret adversus ipsum beatum David.

Et rete quod abscondit comprehendat eum. Et rete, quod clam adversus me tetendit, comprehendat eum, hoc est, Omnis illius conatus, omne consilium in auctorem convertatur.

Et in laqueo cadet in ipso. Idem etiam significant hæc verba. Et cum dixerit *in laqueo*, addidit *in ipso.* In ipso, inquam, laqueo, quem idem ille disposuit.

Vers. 9. *Et anima mea exsultabit in Domino.* Inimicis meis ita castigatis, lætabor in Domino, qui justis eos affecit pœnis.

Delectabitur in salutari suo. Quia illos perdidit, et nos salvavit.

Vers. 10. *Omnia ossa mea dicent : Domine, quis similis tibi, eruens pauperem de manu fortiorum illo, inopem et pauperem a diripientibus eum ?* Omnia autem ossa mea, id est, membra mea omnia quæ in profundo corporis sunt. Significare autem videtur per hæc verba plenissimam gratiarum actionem ex intimo animæ provenientem. Vel, per ossa, solidas ac validiores animæ cogitationes intelligit, ut sæpe diximus. Inopem autem seipsum Propheta appellat, quasi exsulem, necessariorumque omnium indigentem, et solum. Per fortiorem vero Saulem intelligit, qui et divitiis et bellicis copiis affluebat ; et dum inopem se bis dicit, et insuper pauperem

A *Γενηθήτω ἡ ὁδὸς αὐτῶν σκότος καὶ ὀλίσθημα.* Τοῦτο, σφοδρότης τῆς ἀρᾶς· κατεύχεται γὰρ αὐτῶν, ἵνα φεύγουσιν αὐτοῖς ἡ ὁδὸς γένηται σκοτεινὴ μὲν, ὡς τὸ μὴ δύνασθαι βαδίζειν ὀρθῶς, ὀλισθηρὰ δὲ, ὥστε καταχρημνίζεσθαι.

Καὶ ἄγγελος Κυρίου καταδιώκων αὐτούς. Τούτους δὲ τοσούτοις κακοῖς περιπίπτοντας, καὶ ὁ ἐκθλίβων ἄγγελος καταδιωκέτω προσέτι. Τί οὖν εἰκὸς παθεῖν τὸν μήτε ὀφθαλμοῖς, μήτε ποσὶ βοηθούμενον, ἀλλὰ καὶ κατεπειγόμενον ὑπὸ τοῦ διώκοντος;

Ὅτι δωρεὰν ἔκρυψάν μοι διαφθορὰν παγίδος αὐτῶν. Τὸ *δωρεὰν* ὁ Σύμμαχος *ἀναιτίως* εἶπε. Μηδὲν ὑπ' ἐμοῦ, φησὶ, βλαβέντες, ἔκρυψάν μοι ὄλεθρον
B παγίδος αὐτῶν· τὸν γὰρ διὰ παγίδος ὄλεθρον κατακρύπτουσιν οἱ θηρεύοντες.

Μάτην ὠνείδισαν τὴν ψυχήν μου. Τουτέστιν, ἐμὲ, κατὰ περίφρασιν· παρατηρητέον δὲ, ὅτι πολὺ παρὰ τοῖς Ψαλμοῖς τοῦ Δαβὶδ τὸ σχῆμα τῆς περιφράσεως, οἷον· ἡ ψυχή μου, ἡ ζωή μου, τὸ πρόσωπόν μου, τὸ ὄνομά σου, καὶ τὰ τοιαῦτα. Ψευδόμενοι, φησὶν, ὠνείδισάν με, ἀχάριστον ἀποκαλοῦντες καὶ τοῦ βασιλέως ἐπίβουλον.

Ἐλθέτω αὐτῷ παγὶς, ἣν οὐ γινώσκει. Συμφορὰ ἀπρόοπτος. Αὐτῷ δὲ, τῷ κρύψαντι τὴν δια-
C φθορὰν, καὶ ὀνειδίσαντι, εἴτε τὸν Σαοὺλ εἴποις, εἴτε καὶ ἕκαστον τῶν ἀναγκαζόντων αὐτὸν κατὰ Δαβίδ.

Καὶ θήρα, ἣν ἔκρυψε, συλλαβέτω αὐτόν. Καὶ τὸ δίκτυον τῆς θήρας, ὃ λαθραίως ἥπλωσε κατ' ἐμοῦ, συλλαβέτω αὐτὸν, τουτέστι κατ' αὐτοῦ περιτραπήτω ἡ μηχανὴ αὐτοῦ.

Καὶ ἐν τῇ παγίδι πεσεῖται ἐν αὐτῇ. Τὸ αὐτὸ καὶ τοῦτο δηλοῖ· εἰπὼν δὲ, *ἐν τῇ παγίδι*, προσέθηκε τὸ, *ἐν αὐτῇ*, δηλαδὴ, τῇ παρ' αὐτοῦ παγείσῃ.

Ἡ δὲ ψυχή μου ἀγαλλιάσεται ἐπὶ τῷ Κυρίῳ. Τῶν ἐχθρῶν οὕτω τιμωρηθέντων, χαρήσομαι ἐπὶ τῷ Κυρίῳ, δικαίως αὐτοὺς κολάσαντι.

D *Τερφθήσεται ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ αὐτοῦ.* Ὅτι ἐκείνους ἀπολέσας, ἡμᾶς ἔσωσε.

Πάντα τὰ ὀστᾶ μου ἐροῦσι, Κύριε, Κύριε, τίς ὅμοιός σοι, ῥυόμενος πτωχὸν ἐκ χειρὸς στερεωτέρων αὐτοῦ, καὶ πτωχὸν καὶ πένητα ἀπὸ τῶν διαρπαζόντων αὐτόν; Πάντα τὰ ἐν τῷ βάθει τοῦ σώματος μέλη· ἐμφαίνει δὲ διὰ τούτου τὴν ἐκ βάθους ψυχῆς ὁλοσχερῆ εὐχαριστίαν. Ἢ ὀστᾶ νοήσεις ἐπὶ ψυχῆς μᾶλλον τοὺς στεῤῥοτέρους καὶ συνεκτικοὺς λογισμοὺς, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν. Πτωχὸν δὲ ἑαυτὸν λέγει, ὡς φυγάδα, καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐπιδεῆ, καὶ μεμονωμένον· στερεωτέρους δὲ, τοὺς ἀμφὶ Σαοὺλ, οἷα πλούτῳ καὶ στρατῷ βριθέντας· διὰ πτωχὸν εἰπὼν, καὶ τὸν πένητα προσθεὶς, τὴν ἄγαν εὐτέλειαν ἑαυτοῦ ἐνέφηνεν, ἅμα καὶ ταπεινολογίᾳ

ταύτῃ πρὸς οἶκτον χρώμενος· διαρπαζόντων δὲ, ὅσον ἐπὶ ταῖς ἐκείνων ἐλπίσιν.

A addit, tenuitatem suam maximam denotat, et hujusmodi verborum humilitate Deum pariter ad majorem misericordiam excitat. Diripientes etiam ipsos hostes appellat : habito nimirum respectu ad illorum spem, qui sese eum direpturos sperabant.

Ἀναστάντες μοι μάρτυρες ἄδικοι, ἃ οὐκ ἐγίνωσκον ἠρώτων με. Αὐτός τε ὁ Σαοὺλ καὶ οἱ κόλακες αὐτοῦ· μάρτυρες μὲν, ὡς καταμαρτυροῦντες· ἄδικοι δὲ, ὡς ψευδόμενοι, οἳ καὶ χλευάζοντες, ἠρώτων αὐτὸν, εἰ οὐκ ἐπιβουλεύει τῇ βασιλείᾳ· ὅπερ αὐτοὶ μὲν κατεμαρτύρουν· αὐτὸς δὲ οὐκ ἐγίνωσκεν (24), ὡς ἀναίτιος. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ Χριστοῦ νοοῦμεν, διὰ τοὺς ψευδομάρτυρας, οἳ ἠρώτων αὐτὸν, εἰ οὐκ ἐδλασφήμησεν, ὡς ἡ τῶν Εὐαγγελίων ἱστορία διδάσκει.

VERS. 11. *Surgentes testes injusti, quæ nesciebam interrogabant me.* Ipse nimirum Saul, et quicunque ei assentabantur ; quos beatus David testes ideo appellat, quia adversus se testimonium ferebant, et injustos, quia mendaces erant, vel quia hujusmodi testes cum subsannatione quadam ac derisu interrogabant eum, numquid aspiraret ad regnum ; interrogabant autem hoc, et pariter asseverabant, ita esse. Quod tamen beatus David, utpote innocens ignorasse se ait. [Nunquam enim ad regnum aspiraverat.] Possunt etiam hæc verba de Christo intelligi propter falsos testes, qui interrogabant eum, numquid non blasphemasset, ut Evangeliorum tradit historia.

Ἀνταπεδίδοσάν μοι πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ ἀτεκνίαν τῇ ψυχῇ μου. Τὸν κοινὸν γὰρ ἐχθρὸν Γολιὰθ ἀνελὼν, καὶ τοὺς ἀλλοφύλους νικήσας, καὶ τὸ πονηρὸν πνεῦμα τοῦ Σαοὺλ διώξας, ὕστερον ἐδιώκετο· ἀνταπεδίδοσαν δὲ καὶ ἀτεκνίαν τῇ ψυχῇ μου, τουτέστιν ἀκαρπίαν εἰς ἀρετὴν, οἷα μελετήσαντες ἀνελεῖν με, καὶ παῦσαι τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τῆς καρποφορίας τῶν ἀρετῶν. Ἢ ἀνταπεδίδοσαν καὶ ἀτεκνίαν ἐμοὶ, κατὰ περίφρασιν, ἵνα μὴ ζήσας τεκνογονήσω.

B VERS. 12. *Retribuerunt mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ.* Cum communem inimicum Goliath interemisset beatus David, et Philistæos superasset, et pravum Saulis spiritum depulisset, persecutionem tamen sustinebat a Saule. Retribuerunt itaque animæ meæ sterilitatem, hoc est infructuositatem. Virtutem meam, inquit, studuerunt infructuosam constituere, cum occidere me cogitaverint, et facere ut anima mea cessaret a fertilitate virtutum. Vel retribuerunt mihi sterilitatem, circumloquendo dixit, ac si diceret : Pro beneficiis a me in eos collatis, illud conati sunt mihi rependere, ut me occiderent, ne vivendo filios procrearem. [Vel aliter, sterilitas pro oblivione accipitur, quia per filios et posteros memoria hominum conservatur.

Ἐγὼ δὲ ἐν τῷ αὐτοὺς παρενοχλεῖν με ἐνεδυόμην σάκκον, καὶ ἐταπείνουν ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν μου. Ἐντεῦθεν διδάσκει, πῶς δεῖ λύειν τὰς συμφοράς· συκοφαντούμενος γὰρ, σάκκῳ καὶ νηστείᾳ ἔτηκεν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, ἤτοι ἑαυτὸν, εὐχόμενος ἐξαιρεθῆναι τῆς ἐπιβουλῆς.

VERS. 13. *Ego autem cum mihi molesti essent, induebar sacco, et humiliabam in jejunio animam meam.* Deinceps docet Propheta quomodo dissolvere oporC teat calamitates. Nam cum ab inimicis calumniam sustineret, sacco ac jejunio animam suam, hoc est seipsum, humiliabat, rogans ab insidiis liberari.

Καὶ ἡ προσευχή μου εἰς κόλπον μου ἀποστραφήσεται. Εἰσακουσθήσομαι· τοῦτο γὰρ τὸ σχῆμα ποτὲ μὲν ἐπὶ τοῦ εἰσακουσθέντος λαμβάνεται, ὡς καὶ νῦν οἷα στρεφομένου ἐμπράκτου, καὶ τοσοῦτον, ὡς εἰς κόλπον ὑποδεχθῆναι, δίκην δώρου πολυτελοῦς, ἢ ὡς ἐμπλῆσαι τὸν κόλπον τοῦ ἀπαιτοῦντος, ὧν ᾐτήσατο· ποτὲ δὲ, ἐπὶ τοῦ μὴ εἰσακουσθέντος, οἷα στρεφομένου ἀπράκτου.

Et oratio mea in sinum meum convertetur. Hoc est, exaudietur mea oratio. Ita enim intelligenda sunt hæc verba, quasi seipsam conversura sit oratio ad Prophetam, qui eam emisit; non inanis tamen, nec vana, aut re infecta, quin imo in illius sinu instar pretiosissimi doni suscipienda sit. Vel, quia ita convertetur, ut orantis sinum petitis rebus impletura sit, tametsi aliquando etiam hujusmodi loquendi modus contrarium penitus sensum recipiat, quando scilicet quis non exauditur, et oratio in sinum re infecta inanis convertitur.

Ὡς πλησίον, ὡς ἀδελφὸν ἡμέτερον, οὕτως εὐηρέστουν. Τὸ διάπυρον τῆς πρὸς τὸν Σαοὺλ ἀγάπης παραστῆσαι θέλων, τῷ ὀνόματι τοῦ πλησίον, καὶ τοῦ ἀδελφοῦ ἐχρήσατο· τοὺς μὲν γὰρ γονεῖς καὶ τοὺς κυρίους τιμᾷν λέγομεν κυρίως· ἀγαπᾷν δὲ τοὺς ἀδελφοὺς, ὅταν ὦμεν ἄπαιδες. Ἀδιάφορος δὲ ἡ τοῦ *εὐηρέστουν* σύνταξις.

VERS. 14. *Quasi proximo et quasi fratri nostro sic complacebam.* Summam suam dilectionem erga D Saulem ostendere volens, fratris ac proximi nomine usus est. Parentes enim et dominos proprie honorandos nobis esse dicimus, fratres vero amandos, præcipue quando sumus sine prole. Indifferenter autem se habet constructio verbi *complacebam*.

Ὡς πενθῶν καὶ σκυθρωπάζων, οὕτως ἐταπεινούμην. Εἰδὼς αὐτὸν διαφθονοῦντά μοι ἐπαινουμέ

Quasi lugens et mœstus, sic humiliabar. Videns illum mihi invidere, quia multitudo ac populus me

Variæ lectiones.

(24) Al. ἐπεγίνωσκεν.

laudabant, humiliabar, fingens me tristem ac mœstum esse. Solet enim invisi hominis humilitas atque dejectio invidiam reprimere: quemadmodum contra superbia atque elatio augere.

Vers. 15. *Adversum me lætati sunt, et convenerunt.* Me hæc agente, atque hoc pacto sentiente, illi lætati sunt, credentes periisse vires meas; et convenerunt, ut insidias adversum me disponerent.

Congregata sunt super me flagella, et ignoravi. Quod LXX Interpretes dixerunt *flagella*, Symmachus *percutientes* reddidit. Ait igitur: Occisores adversum me congregati sunt; me, inquam, ignorantem hujusmodi eorum consilia atque insidias quas adversum me disponebant. Eas autem puto subnotari, quæ in historia Regum traduntur, quando ejus uxor Michol omnia illi aperuit, atque a periculo etiam eum salvavit.

Vers. 16. *Dissipati sunt, et non sunt compuncti.* Dissipati sunt cum me non invenissent, ubi speraverant, et tamen compuncti non sunt, quia nulla ducti sunt pœnitentia.

Tentaverunt me, subsannaverunt me subsannatione, frenduerunt super me dentibus suis. Saul, inquit, et qui cum eo erant, aliquando tentaverunt me probantes atque experientiam sumentes mentis meæ: aliquando etiam subsannaverunt, irridentes, veluti infirmum, nunc vero palam [leonum instar] in me efferati sunt. Frendere dentibus solent omnes aliquando ob timorem, aliquando vero ob nimiam indignationem, quando nimirum, veluti furore quodam, collidunt mutuo dentes et resonant. Nunc, inquit, ira ac rabie pleni, resonare videntur super me dentibus suis, avidi nimirum ut carnes meas dilanient.

A νῳ παρὰ τοῦ πλήθους, ἐταπεινούμην, ἐκὼν σχηματιζόμενος τὸν πενθοῦντα καὶ σκυθρωπάζοντα. Καταστέλλει γὰρ τὸν φθόνον ἡ τοῦ φθονουμένου ταπείνωσις, ὥσπερ αὔξει τοὐναντίον ἡ ἔπαρσις.

Κατ' ἐμοῦ εὐφράνθησαν, καὶ συνήχθησαν. Καὶ ἐμοῦ ταῦτα ποιοῦντος, καὶ οὕτως ἔχοντος, αὐτοὶ εὐφράνθησαν τότε, δοκοῦντες ὑποῤῥεῖν ἤδη τὴν ἐμὴν δύναμιν, καὶ συνήχθησαν εἰς μελέτην ἐπιβουλῆς.

Συνήχθησαν ἐπ' ἐμὲ μάστιγες, καὶ οὐκ ἔγνων. Τὰς μάστιγας ἐνταῦθα, πλήττοντας εἶπεν ὁ Σύμμαχος. Λέγει τοίνυν, ὅτι Φονεῖς συνήχθησαν κατ' ἐμοῦ ἀγνοοῦντος, ἐνεδρεύοντές μοι. Περὶ τούτου δὲ σαφῶς ἡ ἱστορία διδάσκει, ὅτε Μελχὼλ ἡ γυνὴ αὐτοῦ κατεμήνυσεν αὐτῷ τὴν τοιαύτην ἐπιβουλὴν, καὶ φυγὼν διεσώθη.

B

Διεσχίσθησαν, καὶ οὐ κατενύγησαν. Διεσκεδάσθησαν, μὴ εὑρόντες με, ἔνθα ἤλπιζον· καὶ ὅμως οὐ κατενύγησαν, οὐδὲ μετενόησαν.

Ἐπείρασάν με, ἐξεμυκτήρισάν με μυκτηρισμὸν, ἔβρυξαν ἐπ' ἐμὲ τοὺς ὀδόντας αὐτῶν. Οἱ περὶ Σαοὺλ, φησὶ, ποτὲ μὲν ἐπείρασάν με, δοκιμάζοντες πῶς διάκειμαι· ποτὲ δὲ ἐξεμυκτήρισαν, ἐν χλεύῃ διαγελῶντες, ὡς ἀσθενῆ· νῦν δὲ φανερῶς ἐξεθηριώθησαν. Γίνεται δὲ βρυγμὸς ὀδόντων, ὅταν ἀλλήλοις, ἐξυπερβάλλοντος φόβου ἢ θυμοῦ, προσαρασσόμενοι κτυπῶσι. Νῦν, φησὶ, τῷ θυμῷ ζέσαντες, οἷον κτυποῦσιν ἐπ' ἐμὲ τοὺς ὀδόντας αὐτῶν, διαμασᾶσθαι τὰς ἐμὰς γλιχόμενοι σάρκας.

Vers. 17. *Domine quando respicies?* Tu enim longanimis ad hæc, respicere eos non videris. Quando igitur animadvertes, et vindictam facies?

Restitue animam meam a malignitate eorum. Tu me libera, inquit, ab illorum perversitate, et in pristinam securitatem restitue.

A leonibus unigenitam meam. Frendere proprie dicuntur leones: consequenter igitur cum frendere eos dixerit, postmodum leones etiam appellavit; et maxime ob ingenitam eis sævitiam et insidiis semper intentum animum. Unigenitam autem animam suam, hoc est seipsum, ea ratione appellavit, qua declaravimus in psalmo xxi; a communi etiam sensu hoc in loco subaudiendum est verbum, *restitue.*

Vers. 18. *Confitebor tibi in Ecclesia multa, in populo gravi laudabo te.* Vide quæ exponendo dixerimus in commemorato superius psalmo, ibi: *In Ecclesia magna confitebor tibi* [76].

In populo gravi laudabo te. Pro βαρεῖ, *gravi*, Symmachus habet παρπληθεῖ, *frequenti*. Est autem præcedentis dicti interpretatio.

Vers. 19. *Non supergaudeant qui adversantur*

C *Κύριε, πότε ἐπόψει;* Μακροθυμῶν γὰρ ἐπὶ τούτοις, δοκεῖς μὲν οὐχ ὁρᾶν ταῦτα. Πότε οὖν ἐπόψει, καὶ ἐκδικήσεις;

Ἀποκατάστησον τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τῆς κακουργίας αὐτῶν. Ἀπὸ τῆς κακουργίας αὐτῶν ἐλευθερώσας με, ἀποκατάστησον εἰς τὴν προτέραν ἀφοβίαν.

Ἀπὸ λεόντων τὴν μονογενῆ μου. Τὸ βρύχειν κυρίως ἐπὶ λεόντων λέγεται. Ἀκολούθως οὖν, ὡς βρύξαντας, λέοντας ὠνόμασε τούτους, διὰ τὴν ὠμότητα καὶ ἐπιβουλήν. Μονογενῆ δὲ λέγει τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἤτοι ἑαυτὸν, ὡς εἰρήκαμεν ἐν τῷ εἰκοστῷ πρώτῳ ψαλμῷ· ἀπὸ κοινοῦ δὲ κἀνταῦθα τὸ, *ἀποκατάστησον.*

D

Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν Ἐκκλησίᾳ πολλῇ. Ἐν τῷ αὐτῷ ψαλμῷ πάλιν εἶπεν· *Ἐν Ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ ἐξομολογήσομαί σοι*· καὶ ζήτει τὴν ἐκεῖνου τοῦ ῥητοῦ ἐξήγησιν.

Ἐν λαῷ βαρεῖ αἰνέσω σε. Τὸ βαρεῖ, παμπληθεῖ εἴρηκεν ὁ Σύμμαχος· ἔστι δὲ τοῦ πρὸ αὐτοῦ ῥητοῦ ἐπεξήγησις.

Μὴ ἐπιχαρείησάν μοι οἱ ἐχθραίνοντές μοι ἀδί-

[76] Psal. xxi, 23.

κως, οἱ μισοῦντές με δωρεὰν, καὶ διανεύοντες ὀφθαλμοῖς. Τὸ *Δωρεὰν*, ἀντὶ τοῦ Μάτην· οὐδὲν γὰρ αὐτοὺς ἠδίκησα, ἢ μίσους ἄξιον ἐνεδειξάμην. Διανεύοντας δὲ ὀφθαλμοῖς λέγει τοὺς κόλακας, οἵτινες ἔνευον τῷ Σαοὺλ, διασύροντες τῷ τοιούτῳ σχήματι, εἴ τι παρὼν Δαβὶδ εἶπεν, ἢ ἔπραξεν.

Ὅτι ἐμοὶ μὲν εἰρηνικὰ ἐλάλουν, καὶ ἐπ' ὀργὴν δόλον διελογίζοντο. Εἰρηνικῶς μοι (25) ὡμίλουν, περὶ ἀγάπης διαλεγόμενοι· δι' ὀργὴν δὲ, ἣν ὑπέκρυπτον, διεσκέπτοντο δόλους, πῶς ἂν με λεληθότως εἰς κίνδυνον ἐνσείσωσι.

Καὶ ἐπλάτυναν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν. Ὕστερον δὲ καὶ παῤῥησίᾳ κατηγόρουν με ἀνυποστόλως· ὁ γὰρ λανθάνειν πειρώμενος ὑποψιθυρίζει τοῖς συνεσταλμένοις χείλεσιν.

Εἶπον· Εὖγε, εὖγε, εἶδον οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν. Τὸ, Εὖγε, παλαιὸν ἦν ἐπιφώνημα τῶν ἐντυγχανόντων οὗ ηὔχοντο, διὰ τοῦ διπλασιασμοῦ τὴν ἄγαν ἡδονὴν τοῦ πράγματος ἐμφαῖνον. Ἰδόντες με, φησὶ, φεύγοντα καὶ ταλαιπωρούμενον, ἐπεφώνησαν τὸ πρόσρημα τῆς εὐφροσύνης, τὸ *Εὖγε, εὖγε*, ὃ δηλοῖ τὸ, Καλῶς ἔχει τὸ πρᾶγμα. Εἶτα τὸ, *Εἶδον οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν*, καθ' ἑαυτὸν ἀναγνωστέον, οἷον, ὅτι Εἶδον, ἃ ἠθέλομεν. Ἐλλείπει γὰρ, ὡς ἐνδιάθετον. Ἢ καὶ ἡνωμένως· Καλῶς εἶδον οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν, τουτέστιν, εὐκτῶς.

Εἶδες, Κύριε. Ἃ δηλαδὴ πάσχω.

Μὴ παρασιωπήσῃς. Μὴ ὑπομείνῃς· οἱ γὰρ ὑπομένοντες εἰώθασι παρασιωπᾷν.

Κύριε, μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ. Καὶ οὐδεὶς ἄλλος ἐπίκουρος.

Ἐξεγέρθητι, Κύριε, καὶ πρόσχες τῇ κρίσει μου. Ἀνθρωποπρεπῶς εἴρηται ταῦτα, καθὰ πολλάκις ἔφημεν. *Ἐξεγέρθητι*, φησί· μακροθυμῶν γὰρ, καὶ μὴ βοηθῶν, δοκεῖς καθεύδειν· τὸ δὲ *Πρόσχες*, εὑρήσεις εἰς τὴν ἐξήγησιν τοῦ ψαλμοῦ ε'.

Ὁ Θεός μου καὶ ὁ Κύριός μου εἰς τὴν δίκην μου. Ἀπὸ κοινοῦ κἀνταῦθα ληπτέον τὸ *Πρόσχες*· δίκην δὲ τὴν κρίσιν ἐκάλεσε. Τὸ δέ· *Ὁ Θεός μου καὶ ὁ Κύριός μου*, καὶ τὰ τοιαῦτα ἀλλεπάλληλα, ἐπιτεταμένης καὶ ὀλοψύχου παρακλήσεως εἰσὶν ἴδια, καὶ τοῦ πρὸς Θεὸν διαπύρου πόθου. Φέρει δὲ καί τινα τὰ τοιαῦτα ψυχαγωγίαν· *Ἐμνήσθην* γὰρ, φησὶν, *τοῦ Θεοῦ, καὶ ηὐφράνθην.*

Κρῖνόν μοι, Κύριε, κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου.

A *mihi injuste, qui oderunt me gratis et annuunt oculis.* Gratis, hoc est, sine causa. Neque enim ego injuria eos affeci, aut odiosum me præbui. Per annuentes vero oculis, adulatores intelligit, qui Sauli annuebant, hoc pacto detrahentes beato David, aut eum carpentes si quid aliquando præsens ille dixisset, aut fecisset.

VERS 20. *Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur, et in ira dolos cogitabant.* Pacifice quidem mecum olim versabantur amica loquentes, atque benevolentiam ac dilectionem præ se ferre videbantur. Verum summa cum ira, quam celabant, dolos contexebant, cogitantes quonam me pacto in pericula conjicerent.

VERS. 21. *Et dilataverunt super me os suum.* B Novissime etiam palam ac lato ore accusabant me, non clam amplius, aut voce submissa. Nam qui cupiunt latere, compressis pene labiis susurrant.

Dixerunt: Euge, euge, viderunt oculi nostri. Apud antiquos illi clamabant, *Euge*, *euge*, qui assecuti aliquid fuerant, quod optabant, repetitione illa lætitiam quamdam præ se ferentes. Videntes, inquit, inimici mei me fugientem, acclamaverunt verba illa lætitiæ, *Euge*, *euge*, significantes nimirum, eorum rem bene se habere. Quod sequitur, *Viderunt oculi nostri*, per se legendum est, et subintelligendum est aliquid [ut puta, Viderunt oculi nostri hostem nostrum David male affectum, seu in præceps delapsum]; vel: Viderunt oculi nostri id quod erat in votis. Id, quod facile subauditur, propterea que omittitur. Vel conjunctim etiam legi potest versiculus, ac si diceret : Bene viderunt oculi nostri quæ optabamus.

C VERS. 22. *Vidisti, Domine.* Ea nimirum quæ patior.

Ne sileas. Ne amplius sustineas. Nam qui sustinent, tacere solent.

Ne discedas a me. Nullus enim alius est mihi adjutor.

VERS. 23. *Exsurge, Domine, intende judicio meo.* Humano more hæc dicta sunt, ut sæpius diximus. Exsurge, inquit, Domine. Longanimis enim cum sis, adversus inimicos meos, dormire quodam modo videris. Et quid significat, *Intende*, vide in expositione psalmi quinti.

Deus meus et Dominus meus in causam meam. A communi sensu hoc in loco sumendum est verbum, *Intende*, et per causam judicium rursus D intelligit. Illa autem verba : *Deus meus, et Dominus meus*, et alia hujusmodi verba repetita, invocationis intensionem demonstrant, quæ ex intimo corde proveniat, et ardentis in Deum desiderii. Affert enim hujusmodi invocatio quoddam secum solamen, juxta illud : *Memor fui Dei, et lætatus sum* [17].

VERS. 24. *Judica mihi secundum justitiam meam.*

[17] Psal. LXXVI, 14.

Variæ lectiones.

(25) Al. μέντοι.

Judica hoc mihi, inquit, quod cum justus fuerim in iis omnibus quæ ad persecutores meos pertinent, ego contra ab illis injuria affectus sum.

Domine Deus meus, et non supergaudeant mihi. Superflua est conjunctio *et*; vel subaudienda est dictio : *Amabo*, ut sit sensus : Amabo! Domine Deus meus.

Vers. 25. *Ne dicant in corde suo : Euge, euge, animæ nostræ.* Hic etiam aliquid subintelligendum est [ut sit sensus : Ne dicant in corde suo : Factum est: euge, euge, animæ nostræ].

Ne dicant : Absorbuimus eum. In ore nimirum gladii. Hæc etenim dicerent, si me morti traderent.

Vers. 26. *Confundantur et revereantur simul qui gaudent malis meis.* Verba *confundantur et revereantur*, seu pudefiant, idem æque significant, quemadmodum et illa in sequentibus : *Lætentur et exsultent.* Confundentur autem, si vacui atque inanes re infecta reversi fuerint. Quod vero ait, *Simul*, idem sibi vult ac si dixisset : Uno atque eodem tempore omnes confundantur, qui gaudent malis, hoc est, infelicitatibus et infortuniis meis.

Induantur confusione et pudore, qui magna loquuntur super me. Hoc est, qui se jactant adversum me, et qui mala se mihi illatum ire gloriantur.

Vers. 27. *Exsultent et lætentur, qui volunt justitiam meam.* Hoc est qui volunt id, quod justum est in causa mea. Justum vero esset quod inimici me temere non impugnarent, sed potius in periculis mihi opem ferrent, cum innumeris eos semper affecerim beneficiis.

Et dicant semper, Magnificetur Dominus, qui volunt pacem servi tui. Dicant hoc, videntes me nimirum superasse impugnatores meos. *Magnificetur* autem, hoc est, Magnus ab omnibus reputetur.

Vers. 28. *Et lingua mea meditabitur justitiam tuam.* Si ea scilicet fiant quæ petii. Per justitiam autem Dei justum ejus judicium intelligit.

Tota die laudem tuam. A communi sensu hoc in loco etiam sumendum est verbum, *meditabitur*. *Tota* autem *die*, hoc est, per totam vitam; vivere enim quodammodo non videntur, qui dormiunt. Meditabitur igitur, id est, annuntiabit laudem tuam, quod perpetuum illi erit opus. Et hæc quidem sunt, quæ ad præsentis psalmi expositionem pertinent. Verum nobis etiam lector admonendus est, ut caveat ne ex hoc psalmo occasionem aliquando fortassis sumat imprecandi adversus inimicos : vel quia beatus David vitam ac conversationem legalem, et non evangelicam degebat, juxta quam postea Christus perfectiorem docens doctrinam aiebat : *Dictum est antiquis : Diliges proxi-*

A Δίκαιόν μοι, ὅτι δίκαιος πρὸς αὐτοὺς ὤν, ἠδίκημαι παρ' αὐτῶν.

Κύριε ὁ Θεός μου, καὶ μὴ ἐπιχαρείησάν μοι. Περιττὸς ὁ σύνδεσμος· ἢ ἐλλείπει τὸ *ναὶ*, ἵν' ᾖ· *Ναὶ, Κύριε ὁ Θεός μου.*

Μὴ εἴποισαν ἐν καρδίᾳ αὐτῶν, Εὖγε εὖγε, τῇ ψυχῇ ἡμῶν. Συνεξακούεται τῷ εὖγε τὸ Ἐγένετο.

Μηδὲ εἴποισαν· Κατεπίομεν αὐτόν. Τῷ στόματι τῆς ῥομφαίας· τοῦτο γὰρ ἂν εἴποιεν, εἴ με θανατώσουσιν.

B *Αἰσχυνθείησαν καὶ ἐντραπείησαν ἅμα οἱ ἐπιχαίροντες τοῖς κακοῖς μου.* Τὸ *αἰσχυνθείησαν καὶ ἐντραπείησαν*, ἐκ παραλλήλου ταὐτὸν δηλοῦσιν, ὡς κἂν τοῖς ἑξῆς τό· *ἀγαλλιάσθωσαν καὶ εὐφρανθήτωσαν*· αἰσχυνθήσονται δὲ, ἀποστραφέντες κενοὶ καὶ ἄπρακτοι· τὸ δὲ *Ἅμα*, ἀντὶ τοῦ, Πάντες ἐν ταὐτῷ· *κακοῖς μου* δὲ, ἤγουν ταῖς δυσπραγίαις μου.

Ἐνδυσάσθωσαν αἰσχύνην καὶ ἐντροπὴν οἱ μεγαλοῤῥημονοῦντες ἐπ' ἐμέ. Οἱ κατακαυχώμενοί μου, καὶ κακῶς με διαθήσειν φρυαττόμενοι.

Ἀγαλλιάσθωσαν καὶ εὐφρανθήτωσαν οἱ θέ- C *λοντες τὴν δικαιοσύνην μου.* Οἱ θέλοντες τὸ δίκαιόν μου. Δίκαιόν μου δέ ἐστι τὸ μὴ πολεμεῖσθαι μάτην, ἀλλὰ μᾶλλον σώζεσθαί με, μυρία τοὺς νῦν πολεμοῦντας εὐεργετήσαντα.

Καὶ εἰπάτωσαν διὰ παντὸς, Μεγαλυνθήτω ὁ Κύριος, οἱ θέλοντες τὴν εἰρήνην τοῦ δούλου σου. Εἴπωσι δὲ τοῦτο, θεασάμενοί με τῶν πολεμούντων ὑπερτερήσαντα. *Μεγαλυνθήτω* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Μέγας εἶναι πιστευθήτω παρὰ πᾶσι.

Καὶ ἡ γλῶσσά μου μελετήσει τὴν δικαιοσύνην σου. Εἰ γένηται ἃ ἐζήτησα. Δικαιοσύνην δὲ λέγει Θεοῦ τὴν δικαίαν κρίσιν.

Ὅλην τὴν ἡμέραν τὸν ἔπαινόν σου. Ἀπὸ κοινοῦ κἀνταῦθα *Μελετήσει*. *Ὅλην* δὲ *τὴν ἡμέραν*, D ἀντὶ τοῦ, Παρ' ὅλην ζωήν· τὴν γὰρ νύκτα κοιμώμενοι, οὐ δοκοῦμεν ζῆν. *Μελετήσει* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Ἀπαγγελεῖ, ἔργον διηνεκὲς ἕξει. Τοσαῦτα μὲν καὶ τοιαῦτα τὰ τοῦ ψαλμοῦ. Χρὴ δὲ τοὺς ἐντυγχάνοντας μὴ πρόφασιν εἰς τὰς κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἀρὰς ἐνταῦθα κομίσωσι, συνιδόντας (26), ὅτι Δαβὶδ νομικὴν πολιτείαν, ἀλλ' οὐκ εὐαγγελικὴν μετῄει. Ὁ δὲ Χριστὸς τὴν τελεωτέραν ὑποδεικνὺς ἀρετὴν, εἴρηκεν· *Ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις· Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς.* Ἄλλως τε καὶ ὁ Δαβὶδ οὐκ ἐπαρᾶται

Variæ lectiones.

(26) Al. ἐντεῦθεν κομίσασθαι συνειδότας.

μᾶλλον, ἀλλ' ἐν ἀρᾶς τύπῳ προσαγορεύει τὰ μέλλοντα συμβήσεσθαι τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ. Εἰ δὲ καὶ ἐπαρᾶται, νομικὸν τοῦτο, καθὰ προείρηται. Καὶ ἄλλως γάρ· *Τύπτε ἀδόκιμον*, φησὶν, *ἀργύριον, καὶ καθαρισθήσεται ἅπαν*· ἐπηρᾶτο γὰρ, οὐχ ὡς πικρὸς, ἀλλ' ὡς μισοπόνηρος, ἵνα μαστιχθέντες, φύγοιεν τὴν μέλλουσαν κρίσιν· ἢ ἵνα τούτων παθόντων, ἕτεροι γένωνται βελτίους. Δεῖ δὲ γινώσκειν, ὅτι τὰ πλείονα καὶ καιριώτερα τοῦ ψαλμοῦ εἰς τὸν Χριστὸν ἐκλαμβάνονται, τῶν ἀχαρίστων Ἰουδαίων καταδιωκόντων αὐτόν.

num tuum, et odio prosequeris inimicum tuum; ego autem dico vobis : Diligite inimicos vestros, benedicite persequentibus vos [78]; vel quia verba hæc beati David intelligenda sunt, non ut imprecentur, sed quod sub imprecationis modo ea prædicant, quæ inimicis eventura erant. Vel ea ratione fortassis imprecatur, qua scriptum est : *Percute argentum reprobum, et purgabitur.* Imprecabatur autem eis beatus David, non ut acerbus hostis, sed veluti is qui pravos omnes homines oderat, et optabat eos castigatione emendari, ut futurum ac horribile judicium evaderent, vel ut per illorum pœnas alii fierent meliores. Illud insuper addendum putamus ad prædicta, quod plura ac potiora ipsius psalmi verba Christo Domino recte accommodari possunt, adversus ingratissimos Judæos.

Εἰς τέλος τῷ παιδὶ Κυρίου, τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΛΕ'.

Διωκόμενος ὁ Δαβὶδ ὑπὸ Σαοὺλ, κατέφυγεν εἰς σπήλαιον κοιμηθησόμενος· ἦλθε δὲ καὶ Σαοὺλ, καὶ ἐνεκυλίσθη τούτῳ, μὴ εἰδὼς, ὅτι Δαβὶδ ἐκεῖ κέκρυπται. Νυκτὸς δὲ Δαβὶδ ἀναστὰς, ἐπέστησε αὐτῷ κοιμωμένῳ, καὶ φεισάμενος, περιεῖλε μόνον τὸ πτερύγιον τῆς διπλοΐδος αὐτοῦ, πρὸς ἀπόδειξιν. Εἶτα μεθ' ἡμέραν Σαοὺλ μὲν ἐξῆλθεν· Δαβὶδ δὲ ἀκολουθήσας, ἐβόησε πόῤῥωθεν, καὶ ὠνείδισεν αὐτῷ τὴν ἄδικον ἐπιβουλήν. Ἀνήγγειλε δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ δικαιοσύνην, ὑποδείξας τὸ τῆς διπλοΐδος πτερύγιον. Ὁ δὲ καταισχυνθεὶς, ὡμολόγησε, καὶ κατενύγη, καὶ λόγοις ἐπικεχρυσμένοις ἀγάπῃ πρὸς Δαβὶδ ἐχρήσατο. Πάλιν δὲ κατεδίωκεν. Ὅθεν βαρυθυμήσας ὁ Δαβὶδ, συνέθηκεν τὸν παρόντα ψαλμὸν, προηγουμένως μὲν αὐτοῦ καθαπτόμενος, ἔπειτα καὶ παντὸς δολίου στηλιτεύων κακοτροπίαν. *Εἰς τὸ τέλος* δὲ ἐπιγέγραπται, διὰ τὸ προφητεύειν ἐν αὐτῷ τὴν εἰς τέλος ἐκβεβηκυῖαν τῶν ἐχθρῶν ἀπώλειαν. Παῖς δὲ Κυρίου ὁ Δαβὶδ, ὡς ἐν τῇ ἐπιγραφῇ τοῦ ἑπτακαιδεκάτου ψαλμοῦ προεξηγ[illegible]

In finem ipsi puero Domini David.

PSALMUS XXXV.

Cum beatus David veritus Saulis persecutionem moraretur in deserto, et quamdam illic speluncam dormiturus subintrasset, venit eo loci persecutor ejus Saul, pernoctavitque, latere illic ignorans beatum David. Noctu itaque David consurgens, astitit supra dormientem, parcensque ei, fimbriam tantum diploidis gladio abstulit, in facti testimonium. Et postera die exeuntem illinc Saulem consecutus, ostensa fimbria diploidis acclamavit, exprobrans injustas illius insidias, et suam pariter justitiam annuntians. Ille autem pudore suffusus non mediocri, confessus est, et compunctus, verbisque dilectionem simulabat, rursus tamen eum persequebatur. Quod ægre ferens beatus David, præsentem psalmum composuit : primo quidem proposito ut illius vitium carperet, deinde etiam ut dolosi cujuslibet perversitatem notaret. *In finem* autem inscribitur, quia in eo inimicorum destructio prædicitur, quæ ad finem, seu exitum pervenit. Puer autem Domini dicitur beatus David duplici ratione, quemadmodum supra declaravi in inscriptione psalmi XVII.

Φησὶν ὁ παράνομος τοῦ ἁμαρτάνειν ἐν ἑαυτῷ. Τὸ *Φησὶν*, ἀντὶ τοῦ, Οἴεται, νοήσεις· καὶ τὸ, *τοῦ*, περιττόν· ἵν' ᾖ τοιοῦτος ὁ νοῦς· Οἴεται ὁ παράνομος ἁμαρτάνειν ἐν ἑαυτῷ, τουτέστιν ἐν μόνῃ τῇ ἑαυτοῦ συνειδήσει λεληθότως, ὡς μηδὲν τοῦ Θεοῦ βλέποντος. Ἢ καὶ ἄλλως· Φησὶν ἐν ἑαυτῷ ὁ παράνομος, ἤγουν μελετᾷ, ὥστε ἁμαρτάνειν· τοῦτο γὰρ ποτὲ μὲν ἐπιῤῥηματικῶς κεῖται, σημαῖνον τὸ *ὥστε*· ποτὲ δὲ, περιττῶς. Παράνομος δὲ ὁ Σαοὺλ, ὁ μισῶν τὸν φίλον αὐτοῦ καὶ γαμβρόν.

VERS. 2. *Dicit iniquus delinquere in seipso.* Dicit, id est, putat. Articulus autem τοῦ, qui habetur in Græco ante verbum *Delinquere*, superfluus est, ut sit sensus : Putat iniquus peccare in seipso, hoc est, putat se clam ac latenter delinquere posse, et in sua sola conscientia, ita ut neque ab ipso etiam Deo videri possit. Vel si articulum τοῦ nolis esse superfluum, et legere : Dicit iniquus, ut delinquat in se ipso : dic sensum esse, quod hujusmodi vir iniquus cogitat in seipso, hoc est intra se, ut perficiat. Solent enim hujusmodi articuli aliquando superflui jacere, aliquando etiam adverbialiter poni, ut declaravimus. Per iniquum autem hoc in loco Saulem ipsum intelligit, quem summa constat usum esse iniquitate, dum amicum [pariter ac benefactorem] et generum tanto odio prosequeretur.

Οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. Τοῦ τοιούτου δὲ πρὸ ὀφθαλμῶν τῆς ψυχῆς οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ· διὸ καὶ τοιαῦτα οἴεται, ἢ μελετᾶται, μὴ ἐνθυμούμενος, ὡς οὐ λέληθεν.

Non est timor Dei ante oculos ejus. Hoc est, ante oculos animæ hujus iniqui. Atque ideo ita cogitat, non perspiciens se latere non posse.

Ὅτι ἐδόλωσεν ἐνώπιον αὐτοῦ, τοῦ εὑρεῖν τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ, καὶ μισῆσαι. Καὶ γὰρ, φησιν, ὅρα

Quoniam dolose egit in conspectu suo, ut cognosceret peccatum suum, et odisset. Vide, inquit, quid

[78] Matth. v, 43, 44.

fecerit. Dolos expandit ante se, hoc est, prave ac A perverse egit in hoc, ut peccatum suum cognosceret et odisset; ut sit sensus: Noluit cognoscere peccatum suum, et odisse illud.

VERS. 3. *Verbum oris ejus iniquitas et dolus.* Ea, inquit, quæ de pace mecum tractabat, plena erant iniquitate et dolo, et venenum quodammodo in se occultum retinebant. Quæ res iniqua pariter erat et dolosa. Volebat enim Saul me securum confidere, atque hoc pacto nihil verentem comprehendere.

Noluit intelligere ut bene ageret. Noluit intelligentiam aliquam majorem habere, ut bonum aliquod faceret, vel cessaret ab insidiis.

VERS. 5. *Iniquitatem meditatus est in cubili suo.* B Etiam in lecto cubans prava in animo versabat. Neque enim quietis aut somni tempore quiescebat; unde summa illius malignitas demonstratur.

Astitit omni viæ non bonæ. Promptus est ad omne opus malum.

Malitiam autem non ægre tulit. Malitiam, inquit, grave quid esse non existimavit: hoc est, a se eam non repulit.

VERS. 6, 7. *Domine, in cœlo misericordia tua, et veritas tua usque ad nubes, justitia tua sicut montes Dei, judicia tua abyssus multa.* Quemadmodum superius summam Saulis pravitatem demonstravit, ita et nunc summam Dei bonitatem et longanimitatem describit, dicens: *Domine, in cœlo misericor-* C *dia tua, et veritas tua usque ad nubes*, hoc est, usque ad ipsum cœlum. Nubes enim usque ad cœlum ascendunt. *Justitia tua sicut montes Dei*, et per montes magnitudinem pariter et altitudinem significavit. Montes autem Dei dicuntur, veluti a Deo creati. *Judicia autem tua abyssus multa*, hoc est, Dispensationes tuæ immensum quoddam atque incomprehensibile sunt profundum.

VERS. 8. *Homines et pecora salvabis, Domine.* Salvare, seu salvari aliquando de æterna salute dicitur, juxta illud: *Et salvabuntur justi* [79]; aliquando vero de temporaria salute, ut nunc. Exponere enim debemus: *Salvabis*, hoc est, Vivificabis, D seu vitam eis præstabis. Tanta est, Domine, inquit, tua misericordia, ut non solum hominibus, sed ipsis etiam irrationalibus animantibus vitam præstes. Per pecora enim quæ cæteris omnibus animantibus mundiora sunt, omne animal irrationale significavit. *Salvabis* etiam dixit pro Salvas, tempus ponens pro tempore. Vel per homines eos intellige, qui duce vivunt ratione; per pecora vero, eos homines qui abjurata omni ratione, irrationabilium instar degunt. Vel per homines, Judæos intellige eruditos in lege, per pecora autem genti-

A τί πεποίηκεν. Δόλον ἥπλωσε πρὸ ἑαυτοῦ, τουτέστιν, ἐκακούργησεν ἐπιγνῶναι τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῦ· περιττὸν γὰρ κἀνταῦθα τὸ, τοῦ· Οὐκ ἠθέλησε διαγνῶναι ταύτην, καὶ μισῆσαι.

Τὰ ῥήματα τοῦ στόματος αὐτοῦ ἀνομία καὶ δόλος. Ἃ ἐλάλησέ μοι πρὸς εἰρήνην, ἀνομίας καὶ δόλου ἦσαν μεστὰ, ἐπικεκρυμμένον ἔχοντα τὸν ἰόν. Τοῦτο γὰρ ἅμα καὶ ἄνομον καὶ δόλιον· καὶ γὰρ ἐβούλετό με θαῤῥῆσαι, καὶ οὕτως ἑαλωκέναι ἀφύλακτον.

Οὐκ ἠβουλήθη συνιέναι τοῦ ἀγαθῦναι. Οὐχ εἵλετο λαβεῖν σύνεσιν, ὥστε ποιῆσαι τὸ καλὸν, ἤτοι παύσασθαι τῆς ἐπιβουλῆς.

B *Ἀνομίαν διελογίσατο ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ.* Καὶ κοιταζόμενος πονηρὰ ἐνεθυμεῖτο· οὐδὲ γὰρ κατὰ τὸν τῆς ἀναπαύσεως καιρὸν ἡσύχαζεν. Παριστᾷ δὲ διὰ τούτου τὴν ὑπερβολὴν τῆς πονηρίας αὐτοῦ.

Παρέστη πάσῃ ὁδῷ οὐκ ἀγαθῇ. Ἕτοιμος ἦν πρὸς πᾶσαν πρᾶξιν κακίας.

Κακίᾳ δὲ οὐ προσώχθισε. Τὴν κακίαν δὲ οὐκ ἐπιβαρυνόμιζε (27), τουτέστιν ἀπεσείσατο.

Κύριε, ἐν τῷ οὐρανῷ τὸ ἔλεός σου, καὶ ἡ ἀλήθειά σου ἕως τῶν νεφελῶν· ἡ δικαιοσύνη σου ὡς ὄρη Θεοῦ, τὰ κρίματά σου ἄβυσσος πολλή. Ὥσπερ ἄνω τὸ ὑπερβάλλον τῆς πονηρίας τοῦ Σαοὺλ ὑπέδειξεν, οὕτω κἀνταῦθα τῆς τοῦ Θεοῦ μακροθυμίας τὸ C μεγαλεῖον, καὶ τῆς ἄλλης χρηστότητος ὑπογράφει διὰ τῶν προκειμένων ῥητῶν. *Κύριε, ἐν τῷ οὐρανῷ τὸ ἔλεός σου·* καὶ *Ἐν τῷ οὐρανῷ*, ἀντὶ τοῦ, Ἕως τοῦ οὐρανοῦ, τουτέστιν, ὑψηλὸν καὶ πολύ. *Καὶ ἡ ἀλήθειά σου ἕως τῶν νεφελῶν*, ἀντὶ τοῦ, Ἕως τοῦ οὐρανοῦ πάλιν. Μέχρι γὰρ τοῦ οὐρανοῦ αὗται ἀνίασιν. *Ἡ δικαιοσύνη σου ὡς ὄρη Θεοῦ·* καὶ διὰ τῶν ὀρέων τὸ ὕψος καὶ μέγεθος ἠνίξατο. Ὄρη δὲ Θεοῦ, τὰ ὑπὸ Θεοῦ γεγενημένα. *Τὰ κρίματά σου ἄβυσσος πολλή·* αἱ οἰκονομίαι σου, βάθος ἄπειρον καὶ ἀκατάληπτον.

Ἀνθρώπους καὶ κτήνη σώσεις, Κύριε. Τὸ Σώζω, ποτὲ μὲν ἐπὶ τῆς ἀϊδίου σωτηρίας λέγεται, ὡς τό· *Σώζονται οἱ δίκαιοι·* ποτὲ δὲ καὶ ἐπὶ τῆς προσκαίρου, ὡς νῦν, ὃ δηλοῖ τὴν ἁπλῶς ζωοποίησιν. Τοιοῦ- D τος γὰρ, φησὶν, ὤν, ζωοποιεῖς οὐ μόνον ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ ἄλογα ζῶα. Διὰ γὰρ τῶν κτηνῶν, ὡς καθαρωτέρων, πᾶν ζῶον ἄλογον δεδήλωκε. *Σώσεις* δὲ, ἀντὶ τοῦ Σώζεις, ἀντιχρονίᾳ· ἢ ἀνθρώπους μὲν, τοὺς μετὰ λόγου ζῶντας· κτήνη δὲ, τοὺς ἀλογίστως βιοῦντας ἀνθρώπους. Ἢ ἀνθρώπους μὲν, τοὺς νόμῳ παιδαγωγουμένους Ἰουδαίους: κτήνη δὲ, τὰ φιλήδονα ἔθνη. Καὶ τὸ *Σώσεις* δὲ τάξομεν ἐπὶ μέλλοντος, ὡς ἐν προφητείᾳ. Σώσεις γὰρ αὐτοὺς πιστεύοντας τῷ Εὐαγγελίου τῷ κηρύγματι.

[79] Prov. XI, 21.

Variæ lectiones.

(27) Al. οὐκ ἐπὶ βαρεῖ (ἴσ. βαρὺ) νενόμικε.

les, voluptatem [olim, et carnis desideria pecorum instar] sectantes. Et tunc verbum *Salvabis* in sua permaneat significatione, et futuri sit temporis : et prophetiam continebunt hæc verba de fidelibus. Salvabis enim eos, qui crediderint audita prædicatione Evangelii.

Ὡς ἐπλήθυνας τὸ ἔλεός σου, ὁ Θεός. Τὸ Ὡς ἐνταῦθα, θαυμαστικόν (28) ἐστιν. Ἐκπλαγεὶς γὰρ τὴν ὑπερβολὴν τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος καὶ ἐλεημοσύνης, δι' ἣν σώζει τούτους κἀκείνους, ἐπιφωνεῖ, ὅτι Λίαν ἐπλήθυνας εἰς ἡμᾶς τὸ ἔλεός σου.

A *Quam multiplicasti misericordiam tuam, Deus.* Dictio, *quam*, hoc in loco admirantis animum demonstrat. Obstupescens enim Propheta bonitatem ac misericordiam summam Dei, qua hi pariter atque illi salvantur, inclamat ad Deum, dicens eum quam maxime suam in nos misericordiam multiplicasse.

Οἱ δὲ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου ἐλπιοῦσιν. Υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἀντὶ τοῦ, Ἄνθρωποι, καθὼς ἐν τῷ τετάρτῳ ψαλμῷ προείρηται· λέγει δὲ, ὅτι Ὅσοι κυρίως εἰσὶν ἄνθρωποι, μὴ παραχαράξαντες πονηραῖς πράξεσι τὴν προσηγορίαν, ἐν τῇ σκέπῃ τῆς παρὰ σοῦ θάλψεως καὶ φυλακῆς ἐλπιοῦσιν. Ἢ καὶ ἄλλως· πρόῤῥησις τοῦτο περὶ τῶν Χριστιανῶν.

Filii autem hominum in protectione alarum tuarum sperabunt. Filii hominum, hoc est homines, ut diximus in psalmo quarto. Ait igitur quod omnes qui veri homines sunt, et qui hujus nominis appellationem sceleribus suis non adulterarunt, in divina sperabunt protectione, quodque eos Deus ut avis proprios pullos fovebit ac custodiet. Et aliter intelligi potest versiculus, ut sit prophetia de Christianis.
B

Μεθυσθήσονται ἀπὸ πιότητος οἴκου σου. Μέθην ἐνταῦθα τὴν εὐφροσύνην καλεῖ, ὥσπερ καὶ πιότητα τὸν πλοῦτον. *Οἶνός τε γὰρ εὐφραίνει καρδίαν ἀνθρώπου*· καὶ ἡ πιότης περισσεία ἐστὶ τοῦ λίπους. Τοιαύτην δὲ διάνοιαν ἔχει τὸ ῥητὸν, ὅτι Οἱ τοιοῦτοι εὐφρανθήσονται ἀπὸ τοῦ πλούτου τοῦ οἴκου σου· οἶκος μὲν γὰρ τοῦ Θεοῦ, ἡ Ἐκκλησία· πλοῦτος δὲ αὐτῆς, τὰ εὐσεβῆ δόγματα, εὐφραίνοντα πνευματικῶς τοὺς μεταλαμβάνοντας. Ἢ οἶκος μὲν τοῦ Λόγου καὶ Θεοῦ, ἡ προσληφθεῖσα ἔμψυχος σὰρξ, ἐν ᾗ ἐσκήνωσε· πιότης δὲ, ἡ παρὰ τούτου διδασκαλία, ἄρδουσα ψυχὰς καὶ πιαίνουσα καὶ εὐφραίνουσα· ὡς δύνασθαι μετὰ Παύλου λέγειν· *Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ;*

VERS. 9. *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ.* [*Inebriabuntur*, hoc est Lætabuntur.] Lætitiam enim hic ebrietatem appellat, quemadmodum et divitias ubertatem. *Vinum* enim, ut alibi inquit Propheta, *lætificat cor hominis* [80]. Ubertas etiam copiam quamdam ampliorem significat. Hujusmodi, inquit, homines læti erunt a divitiis domus tuæ. Domus autem Dei Ecclesia est, cujus divitiæ pia sunt dogmata, quæ ipsos dogmatum participes spirituali afficiunt lætitia. Vel per domum Dei, Verbi carnem intellige : illam nimirum quam simul cum anima assumpsit, et in qua habitavit; et per ubertatem, Christi doctrinam, quæ animas
C irrigat, impinguat, et lætificat ; ita ut cum Paulo dicere possint : *Quis nos separabit a charitate Christi* [81] ?

Καὶ τὸν χειμάῤῥουν τῆς τρυφῆς σου ποτιεῖς αὐτούς. Τὸ αὐτὸ πάλιν κἀνταῦθα νόημα· μέθης γὰρ μνημονεύσας, ἀκολούθως καὶ περὶ πόματος διέλαβε. Καὶ τὸν ποταμὸν τῆς παρὰ σοῦ, φησὶ, χορηγουμένης εὐφροσύνης ποτίσεις αὐτούς. Χειμάῤῥους δὲ τρυφῆς, τὸ ῥεῦμα τῆς εὐφροσύνου διδασκαλίας· χειμάῤῥους μὲν, διὰ τὸ πρόσκαιρον τῆς διὰ στόμα τοῦ Χριστοῦ διδαχῆς, καὶ τὸ ἰσχυρὸν αὐτῆς καὶ βίαιον εἰς ἀντίῤῥησιν, καὶ τὸ ἀπὸ προφητικῶν λόγων συγκεκροτημένον· καὶ ὁ χειμάῤῥους γὰρ, πρόσκαιρος, καὶ σφοδρὸς, καὶ βίαιος, καὶ ἀπὸ συῤῥοίας ὑδάτων συμπεφορημένος· τρυφὴ δὲ, ὡς εὐφραίνουσα καὶ πιαίνουσα, καθὼς εἰρήκαμεν. Τινὲς δὲ πιότητα μὲν οἴκου, τοῦ Λόγου καὶ Θεοῦ λέγουσι τὸ καταῤῥεῦσαν αἷμα τῆς ἀχράντου πλευρᾶς· χειμάῤῥους δὲ, τὸ συνεκχυθὲν αὐτῷ ὕδωρ. Καὶ γὰρ ἐν καιρῷ χειμῶνος ἐῤῥύησαν, ἃ καὶ ἄμφω ἐμέθυσαν ἡμᾶς, ὡς ἐκβακχευθῆναι πρὸς σωτηρίαν, καὶ ἐκστῆναι τῆς προτέρας ἀπάτης καὶ πλάνης, καὶ ηὔφραναν.

Et torrente deliciarum tuarum potabis eos. Eamdem repetit sententiam, et cum ebrietatis meminerit, consequenter et poculum addidit : Potabis enim eos, inquit, flumine ejus lætitiæ, quæ a te subministratur. Torrentem autem deliciarum, jucundissima Christi doctrinæ fluenta appellavit : torrentem quidem ob tempestivam doctrinam, quæ certo tempore ab ore Christi defluebat, propterque ejus vehementiam, ac vim (ut ita dicam) indetentam, et propter multa quæ de propheticis sermonibus in unum collecta adducebat. Torrens enim ad tempus fluit, et vehemens est ac violentus, et
D ex multiplici confluit aquarum concursu ; delicias autem ideo dixit, quia lætificant et impinguant. Aliqui per ubertatem domus Dei, sanguinem Christi intelligunt, qui ex illius immaculato latere defluxit, et per torrentem, aquam illam, quæ tunc temporis cum sanguine pariter effusa est, et quæ (ut Græcæ dictionis etymologia indicat) hiberno tempore defluxit [hyems enim erat quando passus est Dominus], quæ etiam inebriavit nos, ita ut debacchati

[80] Psal. CIII, 15. [81] Rom. VIII, 35.

Variæ lectiones.

(28) Al. θαυμαστόν.

simus ad salutem, et a priori errore quo seducebamur in tutum educti, et summa affecti lætitia.

A VERS. 10. *Quoniam apud te est fons vitæ.* Quoniam tu es qui vitam præstas. *Ego sum*, inquit, *via, veritas, et vita* [81]; in seipso enim Christus vitæ, ut ita dicam, scaturiginem habet, et non aliunde: quemadmodum sancti illi habuere qui aliquando mortuos suscitarunt; vel: Quia apud te Patrem, Filius qui perennis est vitæ largitor, inseparabilis permanet: *Ego* enim, inquit, *in Patre, et Pater in me est* [82]. Fontem autem vitæ appellat, quemadmodum et alibi Jeremias dicens ex ejus persona: *Et me fontem vitæ reliquerunt.*

In lumine tuo videbimus lumen. Hic theologiam tradit de sancta Trinitate ex fidelium persona loquens. Nos, inquit, o Pater, qui fideles futuri sumus, per lumen, hoc est, per divinitatem Filii tui, cognoscemus lumen Spiritus sancti. Nam si Deus B [ut inquit Gregorius Theologus] lumen triplex est, consequenter unaquæque in Deo persona lumen dicenda est. Filius igitur docuit de Spiritu sancto, Paracletum alium consolatorem atque alium advocatum eum appellans, ejusdemque potestatis atque ejusdem esse honoris significans. Vel aliter, Nos a sancto Spiritu illuminati radios lucis Filii tui contemplabimur. *Nemo enim potest dicere Dominum Jesum nisi in Spiritu sancto* [84]. [Item alibi:] *Deus nobis revelavit per Spiritum sanctum* [85].

VERS. 11. *Extende misericordiam tuam cognoscentibus te.* Perpetuo eorum miserere, qui divinitatis cognitione digni sunt: quod Propheta nunc dicit rogantis in morem.

Et justitiam tuam iis, qui recto sunt corde. Et assidue præsta justum auxilium tuum iis qui in ser- C monibus atque actionibus suis recti sunt.

VERS. 12. *Non veniat mihi pes superbiæ.* Pedem superbiæ pro integra ponit superbia, veluti totum a parte. Non dominetur mei, inquit, superbia. Superbiæ autem nomine omne vitium significavit: quoniam vertex est et genitrix peccatorum omnium superbia.

Et manus peccatoris non concutiat me. Hoc est, ipse peccator, a parte totum significans [ut supra diximus], et per peccatorem ipsum demonem intelligit, vel Saulem, aut alium ex omni parte scelestum. *Non concutiat* autem, hoc est, Non moveat ab illa nimirum stabilitate ac sede, quam in virtute collocavi.

D VERS. 13. *Illic ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem. Illic*, id est, in loco illo, seu in tempore a Deo constituto. Et non dixit, Cadent, sed *Ceciderunt:* veluti qui propheticis oculis illorum ruinam cerneret. Intelligit autem Saulem et sequaces, aut alios hujusmodi scelestos homines.

Expulsi sunt, et non potuerunt stare. Expulsi jam

A *Ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς.* Τοῦτο βούλεται λέγειν· Ὅτι σὺ εἶ ὁ ζωοδότης· καὶ γάρ φησιν ὁ Χριστός· *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή*· ἐν αὐτῷ γὰρ εἶχε τὴν βλύσιν τῆς ζωῆς, καὶ οὐκ ἔξωθεν, ὡς οἱ νεκροὺς ἀναστήσαντες ἅγιοι· ἢ· Ὅτι παρὰ σοὶ τῷ Πατρὶ ὁ ζωοδότης, ὡς ἀχώριστος. Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, *ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί.* Πηγὴ δὲ ζωῆς, ὅτι καὶ διὰ Ἱερεμίου φησίν· *Ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζωῆς.*

Ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. Τοῦτο θεολογία, περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος προφητεύουσα, ὅτι Ἡμεῖς οἱ πιστεύειν μέλλοντες διὰ τοῦ Υἱοῦ σου Πατρὸς ἐπιγνωσόμεθα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Εἰ γὰρ φῶς τρι- B λαμπὲς ὁ Θεὸς, ἕκαστον τῶν τριῶν προσώπων φῶς ἐστιν. Ὁ Υἱὸς τοίνυν ἐδίδαξε περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, Παράκλητον αὐτὸ καλέσας, καὶ ὁμοδύναμον καὶ ἰσότιμον. Ἢ καὶ τὸ ἀνάπαλιν (29), Ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος φωτιζόμενοι, τὰς ἀκτῖνας τοῦ Υἱοῦ θεωροῦμεν· *Οὐδεὶς γὰρ δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.* Καὶ, *Ἡμῖν ὁ Θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος αὐτοῦ.*

Παράτεινον τὸ ἔλεός σου τοῖς γινώσκουσί σε. Διηνεκῶς ἐλέει τοὺς τῆς θεογνωσίας ἠξιωμένους. Λέγει τοῦτο παρακαλῶν.

Καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τοῖς εὐθέσι τῇ καρ- C *δίᾳ.* Καὶ διηνεκῆ δίδου τὴν δικαίαν σου βοήθειαν τοῖς ὀρθοῖς περί τε λόγον καὶ πρᾶξιν.

Μὴ ἐλθέτω μοι ποὺς ὑπερηφανίας. Τουτέστιν ὑπερηφανία, ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν· λέγει δὲ, ὅτι Μὴ προσγένοιτό μοι ὑπερηφανία. Διὰ δὲ τῆς ὑπερηφανίας, πᾶσαν κακίαν ᾐνίξατο· κορυφαία γὰρ αὕτη καὶ γεννήτρια πάσης κακίας ἐστί.

Καὶ χεὶρ ἁμαρτωλοῦ μὴ σαλεύσαι με. Τουτέστιν ἁμαρτωλὸς, ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν. Λέγει δὲ τὸν διάβολον, ἢ τὸν Σαοὺλ, ὡς παράνομον, ἢ πάντα πονηρόν. *Σαλεῦσαι* δὲ, τὸ παρακινῆσαι τῆς ἑδραίας βάσεως, τῆς ἐν ἀρετῇ.

D *Ἐκεῖ ἔπεσον πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν.* Τὸ *Ἐκεῖ*, ἀντὶ τοῦ, Ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ, ἢ τῷ ὡρισμένῳ παρὰ Θεοῦ. Οὐκ εἶπε δὲ, Πεσοῦνται, ἀλλ' *Ἔπεσον*, οἷα τοῖς προφητικοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδὼν τὴν πτῶσιν αὐτῶν. Λέγει δὲ Σαοὺλ τε καὶ τοὺς περὶ Σαοὺλ, καὶ εἴ τις πονηρός.

Ἐξώσθησαν, καὶ οὐ μὴ δύνωνται στῆναι.

[81] Joan. xiv, 6. [82] Ibid. 10. [84] I Cor. xii, 3. [85] I Cor. ii, 1.

Variæ lectiones.

(29) Al. διὰ τὸ ἀνάπαλιν.

Ἐξώσθησαν ἤδη τῆς παρὰ Θεοῦ βοηθείας, διὰ τὴν κακίαν αὐτῶν, καὶ λοιπὸν οὐ δύνωνται στερεωθῆναι εἰς τὸ ζῆσαι.

A sunt a divino auxilio, ob eorum scilicet vitia, et deinceps firmari non poterunt.

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΛϚ΄.

Νουθεσίας ὁ ψαλμὸς οὗτος περιέχει, παραινῶν παντὶ μακροθύμως τὰ συμπίπτοντα φέρειν, καὶ μὴ προσέχειν ταῖς εὐημερίαις τῶν πονηρῶν.

Psalmus ipsi David.

PSALMUS XXXVI.

Admonitiones continet hic psalmus. Admonet enim ut unusquisque varios rerum eventus patienter ferat, et mentem non adhibeat ad pravorum hominum prosperitates.

Μὴ παραζήλου ἐν πονηρευομένοις. Ἔστιν μὲν εἰπεῖν παραζήλωσιν τὴν μίμησιν, οἷον, Μὴ μιμοῦ τοὺς πονηρευομένους, εἰ εὐπραγοῦσιν. Ἔστι δὲ εἰπεῖν καὶ τὸν ἐρεθισμὸν, οἷον, Μὴ ἐρεθίζου πρὸς λύπην, τοὺς πονηροὺς βλέπων εὐροοῦντας. Ἡ δὲ σύνταξις ἀδιάφορος κεῖται, καθ' Ἑβραϊκὸν ἰδίωμα.

VERS. 1. *Ne æmuleris in malignantibus.* Æmulationem imitationem appellat; ac si diceret: Noli imitari malignantes, tametsi secunda eos videas florere fortuna. Possumus etiam æmulationem pro irritatione intelligere [quemadmodum Græca dictio significantius exprimit] zelum, æmulationem appellans. Unde etiam verbum suum deducit. Ac si diceret: Noli irritari, aut mœrere, quando pravos vides felicem vitam degere. Constructio autem hoc in loco indifferens est, et regulam non servat, juxta Hebraicum idioma.

Μηδὲ ζήλου τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν. Πολλοὶ γὰρ βλέποντες τοὺς κακοὺς εὐθηνουμένους, παροξύνονται πρὸς μίμησιν αὐτῶν ἐκ μικροψυχίας, ὅπερ ὡς ὀλέθριον ἀποτρέπει. Ἔστι δὲ ζῆλος ὄρεξις κτήσεως τοῦ δοκοῦντος προσεῖναι τῷ πέλας ἀγαθοῦ. Τάττεται δὲ κυρίως μὲν ἐπὶ καλοῦ· πολλάκις δὲ, ἐπὶ κακοῦ. Οὗτος δὲ ὁ στίχος σαφηνιστικός ἐστι τοῦ πρώτου, καὶ συνῳδός. Ἢ Μὴ ζήλου, ἀντὶ τοῦ, Μὴ μακάριζε μηδὲ εὔχου ὁμοιωθῆναι.

B *Neque æmuleris facientes iniquitatem.* Multi enim quoties pravos vident externis hisce bonis abundare, pusillanimitate ducti, ad illorum imitationem incitantur. Quam rem Propheta veluti perniciosam detestatur. Est autem æmulatio [seu potius juxta Græcam litteram, zelus] appetitus quidam possidendi bonum illud, quod quis videt in alio; et proprie quidem ponitur in bonum, sæpenumero etiam in malum. Versiculus vero iste proxime superiorem versiculum declarat, atque ejusdem est sensus cum illo. Vel *Ne æmuleris*, hoc est: Noli beatos eos dicere, nec precari, ut similis eis fias.

Ὅτι ὡσεὶ χόρτος ἀποξηρανθήσονται. Μὴ ἔχοντες ῥίζαν ἰσχυράν.

VERS. 2. *Quoniam sicut herba, cito exarescent.* Non habentes scilicet radicem validam.

Καὶ ὡσεὶ λάχανα χλόης ταχὺ ἀποπεσοῦνται. Τὸ αὐτὸ πάλιν δηλοῖ. Λάχανα δὲ χλόης, ἀντὶ τοῦ, χλοάζοντα, καὶ θάλλοντα, ἢ τὰ ὄντα τοῦ γένους τῆς χλόης. Ταῦτα γὰρ ξηραινόμενα, ὑποῤῥεῖ.

Et quasi olera herbarum cito decident. Idem rursus repetit. Olera autem herbarum dixit pro ipsis C herbis, vivis nimirum ac virentibus, vel pro iis quæ pertinent ad genus herbarum. Hæc enim omnia defluunt cum aruerint.

Ἔλπισον ἐπὶ Κύριον καὶ ποίει χρηστότητα. Ἔλπισον, ὅτι οὐ περιόψεται τοὺς πόνους τῶν ἐναρέτων, καὶ μόνον ἐργάζου τὸ καλόν· τοῦτο γὰρ νῦν ἡ χρηστότης σημαίνει.

VERS. 3. *Spera in Domino et fac bonitatem.* Spera, inquit, in Domino qui virtutum tuarum labores non despiciet, et quod bonum est, operare. *Bonitatem* enim posuit pro Bono.

Καὶ κατασκήνου τὴν γῆν. Οὕτω δὲ ποιῶν, ἀφόβως κατασκήνου· τὸν Θεὸν γὰρ ἔχεις φύλακα.

Et inhabita terram. Sic faciens, inquit, intrepide quam habes habitationem posside. Deum enim tui custodem habes.

Καὶ ποιμανθήσῃ ἐπὶ τῷ πλούτῳ αὐτῆς. Καὶ ποιμανθήσῃ παρὰ Θεοῦ, ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς αὐτῆς· ὥστε τῶν μὲν χρησίμων ἀπολαύειν, τῶν δὲ βλαβερῶν ἀπέχεσθαι.

Et pasceris in divitiis ejus. Et pasceris a Deo in bonis ejus, ita ut utilibus fruaris, et a noxiis non lædaris.

Κατατρύφησον τοῦ Κυρίου. Ἐνηδύνθητι τῷ Κυρίῳ, διὰ τῆς ἀκορέστου ἀγάπης αὐτοῦ, ἢ διὰ τῆς ἀπλήστου μελέτης τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ.

VERS. 4. *Deliciare in Domino.* Delectare, inquit, in Domino, per immensam nimirum atque insatia- D bilem ejus dilectionem, aut per inexplebilem mandatorum ejus, ac divinæ legis contemplationem.

Καὶ δώῃ σοι τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σου. Δώῃ, ἀντὶ τοῦ Δώσει, εὐκτικὸν ἀντὶ μέλλοντος. Ἀγαπῶν γὰρ τὸν Θεὸν, οὐδὲν αἰτήσεις ἀνάξιον.

Et det tibi petitiones cordis tui. Δώῃ *det*, pro Δώσει, *dabit*, optativum pro futuro. Cum enim diligas Deum, nihil ab eo indignum postulabis.

Ἀποκάλυψον πρὸς Κύριον τὴν ὁδόν σου. Ὁδὸν νῦν τὴν πολιτείαν ὑποληπτέον, ἣν κελεύει ποιῆσαι ἀξίαν ἐπισκοπῆς Θεοῦ· γινώσκει γὰρ Κύριος ὁδὸν δικαίων· καὶ ζήτει σαφέστερον εἰς τὸ τέλος τοῦ πρώτου ψαλμοῦ.

VERS. 5. *Revela Domino viam tuam.* Per viam nunc conversationem ac vitæ normam intelligit, quam visitatione ac custodia Dei dignam fieri jubet. *Novit* enim *Dominus vias justorum* [84]. De quo vide, quæ circa finem primi psalmi dicta sunt.

[84] Psal. I, 6.

Spera in eo. Rursus spem protendit, tanquam necessariam iis qui in afflictionibus sunt constituti; sola enim spes minuit dolores.

Et ipse faciet. Faciet nimirum, quæ petis, et quæ conducunt.

VERS. 6. *Et educet quasi lumen justitiam tuam.* Justitia hoc in loco sumenda est pro justa sententia. Et educet, inquit, justam de te sententiam, luminisque cujusdam instar fulgentem ac conspicuam coram omnibus constituet. *Pater tuus,* inquit alibi, *qui videt in occulto, reddet tibi in manifesto* [87]. Vel afferet virtutem tuam in medium, divulgans eam quasi purum lumen, et prædicans in tempore opportuno.

Et judicium tuum tanquam meridiem. Eamdem repetit sententiam. Meridies enim pura et sincera est ac fulgentissima diei lux. Vel educet judicium tuum, hoc est, conversationem ac vitam illam quam judicio tuo tibi sectandam proposuisti, publicabit, et omnibus notam faciet, ut meridiem. Meridies enim omnibus est manifestus, veluti splendidissima ac lucentissima diei pars.

Subditus esto Domino. Servans nimirum illius mandata, et non ægre ferens flagella ab eo missa, sed gratias ei agens, quasi erudienti te ac castiganti.

Et ora eum. Ut scilicet misereatur tui et protegat te.

VERS. 7. *Ne æmuleris in eo, qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniquitatem.* Hæc verba eumdem sensum habent, quam illa: *Ne æmuleris in malignantibus, neque æmuleris facientes iniquitatem:* verum apertiora sunt. Et, dum ait: *In eo, qui prosperatur in via sua,* distinxit de quonam loquatur: de injusto nimirum. Nam alioquin, si justus sit, qui prosperatur, imitari eum debemus.

VERS. 8. *Desine ab ira, et derelinque furorem.* Cum vides, inquit, injustos homines in secunda esse fortuna, noli irasci, aut indignari erga eos, quasi præter id prosperentur, quod par est: neque tecum ipse illud doleas, quod ob summum tuum erga virtutes amorem potius infelicior sis. Ira autem et indignatio hic idem significant: verum si eorum differentiam quæris, vide quæ exponendo dixerimus circa principium sexti psalmi.

Ne æmuleris, ut maligneris. Quia pravos aliquando, et aliquando bonos æmulamur, primam æmulationis speciem avertit. Nam æmulari ad bonum, rectum est. Et considera quomodo in principio psalmi obscurius hujusmodi admonitionem tradidit, et quomodo deinceps procedendo, aliquanto eam apertius declaravit, ac nunc tandem plenius manifestam facit. Eadem autem sæpius repetit Propheta, et supra atque infra ea revolvit, sperans hac sermonis perpetuitate firmam ac stabilem doctrinam in auditorum aures immittere. Deinde ponit causam, quare malignandum non sit.

[87] Matth. VI, 4.

A *Καὶ ἔλπισον ἐπ' αὐτόν.* Πάλιν τὴν ἐλπίδα προτείνει, ὡς ἀναγκαίαν τοῖς ἐν θλίψεσι· μόνη γὰρ αὐτοῖς ἐπικουφίζει τὸ ἄλγος.

Καὶ αὐτὸς ποιήσει. Ποιήσει ἃ ἐλπίζεις, ἃ αἰτεῖς, ἃ συμφέρει.

Ἐξοίσει ὡς φῶς τὴν δικαιοσύνην σου. Δικαιοσύνην ἐνταῦθα ληπτέον τὴν δικαίαν ἀπόφασιν. Καὶ ἐξενέγκῃ, φησὶ, τὴν παρὰ σοῦ δικαίαν ἀπόφασιν, ὡς φῶς λαμπρὰν ἐνώπιον ἁπάντων. *Ὁ Πατήρ σου* γὰρ, φησὶν, *ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ.* Ἢ ἐξενέγκῃ τὴν ἀρετήν σου εἰς τὸ μέσον, ὡς φῶς καθαρὸν δημοσιεύων αὐτὴν, καὶ ἀνακηρύττων ἐν καιρῷ τῷ προσήκοντι.

Καὶ τὸ κρῖμά σου ὡς μεσημβρίαν. Ἢ ταὐτὸν
B λέγει τῇ προτέρᾳ ἐξηγήσει, τῇ περὶ τῆς ἀποφάσεως· μεσημβρίαν γὰρ τὸ ἀκραιφνὲς καὶ ἀκμαῖον τοῦ φωτὸς τῆς ἡμέρας· ἢ πάλιν *Τὸ κρῖμά σου,* τουτέστιν, Ἣν ἔκρινας καὶ εἵλου πολιτείαν, δημοσιεύει ὡς μεσημβρίαν· πᾶσι γὰρ ἡ μεσημβρία κατάδηλος, οἷα λαμπροτάτη.

Ὑποτάγηθι τῷ Κυρίῳ. Φυλάττων τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ· ἢ καὶ μὴ δυσανασχετῶν πρὸς τὰς ἐπαγομένας μάστιγας, ἀλλ' εὐχαριστῶν παιδεύοντι.

Καὶ ἱκέτευσον αὐτόν. Ὥστε ἐλεηθῆναι καὶ σκεπασθῆναι.

*Μὴ παραζήλου ἐν τῷ κατευοδουμένῳ ἐν τῇ
C ὁδῷ αὐτοῦ, ἐν ἀνθρώπῳ ποιοῦντι παρανομίαν.* Ταῦτα ταὐτὸν μὲν δύνανται τῷ· *Μὴ παραζήλου ἐν πονηρευομένοις, μηδὲ ζήλου τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν·* κεῖνται δὲ φανερώτερον. Εἰπὼν δὲ, *Ἐν τῷ κατευοδουμένῳ ἐν τῇ ὁδῷ αὐτοῦ,* διέστειλε περὶ ποίου λέγει, ὅτι περὶ τοῦ παρανόμου· τὸν γὰρ δίκαιον εὐοδούμενον μιμεῖσθαι χρεών.

Παῦσαι ἀπὸ ὀργῆς, καὶ ἐγκατάλιπε θυμόν. Βλέπων τοὺς ἀδίκους εὐημεροῦντας, μὴ ὀργίζου, μηδὲ θυμοῦ, μήτε κατ' αὐτῶν, ὡς παρ' ἀξίαν εὐτυχούντων, μήτε κατὰ σεαυτοῦ, ὡς διὰ τὸ φιλεῖν τὴν ἀρετὴν μᾶλλον δυστυχοῦντος. Ἐκ παραλλήλου δὲ νῦν ὀργὴ καὶ θυμός· εἰ δὲ καὶ διαφορὰν ζητεῖς, εὑρήσεις ἐν ἀρχῇ τοῦ ἕκτου ψαλμοῦ.

D

Μὴ παραζήλου ὥστε πονηρεύεσθαι. Ἐπεὶ παραζηλοῖ τις καὶ εἰς πονηρὸν καὶ ἀγαθὸν, τὸ πρῶτον ἀποτρέπει· τὸ γὰρ παραζηλοῦν, ὥστε χρηστεύεσθαι, καλόν ἐστιν. Ὅρα δὲ ὅπως ἐν ἀρχῇ τὸ, *Μὴ παραζήλου,* δύσφραστον τέθεικε· παρακατιὼν δὲ, σαφέστερον αὐτὸ προστέθηκε· νῦν δὲ τέλεον αὐτὸ ἐσαφήνισεν. Πολλάκις δὲ τὰ αὐτὰ λέγει, καὶ ἄνω καὶ κάτω στρέφει, βεβαίαν τὴν διδασκαλίαν ταῖς τῶν ἀκροατῶν ψυχαῖς ἐναπεργάσασθαι διὰ τῆς συνεχείας πραγματευόμενος. Εἶτα τίθησι καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ μὴ δεῖν πονηρεύεσθαι.

Ὅτι οἱ πονηρευόμενοι ἐξολοθρευθήσονται. A Τοῦτο μὲν, σωματικῶς κινδυνεύοντες· τοῦτο δὲ, ψυχικῶς.

Οἱ δὲ ὑπομένοντες τὸν Κύριον, αὐτοὶ κληρονομήσουσι γῆν. Τὴν ἐπουράνιον κατοικίαν· πολλάκις δὲ καὶ τὴν ἐνταῦθα. Ἔστι δὲ καὶ γῆ ἐπουράνιος· ἐπεὶ καὶ Ἱερουσαλὴμ ἐπουράνιος. Ἡ γῆν, τὴν τοῦ παραδείσου.

Καὶ ἔτι ὀλίγον, καὶ οὐ μὴ ὑπάρξει ὁ ἁμαρτωλός. Οὐ μακροχρονίσει· σβεσθήσεται γὰρ ἡ πονηρία αὐτοῦ, εἰ καὶ δοκεῖ μακροχρονεῖν. Ἀλλ' οὐ πρὸς τὴν ἡμετέραν εἴρηται τοῦτο μικροψυχίαν, πρὸς δὲ τὴν μακροθυμίαν τοῦ Θεοῦ.

Καὶ ζητήσεις τὸν τόπον αὐτοῦ, καὶ μὴ εὕρῃς. B Οὐ μὴ εὕρῃς αὐτὸν τὸν ἁμαρτωλὸν, ἤδη τεθνηκότα· ἢ τὸν τόπον αὐτοῦ, εὐθὺς γεγενημένον ἑτέρου.

Οἱ δὲ πραεῖς κληρονομήσουσι γῆν. Οἱ μακρόθυμοι καὶ οἱ ὑπομονητικοί. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ Σωτὴρ εἶπεν ἐν τοῖς τοῦ Εὐαγγελίου μακαρισμοῖς· ἃ γὰρ διὰ τῶν προφητῶν εἰρήκε, ταῦτα καὶ δι' οἰκείας γλώττης ὕστερον ἐβεβαίωσεν. Εἰκότως δὲ τὴν ἐκεῖ γῆν κληρονομήσουσι, διότι ταύτης καὶ τῶν ταύτης ἀποστεροῦνται διὰ πραότητα.

Καὶ κατατρυφήσουσιν ἐπὶ πλήθει εἰρήνης. Καὶ καταπολαύσουσι τῆς γῆς ἐκείνης, ἐν εἰρήνῃ πολλῇ· ἐκεῖ γὰρ ἀπέδρα ὀδύνη, λύπη καὶ στεναγμός.

Παρατηρήσεται ὁ ἁμαρτωλὸς τὸν δίκαιον. C Λοξῶς ὑποβλέψει, πονηρὰ μελετῶν.

Καὶ βρύξει ἐπ' αὐτὸν τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ. Τρύσει, πρίσει, ζητῶν μονονουχὶ διαμασσήσασθαι τοῦτον, ὅ ἐστι τῆς ἐν τῇ καρδίᾳ μανίας σύμβολον. Νοεῖται δὲ ἁμαρτωλὸς καὶ ὁ διάβολος, ὃς παρατηρεῖ καὶ βρύχει νοητῶς, ὡς ἀσώματος.

Ὁ δὲ Κύριος ἐκγελάσεται αὐτόν. Φαυλίσει ὡς ἀσθενῆ, καὶ μηδὲν ἕτερον, ἢ πονηρόν.

Ὅτι προβλέψει, ὅτι ἥξει ἡ ἡμέρα αὐτοῦ. Προορᾷ γὰρ ὡς Θεὸς ἐρχομένην τὴν ἡμέραν τῆς καταστροφῆς αὐτοῦ.

Ῥομφαίαν ἐσπάσαντο οἱ ἁμαρτωλοὶ, ἐνέτειναν τόξον αὐτῶν τοῦ καταβαλεῖν πτωχὸν καὶ πένητα, D *τοῦ σφάξαι τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ.* Μὴ φέροντες ὅλως αὐτοὺς ὁρᾷν. Τὴν γὰρ δικαιοσύνην τούτων ἔλεγχον ἑαυτῶν ἡγοῦνται παρανομίας. Πρὸς μὲν οὖν τόξον τὸ *καταβαλεῖν* τέθειται· πρὸς δὲ τὴν ῥομφαίαν, τὸ *σφάξαι*. Τῇ διαφορᾷ δὲ τῶν ὅπλων τὰς διαφόρους ἐπιβουλὰς αἰνίττεται. Πτωχὸν δὲ καὶ πένητα ἀδιαφόρως εἴρηκεν, εἰς ἔμφασιν οἴκτου.

Ἡ ῥομφαία αὐτῶν εἰσέλθοι εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν, καὶ τὰ τόξα αὐτῶν συντριβείη. Αἱ ἐπιβουλαὶ αὐτῶν κατ' αὐτῶν περιτραπείησαν, καὶ ἐμπέσοιεν εἰς βόθρον, ὃν εἰργάσαντο. Ἐπαρᾶται δὲ τούτοις, ὡς πονηροῖς· *Πᾶς γὰρ*, φησὶν, *ὁ λαβὼν μά-*

VERS. 9. *Quoniam qui malignantur, exterminabuntur.* Corporis namque, aut animæ jacturam facient.

Sustinentes autem Dominum, ipsi hæreditabunt terram. Cœlestem scilicet habitationem, sæpenumero etiam et hanc præsentem. Est enim terra quædam cœlestis, sicut et cœlestis quædam est Jerusalem; vel terram paradisi dicit.

VERS. 10. *Et adhuc modicum, et non erit peccator.* Non diu permanebit peccator. Illius enim pravitas exstinguetur, tametsi nimium nobis supervivere videatur. Verum hoc non juxta pusillanimitatem nostram dictum est, sed juxta ipsius Dei longanimitatem.

Et quæres locum ejus, et non invenies. Non invenies ipsum peccatorem, jam mortuum. Vel non invenies locum ejus, alterius jam effectum.

VERS. 11. *Mansueti autem hæreditabunt terram.* Hoc est, longanimes ac patientes viri. Quod ipse etiam Salvator in Evangelii beatitudinibus dicebat. Ea enim quæ per prophetas dixerat, proprio etiam ore confirmavit. Merito autem cœlestem illam terram hæreditabunt, postquam mundana hac atque ejus bonis ob propriam mansuetudinem privati sunt.

Et deliciabuntur in multitudine pacis. Et fruentur illa terra in multa pace, unde dolor, tristitia et gemitus aufugerunt.

VERS. 12. *Observabit peccator justum.* Torve eum intuens, ac mala cogitans.

Et frendet super eum dentibus suis. Collidens enim ac confricans dentes, inexpletam illam rabiem ostendit, qua eum appetit dilaniare. Furoris et enim hoc indicium est, latentis in corde. Intelligi etiam potest peccator pro dæmone, qui justos observat, et mente, seu intellectu suo, utpote incorporeus, quasi dentibus quibusdam frendet.

VERS. 13. *Dominus autem irridebit eum.* Negliget eum ut imbecillem, atque omnino pravum.

Quoniam prospicit, quod veniet dies ejus. Prævidet enim, ut Deus, adventantem diem, qua destruendus est.

VERS. 14. *Gladium evaginaverunt peccatores, intenderunt arcum suum, ut dejiciant inopem et pauperem, ut jugulent rectos corde.* Non sustinentes nimirum eos videre: eo quod eorum justitiam ac virtutes propriæ iniquitatis argumentum et redargutionem esse existimant. Recte etiam gladio appositum est verbum, *Jugulent;* et arcui, verbum, *Dejiciant.* Diversitate autem armorum multiplex insidiarum genus indicat. Inopem etiam et pauperem indifferenter hic posuit, vel ad commovendam misericordiam.

VERS. 15. *Gladius eorum intret in corda ipsorum, et arcus eorum confringatur.* Eorum, inquit, insidiæ contra ipsos convertantur. [Quod aliis verbis alibi etiam expressit Propheta dicens:] *Et incidat in foveam quam fecit.* Imprecatur autem eis malum,

veluti iis qui pravi erant. *Omnis* enim, inquit Dominus, *qui acceperit gladium, gladio peribit* [88]. Gladius præterea et arcus accipi hic possunt pro lingua malignorum. *Dentes* enim *eorum*, alibi inquit, *arma et sagittæ, et lingua eorum gladius acutus* [89]. Propria igitur lingua eos interficiet, et labia eorum morte exstinguentur.

VERS. 16. *Melius est modicum justo super divitias peccatorum multas.* Verum multo melius a justo homine esse censetur modicum quid juste partum: atque ideo plura non appetit cum injustitia. Horum itaque felicitatem æmulari nos oportet.

VERS. 17. *Quia brachia peccatoris conterentur.* Brachia vires appellavit, in quibus tota pene operandi ac laboris vis consistit.

Confirmat autem justos Dominus. Vexatos nimirum ab iniquis, seu etiam a dæmonibus. Considera autem, quomodo utrinque nos Propheta ad virtutem exhortatur, dum et peccatorum pœnas, et justorum narrat præmia.

VERS. 18. *Cognoscit Dominus vias immaculatorum.* Ipse enim eas sanxit. Vel aliter interpretare, ut diximus circa finem primi psalmi.

Et hæreditas illorum in sæculum erit. Hæreditas justorum regnum est cœlorum: *Venite*, inquit, *benedicti Patris mei, hæreditate paratum vobis regnum* [90]. Quod vero ait, *in sæculum*, idem est quod, perpetuo. Illius enim hæreditatis non erit finis; vel erit in sæculum, futurum scilicet. In hoc enim sæculo hæreditatem non habent, hospites se esse scientes, ac peregrinos.

VERS. 19. *Non confundentur in tempore malo.* Non superabuntur in tempore afflictorum. Habent enim adjutorem Deum. Vel tempus malum futurum appellat judicium, quod peccatoribus gravissimum erit ac molestissimum.

Et in diebus famis saturabuntur. Veluti Elias qui a corvo nutritus est, et alii multi, qui admirabiliter a Domino alimenta acceperunt. Vel saturabuntur spe futurorum bonorum, nullum amplius corruptibilem cibum appetentes. *Neque* enim *in solo pane vivit homo* [91]. Vel per famem figurate omnem necessitatem intelligit, et per saturitatem visitationem ac protectionem Dei.

Quoniam peccatores peribunt. Neque enim diu permanet cum eis felicitas. Perire autem non tantum is dicitur, qui in hoc mundo perit, sed ille etiam qui æternæ salutis jacturam fecerit. Perit enim atque deletur ab hæreditate justorum.

VERS. 20. *Inimici autem Domini simul ac glorificati fuerunt et exaltati, deficientes sicut fumus defecerunt.* Hæc de Judæis Christi occisoribus intelligenda sunt, qui gloriam a multitudine con-

A *χαιραν, ἐν μαχαίρᾳ ἀποθανεῖται.* Εἶεν δ' ἂν ῥομφαία καὶ τόξον καὶ αἱ γλῶσσαι τῶν πονηρῶν· *Οἱ ὀδόντες γὰρ*, φησὶν, *αὐτῶν, ὅπλα καὶ βέλη· καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν, μάχαιρα ὀξεῖα.* Ἡ γλῶσσα οὖν αὐτῶν θανατώσει αὐτούς· καὶ τὰ χείλη αὐτῶν σβεσθείη θανάτῳ.

Κρεῖσσον ὀλίγον τῷ δικαίῳ, ὑπὲρ πλοῦτον ἁμαρτωλῶν πολύν. Κρεῖσσον ἀληθῶς νομίζεται τῷ δικαίῳ τὸ ὀλίγον μετὰ δικαιοσύνης, καὶ οὐχ ὀρέγεται πλείονος ἀδίκου· διὸ οὐ χρὴ παραζηλοῦν τὴν τούτων εὐημερίαν.

Ὅτι βραχίονες ἁμαρτωλοῦ συντριβήσονται. Βραχίονας τὰς δυνάμεις ἐκάλεσεν· ἐν τούτοις γὰρ,
B ἡ τοῦ ἐργαζομένου δύναμις.

Ὑποστηρίζει δὲ τοὺς δικαίους ὁ Κύριος. Ὠθουμένους καὶ παρὰ πονηρῶν ἀνδρῶν, καὶ παρὰ δαιμόνων. Σκόπει δὲ ὅπως ἀμφοτέρωθεν καὶ διὰ τῆς τῶν ἁμαρτωλῶν συντριβῆς, καὶ διὰ τῆς τῶν δικαίων ἀντιλήψεως εἰς ἀρετὴν προτρέπει τοὺς ἐντυγχάνοντας.

Γινώσκει Κύριος τὰς ὁδοὺς τῶν ἀμώμων. Αὐτὸς γὰρ ταύτας ἐνομοθέτησε· ζήτει δὲ καὶ ἄλλως εἰς τὸ τέλος τοῦ πρώτου ψαλμοῦ.

Καὶ ἡ κληρονομία αὐτῶν εἰς αἰῶνα ἔσται. Κληρονομία τῶν δικαίων, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. *Δεῦτε γὰρ*, φησὶν, *οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασι-*
C *λείαν.* Τὸ δὲ, *Εἰς τὸν αἰῶνα*, ἀντὶ τοῦ, Ἀϊδίως, ἧς οὐκ ἔσται τέλος. Ἢ εἰς τὸν αἰῶνα ἔσται, τὸν μέλλοντα· ἐν τῷ παρόντι γὰρ οὗτοι κληρονομίαν οὐκ ἔχουσι, ξένους ἑαυτοὺς εἰδότες καὶ παρεπιδήμους.

Οὐ καταισχυνθήσονται ἐν καιρῷ πονηρῷ. Οὐχ ἡττηθήσονται ἐν καιρῷ ἐπιπόνῳ, ἤγουν ἐν πειρασμῷ· ἔχουσι γὰρ τὸν ἀντιλαμβανόμενον. Ἢ καιρὸν πονηρὸν λέγει τὴν ἡμέραν τῆς μελλούσης κρίσεως, ἥτις ἐστὶν ἐπίπονος τοῖς ἁμαρτωλοῖς.

Καὶ ἐν ἡμέρᾳ λιμοῦ χορτασθήσονται. Ὡς ὁ Ἠλίας τρεφόμενος ὑπὸ κόρακος, καὶ ἄλλοι πολλοὶ παραδόξως ἐκ Θεοῦ δεχόμενοι τὴν τροφήν· ἢ χορτασθήσονται ταῖς ἐλπίσι τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, μὴ ἐπιθυμοῦντες τῆς φθαρτῆς βρώσεως. *Οὐκ ἐπ'*
D *ἄρτῳ γὰρ*, φησὶ, *μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος.* Ἢ λιμὸν λέγει τροπικῶς παντοίαν ἀνάγκην· χορτασίαν δὲ, τὴν θείαν ἐπίσκεψιν.

Ὅτι οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπολοῦνται. Οὐ γὰρ παραμένει τούτοις ἡ εὐπραγία· οὐ μόνον δὲ νοητέον ἀπώλειαν τὴν βιωτικὴν δυστυχίαν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἀπώλειαν λέγομεν τὴν ἔκπτωσιν τῆς σωτηρίας· ἀφανίζεται γὰρ ἀπὸ τοῦ κλήρου τῶν δικαίων ὁ ἁμαρτωλός.

Οἱ δὲ ἐχθροὶ τοῦ Κυρίου ἅμα τοῦ δοξασθῆναι αὐτοὺς καὶ ὑψωθῆναι, ἐκλείποντες ὡσεὶ καπνὸς ἐξέλιπον. Τοῦτο περὶ τῶν χριστοκτόνων Ἰουδαίων. Δοξασθέντες γὰρ ὑπὸ τοῦ πλήθους οἱ προέχοντες

[88] Matth. xxvi, 53. [89] Psal. lvi, 5. [90] Matth. xxv, 34. [91] Matth. iv, 4.

αὐτῶν, καὶ ὑψωθέντες ἐπὶ τῇ ἀναιρέσει τοῦ Σωτῆρος, οὐκ εἰς μακρὰν πανωλεθρίᾳ διεφθάρησαν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, καπνοῦ δίκην σκεδασθέντες καὶ ἀφανισθέντες. Ῥηθείη δ' ἂν τοῦτο καὶ περὶ τῶν εἰδώλων, ἃ μέχρι τινὸς δοξαζόμενα καὶ ὑψούμενα, ὕστερον ἠφανίσθησαν· διὰ τούτων δὲ, καὶ οἱ ἐνοικοῦντες αὐτοῖς δαίμονες.

Δανείζεται ὁ ἁμαρτωλὸς, καὶ οὐκ ἀποτίσει. Οὐ μόνον γὰρ οὐ μεταδίδωσιν οἴκοθεν, ἀλλ' οὐδὲ τὸ (30) χρεωστούμενον ἀποδίδωσι. Τοσοῦτόν ἐστιν ἀπηνὴς καὶ παράνομος.

Ὁ δὲ δίκαιος οἰκτείρει, καὶ δίδωσιν. Οἰκτείρει μὲν, οἴκοθεν· δίδωσι δὲ, τὸ δεδανεισμένον, ἤγουν ἀποδίδωσιν, καὶ βαδίζων τὴν ἐναντίαν τῷ ἁμαρτωλῷ. Ἢ καὶ ἄλλως. Ὁ δίκαιος εἰδὼς τὸν ἁμαρτωλὸν ἀγνώμονα χρεωφειλέτην, ὅμως ἐν καιρῷ ἀνάγκης δανείζει.

Ὅτι οἱ εὐλογοῦντες αὐτὸν κληρονομήσουσι γῆν· οἱ δὲ καταρώμενοι αὐτὸν ἐξολοθρευθήσονται. Τοσοῦτον μέλει τῷ Θεῷ περὶ τοῦ δικαίου, ὥστε τοὺς μὲν εὐφημοῦντας αὐτὸν ἐλεεῖ (31), τοὺς δὲ ὑβρίζοντας τοῦτον κολάζει· ἔφησεν γὰρ ὁ Θεὸς πρὸς Ἀβραάμ· *Εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε, καὶ τοὺς καταρωμένους σε καταράσομαι.* Κατάραν δὲ νῦν τὴν ὕβριν ἐκάλεσε· τὸ δὲ *ὅτι*, οὐκ ἔστιν αἰτιολογικὸν, ἀλλ' ἀποφαντικὸν, δοκοῦν περιττόν. Ἐν πολλοῖς δὲ τῷ ἰδιώματι τούτῳ κέχρηται.

Παρὰ Κυρίου τὰ διαβήματα ἀνθρώπου κατευθύνεται. Διδάσκει σαφῶς ὅτι χωρὶς τῆς παρὰ Θεοῦ βοηθείας οὐδέν τι κατορθοῦν ὁ ἄνθρωπος δύναται. *Ἐὰν γὰρ μὴ Κύριος*, φησὶν, *οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες*· τῇ γὰρ προθυμίᾳ συνεργεῖν εἴωθεν. Ἀνθρώπου δὲ λέγει, τοῦ δικαίου.

Καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θελήσει σφόδρα. Τὴν πολιτείαν τοῦ δικαίου ἀποδέξεται ὁ Κύριος, ὡς ἀμώμητον. Ὁ Σύμμαχος δὲ, ἀντὶ τοῦ *Θελήσει*, *Εὐοδώσει* εἶπεν.

Ὅταν πέσῃ, οὐ καταραχθήσεται (32), *ὅτι Κύριος ἀντιστηρίζει χεῖρα αὐτοῦ.* Καὶ βιωτικῶς δυσπραγήσας, ὡς Ἰὼβ, καὶ ψυχικῶς ὀλισθήσας, ὡς ὁ Δαβὶδ, οὐκ ἐναπομενεῖ τῷ πτώματι, διότι Κύριος ἀντιστηρίζει, τουτέστι, ὑποτίθησιν αὐτῷ χεῖρα ἑαυτοῦ, φημὶ βοήθειαν· καὶ ἡ μετάνοια γὰρ Θεοῦ χείρ ἐστιν, ὡς θεόθεν ἐπιφοιτῶσα, καὶ ἀνελοῦσα τοῦ πτώματος.

Νεώτερος ἐγενόμην, καὶ γὰρ ἐγήρασα, καὶ οὐκ εἶδον δίκαιον ἐγκαταλελειμμένον. Περιττὸς γὰρ ὁ σύνδεσμος· ἔστι δὲ τοιοῦτος ὁ νοῦς, ὅτι Νέος

A seculi, e: cæteris antelati, de morte Salvatoris gloriabundi non multo post tempore funditus exterminati sunt a Romanis, ac fumi instar dissipati penitus atque deleti. Dici etiam hæc possunt de idolis quæ exaltata et glorificata ad tempus, tandem penitus evanuerunt, et deleta sunt; et per illa dæmones pariter qui in eis habitabant.

VERS. 21. *Mutuatur peccator, et non solvet.* Non solum, inquit, peccator non donat, neque impertitur propria, sed aliis a se debita etiam non reddit; adeo nimirum iniquus est et sævus.

Justus autem miseretur, et tribuit. Miseretur quidem propria donans; et tribuit, hoc est, reddit quæ ab aliis mutuatus est, diversa penitus et contraria incedens via, atque incesserit peccator. Vel

B aliter: Justus videns peccatorem ingratum esse debitorem in tempore necessitatis, ei nihilominus mutuum præstat.

VERS. 22. *Quoniam benedicentes ei hæreditabunt terram, maledicentes autem ei exterminabuntur.* Tanta Deo de justis cura ac sollicitudo est, ut illorum etiam misereatur, qui eis benedicunt, et illos castiget, qui eis maledicunt. Nam et dictum esse legimus a Deo ad Abraham: *Benedicam benedicentibus tibi, et maledicam maledicentibus* [21]. Maledictionem autem hic contumeliam appellat. Illa autem dictio, *Quoniam*, hoc in loco non reddit rationem, sed sententiam tantum asseverat, vel superflua est, ut sæpenumero apud Prophetam reperitur

C juxta Hebraicum idioma.

VERS. 23. *A Domino gressus hominis dirigentur.* Manifeste docet, quod absque divino auxilio homo per se nullum potest bonum operari. *Nisi* enim, inquit, *Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam* [22]. Promptitudini autem nostræ cooperari solet. Hominem autem hic justum intelligit.

Et viam ejus volet valde. Conversationem justi benigne suscipit Dominus, utpote irreprehensibilem. Symmachus autem pro *Volet* transtulit *Prosperabit.*

VERS. 24. *Cum ceciderit, non confringetur, quia Dominus contra firmat manum suam.* Si in externis bonis adversa vexetur fortuna, ut Job, vel si circa

D spiritualia bona lapsus fuerit, ut David, non permanebit tamen in hac ruina, quia Dominus contra firmat, hoc est, supponit manum suam, suum scilicet auxilium. Pœnitentia etiam accipitur pro manu Dei, tanquam quæ a Deo proficiscitur, et nos de lapsu ac ruina trahit atque convertit ad Dominum.

VERS. 25. *Junior fui, etenim senui, et non vidi justum derelictum.* Superflua est illa conjunctio *enim.* Sensus est: Juvenis fui, et senui jam, et in

[21] Gen. XII, 3. [22] Psal. CXXVI, 1.

Variæ lectiones.

(30) Al. κεχρεωστημένον.
(31) Mallem ἐλεεῖν, et paulo post κολάζειν.
(32) Al. καταῤῥαχθήσεται.

tota hac vita mea nunquam vidi justos a Deo derelinqui. *Custodit* enim *Deus omnes, qui eum diligunt* [95]. Quod si aliquando visus est Deus ad tempus aliquos derelinquere, veluti ipsum David, non tamen eos penitus dereliquit, sed magna cum dispensatione ita permisit, ut post tentationes deinceps attentiores redderentur.

Neque semen ejus quærens panem. Neque ejus filios indigentes. Nam etsi ad tempus aliquantulum afflicti sunt, non tamen perpetuo. Et aliter: beatus David se eousque id non vidisse asseverat. Vel altius intelligi potest, ut dicat se non vidisse justorum semen famescere, hoc est, spirituali cibo carere; juxta illud: *Non necabit fame Dominus animas justorum* [96]. Nam alioquin, semen Jacob in Ægypto panem quæsivit.

VERS. 26. *Tota die miseretur et mutuat justus. Tota die*, pro Semper. Et petentibus, aliquando pecunias, aliquando utiles admonitiones præstat.

Et semen ejus in benedictionem erit. Dixit enim Deus ad Moysem, se misereri filiorum propter eorum patres, qui sibi grati fuerunt: et quod similiter propter parentum vitia retribuit posteris calamitates. *In benedictionem* autem *erit*, hoc est, benedicetur et laudabitur, ob parentis nimirum merita.

VERS. 27. *Declina a malo et fac bonum.* Hoc in psalmo XXXIII declaratum est.

Et inhabita in sæculum sæculi. Cum, inquit, jam didiceris, quænam sint virtutum, et vitiorum præmia, elige meliora; et habita longo tempore. Id enim significant verba illa: *In sæculum sæculi.* Justi etenim, qui olim fuere, diutius vixerunt: quod si aliqui ex eis juniores mortui sunt, divina id dispensatione factum est. Nam et Salomon diuturnam pollicetur vitam timentibus Dominum. Vel, Habita in sæculum futurum, tu qui incola es in præsenti sæculo, ubi non perpetuo, sed certo ac brevi degimus tempore.

VERS. 28. *Quoniam Dominus diligit judicium.* Hoc est: Quoniam Dominus judex est. Vel per judicium, justitiam intelligit.

Et non derelinquet sanctos suos. Justum enim est, ut eos non derelinquat, qui illum non dereliquerint. Per sanctos autem hic justos, seu virtute præstantes viros intelligit.

In sæculum servabuntur. In præsens scilicet, et in futurum.

Iniqui autem expellentur. A præsentibus et futuris bonis (ἐκδιωχθήσονται).

Et semen impiorum exterminabitur. De hoc paulo superius dictum est, ibi: *Et semen ejus in benedictionem erit.*

VERS. 29. *Justi autem hæreditabunt terram, et inhabitabunt in sæculum sæculi super eam.* De hoc

A ἐγενόμην, καὶ ἐγήρασα ἤδη· καὶ παρ' ὅλην μου τὴν ἐν τῷ μεταξὺ ζωὴν οὐκ εἶδον ἐγκαταλελειμμένον ὑπὸ Θεοῦ δίκαιον. *Φυλάσσει* γὰρ, φησὶ, *Κύριος πάντας τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν.* Εἰ δὲ καὶ πρὸς μικρὸν ἐγκαταλιπεῖν τινας ὁ Θεὸς ἔδοξεν, ὡς καὶ αὐτὸν, ἀλλ' οὐκ ἐγκατέλιπεν· οἰκονομικῶς δὲ παρεχώρησεν, ἵνα παθόντες, τοῦ λοιποῦ προσεκτικώτεροι γένωνται.

Οὐδὲ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ζητοῦν ἄρτους. Οὐδὲ τὸ τέκνον αὐτοῦ πενόμενον· εἰ γὰρ καὶ πρὸς μικρόν ποτε κακοπαθήσει, ἀλλ' οὐ μέχρι τέλους. Ἄλλως τε δὲ, μερικὸς ὁ λόγος· αὐτὸς γὰρ τέως ὁ Δαβὶδ μὴ ἰδεῖν τοιοῦτον ἰσχυρίζεται. Ἢ καὶ ὑψηλότερον εἰπεῖν ἔστι τοῦτο, ἀντὶ τοῦ, Λιμῶττον τροφῆς πνευματικῆς, κατὰ τό· *Οὐ λιμοκτονήσει Κύριος ψυ-*
B *χὰς δικαίων*· ἄλλως γὰρ τὸ σπέρμα τοῦ Ἰακὼβ ἐζήτησαν ἄρτον ἐν Αἰγύπτῳ.

Ὅλην τὴν ἡμέραν ἐλεεῖ καὶ δανείζει ὁ δίκαιος. — *Ὅλην τὴν ἡμέραν*, ἀντὶ τοῦ, Ἀεί· καὶ ποτὲ μὲν δανείζει τοῖς αἰτοῦσι χρήματα, ποτὲ δὲ λόγους ὠφελείας.

Καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς εὐλογίαν ἔσται. Εἶπε γὰρ πρὸς Μωσῆν ὁ Θεὸς, ὅτι ἐλεεῖ τέκνα διὰ πατέρων εὐαρέστησιν, καὶ αὖθις ἀποδίδωσι διὰ πατέρων κακίαν. *Εἰς εὐλογίαν* δὲ, ἀντὶ τοῦ, εὐλογημένον καὶ ἐπαινετὸν, διὰ τὸν πατέρα.

Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν. Τοῦτο εἴρηκεν καὶ ἐν τῷ λγ' ψαλμῷ.

Vers. 12. *In hoc cognovi, quoniam voluisti me, quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Voluisti*, hoc est, Amasti. Nam quod quis amat, illud etiam habere cupit. In hoc cognovi quod amasti me, quod non gavisus est super me inimicus meus quod nimirum resurrexerim, quodque nomen meum in universo orbe prædicatum est : quæ res inimicis meis maximo fuit dolori. Quærebant enim ut morerer, et nomen meum prorsus interiret. Potes etiam per inimicum vel dæmonem, vel ipsum Judam privatim intelligere.

Ἐμοῦ δὲ διὰ τὴν ἀκακίαν, ἀντελάβου. Καὶ ταῦτα, ὡς ἀπὸ τοῦ προσλήμματος· ἀκακίαν δὲ λέγει τὴν καθαρότητα· *Ἀνομίαν* γὰρ, φησὶν, *οὐκ ἐποίησε.*

D Vers. 13. *Me autem propter innocentiam adjuvisti.* Hæc verba simili modo ab assumpta carne dicta sunt. Per innocentiam autem munditiam, et puritatem intelligit : *Iniquitatem* enim, inquit, *non fecit.*

Καὶ ἐβεβαίωσάς με ἐνώπιόν σου εἰς τὸν αἰῶνα, Καὶ ἵδρυσάς με παρὰ σεαυτῷ· *Κάθου* γὰρ, φησὶν, *ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.*

Et firmasti me in conspectu tuo in sæculum. Et stabilisti, inquit, me penes te; juxta illud : *Sede a dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos suppedaneum pedum tuorum* [32].

Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα· γένοιτο, γένοιτο. Προαγορεύσας ὁ Δαβὶδ τὰ ῥηθέντα, καὶ τὴν ἄρρητον

Vers. 14. *Benedictus Dominus Deus Israel a sæculo, et in sæculum : fiat, fiat.* Cum quæ diximus omnia prædixerit beatus David, et summam Dei

[32] Psal. cix, 1.

misericordiam ac ineffabilem quamdam ejus condescensionem, multa cum admiratione narraverit, hymnum deinceps, et laudem ei canit dicens : Laudandus est Deus veri Israelis, hoc est, fidelium Deus, quemadmodum in XXI psalmo declaravimus, exponentes versiculum illum : *Timeat eum omne semen Israel.* Laudandus autem ab hoc sæculo usque ad futurum. Ac demum orat, et votis omnibus poscit futuram hanc Domini incarnationem, de qua supra locutus est, quam celeriter fieri, dicens : *Fiat*, *fiat*. Intelligimus enim Prophetam optare id quod superius dixit. Illa autem repetitio verbi, *Fiat*, orationis intensionem demonstrat.

A συγκατάβασιν καὶ φιλανθρωπίαν τοῦ Σωτῆρος ἀποθαυμάσας, ὕμνον αὐτῷ σχεδιάζει, λέγων · Εὐφημητέος ὁ Θεὸς τοῦ κυρίως Ἰσραὴλ, ὅ ἐστι, τῶν πιστῶν, ὡς ἐν τῷ κα' ψαλμῷ προέφημεν, ἑρμηνεύοντες τό · *Φοβηθήτω δὴ ἀπ' αὐτοῦ ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰσραήλ* · ἀπὸ δὲ τοῦ νῦν αἰῶνος καὶ ἄχρι τοῦ μέλλοντος. Εἶτα ἐπεύχεται ταχῦναι τοῦ Δεσπότου τὴν ἐνανθρώπησιν, ἐν τῷ εἰπεῖν, *Γένοιτο, γένοιτο.* Νοεῖται δὲ *τὰ ῥηθέντα* · ἐπίτασιν δὲ εὐχῆς ὁ διπλασιασμὸς τοῦ *Γένοιτο* παριστᾷ.

In finem in intelligentiam filiis Core.

PSALMUS XLI.

De filiis Core diximus in Proœmio operis. *In* B *finem* inscribitur propter prophetias, quæ hic continentur, et ad finem tendebant. Cum enim futurum esset, ut Hebræorum populus ob propria delicta ab Assyriis in Babylonem captivus duceretur, ubi LXX annis detentus est, prævidens hoc beatus David, utpote prophetico afflatus spiritu, pii ac religiosi cujuscunque Judæi in captivitate degentis personam sumit, in præsenti psalmo, veluti Danielis, Ezechielis, trium puerorum, et similium, et narrat quæ tunc temporis contigerint. *In intelligentiam* vero dixit, judicans, quod qui inter illos majori erant præditi intelligentia, hæc, aut hujusmodi verba ad Deum clamabant. Vel, ea ratione, quia ad percipiendum totius psalmi sensum, multa lectori opus est intelligentia.

Εἰς τὸ τέλος εἰς σύνεσιν τοῖς υἱοῖς Κορέ.

ΨΑΛΜΟΣ ΜΑ'.

Περὶ μὲν τῶν υἱῶν Κορὲ, προειρήκαμεν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς παρούσης βίβλου. *Εἰς τὸ τέλος* δὲ ἐπιγέγραπται, διὰ τὰς ἐν τούτῳ προφητείας, εἰς τέλος ἐπειγομένας. Ἐπεὶ γὰρ ἔμελλον Ἑβραῖοι χρόνοις ὕστερον παρὰ Βαβυλωνίων αἰχμαλωτισθῆναι, διὰ τὰς ἀνομίας αὐτῶν, καὶ διαγαγεῖν ἑβδομήκοντα ἔτη ἐν Βαβυλῶνι, κινηθεὶς ὑπὸ τοῦ διορατικοῦ πνεύματος ὁ Δαβὶδ, ἀνέλαβεν πρόσωπον ἑκάστου τῶν εὐσεβεστέρων ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις, οἷον τοῦ Δανιὴλ, τοῦ Ἰεζεκιὴλ, τῶν τριῶν παίδων, καὶ τῶν τοιούτων, καὶ τὰ προκείμενα διέξεισι · τὸ δὲ, *Εἰς σύνεσιν*, πρόκειται, διδάσκων, ὅτι συνετισθεὶς ἕκαστος αὐτῶν, ταῦτα ἐβόα πρὸς Θεόν · ἢ ὅτι χρεία συνέσεως τοῖς ἀναγινώσκουσι ταῦτα.

C

VERS. 2. *Quemadmodum desiderat cerva ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus.* Ardentis desiderii vehementiam ostendere volens Propheta, cervam perquam sitibundam in exemplum sumpsit; quæ cum et suapte natura calidissima sit, et reptilium ac serpentum carnibus, quibus vesci solet, magis etiam incendatur, aquarum fontes quam maxime amat, et circa eos semper versari cupit. Desiderare autem hic posuit pro Festinare; Et ita Aquila reddidit. Et quod ait : *Ita desiderat anima mea ad te*, inquam, habitantem in Jerusalem. Putabat enim populus qui in Babylone erat, se divina præsentia illic ideo frui non posse, quia regio illa universa idolorum cultui deserviret.

Ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σὲ, ὁ Θεός. Τὸ σφοδρὸν τῆς ἐπιθυμίας παραστῆσαι βουλόμενος, παράδειγμα τὴν διψητικωτάτην ἔλαφον ἔλαβεν. Αὕτη γὰρ φύσει οὖσα θερμὴ, καὶ μᾶλλον ἐκκαιομένη ταῖς σαρξὶ τῶν ὄφεων, οὓς ἀεὶ λαφύσσει, σφοδρὸν ἔχει τῶν πηγῶν τὸν ἔρωτα. Τὸ δὲ *Ἐπιποθεῖ*, σημαίνει τὸ Σπεύδει, καὶ ἐπείγεται, κατὰ τὸν Ἀκύλαν · *Πρὸς σὲ* δὲ, δηλονότι τὸν κατοικοῦντα τὰ ἐν Ἰερουσαλήμ · ἐν Βαβυλῶνι γὰρ οὐκ ᾤοντο εἶναι αὐτὸν, διὰ τὴν τῆς χώρας εἰδωλολατρείαν.

VERS. 3. *Sitivit anima mea ad Deum fortem vi-* D *ventem. Sitivit*, id est, Valde concupivit. Ita undique desiderii ardorem ostendit. Fortem autem et viventem Deum appellat propter infirmos ac mortuos Babylonis deos. Quidam ex hoc versiculo sumptum esse dicunt hymnum illum, quem Græci Trisagion vocant [quo laudare solemus Deum, dicentes : *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis.*]

Ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἰσχυρὸν, τὸν ζῶντα. — *Ἐδίψησεν*, ἀντὶ τοῦ, Ἐπιθυμητικῶς ἔσχε · τὸ γὰρ διακαὲς τῆς ἐπιθυμίας ἡ λέξις ἐμφαίνει · Ἰσχυρὸν δὲ καὶ ζῶντα λέγει τὸν Θεὸν, διὰ τοὺς ἀσθενεῖς καὶ νεκροὺς θεοὺς τῶν Βαβυλωνίων. Τινὲς δέ φασιν ἐντεῦθεν πεποιῆσθαι τὸν ὕμνον τοῦ Τρισαγίου.

Quando veniam, et apparebo ante faciem Dei? [Hoc est, ante ipsum Deum.] Concupiscentis sermo est : Quando, inquit, veniam ad te in Jerusalem, et

Πότε ἥξω καὶ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ; Ἐπιθυμοῦντος ὁ λόγος · Πότε, φησὶν, ἥξω πρὸς σὲ (51) ἐν Ἰερουσαλὴμ, καὶ ὀφθήσομαι τῷ

Variæ lectiones.

(51) Al. Ὦ Ἰερουσαλήμ.

προσώπῳ τοῦ Θεοῦ; τουτέστιν, τῷ Θεῷ, κατὰ περίφρασιν· ὀφθήσομαι δὲ, διὰ τῆς ἐν τῷ ναῷ λατρείας καὶ παραστάσεως, ὅπερ οὐκ ἔστιν ἐν Βαβυλῶνι.

A apparebo coram te, adorans nimirum et colens te, seduloque tibi assistens, et alia faciens, quæ in templo tuo fieri decet? Universo enim hoc solatio privamur, postquam hic Babylone captivi degimus.

Ἐγενήθη τὰ δάκρυα ἐμοὶ ἄρτος ἡμέρας καὶ νυκτὸς, ἐν τῷ λέγεσθαί μοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν· Ποῦ ἐστιν ὁ Θεός σου; Ἐν τῷ ὀνειδίζειν μοι τοὺς Βαβυλωνίους τοῦ Θεοῦ μου ἀσθένειαν, ἐγένοντό μοι τὰ δάκρυά μου ἄρτος, οὐχ ὅσον εἰς τροφὴν, ἀλλ' ὅσον εἰς ὄρεξιν. Ὠρεγόμην γὰρ δακρύων, ὡς ἄρτου, καὶ ἦσάν μοι ἀναγκαῖα ταῦτα, ὡς ἡ τροφὴ πᾶσιν ἀνθρώποις. Ἡ δὲ τοιαύτη ὄρεξις καὶ ἡ ἀνάγκη, οὐ μόνον ἐν ἡμέρᾳ ἦσαν, ἀλλὰ καὶ ἐν νυκτί.

VERS. 4. *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panis die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus?* Dum Babylonii, inquit, Dei mei impotentiam mihi exprobrarent, lacrymæ meæ fuerunt mihi panis, non quod eis pascerer, sed quia instar panis eas desiderabam, et quia non secus mihi erant opportunæ quam esurientibus esse panes soleant: unde earum desiderio, non interdiu tantum, sed assiduis etiam noctibus detinebar.

B *Ταῦτα ἐμνήσθην, καὶ ἐξέχεα ἐπ' ἐμὲ τὴν ψυχήν μου.* — *Ταῦτα*, ἀντὶ τοῦ Τοιαῦτα, φημὶ δὲ τό· *Ποῦ ἐστιν ὁ Θεός σου;* *Ἐξέχεα* δὲ, ἀντὶ, Ἐχαύνωσα ἐν ἐμαυτῷ τὴν ψυχήν μου, παρέλυσα τοῦ τόνου· τὸ μὲν γὰρ συνεστὸς, ἐπέῤῥωται· τὸ δὲ διαῤῥέον, κεχαύνωται. Χρὴ δὲ καθόλου γινώσκειν, ὡς ἡ τῶν Ἑβραίων διάλεκτος, ἀδιαφόρως, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ταῖς συντάξεσι κέχρηται, καθάπερ καὶ νῦν *ἐπ' ἐμὲ* εἰποῦσα, ἀντὶ τοῦ *ἐν ἐμοί*. Εἰ δὲ τὸ, *ταῦτα ἐμνήσθην*, πρὸς τὸν ἐφεξῆς στίχον ἀποδώσεις, ἕτερον νόημα ποιήσεις, ὅτι ταῦτα ἐμνήσθην, καὶ διέχυσα, τουτέστιν ἀνῆκα ἐστενοχωρημένην ἐν ἐμαυτῷ τὴν ψυχήν μου. Ταῦτα δὲ ποιεῖ, δηλαδὴ τοῦ ἐφεξῆς στίχου· φησὶ γάρ·

VERS. 5. *Hæc recordatus sum, et effudi in me animam meam.* Hæc recordatus sum, verba illa nimirum, quæ ad me dicuntur quotidie: *Ubi est Deus tuus?* Quam ob causam *Effudi*, hoc est, Laxavi, in me ipso animam meam, et constantiam ejus omnem dissolvi. Hac autem effusionis translatione usus est Propheta, quia, quæ solidiora sunt, firmiora atque constantiora esse solent: quæ vero fluida, molliora atque laxiora. Illud in universum animadvertendum est, quod Hebræi sæpenumero verborum constructionibus indifferenter utuntur, ut nunc: *Effudi*, inquit, *in me*, pro Intra me. Verum si verba hæc, *Recordatus sum*, ad sequentia referantur, alius efficietur sensus, videlicet: Hæc recordatus sum, et animam meam, antea nimirum angustiis coarctatam, *effudi*, hoc est, absolvi, et relaxavi in me ipso. Quæ autem sint hæc, quæ recordatus sum, audi.

C *Ὅτι διελεύσομαι ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς ἕως τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ.* (52) Ἐνείσθην, φησὶ, μνησθεὶς ὅτι περιπατήσω πάλιν ἐν τῷ ναῷ μέχρι τῶν ἀδύτων αὐτοῦ· σκηνὴν μὲν γὰρ θαυμαστὴν λέγει τὸν περιώνυμον τοῦ Σολομῶντος ναόν· οἶκον δὲ Θεοῦ, τὰ ἄδυτα τοῦ ναοῦ. Πρὸς δὲ τὴν δευτέραν ἐξήγησιν, τὸ *ὅτι*, βεβαιωτικὸν νοήσεις, ὡς προφητεύοντος τοῦ λέγοντος. Ἄλλως, σκηνὴ μὲν, ἡ ἐξ ἡμῶν ἁγία τοῦ Λόγου σάρξ· θαυμαστὴ δὲ αὐτὴ, ὡς δίχα σπορᾶς συμπαγεῖσα· οἶκος δὲ, ἡ νοερὰ ταύτης ψυχὴ, διὰ μέσης γὰρ αὐτῆς ὁ Θεὸς ὡμίλησε τῇ σαρκί· τόπος δὲ, αὐτὸς ὁ Λόγος, ἐν ἑαυτῷ τὴν προσληφθεῖσαν φύσιν ὑποστήσας τε καὶ πηξάμενος. Διελεύσομαι οὖν, φησὶ, διὰ τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ χειραγωγούμενος, ἕως τῆς ψυχῆς τοῦ προσλήμματος, D φιλοσοφῶν περὶ αὐτῶν, καὶ θεωρῶν κατὰ δύναμιν· περαιτέρω δὲ προβαίνειν, οὐκέτι συγχωρηθήσομαι.

Quoniam pertransibo in loco tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei. Recreatus atque anima relaxatus sum, inquit, memoria repetens, quod rursus in templo tuo deambulaturus sum, et ad illius usque adyta perventurus. Per admirabile enim tabernaculum, celeberrimum Salomonis templum intelligit, et per domum Dei, adyta ipsius templi. Quod si priorem expositionem magis probaveris, dictionem, *quoniam*, intellige hic jacere pro adverbio confirmandi, juxta Hebraici idiomatis consuetudinem, et verba versiculi prophetantis verba esse. Vel aliter: Per tabernaculum, sancta Verbi caro potest intelligi, quæ merito admirabilis dici potest, quia absque ullo semine concreta est; et per domum Dei, anima illius carnis, per quam Deus in assumpta carne diversatus est. Locus autem tabernaculi, ipsum est Verbum Dei, per quod concreta est, et exstitit Christi caro. Pertransibo igitur, inquit, per Verbum Dei, et usque ad assumptæ carnis animam deducar: in animo meo nimirum ea examinans, et contemplans, quæ de tanto mysterio percipere potero. Ulterius enim pertransire non dabitur.

Ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως καὶ ἐξομολογήσεως ἤχου ἑορτάζοντος. Διελεύσομαι δὲ ἐν φωνῇ χαρᾶς, καὶ ἐν φωνῇ εὐχαριστίας ἤχου ἑορταστικοῦ, τουτέστιν Ἑορτάσω πάλιν, ὡς πρότερον, καὶ τῇ τοῦ νόμου λατρείᾳ χρήσομαι.

In voce exsultationis, et confessionis soni festivitatem celebrantis. Pertransibo autem in voce gaudii, et gratiarum actionis, in voce soni festivi, ac si diceret: Festivitates rursus, ut olim, Deo meo celebrabo, et solito utar cultu legis.

Variæ lectiones.

(52) Al. Ἀνείθην.

VERS. 6. *Quare tristis es, anima mea, et quare conturbas me?* Quare me angis, inquit, et confundis, et quietem capere non sinis? Hæc autem verba dicere cœpit, postquam certior factus est de suo in patriam reditu.

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi. Quoniam gratias illi agam, ubi nimirum in patriam rediero.

Salutare vultus mei, et Deus meus. Cum futura et a se prævisa Dei beneficia in animo revolveret, summa cum delectatione illum circumloquendo, invocavit, dicens: O salus mea, et o Deus meus.

Ad me ipsum conturbata est anima mea. — *Ad me ipsum,* hoc est, In me ipso, nemine alio exterius mœrorem hunc meum sciente. *Conturbata est* autem, recogitans nimirum peccata ob quæ in inimicorum manus traditi sumus, vel moram ac tarditatem recogitans reditus nostri in patriam.

Propterea memor ero tui de terra Jordanis, et Hermoniim a monte modico. Propterea, inquit, afflictus memor ero tui, hoc est, recordabor studii, et curæ tuæ, quam habuisti circa nos, et præcipue ob illa bona, quibus in terra promissionis te auctore fruebamur. Per Jordanem enim et per proximum illi montem, qui et Hermoniim, et Hermon dicitur, totam Judæam significavit. Addidit etiam privatam montis illius qualitatem, quod scilicet *parvus est.*

VERS. 8. *Abyssus abyssum invocat in vocem cataractarum tuarum.* Antiquorum Dei beneficiorum memor, deplorat, quod in præsentia ab eo derelictus videatur, per abyssum, vastum intelligens calamitatum pelagus, in quo tunc se constitutum videbat. Profunda, inquit, ac vasta calamitas, vastiorem aliam semper vocat calamitatem, ad vocem cataractarum, hoc est, collisorum tuorum. Adeo enim alternæ, ac frequentes calamitates confractos, ac collisos nos servos tuos adoriuntur, ut mutuo sese adhortari videantur: et adeo nos affligunt, et pungunt ut, præ nimio dolore ad clamorem etiam nos provocent. Dictio autem *cataractarum,* Græca est et idem hic significat, ut diximus, quod, collisorum aut confractorum. [Est enim verbale nomen, et descendit a verbo καταράσσω quod est collido, aut confringo.] Et licet proprie hoc verbale nomen καταράκτης active sit significationis, hic tamen ponitur in passiva. Quod si in activa significatione dictionem sumas, littera legenda est, *In vocem confractorum,* hoc est, collidentium, seu confringentium tuorum; et tunc expone totum versiculum hec pacto: Immensitas peccatorum nostrorum, immensitatem invocat misericordiarum tuarum: atque hoc ad vocem prædicatorum Evangelii, hoc est, apostolorum. Sunt enim apostoli validissimi quidam confractores, omnem nimirum diabolicam elationem confringentes. Quod si textum legas prout etiam legi potest: *In vocem cataractarum tuarum,* potes juxta altiorem anagogen intelligere, quod abyssus, et abyssus, Vetus et Novum Testamentum significent, ob profunditatem nimirum occultorum sensuum: et dicere, quod Novum, Antiquum invocat Testamentum, in vocem cataractarum tuarum, hoc est, per vocem prophetarum tuorum. Dicuntur enim merito pro-

A *Ἱνατί περίλυπος εἶ, ἡ ψυχή μου, καὶ ἱνατί συνταράσσεις με;* Διατί θλίβεις, καὶ διατί συγχεῖς με, καὶ οὐκ ἐᾷς ἠρεμεῖν; Ταῦτα δὲ ἔλεγε, πληροφορίαν περὶ τῆς ἐπανόδου δεξάμενος.

Ἔλπισον ἐπὶ τὸν Θεόν, ὅτι ἐξομολογήσομαι αὐτῷ. Ὅτι εὐχαριστήσω αὐτῷ, ἐπανελθὼν δηλαδή.

Σωτήριον τοῦ προσώπου μου, καὶ ὁ Θεός μου. Τῆς ὕστερον εὐεργεσίας τοῦ Θεοῦ μνησθεὶς, ἡδέως ἐπικαλεῖται αὐτὸν, λέγων· Ὦ σωτηρία μου, περιφραστικῶς, καὶ ὢ ὁ Θεός μου.

Πρὸς ἐμαυτὸν ἡ ψυχή μου ἐταράχθη. — *Πρὸς ἐμαυτὸν,* ἀντὶ τοῦ, Ἐν ἐμαυτῷ, μηδενὸς τῶν ἔξω-
B θεν συνειδότος μοι τὴν τοιαύτην λύπην. *Ἐταράχθη* δὲ, ἀναλογιζομένη τὰς ἁμαρτίας, δι' ἃς παρεδόθημεν τοῖς ἐχθροῖς· ἢ τὴν βραδύτητα τῆς ἐπανόδου.

Διὰ τοῦτο μνησθήσομαί σου ἐκ γῆς Ἰορδάνου, καὶ Ἑρμονιεὶμ, ἀπὸ ὄρους μικροῦ. Διὰ τοῦτο νῦν θλιβόμενος, μνησθήσομαί σου, τουτέστι, μνημονεύσω τῆς περὶ ἡμᾶς κηδεμονίας σου, ἀφ' ὧν ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας ἀπηλαύσαμεν ἀγαθῶν. Διὰ γὰρ τοῦ Ἰορδάνου καὶ τοῦ πλησιάζοντος αὐτῷ ὄρους, ὃ καὶ Ἑρμονιεὶμ καλεῖται καὶ Ἑρμὼν, ὅλην τὴν Ἰουδαίαν ἐδήλωσεν. Προσέθηκε δὲ καὶ ἰδιότητα τοῦ ὄρους, ὅτι *τοῦ μικροῦ.*

C *Ἄβυσσος ἄβυσσον ἐπικαλεῖται εἰς φωνὴν τῶν καταῤῥακτῶν σου.* Τῆς εὐεργεσίας μνησθεὶς, ἐκτραγῳδεῖ καὶ τὴν ἐγκατάλειψιν, ἄβυσσον καλῶν τὸ βάθος τῶν συμφορῶν. Βαθεῖα θλῖψις, φησὶν, βαθεῖαν θλῖψιν ἐκκαλεῖται εἰς βοὴν τῶν κατεῤῥαγμένων σου· τουτέστιν οὕτως ἀλλεπαλλήλως ἡμῖν τοῖς κατεῤῥαγμένοις δούλοις σου ἐπίασιν, ὡς δοκεῖν ἀλλήλαις ἐγκελεύεσθαι· καὶ τοσοῦτον δάκνουσιν, ὡς βοᾷν ἡμᾶς ὑπὸ τῆς ὀδύνης. Καταῤῥακτῶν δὲ, ἀντὶ τοῦ κατεῤῥαγμένων, ἐνεργητικὸν ἀντὶ παθητικοῦ. Καὶ ἄλλως· Τὸ ἄμετρον τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν, τὸ ἄμετρον τῶν σῶν ἐπικαλεῖται οἰκτιρμῶν· ὥστε τὴν φωνὴν τῶν ἀποστολικῶν κηρυγμάτων ἀκουσθῆναι. Καταῤῥάκται γὰρ, καὶ οἱ ἀπόστολοι, καταῤῥάσσοντες
D πᾶσαν ἔπαρσιν διαβολικήν. Νοεῖται δὲ ἀναγωγικώτερον ἄβυσσος καὶ ἄβυσσος ἡ Παλαιὰ Γραφὴ, καὶ ἡ Νέα, διὰ τὰ βάθη τῶν ἀποκρύφων νοημάτων. Ἡ νέα γοῦν ἐπικαλεῖται τὴν Παλαιὰν, διὰ τὴν φωνὴν τῶν προφητῶν· καὶ οὗτοι γὰρ *καταῤῥάκται* λέγονται, διὰ τὸ ἄνωθεν καταχεῖν τὸ ὕδωρ τῆς προφητείας. Ἐπικαλεῖται τοίνυν αὐτὴν, ὡς μάρτυρα, ἕνεκεν τοῦ δεῖξαι ὅτι οἱ προφῆται περὶ τοῦ Χριστοῦ προκατήγγειλαν.

phetæ esse quædam cataractæ, quia aquas divinæ ac supernæ prophetiæ, vehementia quadam, cataractarum instar, effundunt. Novum igitur Testamentum invocat Vetus Testamentum, in testem, ut ostendat, quod ipsi etiam prophetæ mysteria Christi prænuntiarunt.

Πάντες οἱ μετεωρισμοί σου καὶ τὰ κύματά σου, ἐπ' ἐμὲ διῆλθον. Μετεωρισμοὺς λέγει τὰς ἐπαναστάσεις τῶν συμφορῶν· ὁμοίως δὲ, καὶ κύματα. Φησὶν οὖν, ὅτι Αἱ μάστιγές σου, ἐπάνω μου ἐβάδισαν. *Πάντες* δὲ εἶπε, διὰ τὸ πολυειδὲς αὐτῶν.

Ἡμέρας ἐντελεῖται τὸ ἔλεος αὐτοῦ. — *Ἡμέρας*, ἀντὶ τοῦ, Ἐν ἡμέρᾳ, τουτέστιν φανερῶς. Φῶς γὰρ ἡ ἡμέρα. *Ἐντελεῖται* δὲ ἀντὶ τοῦ, ἀποστελεῖ· ὁ γὰρ ἀποστέλλων, ἐντέλλεται· ἢ καὶ προστάξει τὸ παρ' αὐτοῦ ἔλεος. Προαγορεύει δὲ νῦν ὁ λόγος, ὅτι δήλη πᾶσιν ἡ ἀνάκλησις αὐτῶν γενήσεται.

Καὶ νυκτὸς ᾠδὴ αὐτοῦ παρ' ἐμοί. Ἐν νυκτὶ δὲ, παρ' ὅλην μου τὴν αἰχμαλωσίαν ᾄσω αὐτῷ, τότε ἀδείας ἐπιλαβόμενος· ἐν ἡμέρᾳ γὰρ, οὐκ ἄγω σχολὴν, δουλεύων τοῖς δεσπόταις, καὶ μὴ λαμβάνων καιρόν.

Προσευχὴ τῷ Θεῷ τῆς ζωῆς μου. Καὶ οὐ μόνον ᾠδὴ αὐτοῦ παρ' ἐμοὶ ἔσται, ἀλλὰ καὶ προσευχή· ᾠδὴ μὲν, ἐπ' εὐχαριστίᾳ τῆς εὐκαίρου ἀπολυτρώσεως· προσευχὴ δὲ, ἐφ' ἱκεσίᾳ τοῦ ταχῦναι τὴν ἐλευθερίαν. *Τῷ Θεῷ τῆς ζωῆς μου*, ἀντὶ τοῦ, Τῷ ζωοδότῃ μου, ὡς τὸ, *Ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου*, ἀντὶ τοῦ, Ὁ Σωτήρ μου.

Ἐρῶ τῷ Θεῷ· Ἀντιλήπτωρ μου εἶ· διατί μου ἐπελάθου; καὶ ἱνατί σκυθρωπάζων πορεύομαι ἐν τῷ ἐκθλίβειν τὸν ἐχθρόν μου; Ἐπιλελῆσθαι δοκεῖ, διὰ τὸ ἐγκαταλελεῖφθαι ἔτι παρὰ τοῖς ἐχθροῖς, καὶ ἐν τῷ οὕτως ἐκθλίβεσθαι οἷα εἰκὸς τοὺς ἐν αἰχμαλωσίᾳ κακοπαθοῦντας.

Ἐν τῷ καταθλᾶσθαι τὰ ὀστᾶ μου, ὠνείδιζόν με οἱ ἐχθροί μου, ἐν τῷ λέγειν αὐτούς μοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν· Ποῦ ἐστιν ὁ Θεός σου; Συντριβομένων τῶν ὀστῶν μου τῷ ἄχθει τῶν φόρτων, ἢ καὶ ταῖς ῥάβδοις· καὶ καταπονουμένης ἐν ἐμοὶ δυνάμεως (ἣν ἐδήλωσε διὰ τῶν ὀστῶν), ἐπετώθαζον οἱ ἐχθροί μου ἐν τῷ λέγειν ἀεὶ, *Ποῦ ἐστιν ὁ Θεός σου*, ἵνα ἐξέληταί σε;

Ἱνατί περίλυπος εἶ, ἡ ψυχή μου, καὶ ἱνατί *συνταράσσεις με; Ἔλπισον ἐπὶ τὸν Θεὸν, ὅτι ἐξομολογήσομαι αὐτῷ· σωτήριον τοῦ προσώπου μου, καὶ ὁ Θεός μου.* Ἐπανέλαβε τὰ προειρημένα περὶ ὧν ἀνωτέρω διελάβομεν· ἐπανέλαβε δὲ ταῦτα, θάρσους ἑαυτὸν ἐμπιπλῶν, καὶ ὑπομονῆς. Ἁρμόζει δὲ τὰ τοῦ παρόντος ψαλμοῦ καὶ παντὶ κατὰ Θεὸν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ κακοπαθήσαντι, καὶ ἐπιποθοῦντι τὴν πρὸς ἀνάλυσιν καὶ ἐπάνοδον, ὃς ὀνειδίζοντας νοήσει οὐ μόνον τοὺς δαίμονας, ἀλλὰ καὶ τοὺς βαρβάρους ἐχθρούς· γῆν δὲ Ἰορδάνου, τὴν κατωτάτην ὅσον πρὸς οὐρανόν· Ἰορδάνης γὰρ ἑρμηνεύεται γῆ κατωτάτη· Ἑρμονιεὶμ, τόπος λύπης· καὶ τὰ λοιπὰ δὲ, καταλλήλως ἀποδώσει.

A *Omnes sublevationes tuæ, et fluctus tui super me transierunt.* Per sublevationes, et per fluctus, tentationum ac calamitatum incursus intelligit. Ait igitur: Omnia flagella tua fecerunt iter super me. *Omnes* autem dixit, propter earum multiplicitatem.

Vers. 9. *Die mandabit Dominus misericordiam suam. Die*, hoc est, in die, pro, manifeste et palam. *Mandabit* autem, hoc est, mittet. Jubere enim ac mandare videtur qui mittit; vel, ordinabit, et disponet misericordiam suam. Sermo vero hic prædicit; quemadmodum revocatio eorum in patriam omnibus fiet manifesta.

Et nocte canticum ejus apud me. Per totum hoc captivitatis tempus, noctuque, quando tuto magis B id facere possum, canam Deo meo. In die enim otium mihi nullum datur, cum dominis serviam, et opportuno caream tempore.

Oratio Deo vitæ meæ. Non modo illius canticum erit apud me, sed etiam oratio; canticum quidem in gratiarum actionem pro opportuna et jamdiu exspectata liberatione, oratio vero ad accelerationem hujus liberationis. Et quod ait: *Deo vitæ meæ*, expone, id est, Deo datori vitæ, ut illud: *Deus salutis meæ* [33], id est, Salvator meus.

Vers. 10. *Dicam Deo: Adjutor meus es, quare oblitus es mei, et quare contristatus incedo dum affligit me inimicus?* Oblitus esse videbatur Deus Judæorum, quia jam diu in inimicorum potestate ab eo relicti fuerant, ubi affligebantur, quemadmo- C dum verisimile est eos affligi, qui in captivitate constituti sunt.

Vers. 11. *Dum confringuntur ossa mea, exprobraverunt mihi inimici mei, dum dicunt mihi per singulos dies: Ubi est Deus tuus?* Contritis nimirum ossibus meis ob tam grave onus servitutis, vel ob verbera, et plagas, quæ assidue mihi a Babyloniis infliguntur. Vel Fatigatus sum, ac debilitatus viribus meis. Per ossa enim vires intelligit. Cum itaque hoc pacto me haberem, irridebant me inimici mei, illud mihi semper objicientes: *Ubi est Deus tuus*, qui te eripiat et liberet?

Vers. 12. *Quare tristis es anima mea, et quare conturbas me? spera in Deo quoniam confitebor illi, salutare vultus mei, et Deus meus.* Repetit quæ jam superius dixerat, quod facit ut fiducia sese ac D patientia muniret. Congruit etiam hic psalmus pio cuilibet ac religioso viro, qui multas calamitates in præsenti vita passus sit, quique dissolvi [cum Paulo] optet, et redire ad Deum [34]. Et tunc per exprobrantes, non ipsos tantum dæmones, sed inimicos etiam intelliges, et per terram Jordanis, inferiorem terram hanc nostram, quæ comparatione, cœlesti longe est inferior. Jordanis namque interpretatur *terra inferior*; Hermoniim vero *locus doloris*, et alia juxta hunc sensum consequenter expones.

[33] Psal. xxxvii, 23. [34] Philipp. i, 23.

Psalmus ipsi David qui apud Hebræos sine inscriptione habetur.

PSALMUS XLII.

Præsens psalmus caret inscriptione, veluti qui ejusdem est argumenti et sententiæ cum superiori psalmo, et illius quodammodo pars esse videtur. Plurimum enim cum eo congruit ; et verisimile est eumdem fuisse, qui hæc, atque illa verba protulerit. Quæ etiam simili modo ex unius tantum dicuntur persona, veluti qui totius populi causam ac effectum est, quia rarus ac pene unicus quis passiones in se susceperit. Quod fortassis illa ratione reperiri possit qui id faciat.

Vers. 1. *Judica mihi, Deus.* Verbum *Judica* si cum accusativo jungatur idem significat quod Condemna, juxta quod dictum legimus [35] : *Judica illos, Deus ;* si vero cum dativo [ut hic], idem erit quod, Judex esto.

Et discerne causam meam de gente non sancta. De gente, id est, Cum gente. Vel, discerne causam de gente scelesta, atque injusta, et Deum verum non colente. Intelligit autem Babylonios.

A viro injusto et doloso eripe me. Injustum quidem dixit, veluti iniquum, atque exlegem, dolosum vero, ut deceptorem. Similia autem fere habentur in illa trium puerorum oratione. Dedisti enim, inquiunt, nos regi injusto, et omnium quæ in terra sunt pessimo. Illud etiam adnotandum, quod singulari aliquando, et aliquando plurali seu collectivo nomine eo, accusat : quia nimirum, et privata, et communi pravitate convivebant. Tu vero per gentem, et hominem injustum et dolosum ipsos dæmones, et dæmonum principem intelliges. Nihil enim differunt ab homine perturbationibus, quippe cum, more hominum, vesano voluptatum amore corripiantur, corporeis quod afficiantur passionibus, et variis inquinentur concupiscentiis.

Vers. 2. *Quia tu es, Deus, fortitudo mea.* Stabilitas scilicet mea, ac vires meæ.

Quare me repulisti ? Tradens me in captivitatem. Ego enim servus tuus sum, hi vero tibi adversantur.

Et quare tristis incedo, dum affligit me inimicus ? Non accusans Deum hoc dicit, sed placans potius, ac mitigans.

Vers. 3. *Emitte lucem tuam, et veritatem tuam.* Juxta anagogen, per lucem et veritatem, Christum intelligit. *Ego* enim, inquit, *lux sum, veritas, et vita* [36]. Juxta historiam vero, lucem appellat protectionem, et custodiam Dei, quæ summum quoddam lætitiæ lumen secum affert, cujus splendore omnes afflictionum tenebræ dissolvuntur. Veritatem autem expone, id est, verum auxilium.

Ipsa me deduxerunt, et adduxerunt in montem sanctum tuum, et in tabernacula tua. Hoc in loco tempus positum est pro tempore, præteritum nimirum pro futuro. Tua, inquit, lux, et tua veritas, ipsa me deducent, et adducent in montem sanctum tuum Sion, et in tabernacula, hoc est, in templum

A *Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις.*

ΨΑΛΜΟΣ ΜΒ'.

Ἀνεπίγραφός ἐστιν, ὡς τῆς αὐτῆς τῷ πρὸ αὐτοῦ τυγχάνων διανοίας· δοκεῖ γὰρ μέρος αὐτοῦ, διὰ τὸ πολλὴν ἔχειν συμφωνίαν· ὁ γοῦν τὰ ἐν ἐκείνῳ φθεγξάμενος, φθέγγεται καὶ τὰ ἐν τούτῳ. Εἷς δέ τις ἐστὶν ὁ λέγων, καὶ τὰ πάθη τοῦ γένους εἰς ἑαυτὸν ἀναδεχόμενος, διότι καὶ σπάνιος ὁ τοιοῦτος.

Κρῖνόν μοι, ὁ Θεός. Τὸ *Κρῖνον*, εἰ μὲν αἰτιατικῇ πτώσει συνταχθείη, σημαίνει κυρίως τὸ Κατάκρινον, ὡς τό· *Κρῖνον αὐτούς, ὁ Θεός*· εἰ δὲ δοτικῇ, τὸ, Κριτὴς γενοῦ.

B *Καὶ δίκασον τὴν δίκην μου ἐξ ἔθνους οὐχ ὁσίου.* — *Ἐξ ἔθνους*, ἀντὶ τοῦ, Μετὰ ἔθνους· ἢ τὴν ἐξ ἔθνους ἀνοσίου, καὶ τὰ εἰς Θεὸν ἀδίκου· τοιοῦτος γὰρ ὁ ἀνόσιος· λέγει δὲ τοὺς Βαβυλωνίους.

Ἀπὸ ἀνδρὸς ἀδίκου καὶ δολίου ῥῦσαί με. *Ἀδίκου* μὲν, ὡς ἀνόμου· *δολίου* δὲ, ὡς ἀπατεῶνος. Δηλοῖ δὲ καὶ τοῦτο καὶ ἡ προσευχὴ τριῶν παίδων. Παρέδωκας γὰρ φησὶν, ἡμᾶς βασιλεῖ ἀδίκῳ καὶ παρανομωτάτῳ, παρὰ πᾶσαν τὴν γῆν. Ποτὲ μὲν οὖν, πληθυντικῶς, ποτὲ δὲ, ἑνικῶς αὐτῶν κατηγορεῖ, διότι καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ πονηρίᾳ συνέζων. Σὺ δὲ νοήσεις ἔθνος, καὶ τοὺς δαίμονας· ὁμοίως δὲ καὶ ἄνθρωπον ἄδικον καὶ δόλιον, τὸν διάβολον, ὡς προείρηται· οὐδὲν γὰρ ἀνθρώπου διαφέρει, κατὰ τὸ ἐμ-
C παθὲς, καὶ φιλήδονον, ὁμοίως ἀνθρώπῳ φιλοσωματῶν, καὶ τοῖς πάθεσιν ἀναφυρόμενος.

Ὅτι σὺ εἶ, ὁ Θεός, κραταίωμά μου. Στερέωσίς μου ἰσχύς μου.

Ἱνατί ἀπώσω με; Ἐκδοὺς εἰς αἰχμαλωσίαν· σὸς μὲν γὰρ ἐγὼ δοῦλος· οὗτος δὲ, ἐχθρός σου.

Καὶ ἱνατί σκυθρωπάζων πορεύομαι, ἐν τῷ θλίβειν τὸν ἐχθρόν; Οὐκ ἐγκαλῶν ταῦτά φησιν, ἀλλὰ δυσωπῶν.

Ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου. Ἀναγωγικῶς μὲν, τὸν Χριστὸν αἰνίττεται· φησὶ γάρ· *Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή*· καθ' ἱστορίαν δὲ, φῶς μὲν καλεῖ τὴν ἐπι-
D σκοπὴν, ἥτις τῷ φωτὶ τῆς χαρᾶς λύει τὸ σκότος τῆς θλίψεως· ἀλήθειαν δὲ, τὴν ἀληθινὴν βοήθειαν.

Αὐτά με ὡδήγησαν, καὶ ἤγαγόν με εἰς ὄρος ἅγιόν σου, καὶ εἰς τὰ σκηνώματά σου. Ἐνήλλακται ὁ χρόνος, ἀντὶ Ὁδηγήσουσι καὶ ἄξουσιν· αὐτὰ δὲ, δηλαδὴ τὸ φῶς σου καὶ ἡ ἀλήθειά σου· καὶ ὄρος μὲν ἅγιον, τὸ Σιών· σκηνώματα δὲ, ὁ θεῖος ναός. Ἀναγωγικῶς δὲ, ὁ Χριστὸς ὁδηγήσει καὶ ἄξει

[35] Psal. v, 11. [36] Joan. xiv, 6.

τοὺς πιστοὺς εἰς τὴν ἄνω Σιὼν, καὶ τὰ οὐράνια A σκηνώματα· Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, εἰμὶ ἡ ὁδός.
fideles omnes ad superuam Sion, et ad cœlestia tabernacula. *Ego* enim *sum*, inquit, *via*, *veritas*, etc.

Καὶ εἰσελεύσομαι πρὸς τὸ θυσιαστήριον τοῦ Θεοῦ. Λατρεύσων αὐτῷ, καὶ θύσων.

Πρὸς τὸν Θεὸν, τὸν εὐφραίνοντα τὴν νεότητά μου. Τοῦτο προσώπῳ φησὶ τῶν ἐν αἰχμαλωσίᾳ γεννηθέντων, καὶ νέων ἀναβαινόντων εἰς Ἱερουσαλήμ· εἰκὸς γὰρ τοὺς πατέρας αὐτῶν ἀποθανεῖν. Ἡ νεότητα λέγει τὴν κατὰ προαίρεσιν· ἐνέαζον γὰρ ταῖς εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ λατρείαν προθυμίαις. Ἀναγωγικῶς δὲ νεότης, ἡ διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀνανέωσις, καὶ τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου ἀπέκδυσις.
anagogen, per juventutem renovatio illa intelligitur, homine, novum induimus.

Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν κιθάρᾳ, ὁ Θεὸς, ὁ B *Θεός μου.* Τὴν προτέραν ἀπολήψομαι κατάστασιν, τοῦτο γὰρ ἐδήλωσεν διὰ τῆς κιθάρας· μετὰ ὀργάνων εὐχαριστήσω σοι· ἃ αἰχμαλωτισθέντες ἐπὶ ταῖς ἰτέαις ἐκρέμασαν, ὡς ἀργίαν ἤδη καταψηφισθέντα. Ἀναγωγικῶς δὲ κιθάρα, ἡ πρακτικὴ ἀρετὴ, ὡς ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν· τὸ δὲ, *ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου*, τὴν εἰς Θεὸν ἐμφαίνει διαπυροτάτην διάθεσιν.
condemnata jacerent. Juxta anagogen per citharam, versatur, ut alibi diximus. Verba autem illa : *Deus*, demonstrant.

Ἱνατί περίλυπος εἶ, ἡ ψυχή μου, καὶ ἱνατί συνταράσσεις με; Ἔλπισον ἐπὶ τὸν Θεὸν, ὅτι ἐξομολογήσομαι αὐτῷ, σωτήριον τοῦ προσώπου μου, καὶ ὁ Θεός μου. Τὰ αὐτὰ πάλιν αὐτῷ πρὸς ἐπίῤῥωσιν ἐγκελεύεται.

Εἰς τὸ τέλος τοῖς υἱοῖς Κορὲ εἰς σύνεσιν. Ψαλμὸς C *τῷ Δαβίδ.*

ΨΑΛΜΟΣ ΜΓ'.

Τοιαύτη μὲν καὶ τοῦ μα' ψαλμοῦ ἐπιγραφή· προειρήκαμεν δὲ περὶ αὐτῆς ἐν ἐκείνῳ. Νῦν δὲ χρὴ τοσοῦτον εἰπεῖν, ὅτι προσώπῳ Ματαθίου τοῦ Μακκαβαίου καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ τὸν παρόντα προαναφωνεῖ ψαλμὸν ὁ Δαβίδ· οἱ καταπονηθείσης τῆς Ἰουδαίας ὑπὸ Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς καὶ τῶν Μακεδόνων, καὶ ἁρπαγείσης, φυγάδες ὄντες, ἀνεθάῤῥησαν ὀψέ ποτε, καὶ συναγαγόντες ὅσους ἠδύναντο πρὸς ἄμυναν, παρεσκευάσθησαν τῷ Θεῷ θαῤῥήσαντες. Ὧν τὴν ἱστορίαν ἀκριβῶς τὰ Μακκαβαϊκὰ διδάσκουσιν Ἰωσήπου. Κατεπτηχόσι δὲ τοῖς ἐκ φυγῆς συνηλεγμένοις διὰ τὴν τῶν Μακεδόνων ἀπήνειαν, προσάγουσι D παραίνεσιν, ἐν εὐχῆς τύπῳ, τῇ ἀναμνήσει τῶν κατὰ τοὺς πατέρας αὐτῶν γεγενημένων τεραστίων παραθαῤῥύνοντες αὐτοὺς, καὶ εἰς τὸν πόλεμον διεγείροντες.

Ὁ Θεὸς, ἐν τοῖς ὠσὶν ἡμῶν ἠκούσαμεν, οἱ πατέρες ἡμῶν ἀνήγγειλαν ἡμῖν ἔργον ὃ εἰργάσω ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν, ἐν ἡμέραις ἀρχαίαις. — *Ὁ Θεὸς, ἐν τοῖς ὠσὶν ἡμῶν ἠκούσαμεν*, εἰς βεβαίωσιν τοῦ λόγου πρόσκειται τὸ, *Τοῖς ὠσὶν ἡμῶν.* Καὶ γὰρ εἰώθαμεν, ὅταν διηγώμεθα περὶ ὧν πεπληροφορήμεθα, μάρτυρας αὐτὰ παραλαμβάνειν τὰ

tuum. Juxta anagogem Christus, qui, ut superius diximus, lux est, et veritas, deducet et adducet

VERS. 4. *Et introibo ad altare Dei.* Adorabo, inquit, Deum, et sacrificabo ei.

Ad Deum qui lætificat juventutem meam. Hæc ex eorum persona dicta sunt, qui in captivitate nati erant, et qui modo ascendebant in Jerusalem. Verisimile enim est, eorum parentes in Babylone captivos periisse. Vel per juventutem, vigescens animi propositum intelligit. Renovabantur enim, et quodammodo juvenescebant, cum divini cultus semper magis succenderentur desiderio. Juxta quæ fit per baptismum, quando, exuto antiquo

VERS. 5. *Confitebor tibi in cithara Deus, Deus meus.* Primum inquit, atque amœniorem vitæ meæ statum recuperabo, organisque atque instrumentis musicis, ut olim, tibi gratias agam ; quæ omnia ab eo tempore quo in Babylone captivi sumus, suspendimus in salicibus ; ea nimirum ratione, ut postquam nullus nos tunc musices usus decebat, ipsa instrumenta illic veluti ad otium, atque inertiam virtutem moralem intelligimus, quæ circa actiones *Deus meus*, ingentem ac validum ardorem in Deum

Quare tristis es anima mea, et quare conturbas me ? spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei, et Deus meus. Eadem rursus ipse sibi ad majorem mentis suæ confirmationem præcipit.

In finem filiis Core ad intelligentiam Psalmus ipsi David.

PSALMUS XLIII.

Similis est inscriptio psalmi XLI, de qua jam diximus. Nunc illud tantum dicere oportet, quod beatus David psalmum hunc scripsit in personam Matathiæ Machabæi, et filiorum ejus, qui cum eo tempore, quo Judæa regio ab Antiocho cognomento Illustri, atque a Macedonibus vastaretur, exsules essent, sero licet, vires tamen, atque animum tandem receperunt. Unde collectis pro tempore copiis, ad defensionem ac vindictam suorum in Deo fidentes sese accinxerunt, ut uberius in eorum historia Josephus retulit. Cum igitur hi exsules cum cæteris fugitivis, qui ex Judæis congregati fuerant, ob Macedonum sævitiam trepidarent, exhortationem sibi in orationis formam composuerunt, quæ mirabilia quæque progenitorum suorum facta commemoraret : ut his nimirum exemplis animarentur et fidentius excitarentur ad pugnam.

VERS. 2. *Deus, auribus nostris audivimus, patres nostri annuntiaverunt nobis opus quod operatus es in diebus eorum, in diebus antiquis.* Quod dicit : *Audivimus auribus nostris*, dictum est ad majorem confirmationem et majorem fidem sermonis. Solemus enim quando aliquod factum narramus de quo certi sumus, sensus ipsos assumere in testes,

ut illud : *Viderunt oculi nostri* ; item : *Manus* A *nostræ contrectaverunt*, et cum dixerint : *Audivimus*, subdit, a quibus, a patribus scilicet, per illa nimirum, quæ nobis scripta reliquerunt. Quid autem audierint, et quid operatus sit Deus, audi in sequentibus.

Vers. 3. *Manus tua gentes exterminavit, et plantasti eos.* Per gentes Chananæos intelligit, et alios populos, qui olim in terra promissionis habitaverant : et per manum ejus, divinam potentiam. *Plantasti eos*, id est, habitare fecisti patres nostros. Et considera exquisitum loquendi modum. De illis enim gentibus dicit, quod Deus exterminavit eas, eo quod penitus eradicatæ sunt ab illa regione. De Judæis vero ait : *Plantasti eos*, quia nimirum in gentium sede, unde illæ exterminatæ et pulsæ fuerant, ipsi firmas ac stabiles radices miserunt. Ipsi enim primi Patres, illinc nunquam expulsi sunt, tametsi eorum liberi admissorum scelerum luentes pœnas, sæpe postmodum Deo jubente alio transmigraverint. Prioribus autem omnibus omissis miraculis, sermonis sui argumentum Propheta hinc potissimum elicit, quia si extraneos Deus alienam in sedem collocavit, eis nunc magis sperandum sit, ut pulsi e patria illuc a Deo iterum reducendi, et in pristinum statum restituendi sint.

αἰσθητήρια, ὡς τὸ, *Ἑωράκασιν οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν* καί· *Αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν*. Εἰπόντες δὲ, ὅτι *Ἠκούσαμεν*, ἐπάγουσι καὶ παρὰ τίνων, ὅτι παρὰ τῶν πατρῶν. Δῆλον δὲ, ὅτι (53) ἀπὸ τῶν συγγραμμάτων ὧν ἀπολελοίπασιν. Τί δέ ἐστιν ὃ ἠκούσαμεν καὶ ὃ εἰργάσατο ὁ Θεὸς ἄκουσον διὰ τῶν ἑξῆς.

Ἡ χείρ σου ἔθνη ἐξωλόθρευσε, καὶ κατεφύτευσας αὐτούς. Ἔθνη τὰ τῶν Χαναναίων λέγει, καὶ τῶν ἄλλων, τῶν κατοικούντων πρότερον ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας· χεῖρα δὲ λέγει Θεοῦ, τὴν θείαν δύναμιν· *Κατεφύτευσας* δὲ, ἀντὶ Ἐγκατῴκισας τοὺς πατέρας ἡμῶν. Ὅρα δὲ τῶν λέξεων τὴν ἀκρίβειαν· ἐπ' ἐκείνων μὲν, *Ἐξωλόθρευσε*, διὰ τὴν πανωλεθρίαν· ἐπὶ τούτων δὲ, *Κατεφύτευσας*, διὰ B τὴν ἐνρίζωσιν. Εἰ γὰρ καὶ μετανάσται γεγόνασι πρότερον, ἀλλ' οὐχ αὐτοὶ πάντως, ἀλλὰ τὰ τέκνα αὐτῶν, καὶ ταῦτα διὰ τὰς οἰκείας ἁμαρτίας. Τὰ προλαβόντα δὲ θαύματα παραλιπὼν ὁ λόγος, μόνον τοῦτο τίθησιν, ὡς οἰκεῖον πρὸς τὴν ὑπόθεσιν· εἰ γὰρ τοὺς ξένους ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν ἵδρυσε, πολλῷ μᾶλλον τούτους ἐκβεβλημένους τῆς πατρίδος ἀποκαταστήσει πάλιν καὶ συναγάγῃ.

Afflixisti populos, et ejecisti eos. Gentes scilicet. Neque enim tantummodo ejectæ sunt, sed antequam ejicerentur, diutino etiam bello, et variis calamitatibus fuerunt afflictæ.

Ἐκάκωσας λαοὺς, καὶ ἐξέβαλες αὐτούς. Τὰ ἔθνη· οὐ γὰρ ἐξεβλήθησαν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρῶτον ἐκακώθησαν, πολέμῳ καὶ θεομηνίᾳ.

Vers. 4. *Non enim in gladio suo hæreditaverunt terram.* Terram enim promissionis armis consecuti C non sunt.

Οὐ γὰρ ἐν τῇ ῥομφαίᾳ αὐτῶν ἐκληρονόμησαν γῆν. Οὐκ ἐν τοῖς ὅπλοις ἐκληρονόμησαν γῆν τὴν τῆς ἐπαγγελίας.

Et brachium eorum non salvavit eos. Neque potentia eorum eos liberavit a tantis, et tam tremendis gentibus.

Καὶ ὁ βραχίων αὐτοῦ ἔσωσεν αὐτούς. Οὐδὲ ἡ δύναμις αὐτῶν ἐρρύσατο αὐτοὺς ἀπὸ τοσούτων καὶ τηλικούτων ἐθνῶν.

Sed dextra tua et brachium tuum. Per dextram, quidam auxilium intelligunt, et per brachium potentiam. Alii vero per utramque dictionem æque significari dicunt potentiam.

Ἀλλ' ἡ δεξιά σου, καὶ ὁ βραχίων σου. Τινὲς δεξιὰν μὲν, λέγουσι τὴν βοήθειαν· τινὲς δὲ, τὴν δύναμιν· ἄλλοι δὲ, καὶ ἄμφω τὴν δύναμιν σημαίνειν ἐκ παραλλήλου.

Et illuminatio vultus tui. Hoc est, visitatio tua. *Ostende* enim, alibi inquit, *faciem tuam, et salvi erimus* [37]. Visitatio autem divina, aut aspectus divinus, pro ejus auxilio sumitur : quia si periclitanti cuipiam quis auxilio esse velit, necessario ad eum oculorum aciem dirigit.

Καὶ ὁ φωτισμὸς τοῦ προσώπου σου. Καὶ ἡ ἐπισκοπή σου· Ἐπίφανον γὰρ, φησὶ, τὸ πρόσωπόν σου, καὶ σωθησόμεθα· Ἐπισκοπὴ δὲ Θεοῦ, ἡ ἀντίληψις. Ὁρῶν γάρ τις ἀντιλαμβάνεται.

Quoniam complacuisti in eis. Id est, quia bene D voluisti patribus nostris. Ita enim significat hoc loco verbum, *complacuisti*.

Ὅτι εὐδόκησας ἐν αὐτοῖς. Ὅτι τὸ ἀγαθὸν ἠθέλησας ἐν τοῖς πατράσιν ἡμῶν· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ *Εὐδόκησας*.

Vers. 5. *Tu es ipse rex meus et Deus meus.* Tu, qui illa operatus es, idem ipse es et nunc, qui olim fuisti, velut immutabilis : nos quoque eorumdem filii sumus. Restat tantum, ut tandem in nobis opereris miracula, cum te, ut regem et Deum colamus, quemadmodum et illi antea coluerunt.

Σὺ εἶ αὐτὸς ὁ βασιλεύς μου καὶ ὁ Θεός μου. Ὁ ἐκεῖνα ἐργασάμενος, σὺ εἶ αὐτὸς καὶ νῦν, ὡς ἀναλλοίωτος· καὶ ἡμεῖς, ἐκείνων ἔκγονοι. Καὶ λοιπὸν ὁμοίως τερατούργησον, ὃν καὶ βασιλέα καὶ Θεὸν ἔχω καθάπερ ἐκεῖνοι.

Qui mandas salutes Jacob. His verbis facilitatem

Ὁ ἐντελλόμενος τὰς σωτηρίας Ἰακώβ. Τοῦτο,

[37] Psal. LXXIX, 4.

Variæ lectiones.

(53) In alio desideratur ἀπό.

διὰ τὴν εὐχέρειαν καὶ ταχύτητα τῆς βοηθείας. Ὁ λόγῳ μόνῳ χρώμενος, εἰς τὸ σῶσαι τὸν ἐξ Ἰακὼβ καταγόμενον λαόν. Ἢ ὁ ἐν πολέμοις ὑποτιθέμενος πῶς ἂν σωθείη· ποιήσατε γάρ, φησι, τάδε καὶ τάδε.

Ἐν σοὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν κερατιοῦμεν. Καταγωνισόμεθα, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ζώων, ἃ τοῖς κέρασι καταπαλαίουσι πᾶν ἀντίπαλον.

Καὶ ἐν τῷ ὀνόματί σου ἐξουδενώσομεν τοὺς ἐπανισταμένους ἡμῖν. Πεποίθαμεν, φησὶν, ὅτι τὸ ὄνομά σου μόνον ἐπισείσαντες αὐτοῖς, καὶ μόνον ἐμβοήσαντες ὅτι ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ὡς οὐδὲν αὐτοὺς ἡγησόμεθα, καὶ εὐκαταφρονήτους ποιήσομεν.

Οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ τόξῳ μου ἐλπιῶ, καὶ ἡ ῥομφαία μου οὐ σώσει με. Εἰ γὰρ καὶ τούτοις ὥπλισμαι, νόμῳ πολέμου, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τούτοις τεθάῤῥηκα.

Ἔσωσας γὰρ ἡμᾶς ἐκ τῶν θλιβόντων ἡμᾶς, καὶ τοὺς μισοῦντας ἡμᾶς κατῄσχυνας. Πεῖραν γὰρ τῆς παρὰ σοῦ βοηθείας καὶ πρότερον ἐλάβομεν, καὶ οἴδαμεν ὅπως ἀντιλαμβάνῃ.

Ἐν τῷ Θεῷ ἐπαινεσθησόμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν. Τὸ Ἐπαινεσθησόμεθα, *Καυχησόμεθα* εἶπεν ὁ Σύμμαχος· ὁ γὰρ καυχώμενος, ἑαυτὸν ἐπαινεῖ. Οὐχ ἐν ἑτέρῳ, φησὶ, πράγματι τῶν ἁπάντων καυχησόμεθα, καίτοι πολλὰ λέγειν ἔχοντες, ἀλλ' ἢ ἐν μόνῳ τῷ ἐπιγινώσκειν τὸν Θεόν. Τὸ δὲ *Ὅλην τὴν ἡμέραν*, *Κατὰ πᾶσαν τὴν ἡμέραν* ὁ Ἀκύλας ἐκδίδωσι πανταχοῦ· ὁ δὲ Σύμμαχος, *Καθ' ὅλην τὴν ζωήν*.

Καὶ ἐν τῷ ὀνόματί σου ἐξομολογησόμεθα εἰς τὸν αἰῶνα. Τὸ Ἐξομολογησόμεθα, ἀντὶ τοῦ Διηγησόμεθά τινες νενοήκασιν, οἷον, ἐν τῷ ὀνόματί σου διήγησιν ποιησόμεθα, καταλέγοντες πᾶσιν ὅσα ἔν τε τοῖς πατράσι καὶ ἐν ἡμῖν ἐνήργησε τοῦτο μεγαλεῖα. Ἢ καὶ ἄλλως· Τῷ ὀνόματί σου εὐχαριστήσομεν, τῆς προθέσεως περιττῶς κειμένης· τὸ δὲ *Εἰς τὸν αἰῶνα*, τὸ ἀεὶ σημαίνειν πάντες πανταχοῦ φασι.

Νυνὶ δὲ ἀπώσω, καὶ κατῄσχυνας ἡμᾶς. Ἀπώσω μὲν, ὡς ἀναξίους· *κατῄσχυνας* δὲ, ἀντὶ τοῦ, αἰσχυνθῆναι πεποίηκας, μὴ ἀντιλαμβανόμενος ἡμῶν τοιαῦτα πασχόντων.

Καὶ οὐκ ἐξελεύσῃ ὁ Θεὸς ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν. Κἀνταῦθα ἀντιχρονία, καθὼς ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκεν· *Καὶ οὐ συνεξάρχῃ τοῖς στρατεύμασιν ἡμῶν*· ταῦτα γὰρ, δυνάμεις ἐκάλεσεν.

Ἀπέστρεψας ἡμᾶς εἰς τὰ ὀπίσω παρὰ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν. Πρώτους παρὰ τῇ σῇ ἐπισκοπῇ τεταγμένους ἀπέστρεψας εἰς τὴν ἐσχάτην τάξιν, καὶ ὑπεβίβασας ἡμᾶς τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν.

Καὶ οἱ μισοῦντες ἡμᾶς, διήρπαζον ἑαυτοῖς. Διήρπαζον τὰ ἡμέτερα.

Ἔδωκας ἡμᾶς ὡς πρόβατα βρώσεως. Τὸ Ἔδωκας, ἀντὶ τοῦ Παρέδωκας, ἐξέδωκας, καὶ οὐδὲ ὡς πρόβατα κτήσεως, ἀλλὰ βρώσεως· ταῦτα γὰρ ἐκείνων φαυλότερα, ὡς εἰς σφαγὴν ἐπιτήδεια.

Ἐν τοῖς ἔθνεσι διέσπειρας ἡμᾶς. Εἰς δουλείαν·

A atque celeritatem divini explicat auxilii. Tu, inquit, qui solo verbo uteris cum populum illum salvas, qui descendit ex Jacob. Vel aliter : Tu qui in præliis suggeris, et subministras populo tuo modum, quo salvari debeat, dicens : Hæc aut illa facite.

Vers. 6. *In te inimicos nostros cornu petemus*. Id est profligabimus. Tractum est autem hoc ex metaphora animalium, quæ cornibus certant.

Et in nomine tuo spernemus insurgentes in nos. Confidimus, inquit, quod tantum invocantes nomen tuum adversus hostes nostros, et tantummodo vociferantes, Deum Israel, hoc nomine confirmati, spernemus et flocci faciemus eos.

Vers. 7. *Neque enim in arcu meo sperabo, et gladius meus non salvabit me*. Nam et si lege belli hu-
B jusmodi armis accinctus sim, nulla mihi tamen in eis adest fiducia.

Vers. 8. *Salvasti nos de affligentibus nos, et qui oderant nos confudisti*. Nam tuum experti sumus auxilium [advocantibus enim adfuisti] scimusque quod in posterum pari modo te advocantibus aderis.

Vers. 9. *In Deo laudabimur tota die*. Pro *Laudabimur*, Symmachus dixit, *Gloriabimur ;* nam qui gloriatur seipsum laudat. Tametsi, inquit, multa ad nostram gloriam adduci possent, nulla tamen alia in re gloriabimur, quam in uno hoc, quod Deum cognoscimus. Et quod ait : *Tota die*, Symmachus, *Per omnem diem* dixit, et Aquila, *Per to-*
C *tam vitam*.

Et in nomine tuo confitebimur in sæculum. *Confitebimur* pro Narrabimus, ut sit sensus : In nomine tuo narrationem faciemus, mirabilia connumerantes, quæ hoc nomen tuum, tam in patribus nostris quam in nobis, supra hominum fidem effecit. Vel aliter : Nomini tuo gratias agamus. Et quod ait : *In sæculum*, omnes alii interpretes passim transferunt, *semper*.

Vers. 10. *Nunc autem repulisti et confudisti me*. *Repulisti* quidem ; ut indignos, *confudisti* vero, id est, confundi permisisti, dum nobis tanta sustinentibus mala, opem nullam tulisti.

Et non egredieris, Deus, in virtutibus nostris. Hic etiam tempus pro tempore ponitur, quemadmodum
D Symmachus reddidit, dicens : *Nec simul egredieris cum exercitibus nostris*. Exercitus enim, virtutes, hoc est, potestates appellavit.

Vers. 11. *Convertisti nos retrorsum post inimicos nostros*. Nos amicos olim tuos, et qui olim apud custodiam, et protectionem tuam in primo ordine sistebamus, avertisti in ultimum locum, et inimicis propriis subjecisti.

Et qui oderant nos, diripiebant sibi. Diripiebant sibi nostra nimirum bona.

Vers. 12. *Dedisti nos tanquam oves escarum*. Tradidisti nos, sicut oves : oves dico, non quæ in possessionem, ac pro patrimonio retineantur, sed quæ viliores sint, et carnificinæ exponantur.

Et in gentibus dispersisti nos. In servitutem ni-

mirum. Variæ enim gentes cum Macedonibus simul militabant. In captivorum enim, ut diximus, et exsulum personam Propheta hæc dicit.

Vers. 13. *Vendidisti populum tuum sine pretio.* Populum, inquit, tibi antea dilectum in servitutem tradidisti. Et quod ait, *Sine pretio*, ad populi contemptum dictum est. Pravos enim ac mancos servos solemus sine pretio tradere, atque eorum emissionem lucro putare, quod etiam per Isaiam prophetam alibi dictum est, dum ait : *Gratis venditi estis* [38].

Et non erat multitudo in commutationibus nostris. Et pretium, inquit, quo alienati sumus ad parvam ascendebat summam. Commutatio servi enim pretium est loco servi datum. Hujusmodi autem verbis adversus seipsos ironice cavillantur. Nam absque ullo etiam pretio traditi fuerant in servitutem. Quædam vero exemplaria habent : *Et non erat multitudo in vociferationibus eorum*, ut sit sensus, quod non erat grandis hostium numerus, quando exsultantes vociferationibus utebantur. Vicerunt nimirum comparati.

Vers. 14. *Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsannationem, et derisionem iis qui in circuitu nostro sunt.* Subsannare idem sibi vult quod negligere. Per vicinos autem, et eos qui in circuitu sunt, alienigenas intelligit, veluti Idumæos, Moabitas, Ammonitas, et alios hujusmodi.

Vers. 15. *Posuisti nos in parabolam in gentibus.* In parabolam dixit, pro, in exemplum. Solebant enim dicere vicinæ illæ gentes : Utinam omnibus aliis hostibus nostris ita accidat, quemadmodum accidisse videmus populo Israelitico. Vel, in narrationem, seu in fabulam. Narrabantur enim ab omnibus Judæorum calamitates.

Commotionem capitis in populis. A communi sensu sumendum est verbum : *Posuisti in commotionem capitis in populis gentium.* Movent, inquit, gentium populi capita adversus nos, ii quidem nostrum miserti, alii vero gaudentes potius, et lætitiæ vocibus insultantes.

Vers. 16. *Tota die verecundia mea coram me est.* Semper est in conspectu meo.

Et confusio faciei meæ cooperuit me. Eo quod tam ignominiose direptus sum et dispersus. Idem autem æque significant hæc, et paulo ante præcedentia verba.

Vers. 17. *A voce exprobrantis et obloquentis, a facie inimici et persequentis.* Verecundia, inquit, et confusio mihi est, quod vicini atque inimici exprobrant me : et superbe adeo me respiciunt, ut ex adverso intueri eos non audeam. Et quod hic legimus *Obloquentis*, Aquila, *Blasphemantis*, dixit.

Vers. 18. *Hæc omnia venerunt in nos.* Has omnes calamitates sustinuimus.

A διάφορα γὰρ ἔθνη τοῖς Μακεδόσι συνεστρατεύοντο. Οἰκειοῦται δὲ πρόσωπον τῶν ἑαλωκότων.

Ἀπέδου τὸν λαόν σου ἄνευ τιμῆς. Ἐξέδωκας εἰς δουλείαν τὸν πρὶν ἠγαπημένον σου λαὸν, ἄνευ τιμήματος. Τοῦτο δὲ λέγει, τὴν φαυλότητα τοῦ λαοῦ δηλῶν. Εἰώθαμεν γὰρ τοὺς ἄγαν πονηροὺς οἰκέτας, ὡς ἀχρήστους καὶ ἀτίμους ἄνευ τιμήματος ἀποδίδοσθαι, κέρδος ἡγούμενοι τὴν τούτων ἀπαλλαγήν. Τοῦτο δὲ καὶ διὰ Ἠσαΐου φησὶν ὁ Θεὸς, ὅτι *Δωρεὰν ἐπράθητε.*

Καὶ οὐκ ἦν πλῆθος ἐν τοῖς ἀλλάγμασιν ἡμῶν. Καὶ οὐκ ἦσαν πολλὰ τὰ τιμήματα ἡμῶν· ἄλλαγμα γὰρ οἰκέτου, τὸ ἀντιδιδόμενον τίμημα. Ἑαυτῶν δὲ κατειρωνεύονται, τοῦτο λέγοντες· ἄνευ γὰρ τιμῆς

B ἀπεδόθησαν. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, *Ἐν τοῖς ἀλαλάγμασιν* ἔχουσιν, οἷον, Οὐκ ἦν πλῆθος ἐχθρῶν, ἐν τῷ καθ' ἡμῶν ἀλαλάζειν τὰ ἐπινίκια. Κεκρατήκασι γὰρ ἡμῶν, ὄντες πρὸς ἡμᾶς ὀλίγοι.

superati sunt, et quando hostes in signum victoriæ enim nos, inquit, cum pauci numero essent, nobis

Ἔθου ἡμᾶς ὄνειδος τοῖς γείτοσιν ἡμῶν, μυκτηρισμὸν καὶ χλευασμὸν τοῖς κύκλῳ ἡμῶν. Μυκτηρισμὸν λέγει τὴν ἐξουδένωσιν· χλευασμὸν δὲ, τὸ σκῶμμα. Γείτονες δὲ, καὶ κύκλῳ αὐτῶν, οἱ ἀλλόφυλοι Ἰουδαῖοι, καὶ Μωαβῖται, καὶ Ἀμμανῖται, καὶ ἄλλοι τοιοῦτοι.

C *Ἔθου ἡμᾶς εἰς παραβολὴν ἐν τοῖς ἔθνεσιν.* Ἀντὶ τοῦ, εἰς παράδειγμα· λέγειν γὰρ εἰώθασιν, ὅτι Πάθοιεν οἱ ἐχθροὶ ἡμῶν πάντες, οἷα καὶ οἱ Ἰσραηλῖται· ἢ εἰς ἐκδιήγησιν· διηγοῦνται γὰρ τὰς ἡμετέρας συμφοράς.

Κίνησιν κεφαλῆς ἐν τοῖς λαοῖς. Ἀπὸ κοινοῦ τὸ *Ἔθου εἰς κίνησιν κεφαλῆς ἐν τοῖς λαοῖς τῶν ἐθνῶν·* κινοῦσι γὰρ ἐφ' ἡμῖν τὰς κεφαλὰς, οἱ μὲν κατοικτειριζόμενοι, οἱ δὲ μᾶλλον ἐπιχαίροντες, καὶ οἷον λέγοντες, Εὖγε, εὖγε.

Ὅλην τὴν ἡμέραν ἡ ἐντροπή μου κατεναντίον μού ἐστι. Διαπαντὸς ἐνώπιόν μου ἐστί.

D *Καὶ ἡ αἰσχύνη τοῦ προσώπου μου ἐκάλυψέ με.* Οὕτως αἰσχρῶς (54) διηρπαγμένον καὶ διεσπαρμένον. Τὸ αὐτὸ δὲ καὶ τοῦτο σημαίνει.

Ἀπὸ φωνῆς ὀνειδίζοντος καὶ καταλαλοῦντος, ἀπὸ προσώπου ἐχθροῦ καὶ ἐκδιώκοντος. Αἰσχύνη μοι, φησὶν, ἐστὶ, καὶ ἀφ' ὧν λέγουσιν οἱ ὀνειδίζοντες γείτονες, καὶ ἀφ' ὧν ὁρῶσι ὑποβαρὸν οἱ ἐχθροὶ, καὶ οὐδ' ἀντιβλέπειν αὐτοὺς ἰσχύω. Τὸ *Καταλαλοῦντος* δὲ, *Βλασφημοῦντος* εἶπεν ὁ Ἀκύλας.

Ταῦτα πάντα ἦλθεν ἐφ' ἡμᾶς. Ταύτας πάσας τὰς κακώσεις ὑπέστημεν.

[38] Isa. L, 1.

Variæ lectiones.

(54) Al. Διηρπασμένον.

Καὶ οὐκ ἐπελαθόμεθά σου. Ὥστε ὀνομάσαι Θεὸν A ἕτερον.

Καὶ οὐκ ἠδικήσαμεν ἐν τῇ διαθήκῃ σου. Οὐ παρέβημεν τὸν νόμον σου· ἀδικεῖ γὰρ τὸν νόμον ὁ παραβαίνων αὐτόν.

Καὶ οὐκ ἀπέστη εἰς τὰ ὀπίσω ἡ καρδία ἡμῶν. Καὶ οὐκ ἀπέστη ἐπὶ τὰ χείρονα. Ταῦτα δὲ πάντα λέγουσιν οἱ θεοσεβέστεροι τοῦ λαοῦ, οἱ καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις πάθεσι φυλάττοντες τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, καὶ ὑπὲρ ὅλων τῶν ὑπολελειμμένων δικαιολογοῦνται πρὸς τὸν Θεὸν, ἀλείφοντες καὶ τούτους εἰς εὐψυχίαν.

Ἐξέκλινας τὰς τρίβους ἡμῶν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ B *σου.* Καὶ μετέστρεψας τὰς τρίβους ἡμῶν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου, τῆς πρὸς τὸν ναόν σου, ὡς μηκέτι δύνασθαι πρὸς αὐτὸν βαδίζειν, τῶν μὲν αἰχμαλωτισθέντων, τῶν δὲ φυγόντων ἀπὸ τῆς πατρίδος.

Ὅτι ἐταπείνωσας ἡμᾶς ἐν τόπῳ κακώσεως. Τῷ τῆς φυγῆς, καὶ τῷ τῆς αἰχμαλωσίας.

Καὶ ἐπεκάλυψεν ἡμᾶς σκιὰ θανάτου. Θλῖψις ἡ ἐοικυῖα θανάτῳ, διὰ τὴν πικρίαν· ἔοικε γὰρ ἡ σκιὰ τῷ πρωτοτύπῳ, καὶ μιμεῖται τοῦτο.

Εἰ ἐπελαθόμεθα τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. — *Τοῦ Θεοῦ ἡμῶν*, περιφραστικῶς.

Καὶ εἰ διεπετάσαμεν χεῖρας ἡμῶν πρὸς Θεὸν ἀλλότριον. Τοῦτο τοῦ ῥηθέντος ἐπεξήγησις.

Οὐχὶ ὁ Θεὸς ἐκζητήσει ταῦτα; Εἰ τόδε πεποιήκαμεν, ἆρα οὐχὶ ὁ Θεὸς ἐκζητήσει ταῦτα;

Αὐτὸς γὰρ γινώσκει τὰ κρύφια τῆς καρδίας. Οὐδὲ ἐνεθυμήθημέν τι τοιοῦτον.

Ὅτι ἕνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν. Τῇ προαιρέσει· καὶ γὰρ δυνάμενοι συνθέσθαι τοῖς εἰδωλολάτραις, καὶ διάγειν ὡς ἐν ἀνέσει, διὰ σὲ πάντα ὑπομένομεν, καὶ πρόθυμοί ἐσμεν εἰς σφαγήν. Τὸ δὲ *Ὅτι*, περιττόν.

Ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς. Διὰ τὸ πρὸς ἀναίρεσιν εὐχερὲς ἡμῶν, καὶ τὸ μὴ δύνασθαι ἀμύνειν ἑαυτοῖς.

Ἐξεγέρθητι. Εἰς ἐκδίκησιν τοῦ λαοῦ σου.

Ἱνατί ὑπνοῖς, Κύριε; Ἱνατί ἡσυχάζεις ἐπὶ πλέον μακροθυμῶν; ἡσυχάζει γὰρ ὑπνῶν.

Ἀνάστηθι. Εἰς βοήθειαν. Ταὐτὸν δὲ τοῦτο τῷ Ἐξεγέρθητι. Ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων ἐνεργειῶν καὶ παθῶν εἰώθαμεν χαρακτηρίζειν τὸ θεῖον, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν, μὴ δυνάμενοι ἄλλως διαλεχθῆναι, διὰ τὴν ἀκροωμένων ἀσθένειαν.

Et obliti non sumus tui. Ut alium invocaremus Deum.

Et injuste non egimus in testamento tuo. Non transgressi sumus legem tuam. Injuste enim agit, et injuria ipsam legem afficit, qui illam transgreditur.

VERS. 19. *Et non recessit retro cor nostrum.* Non confugimus, inquit, ad deteriora. Dicta autem hæc sunt in personam eorum qui inter cæteros in populo, pietati, religionique ac divino cultui magis studebant; qui, et si tantis essent calamitatibus circumdati, divina tamen mandata observabant: unde etiam pro aliis omnibus, qui defecerant, Deo se purgant, et socios pariter ad magnanimitatem excitant.

Et declinasti semitas nostras a via tua. Et mutasti semitas nostras a via templi tui, ut ad illud amplius pergere nequeamus: cum nostrum alii, captivi sint, et alii procul fugerint a patria.

VERS. 20. *Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis.* In loco angustiæ, aut captivitatis.

Et cooperuit nos umbra mortis. Id est calamitas præsens, quæ adeo acerba est, ut morti pene similis videatur. Umbram enim eam appellavit, quia umbræ iis rebus similes esse solent, quarum formas repræsentant.

VERS. 21. *Si obliti sumus nominis Dei nostri.* Hoc est, si Dei nostri obliti sumus. Circumlocutione
C enim usus est.

Et si extendimus manus nostras ad Deum alienum. Hæc verba ad præcedentis versiculi expositionem dicta sunt.

VERS. 22. *Nonne Deus requiret ista?* Si hoc, inquit, aut illud fecerimus, nonne Deus hæc omnia exquiret?

Ipse enim novit abscondita cordis. Ac si diceret: Neque in animum nostrum tale quidpiam aliquando induximus.

Quoniam propter te mortificamur tota die. Ex nostro nimirum proposito et sponte nostra. Nam cum pacifice possimus ac tuto degere inter idololatras homines, ac Dei hostes: propter te tamen omnia sustinemus, et ad obeundam pro te mortem
D parati sumus. Dictio autem, *Quoniam*, superflua est.

Existimati sumus quasi oves occisionis. Quia scilicet neci sumus expositi, ut nobismetipsis auxilio esse nequeamus.

VERS. 23. *Exsurge.* Ad populi tui vindictam.

Quare obdormis, Domine? Quare quiescis ac tanta uteris longanimitate? Quiescere enim videtur qui dormit.

Resurge. In auxilium nostrum scilicet. Et idem significat *Resurge*, hoc in loco, quod Exsurge. Solemus autem actiones, passionesque seu affectus humanos Divinitati attribuere, ut sæpe diximus; non valentes aliter, ob auditorum infirmitatem, sensum explicare.

VERS. 4. *Sonuerunt et turbatæ sunt aquæ eorum, conturbati sunt montes in fortitudine ejus.* Omnipotens, inquiunt, nobis auxilio est. Sæpenumero enim marium fluctus fremuerunt conturbatique et commoti sunt, effervescentes nimirum irruentium ventorum vi : montes etiam nonnunquam concussi sunt. Omnia autem hæc potestate Dei efficiuntur. Unde alibi etiam ait ; *Qui convertis profundum maris* [58]. Item : *Qui respicit terram et facit eam tremere* [59]. Maria autem in plurali numero dicit, juxta Hebraicæ linguæ consuetudinem, ut alibi diximus. Vel, per maria, varios maris sinus aut tractus intelligit, veluti Ægeum, Ionicum et alios hujusmodi. Nec tamen abs re fuerit, his verbis anagogicum etiam sensum accommodare : Non timebimus, inquiunt, dum turbatur terra, hoc est, dum tyranni et subditi eorum populi terrena sapientes turbabuntur. [Turbati autem sunt, antiqua ac patria eorum conversatione immutata.) Quinimo, neque etiam timebimus dum montes, hoc, est, superbi elatique animo, ac tumentes dæmones, in amarescentium ac maris instar infructuosorum hominum corda transferentur ; hoc est, dum irruere eos videbimus, in hujusmodi homines, ita ut ad furorem eos atque insaniam commoveant, et sævire eos etiam cogant in nos. Multa enim hujusmodi facta fuisse traduntur in apostolorum Actis. [Et quod ait , sonuisse ac conturbatas esse aquas eorum , ita intelligendum est, ut oratio ad montes dirigatur, ac si diceret : Aquæ eorum montium.] Per aquas autem montium diabolicos atque idololatras homines intelligit, qui aquarum instar huc et illuc a spiritu deceptionis aguntur, quique clamantes sonuerunt et mutuo sese ad fidelium necem irritantes turbati sunt, et perterriti in admirandis servorum Dei operibus atque in invicto eorum robore. Turbati etiam sunt montes, hoc est, ipsi etiam , dæmones debiliores facti sunt atque in fugam acti.

A *Ἤχησαν καὶ ἐταράχθησαν τὰ ὕδατα αὐτῶν· ἐταράχθησαν τὰ ὄρη ἐν τῇ κραταιότητι αὐτοῦ.* Τοῦτο λέγουσιν, ὅτι Παντοδύναμος ὁ βοηθὸς ἡμῶν· πολλάκις γὰρ τὰ ὕδατα τῶν θαλασσῶν ἤχησαν καὶ ἐταράχθησαν κυκώμενα καὶ ἀναβρασσόμενα ταῖς βίαις τῶν ἐμπιπτόντων ἀνέμων. Ἔτι δὲ καὶ τὰ ὄρη, ἐσαλεύθησαν σεισμῷ. Ταῦτα δὲ γίνεται ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ. *Ὁ μεταστρέφων* γὰρ, φησὶ, *τὸ κῦτος τῆς θαλάσσης*· καὶ, *Ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν.* Θαλασσῶν δὲ πληθυντικῶς εἶπε, κατὰ τὴν Ἑβραΐδα συνήθειαν, ὡς ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν. Ἢ θαλάσσας καλεῖ τοὺς διαφόρους κόλπους, τὸν Αἰγαῖον, τὸν Ἰόνιον, καὶ τὰ τοιαῦτα. Οὐκ ἄκαιρον δὲ, καὶ ἀναγωγικῶς ἑρμηνεῦσαι τὰ B προῤῥηθέντα· Οὐ φοβηθησόμεθα ἐν τῷ ταράσσεσθαι τὴν γῆν, ἤτοι τοὺς γήϊνα φρονοῦντας τυράννους, καὶ ὑπηκόους· ἐταράσσοντο γὰρ, (67) μετατιθεμένων τῆς πατρῴου πολιτείας αὐτῶν. Ναὶ μὴν, οὐδὲ ἐν τῷ μετατίθεσθαι, ἤγουν εἰσέρχεσθαι τὰ ὄρη, τουτέστι τοὺς ἐπηρμένους δαίμονας, εἰς τὰς καρδίας τῶν ἁλμυρῶν καὶ πικρῶν ἀνθρώπων, ἐκμαίνοντας αὐτοὺς εἰς τὸν καθ' ἡμῶν φόνον· πολλὰ γὰρ τοιαῦτα γεγονέναι παρίστησιν ἡ βίβλος τῶν ἀποστολικῶν Πράξεων. Ὕδατα δὲ αὐτῶν, ἤγουν τῶν δαιμόνων, οἱ εἰδωλολάτραι, δίκην ὑδάτων τῇδε κἀκεῖσε μεταφερόμενοι τοῖς πνεύμασι τῆς τούτων ἀπάτης, οἳ ἤχησαν μὲν βοῶντες, καὶ ἀλλήλοις παραθήγοντες· ἐταράχθησαν δὲ, θορυβηθέντες ἐπὶ ταῖς παραδοξοποιΐαις τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, καὶ τῇ ἀκαταγωνίστῳ δυνάμει· ἐταράχθησαν δὲ καὶ τὰ ὄρη, τουτέστι καὶ αὐτοὶ οἱ δαίμονες, ἀτονοῦντες, καὶ ἐλαυνόμενοι.

VERS. 5. *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei.* Occulta hic traduntur mysteria. Et flumen quidem Christus dicitur propter dulcissima doctrinæ ejus fluenta, quæ fideles animas irrigant, impinguant et ad uberrimos virtutum fructus deducunt. Unde per quemdam prophetam dicit : *Ecce declino ad eos, quasi flumen pacis* [60]. Per impetus autem hujus fluminis, sanctos intelligimus apostolos, qui ab eo missi atque impulsi sunt, ad fidelium doctrinam. *Euntes* enim, inquit, *docete omnes gentes* [61]. Civitas vero Dei est fidelium congregatio , ipsa nimirum Christianorum Ecclesia, quæ Dei esse dicitur, quia vita et conversatio eorum Deo grata est. Lætificant igitur Ecclesiam apostoli, exemplo ac doctrina. Vel aliter : Per impetus fluminis, dona atque charismata intelligere possumus sancti Spiritus, quibus Ecclesia ab eo ornata est.

C *Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ.* Ἐντεῦθεν τὰ κρύφια, καὶ μυστικά· ποταμὸς μὲν γὰρ ὁ Χριστὸς, διὰ τὰ γλυκύτατα ῥεύματα τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ, ἄρδοντα, καὶ πιαίνοντα, καὶ πρὸς καρπογονίαν ἀρετῶν ἄγοντα τὰς τῶν πιστῶν ψυχάς· φησὶ γὰρ δι' ἑνὸς τῶν προφητῶν· *Ἰδοὺ ἐγὼ ἐκκλίνω ἐπ' αὐτοὺς, ὡς ποταμὸς εἰρήνης*· Ὁρμήματα δὲ, αὐτοῦ, οἱ θεῖοι ἀπόστολοι, παρορμηθέντες παρ' αὐτοῦ εἰς τὴν τῶν πιστῶν διδασκαλίαν· *Πορευθέντες* γὰρ, φησὶ, *μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη.* Πόλις δὲ τοῦ Θεοῦ, τὸ σύστημα τῶν πιστῶν, ἡ τῶν Χριστιανῶν Ἐκκλησία, διὰ τὸ θεοφιλὲς τῆς πολιτείας αὐτῶν. Εὐφραίνουσιν οὖν τὴν Ἐκκλησίαν οἱ ἀπόστολοι καὶ βίῳ καὶ λόγῳ. Καὶ ἄλλως δέ· ποταμὸς μὲν, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὁρμήματα δὲ D αὐτοῦ, τὰ διάφορα χαρίσματα, οἷς ἡ Ἐκκλησία κατακεκόσμηται.

Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus. Ipsa

Ἡγίασεν τὸ σκήνωμα αὐτοῦ ὁ Ὕψιστος. Ἡ

[58] Psal. LXIV, 8. [59] Psal. CIII, 32. [60] Isa. LXVI, 12. [61] Matth. XXVIII, 19.

Variæ lectiones.

(67) Al. μετατιθεμένης.

αὐτὴ πόλις ἐστὶ, καὶ σκήνωμα τοῦ Θεοῦ· *Ἐνοικήσω γάρ,* φησὶν, *ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω.*

Ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ οὐ σαλευθήσεται. — *Καὶ ἰδοὺ* φησὶν, *ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας.* Καί· *Ὅπου εἰσὶ δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν.* Οὐ σαλευθήσεται δὲ ταῖς βίαις τῶν ἀνατρέπειν ἐπιχειρούντων, ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν· *Πύλαι γάρ,* φησὶν, *ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς.*

Βοηθήσει αὐτῇ ὁ Θεὸς τὸ πρὸς πρωῒ πρωΐ. Βοηθήσει αὐτῇ ἐν περιστάσεσι ταχύτατα. Τὸ γὰρ *Πρὸς πρωῒ,* τάχους ἐπίτασιν σημαίνει, καὶ σύγκρισιν τοῦ πρωῒ, πρὸς ἕτερον πρωΐ· (68) διὸ τὸ ὄρθρον τῷ δευτέρῳ πρωῒ συντάξεις· οἷον, Τὸ πρωῒ, ὅσον πρὸς πρωῒ ἕτερον.

Ἐταράχθησαν ἔθνη. Τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος κατασπειρομένου, ἐκινήθησαν πάντες· οἱ μὲν, προστρέχοντες τῇ πίστει· οἱ δὲ, κατατρέχοντες αὐτῆς.

Ἔκκλιναν βασιλεῖαι. Αἱ πολεμοῦσαι τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἡττήθησαν ἀπειποῦσαι, ἢ ὑπεκλίθησαν αὐτῇ διὰ πίστεως· καὶ τοῦτο γὰρ κἀκεῖνο γέγονεν, ἐπὶ διαφόρων πόλεων.

Ἔδωκεν φωνὴν αὐτοῦ ὁ Ὕψιστος, ἐσαλεύθη ἡ γῆ. Τὸ μεγαλοδύναμον τοῦ Θεοῦ δεδήλωκεν ἐντεῦθεν, ὅτι μόνον λέγει, καὶ εὐθὺς τρέμει ἡ γῆ· καὶ ἀλλαχοῦ γάρ φησιν· *Ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν.* Τὰ τοιαῦτα δὲ, κατὰ μεταφορὰν εἴρηται τῶν ἐγκελευόντων τιμωρηθῆναί τινας, ἢ ὀργίλως ἐνορώντων· (69) ὀργὴν δὲ Θεοῦ λέγομεν, τὴν ἀπόφασιν. Ἢ καὶ ἄλλως· Ἔδωκεν εἰς τὸν κόσμον τὴν διὰ τοῦ Εὐαγγελίου φωνὴν αὐτοῦ, καὶ συνεκινήθησαν πάντες, ὡς προειρήκαμεν· γῆν γὰρ νοήσεις τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν, ὡς τό· *Καὶ ἦν πᾶσα γῆ χεῖλος ἕν.*

etiam Christianorum Ecclesia locus est et tabernaculum Dei: *Inhabitabo* enim, inquit, *et inambulabo in eis* [62].

Vers. 6. *Deus in medio ejus non commovebitur.* — *Ecce ego,* inquit, *vobiscum sum omnibus diebus (usque ad consummationem sæculi* [63].) Item: *Ubi sunt duo, aut tres congregati in nomine meo, illic sum ego in medio eorum* [64]. Non commovebitur autem vi aliqua visibilium, seu invisibilium inimicorum conantium ea evertere: *Portæ* enim, inquit, *inferni non prævalebunt adversus eam* [65].

Adjuvabit eam Deus mane diluculo. Adjuvabit eam, inquit, Deus quam celerrime: quoties nimirum in periculis fuerit constituta. Nam quod ait: *Mane diluculo,* seu [ut lectio Græca magis poscit,] *Diluculo ad diluculum,* summam indicat celeritatem et comparationem unius diluculi ad aliud diluculum, veluti sit quoddam diluculum alterius diluculi.

Vers. 7. *Conturbatæ sunt gentes.* Quia disseminata prædicatione evangelica omnes commoti sunt, alii currentes ad fidem, alii vero adversus eam impetum facientes.

Inclinata sunt regna. Regna omnia quæ adversus Ecclesiam pugnaverunt, victa tandem ac superata eo deducta sunt, ut contra certamen detrectaverint. Vel; inclinata ei sunt per fidem, utrumque enim multis in civitatibus effectum est.

Dedit vocem suam Altissimus, et mota est terra. Hoc in loco summam Dei potentiam declarat, dum ad solam ejus vocem statim tremere terram dicit. Quod alibi etiam fieri testatur ad solum aspectum, dum ait: *Qui respicit terram, et facit eam tremere* [66]. Hujusmodi autem verba metaphorice dicta sunt ad eorum exemplum, qui aliquem cruciari jubent, seu qui torve, aut iracunde aliquem intuentur. Iracundia autem commotum esse Deum dicimus, quando aut pœnas peccati condignas infert, aut alio quovis modo peccatorem condemnat. Vel aliter: Dedit Deus vocem suam in mundo per Evangelium: et commoti sunt omnes, ut prædiximus. Terram enim accipimus hoc in loco pro habitatoribus terræ, juxta quam significationem alibi legimus: *Et erat omnis terra labii unius* [67].

Κύριος τῶν δυνάμεων μεθ' ἡμῶν, ἀντιλήπτωρ ἡμῶν ὁ Θεὸς Ἰακώβ. Ταῦτα ἡ Ἐκκλησία φησὶν, ἐνισχύουσα αὐτὴν, καὶ παραθαρρύνουσα. Εὐκαίρως δὲ τοῦ Ἰακὼβ ἐμνημόνευσεν· (70) ὅτι τε κἀκεῖνον, ἐπιβουλευόμενον, τοῦτο μὲν, ὑπὸ Ἡσαῦ· τοῦτο δὲ ὑπὸ Λάβαν, τοῦτο δὲ ὑπὸ διαφόρων ἄλλων, ὁ Θεὸς ἐῤῥύσατο· καὶ ὅτι πρῶτος αὐτὸς τὴν τῶν ἐθνῶν

Vers. 8. *Dominus virtutum nobiscum, adjutor noster Deus Jacob.* Hæc verba profert Ecclesia seipsam cohortans ac confidere jubens. Opportune autem meminit patriarchæ Jacob: quia eum inter cæteros Deus persæpe ab insidiis liberavit, et quia primus gentium vocationem apertius prædixit: *Non deficiet,* inquiens, *princeps de Juda, neque*

[62] Levit. xxvi, 12; I Cor. vi, 16. [63] Matth. xxviii, 20. [64] Matth. xviii, 20. [65] Matth. xvi, 18. [66] Psal. ciii, 32. [67] Ezech. xl, 43.

Variæ lectiones.

(68) Græcorum verborum sensus est: *Quare articulum construes cum secunda voce* πρωῒ *ut sensus sit: Mane quod ad aliud mane pertineat.*

(69) Græca ita sonant: *Iram autem Dei dicimus condemnationem.*

(70) Græca sic: *Cum quod eum insidiis appetitum ab Esau modo, modo a Labano, modo ab aliis liberavit Deus; tum quod ipse omnium primus gentium vocationem prædicit,* etc.

dux de femoribus ejus donec veniat cui repositum est, et ipse est exspectatio gentium [68]

VERS. 9. *Venite et videte opera Dei, quæ posuit prodigia super terram.* Advocat eos Propheta qui ingenii acumine atque intelligentia cæteris præstant, ut contemplentur opera Dei : hoc est, præclara ejus gesta, quæ per Evangelium facta sunt, et quæ Deus veluti prodigia quædam posuit in terra, ut per ea ineffabilis ejus potestas prædicaretur. Neque enim ulla naturæ consequentia contigerunt. Piscatores enim vicerunt philosophos, et pauci homines, totum orbem, et qui nudi erant, divites et qui pauperes, ipsos reges; qui etiam mortales erant et visibiles, immortales atque invisibiles dæmones superarunt.

Auferens bella usque ad fines terræ. Nato enim Jesu, bella quæ inter nationes mutuo ante invaluerant, cessarunt omnia, cum totius orbis imperium ad Romanos devenisset. *Exiit* enim, inquit Lucas, *edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis* [69]. Cum igitur summa esset in toto orbe pax, arma effecta sunt inutilia : conversis nimirum omnibus hominibus ad agriculturam, atque ad reliquas artes. Quod etiam significans Isaias dicebat : *Scindet gladios suos in vomeres, et lanceas suas in falces, et gens non sumet gladium contra gentem* [70]. Considera etiam vim dictionis Græcæ ἀνταναιρῶν, quæ proprie non *totum auferens* significat, sed *contra auferens*. Ante Christi namque adventum homines a diuturnis bellis ablati, hoc est, perditi atque interempti fuerant. Ipse itaque Deus et homo Christus econtra, bella abstulit, hoc est, exstinxit ac penitus delevit.

VERS. 10. *Arcum conteret et confringet, telum et scutum comburet igni.* Hæc omnia juxta historiam evenerunt quemadmodum docet Ezechiel. Telum autem hic ponit pro gladio, aut pro omni telo quo pugnatur cominus. Non immerito autem beatus David tam præclari facti gloriam ascribit Deo.

VERS. 11. *Vacate et videte, quoniam ego sum Deus.* Vacate, inquit, a visibilibus seu etiam ab invisibilibus bellis, et cognoscite, quod ego vere Deus sum. Perspicuum enim id fit ex signis atque miraculis, quæ per Evangelii vires facta sunt.

Exaltabor in gentibus. Cum natura ipsa magnus sim, maximus etiam ob miracula apud omnes nationes reputabor.

Exaltabor in terra. In cœlo quidem incorporeæ omnes potestates altitudinem meam noverunt. Tantum restat, ut pari modo in terra etiam ab hominibus cognoscatur. Et cum terram dicit, universam terram intellige.

VERS. 12. *Dominus virtutum nobiscum, adjutor*

[68] Gen. XLIX, 10. [69] Luc. II, 1. [70] Isa. 4.

A κλῆσιν προεφήτευσεν εἰπών· *Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν.*

Δεῦτε, καὶ ἴδετε τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ, ἃ ἔθετο τέρατα ἐπὶ τῆς γῆς. Συγκαλεῖ τοὺς ὀξυτέρους τῶν ἄλλων, ὁρᾷν καὶ συνιέναι δυναμένους ὁ προφήτης· ἔργα δὲ λέγει τὰ τοῦ Εὐαγγελίου κατορθώματα, ἃ καὶ τέρατα προσηγόρευσεν. Ταῦτα γάρ, φησίν, ὁ Θεὸς τέρατα ἐπὶ τῆς γῆς ἔθετο· ὥστε δι' αὐτῶν κηρύττεσθαι τὴν ἄῤῥητον δύναμιν τῆς αὐτοῦ θεότητος. Οὐ γὰρ κατ' ἀκολουθίαν φύσεως προέβησαν· οἱ γὰρ ἁλιεῖς ἐνίκων τοὺς φιλοσόφους· οἱ ὀλίγοι, τὸν σύμπαντα κόσμον· οἱ γυμνοί, τοὺς ὁπλίτας· οἱ πένητες (71), τοὺς βασιλεῖς· οἱ θνητοὶ καὶ ὁρατοί, τοὺς B ἀθανάτους καὶ ἀοράτους δαίμονας.

Ἀνταναιρῶν πολέμους, μέχρι τῶν περάτων τῆς γῆς. Τοῦ γὰρ Ἰησοῦ γεννηθέντος, οἱ κατ' ἀλλήλων πόλεμοι τῶν ἐθνῶν ἐπαύθησαν, τῆς κατὰ πάντων μοναρχίας εἰς μόνην τὴν Ῥώμην περιστάσης. Ἐξῆλθε γάρ, φησί, *δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου, ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην*· καὶ λοιπὸν εἰρήνης βαθείας οὔσης, ἄχρηστα γεγόνασι τὰ ὅπλα, πάντων εἰς γεωργίας καὶ τὰς ἄλλας τέχνας τραπέντων. Ὃ καὶ Ἡσαΐας δηλῶν ἔλεγε· *Συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα, καὶ οὐ λήψεται ἔθνος ἐπὶ ἔθνος μάχαιραν.* Ὅρα δὲ καὶ τὴν δύνα- C μιν τῆς λέξεως τοῦ *ἀνταναιρῶν*· πρὸ τοῦ Χριστοῦ μὲν γάρ, οἱ πόλεμοι τοὺς ἀνθρώπους ἀνῄρουν· ὁ δὲ Χριστός, αὐτοὺς τοὺς πολέμους ἀνεῖλεν, ἀνθ' ὧν ἀνῄρουν ἀνταναιρῶν ἄν, ἀντὶ τοῦ, σβεννύων.

Τόξον συντρίψει, καὶ συνθλάσει ὅπλον, καὶ θυρεὸν κατακαύσει ἐν πυρί. Ταῦτα πάντα γεγόνασι καθ' ἱστορίαν, ὡς καὶ Ἰεζεκιὴλ διδάσκει· ὅπλον δὲ λέγει, τὴν σπάθην, καὶ εἴ τι ἐγχέμαχον. Τῷ Θεῷ δὲ τὴν πρᾶξιν τοῦ κατορθώματος εἰκότως ὁ Δαβὶδ ἀνατίθησι.

Σχολάσατε καὶ γνῶτε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεός. Σχολάσατε ἀπὸ τῶν συνεχῶν πολέμων, ὁρατῶν καὶ ἀοράτων, καὶ γνῶτε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ κυρίως Θεός, D ἐκ τῶν σημείων τῶν ἐνεργουμένων διὰ τῆς εὐαγγελικῆς δυνάμεως.

Ὑψωθήσομαι ἐν τοῖς ἔθνεσιν. Μέγας ὢν φύσει, καὶ διὰ θαυμάτων μέγας νομισθήσομαι ἐν τοῖς ἔθνεσιν.

Ὑψωθήσομαι ἐν τῇ γῇ. Ἐν μὲν γὰρ τῷ οὐρανῷ, πᾶσαι αἱ ἀσώματοι δυνάμεις οἴδασι τὸ ἐμὸν ὕψος· λοιπὸν δὲ καὶ ἐν τῇ γῇ τοῦτο γνωρισθήσεται· ἐν τῇ γῇ δέ, πάσῃ δηλονότι.

Κύριος τῶν δυνάμεων μεθ' ἡμῶν, ἀντιλήπτωρ

Variæ lectiones.

(71) Græce ὁπλίτας *armatos*, pro quo Latinus interpres legisse videtur πλουσίους. Alius quoque cod. habet ὁπλίτας.

ἡμῶν ὁ Θεὸς Ἰακώβ. Ἐπανέλαβεν ἡ Ἐκκλησία τὸ προῤῥηθὲν θαρσοποιὸν ἐπιφώνημα, πρὸς αὔξησιν εὐψυχίας καὶ καρτερίας, ἐπεμβαίνουσα, καὶ ἐναλλομένη τῷ ἐχθρῷ.

A *noster Deus Jacob.* Insurgens atque insultans adversus hostem Ecclesia invocationem jam superius factam denuo repetit, quæ animum sibi et vires subministret ad majus fortitudinis et magnanimitatis incrementum.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν υἱῶν Κορέ. Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

In finem pro filiis Core, Psalmus ipsi David.

ΨΑΛΜΟΣ ΜϚ'.

Εἰς τὸ τέλος μὲν διὰ τὰς ἐν τούτῳ προφητείας, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν· προαγορεύει γὰρ ἀκολούθως καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς τὸ ἀήττητον κράτος τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος. Τὸ δὲ, *Ὑπὲρ τῶν υἱῶν Κορὲ*, προηρμηνεύσαμεν ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ· οὕτω γὰρ ἐπιγέγραπται κἀκεῖνος. Οὐδὲν δὲ κρύφιον ἐν τῷ παρόντι· σαφῆ δὲ πάντα, καὶ εὐδιάγνωστα. Προσώπῳ δὲ τῶν ἀποστόλων προλέγει τὰ τοῦ ψαλμοῦ ὁ Δαβὶδ, οἳ κατευοδούμενοι, καὶ πολλοὺς τῇ πίστει προσάγοντες, ὑπὸ περιχαρείας ἐνεκελεύοντο τοῖς ἔθνεσι χαίρειν, εἰς ἃ παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἀπεστάλησαν· χαίρειν δὲ, ὅτι γεγόνασι κληρονομία Θεοῦ.

PSALMUS XLVI

In finem etiam inscribitur hic Psalmus, propter prophetias quæ in eo continentur, ut sæpius dictum est, et ad finem tendebant. Prædicit enim consequenter ad præcedentem Psalmum, summam atque invictam evangelicæ conversationis virtutem. Et quod ait: *Pro filiis Core*, ibi superiori Psalmo jam exposuimus. Est autem hic Psalmus totus cla-
B rus, et nihil obscurum continet. Illud tantum animadvertendum est, ut ex apostolorum persona proferatur, qui veluti prospere ac feliciter præeuntes, et multos adducentes ad fidem, præ lætitia, quam ipsi summam inde percipiebant, gaudere pari modo jubent omnes gentes ad quas a Salvatore missi fuerant; quod scilicet effectæ sint hæreditas Dei.

Πάντα τὰ ἔθνη, κροτήσατε χεῖρας. Καὶ οὗτος ὁ κρότος τῶν χειρῶν, σύμβολόν ἐστι ὑπερβαλλούσης χαρᾶς. Ἀπὸ τοῦ συμβόλου τοίνυν, τὴν χαρὰν ἐπέτρεψεν, οὐχ ὅτι πατάγῳ χειρῶν σωματικῶς χρήσασθε, ἀλλ' ὅτι ψυχικῶς χάρητε, τοιούτου Δεσπότου καταξιωθέντες, φιλανθρώπου καὶ παντοδυνάμου.

VERS. 2. *Omnes gentes, plaudite manibus.* Plausus manuum in summæ lætitiæ signum fieri solet. Per hoc igitur signum gentes jubet lætitiam præseferre. Neque enim illud tantum petit, ut sensibili crepitu plauderent, quantum ut animo ac spiritu lætarentur: quia talem ac tantum essent consecuti Dominum, misericordem, videlicet, et omnipotentem.

Ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ, ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως.
C Μεταφορικὸν ἐνταῦθα τὸ *Ἀλαλάξατε*, ἀντὶ τοῦ, Ἐπινίκιον ὕμνον ᾄσατε τῷ Θεῷ. Κυρίως γὰρ ἀλαλαγμὸς, ἐνυάλιος φωνὴ τῶν νικώντων ἐν μάχῃ, καταπλήττουσα τοὺς ἤδη κλινομένους ἐχθρούς. Φωνὴ δὲ ἀγαλλιάσεως, ἡ εὐφροσύνης μεστή. Εἶτα ἐπάγει καὶ τὴν αἰτίαν.

Jubilate Deo in voce exsultationis. Verbum, *jubilate.*, metaphorice dictum est, ac si diceret: Victoriæ hymnum canite. Est enim jubilus proprie militaris quædam vociferatio, quam victores in pugna emittere consueverunt, ut hostes in fugam jam versos magis perterreant. Vox etiam exsultationis, vox est lætitiæ plena: deinde causam addit:

Ὅτι Κύριος ὕψιστος, φοβερὸς, βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Διότι ὁ Χριστὸς, ὁ ὕψιστος κατὰ τὴν θεότητα, φοβερὸς νῦν ἀπὸ τῶν σημείων ὧν καθ' ἑκάστην τερατουργεῖ. Οὗ καὶ τὸ ὄνομα μόνον μαστίζει καὶ ἀπελαύνει τοὺς δαίμονας, καὶ λύει τὰς νόσους· καὶ βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν· ἐν πάσῃ γὰρ τῇ γῇ κλῆρον ἑαυτῷ συνεστήσατο, διὰ τῶν ἀποσταλέντων ἡμῶν. Τὸ *Μέγας* δὲ, διὰ τοὺς προσκαίρους εἴρηται βασιλεῖς, μικροὺς
D ὄντας, καὶ μικρῶν βασιλεύοντας.

VERS. 3. *Quoniam Dominus excelsus, terribilis, Rex magnus super omnem terram.* Quoniam Christus, qui secundum divinitatem altissimus est, terribilem etiam [vel ut potius sonat Græca dictio, φοβερὸς, timendum se], omnibus demonstrat, ob signa videlicet, et miracula quæ singulis diebus operatur. Hujus enim vel solum nomen torquet atque expellit dæmones, et morbos curat; quia etiam Rex magnus est, super omnem terram: quippe cum in omni terra hæreditatem sibi adeptus sit, per nos nimirum apostolos, quos in universum mundum ad Evangelii prædicationem misit. Magnum autem Regem Christum appellavit, propter temporarios istos reges nostros, qui et minimi sunt illius comparatione, et exiguo regnant tempore.

Ὑπέταξε λαοὺς ἡμῖν. Τοὺς ἐξ Ἰουδαίων· οὗτοι γὰρ πρῶτοι ἐπίστευσαν, τρισχίλιοι καὶ πεντακισχίλιοι, ἀποβάλλοντες τὴν ἔχθραν, καὶ προσδραμόντες τοῖς ἀποστόλοις, εὐθὺς μετὰ τὴν εἰς αὐτοὺς ἐπιδημίαν τοῦ Παρακλήτου, πρὸ τοῦ ἐξιέναι ἐπὶ τὰ ἔθνη.

VERS. 4. *Subjecit populos nobis.* Per populos hic Judæos illos intelligit qui primi omnium in Christum crediderunt: illa scilicet tria millia, et illa quinque millia, quæ statim post Paracleti Spiritus adventum, depositis simultatibus, ad apostolos confugerunt, antequam illi exirent ad gentes.

Καὶ ἔθνη ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν. Τοὺς ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότας, οἳ καὶ θερμῶς ὑπεκλίνοντο τοῖς ποσὶ τῶν ἀποστόλων, καὶ τὰ ἴχνη τούτων εὐσεβῶς κατησπάζοντο.

Et gentes sub pedibus nostris. Et eos, qui de gentibus crediderunt, qui fide ardentes apostolorum pedibus inclinati sunt, et illorum vestigia pie ac religiose amplexati.

VERS. 5. *Elegit nobis hæreditatem sibi.* Per nos A dispensatores Ecclesiæ suæ elegit eos, qui ex gentibus digni essent in hæreditatem suam; juxta illud: *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam* [71]; quosque magnus hic noster Rex per nos, veluti per duces quosdam, sibi in milites assumpsit. [Nam quod ait : *Elegit nobis*, positum est, pro, in nobis ; id est, per nos.]

Speciem Jacob quam dilexit. Neque hoc tantum, sed eos enim per nos elegit, qui utiliores erant de genere Jacob, quos dilectam speciem Propheta appellat, hoc est, formosos atque ornatos, virtutibus nimirum : atque ideo etiam maxime dilectos. Et superius quidem præposuit Judæos, qui primi post Christi resurrectionem credidissent, nunc contra præponit gentes, quod ex eis plures semper crediderint. Judæi enim gentibus comparati, minima quædam pars sunt fidelium.

VERS. 6. *Ascendit Dominus in jubilo, Dominus in voce tubæ.* Hoc in loco Christi ascensum in cœlo prænuntiavit : quemadmodum, et in XXIII psalmo, significavimus. Per jubilationem autem, et per tubæ vocem, voces intelligit præcedentium tunc angelorum, jubilationem quidem, propter illa verba tunc ab angelis prolata : *Dominus fortis et potens, et Dominus potens in prælio* [72]; quæ in victoriæ hymnum dicta videntur. Jubilum enim victoriæ vocem esse diximus. Tubæ autem vocem dixit ob verba illa : *Tollite portas, principes, vestras* [73], et quæ sequuntur. Præire enim solent tubicines, quoties exercituum duces cum victoria in patriam revertuntur. Vel aliter, per jubilum et per vocem tubæ, angelorum voces intellexit : quia hujusmodi verba clare ac manifeste ad omnes mundi fines per apostolorum doctrinam pervenerunt.

VERS. 7. *Psallite Deo nostro, psallite Regi nostro, psallite.* Cum præclara Christi opera et illorum magnitudinem narraverit, summo deinceps cum studio universum orbem advocat ad illius laudes. Hoc enim sibi vult repetitio illa verbi, *Psallite*, id est, Canite. Et deinde causam addit cur canendum sit :

VERS. 8. *Quoniam Rex omnis terræ Deus, psallite sapienter.* Canite, inquit, Deo Regi nostro, id est, Christo : quoniam Rex est totius terræ : *Data est enim mihi*, inquit, *omnis potestas in cœlo et in terra* [74]. Psallite autem non simpliciter, sed sapienter, hoc est, non lingua tantum, sed corde et intellectu : intelligentes scilicet id quod canitis, et quænam sint præclara illius opera.

VERS. 9. *Regnavit Deus super gentes.* Antea quidem Deus gentium etiam dominabatur, verum ut nolentium et rebellium, nunc autem volentibus imperat, ut redemptor. Et quia duplicem Christus habet naturam, ante incarnationem eum regnasse dicimus ut Deum, post resurrectionem vero re-

Ἐξελέξατο ἡμῖν τὴν κληρονομίαν ἑαυτοῦ. Ἐξελέξατο δι' ἡμῶν, τῶν οἰκονόμων τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ, τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἀξίους εἰς κληρονομίαν αὐτοῦ, κατὰ τό · *Δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου* · οὓς καὶ δι' ἡμῶν, ὡς διά τινων στρατηγῶν, ὁ μέγας οὗτος βασιλεὺς ἐστρατολόγησεν ἑαυτῷ.

Τὴν καλλονὴν Ἰακὼβ, ἣν ἠγάπησεν. Καὶ οὐ τούτους μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς χρησιμωτέρους ἐκ γένους Ἰακώβ · τούτους γὰρ καλλονὴν Ἰακὼβ ὠνόμασεν, ὡς καλλίονας ἐξ Ἰακώβ · ἣν καλλονὴν, τουτέστιν οὓς καλοὺς ἠγάπησεν, ὡς κεκαλλωπισμένους ταῖς ἀρεταῖς. Ἄνω μὲν οὖν προσέταξε τοὺς Ἰουδαίους, ὡς πρώτους μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ B Χριστοῦ πιστεύσαντας · ἐνταῦθα δὲ, τοὐναντίον ἐποίησε, διὰ τὸ παμπληθεῖς πιστεύειν ἀεὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν, καὶ βραχύ τι μέρος εἶναι πρὸς τοὺς ἐξ ἐθνῶν τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ πιστεύοντας.

Ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, Κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος. Ἐνταῦθα τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον τοῦ Χριστοῦ προκαταγγέλλει Δαβίδ, ὡς ἐν τῷ κγ' ψαλμῷ ἐπεσημηνάμεθα. Ἀλαλαγμὸν δὲ λέγει νῦν σάλπιγγος, τὰς φωνὰς τῶν τηνικαῦτα προπορευομένων ἀγγέλων · ἀλαλαγμὸν μὲν, διὰ τό · *Κύριος κραταιὸς καὶ δυνατὸς, Κύριος δυνατὸς ἐν πολέμῳ* · τοῦτο γὰρ, ὕμνος ἐπινίκιος · ἐπεὶ καὶ ἀλαλαγμὸς, φωνή ἐστιν ἐπινίκιος · φωνὴν δὲ σάλπιγγος, διὰ τό · *Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν*, καὶ τὰ ἑξῆς · C ὁδοποιεῖ γὰρ ἡ σάλπιγξ, τοῖς ἀναζευγνύουσιν ἐκ πολέμου βασιλεῦσιν. Ἢ καὶ ἄλλως εἶπεν τὰς φωνὰς τῶν ἀγγέλων ἀλαλαγμὸν καὶ φωνὴν σάλπιγγος, διὰ τὸ τρανῶς καὶ ὀξέως ἀκουσθῆναι τὰ τοιαῦτα ῥήματα πρὸς ἅπαντα τοῦ κόσμου τὰ πέρατα, διὰ τῆς τῶν ἀποστόλων διδασκαλίας.

Ψάλατε τῷ Θεῷ ἡμῶν, ψάλατε τῷ βασιλεῖ ἡμῶν, ψάλατε. Διηγησάμενος τὸ μέγεθος τῶν τοῦ Χριστοῦ κατορθωμάτων, καλεῖ τὴν οἰκουμένην εἰς εὐφημίαν μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς · τοῦτο γὰρ ὁ τοῦ Ψάλατε παρίστησι διπλασιασμός. Ψάλατε δὲ, ἀντὶ Μελῳδήσατε, εἶτα καὶ ἡ αἰτία τοῦ Ψάλατε ·

Ὅτι βασιλεὺς ὁ Θεὸς πάσης τῆς γῆς, ψάλατε D *συνετῶς.* Μελῳδήσατε, φησὶ, τῷ Θεῷ τῷ βασιλεῖ ἡμῶν, ἤτοι τῷ Χριστῷ, διότι βασιλεὺς πάσης τῆς γῆς ἐστιν. *Ἐδόθη μοι* γὰρ, φησὶ, *πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς* · ψάλατε δὲ μὴ ἁπλῶς, ἀλλὰ νοητῶς, ἤγουν μὴ γλώττῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ νοΐ, συνέντες, τίνι μελῳδεῖτε, καὶ ἐπὶ ποίοις κατορθώμασιν.

Ἐβασίλευσεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὰ ἔθνη. Πρότερον μὲν ἐβασίλευεν ἀκόντων, ὡς δημιουργός · νῦν δὲ, ἑκόντων, ὡς Λυτρωτής. Καὶ ἐπεὶ διπλοῦς ἦν, πρὸ μὲν τῆς ἐνανθρωπήσεως, ὡς Θεὸς εἶχεν τὴν βασιλείαν · μετὰ δὲ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, ἔλαβεν αὐτὴν καὶ ὡς ἄνθρωπος. Τότε γὰρ εἶπε τό · *Ἐδόθη*

[71] Psal. II, 8. [72] Psal. XXIII, 8. [73] Ibid. 7. [74] Matth. XXVIII, 18.

μοι πᾶσα ἐξουσία, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐπὶ τὰ ἔθνη δὲ, δηλονότι πάντα, ὅτι ἐν ἅπασιν ἔθνεσι πεπιστεύκασι· καὶ τῇ μὲν, καθόλου τὸ ἔθνος ἅπαν· τῇ δὲ, ἐξ ἡμισείας· τῇ δὲ, ἐκ μέρους. *Εἰς πᾶσαν γὰρ τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος τῶν ἀποστόλων.*

Ὁ Θεὸς κάθηται ἐπὶ θρόνου ἁγίου αὐτοῦ. Ὁ μὲν θρόνος, βασιλείας σύμβολον· τὸ δὲ καθῆσθαι, βεβαιότητος. Λέγει οὖν, ὅτι ὁ Χριστὸς βεβαιοῦται ἐπὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, κατὰ τό· *Ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλοσύνης ἐν ὑψηλοῖς*· τοῦ μεγάλου δὲ Παύλου, τὸ ῥητόν. Ἅγιον δὲ τὸν θρόνον εἶπεν, ὡς καθαρὸν πάσης προσωποληψίας, καὶ ἀπαράγραπτον.

Ἄρχοντες λαῶν συνήχθησαν μετὰ τοῦ Θεοῦ Ἀβραάμ. Ἐνταῦθα δείκνυσι τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος τὴν ἰσχὺν, ὅτι οὐκ ἰδιωτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ βασιλέων καὶ ἡγεμόνων ἥψατο. Καὶ αὐτοὶ γὰρ οὗτοι, συνήχθησαν μετὰ τοῦ Χριστοῦ, τῆς μερίδος αὐτοῦ γενόμενοι· Θεοῦ δὲ Ἀβραὰμ εἶπεν, ἐμφαίνων, ὅτι οὗτος ἦν ὁ κἀκείνου, καὶ τῶν ἐξ ἐκείνου θεὸς, καὶ εἷς οὗτος νομοθέτης τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, καὶ τῆς Καινῆς.

Ὅτι τοῦ Θεοῦ οἱ κραταιοὶ τῆς γῆς σφόδρα ἐπήρθησαν. Συνήχθησαν δὲ μετὰ τοῦ Θεοῦ, διότι οἱ ἀπόστολοι, (τούτους γὰρ ὠνόμασεν κραταιοὺς τοῦ Θεοῦ, ὡς τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου Πνεύματος κεκραταιωμένους, καὶ δαιμόνων καὶ τυράννων κεκρατηκότας), σφόδρα τῶν γηΐνων ἁπάντων ἀνώτεροι γεγόνασι, μήτε ἡδοναῖς, μήτε λύπαις ἑαλωκότες.

Ψαλμὸς ᾠδῆς τοῖς υἱοῖς Κορὲ δευτέρᾳ Σαββάτου.

ΨΑΛΜΟΣ ΜΖ'.

Τί μὲν ἑρμηνεύει *Ψαλμὸς ᾠδῆς*, ἐν τοῖς προοιμίοις τῆς παρούσης βίβλου προδιελάβομεν, ἔνθα καὶ τὸ, *Τοῖς υἱοῖς Κορὲ* σεσαφήνισται. Τὸ *Δευτέρᾳ δὲ Σαββάτου*, τὴν ἡμέραν δηλοῖ καθ' ἣν ἐμελῳδήθη· Σάββατον γὰρ Ἑβραῖοι τὴν ὅλην ἑβδομάδα καλοῦσιν. Εὐχαριστίας δὲ περιέχει ὁ ψαλμὸς οὗτος τῶν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας Βαβυλῶνος ἐπανελθόντων αὖθις εἰς Ἱερουσαλήμ. Ἁρμόσει δὲ καὶ τοῖς ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τῶν εἰδώλων ἐπανελθοῦσιν εἰς θεογνωσίαν πιστοῖς.

Μέγας Κύριος. Μέγας τῇ δυνάμει, τῇ σοφίᾳ, τῇ ἀγαθότητι.

Καὶ αἰνετὸς σφόδρα. Καὶ σφόδρα ἄξιος αἰνεῖσθαι, διὰ τὰ εἰς ἡμᾶς γεγενημένα τεράστια, ὅπως οἱ ἐπιλελησμένοι, παραδόξως ἀνεκλήθημεν, καὶ τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ τετυχήκαμεν.

A gnum denuo assumpsisse ut hominem; et ideo tunc ab eo dictum legimus: *Data est mihi omnis potestas.* Data est autem super omnes gentes, quia in omnibus gentibus fideles reperti sunt. Et alibi quidem in universum tota natio credidit, alibi autem pars major, aut minor. *In omnem* enim *terram exivit* apostolorum *sonus* [77].

Deus sedet super thronum sanctum suum. Thronus est regiæ dignitatis signum; sedere autem stabilitatis indicium. Sensus est, Christum in hoc regno suo stabilem esse; juxta quem sensum legimus apud Apostolum, quod sedere illum fecit Deus *in dextera majestatis in excelsis* [78]. Sanctum vero thronum dixit, veluti purum ac mundum omni acceptione personarum atque alia omni exceptione

B carentem.

Vers. 10. *Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham.* Evangelicæ prædicationis vires magis etiam demonstrat, quod non idiotas tantum et privatos homines, sed principes etiam et reges ipsos attraxerit. Siquidem et eorum multi cum Christo congregati sunt et partium ejus effecti. Deum autem Abraham Christum appellavit, ut eumdem eum esse significaret, qui olim Abrahæ et posterorum ejus Deus fuerat, utque eumdem esse ostenderet Antiqui Testamenti legislatorem Deum, qui etiam et Novi.

Quoniam fortes Dei a terra vehementer elevati sunt. Congregati autem sunt cum Deo Abraham illi populorum principes, quoniam apostoli [quos ea ratione

C *Fortes Dei*, hoc est robustos Dei appellavit, quia sancti Spiritus auxilio fortificati, dæmones et tyrannos vicerunt]: quoniam hi, inquam, apostoli terrena ac mundana omnia superaverunt, nec voluptatibus ullis aut tribulationibus victi sunt [sed vita ac sermone semper claruerunt: atque ideo per eos summi etiam principes ac reges, ad Christum adducti sunt. Illud non prætereundum duximus quod dictio *Dei* genitivi casus est, quemadmodum expositio docuit, et ex Græca lectione apertius patet].

Psalmus cantici, filiis Core secunda Sabbati.

PSALMUS XLVII.

Quid significet *Psalmus cantici*, diximus in procemio operis, ubi etiam declaravimus, quid sibi velit inscriptio: *Filiis Core.* Quod vero ait: *secunda Sabbati*, diem illam signat, qua psalmus fuit decantatus. Sabbatum autem Judæi totam hebdomadam appellant. Continet hic psalmus gratiarum

D actiones ex eorum persona, qui e Babylonica captivitate in Jerusalem rursus reversi sunt: tametsi omnibus etiam possit fidelibus aptari, qui ab idolorum ac dæmonum captivitate ad cognitionem Dei redierunt.

Vers. 2. *Magnus Dominus.* Potestate nimirum sapientiaque et bonitate.

Et laudabilis valde. Et valde dignus qui laudetur ob summa videlicet miracula, quæ operatus est in nobis. Oblivioni enim dati videbamur, et tamen mirandum in modum, et præter omnium opinionem ab exsilio in patriam revocati, et misericordiam consecuti sumus.

[77] Psal. XVIII, 5. [78] Hebr. I, 3.

In civitate Dei nostri. Dignus est autem qui laudetur in civitate Jerusalem, in qua cognoscitur et colitur. Neque enim Deum laudant qui eum ignorant.

In monte sancto ejus. Cum civitatis meminerit, consequenter et montem ei vicinum ac quodam modo unitum nominat. Sæpenumero etiam per appellationem montis Sion, ipsa Jerusalem intelligitur. Civitas autem Dei dici potest Ecclesia fidelium in qua Deus creditur habitare, quæ etiam mons dicitur : quia supra terrena omnia vitia eminet, et in ipsum fertur cœlum.

Vers. 3. *Bene fundato exsultatione universæ terræ.* In monte, inquam, bene fundato, exsultatione universæ terræ. Post vocem enim *εὐρίζῳ* interpungenda oratio est ; legendum deinde ἀγαλλιάματι, hoc est, cum gaudio ac delectatione totius orbis.

Montes Sion, latera aquilonis, civitas Regis magni. Quoties quis mihi ex transverso atque ex latere conversus est, ille latera mea non temere a me appellari potest. Nam quod transversum mihi est, recte dicitur ex latere mihi esse ; et quia mons Sion aquiloni vento e directo adversus non est. Neque enim aquilo recta contra eum spirat, sed ex transverso, nil admirandum si hunc montem Propheta latera aquilonis appellavit, dicens : Vos, o montes Sion, qui ex transverso aquilonis estis, atque ex latere ejus jacetis [scitote quia magnus Dominus est et laudabilis valde, etc.] Nec illepide etiam montem una ac civitatem advocat ; et montem quidem plurali numero montes dicit, juxta Hebraicum idioma, ut sæpe diximus ; magnum vero regem Deum appellat, quia soli Deo oblata ac dedicata erat Jerusalem. Juxta anagogen per aquilonem, diabolum sæpe significari intelligimus : *Ab aquilone* enim, inquit, *accendentur omnia mala super terram* [77]. Item alibi : *Aquilonem expellam a vobis* [78]. Latera autem, hoc est, membra aquilonis, gentes erant. Ait igitur quod membra diaboli, quibus olim ille dominabatur, effecta sunt montes Sion, hoc est, sublimia quædam atque excelsa Ecclesiæ cacumina, eo quod a terrenis atque humi affixis rebus elevati, sublimes in altum conscenderunt, et propter eorum fortitudinem. Verum parum dixi, quod excelsa facta sint cacumina, cum potius facta sint sedes ac diversorium Christi. Ex eis enim congregata est fidelium Ecclesia, in qua inhabitat et residet Christus Dominus.

A *Ἐν πόλει τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.* Αἰνεῖσθαι δὲ, ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ τῇ γνωριζούσῃ· οἱ γὰρ ἀγνοοῦντες οὐκ ἐπαινοῦσιν.

Ἐν ὄρει ἁγίῳ αὐτοῦ. Πόλιν εἰπὼν, καὶ τοῦ ὄρους Σιὼν ἐμνημόνευσεν, ὡς ἡνωμένου αὐτῇ διὰ τὴν ἐγγύτητα· πολλάκις δὲ καὶ ἀπὸ μόνου τοῦ ὄρους τούτου δηλοῖ τὴν Ἱερουσαλήμ. Εἴη δ' ἂν πόλις Θεοῦ καὶ ἡ Ἐκκλησία τῶν πιστῶν, ἐν ᾗ οἰκεῖν πιστεύεται· ἡ δ' αὐτὴ καὶ ὄρος, ὡς ὑπερκειμένη πάσης χαμερποῦς κακίας, καὶ πρὸς οὐρανὸν ἀνατεταμένη.

Εὐρίζῳ, ἀγαλλιάματι πάσης τῆς γῆς. Ὄρει δὲ, τῷ εὐριζομένῳ, τῷ ἀγαλλιάματι πάσης τῆς γῆς· μετὰ γὰρ τὸ *Εὐρίζῳ*, στικτέον· εἶτα τὸ ἀγαλλιάματι B ἀναγνωστέον. *Ἀγαλλιάματι* δὲ *πάσης* τῆς γῆς, ἀντὶ τοῦ Τερπνότητι.

Ὄρη Σιὼν, τὰ πλευρὰ τοῦ βοῤῥᾶ, ἡ πόλις τοῦ βασιλέως τοῦ μεγάλου. Τὸ ἐκ πλαγίου μοι τετραμμένον, πλευρά μοι λέγοιτ' ἄν. κατὰ πλευρὰν, τὸ πλάγιον (72)· ἐπεὶ οὖν καὶ τὸ, *Σιὼν ὄρος*, οὐ κατ' εὐθεῖαν, ἀλλ' ἐκ πλαγίου κεῖται πρὸς τὸν βοῤῥᾶν, οὐ γὰρ ἐπ' εὐθείας τοῦτο καταπνεῖ, πλευρὰν αὐτοῦ κέκληκε λέγων· Ὦ ὄρη Σιὼν, τὰ πλάγια τοῦ βοῤῥᾶ, τὰ κατὰ πλευρὰν αὐτῷ κείμενα. Περιχαρῶς δὲ ἀνακαλεῖται καὶ τὸ ὄρος καὶ τὴν πόλιν· καὶ ὄρη μὲν λέγει τὸ ὄρος, κατὰ διάλεκτον Ἑβραΐδα, καθὼς πολλάκις εἰρήκαμεν· μέγαν δὲ βασιλέα, τὸν Θεόν· μόνῳ γὰρ τούτῳ, μόνη αὕτη ἀνέκειτο. Κατὰ δὲ ἀν- C αγωγὴν, ἑτέραν ἐροῦμεν ἔννοιαν, ὅτι βοῤῥᾶν μὲν, ἡ Γραφὴ καλεῖ πολλάκις τὸν διάβολον· *Ἀπὸ βοῤῥᾶ* γὰρ, φησὶν, *ἐκκαυθήσεται τὰ κακὰ, ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν·* καὶ πάλιν· *Καὶ τὸν ἀπὸ βοῤῥᾶ ἐκδιώξω ἀφ' ὑμῶν.* Πλευρὰ δὲ αὐτοῦ, ἤγουν μέλη, τὰ ἔθνη. Φησὶ τοίνυν, ὅτι τὰ μέλη τοῦ διαβόλου ὧν αὐτὸς ἐκυρίευσεν, ὄρη Σιὼν γεγόνασι, τουτέστιν ὕψος καὶ πρόβολοι τῆς Ἐκκλησίας τῶν πιστῶν, διὰ τὸ ὑπεραναστῆναι τῶν κάτω συρομένων πραγμάτων, καὶ διὰ τὴν ἀνδρείαν αὐτῶν. Καὶ τί λέγω ὕψος καὶ πρόβολοι; Ἡ πόλις τοῦ βασιλέως Χριστοῦ, ταῦτά εἰσιν· ἐκ τούτων γὰρ ἡ Ἐκκλησία συνέστηκεν.

Vers. 4. *Deus in domibus ejus cognoscetur cum auxiliatus fuerit ei.* [Pro domibus in Græco legimus βάρεσι.] Sunt autem βάρεις magnificæ ac splendidæ domus, per quas hoc in loco templum significatur, quod erat in Jerusalem : in quo manifestare se ac notum sacerdotibus facere solebat Deus, quando adveniente aliquo bello eis erat auxiliaturus. Hæc autem in laudem civitatis dicta sunt. Juxta anagogen per civitatem communio illa intelligitur, qua fideles in vita, atque conversatione sua conjunguntur. Est autem una hæc civitas, propter

D *Ὁ Θεὸς ἐν ταῖς βάρεσιν αὐτοῦ γινώσκεται, ὅταν ἀντιλαμβάνηται αὐτῆς.* Βάρεις, οἱ ἐπιφανεῖς οἶκοι· εἶεν δ' ἂν ταῦτα νῦν ὁ ναὸς τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἐν ᾧ, φησὶν, ἐμφανίζεται τοῖς ἱερεῦσιν, ὁπηνίκα πολέμου καταλαβόντος, μέλλῃ βοηθεῖν αὐτοῖς· εἶπεν δὲ τοῦτο, πρὸς ἔπαινον τῆς πόλεως. Ἀναγωγικῶς δὲ πόλις μὲν, ἡ πολιτεία τῆς πίστεως τῶν ἁπανταχῇ Χριστιανῶν· μία γὰρ αὕτη, διὰ τὴν ἕνωσιν καὶ κοινωνίαν τῆς εὐσεβείας. Βάρεις δὲ καὶ οἶκοι, οἱ κατὰ τόπον ναοὶ αὐτῶν, ἐν οἷς ὁ Χριστὸς ἐμφανίζεται, ὅταν διωγμοῦ καταλαβόντος, ὑπερα-

[77] Jerem. I, 14. [78] Joel II, 20.

Variæ lectiones.

(72) Al. Ὁ ἐκ πλαγίου μοι τετραμμένος, πλευρά μοι λέγοιτ' ἄν. Κατὰ πλευρὰν γὰρ τὸ πλάγιον.

σπίζῃ αὐτῆς. Χρὴ δὲ γινώσκειν ὅτι τῶν πιστῶν καὶ μία Ἐκκλησία λέγεται, καὶ πολλαί· καὶ μία μὲν, διὰ τὴν μίαν πολιτείαν τῆς πίστεως· πολλαὶ δὲ, διὰ τοὺς πολλοὺς κατὰ τόπους καὶ πόλεις ναούς.

A fidei ac religionis unitatem. Per domus autem templa intelliguntur, quæ in variis mundi partibus a Christianis erecta sunt : in quibus cognoscitur ac manifestatur Christus, quoties adveniente persecutione ipse Ecclesiam suam adjuverit. Illud etiam animadvertendum est, quod una esse fidelium Ecclesia dicitur, et multæ : una quidem, fide : et multæ propter varia, quæ ubique locorum sunt, templa.

Ὅτι ἰδοὺ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς συνήχθησαν. Κατὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἢ τῆς Ἐκκλησίας τῶν πιστῶν.

Διῆλθοσαν ἐπιτοαυτό. Παρῆλθον ἐπ' αὐτὴν ὁμοῦ, συνασπίζοντες ἀλλήλοιν.

Vers. 5. *Quoniam ecce reges terræ congregati sunt.* Adversus ipsam Jerusalem, vel adversus Ecclesiam fidelium.

Convenerunt in unum. [Adversus Jerusalem vel Ecclesiam, ut diximus.] In unum autem conspiraverunt, et una impetum fecerunt, ut mutuo sibi auxilium ferrent.

Αὐτοὶ *ἰδόντες, οὕτως ἐθαύμασαν.* Τὸ *Οὕτως*, ἀντὶ τοῦ Μετὰ τὸ ἰδεῖν· πρὸ τοῦ ἰδεῖν γὰρ οὐκ ἐθαύμαζον.

Vers. 6. *Ipse videntes sic admirati sunt.* Dictio *sic*, illud hoc in loco significare videtur quod B tunc demum illi reges admirati sunt, postquam Christi potentiam viderunt. Nam antequam viderent, non admirabantur.

Ἐταράχθησαν. Ἐθορυβήθησαν.

Ἐσαλεύθησαν. Κατέστησαν ἀπὸ τοῦ φρονήματος, οὗ εἶχον.

Turbati sunt. Hoc est tumultuati sunt.

Commoti sunt. Quia a priori sententia destitere.

Τρόμος ἐπελάβετο αὐτῶν. Ἄγαν φοβηθέντων.

Ἐκεῖ ὠδῖνες ὡς τικτούσης. Ἐν αὐτοῖς ἀγωνίαι, καὶ ὀδύναι, καὶ ἐποψίαι κινδύνων, δίκην τικτούσης.

Vers. 7. *Tremor apprehendit eos.* Magno timore affecti sunt.

Vers. 8. *Illic dolores ut parturientis.* Afflictiones in eis erant, et dolores et periculorum suspiciones, quemadmodum parientibus inesse solent.

Ἐν πνεύματι βιαίῳ συντρίψεις πλοῖα Θαρσεῖς. Ἐν κινήματι σφοδρῷ ὀργῆς συντρίψεις αὐτοὺς, καὶ οὕτως εὐχερῶς, ὡς πλοῖα Θαρσεῖς· λείπει γὰρ, φησὶ, τὸ ὡς. Τόπου δὲ κλῆσις οἱ Θαρσεῖς, ὅθεν ἐναυπηγοῦντο πλοῖα εὐμεγέθη καὶ κάλλιστα. Ἢ καὶ αὐτὰ συντρίψεις τὰ πλοῖα Θαρσεῖς, πολεμίους ἄγοντα. Τινὲς Θαρσεῖς λέγουσι τὴν Λιβυκὴν Καρχηδόνα (73).

In spiritu vehementi conteres naves Tharsis. In vehementi ac valido impetu iræ tuæ tam faciliter eos conteres, quam conterere soles naves Tharsis. Aiunt enim subintelligi debere dictionem , *ut*. C Tharsis vero loci nomen est, ubi conspicuæ atque excelsæ naves fabricari consueverant. Vel aliter : Ipsas, inquit, naves Tharsis, quæ inimicos nostros vehunt, tu conteres. Sunt qui per Tharsis Carthaginem Libyæ intelligant. [Sunt et qui Indiæ regionem eam esse dicant.]

Καθάπερ ἠκούσαμεν, οὕτως ἴδομεν, ἐν πόλει Κυρίου τῶν δυνάμεων, ἐν πόλει τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Ταῦτά φασιν οἱ διαπεφευγότες τὰς ἐπαναστάσεις τῶν ἐχθρῶν, ὅτι Σύμφωνα οἷς ἠκούσαμεν εἴδομεν νῦν ἐν τῇ πόλει τοῦ δυνατοῦ Θεοῦ ἡμῶν· ἠκούσαμεν γὰρ ὅτι πολλὰ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ ἐτερατούργησεν ὁ Θεός. Εἴδομεν δὲ τὰς τερατουργίας αὐτοῦ καὶ νῦν, καὶ ἃ εἴδομεν βεβαιοῦσιν ἃ ἠκούσαμεν.

Vers. 9. *Sicut audivimus, ita et vidimus, in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri.* Hæc verba eorum nomine dicta sunt, qui inimicorum impetus effugerunt. Nos, inquit, in potentissimi Regis nostri civitate omnia vidimus consona iis, quæ audivimus. Audivimus enim quod mirabilia quædam operatus est pro populo suo : unde et consequenter admiranda multa conspicimus, et in certiori fide confirmamur.

Ὁ Θεὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν εἰς τὸν αἰῶνα. Τοῦτο μόνῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ τῶν πιστῶν ἁρμόζει. *Πύλαι* γὰρ, φησὶν, *ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς*· τὰ γὰρ Ἱεροσόλυμα, κατεσκάφησαν ἐξ αὐτῆς κρηπῖδος, καὶ οὐδὲν ἔχουσιν ἐρεῖν πρὸς τοῦτο Ἰουδαῖοι.

D *Deus fundavit eam in sæculum.* Hæc verba soli conveniunt Ecclesiæ fidelium. *Portæ* enim, inquit, *inferni non prævalebunt adversus eam*[79]. Ipsa etenim Jerusalem a fundamentis eversa ac solo æquata est. Quid igitur ad hæc dicere poterunt Judæi ?

Ὑπελάβομεν, ὁ Θεὸς, τὸ ἔλεός σου ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ σου. Προσεδοκήσαμεν τὴν βοήθειάν σου, καὶ οὐχ ἠστοχήσαμεν. Τινὲς δὲ λέγουσι τὸ, *Ὑπελάβομεν*, σημαίνειν ἐνταῦθα τὸ *διέγνωμεν*.

Vers. 10. *Suscepimus, Deus, misericordiam tuam in medio populi tui.* Exspectavimus , inquit, auxilium tuum, et spe nostra frustrati non sumus. Quidam tamen dictionem ὑπελάβομεν significare dicunt hoc in loco idem quod, *existimavimus*, seu *cognovimus* [cum id verbum apud Græcos non tantum suscipere, sed suspicari etiam, atque existimare significet].

[79] Matth. xvi, 18.

Variæ lectiones.

(73) Καλχηδόνα.

VERS. 11. *Secundum nomen tuum, Deus, sic et laus tua in fines terræ.* [Quemadmodum nomen tuum, inquit, divulgatum est, et pertransiit in fines terræ] propter opera nimirum tua admiranda, sic etiam divulgabitur laus tua; quia omnes immensam potentiam tuam summis efferent laudibus.

Justitia plena est dextera tua. Eo quod jure de iniquis omnibus vindictam sumas.

VERS. 12. *Lætetur mons Sion, et exsultent filiæ Judææ.* Per montem Sion homines intelligit, qui illic habitant; et per filias Judææ, mulieres ipsas, quas veluti viris timidiores ac mœstiores lætari etiam jubet. Nam si his etiam lætandum est, tanto magis viris; vel, per filias Judææ civitates dicit, quæ sitæ erant circa Jerusalem atque ei subjectæ. Possumus et per montem Sion unicam fidelium Ecclesiam intelligere, ut diximus, et per filias Judææ, filias confessionis et fidei, hoc est fidelium animas, vel Ecclesias, quæ in variis mundi partibus fundatæ sunt.

Propter judicia tua, Domine. Hæc est lætitiæ causa: quia æquissimo judicio tuo inimicos nostros pœnas nobis pendere compulisti.

VERS. 13. *Circumdate Sion, et complectimini eam.* Hoc est, ipsam Jerusalem, quæ ob populi captivitatem jam pene erat diruta, et post illius reditum instaurata, prælerque omnium opinionem amplior effecta est. Jubet igitur Propheta populum circuire eam, et inspicere quam mirandum in modum pristinas vires receperit et antiquum nacta sit decorem. *Circumdate autem et complectimini,* hoc est, circumquaque eam spectate. Vel idem æque hæc duo verba significant.

Narrate in turribus ejus. Narrate, inquit, sedentes in turribus ipsius Jerusalem, quid antea passa sit a Babyloniis, quantisque affecta sit malis, et quam nunc admirabilis sit facta. Chrysostomus: *Narrate in turribus ejus*, exposuit, pro, Mensurate turres ejus: ad quantam nimirum altudinem perductæ sint.

VERS. 14, 15. *Ponite corda vestra in virtute ejus.* Mentem, inquit, adhibete et considerate quasnam vires et quam nuper potestatem haberet.

Et distribuite domos ejus. Quod Latine domos, in Græco legimus βάρεις. Dicuntur autem βάρεις non solum domus et templa, ut diximus, sed etiam turres. Ait igitur: Distribuite unicuique vestrum turres ejus, ut commode unusquisque opus sibi commissum ædificare ac perficere diligentissime possit.

Ut enarretis in progenie altera, quoniam hic est Deus noster in sæculum et in sæculum sæculi. Hæc omnia, inquit, quæ dixi perficite, ut summam hinc Dei potentiam plane perspicientes, nepotibus ac posteris vestris narretis, quod hic Deus in sæculum est, hoc est perpetuo. Verum hæc sic secundum historiam dicta sunt. Juxta anagogen jubet Propheta apostolos et doctores circuire Ecclesiam fidelium, propter hostes, qui et palam, et clam ei

A *Κατὰ τὸ ὄνομά σου, οὕτως καὶ ἡ αἴνεσίς σου, ἐπὶ τὰ πέρατα τῆς γῆς.* Διὰ τὰ τεράστια, οὕτω διαδοθήσεται ἡ αἴνεσίς σου. Καὶ πάντες σε εὐφημήσουσιν, ὡς μεγαλοδύναμον

Δικαιοσύνης πλήρης ἡ δεξιά σου. Ὡς δικαιοσύνη ἀμυνομένη τοὺς ἀδικοῦντας ἡμᾶς.

Εὐφρανθήτω ὄρος Σιὼν, καὶ ἀγαλλιάσθωσαν αἱ θυγατέρες τῆς Ἰουδαίας. Διὰ τοῦ ὄρους τοὺς ἐνοικοῦντας αὐτῷ προτρέπεται χαίρειν· θυγατέρας δὲ τῆς Ἰουδαίας λέγει, ἢ τὰς γυναῖκας ὡς δειλοτέρας καὶ λυπηροτέρας τῶν ἀνδρῶν· εἰ δὲ τὰς γυναῖκας, πολλῷ μᾶλλον τοὺς ἄνδρας· ἢ τὰς πέριξ πόλεις, τὰς περικειμένας τῇ Ἱερουσαλήμ. Εἴη δὲ καὶ ὄρος μὲν
B ἡ μία Ἐκκλησία τῶν πιστῶν, ὡς εἰρήκαμεν· θυγατέρες δὲ τῆς Ἰουδαίας, ἤτοι τῆς πίστεως, αἱ ψυχαὶ τῶν πιστῶν, ἢ καὶ αἱ τῶν τόπων Ἐκκλησίαι.

Ἕνεκεν τῶν κριμάτων σου, Κύριε. Τοῦτο αἰτία τῆς χαρᾶς, διότι, φησὶν, ἔκρινας ἡμᾶς, καὶ κατέκρινας τοὺς ἐχθρούς.

Κυκλώσατε Σιὼν, καὶ περιλάβετε αὐτήν. Ἐπειδὴ ἐρείπιον γέγονε πρότερον ἡ Ἱερουσαλὴμ· μετὰ δὲ τὴν αἰχμαλωσίαν ᾠκίσθη καὶ ἐκραταιώθη παραδόξως, προτρέπεται ὁ Προφήτης τὸν λαὸν περιελθεῖν αὐτὴν ἰδεῖν, ὅτι πάλιν τὴν προτέραν ἀπέλαβεν ἰσχύν τε καὶ εὐκοσμίαν. *Κυκλώσατε δὲ καὶ περι-*
C *λάβετε,* ἀντὶ τοῦ, κύκλῳ περιλάβετε. Ἢ καὶ ταὐτὸν ἄμφω σημαίνουσι.

Διηγήσασθε ἐν τοῖς πύργοις αὐτῆς. Διηγήσασθε ἐπὶ τῶν πύργων αὐτῆς καθίσαντες τί μὲν πέπονθε πρότερον ὑπὸ τοῦ Βαβυλωνίου, ποία δὲ γέγονε νῦν. Ὁ δὲ Χρυσόστομος τὸ, *Διηγήσασθε,* ἀντὶ τοῦ, Μετρήσατε τοὺς πύργους αὐτῆς πόσοι εἰσὶν, ἐδέξατο.

Θέσθε τὰς καρδίας ὑμῶν εἰς τὴν δύναμιν αὐτῆς. Θέσθε τὸν νοῦν ὑμῶν, τουτέστι, κατανοήσατε τὴν ἄρτι δύναμιν αὐτῆς.

Καὶ καταδιέλεσθε τὰς βάρεις αὐτῆς. Βάρεις
D λέγονται οὐ μόνον οἱ οἶκοι, ἀλλὰ καὶ οἱ πύργοι. Φησὶν οὖν, ὅτι Ἀπομερίσατε ἑαυτοῖς τοὺς πύργους αὐτῆς· ὥστε κατὰ σχολὴν ἰδίᾳ τούτους περιεργάσασθαι.

Ὅπως ἂν διηγήσησθε εἰς γενεὰν ἑτέραν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Θεὸς ἡμῶν εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Ταῦτα δὲ, φησὶν, ἃ εἶπον πάντα ποιήσατε, ἵνα μαθόντες ἀκριβῶς τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ, διηγήσησθε καὶ τοῖς μεταγενεστέροις, ὅτι οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐστιν εἰς τὸν αἰῶνα τοῦτον καὶ εἰς τὸν ἀΐδιον, τουτέστιν, ὅτι ἀεί ἐστιν. Ἀλλ' οὕτω μὲν καθ' ἱστορίαν· κατὰ δὲ ἀναγωγὴν, προτρέπεται τοὺς ἀποστόλους καὶ διδασκάλους ὁ Προ-

φήτης, κύκλῳ περιλαβεῖν τὴν Ἐκκλησίαν τῶν πιστῶν, διὰ ὁρατοὺς καὶ ἀοράτους ἐπιβούλους. Πύργους δὲ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας νόει, τὰς μερικὰς, τὰς κατὰ τόπον, ἃς καὶ βάρεις καλεῖ· καὶ παρακελεύεται διηγήσασθαι ἐν αὐταῖς τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀπομερίζειν ἑαυτοῖς εἰς προστασίαν, καὶ τιθέναι τὰς καρδίας, ἤτοι προσέχειν εἰς τὸ ἐνισχύειν αὐτὴν, ὅπως ἂν ταύτην καταρτίσαντες, διηγήσωνται καὶ τοῖς μεταγενεστέροις, χρώμενοι διακόνῳ τῇ γλώττῃ τῶν πεπιστευκότων.

Αὐτὸς ποιμανεῖ ἡμᾶς (74) *εἰς τοὺς αἰῶνας.* Φησὶ γάρ· *Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός.*

Εἰς τέλος τοῖς υἱοῖς Κορέ. Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΜΗ'.

Περὶ τῆς μελλούσης κρίσεως ὁ ψαλμὸς διαλέγεται, ἥτις ἐστὶ τέλος τῆς παρούσης ζωῆς. Διὸ καὶ *Εἰς τέλος* ἐπιγέγραπται, ὅτι περὶ τῆς τελευταίας ἡμέρας ἐρεῖ. Τὸ δὲ ἑξῆς τῆς γραφῆς, δῆλον ἐκ τῶν προηρμηνευμένων.

Ἀκούσατε ταῦτα, πάντα τὰ ἔθνη· ἐνωτίσασθε, οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην. Πᾶσαν ὁ Προφήτης τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων εἰς ἀκρόασιν συγκαλεῖ. Ἐπεὶ δὲ ἔθνη μέν εἰσιν ἁπλῶς πάντα τὰ γένη, τὰ διαφόρῳ γλώσσῃ χρώμενα, καὶ κατὰ πλῆθος οἰκοῦντα ἐν πόλεσιν, ἐν κώμαις, ἐν ἀγροῖς· τινὲς δὲ, οὐ κατὰ πλῆθος οἰκοῦσιν, ἀλλὰ καταμόνας, ἐν ὄρεσιν, ἐν σπηλαίοις, ἐν σχισμοῖς πετρῶν· ἐπήγαγε τὸ καθολικώτερον, ὅτι *Πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην* ὅπως δήποτε, ἵνα μηδεὶς ἀπολειφθείη τῆς κλήσεως. Τὸ δὲ, *Ἐνωτίσασθε*, εἰ καὶ ταυτὸν δοκεῖ τῷ, Ἀκούσατε, ἀλλ' ἔχει κατά τινα ἐπίτασιν τὸ μὴ ἁπλῶς ἀκούειν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ οὖς βάλλειν τὸ ἀκουόμενον.

Οἵ τε γηγενεῖς, καὶ οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. Ὁ μέγας Βασίλειος γηγενεῖς μὲν λέγει τοὺς γήϊνα πάντη φρονοῦντας, καὶ περὶ τὴν γῆν ὅλως ἐπτοημένους· υἱοὺς δὲ ἀνθρώπων, τοὺς λόγῳ κοσμουμένους· ἴδιον γὰρ ἀνθρώπου τὸ λογικόν. Ὁ δὲ Χρυσόστομος, ἑτέρως μετεχειρίσατο τὴν ἐξήγησιν· φησὶ γάρ, ὅτι συγκαλέσας ὁ Προφήτης ἅπαντας ἁπλῶς τοὺς ἀνθρώπους, κατέστειλεν ἐκ προοιμίων, εἴ τις αὐτοῖς ἐνῆν φυσίωσις κατ' ἀλλήλων, ὑπομνήσας, ὅτι πάντες ἐκ γῆς εἰσιν, ἐξ ὕλης ἀτίμου· εἶτα ἵνα μὴ δόξαιεν ἐκ γῆς καταρχὰς βλαστῆσαι, κατὰ τοὺς περὶ τῶν σπαρτῶν μύθους τῶν Ἑλλήνων, ἐπήγαγε· *Καὶ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων.* Ἀκούσατε, φησὶν, οἱ ἄνθρωποι, οἱ γηγενεῖς τε διὰ τὸν ἐκ γῆς πλασθέντα προπάτορα, καὶ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, διὰ τὴν ἐκ συνουσίας εἰς τὸ ἑξῆς γονήν.

insidiantur. Per turres autem universalis Ecclesiæ singulas Ecclesias intellige, quæ ubique locorum Deo dicatæ sunt, quas etiam βάρεις, id est, domos appellat: et in eis narrare illos jubet magna Dei prodigia, atque eas etiam edocendas sibi partiri, et ponere corda, hoc est, animum adhibere, ut vires ei ac robur adjungerent, ut illa demum apte instructa ac perfecta, narrent etiam posteris divinas laudes, utentes nimirum ministerio ac lingua fidelium qui crediderunt.

Ipse pascet vos in sæcula. Ait enim: *Ego sum pastor bonus* [80].

In finem filiis Core.

PSALMUS XLVIII.

Præsens psalmus de universali judicio tractat, in quo finis erit præsentis sæculi, atque ideo *In finem* inscribitur. Reliquum autem inscriptionis clarum est ex iis quæ in præcedentibus declaravimus.

VERS. 2. *Audite hæc, omnes gentes: auribus percipite, omnes habitantes terram.* Ad auditionem sermonis sui excitat Propheta universam hominum naturam. Et quoniam gentes diversarum nationum homines sunt, et differenti utuntur lingua ac moribus (ex eis enim quidam in oppidis congregati degunt, alii in agris, alii in vicis, nonnulli socialem vitam repudiantes, in speluncis aut rupium cavernis latitant), ut uno sermone in universum omnes comprehenderet, addidit: *Omnes qui habitatis terram*, ubicunque gentium vestrum quispiam sit, ne quis forte se non arcessitum queratur. Et quod ait: *Auribus percipite*, idem est quod, Audite, quamquam vehementiam quamdam indicet exauditionis.

VERS. 3. *Quique terrigenæ et filii hominum.* Magnus Basilius per terrigenas, homines intelligit terrena sapientes, et mundanis rebus affectos: filios autem hominum, eos qui rationem ducem sequuntur: proprium enim hominis est, ut e ratione omnia moderetur. Chrysostomus vero aliam expositionem tradidit dicens quod, cum Propheta omnes in universum homines convocaverit, in ipso statim initio eos comprimit, si quis forte illis tumor, aut elatio in proximos obvenisset. Hoc autem agit dum in memoriam revocat, quod omnes e terra ac vili materia prodiere. Deinde ne illud quis fortassis putaret, quod homines a principio, e terra, juxta Græcorum fabulas, pullulaverint, a quibus traditur satos olim homines fuisse, atque ita a terra productos, addidit: *Et filii hominum*, ac si diceret: Audite, homines, qui et terrigenæ estis, propter primum parentem de terra formatum, et filii hominum, propter aliorum hominum generationem, quæ mutua coitione, sexuum copula, in posteros emanavit.

Ἐπιτοαυτὸ πλούσιος καὶ πένης. Οὐ διαστέλλω, φησὶ, πλούσιον ἀπὸ πένητος· ὁμοτίμως γὰρ ἅπαν-

Simul in unum dives et pauper. Non distinguo, inquit, divitem a paupere. Æque enim omnes ad-

[80] Joan. x, 11.

Variæ lectiones.

(74) Cod. ἡμᾶς *nos*, pro quo Latinus Interpres legit ὑμᾶς *vos*.

vocat sanctus Spiritus. Animam enim tantum quærit intelligentiæ compotem quam non divitiæ exhibent, sed timor Dei. Et quod dicit *Simul in unum*, idem est, quod Una, similiter.

Vers. 4. *Os meum loquetur sapientiam.* Auditores excitat ad attentionem, veluti qui de rebus non minimis tractaturus sit, sed de excelsis potius ac venerandis. Per sapientiam autem divina intelligit eloquia, quæ sapientia sunt referta.

Et meditatio cordis mei intelligentiam. Pollicetur se nihil temere, sed accurate omnia dicturum. Meditatio, inquit, cordis meis, hoc est, diligens et attenta mentis meæ consideratio, verba loquetur plenissima intelligentiæ, vel, loquetur verba, ad quæ percipienda multa erit opus intelligentia.

Vers. 5. *Inclinabo in parabolam aurem meam.* Sermonem habiturus ad vos, inclinabo vicissim aurem animæ meæ in parabolam, quæ a sancto mihi Spiritu suggeritur. Per parabolam vero hic ambiguum atque ænigmaticum sermonem intelligit. Sunt enim prophetica omnia ambigua admodum, propter occultos sensus obscuritate verborum velatos. Fidem enim sermoni suo etiam præstat his verbis, dum superne ea sibi denotat inspirari.

Aperiam in Psalterio propositionem meam. Per *propositionem* sermonem intelligit, ad exhortationem atque utilitatem audientium propositum ac prolatum. Aperiam igitur, hoc est, manifestabo hunc sermonem meum, una cum Psalterii harmonia. Nam qui januam aperit, omnia manifestat, quæ intus sunt. Ex eo enim quod præcedit, denotavit id quod consequitur. Manifestaturum se autem id ait cum harmonia et cantu, ut sermo suus jucundior sit. Juxta anagogen ille aperire dicitur propositionem suam in Psalterio, qui facit pariter et docet, cujus opera sermonibus congruunt. Ad melodiam enim Psalterii excitandam manibus opus est, per quas operandi facultas designatur.

Vers. 6. *Cur timebo in die mala?* Per interrogationem legenda sunt hæc verba. Vultis scire, inquit, cur mihi timendum sit in die futuri judicii? Hanc enim diem malam appellat, quemadmodum et alibi in psalmo XL [ibi: *In die mala liberabit eum Dominus*, ubi diximus]. Audite igitur causam timoris.

Iniquitas calcanei mei circumdabit me. Timeo, inquit, quia tunc iniquitas peccati mei, hoc est, quia peccatum meum circumdabit me. Calcaneum enim posuit pro deceptione: quemadmodum et alibi in commemorato psalmo XL [ibi: *Magnificavit adversum me supplantationem*] declaravimus. [Quod tamen ex lectione Græca melius percipitur, cum Græca dictio πτερνισμὸς, hoc est, supplantatio, ἀπὸ τῆς πτέρνης, hoc est, a calcaneo deducatur.]

A τας καλεῖ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ψυχὴν ἐπιζητοῦν συνιέναι δυναμένην, ἣν οὐ πλοῦτος, ἀλλὰ θεῖος φόβος χαρίζεται. *Ἐπιτοαυτὸ* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Ὁμοῦ, ὁμοίως.

Τὸ στόμα μου λαλήσει σοφίαν. Διεγείρει τοὺς ἀκροατὰς εἰς προσοχὴν, ὡς οὐχ ὑπὲρ προσκαίρων τινῶν πραγμάτων μέλλων ἐρεῖν, ἀλλὰ περὶ μεγάλων καὶ φοβερῶν. Σοφίαν δὲ λέγει τὰ σοφίας πεπληρωμένα λόγια.

Καὶ ἡ μελέτη τῆς καρδίας μου σύνεσιν. Ἐνταῦθα κατατίθεται μὴ ἀπερισκέπτως ἐρεῖν, ἀλλ' ἐκ μελέτης. Λαλήσει γὰρ, φησὶ, καὶ ἡ μελέτη τῆς καρδίας μου, τουτέστιν, ἀκριβὴς τοῦ νοός μου διάσκεψις, συνέσεως γέμοντα ῥήματα, ἢ συνέσεως δεόμενα εἰς τὸ νοηθῆναι.

B *Κλινῶ εἰς παραβολὴν τὸ οὖς μου.* Διαλεγόμενος πρὸς ὑμᾶς, φησὶ, κλινῶ ἐν μέρει τὸ οὖς τῆς ψυχῆς μου εἰς τὴν ἐνηχουμένην μοι παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος παραβολήν· λέγει δὲ νῦν παραβολὴν τὰ αἰνίγματα· καὶ γὰρ αἰνιγματώδη τὰ προφητικά εἰσι, διὰ τὴν ἀσάφειαν τῶν κεκρυμμένων] νοημάτων. Ἀξιοπιστίαν δὲ τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις περιέθηκεν, ὡς ἐμπνεομένοις ἄνωθεν.

Ἀνοίξω ἐν ψαλτηρίῳ τὸ πρόβλημά μου. Πρόβλημα καλεῖ τὸν λόγον τὸν προβεβλημένον εἰς παραίνεσιν καὶ ὠφέλειαν τῶν ἀκροωμένων. Ἀνοίξω δὲ, τουτέστι, φανερώσω τὸν λόγον μου μετὰ μέλους ψαλτηρίου. Ὁ γὰρ ἀνοίγων θύραν φανεροῖ τὰ ἔνδον.
C Ἐκ τοῦ προηγουμένου τοίνυν ἐδήλωσεν τὸ ἑπόμενον. Μετὰ μέλους δὲ ὀργανικοῦ, ἵνα γένηται ὁ λόγος ἡδύτερος. Ἀνοίγει δὲ ἐν ψαλτηρίῳ τὸ πρόβλημα αὐτοῦ ὁ ποιῶν καὶ διδάσκων, καὶ τὴν πρᾶξιν ἔχων τῷ λόγῳ σύμφωνον. Τὸ γὰρ μέλος τοῦ ψαλτηρίου διὰ χειρῶν ἀπαρτίζεται· τῆς πρακτικῆς δὲ σύμβολον αἱ χεῖρες

Ἱνατί φοβοῦμαι ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ; Κατ' ἐρώτησιν ἀναγνωστέον· Βούλεσθέ με μαθεῖν διατί φοβοῦμαι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως; ταύτην γὰρ λέγει πονηρὰν, ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ στίχῳ τοῦ μʹ ψαλμοῦ προαποδεδώκαμεν· λοιπὸν οὖν ἀκούσατε.

D

Ἡ ἀνομία τῆς πτέρνης μου κυκλώσει με. Φοβοῦμαι, ὅτι κυκλώσει με τότε ἡ ἀνομία τῆς ἁμαρτίας μου, τουτέστι, ἡ ἁμαρτία μου, κατὰ περίφρασιν. Πτέρνα μὲν γὰρ ἡ ἀπάτη, ὡς ἐν τῷ δηλωθέντι ψαλμῷ προείπομεν. Ἀπάτη δὲ, ἡ ἁμαρτία, ὡς ἀπατῶσα τὸν ἁμαρτάνοντα. Εἶδες σοφὸν λόγον καὶ συνετὸν, ὅπως διὰ τοῦ εἰσαγαγεῖν ἑαυτὸν φοβούμενον, παρῄνεσε φοβεῖσθαι τὴν ἁμαρτίαν, διδάξας ἅμα, καὶ ὅτι κρίσις ἔσται ἀδέκαστος.

Peccatum vero merito deceptio appellatur, quia peccantem ipsum decipit. Vidisti sapientia plenum sermonem, quo Propheta, dum se timere introduxit, alios caute admonuit timere a peccatis, cum udicium Dei ejusmodi futurum sit, ut corrumpi non possit.

Vers. 7. *Qui confidunt in potestate sua, et in multitudine divitiarum suarum gloriantur.* Subaudien-

Οἱ πεποιθότες ἐπὶ τῇ δυνάμει αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τῷ πλήθει τοῦ πλούτου αὐτῶν καυχώμενοι. Προσ-

υπακουστέον τὸ, Ἀκούσατε. Δυνατοὺς δὲ λέγει νῦν, οὐ τοὺς ἐν ἔργῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν λόγῳ· καὶ τοὺς πλουσίους, οὐ τοὺς ἐν χρήμασι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν λογικοῖς θεωρήμασι. Καλέσας δὲ τούτους ἰδίᾳ, φησίν·

A dum est, hoc in loco, verbum, *Auscultate*. Potestatis autem nomen large intelligendum est, ita ut non tantum ad eos dirigatur sermo, qui in operibus, sed ad eos etiam qui in sermone potentes sunt. Simili modo divitias dicit, non eas tantum, quæ in pecuniis, aut aliis fortunæ bonis consistunt, sed eas etiam quæ ad doctrinam et philosophiæ studia pertinent. His igitur ita sigillatim convocatis, sermonem prosequitur, dicens :

Ἀδελφὸς οὐ λυτροῦται, λυτρώσεται ἄνθρωπος; Ἐκεῖ, φησὶν, οὐδὲ ἀδελφὸς δύναται λυτρώσασθαι τῆς κολάσεως, ὁ φύσει φίλτατος· ἡ γὰρ ἰσχὺς καὶ τὰ χρήματα οὐ συνδιαβαίνουσι. Καὶ εἰ ἀδελφὸς οὐ λυτροῦται, λυτρώσεται ἄνθρωπος; τὸ μὲν γὰρ, *Ἀδελφὸς οὐ λυτροῦται*, κατὰ ἀπόφασιν ἀναγνωστέον· τὸ δὲ *Λυτρώσεται ἄνθρωπος*, κατὰ ἐρώτησιν, μετὰ βαρύτητος. Λοιπὸν οὖν οὐκ ἔστιν ἐκεῖ λύτρωσις, ἀλλ' ἐνταῦθα χρὴ διὰ μετάνοιαν ἑαυτόν τινα λυτροῦσθαι. Φησὶ γὰρ ἡ Γραφή· *Ἐὰν ἀναστῇ Νῶε καὶ Ἰὼβ καὶ Δανιὴλ, υἱοὺς αὐτῶν καὶ θυγατέρας οὐ μὴ ῥύσονται.*

VERS. 8. *Frater non redimit, redimet homo?* Illic, inquit, neque ipse etiam frater redimere fratrem potest a supplicio, frater, inquam, qui sanguine nobis conjunctissimus est : vires enim et divitiæ illuc nobiscum pariter non descendent : quod si frater non redimit, quo pacto alienus homo redemerit ? Hujus autem versiculi verba divisim legenda sunt, ita ut absolute et cum determina-
B tione dicatur : *Frater non redimit* ; et puncto facto, *Redimet homo ?* Interrogative enuntiando. Restat igitur, ut nulla illic speranda sit redemptio : cum in præsenti vita pœnitentiæ lacrymis tantum venia impetrari possit. Ait enim alibi Scriptura : *Si surrexerint Noe, Job, et Daniel, filios suos et filias suas non liberabunt.*

Οὐ δώσει τῷ Θεῷ ἐξίλασμα ἑαυτοῦ. Οὔτε ὁ ἀδελφὸς, οὔτε ὁ ξένος δώσει ἐκεῖ ἐξίλασμα, ἤγουν λύτρον ἑαυτοῦ, κολάσει καὶ αὐτὸς ὢν ὑπεύθυνος.

Non dabit Deo placationem sui. Nec frater, inquit, nec extraneus quis, illic dare poterit placationem, hoc est, redemptionem sui ipsius : cum ipse potius pœnas pariter daturus sit, utpote peccatis obnoxius.

Καὶ τὴν τιμὴν τῆς λυτρώσεως τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. Καὶ οὐ δώσει τὴν τιμὴν, ἤγουν ἐξώνησιν τῆς ἐλευθερίας αὐτοῦ τῆς ψυχῆς· ψυχῆς γὰρ ἀνθρωπίνης οὐδ' ὁ κόσμος ὅλος ἀντάξιος· ἐπεὶ καὶ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν μέλλων λυτροῦσθαι τὴν ἀνθρωπίνην ψυχὴν, αἰχμαλωτισθεῖσαν ὑπὸ τοῦ διαβόλου, οὐ γῆν ἔδωκεν, οὐ θάλασσαν, οὐ κόσμον, ἀλλὰ τὸ ἑαυτοῦ τίμιον αἷμα. Ποῖον οὖν εὑρήσει τις ἐκεῖ λύτρον ἄξιον; Ὅρα καὶ σοφὰ ῥήματα, καὶ συνετὰ, καὶ αἰνιγματώδη.

VERS. 9, 10. *Et pretium redemptionis animæ suæ.* Et non dabit pretium redemptionis, hoc est, non dabit redemptionem pro libertate animæ suæ, cum pro unius hominis anima universus etiam orbis sufficiens pretium non sit : quippe cum Salvator noster, hominum animas a sævo dæmone in capti-
C vitatem actas redempturus, terram non dederit, non mare, non ipsum denique orbem, sed suum pro nobis pretiosissimum sanguinem effuderit. Quamnam igitur redemptionem illic quispiam idoneam invenire poterit ? Tu vero ipsa etiam Prophetæ verba considera, quantam suboscurioribus verbis sapientiam reconditam habeant.

Ἐκοπίασεν εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ζήσεται εἰς τέλος. Καθαψάμενος τῶν ἀμετανοήτων, τρέπεται καὶ πρὸς τοὺς μετανοοῦντας, καὶ παρηγορεῖ τὸν κόπον τῆς μετανοίας ταῖς ἐλπίσι τοῦ μέλλοντος. Καὶ ἐκοπίασε, φησὶν, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦτον ὁ μετανοῶν, καὶ λοιπὸν ζήσεται διαπαντός· τοῦτο γὰρ τὸ, *Ζήσεται εἰς τέλος.* Ζωὴν δὲ λέγει τὴν κυρίως καὶ ἄπονον· ἡ γὰρ ἐνταῦθα, καταχρηστικῶς, ὡς παραδίδοται (75). Τέλος δὲ νοήσεις καὶ τὸν μέλλοντα αἰῶνα· τέλος γὰρ ἐκεῖνος τοῦ παρόντος.

Et laboravit in sæculum, et vivet in finem. Cum pupugerit Propheta eos qui pœnitentiam non egerunt in præsenti vita, nunc ad pœnitentes convertitur, et futurorum spe, pœnitentiæ molestias consolatur. Et laboravit, inquit, in sæculum hoc præsens, ille nimirum qui pœnitentiam agit : et deinceps etiam vivet perpetuo. Hoc enim significant verba illa : *Vivet in finem.* Vitam autem eam dicit, quæ proprie vita est, et sine labore. Ista enim præsens improprie vita dicitur, ut alibi tradidimus : per finem vero futurum sæculum intellige, quo præsens sæculum terminatur.

Οὐκ ὄψεται καταφθορὰν, ὅταν ἴδῃ σοφοὺς ἀποθνήσκοντας. Ὁ τοιοῦτος πεπληροφορημένος περὶ τῆς μελλούσης κρίσεως, ὅταν ἴδῃ τοὺς σοφοὺς τὰ θεῖα, ἤτοι τοὺς ἐναρέτους ἀποθνήσκοντας, οὐ δόξει βλέπειν καταφθορὰν εἰς τὸ μηκέτ' εἶναι, ἀλλ' ἐναλλαγὴν ἀπὸ φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν. Ἢ καὶ ὅταν ἴδῃ τοὺς σοφοὺς τὰ μάταια ἀποθνήσκοντας, οὐ δόξει βλέπειν καταφθορὰν σώματος ὁμοῦ καὶ ψυχῆς, ὡς αὐτοὶ

D VERS. 11. *Non videbit corruptionem, cum viderit sapientes morientes.* Hujusmodi homo, qui de futuro judicio certus est, cum viderit sapientes viros ac virtute præditos mori, non existimabit se corruptionem eorum videre, eam dico corruptionem, qua amplius futuri non sunt : quinimo arbitrabitur se immutationem videre a fragili hac et caduca vita ad stabilem quamdam et incorruptam. Vel

Variæ lectiones.

(75) Al. προπαραδεδώκαμεν.

aliter : Cum viderit sapientes mori, ac falsis hujus mundi bonis privari, non arbitrabitur animam pariter exstingui cum corpore, quemadmodum viventes homines mortem esse definierunt : quinimo demigrationem esse censebit, et lætum quemdam accessum ad vitam jucundiorem. Hæc autem ad magis simplicem psalmi intelligentiam dicta sunt. Magnus vero Basilius juxta anagogen hæc dicta exponens, ait, quod verba illa : *Redimet homo*, et quæ sequuntur, de Christo prænuntiata sunt. Quia enim captivi olim sub dæmonis detinebamur imperio, admonet nos beatus David, quod nullus frater, hoc est, nullus propheta, ab hujusmodi nos poterit captivitate liberare. Fratres enim nobis esse dicuntur prophetæ, quia propter nos venerunt, et quia ejusdem nobiscum sunt naturæ. Et dum hoc admonet, illud pariter prædicit, quod homo, hoc est, quod Christus, qui verus ac perfectus est homo, quemadmodum et verus ac perfectus Deus, redimet nos. Verus enim ac perfectus homo vere tantum dici potest Christus, quia solus ipse humanitatis dignitatem a Deo homini datam integram atque immaculatam servavit. Merito igitur proprie homo dicitur, et ille solus est, qui non dabit Deo placationem sui, neque pretium redemptionis animæ suæ. *Peccatum* enim *non fecit* [81]; pro nobis igitur, et non pro se ipso placationem dedit proprium sanguinem. Qui etiam laboravit in præsenti sæculo, quando nimirum ex itinere fatigatus sedit super fontem; et qui non videbit corruptionem, quando cæteri morientur. *Neque* enim, inquit, *dabis sanctum tuum videre corruptionem* [82].

A ζῶντες ὁρίζονται (76) τὸν θάνατον, ἀλλὰ μετοικίαν εἰς κόσμον ἕτερον. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν κατὰ τὴν ἁπλουστέραν ἐξήγησιν. Ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἀνάγων τὰ ῥητὰ, φησὶν, ὅτι τὸ *Λυτρώσεται ἄνθρωπος*, καὶ τὰ ἑξῆς, περὶ τοῦ Χριστοῦ προεφητεύθησαν· ἐπεὶ γὰρ ᾐχμαλωτίσθημεν πάλαι τῷ διαβόλῳ, προεῖπεν ὁ Δαβὶδ, ὅτι ἀδελφὸς οὐ λυτροῦται τοὺς αἰχμαλωτισθέντας, τουτέστι προφήτης· ἀδελφοὶ γὰρ ἡμῶν οἱ δι' ἡμᾶς ἐλθόντες προφῆται, τῆς αὐτῆς ὄντες φύσεως· λοιπὸν λυτρώσεται ἄνθρωπος, τουτέστιν ὁ Χριστὸς, ὁ τέλειος ἄνθρωπος, ὡς καὶ τέλειος Θεὸς, ὁ φυλάξας ἀκέραιον τὸ τῆς ἀνθρωπότητος ἀξίωμα, καὶ διὰ τοῦτο κυρίως ἄνθρωπος· ὃς οὐ δώσει τῷ Θεῷ ἐξίλασμα ἑαυτοῦ, οὐδὲ τὴν τιμὴν τῆς λυτρώσεως τῆς B ψυχῆς αὐτοῦ· *Ἁμαρτίαν* γὰρ, φησὶν, *οὐκ ἐποίησεν*· ὑπὲρ ἡμῶν οὖν, καὶ οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ δέδωκεν ἐξίλασμα τὸ οἰκεῖον αἷμα. Ὃς καὶ ἐκοπίασεν ἐν τῷ παρόντι αἰῶνι, ἡνίκα κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, ἐκάθισεν ἐπὶ τῆς πηγῆς· ὃς οὐκ ὄψεται καταφθορὰν, ὅταν οἱ λοιποὶ ἀποθνήσκωσιν. *Οὐ γὰρ δώσεις*, φησὶ, *τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν*.

Simul insipiens et stultus peribunt. Hi pariter, inquit, diem suum obibunt, et segregabuntur ab iis, qui salvandi sunt. Insipiens autem est quicunque Deum non novit, juxta illud : *Dixit insipiens in corde suo : Non est Deus* [83]. Est stultus ille, qui Deum quidem novit, sed terrenis tamen rebus affixus a cœlestibus animum avocavit.

Ἐπιτοαυτὸ ἄφρων καὶ ἄνους ἀπολοῦνται. Ὁμοίως ἀφανισθήσονται ἀπὸ γῆς καὶ τῆς μερίδος C τῶν σωζομένων, καὶ ὁ ἄφρων, ἤτοι ὁ μὴ εἰδὼς τὸν ὄντως Θεόν· *Εἶπε* γὰρ, φησὶν, *ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ ἔστι Θεός*· καὶ ὁ ἄνους, ἤγουν ὁ εἰδὼς μὲν τὸν Θεὸν, ἐπὶ τὰ γήϊνα δὲ μόνον ἐπτοημένος, καὶ μηδὲν οὐράνιον ἐννοῶν.

VERS. 12. *Et relinquent alienis divitias suas*. Repente enim mortui aliis divitias relinquent, quas multo sibi labore paraverant.

Καὶ καταλείψουσιν ἀλλοτρίοις τὸν πλοῦτον αὐτῶν. Αἰφνίδιον ἀποθανόντες, ὃν πόνῳ πολλῷ συνέλεξαν.

Et sepulcra eorum domus illorum in sæculum. Ipsi quidem magnificas sibi domos extruxere, quas cum alii possideant [eis nimirum mortuis] restat ut eorum sepulcra domorum eis vicem præbeant, per totum hoc præsentis vitæ sæculum.

Οἱ τάφοι αὐτῶν, οἰκίαι αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα. Αὐτοὶ μὲν οἴκους πολυτελεῖς ἑαυτοῖς κατεσκεύασαν, ἀλλὰ τούτους ἄλλων λαβόντων, αὐτοῖς οἶκοι ἔσονται δι' ὅλου τοῦ παρόντος αἰῶνος οἱ τάφοι αὐτῶν.

Tabernacula eorum in generationem et generationem. Rursus eamdem repetit sententiam, et inane eorum consilium magis ac magis carpit. Erunt enim illis, inquit, eorum sepulcra pro tabernaculis.

Σκηνώματα αὐτῶν, εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. Τὸ αὐτὸ πάλιν φησὶ, πλέον διασύρων τὴν τούτων κακο- D βουλίαν. Ἔσονται γὰρ, φησὶν, οἱ τάφοι αὐτῶν σκηνώματα αὐτῶν.

Invocaverunt nomina sua in terris suis. Considera aliud pravitatis genus. Inanis etenim gloriæ cupiditate ducti, certis locis nomina sua indidere, perpetuam inde memoriam aucupantes. Byzantium siquidem a Byzante denominatum est, Diogenianus ager a Diogeniano, Hermonium theatrum ab Hermone, et sic alia complura loca, cum tamen

Ἐπεκαλέσαντο τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐπὶ τῶν γαιῶν. Ὅρα καὶ ἕτερον εἶδος μοχθηρίας· ὑπὸ γὰρ φιλοδοξίας ἐπωνόμασαν τὰ ὀνόματα αὐτῶν, ἐπὶ τῶν χωρίων, εἰς μνήμην ἀνέκλυτον (77). Τὸ μὲν οὖν Βυζάντιον, ἀπὸ Βύζαντος, ἐπωνόμασται· ὁ δὲ Διογενιανὸς ἀγρὸς, ἀπὸ Διογενιανοῦ· τὸ δὲ Ἑρμώνειον θέατρον, ἀπὸ Ἕρμωνος, καὶ εἴ τι τοιοῦτον,

[81] I Petr. II, 22. [82] Psal. XV, 10. [83] Psal. LIII, 1.

Variæ lectiones.

(76) Al. ὁρίζοντες.

(77) Al. ἀνέκλειπτον.

δέον μὴ τοῦ ὀνόματος, ἀλλὰ τῆς ψυχῆς ποιήσασθαι ἐπιμέλειαν.

Καὶ ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὤν, οὐ συνῆκεν. Ἐν τιμῇ ὤν, οἷα μόνος κατ' εἰκόνα Θεοῦ δημιουργηθεὶς, οὐ συνῆκε τὸ οἰκεῖον ἀξίωμα, ἀλλ' ἀφεὶς μιμεῖσθαι τὸ ἀρχέτυπον, ὅρα τί πεποίηκε.

Παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. Παρασυνεβλήθη, ἀντὶ τοῦ, συνετάγη· λόγῳ γὰρ τιμηθεὶς, καὶ τούτῳ τῶν ἀλόγων ἄρχειν κελευσθεὶς, συνέταξεν ἑαυτὸν τοῖς κτήνεσιν, ὅσον εἰς ἀλογίαν, οἷα μὴ λογιζόμενος τὰ οὐράνια, ἀλλὰ περὶ μόνα τὰ γεηρὰ στρεφόμενος, καὶ δίκην ἀλόγων ἐπὶ τὰ πάθη φερόμενος, ὁσάκις ἂν ἡ ἐπιθυμία, ἢ θυμὸς κινήσῃ, καὶ τὸ τῆς σαρκὸς ἡδὺ πᾶσι τρόποις μεταδιώκων. Κτήνη δὲ ἁπλῶς πάντα καλεῖ τὰ ἄλογα.

A eos magis oportuisset non inanium nominum, sed animarum suarum fuisse sollicitos.

VERS. 13. *Et homo, cum in honore esset, non intellexit.* Cum esset homo in honore veluti qui solus ad Dei imaginem creatus sit, non intellexit quanta insignitus fuerit gloria, sed illud negligens æmulari exemplar, ad cujus imaginem factus fuerat, quorsum abierit specta.

Comparatus est pecoribus insipientibus, et similis factus est illis.— Comparatus est, hoc est, Collocatus cum illis. Nam cum ratione a Deo donatus esset, imperatumque ei fuisset ut rationis sceptro usus brutis omnibus dominaretur, ipse abjectis proprii regni insignibus sese inter pecora constituit. Nam et considerationem omnem de rebus cœlestibus animo exuit, et irrationabilem animæ B partem sibi dominam statuens, circa vilia ac terrena versatus, brutorum instar, cupiditates sectatus est; et sive ira impulit, belluino furori paruit; sive immoderata ventris allexit ingluvies, nullum adhibuit modum: et ita demum libidine actus est, ut brutorum omnium insaniam excesserit. Per pecora autem in universum omnia intelligit animantia.

Αὕτη ἡ ὁδὸς αὐτῶν, σκάνδαλον αὐτοῖς. Ἡ πρὸς τὰ κτήνη ὁμοίωσις ἐμπόδιον αὐτοῖς, καὶ βλάβη μεγάλη.

Καὶ μετὰ ταῦτα ἐν τῷ στόματι αὐτῶν εὐδοκήσουσι. Καὶ μεθ' ὁμοιοῦνται τοῖς κτήνεσιν οἱ τοιοῦτοι, πράξαντες τὰ φαῦλα, καὶ διὰ στόματος ἀρεσθήσονται τοῖς πεπραγμένοις· τοῦτο γὰρ τὸ *Εὐδοκήσουσιν* ἐνταῦθα σημαίνει· ὃ καὶ μᾶλλον κατηγορίας ἄξιον, ὅτι οὐ μόνον πράττουσι τὸ κακὸν, ἀλλὰ καὶ λόγῳ τοῦτο σεμνύνουσιν.

VERS. 14. *Hæc via eorum scandalum ipsis.* Hæc, inquit, similitudo, qua pecorum ac brutorum desideria et mores referunt, magno illis impedimento est, et damno ad profectum virtutis.

Et post hæc in ore suo complacebunt. Et postquam perverse agendo similes facti sunt pecoribus, illud etiam mali addiderunt, ut proprio ore de commissis a se delictis glorientur. Hoc enim sibi C vult, quod ait: *In ore suo complacebunt*, quod certe graviori damnatione dignum est, cum non ipsi solum mala agant, sed proprio etiam sermone ea prædicent et extollant.

Ὡς πρόβατα ἐν ᾅδῃ ἔθετο. Λοιπὸν ὁ Θεὸς τοὺς τοιούτους ἔθετο ἐν ᾅδῃ, ὡς πρόβατα, τουτέστιν, ὡς ἀλόγους γενομένους, ἢ ὡς μὴ δυναμένους ἑαυτοῖς βοηθῆσαι, ἢ προχείρους εἰς σφαγήν.

Θάνατος ποιμανεῖ αὐτούς. Πρόβατα εἰπὼν, προστέθεικε καὶ ποιμένα, φυλάξας τὴν τοῦ λόγου τροπήν. Θάνατον δὲ λέγει, τὴν τιμωρίαν· οὐδὲ γὰρ ἀναιρεθέντες, τῆς τιμωρίας ἀπαλλαγήσονται· *Ποιμανεῖ* δὲ, ἀντὶ τοῦ, ῥυθμίσει· χρὴ δὲ γινώσκειν, ὡς εἴωθεν ἡ Γραφὴ θάνατον ψυχῆς καὶ ἀπώλειαν ψυχῆς, τὴν τιμωρίαν λέγειν.

VERS. 15. *Sicut oves in inferno posuit.* Cæterum Deus illos ut oves in infernum intrusit, cum scilicet irrationales facti sint, et sibi ipsis auxilio esse non possint. Vel, oves ideo eos appellavit, tanquam cruciatui ac neci expositos.

Mors pascet eos. Cum oves dixerit, addidit, quinam esset futurus pastor, similitudinem seu translationem servans; per mortem autem supplicium intelligit. Numquam enim a pœnis absolventur, qui ita mortui sunt. *Pascet* autem *eos*, hoc est, eos castigabit. Illud autem scire oportet, quod D per animæ mortem et per animæ perditionem solet Scriptura supplicia ac pœnas animæ significare.

Καὶ κατακυριεύσουσιν αὐτῶν οἱ εὐθεῖς τῷ πρωΐ. Τῷ πρωῒ μὲν, ἀντὶ, ταχέως· *Κατακυριεύσουσι* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Κρείττους ἔσονται. Λέγει δὲ, ὅτι ὀρθῶς βιοῦντες οἱ ἐνάρετοι, ταχέως κρείττους τῶν τοιούτων ἔσονται, καίτοι πένητες ὄντες· καὶ οὐχ ἐκεῖ μόνον, ἔνθα οἱ στέφανοι, ἀλλὰ κἀνταῦθα σκεπόμενοι παρὰ Θεοῦ, καὶ τιμώμενοι παρὰ ἀνθρώπων, καὶ μὴ ἡττώμενοι τῆς πονηρίας αὐτῶν. Ὅρα γὰρ τὸν Ἰωσὴφ, ὃς ἐν δουλείᾳ ὢν, κρείττων γέγονε τῆς αὐτοῦ δεσποίνης.

Καὶ ἡ βοήθεια αὐτῶν παλαιωθήσεται ἐν τῷ

Et dominabuntur eorum recti in matutino. In matutino dicit pro, cito. *Dominabuntur* autem, hoc est, potentiores erunt. Sensus est igitur, quod qui recte vixerint, et virtute præstiterint, cito illis erunt potentiores: neque illic tantum, ubi virtutis laurea reposita est, sed in hac etiam vita. Quia et a divino protegentur auxilio, et summo honore conspicui illis etiam videbuntur, a quorum perversitate superari non potuerunt. Exemplo tibi sit beatus Joseph, qui cum in servitute esset, impudica domina potentior factus est et gloriosior.

Et auxilium eorum veterascet in Inferno. Veteras-

cet, hoc est, Prorsus fiet inutile. Nam quod vetustum est, inutile esse censetur : quod autem utile non est, quasi jam non sit, abjicitur. Confidebant illi, inquit, in divitiarum atque amicorum copia : quæ in inferno aut nulla aut inutilis erit. Illic enim huiusmodi non admittuntur auxilia.

A gloria sua expulsi sunt. Non hæc tantum eis acciderunt, quia brutis se similes reddidere, verum et propriam amiserunt gloriam, ob quam ipsi periere. Summo enim studio tenebantur, ut memoriam sibi laudis pararent. Neque modo hanc amiserunt, sed et insuper ignominia tantum ac probris celebrem illam reliquerunt.

Vers. 16. *Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferni, cum acceperit me.* Hæc de Christi incarnatione prædicta sunt et de animarum liberatione, quæ tunc in inferno erant. Redimet, inquit, animam meam, quando per incarnationem me sibi in domicilium acceperit.

Vers. 17, 18. *Ne timueris cum dives factus fuerit homo, aut cum multiplicata fuerit gloria domus ejus, quoniam, cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria ejus.* De injusto homine sermonem habet [tametsi simpliciter de homine loqui videatur]. Ne formides, inquit, aut cogites quod humana Deus non aspiciat. Nihil enim eorum descendet cum illo in Infernum : sed nudus abibit relictis omnibus. Gloriam autem domus, magnificentiam seu fastum appellat et vivendi superbiam. Vel aliter : *Gloria domus ipsius*, domus sunt ornamenta, ut porticus, deambulationes, aurata tecta, pavimentum, animalia illic lapillis distincta, prata, horti, servorum greges, sumptuosa supellex, et vasa, aut si quid aliud ejusmodi est. Gloria autem corporis, fortitudo est, pulchritudo, et proceritas. Gloria vero animæ, sola virtus. Restat igitur, ut verba illa Prophetæ : *Omnis gloria hominis, sicut herba, vel sicut flos herbæ*, de corporis gloria dicta esse intelligantur.

Vers. 19. *Quoniam anima ejus in vita ipsius benedicetur.* Ipse enim dum vixerit beatus dicetur, et laudabitur ab iis, qui ignorant, quænam sit vera vitæ beatitudo. Nam ubi mortuus fuerit, contraria prorsus patietur.

Confitebitur tibi cum bene feceris ei. Verba hæc ad pauperem dicta sunt. Ubi, inquit, bona, hoc est, grata ei feceris, tunc tantum tibi aget gratias. Nam postmodum despiciet atque contemnet, tametsi in omni virtutum genere profeceris. Dicere etiam possumus, quod hæc verba per Prophetam ad Deum de injusto homine dicta sint, ac si diceret : Quoties pravo huic homini beneficium aliquod contuleris, tunc gratias tibi aget : verum si quæ illi calamitates obvenerint, ad blasphemias et maledicta confugiet : non sic autem justus, sed benedicet Dominum in omni tempore.

A ᾅδῃ. — *Παλαιωθήσεται*, ἀντὶ τοῦ, ἄχρηστος ἔσται, τουτέστιν, οὐκ ἔσται. Τὸ μὲν γὰρ παλαιὸν, ἄχρηστον· τὸ δ' ἄχρηστον, ἤδη μὴ ὄν. Ἐθάῤῥησαν, φησὶ, τῇ βοηθείᾳ τοῦ πλούτου καὶ τῶν φίλων, ἥτις ἐν τῷ ᾅδῃ οὐ χρησιμεύσει, διότι οὐκ ἔστι συνδιαβαίνουσα.

Ἐκ τῆς δόξης αὐτῶν ἐξώσθησαν. Καὶ οὐ ταῦτα πεπόνθασιν ἑλόμενοι τὴν ἀλογίαν, ἀλλὰ καὶ τὴν δόξαν ἀπώλεσαν, δι' ἣν ἄρα καὶ ἀπώλοντο. Ἐσπούδασαν μὲν γὰρ μνήμην ἐπαίνου καταλιπεῖν ἑαυτοῖς· ἀπέβαλον δὲ καὶ ταύτην, ἢ ἀμαυρωθεῖσαν, ἢ καὶ εἰς ψόγον ἀντιπεριχωρήσασαν.

B *Πλὴν ὁ Θεὸς λυτρώσεται τὴν ψυχήν μου ἐκ χειρὸς ᾅδου, ὅταν λαμβάνῃ με.* Προφητεία τοῦτο· περί τε τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς ἐλευθερίας τῶν ἐν ᾅδῃ ψυχῶν. Λυτρώσεται, φησὶ, τὴν ψυχήν μου, ὅταν λαμβάνῃ με οἶκον ἑαυτῷ διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως.

Μὴ φοβοῦ, ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος, ἢ ὅταν πληθυνθῇ ἡ δόξα τοῦ οἴκου αὐτοῦ, ὅτι οὐκ ἐν τῷ ἀποθνήσκειν αὐτὸν λήψεται τὰ πάντα, οὐδὲ συγκαταβήσεται αὐτῷ ἡ δόξα αὐτοῦ. Ἄνθρωπον ἐνταῦθα λέγει, τὸν ἄδικον. Μὴ πτοηθῇς, φησὶν, ὡς μὴ ἐφορῶντος τοῦ Θεοῦ τὰ ἀνθρώπινα· οὐδὲν γὰρ τούτων συγκαταβήσεται αὐτῷ εἰς ᾅδην, ἀλλὰ γυμνὸς πάντων ἀπελεύσεται. Δόξαν δὲ εἰπὼν, λέγει τὴν μεγαλωσύνην, τὸν ὄγκον, τὴν περιφάνειαν. (78) *Ἡ* C *δόξα τοῦ οἴκου αὐτοῦ*· δόξα μὲν οἴκου, στοαὶ, περίπατοι, χρυσοῦς ὄροφος, ἔδαφος, ζῶα ψηφῖσι διηνθισμένα, λειμῶνες, παράδεισοι, ἀνδραπόδων ἀγέλαι, πολυτελῆ ἔπιπλα, καὶ σκεύη, καὶ εἴ τι τοιοῦτον· δόξα δὲ σώματος μὲν ἀνθρώπου, ῥώμη, καὶ κάλλος, καὶ μέγεθος, καὶ τὰ τοιαῦτα· δόξα δὲ ψυχῆς, μόνον ἡ ἀρετή· λοιπὸν οὖν τό· *Πᾶσα δόξα ἀνθρώπου, ὡς χόρτος, ἢ ὡς ἄνθος χόρτου*, περὶ τῆς σωματικῆς νοοῦμεν εἰρῆσθαι δόξης.

Ὅτι ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ εὐλογηθήσεται. Καὶ γὰρ αὐτὸς ἕως ἂν ζῇ, μακαρίσεται, εὐφημούμενος παρὰ τῶν ἀγνοούντων, τίς ἡ μακαρία D ζωή· τελευτήσαντος δὲ, τἀναντία πείσεται.

Ἐξομολογήσεταί σοι, ὅταν ἀγαθύνῃς αὐτῷ. Πρὸς τὸν πένητα ὁ λόγος, ὅτι Ὅταν ἀγαθὰ, τουτέστιν, εὐάρεστα ποιήσῃς αὐτῷ, τότε μόνον εὐχαριστήσει σοι· τὸ δ' ἑξῆς, καταφρονήσει, καὶ ὑπερόψεται, εἰ καὶ κατορθώσεις ἅπασαν ἀρετήν. Ἢ καὶ πρὸς τὸν Θεὸν εἴρηται ταῦτα, ὅτι Ὅταν ἀγαθοποιήσῃς αὐτῷ, εὐχαριστήσει· ὅταν δὲ συντύχῃ λύπαις, βλασφημήσει· ὁ δὲ δίκαιος εὐλογήσει τὸν Κύριον ἐν παντὶ καιρῷ.

Variæ lectiones.

(78) Hæc usque ad Commentarii finem in alio Cod. desiderantur.

Εἰσελεύσεται ἕως γενεᾶς πατέρων αὐτοῦ. Ἀποθανὼν, εἰσελεύσεται εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς, ἕως τοῦ ᾅδου, ὅπου ἐστὶν ἡ γενεὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ.

Ἕως αἰῶνος οὐκ ὄψεται φῶς. Ἕως ἐστὶν αἰών. ἀεὶ δὲ ἐστιν αἰών. Αἰωνίως οὖν οὐκ ὄψεται φῶς, εἰς σκότος παραπεμφθείς.

Καὶ ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν, οὐ συνῆκε· παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. Σχετλιάζει πάλιν, ὅτι καὶ ὁ ἄνθρωπος ὁ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἐλαττωθεὶς, περὶ οὗ φησιν ὁ Σολομών· *Μέγα ἄνθρωπος καὶ τίμιον ἀνὴρ ἐλεήμων*, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις.

Ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ.

ΨΑΛΜΟΣ ΜΘ'.

Καὶ περὶ τῆς Τοῦ Ἀσάφ ἐπιγραφῆς ἐν προοιμίῳ τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν διελάβομεν, καὶ περιττὸν ἡγοῦμαι περὶ αὐτοῦ παλιλογεῖν· εὐλόγως δὲ οὗτος ὁ ψαλμὸς ἀκολουθεῖ τῷ πρὸ αὐτοῦ· καὶ γὰρ καὶ ἐν τούτῳ διαμαρτυρία καὶ ἔλεγχος· πλὴν ἐν ἐκείνῳ μὲν πᾶσα φύσις ἀνθρώπων συγκαλεῖται πρὸς ἀκρόασιν· ἐνταῦθα δὲ, ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ· *Προσκαλέσεται γὰρ τὸν οὐρανὸν ἄνω, καὶ τὴν γῆν.* Ἐν ἐκείνῳ μὲν ἁπλῶς πᾶς πονηρῶς βιῶν κατηγορεῖται· ἐν τούτῳ δὲ οἱ Ἰουδαῖοι ἐλέγχονται. Καὶ ἄλλος δὲ προφήτης εἰσάγει τὸν Θεὸν οὕτως δικαζόμενον καὶ ἐλέγχοντα, λέγων· *Ἀκούσατε, φάραγγες, καὶ θεμέλια τῆς γῆς, ὅτι κρίσις τῷ Θεῷ πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ μετὰ τοῦ λαοῦ διαλεχθήσεται·* καὶ Ἡσαΐας· *Ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου, ἡ γῆ.* Καὶ σύνηθες τῇ Γραφῇ τὸ τοιοῦτον σχῆμα, ὅπερ ἐστὶ πληκτικώτατον καὶ ἐντρεπτικώτατον, ὅτι τὰ ἄψυχα καθέζονται κριταὶ τῶν ἐμψύχων, ἅμα δὲ καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἀποδεικτικώτατον, τοσοῦτον συγκαταβάντος, ὥστε καὶ κρίνεσθαι μετὰ τῶν ἀνθρώπων.

A VERS. 20. *Introibit usque in generationem patrum suorum.* Ubi mortuus fuerit, ingredietur in infima terræ usque in infernum, ubi est generatio patrum suorum.

Usque in sæculum non videbit lucem. Donec, inquit, sæculum est: sæculum vero semper est. Nunquam igitur videbit lucem, utpote missus ad tenebras.

VERS. 21. *Et homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est pecoribus insipientibus, et similis factus est illis.* Rursus miseriam deplorat humanam, quod homo scilicet qui modicum quid ab angelis minoratus est, et de quo Salomon: *Magnus homo, et honoratus vir misericors*: comparatus sit pecoribus, et similis eis sit factus.

B *Psalmus ipsi Asaph.*

PSALMUS XLIX.

Quid sibi velit inscriptio *Asaph*, abunde diximus in proœmio operis. Ideo superfluum ducimus, ea iterum repetere. Non temere tamen hic psalmus collocatus est post proxime præcedentem, cum utrobique contestetur nos et reprehendat Propheta. Tametsi illud quis fortassis diversum esse dixerit, quod illic humana omnis natura ad audiendum convocatur, hic autem cœlum ipsum et terra: *Advocabit* enim, inquit, *cœlum de sursum, et terram;* et quod in illo quidem in universum quilibet accusatur, qui prave vivit, in hoc vero Judæi tantum reprehendi videantur. Est et C alius Propheta, qui Deum simili modo judicantem et reprehendentem introducit dicens: *Audite, valles et fundamenta terræ, quoniam judicium Deo est erga populum suum, et cum populo suo disceptabit*; et Isaias: *Audi, cœlum, et auribus percipe, terra.* Familiaris enim est apud Scripturam hic loquendi modus, quo ad timorem pariter ac pudorem excitandum uti solet, dum facit, quod ipsa etiam inanima consessura sint, ipsosque anima præditos homines judicatura. Summam præterea Dei in nos misericordiam Propheta in eo demonstrat, dum illum nobis adeo condescendere tradit, ut nobiscum etiam judicari velit.

Θεὸς θεῶν Κύριος ἐλάλησε, καὶ ἐκάλεσε τὴν γῆν. Τέσσαρα σημαινόμενα τοῦ Θεὸς ὀνόματος εὑρίσκομεν παρὰ τῇ Γραφῇ· τὸ μὲν κυρίως λεγόμενον ὡς Θεὸς πάντων δημιουργός· τὸ δὲ, κατὰ μίμησιν καὶ ὁμοίωσιν, ὡς τὸ, *Θεὸς θεῶν Κύριος ἐλάλησε*· καί· *Ὁ Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν, ἐν μέσῳ δὲ θεοὺς διακρινεῖ*· καί· *Ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες*· καὶ, *Θεοὺς οὐ κακολογήσεις, καὶ ἄρχοντας τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς.* Δῆλον γὰρ, ὅτι θεοὺς ἐν ταύταις ταῖς κλήσεσι καλεῖ τοὺς δι' ἀρετῆς μιμουμένους τὸν Θεὸν, καὶ τοὺς ὁμοίους τῷ Θεῷ, κατὰ τὸ ἄρχειν καὶ τὸ κρίνειν, ὡς οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ κριταί. Τρίτον δὲ σημαινόμενον, κατὰ ἀναλογίαν, ὡς ὁ Μωϋσῆς θεὸς Φαραὼ λεγόμενος, οἷα τερατουργῶν κατ' αὐτοῦ, καὶ τιμωρούμενος αὐτὸν, καὶ τῷ βουλήματι χρώμενος εἰς παραγωγὴν τῶν κολάσεων, καὶ προφήτην τοῦ

VERS. 1. *Deus deorum locutus est, et vocavit terram.* Apud Scripturam nomen *Deus* quatuor assumitur modis. Et primo quidem Deum illum dicimus, qui rerum omnium Creator est et Dominus. Secundo per similitudinem atque imitatio- D nem, Deum aliquem appellari videmus, ut in præsenti psalmo, *Deus deorum locutus est* [84]. Item, *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dijudicabit* [85], et: *Ego dixi: Dii estis, et filii Altissimi omnes* [86]. Item: *Diis non maledices, et principibus populi tui non dices malum.* Manifestum enim est hujusmodi nomine eos vocari, qui per virtutem Deum verum imitantur, quique veluti principes ac judices, regendo, imperando, judicando, Deo similes facti sunt. Tertio modo Deum dici invenimus juxta analogiam, eo modo quo Moyses Pharaonis Deus dictus est, veluti qui

[84] Psal. LXXXI, 1 [85] Ibid. 6. [86] Exod. XXII, 28.

magna adversus illum miracula ac prodigia operabatur, qui eum castigabat, qui pro arbitrio flagella inferebat, qui sententiæ suæ prophetam habebat Aaron, et demum qui mortis et vitæ dominus ab illo esse ferebatur. Differt autem hæc significatio a secunda, quia hic non simpliciter dicitur Deus, sed cum adjectione : *Deus Pharaonis.* Quarto ex colentium errore, juxta quam significationem illud scriptum legimus : *Ite et clamate ad deos, quos elegistis* [87]; iterum : *Non facietis vobis deos argenteos, aut aureos* [87]. Dicit igitur sanctus Spiritus per prophetam nostrum David, quod Deus, principum omnium ac judicum terræ creator, locutus est. Quid autem sit locutus, alius propheta declaravit, ut sæpe diximus : *Audite*, inquiens, *valles et fundamenta terræ* [89]; et vocavit terram ad audiendum. [Sed possumus etiam deorum appellatione eos intelligere, qui ad imaginem Dei procreati, integram atque incorruptam illius imaginem servaverunt, nec terreno eam fuco aut vitioso aliquo corruperunt pigmento.]

A βουλήματος ἔχων τὸν Ἀαρὼν, καὶ δοκῶν τῷ Φαραὼ θανάτου καὶ ζωῆς κύριος. Διαφέρει δὲ τοῦτο τοῦ δευτέρου σημαινομένου, ὅτι οὐχ ἁπλῶς θεὸς λέγεται, καθάπερ ἐκεῖνος, ἀλλὰ, *θεὸς Φαραώ.* Τέταρτον, τὸ κατὰ πλάνην, ὡς τό· *Βαδίζετε καὶ βοᾶτε πρὸς τοὺς θεοὺς, οὓς ἐξελέξασθε*, καί· *Οὐ ποιήσετε ὑμῖν θεοὺς ἀργυροῦς ἢ χρυσοῦς.* Φησὶν οὖν ὁ Δαβὶδ, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅτι ὁ Δημιουργὸς τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν κριτῶν τῆς γῆς, ὁ Κύριος πάντων ἁπλῶς ἐλάλησε. Τί δὲ ἐλάλησεν, εἶπε προφήτης ἕτερος, ὡς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν· *Ἀκούσατε, φάραγγες καὶ θεμέλια τῆς γῆς.* Καὶ ἐκάλεσεν τὴν γῆν διὰ τῆς λαλιᾶς ταύτης εἰς ἀκρόασιν.

VERS. 2. *A solis ortu usque ad occasum.* Omnem, inquit, terram advocavit. His enim terminis tota terra continetur.

B *Ἀπὸ ἀνατολῶν μέχρι δυσμῶν.* Τουτέστι πᾶσαν· ἐν ταύταις γὰρ σύμπασα περατοῦται ἡ γῆ.

Ex Sion species decoris ejus. Verba hæc et quæ sequuntur, per parenthesim dicta sunt, et prophetias continent. Sensus est quod, sicut olim species ac pulchritudo divini decoris fuit ex Sion : quia scilicet templum, quod ornamentum quoddam et gloria erat divinæ majestatis, olim in ea pulcherrimum effulsit : ita in posterum similiter species divini decoris erit ex Sion, quia ex ea fulgentissimos lucis suæ radios Christus emissurus sit : Christus, inquam, summa divini decoris species, et verum divinæ majestatis templum. Per decorem enim hic divinitatem intelligit. Quid enim ipsa est divinitate magis decorum?

Ἐκ Σιὼν ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ. Τοῦτο καὶ τὰ ἑξῆς ῥητὰ διὰ μέσου κεῖνται, προφητείας ἔχοντα· τὸ δὲ ῥηθὲν τοιαύτην παρίστησιν ἔννοιαν, ὅτι καὶ πρότερον ἐν Σιὼν ἦν ὁ ναὸς τοῦ Πατρὸς, ὃς ἦν κόσμος καὶ δόξα τῆς θεότητος αὐτοῦ· καὶ ὕστερον, ἐκ Σιὼν ἔσται ὁ ναὸς τοῦ Υἱοῦ, τουτέστι τὸ πρόσλημμα, ὃς ὁμοίως ἔσται κόσμος καὶ δόξα τῆς αὐτοῦ θεότητος ἐνοικούσης· ὡραιότητα γὰρ τὴν θεότητα νοήσεις· τί γὰρ θεότητος ὡραιότερον;

VERS. 3. *Deus manifeste veniet, Deus noster, et non silebit.* Verba hæc secundi adventus prophetiam continent. In primo enim adventu incognitus venit Christus, et non manifeste, quinimo ipsum etiam fallens diabolum. Neque enim eum in monte interrogasset, an esset Filius Dei, si ei cognitus fuisset. In secundo autem manifeste veniet cum potentia, et gloria multa. In primo igitur adventu venit in personam servi, veluti venaturus eum qui a se rebellaverat dæmonem. In secundo autem veniet tanquam judex totius creaturæ, et *quemadmodum exit fulgur ab oriente, et videtur usque ad occasum, ita erit adventus Filii hominis* [90], omnibus nimirum et formidabilis, et manifestus. *Et non silebit Deus*, hoc est, Non perpetuo tanta patienti animo mala sustinebit.

C *Ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται.* Τοῦτο προφητεία περὶ τῆς δευτέρας τοῦ Χριστοῦ παρουσίας. Ἐν μὲν γὰρ τῇ πρώτῃ ἀσυμφανῶς ἦλθε, λαθὼν καὶ αὐτὸν τὸν διάβολον· οὐ γὰρ ἠρώτα αὐτὸν ἐπὶ τοῦ ὄρους, *Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ;* ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ φανερῶς ἐλεύσεται μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς. Τότε μὲν γὰρ, ὡς θηρατὴς τοῦ ἀφηνιάσαντος, ἧκεν ἐν οἰκέτου σχήματι· ὕστερον δὲ, ὡς κριτὴς τοῦ πλάσματος ἥξει. *Ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ*, φησὶν, *ἐκπορεύεται ἐξ ἀνατολῶν ἡλίου, καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν, οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου*, πᾶσι φοβερά τε καὶ φανερά. *Οὐ παρασιωπήσεται* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Οὐκ ἀνεξικακήσει διαπαντός.

D

Ignis in conspectu ejus accendetur, et in conspectu ejus procella vehemens. Terribilem Dei præsentiam atque intolerandam quodammodo esse prædicit his verbis. Talem etiam eum vidisse legimus prophetam Danielem : *Flumen*, inquit, *ignis trahebat ante eum; thronus ejus, flammæ ignis; rotæ ejus, ignis comburens* [91]. Procella autem, violentus atque intolerabilis ventorum impetus.

Πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται, καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφοδρά. Τὸ φρικτὸν αὐτοῦ καὶ ἀνυπόστατον διὰ τούτων προαγορεύει· οὕτω γὰρ καὶ Δανιὴλ ἐθεάσατο· *Ποταμὸς* γὰρ, φησὶ, *πυρὸς εἷλκεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ· ὁ θρόνος αὐτοῦ, φλὸξ πυρός· οἱ τροχοὶ αὐτοῦ, πῦρ φλέγον.* Καταιγὶς δέ ἐστι ῥαγδαία ῥύμη πνεύματος καὶ ἀφόρητος.

VERS. 4. *Advocabit cœlum sursum, et terram, ut*

Προσκαλέσεται τὸν οὐρανὸν ἄνω, καὶ τὴν γῆν,

[87] Judic. xxvii, 14. [88] Exod. xx, 23. [89] Mich vi, 2. [90] Matth. xxiv, 27. [91] Dan. vii, 9.

τοῦ διακρῖναι τὸν λαὸν αὐτοῦ. Τὸν ἄνω οὐρανὸν, καθ' ὑπερβατόν. Προσκαλεῖται δὲ ταῦτα, ἕνεκεν τοῦ διακρῖναι τὸν λαὸν αὐτοῦ, κακῶς πολιτευόμενον· διακρῖναι δὲ νῦν τὸ ἐλέγξαι λέγει. Σκόπει δὲ ὅτι καὶ Μωϋσῆς εἰσαγαγὼν τὸν λαὸν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν μάρτυρας τῶν συνθηκῶν παρέλαβεν, ὡς μονιμώτερα σώματα, καὶ ὡς περιεκτικὰ τῶν ἁμαρτανόντων, ἢ κατορθούντων. Ἔστι δὲ τὸ σχῆμα προσωποποιία, ὅτε τοῖς ἀψύχοις ἐμψύχων σώματα περιτίθεμεν.

Συναγάγετε αὐτῷ τοὺς ὁσίους αὐτοῦ. Ὁσίους λέγει τοὺς Ἰσραηλίτας ἀφωσιωμένους, καὶ ἀνατιθεμένους μόνῳ αὐτῷ.

Τοὺς διατιθεμένους τὴν διαθήκην αὐτοῦ ἐπὶ θυσίαις. Τοὺς διοικοῦντας καὶ ἐκπληροῦντας, ὡς οἴονται, τὴν πρὸς αὐτοὺς διαθήκην τοῦ Θεοῦ ἐν ταῖς θυσίαις. Διαθήκην δὲ λέγει τὸν νόμον. Μόνα γὰρ τὰ τῶν θυσιῶν φυλάττοντες, ᾤοντο πάντα νόμον τηρεῖν, καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις ἐμεγαλαύχουν, ὡς θεοσεβέστατοι. Συναγάγετε δὲ αὐτῷ τούτους, ἐν τοῖς ἀφορισμένοις ταῖς ἀναγνώσεσι τῶν προφητικῶν λόγων καιροῖς.

Καὶ ἀναγγελοῦσιν οἱ οὐρανοὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ. Μέλλων εἰσάγειν τὸν Θεὸν δικαιολογούμενον, προλαμβάνει καὶ ἀνακηρύττει ὅτι δικαίως ὁ Θεὸς ἐρεῖ. Καὶ γὰρ, φησὶν, αὐτὰ τὰ ἄψυχα ἀναγγελοῦσι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ. Ἢ οὐρανοὺς λέγει τὰς ἐπουρανίας τάξεις τῶν ἀσωμάτων, ἅτε περὶ Θεὸν οὔσας ἀεί.

Ὅτι ὁ Θεὸς κριτής ἐστιν. Τοῦτο κατασκευὴ τῆς δικαιοσύνης· διότι ὁ Θεὸς μέλλων δικαιολογεῖσθαι, πάντων κριτής ἐστι, καὶ λοιπὸν δίκαια ἐρεῖ, φύσει τὴν δικαιοσύνην ἔχων.

Ἄκουσον, λαός μου, καὶ λαλήσω σοι. Ἐντεῦθεν αἱ τοῦ Θεοῦ φωναί· ἐπιτάττει δὲ αὐτοῖς πρὸ πάντων προσοχήν. Ἄκουσον γὰρ, φησὶ, τουτέστι, Πρόσχες.

Ἰσραὴλ, καὶ διαμαρτύρομαί σοι. Ἀπὸ κοινοῦ πάλιν λαμβάνεται τὸ Ἄκουσον· εἰπὼν δὲ λαὸν, προσέθηκε καὶ τὸ ἴδιον τοῦ λαοῦ, καὶ τὸ ἥδιστον ὄνομα, ὅτι Ἰσραήλ· διαμαρτύρομαί σοι δὲ, ἀντὶ τοῦ, Διαλεχθήσομαί σοι.

Ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σού εἰμι ἐγώ. Ἐγὼ ὁ διαλεγόμενός σοι, ὁ Θεός σού εἰμι· φρίξον· τοῦτο δέ φησι, καὶ πρὸς ἔνδειξιν τῆς ἀῤῥήτου μακροθυμίας, ὡς διαλέγεσθαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ. Ἐδιπλασίασε δὲ τὸ, ὁ Θεὸς, εἰς διασυρμὸν τῆς ἀναισθησίας καὶ παχύτητος τῶν ἀκοῶν αὐτῶν.

Οὐκ ἐπὶ ταῖς θυσίαις σου ἐλέγξω σε, τὰ δὲ ὁλοκαυτώματά σου ἐνώπιόν μου ἐστὶ διαπαντός. Οὐ τὸν παρόντα, φησὶν, ἔλεγχον ἐνεστησάμην ἐγκαλῶν σοι περὶ θυσιῶν, καὶ ἀμελουμένων· οὐμενοῦν· καὶ γὰρ τὰ ὁλοκαυτώματά σου διαπαντὸς ἐν τῷ βωμῷ τοῦ ναοῦ μού εἰσι· καὶ τόγε ἐπὶ ταῖς θυσίαις, ἀνέγκλητος μεμένηκας· ἀλλ' ἕτερά σου κατηγορῶ

A *dijudicet populum suum.* Cœlum sursum dixit, pro eo quod sursum est. Advocabit autem cœlum et terram, ut populum suum prave viventem dijudicet. Dijudicare vero posuit pro redarguere. Considera etiam quod Moyses populum introducens in terram promissionis, cœlum et terram testes pactionum assumpsit, tanquam firmiora ac durabiliora corpora, ac veluti ea quæ et peccatores et virtute præditos homines complectantur. Hujusmodi autem figura prosopopœia dicitur, cum videlicet inanimatis rebus animatam personam imponimus.

Vers. 5. *Congregate illi sanctos ejus.* Per sanctos, Israelitas intelligit, veluti Deo sanctificatos prorsus atque oblatos.

B *Qui disponunt testamentum ejus in sacrificiis.* Qui testamentum Dei quod cum illis disposuit, adimplent ac peragunt in sacrificiis. Per testamentum autem legem intelligit. Ea enim servantes, quæ in lege tradebantur de sacrificiis, universam se existimabant legem adimplere, et in hujusmodi sacrificiis quasi religiosissimi, summopere gloriabantur. Congregate vero illi hos sanctos, illis nimirum diebus, qui propheticorum sermonum lectioni dicati sunt.

Vers. 6. *Et annuntiabunt cœli justitiam ejus.* Cum introducturus sit Propheta Deum in judicio, præoccupat et prædicit, quod juste omnia judicabit. Ipsa enim, inquit, inanimata illius etiam justitiam annuntiabunt. Vel per cœlos, cœlestes atque incorporeos ordines intelligit, qui semper sunt apud C Deum.

Quoniam Deus judex est. Hæc est comprobatio divinæ justitiæ. Quia Deus qui juste judicaturus est, judex erit. Ille enim juste judicabit, qui natura ipsa justus est.

Vers. 7 *Audi, populus meus, et loquar tibi.* Ex hoc loco verba Dei incipiunt. Jubet autem ante omnia attentionem eos præstare. *Audi* enim, inquit, hoc est, mentem adhibe.

Israel, et attestabor tibi. A communi sensu sumendum est verbum : *Audi.* Et cum populum dixisset, proprium ac jucundissimum una nomen addidit : *O Israel,* inquit, *attestabor tibi,* hoc est, loquar ad te.

D *Deus, Deus tuus ego sum.* Ego qui loquor ad te, sum Deus tuus. Perhorresce igitur. Hoc autem dicit ad immensam longanimitatem suam demonstrandam, veluti, qui cum propriis etiam servis loquatur. Ad majorem præterea exprobrationem crassitudinis atque insensibilitatis eorum repetiit nomen Dei.

Vers. 8 *Non in sacrificiis arguam te : holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.* Non hanc, inquit, redargutionem constitui ut accusarem te de neglectis sacrificiis. Nam holocausta tua semper sunt in altari meo. Et quantum ad sacrificia pertinet, culpa cares; verum alia sunt in quibus te accusem.

Vers. 9. *Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos.* Ne existimes, inquit, gratum mihi cultum impendere, aut mihi inservire, dum studiose sacrificas. Neque enim indigeo sacrificiis, cum nulla re deficiam, quinimo et omnia ego etiam singulis præbeam. Quocirca nulla in posterum hujusmodi suscipiam sacrificia. Alibi etiam acerbius per Isaiam eosdem carpit, dicens : *Quid mihi multitudo sacrificiorum vestrorum ? plenus sum holocaustis arietum : adipem agnorum, et sanguinem taurorum atque hircorum non volo. Quis enim exquisivit hæc de manibus vestris*[32] ? Iterum per Jeremiam, dicens : *Quid mihi thus fers de Saba et cinnamomum de terra longinqua*[33] ? Et rursus : *Non locutus sum ad patres vestros de sacrificiis, et de holocaustis non mandavi eis*[34]. Et alia hujusmodi multa plerique prophetarum tradunt. Quod si quis a Deo dicat per Moysen in lege tradita fuisse mandata de sacrificiis, illud ad hanc objectionem dici poterit : quod sacrificiorum lex, non principaliter, neque ex primo proposito tradita est propter Deum, ea ratione, quod hujusmodi sacrificia illi placerent. Neque enim his rebus indigebat aut delectabatur Deus : sed humanæ duritiæ misertus legem illam tradidit : considerans enim Hebræos in Ægypto jam didicisse uti sacrificiis, et libenter in eis versari, nec posse perfacile ab his avelli, summa dispensatione ea ad tempus concessit, illud interim lucrifaciens, quod ad sui cultum ea transferret, quodque illi sui sæpius meminissent dum frequentioribus sacrificiis interessent. Noverat enim hoc pacto intercedente aliqua oblectatione, pietatem ac religionem in Deum, in tam ingratis atque obliviosis animis diutius posse conservari : at nunc quando tam diuturno tempore ac tantis signis ubique gentium factis homines jam in hoc confirmati sunt, quod unus est verus Deus, denudat palam ille atque aperit nobis per Prophetam sententiam suam, sacrificiorum superfluitatem clare omnibus annuntians. Confundantur igitur Judæi, qui veritatem pervertunt, et lucem, quæ in Scripturæ verbis jacet, obtegunt atque abscondunt.

Οὐ δέξομαι ἐκ τοῦ οἴκου σου μόσχους, οὐδὲ ἐκ τῶν ποιμνίων σου χειμάρους. Θύων ἐπιμελῶς, μὴ οἴου με θεραπεύειν ἐν τούτῳ· οὐ δέομαι γὰρ θυσιῶν, ἀνενδεὴς πάντων ὤν· καὶ πάντων μάλιστα πᾶσι χορηγός· ὅθεν τοῦ λοιποῦ οὐ δέξομαι τὰς τοιαύτας θυσίας. Εὐτονώτερον δὲ καθάπτεται τούτων, διὰ Ἡσαΐου λέγων· *Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; πλήρης εἰμί· ὁλοκαυτώματα κριῶν, καὶ στέαρ αἰγῶν, καὶ αἷμα ταύρων καὶ τράγων οὐ βούλομαι. Τίς γὰρ ἐζήτησεν ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν ;* καὶ Ἱερεμίας δέ φησιν· *Ἱνατί μοι λίβανον ἐκ Σαβᾶ φέρεις, καὶ κινάμωμον ἐκ γῆς μακρόθεν;* καὶ πάλιν· *Οὐκ ἐλάλησα πρὸς τοὺς πατέρας ὑμῶν περὶ θυσιῶν, καὶ περὶ ὁλοκαυτωμάτων οὐκ ἐνετειλάμην αὐτοῖς·* καὶ ἄλλα τοιαῦτα διάφορα προφῆται φασι. Καὶ μὴν πολλὰ περὶ θυσιῶν διὰ Μωσέως ἐνομοθέτησεν. Ἔστι δὲ λύσις τῆς δοκούσης ἐναντιότητος, ὅτι Οὐ προηγουμένως δι' ἑαυτὸν ἐνομοθέτησα περὶ θυσιῶν· μὴ γὰρ ἔχρῃζον τούτων, ἀλλὰ συγκαταβατικῶς διὰ τὴν ὑμῶν σκληρότητα. Εἰδὼς γὰρ ὑμᾶς ἅπαξ ἐν Αἰγύπτῳ μεμαθηκότας θύειν, καὶ ἡδέως πρὸς τοῦτο καὶ δυσαποσπάστως ἔχοντας, συνεχώρησα τοῦτο κατ' οἰκονομίαν, μεταστήσας τὰς θυσίας εἰς ἐμαυτὸν, ἵνα τῇ συνεχείᾳ τούτων μνημονεύητέ μου, καὶ ἡ τῶν θυσιῶν ἡδονὴ φυλάξῃ τὸ πρὸς ἐμὲ σέβας ἐν ἀνθρώποις ἀχαρίστοις, καὶ ῥᾷον ἐπιλανθανομένοις. Νῦν δὲ τοῦ μακροῦ χρόνου, καὶ τῶν τοσούτων ἑκάστοτε σημείων βεβαιωσάντων ὑμᾶς, ὅτι ἐγώ εἰμι Θεὸς μόνος, ἀπογυμνῶ τὴν ἐμὴν γνώμην, καὶ διαῤῥήδην ἀπαγορεύω τὰς θυσίας, ὡς ἀχρήστους καὶ περιττάς. Αἰσχυνέσθωσαν οἱ Ἰουδαῖοι, παρατρέχοντες τὴν ἀλήθειαν, καὶ μύοντες πρὸς τὸ ἐν τοῖς ῥήμασι τοῦτο φῶς.

Vers. 10. *Quoniam meæ sunt omnes feræ agri, pecora in montibus et boves.* Ea, inquit, sacrificia non suscipiam, quoniam creata omnia mea sunt. Per feras autem agri munda intelligit quadrupedia, quæ in agris pascuntur. Solet enim Scriptura non immitia tantum ac silvestria animalia, sed mitioria etiam ac domestica ferarum nomine appellare. Meas autem esse dico, quia hujusmodi omnia ego creavi. Quædam vero exemplaria habent: *Omnes feræ silvarum*, et tunc immitia intelliges significari animalia, siquidem agros domestica prædia appellamus, et silvas, immitiora loca, in quibus feræ solent magis versari : et tunc expones, quod non solum domestica animalia Dei sunt, sed etiam silvestria. His autem paucis animalium nominibus cætera omnia contineri voluit, quæ sacrificiis sunt idonea.

Ὅτι ἐμά ἐστι πάντα τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ, κτήνη ἐν τοῖς ὄρεσι, καὶ βόες. Ὅτι οὐ δέξομαι, φησὶ, τὰ ῥηθέντα, ὅτι ἐμά ἐστι πάντα. Θηρία δὲ ἀγροῦ λέγει τὰ ἐν τοῖς ἀγροῖς νεμόμενα καθαρὰ τετράποδα· τὸ γὰρ τῶν θηρίων ὄνομα, ποτὲ μὲν ἐπὶ τῶν ἀγρίων, ποτὲ δὲ ἐπὶ τῶν ἡμέρων τίθησιν ἡ Γραφή. Ἐμὰ δὲ οὖν ἐστιν, ὡς ἐμοῦ κτίσαντος. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων *θηρία τοῦ δρυμοῦ* γράφουσιν, ἐν οἷς μᾶλλον νοήσεις τὰ ἄγρια· ἀγροὶ μὲν γὰρ, τὰ ἥμερα χωρία· δρυμοὶ δὲ, τὰ ὑλώδη καὶ θηριότροφα· καὶ ἀποδώσεις εἰς ἐξήγησιν, ὅτι Οὐ τὰ ἥμερα μόνον ἐμά ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄγρια. Ἐξ ὀλίγων δὲ ζώων, ὅλα τὰ θυσιαζόμενα καλεῖ.

Vers. 11. *Cognovi omnia volatilia cœli.* Novi, inquit, hæc omnia, ac veluti certissimus eorum Dominus, enumerata ea habeo penes me.

Ἔγνωκα πάντα τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ· Γνωρίζω ταῦτα· ἠριθμημένα ἔχω, ὡς Δεσπότης αὐτῶν.

[32] Isa. I, 11, 12. [33] Jerem. VI, 20. [34] Jerem. VII, 22.

Καὶ ὡραιότης ἀγροῦ μετ' ἐμοῦ ἐστιν. Ὡραιότητα ἐκάλεσεν ἀγροῦ τοὺς ἐξ ἀγρῶν φυομένους καρπούς· ταῦτα γὰρ καὶ κάλλος εἰσὶ τοῦ ἀγροῦ, καὶ ὡραῖα διὰ τὰς ὥρας τοῦ ἐνιαυτοῦ ὀνομάζονται. *Μετ' ἐμοῦ δέ ἐστιν*, ἀντὶ τοῦ, Παρ' ἐμοὶ, ἐν ἐξουσίᾳ μου. Ὅρα δὲ πῶς συνοπτικῶς ἐμνημόνευσε πάντων· προσεφέροντο γὰρ εἰς θυσίαν ἀπὸ μὲν τῶν τετραπόδων, βόες, καὶ τράγοι, καὶ πρόβατα· ἀπὸ δὲ τῶν πετεινῶν, περιστεραὶ, καὶ τρυγόνες· ἀπὸ δὲ τῶν καρπῶν, σεμίδαλις, καὶ οἶνος, καὶ ἔλαιον.

A *Et pulchritudo agri mecum est.* Per pulchritudinem agri fructus intelligit qui in agris nascuntur, qui etiam pulchritudinem quamdam atque ornamentum agris omnibus præstant. Et quia Græca dictio ὡραιότης, non pulchritudinem tantum, sed tempestivitatem etiam significat, quæ in agris id efficit, ut suis quæque temporibus miro ordine proveniant, dic quod hanc tempestivitatem Deus secum esse dicit, quia in ejus facultate est, eam præstare agris aut negare. Et considera quam paucis omnium meminerit, quæ in sacrificio offerebantur. Offerebantur enim ex quadrupedibus boves, hirci, atque oves; ex volucribus, columbæ, et turtures: et ex terræ frugibus, siligo, vinum, atque oleum.

Ἐὰν πεινάσω, οὐ μή σοι εἴπω. Τοῦτο κατ' εἰρωνείαν εἶπε, διασύρων τὴν αὐτῶν παχύτητα, οἰομένων τὸν Θεὸν δεῖσθαι τῶν θυσιῶν εἰς βρῶσιν. Φησὶν οὖν, ὅτι Καὶ εἰ ὀρθῶς ὑπελάμβανες, οὐκ ἂν ἐζήτουν φαγεῖν ἀπὸ σοῦ. Καὶ ἄκουσον τὴν αἰτίαν.

VERS. 12. *Si esuriero, non dicam tibi.* Per ironiam hoc dicit, redarguens eorum crassitudinem, qui putabant egere Deum sacrificiis ad manducandum, ac si diceret: Tametsi tu id recte existimares, B ego tamen a te nullum peterem cibum ad manducandum. Et causam subjicit:

Ἐμὴ γάρ ἐστιν ἡ οἰκουμένη καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Ἐμῆς οὔσης, ἔλαβον ἂν αὐτός.

Meus est enim orbis terræ et plenitudo ejus. Cum igitur mea sit terra, sumam ego, si opus fuerit, a me ipso [quodcumque libuerit. Sed quia nullis Deus hujusmodi adjumentis indiget, audi quid dicat].

Μὴ φάγομαι (79) *κρέα ταύρων, ἢ αἷμα τράγων πίομαι;* Κατ' ἐρώτησιν ἔτι πλατύτερον ἐλέγχει τὴν ἄνοιαν αὐτῶν· Μὴ γὰρ, φησὶν, ὡς οἱ ψευδώνυμοι θεοὶ τῶν ἐθνῶν, τοιαύτης βρώσεως καὶ πόσεως ἐπιδέομαι; ὅπουγε καὶ πολλοὶ τῶν ἐπιεικεστέρων ἀνθρώπων ἀποστρέφονται ταύτην καὶ διαπτύουσιν.

VERS. 13. *Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?* Per interrogationem legenda sunt hæc verba. Latius autem eorum amentiam redarguit: Nunquid ego, inquiens, (quemadmodum falsi gentium dii) hujusmodi cibo, aut potu indigeo? quandoquidem multi etiam æquiores homines ea negligunt et contemnunt?

Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως. Ὅρα φανερῶς ἐκβαλλομένην τὴν νομικὴν λατρείαν, καὶ ἀντεισαγομένην τὴν εὐαγγελικήν. Ἡ γὰρ δι' αἰνέσεως θυσία τοῖς Χριστιανοῖς ἀποκεκλήρωται. Αἴνεσιν δὲ λέγει τὴν εὐφημίαν, ἢ τὴν εὐχαριστίαν· καὶ ἀμφότερα γὰρ δεῖ ποιεῖν, ἐφ' οἷς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παρήχθημεν, καὶ τὰ πρὸς χρείαν καὶ ἀπόλαυσιν ἐκτησάμεθα, καὶ φῶς γνώσεως προσελάβομεν, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, τηλικαῦτα εὐηργετήθημεν.

VERS. 14. *Immola Deo sacrificium laudis.* Palam patet ex his verbis legalem cultum expelli, et C evangelicum introduci. Sacrificium enim quod per laudem fit, Christianis attributum est. Per laudem vero benedictionem et gratiarum actionem intelligit. Utrumque enim debemus Deo, benedicere ei nimirum, et gratias agere, quod scilicet in esse producti sumus, cum antea non essemus, quod usui nostro necessaria possedimus, quod cognitionis lumen accepimus, et quod summis denique affecti sumus beneficiis.

Καὶ ἀπόδος τῷ Ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου. Τὰς ὑπὲρ σωτηρίας σου· χρεωστεῖς γὰρ τοῦτο ποιεῖν· ἢ εὐχὰς λέγει τὰς ὑποσχέσεις, τὰς ὑπὲρ τοῦ εὐαρεστεῖν αὐτῷ· οὕτω γὰρ ποιεῖν καὶ Ἰουδαῖοι ἐπηγγείλαντο, καὶ ἡμεῖς ἐπαγγελλόμεθα, ὡς δοῦλοι Δεσπότῃ. Εὐαρεστεῖ δὲ μόνος ὁ ἐνάρετος· τὸ δὲ θύειν ζῶα, οὐκ ἀρετή· καὶ οὐδὲ τὰ ἔθνη, παρὰ τοῦτο ἐνάρετα.

Et redde Altissimo vota tua. Id est, orationes et preces pro salute tua. Debes enim id facere. Vel per vota promissiones intellige, quas fecerat Deo. Ita enim se facturos Deo pollicebantur Judæi, et nos etiam pollicemur, tanquam servi Domino; Deo autem is solus placet, qui virtute præditus est: D sed sacrificare animalia, nullius prorsus est virtutis. Neque enim gentes ob sua sacrificia virtute præstare existimantur.

Καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου, καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με. Οὕτω θῦσον, καὶ ἀπόδος ὃ χρεωστεῖς, καὶ τότε θαῤῥούντως ἐπικάλεσαί με, καὶ ἐξελοῦμαί σε τῆς θλίψεως, εἴτε παρὰ ἀνθρώπων, εἴτε παρὰ δαιμόνων. Καὶ δοξάσεις με, ὡς ἀψευδῆ καὶ ταχὺν βοηθόν. Παρατηρητέον δὲ πῶς ἀνοίγων τῇ εὐαγγελικῇ λατρείᾳ θύραν ὁ Θεὸς, εὐθὺς καὶ περὶ τῆς ἁγίας ἐνέφηνε Τριάδος. *Θῦσον* γὰρ, φησὶ, *τῷ Θεῷ*, εἶτα, *Καὶ ἀπόδος τῷ Ὑψί-*

VERS. 15. *Et invoca me in die tribulationis tuæ, et eruam te, et glorificabis me.* Sacrifica, inquit, hoc pacto, et redde Deo quod debes, et tunc demum invoca me, et eripiam te ex omni hominum, aut dæmonum afflictione, et glorificabis me tanquam veracem ac celerem adjutorem. Observandum vero est quomodo Deus evangelici cultus nobis hic januam aperiens, statim etiam sanctæ Trinitatis cognitionem tradiderit. *Sacrifica*, inquit, *Deo*; et,

Variæ lectiones.

(79) Al. φάγω.

Redde Altissimo vota tua; ac demum etiam, *Invocabis me.* Nec dico, quod solum Patrem Deum dicere debeamus, aut solum Filium esse altissimum, aut solum invocare sanctum Spiritum, sed quod hujusmodi distinctione distinctionem etiam nos personarum intelligimus.

VERS. 16, 17. *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras justificationes meas, et assumis testamentum meum per os tuum, tu vero odisti disciplinam et projecisti sermones meos retrorsum?* Per peccatorem hoc in loco Judæorum sacerdotum ac Scribarum genus intelligit, qui legales justificationes narrabant populo, quique ore tantum, non etiam corde, ex veteri testamento sententias atque auctoritates afferebant: gloriabantur etiam in lege, ac veluti per eam prorsus justificati essent, omne genus delicti committebant. Idcirco de eis loquens Dominus ad populum dixit: *Quæ dicunt facite, sed juxta opera eorum nolite facere* [55]. Quare, inquit, tu qui alios doces, eam disciplinam atque eam animi moderationem odisti, quam doces? Cur projecisti sermones meos retrorsum? hoc est, Cur expulisti atque odisti eos? Retro enim expellere aliquem quis dicitur, qui illum odit. Repulisti autem, dum ea non adimplesti, quæ illic mandantur. Ore igitur ac lingua te fateris sermones meos suscipere, reipsa autem abjicis eos prorsus et repellis.

VERS. 18. *Si videbas furem, currebas cum eo.* Cerne hic, veluti in tabula quadam, peccatorum colores. Si videbas, inquit, furem, vel una conspirabas, vel lætabaris, et placebant tibi illius actiones: dum non erudiebas eum, non castigabas, sed potius vitia ejus contegebas.

Et cum adulteris portionem tuam ponebas. Eodem pacto communicabas adulteris, quo currebas cum fure. Per adulterum autem seu (ut verius in Græco habetur) per mœchum, etiam fornicatorem intelligit, et quemcunque alium intemperantem, sive impudicum.

VERS. 19. *Os tuum abundavit malitia.* Impletum est mendacio. Indifferens autem est constructio.

Et lingua tua complicabat dolos. Hoc per se clarum est.

VERS. 20. *Sedens, adversum fratrem tuum obloquebaris.* Cum aliis nimirum conspirans.

Et adversus filium matris tuæ ponebas scandalum. Idem rursus repetit, narratione sua accusationem augens. *Scandalum* autem *ponebas,* hoc est, laqueum aut offendiculum aliquod.

Hæc fecisti, et tacui. Longanimitate mea tuam exspectans pœnitentiam.

VERS. 21. *Existimasti iniquitatem, quod ero tibi similis.* Tu non modo ea operatus non es, quæ recta sunt, et secundum virtutem: verum scelesta etiam cogitasti. Scelus autem fuit cogitare, quod essem ego tui similis, et quod consentire ac parcere deberem peccatoribus.

[55] Matth. XXIII, 3.

A στῳ· ἔπειτα, *Καὶ ἐπικάλεσαί με*, οὐχ ὥστε νοηθῆναι μόνον τὸν Πατέρα Θεὸν, καὶ μόνον ὕψιστον τὸν Υἱὸν, καὶ μόνον ἐπικαλεῖσθαι ἄξιον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀλλ' ὥστε τῇ τοιαύτῃ διαιρέσει τὴν διαίρεσιν τῶν ὑποστάσεων ὑποδηλωθῆναι.

Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός· Ἱνατί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά σου, καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου διὰ στόματός σου· σὺ δὲ ἐμίσησας παιδείαν καὶ ἐξέβαλες τὸν λόγον μου εἰς τὰ ὀπίσω; Ἁμαρτωλὸν καλεῖ τὸν δῆμον τῶν Ἰουδαίων ἱερέων καὶ Γραμματέων, οἵτινες διηγοῦντο μὲν τῷ λαῷ τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου, καὶ διὰ στόματος μόνον εἶχον ὅλην τὴν νομικὴν διαθήκην, οὐ διὰ καρδίας· μεγαλαυχοῦντες δὲ ἐπὶ τούτῳ μόνῳ, B καὶ δικαιοῦντες ἐντεῦθεν ἑαυτοὺς, πᾶσαν ἁμαρτίαν διεπράττοντο. Περὶ ὧν ὁ Χριστὸς εἶπε πρὸς τὸν λαὸν, ὅτι *Ἃ λέγουσιν ὑμῖν ποιεῖν, ποιεῖτε· κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν, μὴ ποιεῖτε.* Διατί, φησὶν, διδάσκεις μὲν ἄλλους, σὺ δὲ ἐμίσησας τὴν ἀφ' ὧν διδάσκεις παίδευσιν καὶ ῥύθμησιν τῆς ψυχῆς, καὶ ἐξέβαλες τοὺς λόγους μου εἰς τὰ ὀπίσω, τουτέστιν, ἀπώσω αὐτούς; Ὀπίσω γάρ τις ὠθεῖ τὸν μισούμενον. Ἀπώσω δὲ αὐτοὺς, ὡς μὴ ποιῶν, ἃ ἐντέλλονται· ὥστε λόγῳ μὲν ἀναλαμβάνεις αὐτοὺς, ἔργῳ δὲ ἀπωθεῖς.

Εἰ ἐθεώρεις κλέπτην, συνέτρεχες αὐτῷ. Ὅρα C καθάπερ ἐν πίνακι τὰ τῆς ἁμαρτίας χρώματα· Εἰ ἐθεώρεις κλέπτην, ἢ συνέπραττες, ἢ συνευδόκεις τῷ πράττοντι, διὰ τὸ μὴ σωφρονίζειν, ἀλλὰ συγκαλύπτειν.

Καὶ μετὰ μοιχοῦ τὴν μερίδα σου ἐτίθεις. Καὶ τῷ μοιχῷ ἐκοινώνεις διὰ τοῦ αὐτοῦ τρόπου καθ' ὃν καὶ τῷ κλέπτῃ συνέτρεχες· μοιχὸν δὲ ἐνταῦθα καὶ τὸν πόρνον καλεῖ καὶ παντοῖον ἀκόλαστον.

Τὸ στόμα σου ἐπλεόνασε κακίαν. Ἐπλεόνασε ψεύδους· ἀδιάφορος δὲ ἡ σύνταξις.

Καὶ ἡ γλῶσσά σου περιέπλεκε δολιότητας. Τοῦτο δῆλον.

D *Καθήμενος, κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου κατελάλεις.* Συγκαθήμενός τισι.

Καὶ κατὰ τοῦ υἱοῦ τῆς μητρός σου ἐτίθεις σκάνδαλον. Τὸ αὐτὸ πάλιν λέγει, διὰ τῆς ἐπεξηγήσεως αὔξων τὴν κατηγορίαν. *Σκάνδαλον* δὲ, ἡ παγίς.

Ταῦτα ἐποίησας, καὶ ἐσίγησα. Ἐμακροθύμησα, ἀπεκδεχόμενος τὴν μετάνοιάν σου.

Ὑπέλαβές ἀνομίαν, ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος. Σὺ δὲ οὐ μόνον διωρθώσω, ἀλλὰ καὶ ἐνεθυμήθης ἀνοσιότητα· αὕτη δὲ ἦν, ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος, ὅσον εἰς τὸ συνευδοκεῖν τοῖς ἁμαρτάνουσιν.

Ἐλέγξω σε, καὶ παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου τὰς ἁμαρτίας σου. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως.

Arguam te et statuam contra faciem tuam peccata tua. In die scilicet judicii.

Σύνετε δὴ ταῦτα, οἱ ἐπιλανθανόμενοι τοῦ Θεοῦ. Νοήσατε τὰ ῥηθέντα, οἱ ἐπιλανθανόμενοι τοῦ Θεοῦ, διότι μακροθυμεῖ ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν.

VERS. 22. *Intelligite hæc vos, qui obliviscimini Deum.* Considerate quæ dicta sunt, vos qui obliviscimini Deum, et non animadvertitis quam longanimis sit in peccatis vestris.

Μήποτε ἁρπάσῃ, καὶ οὐ μὴ ὁ ῥυόμενος. Ὢ ἀνείκαστον μακροθυμίας! ἔτι μακροθυμῶν, ἐξασφαλίζεται αὐτούς. Μήποτε, φησὶν, ἁρπάσῃ τὰς ψυχὰς ὑμῶν δι' ἀγγέλων ἀποτόμων αἰφνίδιον.

Nequando rapiat, et non sit qui eripiat. O longanimitatem incomprehensibilem! adhuc tolerantia utitur, cupiens illos in tuto esse. Ne quando, inquit, ipse per violentos angelos repente rapiat animas vestras.

Θυσία αἰνέσεως δοξάσει με. Πάλιν παραγγέλλει περὶ τῆς καινοφανοῦς θυσίας· ὅτι αὕτη μὲν, φησὶ, δοξάσει, ἤγουν τιμήσει, οὐχ ἡ διὰ ζώων.

VERS. 23. *Sacrificium laudis glorificabit me.* Iterum ea mandat, quæ ad novum pertinent sacrificium. Hoc enim, inquit, glorificabit, hoc est honorabit me, et non animalium sacrificia.

B

Καὶ ἐκεῖ ὁδὸς ἣ δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριόν μου. Καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ θυσίᾳ ἐστὶν ὁδὸς σωτηρίας (80) δι' ἧς ἰδοὺ αὐτῷ τῷ θύοντι δείξω τὴν παρ' ἐμοῦ σωτηρίαν. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, *Ἣν δείξω* γράφουσι, καὶ νοοῖτ' ἂν ὅτι *καθ' ἥν*. Τινὲς δὲ καὶ μετὰ τὸ *Δείξω* ὑποστίζοντες, *Αὐτὸ τὸ σωτήριόν μου*, φασίν· ὁδὸν δὲ εἰς σωτηρίαν, ὑποληπτέον ἢ τὸ βάπτισμα, ἢ τὴν μετάνοιαν.

Et illic iter quo ostendam illi salutare meum. Et illic, inquit, id est, in eo genere sacrificii, via quædam est ad salutem, per quam viam ego sacrificanti cuilibet eam salutem ostendam, quæ a me provenit. Quædam vero exemplaria habent: *Et illic iter, quod ostendam;* et tunc expone subintelligendo, ut infra: Et illic, inquit, est iter, juxta quod iter ego ostendam illi, etc. Aliqua etiam exemplaria post verbum *ostendam*, punctum habent, post quod sequitur: *Illi salutare meum;* viam autem ad salutem esse credimus baptismum, aut pœnitentiam.

Εἰς τὸ τέλος, ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ἐν τῷ εἰσελθεῖν πρὸς αὐτὸν Νάθαν τὸν προφήτην, ἡνίκα εἰσῆλθε πρὸς Βηρσαβεὲ τὴν γυναῖκα τοῦ Οὐρίου.

In finem psalmus ipsi David, cum ingressus esset ad eum Nathan propheta, quando ipse ingressus est ad Bersabee uxorem Uriæ.

ΨΑΛΜΟΣ Ν'.

PSALMUS L.

Εἰς τὸ τέλος μὲν, ὅτι προφητείας ἔχει παραπεμπούσας εἰς τὸ τέλος αὐτῶν τοὺς ἐντυγχάνοντας. Οὐ μόνον γὰρ κατάλληλον θεραπείαν ἐξομολογήσεως τῷ τραύματι τῆς μοιχείας Βηρσαβεὲ, καὶ τοῦ φόνου τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς Οὐρίου διὰ τοῦ παρόντος ψαλμοῦ κατεσκεύασεν, ἀλλὰ καὶ περὶ διαφόρων ἄλλων. Ἔτι δὲ καὶ τῆς ἀνοικοδομῆς Ἱερουσαλὴμ τῆς μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον τῶν αἰχμαλώτων προεῖπεν· οὐ γὰρ ἀπέπτη (81) παντελῶς ἀπ' αὐτοῦ τὸ προφητικὸν χάρισμα, οἷα τοῦ Θεοῦ γινώσκοντος, ὅτι θᾶττον ἀπολούσεται τὸν ῥύπον, καὶ λαμπρότερος γενήσεται· οὐδὲ γὰρ ἀπολαβεῖν ἐζήτησε τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἀλλὰ μὴ ἀφαιρεθῆναι ἀπ' αὐτοῦ. Εἶπε γὰρ, ὅτι *Καὶ τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ.* Ἁρμόζει δὲ καὶ πᾶσιν ἡμαρτηκόσιν ἡ παροῦσα ἐξομολόγησις, ἥτις συνετέθη, καὶ ἀπηρτίσθη ὅτε εἰσῆλθε πρὸς αὐτὸν Νάθαν ὁ προφήτης· τότε γὰρ εἰς συναίσθησιν ἦλθε, τὸν παρελθόντα καιρὸν ἀφροντίστως διακείμενος. Τὸ δὲ, *Ἡνίκα εἰσῆλθε πρὸς Βηρσαβεὲ*, οὐχ ὅτι παραυτίκα πρὸς αὐτὸν εἰσῆλθεν ὁ Νάθαν, καιρὸς γὰρ διῆλθεν ἱκανὸς, ὡς ἡ πρώτη βίβλος τῶν Βασιλειῶν ἱστορεῖ· ἀλλὰ καὶ τὸ *Ἡνίκα*, ὑστεροχρονίαν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀποσημαίνει· οἷον, Μεθὸ εἰσῆλθε πρὸς Βηρσαβεὲ, καὶ ἐγχύμονα πεποίηκεν.

Inscriptio *in finem* indicat psalmum hunc prophetias continere, quæ lectorem moveant, ut eorum finem inspiciat. Neque enim in hoc psalmo beatus David medicinam tantum adulterii et cædis vulneribus salutarem construxit, sed de variis etiam rebus in eo tractavit: quippe cum et instaurationem prædixerit Jerusalem, quæ facta est post populi reditum e Babylone, ubi captivus detinebatur; gratia enim sancti Spiritus in eo prorsus non defecerat, cum inter cætera vel illud cognosceret, quod omnes delictorum sordes jamjam erat abluturus, et clarior etiam futurus, quam antea fuisset. Hac ratione restitui sibi non petiit sanctum Spiritum, sed non auferri; ait enim: Et *Spiritum sanctum suum ne auferas a me.* Verum humilis hæc Prophetæ nostri confessio omnibus potest accommodari peccatoribus. Et eo quidem tempore fuit facta, quando Nathan propheta ad eum ingressus est, ut de commissis delictis illum reprehenderet. Tunc enim ad seipsum rediit beatus David. Nam hactenus delicti sui enormitatem minime perpenderat. Quod vero ait: *Quando ingressus est ad Bersabee,* non hoc sibi vult, quod statim post hujusmodi ingressum, ad eum venerit propheta Nathan. Interfuit enim quoddam temporis intervallum, ut traditur in primo Regum libro. Sed illud adverbium, *quando*, hoc in loco futurum aliquanto post tempus desi-

D

Variæ lectiones.

(80) Al. εἰς σωτηρίαν.

(81) Al. ἀπέστη.

gnat, ut sit sensus composuisse eum hunc psalmum, postquam intravit ad Bersabee et gravidam eam reddidit.

Vers. 3. *Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam.* Juxta immensam, inquit, tuam misericordiam miserere mei. Immensum enim est quod deliqui.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Supplicantium more eumdem sæpius repetit sensum. Et per iniquitatem pro qua LXX ἀνομίαν dixerunt [juxta significationem Græcæ dictionis] prævaricationem legis intelligit, in adulterio et cæde a se commissam. Utrumque enim lege vetabatur, vel, cum iniquitatem seu potius [ut diximus] ἀνομίαν se commisisse fateatur, consequenter illud etiam affirmat, se ἄνομον, hoc est, tanquam exlegem esse, cum alienigenæ instar, qui sub lege non sit, nefanda hæc delicta commiserit.

A *Ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου.* Ἐλέησόν με ἀξίως τοῦ μεγάλου ἐλέους σου, ὅτι μεγάλα ἥμαρτον.

Καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου ἐξάλειψον τὸ ἀνόμημά μου. Τὸ αὐτὸ ἐδιπλασίασεν ὄνομα, σύνηθες γὰρ τοῦτο τοῖς δεομένοις. Ἀνόμημα δὲ λέγει τὴν παρανομίαν τῆς μοιχείας καὶ τοῦ φόνου.· καὶ ἄμφω γὰρ ὁ νόμος ἐκώλυεν. Ἀνόμημα δὲ ταύτην ἐκάλεσεν, ὅτι δίκην ἀλλοφύλου, τοῦ μὴ νόμον, ἐπλημμέλησε.

Vers. 4. *Amplius lava me ab iniquitate mea.* Venia quippe ei jam data fuerat per prophetam Nathan dicentem: *Deus abstulit peccatum tuum* [**]: verum præ maximo quodam ardore amplius etiam lavari cupit; vel *amplius*, expone, pro valde.

Et a peccato meo munda me. Rursus peccati nomine delictum a se commissum appellat, quod superius iniquitatem, seu [ut diximus] ἀνομίαν, id est, transgressionem legis appellavit: proprie enim ille peccare dicitur, qui legem transgreditur. Solet autem Propheta promiscue uti his nominibus.

Vers. 5. *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum contra me est semper.* Miserere mei, inquit, et munda me, quia perpetrati a me criminis oblitus non sum, nec, veluti de regia dignitate superbus, illud neglexi. Nam etsi homines lateat, ego tamen illius enormitatem cognosco, ac conscientiæ meæ oculis diu noctuque illud cerno: quippe cum assidue ac peracerbe animam meam stimulet. Quæ res certam pœnitentiæ conjecturam præstat, ac peccatorum etiam veniam conciliat.

Vers. 6. *Tibi soli peccavi.* Cum rex sim, et te solum commissorum a me scelerum judicem habeam, tibi soli peccasse videor, hoc est, tibi soli judici subjicior. Cæterorum enim omnium ego dominus sum, et ob potentiam meam licere mihi videntur, quæcunque libuerint. Vel, quia leges tuas transgressus sum, idcirco tibi soli peccasse videor illarum legislatori.

Et malum coram te feci. Omnia enim vides, non tantum quando ea fiunt, sed quando etiam futurum est ut fiant. Hoc autem dicit, pudore seipsum confundens, qui Deum videntem tantum committi facinus veritus non sit. Illud autem considera, quod de uno tantum a se commisso crimine loqui videtur, cum tamen plura essent: ea nimirum ratione, quia unum ab altero dependebat: quippe cum adulterio impulsus fuerit ad cædem.

Ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris. Delictum, inquit quod feci coram te,

B *Ἐπὶ πλεῖον πλῦνόν με ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου.* Συνεχωρήθη γὰρ καὶ διὰ τοῦ Νάθαν, εἰπόντος, ὅτι καὶ *Κύριος ἀφεῖλε τὸ ἁμάρτημά σου.* Ἀλλ' ὑπὸ θερμότητος ἔτι πλυθῆναι παρακαλεῖ· ἢ τὸ, *Ἐπὶ πλεῖον*, ἀντὶ τοῦ Ἄγαν.

Καὶ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας μου καθάρισόν με. Τὸ αὐτὸ λέγει πάλιν ἁμαρτίαν, ὅτι κυρίως ἁμαρτία ἡ τοῦ νόμου παράβασις. Πλὴν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον τῷ τῆς ἀνομίας, καὶ παρανομίας, καὶ ἁμαρτίας ὀνόματι ἀδιαφόρως χρῆται, καὶ ἀντ' ἀλλήλων.

Ὅτι τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ γινώσκω, καὶ ἡ ἁμαρτία μου ἐνώπιόν μού ἐστι διαπαντός. Ἐλέησόν με, φησὶ, καὶ καθάρισόν με, διότι οὐκ ἐπελαθόμην τῆς ἁμαρτίας μου, ὡς εὐκαταφρονήτου, διὰ

C τὸν ὄγκον τῆς βασιλείας· ἀλλ' εἰ καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἔλαθον, ὅμως ἐγὼ γινώσκω ταύτην, ἡλίκη· καὶ βλέπω αὐτὴν νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τοῖς τοῦ συνειδότος ὀφθαλμοῖς, πικρῶς πλήττουσαν τὴν ἐμὴν ψυχήν· ὅπερ μετανοίας ἐστὶν εἰλικρινοῦς τεκμήριον, καὶ πρόξενον συγχωρήσεως.

Σοὶ μόνῳ ἥμαρτον. Ὡς σοὶ μόνῳ δικαστῇ ὑποκείμενος· βασιλεὺς γὰρ ὢν, σὲ μόνον ἔχω τῶν πεπραγμένων μοι δικαστὴν, τῶν ἄλλων ἁπάντων κύριος ὢν, καὶ κατ' ἐξουσίαν ποιῶν ἃ βούλομαι. Ἢ καὶ ὅτι τοὺς σοὺς νόμους παραβὰς, σοὶ μόνῳ τῷ νομοθέτῃ τούτων ἡμάρτηκα.

D *Καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα.* Πάντα γὰρ ὁρᾷς, οὐχ ὅτε γίνονται μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅταν μέλλωσι. Τοῦτο δὲ εἶπε, καταισχύνων ἑαυτὸν, ὡς οὐκ αἰσχυνθέντα τὸν Θεὸν, ὁρῶντα γινομένην τὴν ἁμαρτίαν. Ὅρα δὲ, πῶς ὡς περὶ ἑνὸς ἁμαρτήματος δοκεῖ λέγειν, διὰ τὸ ἀπηρτῆσθαι τῆς μοιχείας τὸν φόνον· ἐκείνη γὰρ εἰργάσατο τοῦτον.

Ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. Ἐποίησα δὲ τὸ κα-

[**] II Reg. XII, 13.

κὸν ἐνώπιόν σου, κατὰ τῆς ἐμαυτοῦ κεφαλῆς, ἵνα A ἐν ταῖς δικαιολογίαις σου, ταῖς πρὸς ἐμὲ, καὶ ἐν τῷ κρίνεσθαί σε ἐμοὶ περὶ ὧν σύ με βασιλέα πεποίηκας, καὶ οὕτως ἐδόξασα, ἐγὼ δὲ τοὺς σοὺς ἠθέτησα νόμους, καὶ παρώργισά σε, δικαιωθεὶς μᾶλλον σὺ, καταδικάσεις με τὸν ἄθλιον, ὡς περὶ τὸν εὐεργέτην ἀγνώμονα. Τοιοῦτος γὰρ ἦν ὁ σκοπὸς τοῦ βιασαμένου καὶ νικήσαντός με δαίμονος, αὐτὸν ἐμὲ καταστῆναί μοι τῆς δίκης πρόξενον. Ἐδικαιολογήθη δὲ, καὶ ἀντεκρίθη πρὸς τὸν Δαβὶδ ὁ Θεὸς διὰ Νάθαν, καὶ ἤλεγξεν· ὅπως προβατέα τοῦτον λαβὼν, εἰς βασιλέα κατέστησε, καὶ μυρίων ἐπιβουλῶν ἐῤῥύσατο, καὶ ὅπως αὐτὸς πονηρᾷ πράξει τὸν εὐεργέτην ἠμείψατο. Ἐπήγαγε δὲ καὶ τὴν καταδίκην, ὅτι *Τάδε λέγει Κύριος· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐξεγείρω ἐπὶ σὲ κακὰ, ἐκ τοῦ οἴκου σου*, καὶ τὰ ἑξῆς, ὡς ἡ δηλωθεῖσα B βίβλος παρίστησι.

fateor in caput meum commisisse, ut quoties tu mecum judicaris, et quæ inter nos est causa discutitur, quod scilicet tu me ex infimo regem feceris, tantaque ac tali gloria conspicuum, quodque ego contra, et leges tuas spreverim, et te sceleribus meis ad iram concitaverim, ut in hoc, inquit, judicio tu magis justificeris, et ego vicissim, veluti erga tantum benefactorem adeo ingratus, magis condemner. Ea enim fuit maligni dæmonis intentio, cum magna me vi ad peccandum impulit ac superavit, ut meæ me constitueret condemnationis ministrum. Dicere autem possumus judicatum fuisse Deum cum David, quando Nathan propheta eum redarguit, quod pro tantis beneficiis a Deo acceptis, ipse contra pravis benefactorem actionibus remuneratus sit; ubi postquam Dei justificationes percensuit, condemnationem etiam addidit dicens : *Hæc dicit Dominus, Ecce ego suscitabo in te mala ex domo tua* [97] : et alia, quæ plenius habentur in libris Regum.

Ἰδοὺ γὰρ ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου. Εἰς συμπάθειαν τὸν Θεὸν ἐπισπώμενος, ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ γέννησιν ἀνατρέχει τῷ λόγῳ. Εἰ γὰρ μὴ ἥμαρτεν ὁ Ἀδὰμ, οὐκ ἂν συνήφθη τῇ Εὔᾳ. Ὥστε ἡ μὲν ἁμαρτία γεγέννηκε τὴν συνάφειαν, ἡ δὲ συνάφεια, τοὺς ἐξ Ἀδὰμ καὶ Εὔας· καὶ οὗτοι τοὺς ἑξῆς, καὶ οὕτως ἄχρι Δαβίδ· καὶ γὰρ εἰ καὶ τῷ νόμῳ τίμιος ὁ γάμος γέγονε, διὰ τὴν παιδοποιίαν, ἀλλά γε τῇ φύσει ἐκ τῆς ἁμαρτίας ἔχει τὴν πρόοδον. Ὥστε ἐξ ἁμαρτίας καὶ συνελήφθην, καὶ ἐγεννήθην· τὸ γὰρ, *ἐκίσσησεν, ἐγέννησεν* εἶπεν ὁ Σύμμαχος. Καὶ οὐδὲν C μέγα, εἰ καὶ αὐτὸς ἥμαρτον, παθὼν τὸ τῆς φύσεως.

VERS. 7. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea.* Ut Deum magis ad misericordiam traheret, nativitatem suam commemoravit. Nam si Adam non peccasset, nunquam oportuisset illum Evæ conjungi. Peccatum itaque copulam generavit, et copula rursum eos produxit, qui ex Adam et Eva nati sunt; et sic deinceps illi alios, atque alii alios, usque ad David. Et licet nuptiæ nunc ob filiorum procreationem in honore habeantur, natura tamen ex peccato proveniunt. Ex peccato igitur conceptus et genitus sum. Nam quod secundo loco dicit : *Et in peccatis concepit me mater mea*, Symmachus reddidit : *Et in peccatis genuit.* Non est igitur magnum si ego peccavi, naturæ conditionem sustinens.

Ἰδοὺ γὰρ ἀλήθειαν ἠγάπησας. Τοῦτο πρὸς τὴν ῥηθεῖσαν ἐξομολόγησιν εἴρηται· φησὶ γὰρ, ὅτι Ἀλήθειαν ἠγάπησας, καὶ διὰ τοῦτο ὡμολόγησα ταύτην, ὅτι ἥμαρτον. Τὸ δὲ, *Ἰδοὺ γὰρ*, περιττὸν κεῖται, καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος στίχου, καὶ ἐπὶ προλαβόντος, καθ' Ἑβραΐδα συνήθειαν· πολλὰ γὰρ τοιαῦτα περιττὰ τίθησι.

VERS. 8. *Ecce enim veritatem dilexisti.* Hoc ad beati David confessionem referendum est, de qua supra diximus. Ait enim : Ego, quæ vera sunt, fateor, me scilicet peccasse. Hoc autem fateor, et non nego, quia tu veritatem dilexisti, et odisti mendacium. Illa autem verba, *Ecce enim*, superflua sunt, tam in hoc versiculo quam in proxime superiori. Hebraicum enim est idioma, juxta quod superflua multa in oratione reperiri solent.

Τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι. Τοῦτο πρὸς τὴν οἰκείαν εἶπεν αἰσχύνην, ὅτι Τοσοῦτόν με ἠγάπησας, ὅτι καὶ τὰ ἀπόῤῥητα D τῆς σῆς προνοίας ἐδήλωσάς μοι διὰ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος· ἐγὼ δὲ ἐφάνην ἀγνώμων.

Incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Hoc in sui ignominiam et confusionem dixit. Adeo tu, inquit, dilexisti me, ut ineffabilia providentiæ tuæ arcana, per propheticum mihi spiritum feceris manifesta, ego tamen ingratus erga te esse apparui.

Ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ, καὶ καθαρισθήσομαι. Πολλοὶ περὶ τούτου λέγει τοῦ ῥητοῦ πολλοῖς γεγόνασιν, οὐδεὶς δὲ σαφὲς, οὐδ' ἀναντίῤῥητον ἀπήγγειλε. Ἐγὼ δέ φημι προφητεύειν περὶ ἑαυτοῦ τὸν Δαβὶδ ἐν τούτοις, ὅτι καὶ συγχωρηθήσεται τὴν ἁμαρτίαν τελεωτέραν, καὶ χαρᾶς πλησθήσεται. Ἐπεὶ γὰρ ὁ νόμος ὑσσώπου ῥαντίσματί τινας τῶν μιαινομένων ἐκαθάρευεν, ἔστι γὰρ τὸ ὕσσωπον εἶδος πόας, ἄγαν σμη-

Asperges me, Domine, hyssopo et mundabor. Varia a multis dicta sunt ad præsentis versiculi explanationem, nihil tamen ab eis adeo apertum traditur, ut contradictione omni prorsus careat. Ego autem Prophetam puto his verbis de se ipso prædicere, quod adhuc exactius ac perfectius absolvendus esset a crimine, et gaudio replendus. Quia enim lex immundos quosdam hyssopi aspersionibus

[97] I Reg. XII, 11.

mundari jubebat, ea nimirum ratione, quia hyssopus herba quædam est multum abstersiva, juxta illius purgationis metaphoram ait : Tu Domine, ea me potissimum aspersione asperges, quæ perfectius omnes abstergit maculas : hoc autem fiet per prolatam a te omnimodæ absolutionis sententiam, vel per lacrymas pœnitentiæ; quippe cum et hujusmodi lacrymæ, ut Dei donum ab eo proveniant. [Nam si hæc a te mihi dona adfuerint in abstergendis meis maculis, hyssopi vicem præbebunt.]

A κτικῆς, κατὰ μεταφορὰν ἐκείνης τῆς καθάρσεως εἶπεν, ὅτι Ῥαντιεῖς με ῥαντίσματι σμηκτικῷ. Εἴη δ' ἂν τοῦτο λόγος ἀφέσεως, ἢ καὶ τὸ δάκρυον τῆς μετανοίας· καὶ τοῦτο γὰρ θεόθεν χαρίζεται.

Lavabis me, et super nivem dealbabor. Eumdem præ gaudio sensum repetit.

Πλυνεῖς με, καὶ ὑπὲρ χιόνα λευκανθήσομαι. Τὸ αὐτὸ λέγει πάλιν ὑφ' ἡδονῆς.

Vers. 10. *Auditui meo dabis exsultationem et lætitiam.* Quia auribus animæ meæ te mihi pepercisse instillabis. Exsultatio autem et lætitia idem significant.

Ἀκουτιεῖς με ἀγαλλίασιν καὶ εὐφροσύνην. Ταῖς ἀκοαῖς τῆς ψυχῆς μου ἐνηχήσεις χαράν, ὅτι συνεχώρησάς μοι. Ἀγαλλίασις δὲ καὶ εὐφροσύνη τὸ αὐτὸ σημαίνουσιν.

Exsultabunt ossa humiliata. Ossa mea, inquit, peccatorum pondere depressa, exsultabunt, ac deposito eo onere allevabuntur. Per sua vero ossa seipsum prorsus significat. Aliqui autem dicunt, quod illa verba : *Auditui meo dabis exsultationem*, ad Salvatoris Incarnationem pertinent, ut sit sensus : Annuntiabis mihi jucundissimum gaudium, illam nimirum ineffabilem incarnationem ; et tunc ossa mea, quæ nunc humiliata sunt, præ summa voluptate exsultabunt et subsilient.

Ἀγαλλιάσονται ὀστέα τεταπεινωμένα. Τὰ ὀστᾶ
B μου, φησί, τεταπεινωμένα τῷ βάρει τῆς ἁμαρτίας, ἀγαλλιάσονται, κουφισθέντα διὰ τῆς ἀφέσεως. Ἀπὸ μέρους δὲ, τῶν ὀστῶν, ὅλον ἑαυτὸν ἐνέφηνε. Τινὲς δέ φασιν, ὅτι τὸ, *Ἀκουτιεῖς με ἀγαλλίασιν*, περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Σωτῆρος εἴρηκεν, ὅτι Ἀναγγελεῖς μοι τὴν παγκόσμιον χαράν, ἤτοι τὴν ἀπόῤῥητον ἐνανθρώπησιν, καὶ εὐθὺς ἄγαν ἁλοῦνται καὶ σκιρτήσουσιν ὑφ' ἡδονῆς τὰ τεταπεινωμένα ὀστέα μου.

Vers. 11. *Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele.* Omnia, inquit, peccata mea in conspectu tuo jacent, quia tu omnia conspicis : verum peto, ut aspectum ab illis tuum amoveas, et commissa a me scelera e libro deleas actionum mearum.

Ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου, καὶ πάσας τὰς ἀνομίας μου ἐξάλειψον. Γυμνὰ πρόκειται τῇ παντεφόρῳ ἐπισκοπῇ σου τὰ ἐμὰ ἁμαρτήματα. Ἀπόστησον οὖν ταύτην, καὶ ὅλας μου τὰς ἀνομίας ἐξάλειψον ἀπὸ τῆς βίβλου τῶν
C ἔργων μου.

Vers. 12. *Cor mundum crea in me, Deus.* Cor apud Scripturam multa significat. Aliquando enim pro singulari corporis membro accipitur, aliquando vero pro interiori illa rationis atque intellectus parte, a qua regimur, juxta illud : *Quare cogitationes ascendunt in corda vestra* [98]? aliquando sententiam significat, et propositum, juxta illud : *Cor autem eorum longe est a me* [99] ; aliquando beneplacitum et animi affectionem, juxta illud : *Inveni David virum secundum cor meum* [1]. Et aliquando animam, ut hic : *Cor mundum crea in me, Deus.* Non peto, inquit, ut aliam in me naturam crees, sed ut quam habeo in antiquam restituas pulchritudinem. Creabis autem cor mundum in me, si vetustatem illam, quæ ob peccatorum sordes animæ meæ inhæret, ab ea prorsus abstuleris. *Crea* igitur hoc in loco dixit pro, restitue.

Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοί, ὁ Θεός. Ἡ καρδία σημαίνει πολλά· ποτὲ μὲν, τὸ σωματικὸν μόριον· ποτὲ δὲ, τοῦ ἡγεμονικοῦ τὸ βαθύτατον, ὡς τό· *Καὶ διατί λογισμοὶ ἀναβαίνουσιν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν ;* ποτὲ δὲ, τὴν γνώμην καὶ τὴν προαίρεσιν, ὡς τό· *Ἡ δὲ καρδία αὐτοῦ πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ*· ποτὲ δὲ, τὴν εὐδοκίαν καὶ ἀρέσκειαν, ὡς τό· *Εὗρον Δαβὶδ ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου*· ποτὲ δὲ, τὴν ψυχὴν, ὡς ἐπὶ τοῦ προκειμένου, *Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοί*, οὐχ ἑτέραν οὐσιώσας, ἀλλὰ τὴν οὖσαν εἰς τὸ ἀρχαῖον κάλλος ἀποκαταστήσας. Εἰ γὰρ ταύτης περιέλῃς τὴν παλαιότητα, τὴν ἀπὸ τοῦ ῥύπου τῆς ἁμαρτίας, κτίσεις ἐν ἐμοὶ
D καρδίαν καθαράν. *Κτίσον* οὖν, ἀντὶ τοῦ, ἀποκατάστησον.

Et spiritum rectum innova in interioribus meis. *Innova*, pro, denuo immitte. Deinceps, inquit, immitte in me spiritum rectum, hoc est, directionis gratiam, quæ diabolicas in me omnes tortuositates dirigat. Per interiora autem intimas animæ partes intelligit. Simile etiam his est, quod legimus apud Ezechielem dici ad eos, qui in Babylone erant : *Dabo* enim *vobis*, inquit, *cor novum* [2], ac si dixisset, Infirmum ac languidum cor vestrum et promptitudinem vestram renovabo.

Καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου. — *Ἐγκαίνισον*, ἀντὶ τοῦ, ἔμβαλε καινῶς, ἤτοι ἀπὸ τοῦ νῦν, χάρισμα εὐθύτητος, εὔθυνον τὰς ἐγγινομένας μοι παρὰ τοῦ δαίμονος σκολιότητας· ἔγκατα δὲ λέγει τὰ ἐνδότερα μέρη ἑαυτοῦ. Φησὶ δὲ καὶ διὰ Ἰεζεκιὴλ ὁ Θεὸς πρὸς τοὺς ἐν Βαβυλῶνι, ὅτι *Δώσω αὐτοῖς καρδίαν καινὴν καὶ πνεῦμα καινόν*, τουτέστιν, Ἀνακαινίσω ἀσθενήσασαν καὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν καὶ τὴν προθυμίαν.

[98] Ezech. xi, 5. [99] Isa. xxix, 13. [1] I Reg. xiii, 14. [2] Ezech. xi, 19.

Μὴ ἀποῤῥίψῃς με ἀπὸ τοῦ προσώπου σου. Ὡς A γενόμενον ἀνάξιον τῆς ἐπισκοπῆς σου.

Καὶ τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ. Τὸ χάρισμα λέγει τῆς προφητείας, μὴ ἀνθ' ὧν ἥμαρτον, ἀφέλῃς τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ.

Ἀπόδος μοι τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου σου. Τὴν χαρὰν, ἣν εἶχον ἀπὸ τοῦ σώζεσθαι διὰ σοῦ· ὅρα δὲ ὅπως ὃ μὲν οὐκ ἀπώλεσεν, μὴ ἀφαιρεθῆναι παρακαλεῖ· ὃ δὲ ἀφῃρέθη, τοῦτο ἀποδοθῆναι αὐτῷ δέεται· πρὸ γὰρ τῆς ἁμαρτίας ἔχαιρε, Σωτῆρα τοῦτον ἔχων.

Καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ στήριξόν με. Καὶ στερέωσόν με χαρίσματι κυριευτικῷ τῶν παθῶν, καὶ ὁδηγοῦντι πρὸς τὰ κρείττονα· χάρισμα δὲ εὐθύτητος B καὶ χάρισμα ἡγεμονικὸν εἶεν ἂν αἱ παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τῇ ψυχῇ διάφοροι ἐγγινόμεναι δυνάμεις.

Διδάξω ἀνόμους τὰς ὁδούς σου, καὶ ἀσεβεῖς ἐπὶ σὲ ἐπιστρέψουσι. Καὶ τοῦτο προφητεία τοῦ μέλλοντος· τοῦ γὰρ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος εἰς τὰ ἄνομα ἔθνη διαδραμόντος, ἡ βίβλος τῶν Ψαλμῶν τοῦ Δαβὶδ ἀεὶ διδάσκαλος αὐτοῖς τῶν ἀρετῶν γίνεται.

Ῥῦσαί με ἐξ αἱμάτων, ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου. Ἱστορικῶς μὲν αἵματα καλεῖ τοὺς ἀδίκους φόνους, τὸν Οὐρίου φόνον· ἀναγωγικῶς δὲ, αἵματα λέγονται καὶ οἱ δαίμονες, ὡς αἵμασι χαίροντες καὶ ἐγκαλινδούμενοι, ἀνθρώπων ἀναιρουμένων, καὶ ζώων ἄλλων θυομένων. C *Ὁ Θεὸς δὲ τῆς σωτηρίας μου*, ἀντὶ τοῦ, Ὁ Σωτήρ μου, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν. Ὁ δὲ διπλασιασμὸς τὸ ἐγκάρδιον καὶ ἐπιτεταμένον τῆς δεήσεως ἐμφαίνει.

Ἀγαλλιάσεται ἡ γλῶσσά μου τῇ δικαιοσύνῃ σου. Χαρήσεται δὲ αὐτὴ ἡ γλῶσσά μου τῇ τῆς δικαιοσύνης σου ἀπαγγελίᾳ. Δικαιοσύνην δὲ λέγει νῦν τὴν παρὰ Θεοῦ δεδομένην αὐτῷ δικαίωσιν, εἴτουν ἐλευθερίαν τῆς ἁμαρτίας· δικαιοῦται γὰρ ὁ ἐλευθερούμενος. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, *τὴν δικαιοσύνην σου*, γράφουσιν· ἐφ' ὧν νοεῖται, ὅτι Ἀγαλλίασιν ποιήσεται ἡ γλῶσσά μου αὐτὴν τὴν παρὰ σοῦ δικαίωσιν, εἴτουν ἐλευθερίαν τῆς ἁμαρτίας, διὰ ταύτην σκιρτῶσα πρὸς ὑμνολογίαν. D

Κύριε, τὰ χείλη μου ἀνοίξεις, καὶ τὸ στόμα μου ἀναγγελεῖ τὴν αἴνεσίν σου. Μαθὼν διὰ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος, οἶδα ὅτι πάλιν ἀνοίξεις πρὸς ὑμνολογίαν σου, καθὼς καὶ πρὸ τῆς ἁμαρτίας, τὰ κεκλεισμένα νῦν ὑπὸ τῆς καταγνώσεως χείλη μου.

Ὅτι εἰ ἠθέλησας θυσίαν, ἔδωκα ἄν, ὁλοκαυτώματα οὐκ εὐδοκήσεις. Ὅρα πάλιν τὰς νομικὰς καὶ ἀλόγους θυσίας ἀποδοκιμαζομένας. Εἰ ἤθελες, φησὶν, ἔδωκα ἄν· ἀλλ' οὐδὲ ὁλοκαυτώματι ἀποδέξῃ· τὰ γὰρ ὁλοκαυτώματα τιμιώτερα τῶν ἄλλων ἦσαν. Ὥστε ὁ Δαβὶδ εἰ καὶ μετὰ ταῦτα ἔθυεν, ἀλλ' ἀπροαιρέτως

VERS. 13. *Ne projicias me a facie tua.* Quasi tua indignum custodia.

Et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Non auferas a me, inquit, prophetiæ donum, ob scelera, quæ commisi.

VERS. 14. *Redde mihi exsultationem salutaris tui.* Gaudium quod habebam, quia a te fueram conservatus. Et considera quomodo his duobus versiculis, et non auferri, rogat, quod nunquam amiserat, et reddi postulat, quod jam fuerat ablatum; ante commissa enim crimina in summa degebat lætitia, quod tantum fuisset Salvatorem consecutus.

Et spiritu principali confirma me. Robora me, inquit, gratia illa spirituali, quæ animi perturbationibus imperat, et dirigit ad meliora. Per hoc autem principale spiritualis direction's donum variæ possunt intelligi virtutes, quæ animabus nostris a sancto Spiritu tribuuntur.

VERS. 15. *Docebo iniquos vias tuas, et impii ad te convertentur.* Hæc est etiam futurorum prophetia, quæ jam adimpleta est; quippe cum, simul ac Evangelii prædicatio cœpit in gentibus seminari, Davidici statim psalmi præcipui doctoris vicem eis præstiterint ad parandas virtutes.

VERS. 16. *Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meæ.* Juxta historiæ sensum per sanguines iniquam cædem intelligit, memoria nimirum repetens se Uriam occidisse. Juxta anagogen vero dæmones, qui sanguine gaudent tam occisorum hominum, quam immolatorum animalium, non immerito sanguines dici possunt. Et quod ait: *Deus salutis meæ*, sæpe diximus idem esse quod, Deus Salvator meus. Illa autem repetitio: *Deus Deus*, vehemens cordis indicat desiderium.

Exsultabit lingua mea justitia tua. Ipsa etiam lingua mea, inquit, annuntiatione lætabitur justitiæ tuæ. Per justitiam autem hoc in loco justificationem intelligit sibi a Deo concessam, hoc est, liberationem a peccato. Quædam vero exemplaria habent: *justitiam tuam*; et tunc sensus est, quod Lingua mea exsultationem sibi faciet eam justificationem quæ a te mihi est præstita, exsultans nimirum et subsiliens propter eam ad hymnos et laudes tibi decantandas.

VERS. 17. *Domine, labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam.* Præmonitus ego, inquit, a sancto Spiritu, novi, quod tu iterum aperies labia mea ad hymnos et laudes tibi concinendas, non secus atque aperta erant ante commissa a me delicta. Nam in præsentia ob condemnationem tuam occlusa sunt.

VERS. 18. *Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique, holocaustis non delectaberis.* Vide rursus brutorum sacrificia, quæ a lege imperabantur, reprobari. Si voluisses ea, inquit, dedissem sane; verum tu holocausta non suscipis, tametsi ea sint omnibus aliis sacrificiis honora-

tiora. Quod si quis objiciat, beatum David post hujusmodi verba Deo sæpius sacrificasse, illud animadvertendum ducimus, quod non ex proposito, neque ex propria voluntate id agebat, sed legis reverentia, et quia novi sacrificii dies nondum venerat.

VERS. 19. *Sacrificium Deo spiritus contritus.* Anima, inquit, quæ humilitate ac demissione quadam voluntaria contrita fuerit, gratum atque acceptabile Deo sacrificium reddit.

Cor contritum et humiliatum Deus non despiciet. Sæpenumero, ut diximus, Scriptura per cor animam intelligit, eo quod animæ sedes sit, et in eo potissimum diversetur: atque ideo ubi cor patitur, anima statim a toto evolat corpore. *Non despiciet* autem pro, *non avertet*, hoc est, suum ab eo non dimovebit aspectum.

VERS. 20. *Benefac, Domine, in bona voluntate tua Sion.* Supplicat hoc in loco pro reædificatione Jerusalem, quæ futura erat post reditum e Babylone. [Quædam vero exemplaria non in accusativo casu, sed in dativo habent dictionem, *Sion:* quod ex lectione Græca melius percipitur propter articulum, juxta quem et nos commodissime legere possumus primam litteram: *Benefac ipsam Sion*, vel in dativo: *Benefac ipsi Sion*: et tunc expone] *Benefac*, pro, Bona facito. Aliud enim est hoc ab illo; juxta quod alibi legimus: *Benefac, Domine, bonis et rectis corde. In bona* autem *voluntate tua*, hoc est, auxilio et ope tua.

Et ædificentur muri Jerusalem. Optantis sermo est, tametsi ex Græca lectione imperativi modi esse videatur.

VERS. 21. *Tunc acceptabis sacrificium justitiæ.* Tunc, inquit, justum suscipies sacrificium. In alio enim nunc quam in Jerusalem sacrificia tibi non rite offeruntur, cum lex in ea tantum sacrificari posse mandaverit.

Oblationem et holocausta: Per oblationem ea intelligit sacrificia, quorum pars aliqua tantum offerebatur: per holocausta autem, ea quæ integra incendebantur.

Tunc imponent super altare tuum vitulos. Hæc quidem juxta historiæ sensum dicta sunt, juxta anagogen vero ea prædicit Propheta, quæ ad Ecclesiam fidelium et ad evangelicum sacrificium pertinent. Et per bonam voluntatem Salvatoris incarnationem intelligit, veluti bonum quoddam propositum: et per Sion, Christianorum conversationem; per muros item Jerusalem, episcopos et doctores. Et tunc, inquit, accipies sacrificium justitiæ, hoc est, sacrificium universæ virtutis; et oblationem, hoc est, sanctos confessores; et holocausta, hoc est, sanctos martyres. [Illi enim oblationibus, isti vero holocaustis merito comparari possunt, cum utrique Deo oblati ac sanctificati sint; et confessores quidem ex parte se Deo obtulisse videntur, propter asseverationem fidei, martyres autem ex integro, cum et animum pariter, et ipsum corpus in totum Deo devoverint. Vel, per oblationes, membrorum extremitates intellige, de confessorum corpore detruncatas; per holocausta vero, integra martyrum incendia, aut cædes. Vel aliter: Oblatio virtutem quidem significat, sed ex parte diminu-

A ἐποίει τοῦτο διὰ τὸν νόμον, καὶ ὅτι οὔπω τῆς καινῆς θυσίας ὁ καιρὸς ἐληλύθει.

Θυσία τῷ Θεῷ, πνεῦμα συντετριμμένον. Εὐπρόσδεκτος θυσία τῷ Θεῷ, ψυχὴ συντετριμμένη ἐξ ἑκουσίου ταπεινώσεως.

Καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει. Καρδίαν τὴν ψυχὴν πολλάκις ἡ Γραφὴ καλεῖ, διὰ τὸ καὶ τὴν καρδίαν ἄγαν ἔχεσθαι τῆς ψυχῆς, καὶ τὴν ψυχὴν ἄγαν ἐμπεφυκέναι τῇ καρδίᾳ. Ὅθεν καὶ παθούσης τῆς καρδίας, ἡ ψυχὴ ἀφίπταται ἀπὸ τοῦ σώματος ὅλου. Ἐξουδένωσιν

B δὲ λέγει τὴν ἀποστροφήν.

Ἀγάθυνον, Κύριε, ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου τὴν Σιών. Ἐνταῦθα παρακαλεῖ περὶ τῆς μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον ἀνοικοδομῆς τῆς Ἱερουσαλήμ· τὸ δὲ, *ἀγάθυνον*, ἀντὶ τοῦ, ἀγαθοποίησον· ἕτερον γὰρ παρ' ἐκεῖνο τοῦτο, ὡς τό· *Ἀγάθυνον, Κύριε, τοῖς ἀγαθοῖς. Ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου* δὲ, τουτέστι, τῇ συνεργείᾳ σου

Καὶ οἰκοδομηθήτω τὰ τείχη Ἱερουσαλήμ. Τὸ, Οἰκοδομηθήτω, παρακλητικόν ἐστιν, εἰ καὶ προστακτικὸν φαίνεται.

Τότε εὐδοκήσεις θυσίαν δικαιοσύνης. Τότε ἀπο-

C δέξῃ θυσίαν δικαίαν· ἐν ἑτέρῳ γὰρ τόπῳ οὐκ ἔστι δικαίως θύειν· ἐν μόνῃ γὰρ τῇ Ἱερουσαλὴμ θύειν ὁ νόμος ἐπέτρεψεν.

Ἀναφορὰν καὶ ὁλοκαυτώματα. Ἀναφορὰν μὲν λέγει τὰ ἀφαιρήματα, τὰ ἐκ μέρους προσφερόμενα· ὁλοκαυτώματα δὲ, τὰ καθ' ὁλοκληρίαν καιόμενα.

Τότε ἀνοίσουσιν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριόν σου μόσχους. Ταῦτα μὲν, καθ' ἱστορίαν· ἀναγωγικῶς δὲ, περὶ τῆς Ἐκκλησίας τῶν πιστῶν καὶ τῆς εὐαγγελικῆς θυσίας προφητεύει· εὐδοκίαν μὲν λέγων τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Σωτῆρος, ὡς ἀγαθὴν βούλησιν· Σιὼν δὲ, τὴν πολιτείαν τῶν Χριστιανῶν· τείχη δὲ αὐτῆς, τοὺς ἐπισκόπους καὶ διδασκάλους· τότε δὲ ἀποδέξεται καὶ θυσίαν δικαιοσύνης, ἤγουν ἀρετῆς·

D καὶ ἀναφορὰν μὲν, τὰς διὰ Χριστὸν ἐκ μέρους καύσεις τῶν ὁμολογητῶν· ὁλοκαυτώματα δὲ, τὰς καθ' ὁλόκληρον τῶν μαρτύρων. Ἢ τὸ μὲν, τοὺς διὰ ξίφους ἀκρωτηριασμοὺς τῶν ὁμολογητῶν· τὸ δὲ, τὰς τῶν μαρτύρων σφαγάς. Ἢ τὸ μὲν, τὴν ἐκ μέρους ἀρετήν, ὡς τὴν ἐν γάμῳ, ἢ ἄλλῳ βιωτικῷ σχήματι· τὸ δὲ, τὴν τελείαν, ὡς τὴν ἐν ἀγαμίᾳ, ἢ ἐν μοναδικῇ πολιτείᾳ. Μόσχοι δὲ, οἱ πιστοὶ τῇ χορηγίᾳ τῶν ἀρετῶν, καὶ πίονες τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, καὶ κερατίζοντες τὸν διάβολον, καθόλου πάντες οἱ τέλειοι πράξει καὶ λόγῳ, οἳ καὶ εἰς τὸ ἐπουράνιον ἀνάγονται θυσιαστήριον, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ. Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι πολλοὶ πολλάκις τὴν διάθεσιν τοῦ μέλλοντος χρόνου ἀντὶ εὐκτικοῦ παραλαμβάνουσιν, ἰδίωμα καὶ τοῦτο τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου λέγοντες,

ὡς τὸ, Ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ, καὶ καθαρισθήσομαι· πλυνεῖς με, καὶ ὑπὲρ χιόνα λευκανθήσομαι, καὶ ὅσα τοιαῦτα.

A tam: veluti si quis in conjugali, aut alio mundanæ vitæ statu virtutem præseferat; holocaustum vero perfectam virtutem, veluti si quis in virginitate, aut monastica degat conversatione. Per vitulos etiam eos intellige, qui virtutum ministerio pasti ac cibati sunt, et effecti pingues gratia sancti Spiritus, qui dæmones, fortium vitulorum instar, cornu petunt: et denique eos omnes, qui actione et sermone perfecti sunt, qui etiam ad cœleste adducuntur altare in odorem suavitatis [a]. Illud autem scire oportet, quod multi sæpenumero futurum tempus indicativi accipiunt pro optativo, idioma id esse dicentes Hebraicæ linguæ, ut illud: *Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor, lavabis me*, etc. pro eo quod est, Utinam me aspergas, atque utinam laves, et alia hujusmodi.

ΨΑΛΜΟΣ ΝΑ'.

Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς συνέσεως τῷ Δαβὶδ, ἐν τῷ ἐλθεῖν Δωὴκ τὸν Ἰδουμαῖον, καὶ ἀναγγεῖλαι τῷ Σαοὺλ, καὶ εἰπεῖν αὐτῷ· Ἦλθε Δαβὶδ εἰς τὸν οἶκον Ἀβιμέλεχ.

Φεύγων ὁ Δαβὶδ τὸν Σαοὺλ, ἐπείνασεν· καὶ ἀπελθὼν πρὸς Νομβὰν τὴν πόλιν τῶν ἱερέων πρὸς Ἀβιμέλεχ τὸν ἀρχιερέα, ἐποίησεν ὅσα ἐν ἐπιγραφῇ τοῦ λγ' ψαλμοῦ ἐξηγησάμεθα. Τοῦτο ἰδὼν Δωὴκ, ὁ τῶν βασιλικῶν ἡμιόνων ἐπιμελητής, κατεμήνυσεν τῷ Σαοὺλ· καὶ κατὰ τοῦ Ἀβιμέλεχ ἐξέμηνε τοσοῦτον, ὡς ἀγαγεῖν μὲν καὶ ἀνελεῖν διὰ τοῦ Δωὴκ τοὺς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα ἱερεῖς· κατασφάξαι δὲ καὶ πᾶσαν ἡλικίαν τῆς πόλεως, καὶ πανωλεθρίᾳ ταύτην διαφθεῖραι. Ὁ μαθὼν ὁ Δαβὶδ, ἔγραψε τὸν παρόντα ψαλμὸν, εἰς ὑπομονὴν τῶν ἀδικουμένων. *Εἰς τέλος* δὲ ἐπιγέγραπται, παρεγγυῶν εἰς τὸ τέλος τῶν ἀδικούντων ἀποβλέπειν, καὶ μακροθυμεῖν. *Συνέσεως* δὲ, ὅτι συνέσεως δεῖ τῷ ἀδικουμένῳ πρὸς ὑπομονήν.

PSALMUS LI.

In finem psalmus intelligentiæ ipsi David, quando venit Doeg Idumæus, et annuntiavit ipsi Saul; et dixit, Venit David in domum Achimelech (82).

B Cum fugeret Saulem beatus David, atque [ut accidit] esuriret, profectus est Nombam civitatem sacerdotum, ad Achimelech pontificem, ubi [et panes propositionis comedit, et alia] egit, quæ supra commemoravimus in expositione psalmi XXXIII. Hunc cum vidisset Doec, regiorum mulorum præfectus, omnia Sauli renuntiavit. Qui hoc audito, adeo furere ac sævire cœpit adversus Achimelech, ut centum et quinquaginta sacerdotes ad se adduci jusserit, et occidi a Doec, et in cujusque ætatis homines in ea civitate sæviri. Quod cum rescisset beatus David, conscripsit hunc psalmum, ad eos consolandos, qui injuria affecti fuerant. *In finem* inscribitur, quia ad eorum finem illos jubet aspicere, qui injuriam intulerunt, atque interim patienter ferre, ac longanimem esse. *Intelligentiæ* autem, seu [juxta aliam Græcæ dictionis συνέσεως significationem] *prudentiæ*, ideo dixit, quoniam iis, qui injuria affecti fuerant, multa opus erat prudentia atque intellectu, ut patienti animo illatas ferrent injurias (83).

Τί ἐγκαυχᾷ ἐν κακίᾳ, ὁ δυνατός; Πρὸς τὸν Δωὴκ ὁ λόγος, ὃν ἔδει μάλιστα ἐγκαλύπτεσθαι ἐπὶ τῇ κακίᾳ. Κακίαν δὲ λέγει τὴν πονηρίαν καθόλου· δυνατὸν δὲ αὐτὸν εἶπε, διὰ τὴν πρὸς τὸν Σαοὺλ οἰκείωσιν· ἢ δυνατὸν, εἰς τὸ κακῶσαι.

C VERS. 3. *Quid gloriaris in malitia, potens?* Sermo est ad Doec, quem oportuerat potius malitiam suam obtegere, quam de ea gloriari. Per malitiam autem omnem in universum pravitatem intelligit. Potentem vero eum appellavit, ob familiaritatem atque amicitiam, quam habebat cum Saule; vel potentem in lædendo ac maligne agendo.

Ἀνομίαν ὅλην τὴν ἡμέραν, ἀδικίαν ἐλογίσατο ἡ γλῶσσά σου. Τὸ, *ἐλογίσατο*, *ἐφθέγξατο* εἶπεν ὁ Θεοδοτίων· τὸ *ὅλην τὴν ἡμέραν*, *καθ' ἑκάστην ἡμέραν* εἶπεν ὁ Σύμμαχος. Ἔστι δὲ ἡ σύνταξις οὕτως· Ἀεὶ ἐφθέγξατο ἡ γλῶσσά σου ἀνομίαν, ἀδικίαν, ἀσυνδέτως, ἤγουν, ἄνομα καὶ ἄδικα. Διασύρει δὲ ὅλον τὸν βίον αὐτοῦ, ὡς πάντη διεφθαρμένον· οὐ γὰρ ἂν τοιαύτην πόλιν ἀπώλεσεν, εἰ μὴ παντάπασιν ἀνίατος ἦν.

VERS. 4. *Iniquitatem tota die, injustitiam cogitavit lingua tua.* Pro *cogitavit*, Theodotio reddidit, *locuta est*. Quod vero ait, *tota die*, Symmachus dixit: *per singulos dies*. Ordo est: Lingua tua semper locuta est iniquitatem, injustitiam, sine copula, pro eo, quod est, iniqua et injusta. Exprobrare autem Propheta videtur illius vitam ac conversationem prorsus perditam. Neque enim
D hujusmodi civitatem aliquando vastasset, si non perditis prorsus fuisset moribus.

Ὡσεὶ ξυρὸν ἠκονημένον ἐποίησας δόλον. Δόλον ἐνταῦθα τὴν διαβολὴν καλεῖ, ἣν παρεσκεύασεν οὕτω δραστήριον, ὡς δίκην ξυροῦ ἐκθερίσαι τὴν πόλιν

Quasi novacula acuta fecisti dolum. Dolum hic calumniam appellat, quam adeo potentem paraverat Doec, ut sacerdotum civitatem instar novaculæ

[a] Levit. IV 31.

Variæ lectiones.

(82) Græce Ἀβιμέλεχ, *Abimelech*, ut habetur apud LXX, I. Reg. 21.

(83) Græcorum verborum sensus est: *Prudentia autem opus est ei, qui injuria afficiatur, ad tolerantiam.*

deraserit, cum Sauli detulisset, Achimelech sacerdotem favere partibus David.

Vers. 5. *Dilexisti malitiam super bonitatem, injustitiam magis quam loqui justitiam.* Malum potius quam bonum semper amasti, et injusta facere potius quam justa.

Vers. 6. *Dilexisti omnia verba demersionis lingua dolosa.* Omnia verba demersionis, quæ perimere ac delere homines solent, in quos, veluti quidam unus fluctus, irruerint. Hæc enim omnia verba Doec *dilexit in lingua dolosa*, hoc est, in lingua moliente insidias. Aliqua vero exemplaria non in ablativo, sed in accusativo habent: *linguam dolosam*: et tunc divides versiculi verba, ut sit sensus: *Dilexisti etiam linguam dolosam.*

Vers. 7. *Propterea Deus destruet te in finem.* Nimirum veluti male ædificatum, tametsi ob delationem a te factam Sauli regi ad majorem ab illo honorem provectus sis. Quod si verbum, *destruat*, et alia, quæ sequuntur, intellexeris non optantis esse, sed exsecrantis, prophetiam continebunt futuræ perditionis ipsius Doec.

Evellat te. Veluti in ejus vinea male plantatum.

Et emigrare te faciat a tabernaculo tuo. Id est, animam tuam a corpore tuo. Vel emigrare te faciat a domo tua, et ab ea veluti mortuum efferri.

Et radicem tuam a terra viventium. Per radicem generationem ac stirpem ejus tam præteritam quam futuram intelligit. Radices enim Doec tam parentes dici possunt, quam liberi ac posteri; parentes quidem, quia eum produxere; filii vero ac posteri, quia radix sunt aliorum, qui ab eis generantur. Per radicem igitur tam ascendentes, quam descendentes, et omnem denique generationem significavit. Per terram autem viventium, et præsentem terram intelligit, quam vivi homines habitant, et cœlum, qui eorum locus est, qui semper vivunt.

Vers. 8. *Videbunt justi et timebunt.* Videbunt integram perditionem Doec. Unde inevitabilem pœnarum sententiam timentes, cautiores fient.

Et super eum ridebunt. Gaudebunt, inquit, cum eum tanti sceleris viderint pœnas dare; juxta quam sententiam alibi dictum est: *Lætabitur justus, cum viderit vindictam* [1]. Indifferens autem est hoc quoque loco constructio.

Vers. 9. *Et dicent, Ecce homo, qui non posuit Deum adjutorem sui.* Qui me injuria a rege affectum celare noluit, sed prodere: quam ob causam Deum sibi inimicum constituit, qui pro hominibus injuria affectis pugnare solet.

Sed speravit in multitudine divitiarum suarum. Verisimile est autem hunc Doec fuisse divitem, vel divitias non auri dici, aut argenti, sed malignitatis et vitiorum; quibus supra potentem eum esse dixit.

A τῶν Ἰουδαίων· διέβαλε γὰρ τοὺς περὶ τὸν Ἀβιμέλεχ, ὡς συνεργοὺς τοῦ Δαβίδ.

Ἠγάπησας κακίαν ὑπὲρ ἀγαθωσύνην, ἀδικίαν ὑπὲρ τοῦ λαλῆσαι δικαιοσύνην. Ἀεὶ τὸ κακὸν μᾶλλον, ἢ τὸ ἀγαθὸν ἠσπάσω, καὶ τὸ λέγειν ἄδικα μᾶλλον, ἢ τὸ λέγειν δίκαια.

Ἠγάπησας πάντα ῥήματα καταποντισμοῦ, γλώσσῃ δολίᾳ. Πάντα ῥήματα καταποντίζοντα καὶ ἀφανίζοντα τοὺς ἀνθρώπους, καθ' ὧν ἂν σχεθῶσιν, ὡς κύματα· ταῦτα δὲ ἠγάπησεν ἐν γλώσσῃ δολερᾷ, ἤγουν ἐπιβούλῳ. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, *γλῶσσαν δολίαν* γράφουσιν· ἐφ' ὧν ἀποδιαιρήσεις τὸ, *γλῶσσαν, δολίαν*, ἵν' (84), *Ἠγάπησας πάλιν γλῶσσαν δολίαν.*

B *Διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς καθελεῖ σε εἰς τέλος.* Ὡς κακῶς ᾠκοδομημένον, εἰ καὶ ὑψώθης ἐκ τῆς καταμηνύσεως. Εἰ δὲ μὴ εὐχτικὰ τὰ ῥήματα, ἀλλ' ἐν τύπῳ ἀρᾶς, προφητεῖαι τῆς τούτου πανωλεθρίας εἰσίν.

Ἐκτίλαι σε. Ὡς πονηρῶς πεφυτευμένον ἐν τῷ ἀμπελῶνι αὐτοῦ.

Καὶ μεταναστεύσαι σε ἀπὸ σκηνώματός σου. Τὴν ψυχήν σου ἀπὸ τοῦ σώματός σου· ἢ σὲ ὅλον, ἀπὸ τῆς οἰκίας σου νεκρὸν ἐκφερόμενον.

Καὶ τὸ ῥίζωμά σου ἐκ γῆς ζώντων. Καὶ τὸ γένος σου. Ῥίζα γὰρ τοῦ Δωὴκ καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, C καὶ ὁ παῖς· ὁ μὲν, ὡς τὸν Δωὴκ ἐκφύσας, ὁ δὲ, ὡς ῥίζα τοῦ ἑξῆς γένους ὑποληφθείς. Διὰ τῆς ῥίζης οὖν καὶ τοὺς ἀνιόντας, καὶ τοὺς κατιόντας, και συμπαν ἁπλῶς τὸ γένος ἐδήλωσεν. Γῆν δὲ ζώντων καὶ τὴν παροῦσαν λέγει, ἣν οἰκοῦσιν οἱ ζῶντες, καὶ τὸν ἐν οὐρανοῖς τόπον, τὸν ἀεὶ ζώντων

Ὄψονται δίκαιοι, καὶ φοβηθήσονται. Ὄψονται τὴν μέλλουσαν πανωλεθρίαν τοῦ Δωὴκ, καὶ φοβηθέντες τὴν ἄφυκτον δίκην, ἀσφαλέστεροι γενήσονται.

Καὶ ἐπ' αὐτὸν γελάσονται. Καὶ ἐπ' αὐτῷ δόντι δίκην χαρήσονται· *Εὐφρανθήσεται* γὰρ, φησὶ, *δίκαιος, ὅταν ἴδῃ ἐκδίκησιν.* Ἀδιάφορος δὲ κἀνταῦθα ἡ σύνταξις.

D *Καὶ ἐροῦσι· Ἰδοὺ ἄνθρωπος, ὃς οὐκ ἔθετο τὸν Θεὸν βοηθὸν αὐτοῦ.* Ἐν τῷ μὴ συγκαλύψαι τὸν ἠδικημένον, ἀλλὰ μᾶλλον προδοὺς αὐτὸν, ἐχθρὸν ἑαυτοῦ κατέστησε τὸν ὑπέρμαχον τῶν ἠδικημένων.

Ἀλλ' ἐπήλπισεν ἐπὶ τῷ πλήθει τοῦ πλούτου αὐτοῦ. Εἰκὸς γὰρ πλούσιον αὐτὸν εἶναι. Ἢ πλοῦτον λέγει τὴν κακίαν, ἐφ' ᾗ καὶ δυνατὸν αὐτὸν εἴρηκε.

[1] Psal. LVII, 11.

Variæ lectiones.

(84) Ἰσ. ἵν' ᾖ, *ut sensus sit.*

Καὶ ἐνεδυναμώθη ἐπὶ τῇ ματαιότητι αὐτοῦ. A Τὸν ῥηθέντα πλοῦτον ὠνόμασε ματαιότητα, ἐν τῷ κινδύνῳ αὐτοῦ μηδὲν ὠφελήσαντα.

Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ. Προφητεύει καὶ νῦν περὶ αὐτοῦ· ὅτι Ἐκεῖνοι μὲν, οὕτως ἐμμανῶς ἐπιβουλεύοντές μοι, καὶ πόλεις ἐξολοθρεύουσι, καὶ οὐδενὸς φείδονται· ἐγὼ δὲ φυλαχθήσομαι οὕτως, ὥσπερ ἐλαία κατάκαρπος, ἧ οὐ διεφθάρη καρπός. Φυλαχθήσομαι δὲ ἐν τῇ σκέπῃ τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐκείνη ἐν τῷ κήπῳ. Ἢ οἶκον Θεοῦ τὴν σκηνὴν λέγει, προαγορεύων, ὅτι νικήσας τὸν Σαοὺλ, ἕξει τὴν βασιλείαν, καὶ τὰς πόλεις, καὶ τὴν σκηνήν.

Ἤλπισα ἐπὶ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ, εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. B Ἤλπισα οὐκ ἐπὶ πλούτῳ, ἢ δυνάμει τινὶ, καθάπερ ἐκεῖνοι, ἀλλ' εἰς μόνον τὸ παρὰ σοῦ τοῦ Θεοῦ ἔλεος, ὃ δίδως αὐτὸ τοῖς ἀδικουμένοις· τὴν δὲ εἰς τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ ἐλπίδα καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι ἔχω, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, ὅτε τὸ τῶν ἔργων κριτήριον.

Ἐξομολογήσομαί σοι εἰς τὸν αἰῶνα, ὅτι ἐποίησας. Εὐχαριστῶ σοι, Κύριε, ἀεὶ, ὅτι ἐποίησας· προσυπακούεται δὲ τὸ, *ἐκδίκησιν*. Ἐνδιάθετος δὲ ἡ φωνὴ τοῦ *ἐποίησας*, ἀπὸ καρδίας ἐναποπεμπομένη· διὸ καὶ ἐλλείπει. Εἰώθασι γὰρ οἱ ἐκδικούμενοι προφέρειν ἐλλιπεῖς τοὺς λόγους, οἷα τῆς χαρᾶς ἐπικοπτούσης τὸ λοιπὸν, ὡς τὸ, *Εἶδον, καὶ ἔδωκας*· οἷον, Εἶδον ἐκδίκησιν, καὶ ἔδωκας δίκην· προέγνω γὰρ τὸν ὄλεθρον τῶν ἐπιβουλευόντων. C

Καὶ ὑπομενῶ τὸ ὄνομά σου. Καὶ περιμενῶ σε ἐκδικητήν. Κατὰ περίφρασιν δὲ ὁ λόγος, ὅτι καὶ ὑπὸ πολλῆς εὐλαβείας τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ πολλάκις ἀντὶ Θεοῦ λαμβάνει.

Ὅτι χρηστὸν ἐναντίον τῶν ὁσίων σου. Ὅτι ὠφέλιμον τοῦτο παρὰ τοῖς ἀφωσιωμένοις καὶ ἀνακειμένοις σοι· λέγοιτο δ' ἂν παρ' ἡμῶν ὁ ψαλμὸς καὶ κατὰ τοῦ δαίμονος, ἀνομοῦντος ἀεὶ καὶ δολιευομένου, καὶ μέχρι τοῦ *Μεταναστεῦσαί σε ἀπὸ σκηνώματός σου*, εὐχερῶς ἁρμόζουσι τὰ ῥητά· σκηνώματα δὲ νοήσεις τοῦ δαίμονος τὴν παρ' ἡμῖν προσεδρείαν· ῥίζωμα δὲ, τὴν ἑδραίωσιν τῆς προσεδρείας. Ὄψονται δὲ δίκαιοι τὴν τοῦ ἐχθροῦ ἧτταν, καὶ ἔτι φοβηθήσονται τὸν Θεὸν, τὸν βοηθοῦντα τοῖς D φοβουμένοις αὐτόν. Ἄνθρωπον δὲ ἐνταῦθα τὸν διάβολον ὑποληψόμεθα, ὡς καὶ ἐν τῷ α' στίχῳ τοῦ πεντηκοστοῦ πέμπτου ψαλμοῦ παραδοθήσεται· καὶ τὰ ἑξῆς δὲ ῥητὰ προσφυῶς δεξόμεθα.

Et prævaluit in vanitate sua. Quod paulo ante divitias, nunc vanitatem appellat, veluti quæ illi in periculis minime erant profuturæ.

VERS. 10. *Ego autem quasi oliva fructifera in domo Dei.* Prædicit ea, quæ ad se pertinent. Illi, inquit, adeo insane adversum me insidias disponunt, civitates perdunt, nemini parcunt; ego vero integer atque innocuus conservabor, veluti oliva fructifera, cujus fructus non periit; conservabor autem in protectione et custodia Dei, non secus atque oliva in pingui horto conservetur. Vel per domum Dei, tabernaculum intelligit, et prædicit, quod devicto Saule, et regnum ipse consecuturus sit, et civitatem et tabernaculum.

Speravi in misericordia Dei in sæculum, et in sæculum sæculi. Non speravi ego in divitiis, aut in robore, ut illi, sed in tua tantum misericordia, quam iis præstas, qui injuriam patiuntur: sane autem spem habeo, tam in præsenti sæculo, quam in futuro, cum omnes Deus actiones nostras dijudicaturus sit.

VERS. 11. *Confitebor tibi in sæculum, quia fecisti.* Gratias tibi agam semper, Domine, quia fecisti, subintellige vindictam: hujusmodi autem vox ab intimo videtur mihi Prophetæ corde emissa, atque ideo deficere. Solent enim ii qui ulciscuntur, defectiva quædam verba proferre, veluti præ gaudio reliqua in eis verba intercidantur, ut illud: *Viderunt oculi nostri* (85). Subintelligitur enim vindictam, vel quid simile. Prævidebat enim Propheta insidiatorum atque hostium suorum interitum.

Et exspectabo nomen tuum. Hoc est, exspectabo te ultorem. Est enim circumlocutio. Vel præ multa reverentia nomen Dei pro ipso accipit Deo.

Quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum. Quoniam, inquit, hoc utilissimum est, apud eos qui tibi sanctificati ac dicati sunt. Efferri etiam potest hic psalmus a quolibet fideli adversus dæmonem, veluti adversus eum qui iniqua assidue operatur et dolosa, et usque ad illa verba: *Et emigrare te faciat de tabernaculo tuo*, facile omnia congruunt huic sensui. Per tabernaculum autem principatum dæmonis intellige, quem in humanum habebat genus, et per radicem, hujus principatus stabilitatem. Videbunt autem justi omnes, inimici nostri dæmonis depressionem: et tunc magis timebunt Dominum, qui opem ferre solet timentibus se. Per hominem etiam hoc in loco dæmonem intelligit, quemadmodum et alibi dicemus in psalmo LV; et quæ sequuntur omnia ad hunc sensum exponi possunt.

ΨΑΛΜΟΣ ΝΒ'.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ Μαελὲθ, συνέσεως τῷ Δαβίδ.

Οὗτος ὁ ψαλμὸς ταὐτόν ἐστι τῷ ιγ', δύο στίχους μόνον πλείονας ἔχων παρ' ἐκεῖνον, οὓς καὶ διερμηνεύσομεν. Τὴν ἄλλην γὰρ πᾶσαν αὐτοῦ ἐξήγησιν ἐν

PSALMUS LII.

In finem pro Maeleth intelligentiæ ipsi David.

Hic psalmus idem est cum psalmo XIII duobus tantum versiculis exceptis, qui in hoc psalmo amplius habentur quam in illo; eos tantum hic inter-

Variæ lectiones.

(85) Græcorum verborum sensus est: *Vidi et dedisti, hoc est, Vidi ultionem, et dedisti pœnam.*

pretabimur. Nam aliorum expositionem illic tradidimus. Hi autem versiculi ea ratione amplius hic habentur, ne videri posset idem psalmus superfluus esse, dum bis ponitur (87). Præterea ut doceret nos Propheta, quod sensu differunt, tametsi verborum prolatione iidem esse videantur. Ille etenim insaniam ac furorem carpit, quo Sennacherib et Rhapsaces adversus Ezechiam regem ferebantur, hic vero Judæorum rabiem contra Christum. Quod si aliter se haberet, procul dubio hujusmodi superfluitas neque interpretes neque ipsos etiam Judæos latuisset. Verum excusationem nullam habent Judæi, tametsi sponte sua cæcutiant. Aliam enim ac diversam prorsus inscriptionem uterque eorum sortitus est. Præsens itaque inscriptio ad finem nos jubet inspicere propter prophetias, quæ hic adversus Judæos prædicuntur: veluti monens lectorem ut illarum finem animadvertat. Quod vero ait: *pro Maeleth*, idem sibi vult, ac si dixisset, De chorea. Christianis etenim, cum legitur hic psalmus, exsultandum ac chorea quodammodo utendum est, propter finem atque eventum rerum, quæ in eo prædictæ sunt. *Exsultabit*, inquit, *Jacob*, et *lætabitur Israel*. Israelis enim populus pro populo accipitur Christiano, ut diximus in psalmo xiii. *Intelligentiæ* etiam ideo inscriptus est, quia multa lectori opus est intelligentia in his discernendis. Nam licet verborum prolatione eadem esse videantur, quæ in hoc, et quæ in xiii habentur psalmo, sensu tamen differentias habent, mysterio refertas. Sed illos jam versiculos exponamus, quos amplius hic haberi diximus.

Quemadmodum conjunctim positos vidimus eos psalmos, quibus inscriptum est *intelligentiæ*, ita etiam conjuncti habentur ii quibus inscribitur : *in tituli inscriptionem*, quorum præsens primus est qui ad populum pertinet Judaicum, quoniam captivus erat in Babylone, et elongatus fuerat a sanctis, hoc est, a templo atque ab omnibus sacris, quæ erant in Jerusalem, quam ob causam etiam *in finem* inscribitur, quia ad finem eorum tendebat, quæ in eo de populo prædicta fuerant. Nomine vero populi, omnes in universum intelligere possumus, qui ad tempus a sanctis hominibus elongati sunt, dum captivi sub peccati jugo detinentur. Et quod, ait, *Pro populo*, idem sibi vult ac si dixisset, Ex persona populi. Deinde secunda sequitur inscriptio : *Ipsi David in tituli inscriptionem*, etc., ita ut duplex etiam sit psalmi argumentum. Diximus in psalmo XLIII, quod beatus David fugiens Saulem, profectus est in Geth ad Achis Philistæorum regem, quodque cum suspicio orta esset, eum esse David, qui Goliam occiderat, et periclitari cœpisset, insaniam finxit : quodque, quasi comitili morbo laboraret, dimissus est, et præter opinionem servatus. Eo igitur tempore, hunc psalmum præsentibus suis tunc, et futuris populi afflictionibus accommodatum conscripsit. Cupiens præterea tam amplum Dei in se beneficium perpetuo prædicari debere, ea psalmo, quæ vidimus, verba præposuit : *In tituli*, seu potius in statuæ, aut columnæ *inscriptionem* [quemadmodum per Græcam dictionem στηλογραφίαν verius alibi diximus significari]; ac si diceret : In sempiternam hujus facti memoriam. Hunc autem loquendi modum sumptum putamus, ex metaphora eorum, qui lapideis, aut æneis columnis verba quædam inscribebant, in æternum posteris monumentum.

ΨΑΛΜΟΣ ΝΕ'.

Ὥσπερ οἱ ψαλμοὶ ὅσοις ἐπεγέγραπτο *συνέσεως*, ἐχόμενα ἀλλήλων ἐτέθησαν, οὕτω καὶ οἱ ἐπιγεγραμμένοι τὸ, *Εἰς στηλογραφίαν*, ὧν ὁ παρὼν πρῶτος. Λαὸν δὲ λέγει τὸν Ἰουδαϊκὸν, ὃς δορυάλωτος παρὰ Βαβυλωνίοις δουλεύων, μεμακρυμμένος ἦν ἀπὸ τῶν ἁγίων, εἴτουν ἀπὸ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ναοῦ. Διὸ καὶ *Εἰς τέλος* ἐπιγέγραπται, ὡς εἰς τέλος ἐπιγόμενος τῶν ἐν τούτῳ περὶ τοῦ λαοῦ προφητευθέντων. Νοεῖται δὲ λαὸς, καὶ πάντες ἁπλῶς οἱ πρὸς καιρὸν μεμακρυμμένοι ἀπὸ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν, διὰ τὸ αἰχμαλωτισθῆναι ταῖς ἁμαρτίαις. C *Ὑπὲρ τοῦ λαοῦ* δὲ, ἀντὶ Τοῦ προσώπου τοῦ λαοῦ. Εἶτα καὶ δευτέρα πρόσκειται ἐπιγραφή· *Τῷ Δαβὶδ εἰς στηλογραφίαν*, καὶ τὰ ἑξῆς· ὡς εἶναι διπλῆν τὴν ὑπόθεσιν τοῦ ψαλμοῦ. Προείρηται δὲ ἡμῖν ἐν τῷ λγ' ψαλμῷ, ὅτι φεύγων τὸν Σαοὺλ, ἀπῆλθεν εἰς Γὲθ πρὸς τὸν Ἀγχοὺς, καὶ ὑποπτευθεὶς ὅστις ἦν, κινδυνεύειν ἔμελλε. Εἶτα μανίαν ὑποκριθεὶς, ὡς ἐπίληπτος, ἀφείθη (1), καὶ διεσώθη παραδόξως. Τηνικαῦτα τοίνυν καὶ τοῦτον ἔγραψε τὸν ψαλμὸν, ἁρμόζοντα καὶ τοῖς τότε ἑαυτοῦ πάθεσι, καὶ τοῖς τοῦ λαοῦ μετέπειτα. Βουλόμενος δὲ ἀεὶ κηρύττεσθαι τὴν θείαν εὐεργεσίαν, ἐπέγραψε τὸ, *Εἰς στηλογραφίαν*, τουτέστιν, εἰς ἀνέκλειπτον γραφὴν, ἐκ μεταφορᾶς τῶν λιθίναις, ἢ χαλκαῖς στήλαις ἐγγραφόντων ῥήματά τινα D εἰς μνήμην διηνεκῆ.

VERS. 2. *Miserere mei, Deus, quoniam conculcavit me homo.* Conculcavit, expone, pro Contrivit.

Ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς, ὅτι κατεπάτησέ με ἄνθρωπος. Κατεπάτησεν, ἀντὶ τοῦ Συνέτριψεν. Ἀπὸ

Variæ lectiones.

(98) Al. ἐξουδένωσαν.
(99) Τῷ χρηστῷ, idem.

(1) Al. ἀφέθη.

μὲν τοῦ δορυαλώτου λαοῦ λεγόμενος ὁ λόγος, ἄνθρωπον καλεῖ τὸν Βαβυλώνιον βασιλέα· ἀπὸ δὲ τῶν ἐν ἁμαρτίαις, τὸν διάβολον· οὕτω γὰρ αὐτὸν πολλάκις ἡ Γραφὴ ὀνομάζει διὰ τὸ φιλήδονον αὐτοῦ, ὡς ἐπὶ τῆς παραβολῆς τῶν ζιζανίων ἐχθρὸν αὐτὸν ἄνθρωπον ἐκάλεσεν· ἀπὸ δὲ τοῦ Δαβὶδ, αἰνίττεται τὸν Σαούλ. Τὸ μέντοι *Κατεπάτησεν*, σημαίνει καὶ τὸ Κατεφρόνησεν, ὡς τό· *Ὁ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας.*

Ὅλην τὴν ἡμέραν πολεμῶν ἔθλιψέ με. Ὅλην τὴν ἡμέραν, ἀντὶ τοῦ, Καθ' ἡμέραν· *Πολεμῶν* δὲ, ἀντὶ τοῦ *Ἐπηρεάζειν ἐπιτιθέμενος.*

Κατεπάτησάν με οἱ ἐχθροί μου ὅλην τὴν ἡμέραν. Οἱ περὶ τὸν Βαβυλώνιον, ἢ αἱ περὶ τὸν δαίμονα ἀποστατικαὶ δυνάμεις, ἢ οἱ περὶ τὸν Σαούλ.

Ὅτι πολλοὶ οἱ πολεμοῦντές με ἀπὸ ὕψους. Ὕψος ἐνταῦθα, τὴν δυναστείαν λέγει, ἢ τὴν εὐστοχίαν· οἱ γὰρ ἀπὸ ὕψους ἄνωθεν βάλλοντες, τοὺς κάτω καὶ ταπεινότερον ἑστῶτας εὐστοχοῦσιν.

Ἡμέρας οὐ φοβηθήσομαι· ἐγὼ δὲ ἐλπιῶ ἐπὶ σέ. Ἡμέρας νῦν, τὰς εὐημερίας λέγει τῶν ἐχθρῶν· ἀνακτώμενος γὰρ ἑαυτὸν, καὶ τὴν ἀπαλλαγὴν προφητεύων, φησὶν ὅτι Οὐ φοβηθήσομαι τὰς τοιαύτας εὐημερίας.

Ἐν τῷ Θεῷ ἐπαινέσω τοὺς λόγους μου. Τὸ Ἐπαινέσω νῦν, ἀντὶ τοῦ Κοσμήσω παρείληπται. Καὶ ἐπαινετοὺς, φησὶ, ποιήσω τοὺς λόγους μου, ἐν τῷ περὶ Θεοῦ λέγειν. Μόνος γὰρ κοσμεῖται λόγος, ὁ μνημονεύων Θεοῦ. Ἢ ἐπειδὴ ἐκαυχήσατο εἰπὼν, *Ἡμέρας οὐ φοβηθήσομαι*, θεραπεύει τὸν λόγον, ὅτι *Ἐν τῷ Θεῷ ἐπαινέσω*, τουτέστιν Ὑψώσω, εἰς μεγαλοῤῥημοσύνην τοὺς λόγους μου.

Ἐπὶ τῷ Θεῷ ἤλπισα, οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι σάρξ. Σὰρξ, εἴτουν ἄνθρωπος ἐμπαθής.

Ὅλην τὴν ἡμέραν τοὺς λόγους μου ἐβδελύσσοντο. Κατεφρόνουν, εἴ τι καὶ εἶπον, ἅπαξ ἐμοῦ καταφρονήσαντες.

Κατ' ἐμοῦ πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτῶν εἰς κακόν. Εἰς τὸ κακῶσαί με.

Παροικήσουσι καὶ κατακρύψουσι. Παραμενοῦσι, καὶ κατακρύψουσί μοι ἐνέδραν καὶ παγίδας.

Αὐτοὶ τὴν πτέρναν μου φυλάξουσι. Τὴν πορείαν τοῦ βίου μου ἐπιτηρήσουσιν, ὥστε συσχεῖν με ταῖς παγίσιν· ἐμφαίνει δὲ διὰ τούτων τὰς ποικίλας αὐτῶν ἐπιβουλάς.

Καθάπερ ὑπέμειναν τὴν ψυχήν μου, ὑπὲρ τοῦ μηδενὸς ὤσεις αὐτούς. Ὥσπερ αὐτοὶ ἐνεδρεύοντες περιέμεινάν με, κατὰ περίφρασιν, οὕτω καὶ σὺ ὤσεις αὐτοὺς, εἴτουν, ἀπελάσεις· ἡ δὲ Ὑπὲρ πρόθεσις, ἀντὶ τῆς Ἀντὶ κεῖται νῦν. Οἷον, Ἀντ' οὐδενὸς ὤσεις αὐτοὺς, ὅ ἐστι, ῥᾳδίως, ὡς οὐδὲν ὄντας.

Ἐν ὀργῇ λαοὺς κατάξεις. Μόνον ὀργισθεὶς, πλήθη ὅλα κατάξεις, εἴτουν συντρίψεις.

[15] Matth. xv, 28. [16] Hebr. x, 29.

A Quod si sermo ex captivi populi persona proferatur, per hominem, Babyloniorum regem intellige; si vero ex peccatorum persona, diabolum, quem aliquando Scriptura sub hominis appellatione expressit, veluti in parabola zizaniorum. *Inimicus* enim, inquit, *homo hoc fecit* [15]. Postremo, si ex beati David persona legeris, per hominem Saulem intellige. Et tunc, quod ait, *conculcavit*, expone, pro, Sprevit; juxta quod alibi scriptum est: *Qui Filium Dei conculcavit* [16].

Tota die bellans afflixit me. Tota die dixit pro Quotidie. *Bellans*, autem, hoc est, lædens, seu impetum faciens.

Vers. 3. *Conculcaverunt me inimici mei tota die.* Sive Babylonios intelligas, sive diabolicas potesta-
B tes sive ipsum Saulem.

Quam multi bellantes adversum me ab alto. Per altitudinem hoc in loco potestatem ac vires intellige. Vel ideo dixit: *Alto*, quoniam qui ex alto pugnant certiori ictu feriunt eos qui inferius sunt.

Vers. 4. *Dies non timebo, ego autem sperabo in te, Domine.* Dies, hoc est, felicitatem ac prosperam fortunam. Consolans enim seipsum, liberationem suam prædicit, affirmans minime se inimicorum suorum prosperitates formidare.

Vers. 5. *In Deo laudabo sermones meos.* — *Laudabo* hic posuit pro Ornabo. Laudabiles, inquit, eos faciam in eo, dum loquuntur de Deo. Solus
C quippe ille sermo merito videri potest ornatus, qui Dei meminerit. Vel aliter: quia gloriatus fuerat beatus David, dicens: *Dies non timebo*, castigat nunc sermonem suum, dicens: *In Deo laudabo*, hoc est, Extollam, et magnificabo sermones meos.

In Deo speravi; non timebo quid faciat mihi caro. Carnem dicit, pro carnali homine, qui affectibus ac passionibus subjectus sit.

Vers. 6. *Tota die sermones meos abominabantur.* Hoc est, despiciebant, si quid nimirum ego dixissem. Id autem agebatur eo quod negligerent me.

Adversum me omnes cogitationes eorum in malum. Ut mihi mala inferrent, ut me affligerent.

Vers. 7. *Inhabitabunt et abscondent.* Assidebunt mihi; atque insidias et laqueos occulte dispo-
D nent.

Ipsi calcaneum meum observabunt. Iter, inquit, vitæ meæ investigabunt, ut suis me laqueis comprehendant: quibus verbis varias illorum indicat insidias.

Vers. 8. *Sicut sustinuerunt animam meam, pro nihilo impelles eos.* Quemadmodum illi, inquit, latentes in insidiis exspectaverunt me, ita et tu impelles eos, hoc est, expelles, et quod ait, *Pro nihilo*, idem est quod, De facili, tanquam nihil exsistentes.

In ira populos confringes. Tu iratus, victos exercitus, et innumerabilem populorum multitudinem conteres.

A *Deus, vitam meam annuntiavi tibi.* Conversationem tibi meam significavi, secundum quam jamdiu vivo.

Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo, quemadmodum, et in promissione tua. Tu vidisti, inquit, lacrymas meas, quemadmodum pollicitus olim es in promissione tua. Legem enim statuens, dixisti de omnibus qui injuriam patiuntur : *Clamabit ad me, et ego exaudiam eum, misericors enim sum* [17].

Convertentur inimici mei retrorsum. Hoc est, fugient. Prædicit enim, quod futurum erat. Secundum anagogen vero dicere possumus, quod quemadmodum dæmones præire nos solent, quoties nos superaverint et viam nobis ostendere quæ ducit ad perditionem : ita quoties a nobis victi fuerint, retro, post nos consequuntur oblatrantes. B

In quacunque die invocavero te, ecce cognovi quod tu Deus meus es. Quoties, inquit, ardenti te animo aliquando invocavero, statim cognovi, hoc est, cognosco, quod tu Deus meus es. Posuit enim tempus pro tempore. Sed quomodo cognosco ? dum scilicet exaudies.

VERS. 11. *In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonem.* Verbum *Laudabo*, eumdem hic sensum habet, quem superius diximus in versiculo : *In Deo laudabo sermones meos ;* et per verbum, breviorem orationem intelligit, per sermonem vero, longiorem.

In Deo speravi, non timebo quid faciat mihi homo. Ille nimirum homo, de quo in principio dixit : *Quoniam conculcavit me homo.* C

VERS. 12. *In me sunt, Deus, vota, quæ reddam laudationis tuæ.* In mea, inquit, memoria illæ laudationis tuæ promissiones sunt, quas me redditurum affirmo. Pollicitus enim fuerat beatus David, se Deum benefactorem suum laudaturum esse.

VERS. 13. *Quoniam eripuisti animam meam de morte.* Animam meam, hoc est, meipsum. Quod si animam vi sua significari velis intelligere, per mortem peccatum intellige, veluti quod primo omnium parenti mortis causa exstiterit.

Oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapsu. Per lapsum, aut præceps aliquod intellige, aut laqueum, et per pedes, hujus vitæ viam. D

Placebo coram Domino in lumine viventium. [Illud primo animadvertendum ducimus, quod Græca dictio εὐαρεστήσω non solum significat *placebo*, sed etiam *gratum faciam*]. Juxta quem sensum, Quæ Deo, inquit, grata sunt, faciam, donec lucem hanc video, quæ viventibus lucet. Nam post mortem nullum erit amplius gratificandi tempus. Et aliter, per viventium lucem, mandata Dei intelligit. *Præceptum enim Domini,* inquit, *lucidum illuminans oculos.* Item, *Lucerna pedibus meis verbum tuum;* vel, Gratus atque acceptus apparebo in æterna illorum luce, qui perpetuo victuri sunt.

Ὁ Θεὸς, τὴν ζωήν μου ἐξήγγειλά σοι. Τὴν πολιτείαν μου ἐφανέρωσά σοι, ἣν ἄρτι πολιτεύομαι.

Ἔθου τὰ δάκρυα ἐνώπιόν σου, ὡς καὶ ἐν τῇ ἐπαγγελίᾳ σου. Ἐπεῖδες τὰ δάκρυά μου, ὡς καὶ ἐν τῇ ἐπαγγελίᾳ σου ὑπέσχου. Νομοθετῶν γὰρ, ἐπηγγείλατο περὶ τοῦ ἀδικουμένου, ὅτι *Στενάξει πρός με, καὶ ἐπακούσομαι αὐτοῦ· ἐλεήμων γάρ εἰμι.*

Ἐπιστρέψουσιν οἱ ἐχθροί μου εἰς τὰ ὀπίσω. Ἀποστραφήσονται εἰς τὰ ὀπίσω, τουτέστι, φεύξονται· προφητεία δὲ τοῦτο. Ἀναγωγικῶς δὲ, κυριεύοντες μὲν ὑμῶν οἱ δαίμονες προηγοῦνται, ὑποδεικνύοντες ἡμῖν τὴν εἰς ἀπώλειαν φέρουσαν ὁδόν· ἡττώμενοι δὲ, ἕπονται καθυλακτοῦντες.

Ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλέσωμαί σε, ἰδοὺ ἔγνων ὅτι Θεός μου εἶ σύ. Ὅταν δὲ, φησὶν, ἐπικαλέσωμαι θερμῶς, εὐθὺς ἔγνων, ἀντὶ τοῦ Γινώσκω, ὅτι Θεός μου εἶ σύ· ἀντιχρονίᾳ. Πῶς δὲ γινώσκω; Πάντως ἐν τῷ εἰσακούεσθαι.

Ἐπὶ τῷ Θεῷ ἐπαινέσω ῥῆμα, ἐπὶ τῷ Κυρίῳ ἐπαινέσω λόγον. Τὸ *Ἐπαινέσω* κἀνταῦθα τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον εἴπομεν καὶ τὸ, *Ἐν τῷ Θεῷ ἐπαινέσω τοὺς λόγους μου.* *Ῥῆμα* μὲν οὖν λέγει, τὸν βραχὺν λόγον· *λόγον* δὲ, τὸν μείζονα.

Ἐπὶ τῷ Θεῷ ἤλπισα, οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος. Ὃν εἶπεν ἐν ἀρχῇ ἄνθρωπον, *Ὅτι κατεπάτησέν με ἄνθρωπος*, τοῦτον καὶ νῦν λέγει.

Ἐν ἐμοὶ, ὁ Θεὸς, εὐχαὶ, ἃς ἀποδώσω αἰνέσεώς σου. Ἐν τῇ μνήμῃ σου εἰσὶν αἱ ὑποσχέσεις τῆς αἰνέσεώς σου, ἃς ἀποδώσω· ὑπέσχετο γὰρ αἰνέσαι τὸν εὐεργέτην Θεόν.

Ὅτι ἐῤῥύσω τὴν ψυχήν μου ἐκ θανάτου. — *Τὴν ψυχήν μου*, ἀντὶ τοῦ Ἐμὲ, περιφραστικῶς. Εἰ δὲ καὶ τὴν ψυχὴν αὐτὴν θέλεις νοῆσαι, θάνατον καλέσεις τὴν ἁμαρτίαν, ὡς αἰτίαν θανάτου καταρχὰς γενομένην τῷ πρωτοπλάστῳ.

Τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀπὸ δακρύων, καὶ τοὺς πόδας μου ἀπὸ ὀλισθήματος. Ὀλίσθημα νόει μοι τὸν κρημνὸν, ἢ τὴν παγίδα· ὥσπερ καὶ πόδας, εἰ βούλει, τὴν πορείαν τοῦ βίου.

Εὐαρεστήσω ἐνώπιον Κυρίου, ἐν φωτὶ ζώντων. Εὐάρεστα πράξω, ἕως ἂν τὸ φῶς τοῦτο βλέπω, τὸ φαῖνον τοῖς ζῶσι. Μετὰ γὰρ θάνατον, εὐαρέστησις οὐκ ἔστι. Καὶ ἄλλως, φῶς ζώντων ἐστὶν αἱ ἐντολαὶ τοῦ Θεοῦ· *Ἡ ἐντολὴ* γὰρ, φησὶ, *Κυρίου τηλαυγὴς, φωτίζουσα ὀφθαλμούς*· καὶ, *Λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου*· ἢ, Εὐάρεστος ὀφθήσομαι ἐν τῷ αἰωνίῳ φωτὶ τῶν ἀεὶ ζώντων.

[17] Psal. xc, 15.

A *Εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρῃς, τῷ Δαβὶδ εἰς στηλογραφίαν, ἐν τῷ αὐτὸν ἀποδιδράσκειν ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ εἰς τὸ σπήλαιον.*

In finem ne corrumpas ipsi David in tituli inscriptionem cum fugeret a facie Saul in speluncam.

ΨΑΛΜΟΣ Ν϶'.

PSALMUS LVI.

Καὶ τὸ ἐν τῷ σπηλαίῳ τῆς ἐρήμου Γαδδὶ κίνδυνον παραδόξως διαφυγὼν, ὅτε ἐγκεκρυμμένου αὐτοῦ ἐπεισῆλθε Σαοὺλ, καὶ ἐνηυλίσατο, καθὼς προειρήκαμεν, τὸν ψαλμὸν τοῦτον συνέταξε, καὶ ὁμοίως δὲ τῷ πρὸ αὐτοῦ *Εἰς στηλογραφίαν* ἐπέγραψεν, δι' ἣν αἰτίαν εἰρήκαμεν· *Εἰς τὸ τέλος* δὲ οὗτος, ὡς ἐπειγόμενος εἰς τέλος τῶν ἐν τούτῳ περὶ τῆς Ἐκκλησίας τῶν ἐθνῶν προφητευθέντων· τὸ δὲ *Μὴ διαφθείρῃς*, ἰδίᾳ καὶ καθ' ἑαυτὸν ἀναγνωστέον· ἐν τῇ νυκτὶ γὰρ ἐκείνῃ κοιμωμένῳ τῷ Σαοὺλ ἐπελθὼν ξιφήρης, τοῦτο τὸ πρόσρημα κατεπᾴδων ἑαυτῷ συνεχέστερον, B κατέστειλε τὸν θυμὸν, καὶ οὐκ ἀνεῖλεν αὐτόν. Ὅθεν ἔγραψε καὶ τοῦτο· ἅμα μὲν, διδάσκων, πῶς αὐτὸς ἐκράτησεν τοῦ θυμοῦ· ἅμα δὲ, καὶ παραινῶν παντὶ μὴ διαφθείρειν τὴν ἀνεξικακίαν. Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι τοῦτον μὲν τὸν ψαλμὸν ἐξελθὼν ἀπὸ τοῦ σπηλαίου συνέγραψεν· τὸν δὲ ρμα' ἔτι ἐνὼν αὐτῷ καὶ ἀγωνιῶν, ὡς ἤδη συγκεκλεισμένος.

Psalmum hunc conscripsit beatus David, cum præter omnem spem periculum effugisset, quod sustinuerat in spelunca deserti Gad: quando scilicet ipso illic latitante, ingressus etiam eo est Saul, et pernoctavit, ut prædiximus. Inscribitur etiam hic ut proxime præcedens, *In tituli inscriptionem*, eadem nimirum ratione, quam ibi diximus. Item *in finem*, quia ad finem eorum tendebat, quæ de gentium Ecclesia in eo prædicuntur. Et quod legimus: *Ne corrumpas*, seu [ut aliter exponi potest Græca dictio] μὴ διαφθείρῃς, *ne perdas*, per se privatim legendum est. Ea enim nocte beatus David cum gladio ira commotus supra Saulem astabat: Verum hujusmodi verba crebro canens, furorem atque iram omnem repressit, et inimico parcens non interemit. Hujusmodi igitur verba etiam psalmo inscripsit, docens quomodo ipse iram superaverit, et admonens hoc pacto cæteros omnes ne corrumpant seu perdant, hoc est ne abigant patientiam. Illud scire oportet quod hunc psalmum conscripsit postquam de spelunca egressus est; centesimum vero et quadragesimum primum, cum adhuc in spelunca esset atque in angustiis, et quasi ab inimicis conclusus.

Ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς, ἐλέησόν με, ὅτι ἐπὶ σοὶ πέποιθεν ἡ ψυχή μου. Ὁ διπλασιασμὸς τοῦ *Ἐλέησόν με*, τὴν ἐπίτασιν ἐμφαίνει τῆς δεήσεως. Οὐ πέποιθα, φησὶ, ἐπ' ἄλλῳ τινὶ τῶν ἁπάντων, εἰ μὴ ἐπὶ C μόνῳ σοί. Διὸ ἐλέησόν με, τὸν οὕτω καταδιωκόμενον.

VERS. 2. *Miserere mei, Deus, miserere mei, quia in te confidit anima mea.* Repetitio illa, *miserere mei*, intentum supplicantis animum indicat. In nullo alio, inquit, confido, nisi in te solo. Miserere ergo mei, postquam hujusmodi persecutionem sustineo.

Καὶ ἐν τῇ σκιᾷ τῶν πτερύγων σου ἐλπιῶ, ἕως οὗ (2) *παρέλθῃ ἡ ἀνομία.* Σκιὰν πτερύγων λέγει τὴν σκέπην, περὶ ἧς εἰρήκαμεν σαφῶς ἐν τῷ ιϛ' ψαλμῷ, εἰς τό· *Ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου σκεπάσεις με.* Ἀνομίαν δὲ, *Τὴν ἐπιβουλὴν*, ὡς ὁ Ἀκύλας ἐξέδωκεν. Νοοῖτο δ' ἂν, ἡ παρά τε τῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν. Παρέλθῃ δὲ πάντως, ὅταν πρὸς Θεὸν ἀναλύσῃ στεφανωθησόμενος.

Et in umbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas. Per umbram alarum Dei, divinam protectionem, atque custodiam intelligit, de qua multa diximus in psalmo XIV, ibi: *In protectione alarum tuarum proteges me.* Aquila autem *insidias* dixit, quod LXX hic *iniquitatem* reddiderunt. Insidias vero eas intelligere possumus, quas invisibiles æque atque visibiles adversum nos inimici struunt. Omnino autem tunc transibunt, quando resoluto corpore, a Deo quis in cœlo coronabitur.

Κεκράξομαι πρὸς τὸν Θεὸν, τὸν ὕψιστον, τὸν Θεὸν τὸν εὐεργετήσαντά με. Ὕψιστον μὲν, ὡς ἐπουράνιον· εὐεργετήσαντα δὲ, ὡς πρότερον καὶ νῦν ἀξιώσαντα βοηθείας.

VERS. 3. *Clamabo ad Deum altissimum Deum, qui benefecit mihi.* Altissimum appellat, quod cœlos omnes longe transcendat. Qui benefecit mihi, eo quod antea etiam, dignum me suo fecerit au- D xilio.

Ἐξαπέστειλεν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἔσωσέ με. Ἐξαπέστειλεν δύναμιν ἐξ ὕψους· οὐ γὰρ ἐξ ἀνθρωπίνης βοηθείας ἐῤῥύσθην τοῦ ἐν τῷ σπηλαίῳ προσδοκωμένου κινδύνου.

VERS. 4. *Misit de cœlo, et salvavit me.* Robur mihi e cœlo demisit. Neque enim humano auxilio liberatus sum, cum mihi in spelunca periculum immineret.

Ἔδωκεν ὄνειδος τοὺς καταπατοῦντάς με. Μαθόντες γὰρ οἱ περὶ Σαοὺλ τὸ γεγονὸς, ἄγαν ᾐσχύνθησαν, ὡς τηλικαῦτα σφαλέντες, καὶ καταγέλαστοι δόξαντες. Τί δέ ἐστι τὸ καταπατεῖν, εἴρηται ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ.

VERS. 5, 6. *Dedit in opprobrium conculcantes me.* Quia cum Saul et comites ejus rescissent quod gestum fuerat, magna se ignominia affectos putarunt, eo quod tantam rei bene gerendæ occasionem amisissent, unde ridiculi prorsus recenserentur. Quid autem sit conculcare, diximus in superiori psalmo.

Variæ lectiones.

(2) Al. παρέλθει, ut et paulo inferius.

Misit Dominus in misericordiam suam et veritatem suam, et eripuit animam meam de medio catulorum leonum. Cum superius simpliciter dixerit Deum misisse, nunc addit quid miserit. Illud autem animadvertendum ducimus, quod multis in locis Propheta per veritatem, justitiam intelligit, ut hic. Ex veritate enim deprehenditur justitia. Misit Deus igitur misericordiam, ut mei misereretur: item, et justitiam ut eos condemnaret, qui mihi injuriam intulerunt. Catulos autem leonis, ipsos appellat comites Saulis; quia robore ac viribus præstabant, ferique erant, ac sanguinarii, cujusmodi sunt leonum catuli. Possunt etiam hæc verba intelligi, ut dicta sint ex persona Ecclesiæ, quæ læta canet: Pater misit Filium, qui me jam pene perditam salvavit; et dedit in opprobrium dæmones olim conculcantes me. Per misericordiam vero, et veritatem consubstantialem Filium intellige. Misertus enim nostri est, cum perditi essemus: et assumpta humana natura nostra, dixit: *Ego sum veritas* [18]; qui etiam aliquando justitia appellatur. *Ipse* enim, ut inquit Apostolus, *factus est nobis sapientia a Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio* [19]. Et juxta hunc sensum per catulos leonum, ipsos dæmones intellige.

Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ, καὶ ἐῤῥύσατο τὴν ψυχήν μου ἐκ μέσου σκύμνων. Εἰπὼν πρῶτον, ὅτι ἐξαπέστειλεν ἁπλῶς, ἐπήγαγε καὶ τίνα ἀπέστειλε. Παρατηρητέον δὲ ὅτι ἐν πολλοῖς ἀλήθειαν αὐτὴν δικαιοσύνην ὀνομάζει, καθὼς καὶ νῦν. Διότι καὶ ἐξ ἀληθείας, ἡ δικαιοσύνη καταλαμβάνεται. Ἐξαπέστειλεν οὖν τὸ ἔλεος μὲν, ἵνα ἐλεήσῃ με· τὴν δικαιοσύνην δὲ, ἵνα καταδικάσῃ τοὺς ἀδικοῦντάς με. Σκύμνους δὲ λέγει τοὺς περὶ Σαοὺλ, ὡς ἐν ἀκμῇ δυνάμεως, καὶ ὡς ἀπηνεῖς καὶ φονικούς. Τοιοῦτοι γὰρ οἱ σκύμνοι τοῦ λέοντος. Νοεῖται δὲ, καὶ προσώπῳ τῆς Ἐκκλησίας τῶν πιστῶν ὁ λόγος, ὅτι Ὁ Πατὴρ ἐξαπέστειλεν τὸν Υἱὸν, καὶ ἔσωσέ με τὴν ἀπολωλυῖαν. Ἔδωκεν εἰς ὄνειδος, τοὺς πρὶν καταπατοῦντάς με δαίμονας. Ἔλεος δὲ ἐνούσιον καὶ ἀλήθεια, ὁ Υἱός· ἐλεήσας γὰρ ἀπολλυμένους ἡμᾶς, ἐνηνθρώπησε· καὶ αὐτὸς εἴρηκεν· *Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια.* (3) Καὶ ἡ σημασία δὲ τῆς δικαιοσύνης, ὡς φησὶν ὁ Ἀπόστολος, ἐγεννήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε, καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις. Σκύμνους οὖν κἀνταῦθα νόει τοὺς δαίμονας.

Dormivi conturbatus. Quando nimirum Saul et comites ejus ingressi sunt in speluncam. Tunc enim paululum dormiebam, sed præ summo turbatus sum periculo, quod mihi undique imminebat.

Ἐκοιμήθην τεταραγμένος. Ὅτε ἐν τῷ σπηλαίῳ ἐπεισῆλθον οἱ περὶ τὸν Σαούλ· ἐκοιμήθην γὰρ ὕπνον μικρὸν, ἀλλὰ τεταραγμένον, ὑπὸ τοῦ περιστοιχίσαντός με κινδύνου.

Filii hominum, dentes eorum arma et sagittæ, et lingua eorum gladius acutus. O filii hominum, inquit, audite. Dentes enim eorum, qui mihi scilicet non secus, ac feræ quædam insidiantur, arma sunt, et sagittæ, et quæ sequuntur. Per dentes autem, et per linguam, eorum sermones significavit, quia calumniis et dolosis quibusdam detractionibus vulnerant, et [quantum in se est] interimunt. Arma autem hic ea non dicit, quæ servandi, sed quæ lædendi causa deferuntur.

Ὦ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, οἱ ὀδόντες αὐτῶν, ὅπλα καὶ βέλη· καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν, μάχαιρα ὀξεῖα· Ὦ υἱοὶ ἀνθρώπων, ἀκούσατε· οἱ ὀδόντες τῶν ἐπιβουλευόντων μοι, δίκην θηρίων, ὅπλα καὶ βέλη, καὶ τὰ ἑξῆς. Διὰ δὲ τῶν ὀδόντων καὶ τῆς γλώττης, τοὺς λόγους αὐτῶν ἐδήλωσεν, ὅτι ταῖς διαβολαῖς καὶ συσκευαῖς τῶν δόλων τιτρώσκουσι, καὶ τὸ ἐπ' αὐτοῖς, ἀναιροῦσιν· ὅπλα δὲ νῦν, οὐ τὰ φυλακτικὰ, ἀλλὰ αἱρετικά φησιν.

Vers. 6. *Exsultare super cœlos, Deus, et super omnem terram gloria tua.* Ut sublimis, et supercœlestis ab omnibus cognoscaris, qui te hactenus non noverunt, et magnificentia tua per universam divulgetur terram, postquam tam admiranda operaris. Quidam sermonem hunc ad Christum referri putant, ut sit sensus: Postquam incarnationis perfecisti mysterium, restat ut rursus illuc in cœlum ascendas, unde descendisti: honorque ac gloria tua per totam percrebrescat terram.

Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς, ὁ Θεὸς, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου. Ὑψηλὸς καὶ ἐπουράνιος γνωρίσθητι καὶ τοῖς μὴ εἰδόσι σε, καὶ δραμέτω ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ μεγαλειότης σου, δι' ὧν τερατουργεῖς οὕτω παράδοξα. Τινὲς δὲ καὶ πρὸς τὸν Χριστὸν ἀποστρέφουσι τὸν λόγον, ὅτι Τελέσας τὸ μυστήριον τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἀνέβης πάλιν εἰς οὐρανοὺς, ἀφ' ὧν κατελήλυθας, καὶ ἐπὶ γῆν πᾶσαν ὁδευέτω ἡ τιμή σου.

Vers. 7. *Laqueum paraverunt pedibus meis, et incurvaverunt animam meam.* Laqueos quosdam, inquit, ac plagas, mihi venatores contexerunt, quibus artificiosissime dispositis humiliaverunt me. Hujusmodi autem verbis multiplices inimicorum insidias significat.

Παγίδα ἡτοίμασαν τοῖς ποσί μου, καὶ κατέκαμψαν τὴν ψυχήν μου. Θήρατρά μοι κατεσκεύασαν, καὶ ἐταπείνωσάν με· λέγει δὲ τὰς ποικίλας ἐπιβουλάς.

[18] Joan. xiv, 6. [19] I Cor. i, 30.

Variæ lectiones.

(3) Al. Καὶ κατὰ τὴν σημασίαν δὲ τῆς δικαιοσύνης, ὥς φησιν αὐτός.

Ὤρυξαν πρὸ προσώπου μου βόθρον, καὶ ἐνέ- A *πεσον εἰς αὐτόν.* Εὐτρέπισαν ἔμπροσθέν μου κίνδυνον· ἐνέπεσον δὲ αὐτοί. Ἐγὼ μὲν γὰρ θεόθεν σχεπασθεὶς, διέφυγον ἀβλαβής· αὐτοὶ δὲ ἐκινδύνευσαν, ἐν ταῖς χερσί μου γενόμενοι.

Ἑτοίμη ἡ καρδία μου, ὁ Θεός, ἑτοίμη ἡ καρδία μου. Ἕτοιμός εἰμι τοῦ λοιποῦ πρὸς τοὺς ἐπερχομένους πειρασμοὺς, σὲ ἔχων ἀντιλήπτορα· ἢ πρὸς τὰ σὰ θελήματα, ἢ πρὸς αἶνόν σου.

Ἄσομαι, καὶ ψαλῶ ἐν τῇ δόξῃ σου. Περὶ τοῦ Ἄσομαι καὶ Ψαλῶ, πολλάκις εἰρήκαμεν· δόξαν δὲ αὐτοῦ, καλεῖ τὴν σύνεσιν, δι' ἧς ἐδοξάζετο.

B *Ἐξεγέρθητι, ἡ δόξα μου.* Δόξαν αὖθις, τὸ πνευματικὸν ὀνομάζει χάρισμα.

Ἐξεγέρθητι, ψαλτήριον καὶ κιθάρα. Ψαλτήριον μὲν λέγει, τὴν ψυχήν· κιθάραν δὲ τὸ σῶμα, δι' ἃς αἰτίας, προλαβόντες ἀποδεδώκαμεν ἐν τῷ λβ', καὶ ἐν τῷ μβ', καὶ ἐν τῷ μη'. Διεγείρει δὲ ἑαυτὸν ὅλον εἰς ὕμνον Θεοῦ, ἵνα καὶ πνεύματι, καὶ ψυχῇ, καὶ σώματι, ὑμνήσῃ τὸν Εὐεργέτην.

Ἐξεγερθήσομαι ὄρθρου. Ταχέως.

Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν λαοῖς, Κύριε, ψαλῶ σοι ἐν ἔθνεσιν. — Ἐξομολογήσομαι, ἀντὶ τοῦ Εὐχαριστήσω· λαοῖς δὲ, τοῖς Ἰουδαίοις. Καὶ ἐν τοῖς Ἰουδαίοις γὰρ, καὶ ἐν τοῖς ἐξ ἐθνῶν, εὐχαριστεῖ καὶ ψάλλει Θεῷ.

Ὅτι ἐμεγαλύνθη ἕως τῶν οὐρανῶν τὸ ἔλεός C *σου, καὶ ἕως τῶν νεφελῶν ἡ ἀλήθειά σου.* Ταῦτα εἶπεν καὶ ἐν τῷ λε' καὶ ζήτει ἐκεῖ τὴν ἐξήγησιν. Λέγει δὲ, ὅτι Πολὺ καὶ ὑψηλὸν τὸ ἔλεός σου, καὶ ἡ ἀλήθειά σου ὡς διήκειν ἀπὸ γῆς ἄχρις οὐρανοῦ καὶ νεφελῶν.

Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς, ὁ Θεὸς, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου. Περὶ τούτων, μικρὸν ἀνωτέρω διελάβομεν.

Εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρῃς, τῷ Δαβὶδ εἰς στηλογραφίαν.

ΨΑΛΜΟΣ ΝΖ'.

Μετὰ τὸν πρὸ τούτου ψαλμὸν ἔγραψε τὸν παρόντα, τῆς αὐτῆς ἐχόμενον ὑποθέσεως· διὸ καὶ τὴν αὐτὴν ἐκείνην εἴληφεν ἐπιγραφήν. D

Εἰ ἀληθῶς ἄρα δικαιοσύνην λαλεῖτε, εὐθείας κρίνατε, υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. Προηγουμένως μὲν, πρὸς Σαοὺλ καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ὁ λόγος· ἑπομένως δὲ, καὶ πρὸς πάντας τοὺς μιμουμένους τὴν πονηρίαν αὐτῶν. Λέγει δὲ, ὅτι Εἰ ἀληθῶς δίκαια λαλεῖτε, λέγοντες ἐν ἑαυτοῖς εὐλόγως με καταδιώκειν, ὡς ἐπίβουλον ὑμῶν, αὐτοὶ γενόμενοι δικασταὶ τοῦ πράγματος, εὐθείας κρίσεις κρίνατε, εἴτουν ὀρθὰς ἀποφάσεις ἐξενέγκατε, ἐν τίνι με πονηρὸν ἐγνώκατε.

Καὶ γὰρ ἐν καρδίᾳ ἀνομίαν ἐργάζεσθε ἐν τῇ γῇ· ἀδικίαν αἱ χεῖρες ὑμῶν συμπλέκουσι. Παρ-

Foderunt ante faciem meam foveam, et inciderunt in eam. Struxerunt ante me periculum, in quod ipsi inciderunt. Ego etenim evasi illæsus, illi vero periclitati sunt, dum essent in manibus meis.

Vers. 8. *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum.* Promptus sum ego, inquit, posthac, ut adversus omnes resistam insurgentes in me tentationes, cum te mihi defensorem habeam; vel, Ad laudem tuam paratus sum, aut ad voluntatem tuam perferendam.

Cantabo et psallam in gloria tua. De his verbis psallo et canto jam sæpe alibi diximus. Per gloriam autem suam, propriam intelligit prudentiam, propter quam tantopere apud omnes claruit.

Vers. 9. *Exsurge, gloria mea.* Per gloriam rursus spiritualе donum intelligit.

Exsurge, psalterium et cithara. Per psalterium animam, per citharam vero corpus ipsum intelligit; iis nimirum rationibus, quas in xxxii, xlii, et xlvii psalmo tradidimus. Excitat autem seipsum Propheta ad Dei laudes, ut spiritu, anima, ac corpore benefactorem suum laudet.

Exsurgam diluculo. Cito nimirum.

Vers. 10. *Confitebor tibi in populis, Domine, psallam tibi in gentibus.* Confitebor, hoc est, gratias agam. *In populis*, hoc est, inter Judæos. Inter Judæos etenim, atque inter gentes beatus David gratias semper agit atque psallit Deo.

Vers. 11. *Quoniam magnificata est usque ad cœlos misericordia tua, et usque ad nubes veritas tua.* Eadem fere habentur in psalmo xxxv, ibi: *Domine, in cœlo misericordia tua, et veritas tua usque ad nubes*; ubi vide. Multam autem esse dicit ac sublimem veritatem ac misericordiam Dei, ita ut a terra ad nubes et ad ipsum etiam cœlum pertingat.

Vers. 12. *Exaltare super cœlos, Deus, et super omnem terram gloria tua.* De his dictum est paulo superius.

In finem, ne corrumpas, ipsi David, in tituli inscriptionem.

PSALMUS LVII.

Ejusdem est hic psalmus argumenti, cum superiori psalmo; atque eamdem ideo sortitus est inscriptionem.

Vers. 2. *Si vere utique justitiam loquimini, recta judicate, filii hominum.* Primum quidem ad Saulem, et sodales ejus sermonem dirigit, deinde ad omnes alios qui eorum improbitatem æmulantur. Ait igitur: Si vere, et quod justum est, loquimini, dicentes eam vos ob causam me persequi, quod vobis prior insidias struxerim, aut gravem aliam offensam intulerim, vos ipsos mihi judices statuo: unum tantum est, quod posco, ut vera decernatis judicia, hoc est, ut rectas pronuntietis sententias, declarantes quanam in re, me minus æquum noveritis.

Vers. 3. *Etenim in corde iniquitatem operamini in terra, injustitias manus vestræ concinnant.* Reti-

cet, quod nullam queant injuriæ causam afferre, quasi id subintelligatur; et sermonem suum prosequitur, dicens: Etenim in corde iniquitatem meditamini, et manus vestræ injustitiam operantur. Et quod ait, *Complicant*, ex metaphora eorum dixit, qui laqueos tendunt, aut plagas, ob variam nimirum consiliorum calliditatem. Quod vero ait, *In terra*, dictum est, quia in terra hæc peragunt. Nam in inferno, et si animorum pravitas omnino non cessabit, ipsa tamen male agendi facultas prorsus aberit.

VERS. 4. *Alienati sunt peccatores a vulva.* Invehitur in pertinaces ac fixos in peccatis homines, et paucis docet, cujusmodi essent, et quam passi sunt ruinam. Ab ipsis, inquit, incunabulis alienati sunt a Deo; juxta quod scilicet præscitum erat a Deo, illos mox alienandos, ac misere perdendos esse.

Erraverunt ab utero. Ab Ecclesia nimirum. Uteri enim ac muliebrium locorum Ecclesia eis instar est, qui a Deo adoptantur; quippe quæ mirifico baptismatis lavacro, in novos homines eos format. Erraverunt igitur a via mandatorum Dei aberrantes ex tunc, non operibus, ut diximus, sed præscientia Dei. Ita enim alibi apud Jeremiam a Deo dici legimus: *Priusquam te formarem in utero, novi te, et antequam exires de vulva, sanctificavi te* [29].

Locuti sunt falsa. Non ab utero falsa locuti sunt, sed simul ac ad grandiorem ætatem pervenere.

VERS. 5. *Furor illis secundum similitudinem serpentis.* Aiunt serpentem ubi in aliquem cœperit furere, nunquam iram aut furorem deponere, donec venenum intulerit, aut rabiem mors ademerit. Furor æque igitur his implacabilis est. Perseverant enim irati, et dolos perpetuo moliuntur.

Quasi aspidis surdæ, et obturantis aures suas. Furoris similitudinem ad ipsam etiam aspidem transfert. Furor eorum, inquit, quasi furor aspidis surdæ: non aspidem dico, quæ natura surda sit, sed quæ data opera, atque astu quodam audire renuit; atque ideo consequenter addidit: *Atque obturantis aures suas.* Deinde tempus enarrat quando maxime obsurdescit.

VERS. 6. *Quæ non exaudiet vocem incantantium, et venefici, incantata a sapienti.* Per incantantes eos intelligit, quos incantatores, seu præstigiatores appellamus: qui carminibus quibusdam, aut præstigiis repentium ac venenatorum animantium furorem cohibent. Suis enim artificiis eorum sævitiam placant, atque hoc pacto ea venantur, et ad medicorum usum asservant. Aspis igitur, et illa potissimum quæ palamnæa appellatur, certis id conjecturis prænoscens, obstruere aures suas solet, atque hoc pacto eorum artes evadere. Ordo autem verborum hujusmodi est: Quæ aspis non exaudiet vocem incantantium, et non exaudiet vocem venefici, tametsi incantata sit, ac præstigiis illecta a sapienti viro. Sapientem quippe hic ipsum artificem ac veneficum appellat. veluti illius artis

A ἧκε τὸ, Ἀλλ' οὐ δύνασθε κρίνειν, ὡς νοούμενον. Καὶ γὰρ ἐν καρδίᾳ ἀνομίαν μελετᾶτε, καὶ αἱ χεῖρες ὑμῶν ἀνομίαν πράττουσι. *Συμπλέκουσι* δὲ εἶπεν, ἐκ μεταφορᾶς τῶν πλεκόντων παγίδας, διὰ τὸ ποικίλον τῶν ἐπιχειρημάτων· τὸ δὲ *Ἐν τῇ γῇ* πρόσκειται, ὅτι ἐν τῇ γῇ ταῦτα ποιεῖτε· ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ, οὐχ οὕτως ἕξετε.

Ἀπηλλοτριώθησαν οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ μήτρας. Στηλιτεύει τοὺς ἀνεπιστρόφους ἁμαρτωλοὺς, καὶ διδάσκει διὰ βραχέων ὁποῖοι ὄντες ὁποίαν λαμβάνουσι καταστροφήν. Ἔτι βρεφουργούμενοι, φησὶν, ἀπηλλοτριώθησαν τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόγνωσιν, καὶ ἀπηλλοτριωμένοι διὰ τὸ μέλλον ἐλο-
B γίσθησαν.

Ἐπλανήθησαν ἀπὸ γαστρός. Ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας· μήτηρ γὰρ αὕτη καὶ γαστὴρ τῶν υἱοθετουμένων τῷ Θεῷ, ἀναγεννῶσα τούτους διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. Ἐπλανήθησαν πόῤῥω τῆς εὐθείας τῶν θείων ἐντολῶν, οὐκ ἐνεργείᾳ, ἀλλ', ὡς εἴρηται, τῇ προγνώσει τοῦ Θεοῦ. Οὕτω γὰρ εἶπεν καὶ πρὸς τὸν Ἰερεμίαν ὁ Θεός· *Πρὸ τοῦ με πλάσαι σε ἐν κοιλίᾳ, ἐπίσταμαί σε, καὶ πρὸ τοῦ σε ἐξελθεῖν ἐκ μήτρας, ἡγίακά σε.*

Ἐλάλησαν ψευδῆ. Τοῦτο οὐκ ἀπὸ γαστρὸς, ἀλλ' εἰς ἡλικίαν ἐλθόντες.

Θυμὸς αὐτοῖς, κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ ὄφεως. Φασὶ τὸν ὄφιν ἐπιμανέντα τινὶ, μηδέποτε μεθεῖναι
C τὸν θυμὸν, ἄχρις ἂν ἢ δράσῃ τι κακὸν, ἢ προαποθάνῃ. Θυμὸς οὖν καὶ τούτοις ἀνένδοτος, καὶ διαπαντὸς ἐπίβουλος.

Ὡσεὶ ἀσπίδος κωφῆς, καὶ βυούσης τὰ ὦτα αὐτῆς. Μεταφέρει τὸ παράδειγμα τοῦ θυμοῦ καὶ ἐπὶ τὴν ἀσπίδα. Θυμὸς ὡσεὶ ἀσπίδος κωφῆς, καὶ οὐ φύσει κωφῆς, ἀλλὰ πανουργίᾳ. Διὰ τοῦτο γὰρ προσέθηκε τό· *Καὶ βυούσης τὰ ὦτα αὐτῆς·* εἶτα διέξεισι καὶ πότε κωφεύει.

Ἥτις οὐκ εἰσακούσεται φωνῆς ἐπᾳδόντων, φαρμακοῦ τε, φαρμακευομένη παρὰ σοφοῦ. Ἐπᾴδοντας λέγει τοὺς καλουμένους ἐπαοιδοὺς, οἵτινες διά
D τινων ἐπῳδῶν καταγοητεύοντες τοὺς θυμοὺς τῶν ἑρπετῶν, καὶ τὸ ἀγριαῖνον οὕτως ἐξημεροῦντες, λαμβάνουσι, καὶ χρῶνται πρὸς ἰατρείαν. Ἡ γοῦν ἀσπὶς, καὶ μᾶλλον ἐπονομαζομένη παλαμναία, ἀπό τινων τεκμηρίων προαισθομένη, βύει τὰ ἑαυτῆς ὦτα, καὶ οὕτω διαδιδράσκει. Ἔστι δὲ ἡ σύνταξις τῶν ῥητῶν, οὕτως· Ἥτις οὐκ εἰσακούσεται φωνῆς ἐπᾳδόντων, καὶ φαρμακοῦ, τουτέστι γόητος, γοητευομένη παρὰ σοφοῦ ἀνδρός. Σοφὸν δὲ νῦν, τὸν τεχνίτην ἐκάλεσε. Προσφυῶς δὲ καὶ τὸν ὄφιν καὶ τὴν ἀσπίδα τέθεικεν εἰς παράδειγμα· ὁ Σαοὺλ γὰρ καὶ ἐνεκότει ὡς ὄφις, καὶ πολλάκις κατεπᾳδόμενος λόγοις ἀγαθοῖς παρὰ τοῦ Δαβὶδ, ὅτι αὐτὸς μέν ἐστι κύριος καὶ

[29] Jerem. I, 5.

δεσπότης καὶ βασιλεύς· οὗτος δὲ, δοῦλος καὶ κύων τεθνηκὼς καὶ ψύλλος, ἐθελοκωφῶν ἦν, ὡς ἀσπίς.

peritum. Commode vero serpentis et aspidis exemplum adducit, cum Saul et irasceretur, ut serpens, et obsurdesceret, velut aspis, cum blandos ac mellitos beati David sermones sperneret, quibus tanquam suavibus quibusdam atque efficacibus carminibus emollire illum ac delinire contenderat: veluti cum Saulem principem ac regem suum appellabat, se vero servum, canem mortuum, et prorsus abjectum.

Ὁ Θεὸς συντρίψει τοὺς ὀδόντας αὐτῶν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν. Ὀδόντας ὀνομάζει τὰς κακυντικὰς τῶν τοιούτων δυνάμεις· ὀδόντας δὲ εἰπὼν, καὶ στόματος ἐμνημόνευσεν, ὃ νοήσεις τὴν περιεκτικὴν πονηρίαν.

VERS. 7. *Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum.* Per dentes, perniciosas ac validas eorum vires intelligit, et expositas ad patranda scelera. Et cum dentium meminerit, ipsum etiam os addidit, quo complectendi atque comprehendendi facultas indicatur.

Τὰς μύλας τῶν λεόντων συνέθλασεν ὁ Κύριος. Ἐν τῷ προλαβόντι ψαλμῷ σκύμνους αὐτὰς καλέσας, ἐν τῷ παρόντι, καὶ περὶ ὀδόντων φησίν. Ἔστι δὲ ὁ στίχος οὗτος διπλασιασμὸς τοῦ πρὸ αὐτοῦ, καθὼς ἐν πολλοῖς εἰρήκαμεν. Ἐπεὶ καὶ αἱ μύλαι, ὀδόντες εἰσίν. Ἢ, εἰ βούλει, ὀδόντας μὲν, νοήσεις τοὺς τομεῖς· μύλας δὲ, τοὺς ἐνδότερον ὀδόντας, οὓς καὶ λεαίνοντας λέγομεν, ὡς νοεῖσθαι διὰ τούτων τὰς ἧττον καὶ μᾶλλον βλάβας, αἷς ἔβλαπτον τοὺς παραπίπτοντας. Ὅρα δὲ ὅπως ποτὲ μὲν, ὡς ἐπὶ τοῦ μέλλοντος λέγει *Συντρίψει*· ποτὲ δὲ, ὡς ἐπὶ παρεληλυθότος, *Συνέθλασε.* Τοιοῦτος γὰρ ὁ νόμος τῶν προφητευόντων, ὡς πολλάκις εἴρηται.

Molas leonum confregit Dominus. In superiori psalmo catulos leonum eos appellavit: in præsenti vero leonum dentes habere illos dicit. Cæterum in hoc versiculo eamdem repetit sententiam quam in præcedenti vidimus: quemadmodum sæpenumero diximus prophetam facere. Nam et molæ, majores dentes sunt. Potes etiam per dentes intelligere eos tantum hic dici, qui cibum conterunt, per molas vero, eos qui interiores sunt, quos etiam molares aut leoninos appellamus: ita ut per hujusmodi dentium distinctionem, majores et minores offensiones intelligi possint. Illud etiam considera quomodo aliquando Propheta in futuro tempore dicat: *Conteret;* et aliquando in præterito. *Confregit.* Hujusmodi enim est prophetarum mos, ut sæpius diximus.

Ἐξουδενωθήσονται, ὡσεὶ ὕδωρ διαπορευόμενον. Οὐ ποτάμιον, οὐδὲ πηγαῖον, ἀλλ' ὑπό τινος χυθὲν, καὶ ὡς ἔτυχεν φερόμενον, ἐσκεδασμένον. *Ἐξουδενωθήσονται* δὲ, ἀντὶ τοῦ Καταφρονηθήσονται.

VERS. 8. *Ad nihilum devenient, tanquam aqua decurrens.* Aquam hic non fluminis dicit, aut fontis, sed aquam intelligit a quopiam effusam, aut fortuito ejectam, ac statim dispersam. Et quod ait: *Ad nihilum devenient* seu [ut Græce unico verbo dicitur] *Adnihilabuntur*, expone, pro Spernentur, et nihili fient.

Ἐντενεῖ τὸ τόξον αὐτοῦ, ἕως οὗ ἀσθενήσουσιν. Ἐντενεῖ τὴν κολαστικὴν αὐτοῦ δύναμιν κατ' αὐτῶν, καὶ βαλεῖ.

Intendet arcum suum donec infirmentur. Intendet contra eos Deus suam in inferno potentiam, atque eos percutiet.

Ὡσεὶ κηρὸς τακεὶς ἀνταναιρεθήσονται. Ἀνταξίως τῆς φονικῆς αὐτῶν γνώμης ἀναιρεθήσονται εὐκόλως, δίκην κηροῦ τακέντος. Ἅμα γὰρ οὗτος πλησιάζει πυρὶ, καὶ ἅμα τήκεται.

VERS. 9. *Quasi cera liquefacta auferentur.* Auferentur, inquit, de facili, instar liquantis ceræ. Ita enim meretur immitis ac sævus eorum animus. Nam simul ac cera igni admota fuerit, continuo liquescit.

Ἔπεσε πῦρ ἐπ' αὐτοὺς, καὶ οὐκ εἶδον τὸν ἥλιον. Κηροῦ μνησθεὶς, καὶ πῦρ προσέθηκε, πῦρ λέγων τὸν θεήλατον θυμὸν, καὶ εὐθὺς εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν οὐκ ἔφθασαν.

Cecidit ignis super eos, et non viderunt solem. Ceræ meminit, modo ignem addit, ignem appellans ultionem a Deo illatam. Confestim igitur a conspectu ignis perierunt, ita ut ad sequentem diem non pervenerint. Per solem enim diem intelligit.

Πρὸ τοῦ συνιέναι τὰς ἀκάνθας ὑμῶν τὴν ῥάμνον. Πρὸς τὸν Σαοὺλ κατὰ ἀποστροφὴν ὁ λόγος· ὅτι τοῦτο πεσεῖται τὸ πῦρ, πρὸ τοῦ αὐξηθῆναι τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν. Ἵνα δὲ σαφὲς εἴη τὸ λεγόμενον, ἄκανθαν μὲν καλεῖ ἡ Γραφὴ τὴν ἁμαρτίαν· ῥάμνος δέ ἐστιν εἶδος ἀκάνθης μέγιστον καὶ σκληρότατον. Φησὶν οὖν, ὅτι Τὸ δηλωθὲν πῦρ πεσεῖται, πρὸ τοῦ τὰς ἀκάνθας ὑμῶν, ἤτοι τὰς ἁμαρτίας, συνιέναι τὴν ῥάμνον, τουτέστι μαθεῖν καὶ εἰς (4) ἕξιν ἐλθεῖν μεγέθους, καὶ τῆς σκληρότητος τῆς ῥάμνου, ὅ ἐστι

VERS. 10. *Priusquam intelligant spinæ vestræ rhamnum.* Apostrophe utitur Propheta. Convertit enim sermonem suum ad Saulem. Ignis iste, inquit, super vos decidet, priusquam peccata vestra in immensum creverint. Ut autem clarior fiat sensus quem dicimus, illud animadverte, quod Scriptura sæpe per spinam, peccatum intelligit. Rhamnum autem dumorum quoddam genus est, quod maximis atque acutissimis refertum est aculeis. Ait igitur: Ignis ille, quem diximus, prius irruet, quam spinæ

Variæ lectiones.

(4) Al. ὄξιον.

vestræ, hoc est, peccata vestra, intelligant rhamnum; id est, priusquam ad summum deveniant cumulum : eo modo, quo tenuiores spinæ tandem adauctæ, rhamni speciem gerunt : quod et re ipsa accidit. Nam Saul postmodum non diu vixit.

Quasi viventes, quasi in ira absorbet eos. Ignis ille nimirum, quem diximus : *Quasi viventes* autem ideo dixit, quod ab eo tempore quo Saul a pythonissa interitum suum præsenserat : præcognita morte, quasi non vivere videbatur. Et quasi in ira, propter violentum genus mortis. *Absorbetur* etiam dixit, indicans quod facile Deo esset pro libito illos perdere.

Vers. 11. *Lætabitur justus, cum viderit vindictam.* Justum hic eum appellat, cui injuria nectuntur insidiæ. *Lætabitur* autem, non in lapsu, aut ruina pravorum hominum, sed in æquissima Dei justitia, qui injuriam passos homines non despexit, ne impiis impune peccantibus, infirmorum animi læderentur.

Manus suas lavabit in sanguine peccatoris. Non lavabit manus intingens eas in sanguine, sed, veluti innocens in ipso sanguine, manus suas lavabit. Hunc autem loquendi modum alibi vidimus, in psalmo xxv, ibi : *Lavabo in innocentibus manus meas.* Alii dicunt ita intelligi debere, quod dum peccatoris sanguis effunderetur, justus lavabit manus suas, hoc est, mundabit actiones suas, factus nimirum cautior ex cruciatibus peccatori illatis : lætabiturque, non quod gaudeat eum pœnis affici, sed quia illius exemplo ipse fit prudentior ac securior. Similiter et lavabit manus suas, quia actiones suas mundabit, dum peccator ille occiditur, hoc est, dum punitur.

Vers. 12. *Et dicet homo : Si utique est fructus justo, utique est Deus judicans eos in terra.* Et sapiens, inquit, vir aliquis, eum victorem esse conspiciens, qui antea opprimebatur, hujusmodi argumento iter sibi ad virtutem parabit : Si aliquis, inquiens, est fructus justo : si ulla justo præmia sunt reposita [clarum est autem quod vindicta illa, quam Deus de justorum inimicis sumit, loco fructus justis viris reputatur], necessario et illud dicendum est Deum esse, qui in hac vita tam injustos judicat quam justos ; unde hujusmodi rationem considerans, ardentior fiet ad sectandas virtutes.

In finem ne corrumpas, psalmus ipsi David, in tituli inscriptionem, quando misit Saul et custodivit domum ejus ut interficeret eum.

PSALMUS LVIII.

Saul livore succensus adversus beatum David, frequentissimas ei tendebat insidias. [Cum autem una dierum arreptum Saul jaculum in illum immisisset, declinato ictu evasit beatus David, et in domum suam abiit. Perseverante autem regis ira, mandatum est, ut diligenti militum custodia illius domus observaretur, ne scilicet effugeret. Quod cernens Melcho ejus uxor et Saulis filia, viro omnia renuntiavit, atque ei per fenestram effugium para-

A τῆς ὑπερβαλλούσης κακίας. Οὕτως γὰρ καὶ Σαοὺλ, ὀλίγον καιρὸν ἐπέζησε τῇ κακίᾳ.

Ὡσεὶ ζῶντας, ὡσεὶ ἐν ὀργῇ καταπίεται αὐτούς. Τὸ ῥηθὲν πῦρ· ὡσεὶ ζῶντας δὲ, διὰ τὸ, τὸν Σαοὺλ μὴ κυρίως ζῆν, ἀφότου παρὰ τῆς ἐγγαστριμύθου μεμάθηκε τὴν πανωλεθρίαν ἑαυτοῦ. Ὡσεὶ ζῶντας οὖν, ἀντὶ τοῦ, Μὴ κυρίως ζῶντας. Ὡσεὶ ἐν ὀργῇ, διὰ τὸ ἀπότομον καὶ ἀσυμπαθὲς τοῦ ὀλέθρου· *Καταπίεται* δὲ εἶπε, διὰ τὸ εὐχερές.

Εὐφρανθήσεται δίκαιος, ὅταν ἴδῃ ἐκδίκησιν. B Δίκαιον λέγει τὸν ἀδίκως ἐπιβουλευόμενον. Εὐφρανθήσεται δὲ, οὐκ ἐπὶ τῇ πτώσει τοῦ πονηροῦ, ἀλλ' ἐπὶ τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ, ὅτι οὐ περιορᾷ τοὺς ἀδικουμένους, ἵνα μὴ βλάβειεν οἱ μικρόψυχοι.

Τὰς χεῖρας αὐτοῦ νίψεται ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἁμαρτωλοῦ. Οὐ βάπτων αὐτὰς ἐν τῷ αἵματι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ αἵματι αὐτοῦ νίψεται ὡς ἀθῶος τοῦ τοιούτου αἵματος. Εἴρηται δὲ περὶ τοῦ τρόπου τῆς ἀπονίψεως ταύτης, ἐν τῷ κε' ψαλμῷ, εἰς τό· *Νίψομαι ἐν ἀθώοις τὰς χεῖράς μου.* Τινὲς δὲ λέγουσιν [ὅτι] ἐν τῷ χυθῆναι τὸ αἷμα τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὁ δίκαιος καθαρίσει τὰς ἑαυτοῦ χεῖρας, ἤγουν πράξεις, εὐλαβέστερος διὰ τὸν φόβον γενόμενος. Εὐφρανθήσεται δί- C καιος, οὐχ ἡδόμενος, ὅτι ἐκεῖνος κολάζεται, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς γίνεται σωφρονέστερός τε καὶ ἀσφαλέστερος ἀπὸ τῆς ἐκείνου κολάσεως. Ὁμοίως καὶ τὸ, *Τὰς χεῖρας αὐτοῦ νίψεται,* Καθαριεῖ δηλονότι τὰς πράξεις αὐτοῦ, ἐν τῷ σφάττεσθαι ἐκεῖνον, ἤγουν κολάζεσθαι.

Καὶ ἐρεῖ ἄνθρωπος· Εἰ ἄρα ἐστὶ καρπὸς τῷ δικαίῳ, ἄρα ἐστὶν ὁ Θεὸς κρίνων αὐτοὺς ἐν τῇ γῇ. Καὶ ὁ συνετὸς ἄνθρωπος ἰδὼν τὸν ἀδικούμενον μάλιστα νικήσαντα, ἐρεῖ συλλογιστικῶς· Εἰ ἄρα ἐστὶ καρπὸς τῷ δικαίῳ, καὶ εἰ οὐ μάτην ἐργάζεται τὴν ἀρετὴν, δῆλον δὲ ὅτι καρπός ἐστιν αὐτῷ ἐκδίκησις· ἄρα ἐστὶν ὁ Θεὸς καὶ ἐνταῦθα κρίνων αὐτούς. Δηλαδὴ αὐτὸν τὸν οὕτως συλλογιζόμενον, καὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους. Καὶ λοιπὸν βελτίων ἐντεῦθεν εἰς ἀρετὴν D γενήσεται.

Εἰς τὸ τέλος μὴ διαφθείρῃς τὸν Δαβὶδ εἰς στηλογραφίαν, ὁπότε ἀπέστειλε Σαοὺλ, καὶ ἐφύλαξε τὸν οἶκον αὐτοῦ, τοῦ θανατῶσαι αὐτόν.

ΨΑΛΜΟΣ ΝΗ'.

Ὁ Σαοὺλ διαφθονῶν τῷ Δαβὶδ, ἐπεβούλευεν αὐτῷ συνεχέστερον, καί ποτε συνεστιώμενος αὐτῷ, δόρυ λαβὼν, ἐπαφῆκεν. Ἐκκλίναντος δὲ, καὶ ἀναχωρήσαντος, περιέστησεν φρουρὰν, εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. Τοῦτο δὲ ἡ Μελχὼ ἡ θυγάτηρ μὲν Σαοὺλ, γυνὴ δὲ Δαβὶδ, καταμηνύσασα τῷ ἀνδρὶ, παρεσκεύασε διὰ φωταγωγοῦ τινος ἀποδρᾶναι, καθὼς ἡ πρώτη βίβλος τῶν Βασιλειῶν ἱστορεῖ πλατύτερον. Διαφυγὼν δὲ συνέταξε τὸν προκείμενον ψαλμόν· ἐπὶ τοῦ παρόν-

τος οὖν, ἄλλως ἐξηγητέον τὴν τοῦ *Εἰς τέλος* (5) προγραφήν. Παρεγγυᾷ γὰρ εἰς τὸ τέλος τῶν πειρασμῶν ὁρᾷν, καὶ μὴ διαφθείρειν τὴν ὑπομονήν. Εἶτα τὸ ἑξῆς τῆς ἐπιγραφῆς, *τῷ Δαβὶδ*, φησὶ, πεποίηται εἰς ἀνεξάλειπτον μνήμην τῶν γεγενημένων.

Ἐξελοῦ με ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου, ὁ Θεός, καὶ ἐκ τῶν ἐπανισταμένων ἐπ' ἐμὲ, λύτρωσαί με· ῥῦσαι με ἐκ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν, καὶ ἐξ ἀνδρῶν αἱμάτων σῶσόν με. Ἐπανισταμένους λέγει, τοὺς ἐπιτιθεμένους καὶ ἐφορμῶντας αὐτῷ, δηλαδὴ τὸν Σαοὺλ, καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν στρατιώτας, καὶ τοὺς ὑπουργοῦντας αὐτοῖς δαίμονας. Τοὺς αὐτοὺς δέ φησι καὶ ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν, καὶ ἄνδρας αἱμάτων· τότε γὰρ ἐπιβουλεύειν τοῖς ἀναιτίοις· ἄνομος καὶ ἀνὴρ αἱμάτων, ὁ χαίρων αἵμασιν.

Ὅτι ἰδοὺ ἐθήρευσαν τὴν ψυχήν μου. Ὅτι ἰδοὺ, ὡς ὁρᾷς, τὸ ἐπ' αὐτοῖς συνέλαβόν με, περικυκλώσαντες τὸν οἶκόν μου, εἰ καὶ διὰ σοῦ σέσωσμαι.

Ἐπέθεντο ἐπ' ἐμὲ κραταιοί. Ἰσχυροὺς αὐτοὺς ὀνομάζει, διά τε τὸν πλοῦτον καὶ τὸ πλῆθος, καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἰσχύν.

Οὔτε ἡ ἀνομία μου, οὔτε ἡ ἁμαρτία μου, Κύριε. Λείπει τὸ, *αἰτία*· οὔτε γὰρ ἠνόμησα, οὔτε ἡμάρτηκα εἰς αὐτοὺς, ἵνα ἔχοιεν καὶ αἰτίαν κατ' ἐμοῦ μανίας. Εἰ δὲ καὶ διαφορὰν ἐνταῦθα ζητεῖς· ἀνομίαν μὲν, νόει τὴν μεγάλην πλημμέλειαν· ἁμαρτίαν δὲ, τὴν μικράν.

Ἄνευ ἀνομίας ἔδραμον, καὶ κατεύθυνα. Χωρὶς πταίσματος ἐπολιτευσάμην ἐν αὐτοῖς, καὶ διὰ τοῦτο μεγάλα κατώρθωσα· ἢ χωρὶς ἀνομίας κατώρθωσα, ὅσα κατώρθωσα. Ἁρμόσειε δ' ἂν μάλιστα τῷ Χριστῷ τό· *Οὔτε ἡ ἀνομία μου, οὔτε ἡ ἁμαρτία μου*, καὶ τὰ ἑξῆς, ἀδίκως ἐπιβουλευομένῳ παρὰ τῶν Ἰουδαίων.

Ἐξεγέρθητι εἰς συνάντησίν μου, καὶ ἴδε. Ἐλθὲ εἰς τὸ συναντῆσαί μοι φεύγοντι, καὶ ἐπιῤῥῶσαι, καὶ ἴδε οἷα πάσχω. Ταῦτα δὲ ἀνθρωποπρεπῶς εἴρηται· καθὼς πολλάκις εἰρήκαμεν· ἀκίνητον γὰρ τὸ Θεῖον, καὶ πάντων ἐπίσκοπον.

Καὶ σὺ, Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, πρόσχες τοῦ ἐπισκέψασθαι πάντα τὰ ἔθνη. Δυνάμεις λέγει, τὰ ἀγγελικὰ τάγματα. Ἢ ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ἀντὶ τοῦ ὁ δυνατὸς, ἢ ὁ δυνάμεως χορηγός· εἶτα παρακαλεῖ αὐτὸν ἐπισκέψασθαι πάντα τὰ ἔθνη, διὰ τοῦ ἐνανθρωπῆσαι, προεγνωκὼς τουτὶ τὸ μυστήριον.

A vit, quemadmodum in primo Regum libro latine continetur. Cum igitur tunc aufugisset beatus David præsentem psalmum composuit. Et quod psalmo inscripsit, *in finem, ne corrumpas*, alio modo exponendum est, quam alibi exposuerimus. Jubet enim nos Propheta ad tentationum finem respicere, longanimitatemque ac patientiam non abjicere. Et quod sequitur, *ipsi David in tituli inscriptionem*, intellige ideo dictum esse, quia elaboratus, atque compositus fuerit hic psalmus, in perpetuam rerum memoriam, quæ tunc ei contigerunt.

VERS. 2, 3. *Eripe me de inimicis meis, Deus, et ab insurgentibus in me libera me; eripe me ab operantibus iniquitatem, et de viris sanguinum salva me.* Insurgentes illos appellat, qui contra eum impetum fecerant, Saulem scilicet, et ejus milites: vel dæmones etiam, qui commissorum scelerum erant participes. Eosdem etiam appellat operantes iniquitatem et viros sanguinum, eo quod iniquum sit
B insidias tendere adversus innocentem. Sanguinum autem vir ille dicitur, qui in sanguinis effusione lætatur.

VERS. 4. *Quoniam ecce venati sunt animam meam.* Quoniam, inquit, ut perspicuum est, omnem adhibuerunt operam, ut me domi inclusum comprehenderent, tametsi tuo adjutus subsidio evaserim.

Irruerunt in me fortes. Fortes appellat eos ob divitiarum abundantiam et militum copias. In his etenim robur ac vires pugnantium consistere ab omnibus existimatur.

VERS. 5. *Neque iniquitas mea, neque peccatum meum, Domine.* Subintellige *in causa est.* Neque enim inique egi, neque peccavi contra illos, ut
C causam aliquam haberent, cur in me tantum sævirent. Quod si quis differre existimet iniquitatem a peccato, per illam gravius delictum, per hoc, levius erratum intelliget.

Sine iniquitate cucurri et direxi. Absque peccato cum eis conversatus sum, atque ideo *direxi*, hoc est, actiones meas ad virtutem dirigendo me omnibus æquum præbui. Vel, sine iniquitate direxi, hoc est, virtute duce, recta opera egi. Christo etiam convenientissime omnia hæc possunt verba aptari: *Neque iniquitas mea, neque peccatum meum, sine iniquitate cucurri et direxi*, et similiter quæ sequuntur.

VERS. 6. *Exsurge in occursum meum, et vide.*
D Veni, inquit, et occurre mihi fugienti, et vires præsta, et vide quænam patiar. Hæc autem dici a Christo, humano more Propheta introducit, ut alibi sæpe diximus. Divinitas enim omnia cernit, et mutari non potest.

Et tu, Domine virtutum, Deus Israel, intende ad visitandas omnes gentes. Virtutes appellat angelicos ordines. Vel Deum virtutum, hoc est, Deum potestatum seu potentiarum pro eo dixit, quod est: Deus potens, vel Deus potentiæ largitor. Deinde eum rogat, ut adventu atque incarnatione sua visitet omnes gentes, quemadmodum futurum esse prævidebat.

Variæ lectiones.

(5) Al. Συγγραφήν.

Ne miserearis omnibus qui operantur iniquitatem. Iis nimirum, qui pertinaces sunt in malo, quales erant Saul et socii, Anna, Caiphas et dæmones, atque hæc facito, ut cæteri homines hoc exemplo prudentiores fiant.

VERS. 7. *Convertentur ad vesperam, et famem patientur ut canes, et circuibunt civitatem.* Ad vesperam, hoc est, sero aliquando. Prædicit enim futurum esse tempus, quando Judæorum aliqui ex dispersione sua revertentur in Jerusalem, et nullis in ea inventis cibis, quia civitas sub externorum erit imperio, misere esurient. Quinimo nec illic persistere poterunt, sed ut profani, atque ideo rejecti, extra muros civitatis jacentes mœrebunt : quod etiam inpræsentiarum eis accidere videmus. Canis vero similitudine usus est, quod famelicum animal sit, et impudens.

VERS. 8. *Ecce loquentur in ore suo.* Sententiam nimirum ferentes adversum Christum : veluti cum cruci illum affigi instantissime postulaverunt. Observandum vero est, ut prædiximus, quod dictio, *Ecce*, abundat sæpe apud Hebræos, atque ut plurimum est superflua.

Et gladius in labiis eorum. Gladium appellat acerbissimum sermonem nefariæ illius sententiæ, quam paulo ante prædiximus.

Quoniam quis audivit? Hujusmodi, inquit, ab eis proferuntur verba. Quia eorum judicio nullus audivit; nullus, inquam, qui Christum injuriis oppressum posset eximere. Unde Symmachus pro *quis*, *nemo* transtulit. Putavit enim, inquit, Christum a nemine adjuvari debere.

VERS. 9. *Et tu, Domine, deridebis eos.* Hoc est simile ei, quod alibi legimus in secundo psalmo : *Qui habitat in cœlis, irridebit eos.*

Ad nihilum deduces omnes gentes. Quæ Evangelii prædicationem non suscipiunt, quæ tuis resistunt servis. Vel, per gentes, dæmonum catervas intelligit.

VERS. 10. *Imperium meum ad te servabo.* Hæc aiunt beatum David dicere de seipso. Regnum, inquit, quod mortuo Saule, mihi debetur, temere non invadam; neque ego ideo illum occidam, quinimo illud totum tuo relinquam arbitrio. Ita enim hoc in loco, sibi vult verbum : *Servabo.* Quod vero ait : *ad te*, dictum est pro *Apud te.*

Quoniam tu, Deus, adjutor meus es. Quoniam tu, inquit, qui omnia moderaris, auxilio mihi es.

VERS. 11. *Deus meus, misericordia ejus præveniet me.* Vide, inquit, quali perfruar Deo, qui tam præsto semper mihi est, ut summa sua misericordia meas longe præveniat preces.

VERS. 12. *Deus meus ostendet mihi in inimicis meis.* Subintelligendum est aliquid, verbi gratia :

A *Μὴ οἰκτειρήσῃς πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν.* Τοὺς ἀνεπιστρόφως ἔχοντας, (6) ὡς οἱ περὶ τὸν Σαοὺλ, καὶ τὸν Ἄνναν, καὶ Καϊάφαν, καὶ τοὺς δαίμονας, ἵνα σωφρονέστεροι διὰ τοῦ ὑποδείγματος οἱ ἄνθρωποι γένωνται

Ἐπιστρέψουσιν εἰς ἑσπέραν, καὶ λιμώξουσιν ὡς κύων, καὶ κυκλώσουσι πόλιν. Τὸ ἑσπέρας, τὸ ὀψέ ποτε σημαίνει. Προφητεύει δὲ, ὅτι ἔσται καιρὸς, ὅτε τινὲς τῶν Ἰουδαίων ἐπιστρέψουσιν εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἀπὸ τῆς διασπορᾶς, καὶ μὴ εὑρόντες ἐν αὐτῇ τροφὰς διὰ τὸ ἀλλόφυλον τῶν κυριευόντων αὐτῆς, λιμώξουσι σφοδρῶς, καὶ οὐδὲ ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ στῆναι συγχωρηθήσονται, ἀλλ' ἀπελαυνόμενοι ὡς (7) ἄγγος, κύκλῳ τῆς ποτὲ πόλεως αὐτῶν
B αὐλισθήσονται, ὃ καὶ μέχρι τοῦ νῦν ὁρᾶται γινόμενον. Εἰς παράδειγμα δὲ τὸν κύνα παρέλαβε, διὰ τὸ λιμώττειν ἄγαν τουτὶ τὸ ζῶον, καὶ διὰ τὴν ἀναίδειαν.

Ἰδοὺ ἀποφθέγξονται ἐν τῷ στόματι αὐτῶν. Ἀπόφασιν ἐξενέγκωσι κατὰ τοῦ Χριστοῦ, τοῦ *Σταυρωθήτω.* Παρατηρητέον δὲ, ὡς προείπομεν, ὅτι τὸ, *Ἰδοὺ* πλεονάζον παρὰ τῇ διαλέκτῳ τῶν Ἑβραίων, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, περιττὸν τέθειται.

VERS. 5. *Venite et videte opera Dei.* Quæ ubique gentium operatus est, summa admiratione digna. Advocat autem universas gentes.

Quam terribilis in consiliis super filios hominum. Symmachus reddidit *in machinationibus.* Multum igitur terribilis in machinationbus eo quod magnis quibusdam artificiis utitur, quoties ei placuerit populum suum salvare: veluti ea sunt quæ adversus Ægyptios adinvenit, conatus atque astutias omnes humanas semper vincens. Antiqua deinde connumerat miracula.

VERS. 6. *Qui convertit mare in aridam.* Hoc factum est in mari Rubro, ut habetur in Exodo. Posuit autem tempus pro tempore. Nam dictio, *Convertit*, præsentis est temporis hic, ut ex Græca dictione perspicitur, et posita est pro præterito.

In flumine pertransibunt pede. Hoc vero accidit in Jordane cum transiret Arca: et tempus etiam hoc loco posuit pro tempore, *Pertransibunt*, pro Pertransierunt, majores nostri nimirum. *Pede* autem, hoc est, pedestres. Et dum pedestres incessisse eos dicit per flumen, per siccam eos ambulasse significat. Illorum autem miraculorum meminit, quæ in eo reditu facta sunt, putans gestarum illic rerum memoriam ad præsentem reditum in patriam pertinere, dum exemplo eorum, quæ tunc gesta sunt, faciliorem hunc reditum demonstrat. Symmachus vero hic tempus servavit, transtulit etenim, *Qui transmutavit mare in aridam*; item: *Flumen pertransierunt.*

VERS. 7. *Ibi lætabuntur in ipso dominante, in potentatu suo sæculi.* Ibi, hoc est, in eo loco ad quem festinamus. Per potentatum vero Dei, divinam intelligit potentiam, veluti immensam, atque invictam. Dominatur autem Deus tam præsenti quam futuro sæculo, veluti is, cujus regnum infinitum est.

Oculi ejus in gentes respiciunt. Tanquam ad eos quos in hæreditatem est possessurus, et vindicaturus per fidem. Agnoscas igitur, o Judæe, quomodo protectionem et custodiam suam Deus a te avertit (et ad gentes transtulit).

Qui exasperant, non exaltentur in semetipsis. Quod reliquum est, inquit, Judæi in seipsis, hoc est, apud seipsos non eleventur, quasi soli ipsi sint, qui a Deo sint cogniti. Exacerbantes autem eos appellat, veluti qui semper murmurabant ad-

Variæ lectiones.

(25) Ad verbum: *Ea porro miracula quæ in eo reditu facta sunt in memoriam revocat Deo, ob reditum et ipsis propositum, ut ad illud exemplum præsentem ipsis reditum facilem sternat.*

versus Deum, atque ei contradicebant. Similiter et A alii prophetæ *exacerbantem domum* eos appellavere. Vel aliter, Judæi illi exacerbantes dici possunt (seu potius, ut Græca dictio magis proprie significat, amaricantes), qui Christo in cibum amarissimum fel dederunt, et acetum in potum. Ænigmatica autem, atque admodum obscura sunt hæc Prophetæ verba, ob eas rationes quas alibi prædiximus. Quicunque etiam fuerit fidelis, qui Deum sui custodem habeat, exacerbantes appellare potest tam ipsos dæmones, quam inimicas ac barbaras gentes.

δὲ προφῆται, *οἶκον παραπικραίνοντα* τούτους ὠνόμασαν. Καὶ ἄλλως δὲ λέγοιντο ἂν παραπικραίνοντες, ὡς δεδωκότες εἰς τὸ βρῶμα τοῦ Χριστοῦ χολὴν· καὶ εἰς τὴν δίψαν αὐτοῦ ποτίσαντες αὐτὸν ὄξος. Αἰνιγματώδη δὲ τὰ προφητικὰ καὶ ἀσαφῆ, δι' ἃς προέφημεν, αἰτίας· σὺ δὲ παραπικραίνοντας λέγε, καὶ τὰ βάρβαρα ἔθνη, καὶ τοὺς δαίμονας, ἔχων ἔφορον σεαυτοῦ τὸν Θεόν.

VERS. 8. *Benedicite, gentes, Deum nostrum.* Gentes dico, ad quas custodia et protectio Dei pertransivit.

Εὐλογεῖτε, ἔθνη, τὸν Θεὸν ἡμῶν. Ἔθνη ἐφ' ἃ μετέστη ἡ ἐπισκοπὴ τοῦ Θεοῦ.

Et auditam facite vocem laudis ejus. Hoc est majori voce extollite. Vel auditam facite vocem B laudis iis hominibus, qui post vos futuri sunt.

Καὶ ἀκουτίσατε τὴν φωνὴν τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ. Ἀκουστὴν ποιήσατε· τουτέστιν, ἐξάρατε μεγαλοφωνότερον· ἢ ἐνωτίσατε ταύτην εἰς τοὺς μεθ' ὑμᾶς.

VERS. 9. *Qui posuit animam meam ad vitam.* Per vitam libertatem intelligit, quoniam servitus, ut sapientes dicunt, morti similis est.

Τοῦ θεμένου τὴν ψυχήν μου εἰς ζωήν. Ἐπεὶ ἡ δουλεία θανάτῳ ἔοικεν, ὡς οἱ σοφοί φασι, ζωὴν λέγει νῦν, τὴν ἐλευθερίαν.

Et qui non dedit in fluctuationem pedes meos. Qui conversationem ac vitam meam a pietate ac religione ad impietatem perverti non permisit.

Καὶ μὴ δόντος εἰς σάλον τοὺς πόδας μου. Καὶ μὴ παραχωρήσαντος δοθῆναι εἰς παρατροπὴν εὐσεβείας τὴν πολιτείαν μου.

VERS. 10. *Quoniam probasti nos, Deus.* Hæc verba præstantissimis quibusdam sanctis accommodari possunt, quales fuere Daniel, et tres pueri, et alii hujusmodi. Deinde connumerat genera disciplinæ. Probasti nos, inquiunt, in tentationibus, hoc est, Exquisivisti quonam modo fidem ac patientiam haberemus.

Ὅτι ἐδοκίμασας ἡμᾶς, ὁ Θεός. Προηγουμένως (26) ἀπὸ τῶν ἐναρέτων ὁ λόγος, οἷον τοῦ Δανιὴλ καὶ τριῶν παίδων, καὶ τῶν τοιούτων. Καταλέγων τὰ εἴδη τῆς παιδείας· Ἐδοκίμασας ἡμᾶς, φησὶν, ἐν τοῖς πειρασμοῖς· τουτέστιν, Ἐξήτασας ὅπως ἔχωμεν πίστεως καὶ ὑπομονῆς.

C

Igne nos examinasti sicut examinatur argentum. Hoc propter caminum ignis dictum est, in quo fuerunt tres pueri. Possumus etiam per ignem, ipsam tribulationem atque calamitatum flammam intelligere.

Ἐπύρωσας ἡμᾶς καθὼς πυροῦται τὸ ἀργύριον. Τοῦτο διὰ τὴν ἐξαφθεῖσαν τοῖς τρισὶ παισὶ κάμινον· εἴη δ' ἂν πῦρ, καὶ ἡ φλὸξ τῶν θλίψεων.

VERS. 11. *Induxisti nos in laqueum.* Hoc propter lacum leonum dictum videtur, in quem Daniel immissus est: tametsi omne aliud afflictionis genus intelligi possit.

Εἰσήγαγες ἡμᾶς εἰς τὴν παγίδα. Τοῦτο, διὰ τὸν λάκκον τῶν λεόντων, εἰς ὃν ἐνεβλήθη ὁ Δανιήλ· εἴη δ' ἂν καὶ πᾶσα συνοχὴ κακώσεως.

Posuisti tribulationes in dorso nostro. Plagas nimirum et verbera, quibus premebamur. Verisimile est autem eos verberibus sæpe fuisse afflictos. Vel per tribulationes, omne calamitatum genus significat, per dorsum autem, totum hominem, veluti totum a parte.

Ἔθου θλίψεις ἐπὶ τὸν νῶτον ἡμῶν. Μάστιγας θλιβούσας. Εἰκὸς γὰρ αὐτοὺς καὶ τύπτεσθαι. Ἢ θλίψεις λέγει τὰ βάρη τῶν πειρασμῶν· (27) νώτους δὲ ἑαυτοὺς, ὡς ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν.

D

Imposuisti homines super capita nostra. Subjecisti nos inimicis nostris, dedistique eis, ut conculcaremur. Metaphoricus enim sermo est. Olim namque reges qui aliquos devicerant, solebant in triumphis captivorum capita conculcare.

Ἐπεβίβασας ἀνθρώπους ἐπὶ τὰς κεφαλὰς ἡμῶν. Ὑπέταξας ἡμᾶς τοῖς ἐχθροῖς· πατεῖσθαι ἡμᾶς ἔδωκας. Μεταφορικὸς δὲ ὁ λόγος. Πάλαι γὰρ τῶν βασιλέων οἱ νικῶντες ἐχθροὺς, θριαμβεύοντες ἐπάτουν τὰς κεφαλὰς τῶν ἐζωγρημένων.

VERS. 12. *Transivimus per ignem et aquam.* Per ignem et aquam, varias calamitates intellige, et quia animam incendunt, et quia demergunt et suffocant. Illud quærendum videtur, cur Deum potius accusent Judæi, eique calamitatum suarum causam ascribant, potius quam Babyloniis a qui-

Διήλθομεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος. Πῦρ καὶ ὕδωρ, νόει τὰς συμφοράς. Τοῦτο μὲν, ὡς ἐμπιμπρώσας τὴν ψυχήν· τοῦτο δὲ, ὡς ἐπικλυζούσας καὶ ἀποπνιγούσας. Ἄξιον δὲ ζητῆσαι πῶς, τῶν Βαβυλωνίων αὐτοὺς κακωσάντων, αὐτοὶ τὸν Θεὸν αἰτιῶνται μᾶλλον· *Ἐπύρωσας ἡμᾶς*, λέγοντες, *καὶ εἰσ-*

Variæ lectiones.

(26) An ἀπὸ pro περί.

(27) Græce *tentationum*.

ἤγαγες εἰς τὴν παγίδα, καὶ τὰ τοιαῦτα. Ἔστι δὲ A λύσις τοῦ ζητήματος, ὅτι τὸν Θεὸν ἐγίνωσκον (28) αἴτιον, ὧν πεπόνθασι, παραχωρήσαντα τοῖς ἐχθροῖς, οὕτω χρήσασθαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ.

Ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν. Καὶ ὅμως ἐλεήσας ἡμᾶς, ἐξήγαγες εἰς ἀνάπαυσιν. Χρὴ δὲ γινώσκειν ὅτι τό· *Ἐδοκίμασας ἡμᾶς*, καὶ τὰ ἑξῆς, ἄχρι τοῦ *Καὶ ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν*, προσώπῳ μάλιστα τῶν τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων προηγορεύθη· καθώς φησι καὶ Παῦλος ὁ ἀπόστολος· ἐπεὶ καὶ πάντα κατὰ μέρος ὑπέστησαν.

Εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου ἐν ὁλοκαυτώμασιν. Καθ' ἱστορίαν μὲν σαφὴς ὁ λόγος. Ἀναγωγικῶς δὲ οἶκος Θεοῦ ὁ οὐρανός· ὁλοκαυτώματα B δὲ, αἱ ὁλοτελεῖς ἐργασίαι τῶν ἀρετῶν, ἃς θύουσι τῷ Θεῷ πάντες οἱ δίκαιοι.

Ἀποδώσω τὰς εὐχάς μου, ἃς διέστειλε τὰ χείλη μου, καὶ ἐλάλησε τὸ στόμα μου ἐν τῇ θλίψει μου. Εὐχὰς καλεῖ νῦν τὰς ὑποσχέσεις· τὸ δὲ *Ἐλάλησεν*, ἑρμηνευτικόν ἐστι τοῦ *Διέστειλεν*.

Ὁλοκαυτώματα μεμυελωμένα ἀνοίσω σοι. Οὐχ ἁπλῶς ὁλοκαυτώματα· ἀλλὰ πίονα. Πίων δὲ ἐργασία ἀρετῆς ἡ ἐξαίρετος.

Μετὰ θυμιάματος καὶ κριῶν ἀνοίσω σοι βόας μετὰ χιμάρων. Κατὰ μὲν τὴν ἱστορίαν, ὡς εἴρηται, δῆλα τὰ εἴδη τῶν θυσιῶν. Πάντα γὰρ τὰ ῥηθέντα C προσεφέρετο. Κατὰ δὲ τὸν λόγον τῆς ἀναγωγῆς, εἶεν ἂν θυμιάματα μὲν, ἡ ἀποπνέουσα τῆς καθαρᾶς ψυχῆς εὐωδία· κριοὶ δὲ, οἱ ἡγεμονικοὶ τῆς ψυχῆς λογισμοὶ, κερατίζοντες τὰ πάθη· βόες δὲ, αἱ ἐνέργειαι τοῦ σώματος. Γῆς μὲν γὰρ ἐργάτης ὁ βοῦς· ἐκ γῆς δὲ τὸ σῶμα, καὶ περὶ γῆν ἐνεργεῖ· χίμαροι δὲ, αἱ ὑπὲρ ἁμαρτιῶν δεήσεις. Πάλαι γὰρ ὁ χίμαρος ὑπὲρ ἁμαρτιῶν ἐθύετο. Λέγει τοίνυν ὅτι Πάντα ταῦτα ἀνοίσω σοι, ἀπαλλάξαντί με τῆς δουλείας τῶν ἐχθρῶν.

Δεῦτε, ἀκούσατε, καὶ διηγήσομαι, πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν Θεὸν, ὅσα ἐποίησε τῇ ψυχῇ μου. Καθ' ὑπερβατὸν ἡ τῶν ῥητῶν τούτων σύνταξις, ἵνα D εἴη τοιαύτη· Δεῦτε, ἀκούσατε, πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν Θεὸν, καὶ διηγήσομαι ὑμῖν ὅσα ἐποίησε τῇ ψυχῇ μου· οἷον, ὁπόσα ἐποίησέ μοι καλά. Εἶτα διέξεισι, πῶς εὐηργετήθη.

Πρὸς αὐτὸν τῷ στόματί μου ἐκέκραξα, καὶ ὕψωσα ὑπὸ τὴν γλῶσσάν μου. Ὕψωσα δηλονότι τὴν φωνήν μου, καλοῦσαν αὐτὸν εἰς ἀντίληψιν. Παρα-

bus afflicti fuerant. Deo etenim dicunt : *Igne nos examinasti* ; item : *Induxisti nos in laqueum*, et alia hujusmodi. Ad quod dicendum est illos Deo omnia hæc ascribere quia cognoscebant ab illo fuisse, ut inimici tanta potuissent adversus se ; permittit autem sæpenumero servos suos castigari.

Et eduxisti nos in refrigerium. Et tamen tu nostri misertus in refrigerium nos postea adduxisti. Illud etiam animadvertendum, quod verba illa : *Probasti nos*, et quæ sequuntur, usque ad illa : *Eduxisti nos*, ut Paulus docet [31], prædicta sunt ex persona martyrum Christi. Hæc etenim omnia Christi martyres divisim saltem sustinuerunt.

VERS. 13, 14. *Introibimus in domum tuam in holocaustis.* Juxta historiam verba clara sunt, juxta anagogen domus Dei cœlum est. Holocausta autem perfectæ sunt operationes virtutum, quas justi ac sancti viri Deo sacrificant.

Reddam tibi vota mea quæ distinxerunt labia mea, et locutum est os meum in tribulatione mea. Per vota promissiones intelligit. Quod vero ait : *Locutum est os meum*, declarando, dixit, priora illa verba : *Distinxerunt labia mea.*

VERS. 15 *Holocausta medullata offeram tibi.* Non simpliciter dixit holocausta, sed pinguia. Est autem pinguis illa virtutis operatio, quæ excellens est, et præ omnibus præcipua.

Cum incenso arietum offeram tibi boves cum hircis. Juxta historiam quidem, ut alibi diximus, manifesta sunt sacrificiorum genera. Offerebantur enim omnia quæ hic commemorantur, in sacrificiis. Juxta anagogen vero, incensum dici potest, bonus ille odor, qui ab anima munda ac pura spirat : Arietes vero, principaliores animæ cogitationes, quæ veluti cornu quodam carnales feriunt pssiones ; et boves, ipsius corporis operationes. Est enim bos terræ operator, et hominis corpus e terra creatum est, et terram colit. Per hircos autem supplicationes intelligimus pro peccatis, quoniam pro peccatis hirci olim immolabantur. Omnia hæc, inquit, tibi offeram, ubi me ab inimicorum servitute liberaveris.

VERS. 16. *Venite, audite, et narrabo vobis, omnes, qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ.* Ordo hujus versiculi fit per hyperbaton, ut sit sensus : Venite, et audite omnes, qui timetis Deum : et narrabo vobis quanta fecit animæ meæ, hoc est, quanta fecerit mihi ; vel per se simpliciter legendum est : Quæcunque fecit animæ meæ, hoc est, quæcunque fecit mihi bona ; deinde narrat, quomodo hæc sibi præstiterit beneficia.

VERS. 17. *Ad ipsum ore meo clamavi, et exaltavi sub lingua mea.* Exaltavi, inquit, linguam meam, invocando illum mihi in auxilium. Observandum

[31] Hebr. XI, 39.

Variæ lectiones.

(28) Græce unico et continuo sensu : *Quod intelligebant eorum quæ passi essent auctorem esse Deum, qui dedisset inimicis tantopere servis suis abuti posse.*

vero est, quod præpositio, *sub*, posita est pro A præpositione *in*, ac si diceret : In lingua mea ; et simile est, quod alibi legimus : *Sub lingua ejus labor et dolor* [32]; item : *Venenum aspidum sub labiis eorum* [33].

VERS. 18. *Injustitiam si aspexi in corde meo, non exaudiat me Dominus*. Quando, inquit, Deum rogabam, injustum tunc aut iniquum quippiam in corde meo non considerabam, sermonique suo Propheta fidem faciens, per imprecationem, ait : Si hujusmodi alicujus rei mibi fui conscius, nunquam me imposterum Deus exaudiat, quando eum invocabo.

VERS. 19. *Propterea exaudivit me Deus*. Quoniam scilicet puro ac mundo corde ei preces obtuli. Si aliquid ab eo igitur consecuturi sumus, B munda nos cum conscientia oportet ad eum supplicantes accedere.

Intendit voci orationis meæ. Simile est quod legimus in tertio versiculo quinti psalmi.

VERS. 20. *Benedictus Deus qui non amovit orationem meam*. A se, inquam, eam non amovit.

Et misericordiam suam a me. A communi sensu sumendum est verbum : *Non amovit*.

In finem in hymnis Psalmus Cantici ipsi David.

PSALMUS LXVI.

In finem inscribitur, quoniam Dei Verbi incarnationem prædicit, ad cujus finem respicere lectorem jubet : *in hymnis* vero, quia laudandum illum C esse admonet. Quid autem sit *psalmus cantici*, diximus in proœmio operis.

VERS. 2. *Deus misereatur nostri, et benedicat nobis*. Prævidens Propheta divinæ incarnationis mysterium, adimpleri supplicat, quod prævidet. Et primo quidem Deum petit ; ut humanæ misereatur naturæ, quæ sub sæva dæmonis detinebatur tyrannide : deinde benedici etiam, hoc est, sanctificari eam rogat. Quid autem sit benedicere, vide in quinto versiculo psalmi xx.

Appareat vultus ejus super nos. Vultus seu facies Patris, Filius est. *Qui vidit* enim, inquit, *me, vidit et Patrem meum* [34]. Optantis igitur in morem Propheta ait : *Appareat vultus ejus*, hoc est, utinam D illuceat nobis vultus Patris, ipse scilicet Filius, sua nimirum incarnatione : et super nos illuceat, qui in terra sumus. Vel, *Vultus ejus*, hoc est, vultus Christi secundum carnem : ipse videlicet Christus nobis illuceat.

Et misereatur nostri. Bis Deum rogat ut sui misereatur ; veluti optatæ rei valde cupidus.

VERS. 3. *Ut cognoscant in terra viam tuam*. Hoc, inquit, atque illud fieri opto, ut homines qui in

A τηρητέον δὲ τὴν ὑπὸ πρόθεσιν, ἀντὶ τῆς ἐν πάντως κειμένην, οἷον Ἐν τῇ γλώσσῃ μου· τοιοῦτόν ἐστι καὶ τό· *Ὑπὸ τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ κόπος καὶ πόνος*· καὶ τό· *Ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη σου*, καὶ τὰ τοιαῦτα.

Ἀδικίαν εἰ ἐθεώρουν ἐν καρδίᾳ μου, μὴ εἰσακουσάτω Κύριος. Ὅτι δὲ, φησὶ, τοῦτον παρεκάλουν, οὐκ ἐθεώρουν ἐν τῇ καρδίᾳ μου, κακίαν τινά· καὶ πιστοῦται τὸν λόγον ἐπαρώμενος, ὅτι, Εἰ συνεγίνωσκον αὐτῇ τοιοῦτόν τι, μὴ εἰσακουσάτω μου Κύριος τοῦ λοιποῦ, ὁσάκις ἂν αὐτὸν ἐπικαλέσωμαι.

Διὰ τοῦτο εἰσήκουσέ μου ὁ Θεός. Διότι μετὰ καθαρᾶς καρδίας ἐδεόμην. Χρὴ δὲ καὶ ἡμᾶς, εἰ μέλ- B λοιμεν ἐπιτυγχάνειν (29), μετὰ καθαροῦ συνειδότος παρακαλεῖν τὸν Θεόν

Πρόσεσχε τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου. Ὅμοιόν ἐστι τῷ τρίτῳ στίχῳ τοῦ πέμπτου ψαλμοῦ.

Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἀπέστησε τὴν προσευχήν μου. Ἀφ' ἑαυτοῦ δηλονότι.

Καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀπ' ἐμοῦ. Ἀπὸ κοινοῦ κἀνταῦθα, τὸ, *Ὃς οὐκ ἀπέστησεν*.

Εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις Ψαλμὸς ᾠδῆς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΞϚ'.

Εἰς τὸ τέλος μὲν, ὅτι προκηρύττει τοῦ Λόγου καὶ Θεοῦ τὴν ἐνανθρώπησιν· ἧς τινος εἰς τὸ τέλος ἀφο- C ρᾷν ὑποτίθεται τοὺς ἐντυγχάνοντας. *Ἐν ὕμνοις* δὲ, ὅτι καὶ ὑμνεῖν αὐτὸν παρακελεύεται· τὸ δὲ *Ψαλμὸς ᾠδῆς* προηρμηνεύσαμεν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς παρούσης βίβλου.

Ὁ Θεὸς οἰκτειρήσαι ἡμᾶς, καὶ εὐλογήσαι ἡμᾶς. Προεγνωκὼς τὸ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως μυστήριον, εὔχεται πληρωθῆναι ταύτην· καὶ πρῶτον μὲν οἰκτειρηθῆναι τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, πικρῶς τυραννουμένην ὑπὸ τοῦ διαβόλου. Εἶτα εὐλογηθῆναι, εἴτουν ἁγιασθῆναι. Ζήτει δὲ τὰ σημαινόμενα τῆς εὐλογίας ἐν τῇ ἐξηγήσει τοῦ ε' στίχου τοῦ εἰκοστοῦ ψαλμοῦ.

Ἐπιφάναι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς. Πρόσωπον τοῦ Πατρὸς, ὁ Υἱός· *Ὁ ἑωρακὼς* γάρ, φησὶν, *ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα*. Εὐκτικῶς οὖν φησιν, D *Ἐπιφάναι*· τουτέστιν, Ἐπιφανείη τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρὸς, εἴτουν ὁ Υἱὸς, ἐφ' ἡμᾶς τοὺς ἐπὶ γῆς, διὰ σαρκώσεως. Ἢ καὶ τοῦ Χριστοῦ τὸ κατὰ σάρκα πρόσωπον, ὅ ἐστιν αὐτὸς κατὰ περίφρασιν.

Καὶ ἐλεήσαι ἡμᾶς. Ταὐτὸν τὸ οἰκτειρήσαι τῷ ἐλεήσαι (30)· δὶς οὖν τόδε λέγει, γλιχόμενος τυχεῖν, οὗ ἐζήτει.

Τοῦ γνῶναι ἐν τῇ γῇ τὴν ὁδόν σου. Εἴη, φησὶ, τόδε, καὶ τόδε ἐπὶ τῷ γνῶναι τοὺς ἐν τῇ γῇ, τὴν

[32] Psal. x, 17. [33] Psal. xiii, 3; 139, 4. [34] Joan. xiv, 9.

Variæ lectiones.

(29) Videtur subaudiendum τινός.
(30) *Idem est* enim οἰκτειρήσαι *ac* ἐλεήσαι, ut est in textu. Quod consulto omisit interpres.

ὁδὸν τῆς πολιτείας σου, ἣν αὐτὸς βαδίσας, ὑποδείξεις τοῖς μαθηταῖς.

Ἐν πᾶσιν ἔθνεσιν τὸ σωτήριόν σου. Καὶ τοὺς ἐν πᾶσιν ἔθνεσιν ἀνθρώπους (31) τὴν δι' ἡμᾶς ἐνανθρώπησίν σου. Ταύτην γὰρ καλεῖ σωτήριον, ὅτι δι' αὐτῆς σωζόμεθα· λείπει δὲ ἐν τοῖς ἔθνεσι τὸ ἄρθρον· ὥσπερ καὶ ἐν τῷ ὄπισθεν στίχῳ, λείπει τὸ ἄρθρον, τῇ γῇ (32).

Ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοί, ὁ Θεός, ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοὶ πάντες. Λαοὶ μὲν ἁπλῶς οἱ ἐκ περιτομῆς· λαοὶ δὲ πάντες οἱ ἐξ ἐθνῶν, ὡς πλείους ἐκ πολλῶν γενῶν. *Ἐξομολογησάσθωσάν σοι* δὲ, ἀντὶ τοῦ Εὐχαριστείτωσαν, καὶ ὑμνείτωσαν, ὧν ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ ἐνανθρώπησεις.

Εὐφρανθήτωσαν καὶ ἀγαλλιάσθωσαν ἔθνη. Ταῦτα σαφῆ. Περὶ γὰρ τῆς εὐφροσύνης καὶ ἀγαλλιάσεως, διαφόρως προειρήκαμεν. Εἶτα ἐπάγει καὶ τὴν αὐτὴν αἰτίαν τῆς χαρᾶς.

Ὅτι κρινεῖς λαοὺς ἐν εὐθύτητι, καὶ ἔθνη ἐν τῇ γῇ ὁδηγήσεις. Διότι κατακρινεῖς μὲν δικαίως τοὺς Ἰουδαίους, τοὺς ποτὲ λαούς σου, οἷα μὴ παραδεξαμένους σε. Ὁδηγήσεις δὲ ἐν τῇ γῇ ὢν τὰ ἔθνη. Ἢ τὰ ἔθνη τὰ ἐν τῇ γῇ, κατ' ἔλλειψιν ἄρθρου δευτέρου.

Ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοί, ὁ Θεός, ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοὶ πάντες. Τὰ αὐτὰ πάλιν ἐπανέλαβεν, ἐπιταχύνων τοὺς λαοὺς καὶ προθυμοτέρους ἀπεργαζόμενος.

Γῆ ἔδωκε τὸν καρπὸν αὐτῆς. Τῶν ἀνθρώπων εὐλογηθέντων, καὶ ἡ γῆ δαψιλῶς ἐκαρποφόρησεν. Ἢ γῆς καρπὸν λέγει τοὺς ἐκ γῆς μὲν φύντας ἀνθρώπους, τῷ Θεῷ δὲ καρποφορηθέντας διὰ θλίψεως ἢ ἀσκήσεως· ἢ αὐτὸν τὸν Χριστόν.

Εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ Θεός, ὁ Θεὸς ἡμῶν, εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ Θεός. Γράφεται καὶ οὕτως· *Εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ Θεός, εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ Θεός, εὐλογήσαι ἡμᾶς, ὁ Θεός.* Ὅρα παραγυμνούμενον τὸ τῆς ἁγίας Τριάδος μυστήριον, τῷ τριπλασμῷ τοῦ Θεὸς, καὶ Θεὸς, καὶ Θεός.

Καὶ φοβηθήτωσαν αὐτὸν πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς. Διὰ μὲν τοῦ τριπλασμοῦ τὸ τρισυπόστατον ἐνέφηνε· διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν ἑνικῶς *αὐτόν*, τὸ ἑνιαῖον τῆς Θεότητος. Εἰ γὰρ καὶ Θεὸς ἕκαστον τῶν τριῶν προσώπων, ἀλλ' εἷς Θεὸς λέγεται τρισυπόστατος.

Εἰς τὸ τέλος τῷ Δαβὶδ ψαλμὸς ᾠδῆς.

ΨΑΛΜΟΣ ΞΖ'.

Εἰς τὸ τέλος μὲν, ὅτι καὶ οὗτος προαναχηρύττει τοῦ Σωτῆρος τὴν ἐπιφάνειαν ἐκδηλότερον, καὶ τὴν

A terra sunt, cognoscant viam vitæ, ac conversationis tuæ, per quam tu ambulasti, et quam tu ostendisti discipulis.

In omnibus gentibus salutare tuum. Atque ut homines, inquit, in omnibus gentibus cognoscant incarnationem tuam, quæ propter nos facta est. Hanc etenim salutare appellat, quia propter eam salvamur.

VERS. 4. *Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes.* Populi quidem simpliciter dicti, ii intelligendi sunt, qui ex circumcisione : populi autem omnes, ii qui ex gentibus credidere, veluti plures ex multis nationibus congregati. *Confiteantur* autem, hoc est, Gratias agant, et laudent,
B quod propter eorum salutem humanam carnem assumpturus es.

VERS. 5. *Lætentur, et exsultent gentes.* Hæc clara sunt. De lætitia autem, et exsultatione, plerumque alibi diximus. Deinde causam lætitiæ addit.

Quoniam judicabis populos in rectitudine, et gentes in terra diriges. Quoniam Judæos, qui olim populi tui fuerunt, juste judicabis : eo quod te non susceperint. Et exsistens in terra, diriges gentes ad semitam virtutum. Vel, diriges gentes, quæ in terra sunt, omisso articulo.

VERS. 6. *Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes.* Eamdem rursus sententiam repetit, ut celeres populos faciat, et promptiores eos
C reddat.

Terra dedit fructum suum. Hominibus etenim a Deo benedictis, terra abunde fructificavit. Vel fructum terræ homines appellat, qui e terra nati sunt, quique per tribulationes, et virtutum exercitationes Deo in fructum dati sunt. Vel per fructum, ipsum Christum intelligit.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus. Scribitur etiam hoc modo : *Benedicat nos Deus, benedicat nos Deus, benedicat nos Deus.* Vide apertum ac denudatum sanctissimæ Trinitatis mysterium, hac triplicatione : Deus, Deus, Deus.

Et metuant eum omnes fines terræ. Ea triplica-
D tione quidem, ut diximus, tres expressit Personas, singulari autem sermone, *eum*, non *eos* adorari jubens, divinitatis unitatem significavit. Nam et si unaquæque Personarum Deus sit, omnes tamen Personæ non tres dii, sed unus esse Deus dicuntur.

In finem psalmus cantici ipsi David.

PSALMUS LXVII.

In finem quidem inscribitur, quia Salvatoris adventum, et dæmonum destructionem manifestius

Variæ lectiones.

(31) Supple γνῶναι.

(32) *Hic* quoque vertenda non duxit interpres nonnulla quæ nisi ab iis qui Græce sciunt, intelligi non possunt. *Deest autem dictioni* ἐν τοῖς ἔθνεσιν *articulus, ut et in superiore versiculo dictioni* ἐν τῇ γῇ (utrobique τοῖς).

prænuntiat, quid autem sit *Psalmus cantici*, jam alibi diximus.

VERS. 2. *Exsurgat Deus, et dissipentur inimici ejus.* Cum dæmones in humanum genus tyrannidem exercerent, nec homo aliquis, nec angelus captivis hominibus opem ferret, vocat Propheta in auxilium ipsum omnium Creatorem, rogans eum ut celeriter exsurgat. Surrectionem autem in Deo sane et digne Deo intelliges, motum quemdam esse ad delinquentium vindictam. Et licet verbum, *exsurgat*, imperativi sit modi (ut ex Græca lectione aperte dignoscitur), sensum optantis habet hoc in loco: et simili modo alia sequentia verba, quemadmodum et multis aliis in locis reperitur, ubi etiam diximus. Inimici autem Dei, proprie dæmones sunt, veluti rebelles, ac Deo adversantes.

Et fugiant, qui oderunt eum a facie ejus. Fugiant B a præsentia et conspectu Dei, illius vultum in carne ferre nequeuntes. Quod etiam reipsa accidisse videmus: cum sicubi Christus coleretur, illius adeo præsentiam fugerent dæmones, ut retro nunquam converterentur.

VERS. 3. *Sicut deficit fumus, deficiant.* Quemadmodum deficit fumus spirante vento, ita etiam hi dæmones deficiant, impulsi nimirum ac dissipati a sancto Spiritu.

Sicut liquefit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei. Quemadmodum, inquit, aspectu ignis cera liquescit, ita dæmones a conspectu Christi qui ignis est consumens [35] improbitatem, defluentes evanescant. Et quod ait: *Pereant*, non ideo dixit, quia prorsus delendi sint dæmones, C ita, ut amplius nulli sint, sed quia in eisdem amplius locis non regnabunt. Eosdem etiam dæmones Propheta peccatores appellat, quia et primi omnium in Deum peccarunt, et quia peccatorum inventores merito dici possunt et magistri.

VERS. 4. *Et justi lætentur.* Per justos, eos intelligit, qui per fidem in Christum erant justificandi. Hi igitur destructa dæmonum tyrannide lætentur.

Exsultent in conspectu Dei et delectentur in lætitia. In conspectu Dei, qui eos nimirum protegit, et custodit, juxta illud: *Oculi Domini super justos* [36]. Verba autem *Exsultent, delectentur*, et *lætentur*, idem significant: conjuncta tamen summam gaudii indicant intensionem. D

VERS. 5. *Cantate Deo.* Vos, qui hujusmodi gaudio digni facti estis.

Psallite nomini ejus. Hoc declaravimus in tertio versiculo VIII psalmi.

Iter facite ei, qui ascendit super occasus, Dominus nomen illi. Ad apostolos est sermo, quo jubentur ut ad gentes excurrant, et viam animarum, ipsarum scilicet gentium, per prædicationem advenienti Christo præparent. Simile illud est, quod apud Isaiam ex persona Præcursoris dictum legimus: *Parate viam Domino* [37]. Viam, inquit,

A κατάλυσιν τῶν δαιμόνων. Τί δ' ἐστὶ *Ψαλμὸς ᾠδῆς* προείρηται.

Ἀναστήτω ὁ Θεὸς καὶ διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ. Τῶν δαιμόνων τυραννούντων, καὶ μήτε ἀγγέλου, μήτε ἀνθρώπου βοηθοῦντος τοῖς καταδουλωθεῖσιν, αὐτὸν τὸν Πλάστην τῶν τυραννουμένων καλεῖ πρὸς ἄμυναν. Ἀνάστασιν δὲ θεοπρεπῶς νοήσεις τὴν κίνησιν εἰς ἐκδίκησιν. Εἰ δὲ καὶ προστακτικῶς ἐσχημάτισται τὸ, *Ἀναστήτω*, καὶ τὰ ἑξῆς, ἀλλ' εὐκτικοῦ λόγου σημασίαν ἔχουσιν, ὡς ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν. Ἐχθροὶ δὲ τοῦ Θεοῦ κυρίως οἱ δαίμονες, ὡς ἀποστάται καὶ ἀντικείμενοι.

Καὶ φυγέτωσαν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ οἱ μισοῦντες αὐτόν. Ἀπὸ τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ μὴ φέροντες τὴν διὰ σαρκὸς αὐτοῦ παρουσίαν. Ἔνθα γὰρ παρείη, ἐδραπέτευον ἀμεταστρεπτί.

Ὡς ἐκλείπει καπνὸς, ἐκλειπέτωσαν. Ὥσπερ ὁ καπνὸς ἐκλείπει τῷ πνεύματι τοῦ ἀνέμου, οὕτω καὶ οὗτοι τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἐλαυνόμενοί τε καὶ σκεδαννύμενοι.

Ὡς τήκεται κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρὸς, οὕτως ἀπολοῦνται οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ. Ὥσπερ ὁ κηρὸς τήκεται τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ πυρὸς, οὕτως οὗτοι τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ Χριστοῦ, ὃς προσαγορεύεται πῦρ καταναλίσκον τὴν μοχθηρίαν, ταχήσονται ὑποῤῥέοντες· τὸ δὲ *Ἀπολοῦνται*, οὐ τὴν εἰς τὸ μὴ ὂν ὅλως, αὐτῶν ἀφάνειαν βούλεται σημαίνειν, ἀλλὰ τὴν εἰς τὸ μὴ εἶναι ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις ἔτι. Ἁμαρτωλοὶ δὲ οἱ δαίμονες, ὡς πρῶτοι ἁμαρτήσαντες, καὶ τῆς ἁμαρτίας εὑρεταὶ, καὶ διδάσκαλοι.

Καὶ οἱ δίκαιοι εὐφρανθήσονται. Καὶ λοιπὸν οἱ δικαιωθέντες διὰ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, καταλυθείσης τῆς τυραννίδος τῶν δαιμόνων, εὐφρανθήτωσαν.

Ἀγαλλιάσθωσαν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· τερφθήτωσαν ἐν εὐφροσύνῃ. Ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἐπισκοποῦντος αὐτοὺς ἀεί· *Ὀφθαλμοὶ* γὰρ, φησὶ, *Κυρίου ἐπὶ δικαίους.* Τὸ δὲ *Εὐφρανθήτωσαν* καὶ *Ἀγαλλιάσθωσαν* καὶ *Τερφθήτωσαν* ἐν εὐφροσύνῃ ταὐτὸν σημαίνοντα, τὴν ἐπίτασιν τῆς χαρᾶς ἐμφαίνουσιν.

Ἄσατε τῷ Θεῷ. Οἱ τῆς τοιαύτης χαρᾶς ἀξιούμενοι.

Ψάλατε τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Περὶ τούτου προείρηται ἡμῖν ἐν τῷ γ' στίχῳ τοῦ ψαλμοῦ η'.

Ὁδοποιήσατε τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν Κύριος ὄνομα αὐτῷ. Πρὸς τοὺς ἀποστόλους οὗτος ὁ λόγος, κελεύων δραμεῖν εἰς τὰ ἔθνη, καὶ τὴν ὁδὸν τῶν ψυχῶν αὐτῶν εὐτρεπίσαι, τῇ ἐπιδημίᾳ τοῦ Χριστοῦ, διὰ τοῦ κηρύγματος. Τοῦτο δὲ ἴσον ἐστὶ τῷ *Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου.* Ὁδοποιήσατε, φησὶ, τῷ Χριστῷ, πᾶν σκῶλον ἐξάραντες. *Τῷ ἐπιβεβηκότι*

[35] Deut. IV, 24; Hebr. XII, 29. [36] Psal. XXXIII, 16. [37] Isa. XL, 3; Matth. III, 3.

δὲ εἶπεν ἐπὶ *δυσμῶν*, διότι φῶς ὢν ἀπρόσιτον, καὶ Ἥλιος δικαιοσύνης, ἐπέβη τῶν ψυχῶν τῶν ἀνθρώπων, ἐνοικήσας αὐταῖς διὰ πίστεως· αἳ δυσμοὶ ἦσαν, ἤτοι νύκτες, διὰ τὸ ἀλαμπὲς καὶ τὸν ζόφον τῆς πλάνης τὸν πάλαι καταχεχυμένον αὐτῶν. Ἢ δυσμὰς ὁ κόσμος, κατά· *Τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει*· εἶτα λέγει, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ· ὅτι Κύριος πάντων ἁπλῶς, ὅ ἐστι Θεός.

Christo facite, omne impedimentum ex ea, atque offendiculum auferentes. Ascendere autem eum dixit super occasus, quia cum inaccessibilis lux sit, et Sol justitiæ, super hominum animas ascendit, et per fidem in his animabus habitavit, quæ antea occasus, hoc est noctes merito dici poterant, propter obscuritatem atque caliginem erroris, quo olim circumfusæ detinebantur. Vel, occasus dixit pro universo mundo, juxta illud : *Et lux in tenebris lucet (et tenebræ eam non comprehenderunt* [38]. Tenebras etenim illic evangelista universum orbem, hoc est, universos mundi homines appellavit); deinde etiam illius nomen dicit, quod scilicet Dominus omnium ac Deus est ille, qui ascendit, ut diximus.

Καὶ ἀγαλλιᾶσθε ἐνώπιον αὐτοῦ. Τοῦτο μικρὸν ἀνωτέρω τῷ ἑβδόμῳ στίχῳ συνδιερμηνεύεται.

Ταραχθήτωσαν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ. Τοῦτο πάλιν τῷ δευτέρῳ στίχῳ.

Τοῦ πατρὸς τῶν ὀρφανῶν καὶ κριτοῦ τῶν χηρῶν (33). Διὰ πρώτου κώλου, τὸ κηδεμονικὸν αὐτοῦ παρέστησε, διὰ δὲ τοῦ δευτέρου στίχου, τὸ δικαστικόν· ὅτι καὶ κηδεμὼν ἐστι τῶν ἀπροστατεύτων, καὶ κριτὴς τῶν ἀδικουμένων. Ἢ ὀρφανοὺς καὶ χήρας καλεῖ τοὺς ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντας· τὸ μὲν ὡς ἀποβεβληκότας τὸν πάλαι πατέρα αὐτῶν διάβολον· τὸ δὲ ὡς χηρωθέντας τοῦ αὐτοῦ πάλιν, ὃν εἶχον καὶ νυμφίον, ὡς προσκολληθέντες αὐτῷ. Μετὰ δὲ τὸ κήρυγμα πατέρα καὶ νυμφίον ἀντέλαβον τὸν Θεόν· πατέρα μὲν ὡς κηδεμόνα· νυμφίον δὲ, ὡς συναφθέντες αὐτῷ διὰ πίστεως.

Vers. 6. *Et exsultate in conspectu ejus.* Hoc paulo superius in tertio versiculo exposuimus.

Turbentur a facie ejus. Quod ait, *A facie ejus*, exposuimus superius in secundo versiculo.

Patris orphanorum ac judicis viduarum. Patris et judicis appellatione, et summam illum Providentiam, et curam habere demonstravit, et judicandi insuper potestatem exercere. Nam et curam eorum habet Deus, qui omni videntur ope destituti, et judex etiam eorum est, qui per alicujus injuriam opprimuntur. Orphanos præterea, ac viduas eos appellat, qui ex gentibus crediderunt, alterum quidem, eo quod patrem olim suum, diabolum videlicet, abjecerunt ; alterum vero, quia fideles animæ, quæ crediderunt, ipso prorsus viduatæ sunt diabolo, quem antea sponsum habebant, et cui adhæserant. Quippe cum post prædicationem et baptisma, (alium) patrem (aliumque) sponsum, (loco priorum) receperint (ipsum nimirum) Deum, quem in patrem quidem acceperunt veluti curatorem, et providentiam necessariorum omnium habentem, atque in sponsum, cui ut castæ virgines conjungantur per fidem.

Ὁ Θεὸς ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ. Ἐν τῷ οὐρανῷ· λείπει δὲ, τὸ *ἐστιν*. Εἰρηκὼς γὰρ *Ἀναστήτω ὁ Θεὸς, καὶ ὁδοποιησάτω τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν*, ἀναγκαίως ἐπήγαγεν· *Ὁ Θεὸς ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ*· διδάσκων ὅτι ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅς ἐστιν ἅγιος τόπος αὐτοῦ, ἀνίσταται καὶ πρὸς ἄμυναν, καὶ ἐπιβαίνει ἐπὶ δυσμῶν, καὶ ἃ βούλεται οἰκονομεῖ· οὐ μεταβάσει τοπικῇ χρώμενος· ἀπερίγραπτος γάρ ἐστι. Τοιοῦτο δέ ἐστι καὶ τό· *Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ.* Κάτω γὰρ πολιτευόμενος, καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ, ἀχώριστος ἦν τοῦ Πατρός. Εἴη δ' ἂν ἅγιος τόπος Θεοῦ, καὶ ἡ Ἐκκλησία τῶν πιστῶν, καὶ πᾶς θεοφιλής.

Deus in loco sancto suo. In cœlo nimirum, et subintelligitur, verbum, *est*. Nam cum dixerit : *Exsurgat Deus* : item : *Iter facite ei qui ascendit super occasus*, necessario subdidit : *Deus in loco sancto suo*, ut doceret, quod ille Deus, qui exsistit in cœlo, ubi locum sanctum suum esse dicimus, idem ille est, qui exsurgit in auxilium, et qui ascendit super occasus, et qui administrat quæcunque ei grata sunt, nulla utens loci mutatione, nullo transitu. Est etenim incircumscriptus Deus. Simile etiam illud est : *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis, qui est in cœlo* [39]. In terra etenim conversans Dei Filius, in cœlo erat indivisus a Patre. Dicitur etiam locus sanctus Ecclesia fidelium, et quilibet fidelis vir religiosus, ac Deo gratus.

Ὁ Θεὸς κατοικίζει μονοτρόπους ἐν οἴκῳ. Μονοτρόπους φησὶ τοὺς δικαίους· ὡς μηδεμίαν διπλόην πονηρίας ἔχοντας, μὴ δ' ἐπιπλοκὴν κακίας, ἀλλ' ἕνα σκοπὸν τὴν θεραπείαν τοῦ Θεοῦ μεταδιώκοντας· οὓς καὶ κατοικίζει ἐν οἰκίᾳ περὶ ἧς εἴρηκε Παῦλος, ὅτι *Οἰκοδομὴν ἐκ Θεοῦ ἔχομεν, οἰκίαν ἀχειροποίητον,*

Vers. 7. *Deus habitare facit unius moris homines in domo.* Unius moris homines eos esse intellige, qui justi sunt ac virtute præditi, veluti omni prorsus malitiæ duplicitate, ac doli complicatione carentes, uni tantum rei, hoc est, divino cultui incumbentes. Hos etenim homines Deus in ea domo

[38] Joan. I, 5. [39] Joan. III, 13.

Variæ lectiones.

(33) Ad verbum : *Priore membro ejus providentiam, altero judicandi potestatem demonstrat.*

habitare facit, de qua Apostolus Paulus dicit : quod *habitationem ex Deo habemus non manu factam, æternam in cœlis* [40]. Symmachus vero pro hominibus, quos unius moris esse dixit Propheta, seu unanimes, *monachos* reddidit, quasi ab omni mundano negotio prorsus segregatos, ac solitarios: quosque singulariter Deus habitare facit in parvis domiciliis. Et juxta hunc sensum prædicare videtur Propheta anachoretarum vitam.

A *ἐν τοῖς οὐρανοῖς αἰώνιον*. Ὁ δὲ Σύμμαχος *Μοναχοὺς* ἐξέδωκεν, ὡς μεμονωμένους παντὸς βιωτικοῦ πράγματος· οὓς κατοικίζει ἐν οἰκητηρίῳ καταμόνας. Προαγορεύει δὲ τὴν πολιτείαν τῶν ἀναχωρητῶν.

Educens vinctos in fortitudine. Educens, hoc est, liberans eos nimirum, qui peccatorum suorum catenis, et dæmonum vinculis, hoc est, affectibus seu passionibus, ac peccatorum perturbationibus vincti, atque alligati sunt : quo sermone fideles intelligit, qui ex gentibus congregandi erant. Educit autem eos in fortitudine, hoc est, in divina virtute, ac potentia, qua tyrannum devicit. Vel etiam, in virtute sermonis evangelici.

Ἐξάγων πεπεδημένους ἐν ἀνδρίᾳ. Ἐξάγων· εἴτουν ἐλευθερῶν, τοὺς πεπεδημένους ταῖς σειραῖς τῶν ἁμαρτημάτων, ἢ τοῖς δεσμοῖς τοῦ δαίμονος· ἅ εἰσι τὰ πάθη. Λέγει δὲ τοὺς ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντας· ἐξάγων δὲ τοὺς ἐν ἀνδρίᾳ, ἤγουν ἐν ἰσχύϊ Θεότητος, καταγωνιζομένῃ τὸν τύραννον· ἢ καὶ ἐν δυνάμει λόγων τῶν εὐαγγελικῶν.

Similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulcris. Non solum, inquit, tu gentiles educis e vinculis, sed et ipsos etiam ex circumcisione Judæos, quos *exasperantes* appellat, seu exacerbantes, ea ratione quam diximus in psalmo LXV. Possunt etiam verba hæc ita intelligi, ut prophetiam contineant, de universali mortuorum resurrectione : quod scilicet Deus ex monumentis omnes vinctos mortis vinculo educet, ac suscitabit, et quod similiter educet Judæos. Illa autem verba : *Qui habitant in sepulcris*, ad majorem declarationem dicta sunt, et per ea omnes homines significare voluit, qui mortui fuerint, ubicunque id eis acciderit, aut in terra, aut in mari, aut in igne.

B *Ὁμοίως τοὺς παραπικραίνοντας τοὺς κατοικοῦντας ἐν τάφοις.* Οὐ μόνον δὲ τούτους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκ περιτομῆς· τοὺς Ἰουδαίους γὰρ καλεῖ *παραπικραίνοντας*, ὡς ἐν τῷ ξε' ψαλμῷ προδιελάβομεν. Εἴη δ' ἂν ταυτὶ τὰ ῥητὰ καὶ προφητεῖα περὶ τῆς παγκοσμίου τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως, ὅτι πάντας ἐξάγῃ τῶν τάφων τοὺς πεπεδημένους, νεκρικῶς· ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς Ἰουδαίους· εἶτα ἡ ἐπεξήγησις, ὅτι *τοὺς κατοικοῦντας ἐν τάφοις*· διὰ τούτων δὲ, καὶ τοὺς ἐν πυρὶ, καὶ θαλάσσῃ, καὶ ὅπως δήποτε διαφθαρέντας ἐδήλωσεν.

VERS. 8, 9. *Deus, cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto, terra mota est : etenim cœli distillaverunt.* Quando dixisti ad Judæos : *Ecce dimittitur domus vestra deserta* [41] ; et quando Jeremiæ prophetia ex persona Christi prolata, finem accepit, quæ dicit : *Quoniam dereliquerunt domum meam, dimisi hæreditatem meam* [42]. Tunc etenim postquam egressus es, recedens a conspectu populi, qui eousque tuus fuerat, et pertransisti ad Ecclesiam ex gentibus congregatam, quæ olim deserta erat, ac nuda omni scientia, atque cognitione Dei, sterilisque, atque infructuosa germine virtutum; tunc, inquam, postquam existi, terra commota est, passionis nimirum, et resurrectionis tempore. Et cœli distillaverunt, descendente sancto Spiritu in apostolos, in die Pentecostes. Vel terra commota est, pertranseuntibus gentibus ab errore ad veritatem : et stillaverunt apostoli aquam prædicationis, qua fideles irrigabantur animæ. Apostoli etenim cœli esse dicuntur, et quia cœlestia sapiunt, et quia quibuscunque terrenis rebus supereminent. Illa autem conjunctio, *enim*, superflua est.

Ὁ Θεὸς, ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαί σε ἐνώπιον τοῦ λαοῦ σου, ἐν τῷ διαβαίνειν σε ἐν τῇ ἐρήμῳ, γῆ C *ἐσείσθη· καὶ γὰρ οἱ οὐρανοὶ ἔσταξαν.* Ὅτε εἶπας πρὸς Ἰουδαίους· *Ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος*, τέλος ἤδη λαμβανούσης τῆς Ἱερεμίου προφητείας, ἐκ προσώπου σου, Χριστὲ, φήσαντος, ὅτι *Ἐγκατέλιπον τὸν οἶκόν μου· ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου.* Τότε μετὰ τὸ ἐκπορευθῆναί σε καὶ ἀναχωρῆσαι ἐνώπιον τοῦ μέχρι τότε, λαοῦ σου, καὶ διαβλῆναί σε εἰς τὴν ἀθροισθησομένην Ἐκκλησίαν τῶν ἐθνῶν τὴν ἔρημον θεογνωσίας, καὶ ἄκαρπον ἀρετῆς, ἡ γῆ μὲν ἐσείσθη κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους, καὶ τῆς ἀναστάσεως· οἱ οὐρανοὶ ἔσταξαν τὴν κάθοδον τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰς τοὺς ἀποστόλους, ἐν τῷ καιρῷ τῆς Πεντηκοστῆς. Ἢ ἐσείσθη μὲν ἡ γῆ μεταβάντων τῶν ἐθνῶν ἀπὸ τῆς πλάνης D εἰς τὴν ἀλήθειαν· ἔσταξαν δὲ οἱ ἀπόστολοι τὸ ὕδωρ τοῦ κηρύγματος, ἀρδεῦον ψυχάς. Οὐρανοὶ γὰρ καὶ οὗτοι, διὰ τὸ φρονεῖν οὐράνια, καὶ τὸ ὑπερκεῖσθαι παντὸς γεηροῦ πράγματος. Ὁ δὲ σύνδεσμος ὁ *γὰρ*, περιττεύει.

A facie Dei Sinai, a facie Dei Israel. — *A facie Dei* circumloquendo dixit, pro ab ipso Deo, ut sit sensus : Hæc facta sunt ab eo, qui est Deus montis Sinai. Ipse etenim idem est, qui et Deus Sinai dicitur, et Deus Israel. Horum autem nominum

Ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ Σινᾶ, ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ Ἰσραήλ. Περιφραστικῶς τὸ, Ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ, τουτέστιν· ὅτι ταῦτα γεγόνασιν ὑπὸ τοῦ ὄντος Θεοῦ, τοῦ Σινᾶ ὄρους. Αὐτὸς γάρ ἐστι καὶ τοῦ Σινᾶ Θεὸς, καὶ τοῦ Ἰσραήλ. Ἐμνημό-

[40] II Cor. v, 1. [41] Matth. XXIII, 37. [42] Jerem. XII, 7.

νευσε δὲ τούτων, δεικνὺς ὅτι ὁ ἐν Σινᾷ τερατουργήσας καὶ τῷ Ἰακὼβ φαντασθεὶς, αὐτὸς καὶ ταῦτα ποιεῖ· καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς ἕτερος, παρ' ἐκεῖνον.

Βροχὴν ἑκούσιον ἀφοριεῖς ὁ Θεὸς τῇ κληρονομίᾳ σου. Κληρονομία μὲν Θεοῦ, τὰ ἔθνη, κατὰ τό· *Καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου.* Βροχὴ δὲ ὁ λόγος τοῦ Εὐαγγελίου ἀπαλύνων, καὶ ἀρδεύων τὰς ψυχάς. Ἑκούσιος δὲ βροχὴ αὕτη, διότι ὁ μὲν Μωσαϊκὸς νόμος, οὐ κατὰ θέλησιν Θεοῦ, ἀλλὰ κατ' οἰκονομίαν· οὐ γὰρ ἔχρηζε τῶν θυσιῶν, οὐδὲ τοιούτων ἄλλων παρατηρημάτων. *Τίς γὰρ*, φησὶ, *ταῦτα ἐξεζήτησε;* Καὶ πάλιν· *Μωσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἔγραψεν*· ὁ δὲ τοῦ κηρύγματος λόγος κατ' εὐδοκίαν ἐστὶ Θεοῦ· ἢ ὅτι ἐκεῖνος μὲν καὶ ἄκοντας ἐκείνους ἠνάγκαζεν φυλάττειν τὰς ἐντολάς· λιθοβολῶν, καίων, καὶ πικρῶς ἀναιρῶν· οὗτος δὲ, οὐδένα βιάζεται, ἀλλὰ θέλουσιν αὐτοῖς προσφέρεται.

A meminit Propheta, quia et in monte Sina Deus miracula operatus est, et quia apparuit Israel, hoc est, patriarchæ Jacob. Est enim idem Deus, qui hæc omnia operatur, et non est alius Deus præter eum.

VERS. 10. *Pluviam voluntariam segregabis, Deus, hæreditati tuæ.* Per hæreditatem Dei, gentes intelligit, juxta illud : *Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam* [43] : Per pluviam vero evangelicum sermonem, quo duriores irrigantur ac molliuntur animæ : quam Evangelii pluviam, appellat voluntariam, eo quod Mosaica lex non data erat ex mera Dei voluntate, sed potius ex dispensatione. Neque enim optabat, aut volebat Deus sacrificia, aut alias ejusmodi varias observationes, quæ B habentur in lege : *Quis enim*, inquit, *hæc exquisivit?* Et rursus alibi Dominus : *Ad duritiam vestram Moyses hæc scripsit* (*ab initio autem non erat sic* [44]). Evangelicæ autem prædicationis sermo divinæ prorsus congruit voluntati. Vel voluntariam ideo appellat, quia lex etiam invitos jubebat legem servare, alioquin lapidabat, cædebat, incendio perdebat, et sævissime denique occidebat. Prædicatio autem evangelica neminem cogit, sed volentibus tantum offertur.

Καὶ ἠσθένησε, σὺ δὲ κατηρτίσω αὐτήν. Ἠσθένησε πάλιν συντριβεῖσα τυραννίδι τῶν εἰδώλων. Σὺ δὲ ἀρτίαν αὐτὴν ἐποίησας, ἀνακαινίσας αὐτὴν διὰ τῆς παλιγγενεσίας τοῦ βαπτίσματος, καὶ στερεώσας ἐπὶ τὴν ἄσειστον πέτραν τῶν ἐντολῶν σου.

Et infirmata est, tu vero perfecisti eam. Infirmata est, et debilitata, ac diu oppressa idolorum tyrannide. Tu vero sanam eam, et perfectam reddidisti. per baptismi regenerationem. renovans nimirum eam, et super solidam mandatorum tuorum petram stabiliens.

Τὰ ζῶά σου κατοικοῦσιν ἐν αὐτῇ. Οἱ παρὰ σοῦ πνευματικῶς τρεφόμενοι καὶ ζῶντες τὴν ἐν σοὶ ζωήν. Ἢ ζῶα τοῦ Χριστοῦ οἱ ἀπόστολοι, οὓς ὁ Ἀββακοὺμ ἵππους ὠνόμασεν· *Ἐπεβίβασας*, λέγων, *εἰς θάλασσαν τοὺς ἵππους σου*· θάλασσαν καλέσας τὴν πικρὰν ἀπιστίαν.

VERS. 11. *Animalia tua habitabunt in ea.* Ii nimirum qui a te spirituali cibo aluntur, quique animam, hoc est, vitam habent in te. Vel, per C *animalia Christi* apostolos intellige, quos Habacuc equos appellavit : *Induxisti*, inquiens, *in mare equos tuos*, mare appellans, amaram (salsuginosamque, ac sterilem olim gentium) infidelitatem

Ἡτοίμασας ἐν τῇ χρηστότητί σου τῷ πτωχῷ, ὁ Θεός. Πτωχὸς ὁ τῶν ἐθνῶν λαὸς, ὡς μηδένα πλοῦτον πνευματικὸν δεξάμενος. Οὐ γὰρ νόμον εἶχεν, οὐ προφητείας· ἀλλ' ὁ Θεὸς δι' οἰκείαν χρηστότητα, ἡτοίμασεν αὐτῷ πλοῦτον ἄλλον, τὴν δηλωθεῖσαν ἑκούσιον βροχήν.

Parasti in bonitate tua pauperi, Deus. Per pauperem, gentilem populum intelligit, qui nullas olim spirituales divitias acceperat. Neque enim legem habebat, aut prophetas, sed præ summa Dei benignitate, aliæ eis paratæ fuerunt divitiæ : illa nimirum pluvia voluntaria.

Κύριος δώσει ῥῆμα, τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ. Τοῦτο εἶπε περὶ τῶν ἀποστόλων· οἳ; ἁλιεῦσι καὶ ἰδιώταις οὖσιν, ὁ Θεὸς ἐχορήγησεν λόγον σοφίας. *Δυνάμει* δὲ *πολλῇ* εἶπεν, ὅτι τοῖς ῥήμασιν αὐτῶν, παρείπετο θεία δύναμις θαυματουργοῦσα ὅσα καὶ βούλοιντο.

VERS. 12. *Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa.* Hoc ad apostolos pertinet, quibus, cum piscatores essent, atque idiotæ, subministravit Deus sapientiæ verbum : atque hoc tanta cum virtute, ut multa etiam, atque admirabilia opera- D rentur miracula.

Ὁ βασιλεὺς τῶν δυνάμεων τοῦ ἀγαπητοῦ. Ἀγαπητὸν λέγει τὸν μονογενῆ Υἱὸν καὶ Θεόν. Φησὶ γὰρ, ὅτι *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός*· δυνάμεις δὲ αὐτοῦ τοὺς ἀποστόλους, ὡς στρατιώτας αὐτοῦ, κατὰ τῶν ἀντιτεταγμένων δυνάμεων παρατεταγμένους· ὧν ἐστι βασιλεὺς ὁ Πατὴρ, βασιλεύσας αὐτῶν διὰ τῆς τοῦ Υἱοῦ σπουδῆς.

VERS. 13. *Rex virtutum dilecti.* Dilectum appellat unigenitum Filium Deum, de quo dictum legimus a Patre : *Hic est Filius meus dilectus* [45]. Per *virtutes* vero *dilecti*, ipsos apostolos intellige, veluti illius milites. Eos etenim ut milites susceperat, ut summa vi ac potentia adversus dæmonum impetum resisterent. Harum autem virtutum ipse Deus Pater, Rex dicitur esse, regno hoc nimirum sibi per Filium parato.

Τῇ ὡραιότητι τοῦ οἴκου σου διελέσθαι σκῦλα.

Speciei domus dividere spolia. Dabit, inquit, eis

[43] Psal. II, 8. [44] Matth. XIX, 8. [45] Matth. III, 17.

Deus verbum, ut inimicorum exuvias dividant, ipsas nimirum gentes. Devictis enim dæmonibus exspoliarunt eos apostoli, et ab illis homines eos abstulerunt, qui illis antea inserviebant. Dabit, dico, Deus apostolis verbum, ut inimicorum spolia dividant, formosissimæ ac speciosissimæ fidelium Ecclesiæ : in qua, veluti in decentissima domo Christus Dominus habitat, quemadmodum et nos divisa ea esse conspicimus. Apostolorum enim alter gentem illam, et alter alteram ad fidem adduxit. Possumus etiam per speciem domus, Evangelii pulchritudinem intelligere, quo veluti quopiam instrumento apostoli hæc spolia diviserunt (verum tunc non speciei legendum est, sed *specie*. Utraque enim lectio Græcis potest verbis accommodari).

A Δώσει αὐτοῖς ῥῆμα, εἰς τὸ διαμερίσασθαι λάφυρα τῶν ἐχθρῶν, ἅ εἰσι τὰ ἔθνη· νικήσαντες γὰρ τοὺς δαίμονας, ἐλαφυραγώγησαν, ἀφελόμενοι τοὺς δεδουλωμένους αὐτοῖς· διελέσθαι δὲ αὐτὰ τῇ ὡραιοτάτῃ Ἐκκλησίᾳ τῶν πιστῶν, ᾗ ἐνοικεῖ ὁ Θεός. Καὶ μέντοι διείλοντο, ὁ μὲν τόδε τὸ ἔθνος, ὁ δὲ τόδε προσαγαγών. Εἴη δ' ἂν ὡραιότης τῆς Ἐκκλησίας, τὸ Εὐαγγέλιον, δι' οὗ τούτους διείλοντο.

Vers. 14. *Si dormiatis inter medios cleros.* Dormire in præsenti loco posuit pro *mori*. Sermo enim Prophetæ est ad apostolos, dicentis : Ita demum adducentur vobis hæc spolia, si moriemini inter medios cleros, hoc est, inter medias gentes, quæ in clerum, hoc est, in sortem vobis datæ sunt. Et sane quidem prædicantes occisi sunt. Vel aliter, Si dormieritis, hoc est, si immorati fueritis. Immoratur enim et diutius permanet, qui dormit.

Ἐὰν κοιμηθῆτε ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων. Κοιμηθῆναι ἐπὶ τοῦ παρόντος ῥητοῦ, τὸ ἀποθανεῖν νοήσομεν. B Φησὶ γὰρ πρὸς αὐτοὺς ὁ Προφήτης, ὅτι, Προσαχθήσονται ταῦτα τὰ σκῦλα, ἐὰν ἀποθάνητε ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων, ἤτοι τῶν κληροδοτηθέντων ὑμῖν ἐθνῶν. Καὶ μέντοι κηρύσσοντες, ἀνῃρέθησαν. Ἢ καὶ ἄλλως, ἐὰν χρονίσητε· χρονίζει γὰρ ἀκινήτως ὁ κοιμώμενος.

Alæ columbæ deargentatæ, et posteriora dorsi ejus in pallore auri. Columbam putamus Christum esse, ob ejus nimirum mansuetudinem ac patientiam. Per hujus autem columbæ alas, Christi corpus intelligere possumus, veluti exteriorem, seu magis extremam partem : per posteriora autem dorsi [quæ Græci unico vocabulo μετάφρενα dicunt et nos possumus scapulas dicere] animam Christi intelligit, tanquam interiorem, ac magis tectam partem. Splendidum, inquit, atque elegans est Christi corpus, et argenti instar refulget : omni enim caret peccati macula ; verum ipsa etiam anima, non minori luce ac fulgore splendescit, cum purissimo possit auro comparari. Ab ipsa enim divinitate, cui unita atque conjuncta est, hujusmodi lucis radios sumit. Pallorem vero auri dixit, quia pallere solet aurum, quod purissimum est. Alii præcedentem versiculum huic conjungentes, ita exponunt : Si stabiliti fueritis in medio duorum Testamentorum, Veteris nimirum, et Novi. Stabilis enim ac immobilis permanere videtur, ut diximus, qui dormit : et sortes merito appellari possunt duo Testamenta, cum illud antiquo populo ante crucem, alterum novo populo, post crucem, in sortem data sint. Si igitur constiteritis in medio utriusque Testamenti, et quod novum est, veteri consonum credideritis. Vetus etenim figura est, et Novum veritas : tunc alæ columbæ, hoc est exteriores ac simpliciores sancti Spiritus sensus, splendidi esse vobis videbuntur : et scapulæ, hoc est, interiores, et magis mysticæ contemplationes, instar pallidissimi ac purissimi auri fulgorem ac lucem suam vobis demonstrabunt. Et quanquam utrumque ex his metallis splendidissimum sit, auri tamen splendor intensiorem præsefert fulgorem.

Πτέρυγες περιστερᾶς περιηργυρωμέναι, καὶ τὰ μετάφρενα αὐτῆς ἐν χλωρότητι χρυσίου. Περιστερὰν οἰόμεθα τὸν Χριστὸν, διὰ τὸ φιλάνθρωπον καὶ ἀνεξίκακον, οὗ πτέρυγες μὲν εἴη ἂν τὸ σῶμα, ὡς ἀκρότατον, μετάφρενα δὲ ἡ ψυχὴ, ὡς ἐνδότερον. Λέγει δὲ, ὅτι λελαμπρυσμένον μὲν τὸ σῶμα αὐτοῦ, ὡς ἀναμάρτητον· λαμπρὸς γὰρ ὁ ἄργυρος· ἐν C χλωρότητι δὲ χρυσίου ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, ὡς ἡνωμένη τῇ Θεότητι. Τὸ χλωρὸν γὰρ χρυσίον, καθαρώτατόν ἐστιν. Ἄλλοι δὲ τὸ πρὸ τούτου ῥητὸν τῷ παρόντι συντάττοντες, φασὶν ὅτι, Ἐὰν στερεωθῆτε ἀνὰ μέσον τῶν δύο Διαθηκῶν, τῆς τε Παλαιᾶς καὶ τῆς Νέας· ἐστερέωται γὰρ ἀκινήτως ὁ κοιμώμενος· καὶ ἀποκεκλήρωνται αἱ Διαθῆκαι, ἡ μὲν τῷ πάλαι λαῷ πρὸ τοῦ σταυροῦ, ἡ δὲ τῷ νέῳ μετὰ τὸν σταυρόν· ἐὰν οὕτω, φησὶ, ποιήσητε (36), μεσάζοντες καὶ συμβιβάζοντες τὴν Νέαν πρὸς τὴν Παλαιάν· ἐκείνη μὲν γὰρ τύπος, αὕτη δὲ ἀλήθεια· τότε τῆς περιστερᾶς, ἤτοι τοῦ ἁγίου Πνεύματος αἱ μὲν πτέρυγες, εἴτουν τὰ ἁπλούστερα, καὶ ἀκρότατα νοήματα, λαμπρὰ φανήσονται· τὰ δὲ μετάφρενα, τουτέστιν τὰ ἐνδότερα καὶ μυστηριωδέστερα, δίκην χλωρότητος χρυσοῦ καθαρώτερα· D εἰ δὲ λαμπρὸς μὲν ὁ ἄργυρος, λαμπρὸς δὲ καὶ ὁ χρυσὸς, ἀλλ' ἡ τοῦ χρυσοῦ λαμπρότης βαθυτέρα ἐστί· περιστερὰν δὲ νοοῦσι τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ὅτι καὶ ἐν εἴδει περιστερᾶς κατῆλθεν ἐπὶ τὸν Χριστὸν βαπτιζόμενον.

Variæ lectiones.

(34) Fidelius *nec loco movetur quid.*

(35) Græce aridius : *splendidum dicit ejus corpus, utpote peccati expers. Splendet autem argentum : anima vero ejus in pallore auri, utpote divinitati adhærens. Aurum porro pallens purissimum est.*

(36) Clarius et fidelius, *et alterum cum altero conciliaritis.*

Per columbam vero, sanctum Spiritum intelligunt qui in columbæ specie super Christum descendit, cum baptizaretur.

Ἐν τῷ διαστέλλειν τὸν ἐπουράνιον, βασιλεῖς ἐπ' αὐτῆς χιονωθήσονται ἐν Σελμών. Βασιλεῖς νῦν τοὺς ἀποστόλους ὠνόμασεν, ὡς κληρονόμους τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· οὓς καὶ ἐν τῷ μδ' ψαλμῷ ἄρχοντας προσηγόρευσε. Προλέγει δὲ ἐνταῦθα τὴν εἰς αὐτοὺς γενομένην ἐν τῷ καιρῷ τῆς Πεντηκοστῆς ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος· φησὶν οὖν ὅτι ἐν τῷ τὸν ἐπουράνιον Θεὸν ἀποστέλλειν ἢ διαιρεῖν, καὶ διακληροῦν βασιλεῖς ἐπ' αὐτῆς· φημὶ δὴ, τῆς προῤῥηθείσης κληρονομίας, ἤτοι ἐστὶ τὰ ἔθνη· *Πορευθέντες* γὰρ, φησὶ, *μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη.* Χιονωθήσονται, ὅ ἐστι λευκανθήσονται καὶ λαμπρυνθήσονται, διὰ τῆς (37) αἴγλης τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Προσέθηκε δὲ καὶ τὸν τόπον· *Σελμὼν* γὰρ Ἱερουσαλὴμ ἐκαλεῖτο, ἔνθα ἐκάθηντο ἕως ἂν ἐνεδύσαντο δύναμιν ἐξ ὕψους. Παρατηρητέον δὲ τὴν *ἐν* πρόθεσιν, πολλάκις ὑστεροχρονίαν σημαίνουσαν, ὡς ἐπὶ τοῦ παρόντος· *Ἐν τῷ διαστέλλειν* γὰρ, ἀντὶ τοῦ Μετὰ τὸ διαστεῖλαι. Ταύτην δὲ τὴν παρατήρησιν παραδεδώκαμεν καὶ ἐν τῇ ἐπιγραφῇ τοῦ ν' ψαλμοῦ.

VERS. 15. *Dum discernit cœlestis reges super eam, quasi nive dealbabuntur in Selmon.* Per reges, ipsos etiam apostolos intelligit, eo quod cœli regnum hæreditarunt: quos etiam in Psalmo XLIV principes appellavit. Prædicit igitur futurum in die Pentecostes sancti Spiritus in apostolos adventum. Quando cœlestis, inquit, Deus mittet ac dividet, hoc est, quando sortietur reges super eam; super eam, inquam, hæreditatem, hoc est, super gentes, quæ hæreditas Christi sunt; quod tunc futurum erat, quando ad apostolos diceretur: *Euntes docete omnes gentes* [46], tunc reges illi, veluti nive quadam dealbabuntur, hoc est, clari ac splendidi fient, per gratiam scilicet sancti Spiritus. Et locum etiam addidit, dicens: *In Selmon.* Ipsam autem intelligit Jerusalem, ubi post Domini assumptionem, discipuli consederunt, donec *induti sunt virtutem ex alto.* Observandum est autem, quod dictio, *dum*, sæpenumero futurum tempus designat, ut in præsenti loco: *Dum discernit*, hoc est, *postquam discreverit.* Hanc autem observationem tradidimus etiam in inscriptione psalmi quinquagesimi.

Ὄρος τοῦ Θεοῦ, ὄρος πῖον, ὄρος τετυρωμένον, ὄρος πῖον. Ὄρος τοῦ Θεοῦ καλεῖ τὴν Ἐκκλησίαν τῶν πιστῶν· ὄρος μὲν, ὡς ὑπερκειμένην τῶν γηΐνων, καὶ εἰς οὐρανὸν ἀνατεινομένην διὰ θεωρίας καὶ πράξεως· τοῦ Θεοῦ δὲ, ὡς ᾠκειωμένης τῷ Θεῷ· πῖον δὲ, διὰ τὴν δαψίλειαν καὶ εὐχρηστίαν τῆς ἐν αὐτῇ πνευματικῆς νομῆς· τετυρωμένον δὲ, διὰ τὸ συνεστὸς καὶ στερεὸν τῶν ἐν αὐτῇ δογμάτων τῆς πίστεως· πεπηγὼς (38) γὰρ ὁ τυρός. Εἶτα πάλιν πῖον, τῇ δαψιλείᾳ τῶν χαρισμάτων τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἐξυμνεῖ δὲ ποικίλως τὸ τοιοῦτον ὄρος, διὰ τὴν ποικιλίαν τῶν δυνάμεών αὐτοῦ.

VERS. 16. *Mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus, mons pinguis.* Montem Dei Ecclesiam fidelium appellat, veluti a terrenis elevatam, et contemplatione atque actionibus suis tendentem in cœlum. Dei etiam eam esse dicit, quasi propriam ejus effectam, atque in illius potestatem delapsam: pinguem etiam ob spiritualis pabuli, quod in ea est, tum abundantiam, tum etiam excellentiam [a] et deinde coagulatam, seu [ut magis poscit Græca dictio] caseatam eam esse dicit ob soliditatem dogmatum; quæ in ea sunt. Caseus etenim sicuti a coeundo dictus est, aut a lacte coacto, ita etiam soliditatem quamdam significat. Postremo pinguem rursus appellat, ob charismatum ac donorum sancti Spiritus abundantiam. Variis vero laudibus hunc montem laudat atque exornat Propheta ob varias nimirum ac multiplices illius virtutes.

Ἵνα τί ὑπολαμβάνετε ὄρη τετυρωμένα; Πρὸς τοὺς ἐχθροὺς τῆς Ἐκκλησίας ἀποτείνεται φάσκων, ὅτι Διὰ τί ὑπολαμβάνετε ἕτερα ὄρη τετυρωμένα, παρὰ ταῦτα;

Τὸ ὄρος ὃ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς κατοικεῖν ἐν αὐτῷ. Τοῦτό ἐστι τὸ ὄρος, φησὶν, ὃ ἠθέλησεν ὁ Θεὸς, εἰς τὸ κατοικεῖν ἐν αὐτῷ. Αὕτη γάρ, φησὶν, ἡ *κατάπαυσίς μου εἰς αἰῶνα αἰῶνος.*

Καὶ ὁ Κύριος κατασκηνώσει εἰς τέλος. Κατασκηνώσει ἐν αὐτῷ εἰς τέλος, ἀντὶ διαπαντός. Τί δ' ἂν εἴποιεν οἱ Ἰουδαῖοι περὶ τούτου; οὐκ εἰς τέλος γὰρ κατῴκησεν ἐν Σιὼν, ἀλλὰ ῥητὸν χρόνον.

Τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ μυριοπλάσιον. Εἰπὼν ἄνω·

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΞΗ'.

Εἰς τὸ τέλος μὲν, διὰ τὸ πέρας τῶν ἐν τούτῳ προῤῥήσεων· *Ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων* δὲ, ὅτι περὶ μεταβολῆς πραγμάτων διαλαμβάνει· ἐσχημάτισται γὰρ προσώπῳ τοῦ ἐν Βαβυλωνίᾳ αἰχμαλώτου λαοῦ, οἵτινες ἠλλοιώθησαν, ἀντὶ δούλων ἐλεύθεροι πάλιν γεγονότες, καὶ ἀντὶ τῆς ἀλλοτρίας τὴν ἰδίαν οἰκίαν οἰκήσαντες. Προσήκει δὲ καὶ παντὶ πιστῶν πολεμουμένῳ, εἴτε σωματικῶς, εἴτε ψυχικῶς.

Σῶσόν με, ὁ Θεός, ὅτι εἰσήλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου. Ὕδατα λέγει τὴν ἐπίῤῥοιαν τῶν θλίψεων καὶ τῶν πειρασμῶν, τῶν ἐπαφιεμένων ὑπὸ τῶν εἴτε ὁρατῶν, εἴτε ἀοράτων ἐχθρῶν, ὧν τὸ βάθος, δίκην ὑδάτων, ἀποπνίγει τὸν συνεχόμενον· ταῦτα, φησὶ,

In finem pro iis, qui commutabuntur, Psalmus ipsi David.

PSALMUS LXVIII.

In finem inscribitur ob prophetias his contentas, quæ ad finem tendebant, et *pro iis, qui commutabuntur*, quia rerum mutationem pertractat. Conscriptus autem fuit ex populi persona, qui D captivus erat in Babylone, et mutatione facta a servitute liberatus, et in patriam restitutus est (48). Accommodari etiam potest cuilibet fideli, qui a visibilium atque ab invisibilium hostium oppressione fuerit liberatus.

VERS. 2. *Salvum me fac, Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam.* Per aquas, tentationum ac calamitatum affluentiam intelligit, quæ ab invisibilibus, ut diximus, seu a visibilibus inimicis proveniant : quarum calamitatum profundi-

Variæ lectiones.

(48) Ad verbum *et pro aliena propriam domum incolebant.*

tas, aquarum instar, facillime omnes suffocat, qui in eam inciderint. Hujusmodi aquæ, inquit, totum me obtexerunt, et ad ipsam usque animam pervenerunt : quo sermone doloris sui vehementiam demonstrat.

A τὰ ὕδατα, περιγενόμενα τοῦ σώματος, ἥψαντο καὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς μου. Ἐμφαίνει δὲ διὰ τούτου τὴν σφοδρότητα τῆς ἀλγηδόνος.

VERS. 3. *Infixus sum in limo profundi, et non est subsistentia.* Quædam exemplaria habent : *Infixus sum in materia.* [Græcæ enim dictiones ἰλὺς et ὕλη, quarum prior *limum*, altera *materiam* significat, modica et litterarum et vocum differentia distinguuntur. Quocirca scriptorum vitio facile introducta est lectionis varietas.] Verum utcunque legas, fæcem illam Propheta metaphorice significare voluit, quæ sub profundo aquæ esse solet. Qui igitur in hujusmodi fæce infixi sunt, subsistentiam, hoc est, stabilitatem nullam inveniunt, ipsa nimirum fæce, ob cœnosam ac fluxam illam materiam, semper magis infra se considente.

Ἐνεπάγην εἰς ἰλὺν βυθοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις. Τινὰ τῶν ἀντιγράφων *ὕλην* γράφουσιν. Ἔστι δὲ καὶ τοῦτο κἀκεῖνο ἡ ὑποστάθμη τοῦ ἐν τῷ βυθῷ ὕδατος. Μεταφορικὸς δὲ ὁ λόγος· οἱ γὰρ ἐμπηγνύμενοι τῇ τοιαύτῃ ὑποστάθμῃ οὐχ εὑρίσκουσιν ὑπόστασιν, εἴτουν ἑδραίωσιν, ἀεὶ συνιζανούσῃ διὰ τὸ τέλμα.

Veni in profunda maris, et tempestas demersit me. His tribus proximis versiculis eamdem Propheta ubique repetit sententiam, multiplicibus absorptum se esse asserens calamitatibus, quas variis explicare conatur nominibus : aquas primo eas appellans, eo quod impetu quodam aquæ instar defluunt et suffocant ; deinde limum profundi, propter infinitatem ; et tertio profunda maris, ob copiam atque amaritudinem aquarum ; postremo etiam tempestatem ob summam hujusmodi calamitatum vehementiam.

B *Ἦλθον εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης, καὶ καταιγὶς κατεπόντισέ με.* Οἱ τρεῖς οὗτοι στίχοι τὸ αὐτὸ λέγουσιν· ὅτι Κατεποντίσθην ὑπὸ τῶν συμφορῶν, ἃς διαφόρως ὠνόμασαν· ὕδατα μὲν, διὰ τὸ ἐπιῤῥεῖν καὶ ἀποπνίγειν· ἰλὺν βυθοῦ, διὰ τὸ ἀπέραντον· βάθη δὲ θαλάσσης, διὰ τὸ πλῆθος καὶ τὴν πικρίαν. Καταιγίδα δὲ καλεῖ τὴν τούτων σφοδρότητα.

VERS. 4. *Laboravi clamans.* Clamans scilicet ad te.

Ἐκοπίασα κράζων. Πρὸς σέ.

Raucæ factæ sunt fauces meæ. Assiduo atque intenso clamore effectus sum raucus.

Ἐβραγχίασεν ὁ λάρυγξ μου. Ἀπὸ τοῦ συνεχῶς καὶ ἐπιτεταμένως κράζειν.

Defecerunt oculi mei. Fatigati nimirum ac debiles effecti dum intenti te intuentur.

Ἐξέλιπον οἱ ὀφθαλμοί μου. Ἀπέκαμον, ἠτόνησαν ἀτενῶς εἰς σὲ ἀφορῶντες.

Dum spero in Deum meum. Hoc mihi accidit quia in te tantum spero. A te solummodo opem et posco et exspecto, atque ideo intentus te intueor.

Ἀπὸ τοῦ ἐλπίζειν με ἐπὶ τὸν Θεόν μου. Τοῦτο C δὲ πεπόνθασιν διὰ τὸ ἐλπίζειν με ἐπὶ σὲ μόνον, καὶ παρὰ σοῦ μόνου προσδοκᾷν βοήθειαν, καὶ τούτου ἕνεκεν οὕτως ἀτενῶς ἀφορῶ.

VERS. 5. *Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis : invaluerunt inimici mei, qui persequuntur me injuste.* Et multi, inquit, sunt et potentes, qui persequuntur me, et sine causa oderunt me.

Ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς μου οἱ μισοῦντές με δωρεάν· ἐκραταιώθησαν οἱ ἐχθροί μου, οἱ ἐκδιώκοντές με ἀδίκως. Καὶ πολλοί εἰσι, καὶ κραταιοί· οἱ ἐκδιώκοντες δὲ, ἀντὶ τοῦ, καταδιώκοντες, εἴτουν, μισοῦντες ἀναιτίως.

Quæ non rapui, tunc exsolvebam. Metaphoricus est sermo, desumptus ab iis qui ea reddunt quæ nunquam abstulerunt. Et sensus est, quod earum rerum causa se pœnas dare dicit, pro quibus ipse molestiam alicui aliquam nunquam intulerat. Et quod ait : *Tunc exsolvebam*, ad illud tempus referendum est, quando pœnæ hujusmodi ab eo exigebantur.

Ἃ οὐχ ἥρπαζον, τότε ἀπετίννυον. Μεταφορικὸς μὲν ὁ λόγος ἀπὸ τῶν, ἃ οὐχ ἥρπασαν, ἀποδιδόντων. Ἐμφαίνει δὲ ὅτι Περὶ ὧν οὐκ ἠδίκησα, τούτων ἀπεδίδουν δίκας τότε, ὁπότε ἀπαιτούμην αὐτάς.

VERS. 6. *Deus, tu nosti insipientiam meam, et delicta mea a te non sunt abscondita.* Tu, inquit, nosti omnia, tu insipientiam meam cernis, et si quid adversus eos aut imprudenter egi, aut deliqui, nihil prorsus te latet.

D *Ὁ Θεὸς, σὺ ἔγνως τὴν ἀφροσύνην μου· καὶ αἱ πλημμέλειαί μου ἀπὸ σοῦ οὐκ ἀπεκρύβησαν.* Σὺ, φησὶν, ὁ πάντα εἰδὼς, οἶδας τὴν ἀφροσύνην μου, εἴ τι κατ' αὐτῶν ἠφρονησάμην· καὶ εἴ τι πρὸς αὐτοὺς ἐπλημμέλησα, οὐ διέλαθέ σε.

VERS. 7. *Non erubescant super me, qui sustinent te, Domine, Domine virtutum.* Quod ait *super me*, est constructio indifferens, pro, *in me.* Non erubescant igitur in me, quasi id auxilium non sim consecutus quod a te exspectabam. Illi, inquam, non erubescant in me, qui sustinent, hoc est, qui exspectant te sibi adjutorem futurum. Dominum autem virtutum seu potentiarum eum appellavit, veluti qui salvare omnes potest qui illum invocant.

Μὴ αἰσχυνθείησαν ἐπ' ἐμὲ οἱ ὑπομένοντές σε, Κύριε τῶν δυνάμεων. Τὸ ἐπ' ἐμὲ ἀδιαφόρως, ἀντὶ τοῦ ἐπ' ἐμοί. Ἀποτυγχάνοντες τῆς προσδοκωμένης ἀπὸ σοῦ βοηθείας· ὑπομένοντες δὲ οἱ περιμένοντές σε, ἐπίκουρον ἑαυτῶν. Κύριον δὲ τῶν δυνάμεων αὐτὸν εἶπεν, ὡς δυνάμενον σώζειν τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτόν.

A *Μηδὲ ἐντραπείησαν ἐπ' ἐμὲ οἱ ζητοῦντές σε, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραήλ.* Ὅμοιον καὶ τοῦτο τῷ πρὸ αὐτοῦ· ζητοῦντές σε δὲ οἱ ἐν τῷ πάσχειν ἐπικαλούμενοί σε.

Ὅτι ἕνεκά σου ὑπήνεγκα ὀνειδισμόν· ἐκάλυψεν ἐντροπὴ τὸ πρόσωπόν μου. Περὶ τοῦ ὀνειδισμοῦ εἴρηται καὶ ἐν τῷ μα' ψαλμῷ· *Ὅτι ὠνείδιζόν με οἱ ἐχθροί μου ἐν τῷ λέγειν αὐτούς μοι καθεκάστην ἡμέραν· Ποῦ ἐστιν ὁ Θεός σου;* τῷ ὀνειδισμῷ δὲ καὶ ἡ ἐντροπὴ ἕπεται.

Ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθην τοῖς ἀδελφοῖς μου, καὶ ξένος τοῖς υἱοῖς τῆς μητρός μου. Τὰ ἐντεῦθεν ἀριδήλως τῷ Χριστῷ ἁρμόζουσιν, ὡς δειχθήσεται. Τινὲς δὲ καὶ τὰ προλαβόντα τούτῳ ἀνατιθέναι βιάζονται, B παθαινομένῳ κατὰ νόμον ἀνθρωπίνης φύσεως· ἀδελφοὺς δὲ καλεῖ τοὺς Ἰουδαίους· ὅτι καὶ αὐτὸς κἀκεῖνοι πατέρα εἶχον τὸν Ἀβραάμ. Ὁμοίως δὲ καὶ υἱοὺς τῆς μητρὸς αὐτοῦ, διὰ τὴν κοινὴν αὐτῶν μητέρα τὴν Σάῤῥαν· οἵτινες ἀπηλλοτρίωσαν καὶ ἐξένωσαν αὐτὸν, λέγοντες· *Τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν.* Καὶ πάλιν· *Οὐ καλῶς λέγομεν, ὅτι Σαμαρείτης εἶ καὶ δαιμόνιον ἔχεις;* καὶ ὁ εὐαγγελιστής φησιν, ὅτι, *Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐκ ἐδέξαντο.*

Ὅτι ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με. Τοῦτο πεπλήρωται, ὅτε παῤῥησιασάμενος ἐξήλασε τοῦ ἱεροῦ τοὺς πωλοῦντας καὶ τοὺς ἀγοράζοντας· *Ἐμνήσθησαν* γάρ, φησὶν, *οἱ μαθηταὶ ὅτι γεγραμμένον ἦν, ὅτι Ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ* C *με·* ζῆλον δὲ λέγει τὴν δικαίαν ὑπὲρ τοῦ ἱεροῦ ἀγανάκτησιν.

Καὶ οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε ἐπέπεσον ἐπ' ἐμέ. Καὶ τὸ παρὸν ῥητὸν εἰς τὸν Χριστὸν ὁ μέγας ἐξεδέξατο Παῦλος, Ῥωμαίοις ἐπιστέλλων· *Φησὶν οὖν πρὸς τὸν Πατέρα, ὅτι Οἰκεῖα τὰ σὰ ὀνείδη ἐλογισάμην, ὡς ἓν ὢν σοι·* ἃ προέφερον οἱ εἰδωλολάτραι, ὀνειδίζοντές σοι ἀσθένειαν, ὡς ἑνὶ μόνον τιμώμενον γένει τῶν Ἰουδαίων. Διὸ καὶ πρὸς ἅπαντα τὰ ἔθνη τὴν θεογνωσίαν ἐξήπλωσα.

Καὶ συνεκάλυψα ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν μου. Συνέστειλα, συνέτηξα, τεσσαρακονθημέρῳ τε νηστείᾳ, D καὶ ἔτι πολλάκις.

Καὶ ἐγενήθη εἰς ὀνειδισμοὺς ἐμοί. Καὶ αὕτη μοι γέγονεν εἰς ὄνειδος· ἐντεῦθεν γὰρ ἀσθενῆ τοῦτον ὑπολαβὼν ὁ διάβολος, ὠνείδιζεν ὡς ψιλὸν ἄνθρωπον· διὸ καὶ διαφόρως ἐπείρασε.

Καὶ ἐθέμην τὸ ἔνδυμά μου σάκκον. Σάκκον καλεῖ τὴν σάρκα, διὰ τὸ σκληρὸν αὐτῆς καὶ ἀντίτυπον.

Καὶ ἐγενόμην αὐτοῖς εἰς παραβολήν. Κατ' ἐμοῦ ἠδολέσχουν οἱ καθήμενοι ἐν πύλαις, καὶ εἰς ἐμὲ ἔψαλλον οἱ πίνοντες οἶνον. Εἰκὸς γὰρ τὸν Χριστὸν,

Neque confundantur super me, qui quærunt te, Deus Israel. Similis est sententia, quam in præcedenti habuimus versiculo. Illi vero quærere Deum dicuntur, qui in angustiis atque afflictionibus propriis eum invocant.

VERS. 8. *Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam.* De opprobrio dictum est in psalmo XLI, ibi : *Quoniam exprobrabant mihi inimici mei, dicentes : Ubi est Deus tuus?* Post opprobrium vero sequitur confusio.

VERS. 9. *Extraneus factus sum fratribus meis, et hospes filiis matris meæ.* Quæ sequuntur manifeste Christo congruunt. Quidam vero et superiora ei esse applicanda contendunt, veluti passo lege humanæ naturæ. Per fratres autem Judæos intelligit. Eumdem enim omnes progenitorem Abraham habebant, quos simili modo matris suæ filios appellat ob Sarram communem omnium matrem. Hi igitur fratres sui extraneum eum reputarunt, cum dicerent : *Hunc nescimus unde sit* [67] : et rursus : *Nonne bene dicimus quia Samaritanus es, et dæmonium habes* [68]? Atque ideo ipse etiam Joannes Evangelista dicebat : *In propria venit et sui eum non receperunt* [69].

VERS. 10. *Quoniam zelus domus tuæ comedit me.* Hoc impletum est, quando magna cum auctoritate ementes et vendentes expulit de templo. *Meminerunt enim*, inquit, *discipuli, quod scriptum erat : Zelus domus tuæ comedit me* [70]; zelum appellans justam illam indignationem quam conceperat quia nullam Dei templo reverentiam exhibebant.

Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Hunc etiam versiculum magnus Paulus Christo accommodavit, scribens ad Rom. : *Dicit igitur Christus ad Patrem : Opprobria ego tua reputavi mea esse, quia scilicet unum sumus* [71] : ea autem dico opprobria, quæ idololatræ homines in te jactabant, infirmitatem tibi exprobrantes, quasi in una Judæorum gente tantum colereris et pauci te in orbe homines adorarent. Quocirca ego in universas nationes tui cognitionem expandi.

VERS. 11. *Et operui in jejunio animam meam.* Maceravi atque afflixi me, quando quadraginta diebus jejunavi, et alias sæpenumero.

Et factum est in opprobrium mihi. Et hoc jejunium factum est mihi in opprobrium. Hinc etenim infirmum me ac debilem esse dæmon suspicatus est, et veluti simplicem ac nudum hominem exprobravit, et multipliciter tentavit.

VERS. 12, 13. *Et posui indumentum meum saccum.* Per saccum assumptam carnem intelligit. Ita enim eam appellavit propter illius asperitatem et tactui resistentem naturam.

Et factus sum eis in parabolam. Adversum me nugabantur, qui sedebant in portis, et in me psallebant, qui bibebant vinum. Verisimile est, quod Christus

[67] Joan. IX, 29. [68] Joan. VIII, 48. [69] Joan. I, 11. [70] Joan. II, 17. [71] Rom. XV, 3.

post mortem factus sit in parabolam Judæis, et quod adversus inimicos eadem imprecarentur, qualia Christum pati viderant, quodque eadem fere dicerentur et vociferarentur ab iis qui conciliis et conventibus eorum intererant apud templi januas, ubi ejusmodi hominum cœtus convenire atque congregari solebant, neque eos etiam Christi famæ atque honori pepercisse verisimile est, qui comessationibus et symposiis vacabant, cum hujusmodi homines vino vires præstante, facillime carmina ac cantus soleant cum immodestia ac mordacitate componere.

A μετὰ τὸ ἀναιρεθῆναι, παραβολὴν τοῖς Ἰουδαίοις γενέσθαι· οἷον Τοιαῦτα πάθοι ὁ ἐχθρὸς ἡμῶν, οἷα καὶ ὁ ἐσταυρωμένος· ναὶ μὴν καὶ τοὺς συνεδριάζοντας, τὰ κατ' αὐτοῦ θρυλλεῖν, καὶ διὰ γλώσσης φέρειν· πάλαι γὰρ παρὰ ταῖς τοῦ ναοῦ πύλαις συνελέγοντο· ἀλλὰ καὶ (49) τοὺς ἐπὶ τὰ συμπόσια φοιτῶντας εἰς αὐτὸν ᾄδειν ᾄσματα μετὰ κωμῳδίας.

Vers. 14. *Ego autem orationem meam ad te.* Alterum explicuit Propheta sermonem ex Christi persona, et rursus alterum assumit, dicens : Ego autem cum hæc scirem ante passionem meam, oratione mea ad te, subintelligitur, *orabam* (seu elevatus sum.) Deinde ipsa orationis verba apponit.

Ἐγὼ δὲ τὴν προσευχήν μου πρὸς σέ. Ἀπαρτίσας τὸν λόγον (50), ἀναστρέφει πάλιν πρὸς τὰ ὀπίσω, λέγων, ὅτι Ἐγὼ πρὸ τοῦ παθεῖν εἰδὼς ταῦτα, τῇ προσευχῇ μου πρὸς σέ· συνεξακούεται τὸ *Προσηυχόμην.* Εἶτα τίθησιν ἑξῆς καὶ τὰ ῥήματα B τῆς προσευχῆς.

Tempus beneplaciti, Domine. Simile illud est, quod dixisse cum legimus apud evangelistam : *Pater, venit hora* [72]. Per beneplacitum enim, crucis mortem intelligit. Nam beneplacitum idem æque significat quod bona voluntas. Bona autem voluntas fuit, quod per hujusmodi mortem nos, qui antea mortui eramus ob peccatum, ad vitam rursus simus restituti.

Κύριε, καιρὸς εὐδοκίας. Ὅμοιον τοῦτό ἐστι τὸ εὐαγγελικόν· *Πάτερ, ἐλήλυθεν ἡ ὥρα.* Εὐδοκίαν δὲ καλεῖ τὸν διὰ σταυροῦ θάνατον· εὐδοκία γὰρ τὸ ἀγαθὸν θέλημα· ἀγαθὸν δὲ θέλημα τὸ διὰ τούτου ζωοποιηθῆναι ἡμᾶς, τοὺς νεκρωθέντας τῇ ἁμαρτίᾳ.

Deus, in multitudine misericordiæ tuæ exaudi me. Prædiximus, quod Christus lege humanæ naturæ orabat, et liberari optabat a tentationibus, quemadmodum evangelica docet historia. Hoc autem dictum videtur esse illi simile : *Salva me propter misericordiam tuam* [73].

Ὁ Θεός, ἐν τῷ πλήθει τοῦ ἐλέους σου ἐπάκουσόν μου. Προείρηται ἡμῖν, ὅτι προσηύχετο νόμῳ φύσεως ἀνθρωπίνης, καὶ ἀπαλλαγὴν ἐζήτει τῶν πειρασμῶν· ὡς καὶ ἡ τῶν Εὐαγγελίων ἱστορία διδάσκει· ἔοικε δὲ καὶ τὸ παρὸν ῥητὸν τῷ· *Σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου.*

Vers. 15. *In veritate salutis tuæ salvum me fac a luto, ne infigar.* Sola enim illa vera est salus, quæ a te est. Homo etenim hominem juvare non potest. *In veritate* igitur *salutis tuæ*, hoc est, in vera salute tua. Est etiam proprium hoc Hebraicæ linguæ idioma. Quod autem superius limum appellavit, nunc lutum dicit. Eadem enim loquendi figura nunc utitur, qua illic usum eum videmus.

C *Ἐν ἀληθείᾳ τῆς σωτηρίας σου σῶσόν με ἀπὸ πηλοῦ, ἵνα μὴ ἐμπαγῶ.* Μόνη ἀληθὴς ἡ παρὰ σοῦ σωτηρία· ἄνθρωπος γὰρ ἄνθρωπον ὠφελῆσαι οὐ δύναται. *Ἐν ἀληθείᾳ* οὖν *τῆς σωτηρίας σου*, ἀντὶ τοῦ Ἐν ἀληθινῇ σου σωτηρίᾳ. Ἰδίωμα δὲ τοῦτο τῆς Ἑβραΐδος (51)· ὅπερ δὲ ἀνωτέρω κέκληκεν *Ἰλύν*, τοῦτο νῦν εἶπε *πηλόν.* Καὶ γὰρ ταῖς τροπαῖς ἐκείναις καὶ νῦν ἐχρήσατο.

Liberer ab iis qui oderunt me et de profundis aquarum. Oderunt autem eum tam visibiles quam invisibiles inimici. Per profunda vero aquarum occultas insidias intelligit; nam quod profundum est, abditum atque occultum videtur.

Ῥυσθείην ἐκ τῶν μισούντων με, καὶ ἐκ τῶν βαθέων τῶν ὑδάτων. Μισοῦντες δὲ αὐτὸν οἵ τε αἰσθητοὶ καὶ νοητοὶ ἐχθροί· βαθέα δὲ ὕδατα λέγει τὰς κεκρυμμένας ἐπιβουλάς· κέκρυπται γὰρ τὸ βάθος.

Vers. 16. *Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum.* Jam diximus quod hæc omnia metaphorice ac figurate dicta sunt.

Μή με καταποντισάτω καταιγὶς ὕδατος, μηδὲ καταπιέτω με βυθός. Εἴρηται περὶ τούτων ἄνω, D ὅτι τροπικὰ πάντα καὶ μεταφορικά.

Nec contineat super me puteus os suum. Ne relinquar in tentationum fovea. Is etenim qui in puteum cadit, solamen aliquod vel modicum habet, quoad putei os apertum est. Nam ubi id occlusum fuerit, statim desperare incipiet de salute.

Μηδὲ συσχέτω ἐπ' ἐμὲ φρέαρ τὸ στόμα αὐτοῦ. Μηδὲ ἀποληφθείην ἐν τῷ βόθρῳ τῶν πειρασμῶν· ὁ γὰρ εἰς φρέαρ ἐμπεσών, ἀνεῳγότος μὲν τοῦ στόματος, ἔχει μικράν τινα παραψυχήν· ἐπικλεισθέντος δέ, παντάπασιν ἀπογινώσκει τὴν σωτηρίαν.

Vers. 17. *Exaudi me, Domine, quoniam bona est misericordia tua.* Quoniam tua, inquit, misericordia indigeo.

Εἰσάκουσόν μου, Κύριε, ὅτι χρηστὸν τὸ ἔλεός σου. Ὅτι χρῄζω τοῦ ἐλέου σου.

[72] Joan. XVII, 1. [73] Psal. XXX, 17.

Variæ lectiones.

(49) Fusius, more suo, interpres quod Græce strictius : *Eos etiam qui ad convivia ventitabant verosimile est in Christum contumeliosa et petulantia carmina cecinisse.*

(50) Ad verbum : *Absoluto sermone, revertitur iterum ad superiora, dicens.*

(51) Supple γραφῆς.

A *Κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου, ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμέ.* Τὸ μὲν Κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου, ἡρμηνεύθη ἐν τῷ ν' ψαλμῷ· τὸ δὲ ἑξῆς, ἐν τῷ κδ'.

Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τοῦ παιδός σου, ὅτι θλίβομαι· ταχὺ ἐπάκουσόν μου. Περὶ μὲν τοῦ, *Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου*, εἴρηται ἐν τῷ κς' ψαλμῷ· *Παιδός σου* δὲ, τοῦ Μονογενοῦς.

Πρόσχες τῇ ψυχῇ μου καὶ λύτρωσαι αὐτήν. Πρόσχες αὐτῇ θλιβομένῃ.

Ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου, ῥῦσαί με. Ἵνα μὴ ἐπιχαρῶσι τῷ θανάτῳ μου.

Σὺ γὰρ γινώσκεις τὸν ὀνειδισμόν μου, καὶ τὴν αἰσχύνην μου, καὶ τὴν ἐντροπήν μου. Οἶδας ὅσα B με ὀνειδίζουσι, φάγον, καὶ οἰνοπότην, καὶ τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν φίλον, καὶ δαιμονῶντα, καὶ ἀντίθεον ὀνομάζουσι· καὶ αἰσχύνοντες, καὶ ἐντρέποντες, ὡς αὐτοῖς δοκεῖ.

Ἐναντίον σου πάντες οἱ θλίβοντές με. Ἐνώπιόν σού με θλίβουσι, σοῦ πάντα βλέποντος. Ἢ ἐνώπιόν σού εἰσι μὴ δυνάμενοί σε διαδρᾶναι· εἰ δέ τις ἐπαπορήσει πῶς τοιαῦτα δεηθεὶς ὅμως οὐκ ἐξέφυγε τοὺς τοιούτους πειρασμοὺς, ἀκουσάτω, ὅτι ηὔχετο μὲν ὡς ἄνθρωπος μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν. Καὶ γὰρ ἡμῖν οὕτως εὔχεσθαι παραδέδωκε. Διότι *Τὸ πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής.* Ἐπεὶ δὲ συνέφερε παθεῖν αὐτὸν διὰ τὴν ἡμετέραν C σωτηρίαν, κατεδέξατο τὰ πάθη, προελόμενος τὸ θεῖον θέλημα παρὰ τὸ ἀνθρώπινον· καὶ γὰρ προσευξάμενος· *Πάτερ μου, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο*, ὕστερον ἐπήγαγε· *Πάτερ μου, εἰ οὐ δύναται τοῦτο παρελθεῖν ἀπ' ἐμοῦ ἐὰν μὴ αὐτὸ πίω, γενηθήτω τὸ θέλημά σου.*

Ὀνειδισμὸν προσεδόκησεν ἡ ψυχή μου, καὶ ταλαιπωρίαν. Προεγίνωσκον, φησὶ, ταῦτα. Καὶ γὰρ τοῖς μαθηταῖς ἔλεγεν· *Ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ Γραμματεῦσι· καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὸν*, καὶ τὰ ἑξῆς.

D *Καὶ ὑπέμεινα συλλυπούμενον, καὶ οὐχ ὑπῆρξε· καὶ παρακαλοῦντα, καὶ οὐχ εὗρον.* — Ὑπέμεινα, ἀντὶ τοῦ Περιέμεινα, ἢ ἐζήτησα. *Παρακαλοῦντας* δὲ, ἀντὶ τοῦ Παραμυθουμένους. Καὶ τοῦτο δὲ γέγονεν, ὅτε, παραλαβὼν τὸν Πέτρον καὶ τοὺς υἱοὺς τοῦ Ζεβεδαίου, ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν. *Τότε*, φησὶ, *λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου· μείνατε ὧδε καὶ γρηγορεῖτε μετ' ἐμοῦ. Εἶτα προελθὼν μικρὸν καὶ προσευξάμενος, ἔρχεται πρὸς τοὺς μαθητὰς, καὶ εὑρίσκει αὐτοὺς καθεύδοντας· καὶ λέγει τῷ Πέτρῳ· Οὕτως οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν ἀγρυπνῆσαι μετ' ἐμοῦ;*

Ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολὴν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος. Φησὶν ὁ εὐαγγελι-

Secundum multitudinem miserationum tuarum, respice in me. Ea verba, *Secundum multitudinem miserationum tuarum*, exposuimus in psalmo L, et quæ sequuntur in psalmo XXIV.

VERS. 18. *Ne avertas faciem tuam a puero tuo, quoniam tribulor; velociter exaudi me.* De verbis, *Ne avertas faciem tuam*, diximus in psalmo XXVI: per puerum autem hic unigenitum intelligit Filium.

VERS. 19. *Intende animæ meæ et libera eam.* Intende ei in calamitatibus constitutæ.

Propter inimicos meos libera me. Ne morte lætentur mea.

VERS. 20. *Tu enim cognoscis opprobrium meum, et ignominiam meam et confusionem meam.* Nosti quanta mihi exprobrent, voratorem ac vini potatorem appellantes, publicanis ac peccatoribus amicum, dæmoniacum, et Deo contrarium. Tu etiam nosti quomodo me confundant, hoc est, quanta, ut eis videtur, ignominia me ac pudore afficiant.

VERS. 21. *In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me.* Me, inquit, affligunt coram te; te, inquam, vidente ac discernente omnia. Vel, sunt in conspectu tuo, hoc est, effugere a te nequeunt. Quod si quis addubitet quo pacto non potuerit Christus post tot ac tantas supplicationes calamitatum ac tentationum molestiam evitare, animadvertat quod Christus ut homo rogabat non incurrere in tentationes, ut hujusmodi supplicandi normam nobis traderet, quia *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma* [74]. Sed quoniam ob nostram salutem illum pati oportebat, passiones nostras libens in se suscepit, et Dei Patris voluntatem humanæ suæ præposuit voluntati. Orans etenim dicebat: *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste* [75]; et demum addidit: *Pater mi, si non potest transire a me nisi bibero illum, fiat voluntas tua* [76].

Opprobrium exspectavit anima mea, et miseriam. Prævidebam olim, inquit, hæc omnia. Dicebat enim discipulis: *Ecce ascendimus Hierosolymam, et Filius hominis tradetur principibus sacerdotum, et Scribis, et condemnabunt eum* [77], et quæ ibi sequuntur.

Et sustinui, qui simul contristaretur, et non erat; qui consolaretur, et non inveni. — *Sustinui* pro Exspectavi posuit, seu pro Quæsivi. Hoc autem accidit, quando, assumpto Petro et filiis Zebedæi, cœpit contristari et mœrere. *Tunc* enim, inquit, *dixit eis Jesus: Tristis est anima mea usque ad mortem, exspectate hic et vigilate mecum. Et progressus modicum, cum orasset, venit ad discipulos, et invenit eos dormientes, et dixit Petro: Sic non potuistis una hora vigilare mecum* [78]?

VERS. 22. *Et dederunt in cibum meum fel, et in siti mea potaverunt me aceto.* Ait enim Joannes

[74] Matth. XXVI, 41. [75] Ibid. 39. [76] Ibid. 42. [77] Matth. XX, 18. [78] Matth. XXVI, 37-40.

lippus ex vico erant Bethsaida : Matthæum, et Jacobum Alphæi degisse legimus in Capharnaum : Simon autem Zelotes Chananæus fuit. Omnia autem hæc loca in Galilæa erant regione, quæ Zabulon, et Nephthalim tribubus in sortem obvenerat. Similiter et alii apostoli ex his tribubus originem trahebant. Et principes eos appellavit, non quod civitatibus et locis illis dominarentur, sed quia excellentiores atque honoratiores erant, animi nobilitate. Vel subintellige dictionem, *ex*; ut sit sensus, quod principes fuerunt ex tribu Juda, ex tribu Zabulon, ex tribu Nephthalim.

A πος, καὶ Ἰωάννης, ἀπὸ Βηθσαϊδὰ τῆς κώμης ἦσαν· Ματθαῖος καὶ Ἰάκωβος, ὁ τοῦ Ἀλφαίου, ἐν Καπερναοὺμ διάγειν ἱστοροῦνται· Σίμων δὲ ὁ Ζηλωτὴς Κανανίτης ὢν ἐτύγχανε. Ταυτὶ δὲ πάντα χωρία τῆς Γαλιλαίας ἦσαν. Ἡ δὲ Γαλιλαία τῷ Ζαβουλὼν καὶ τῷ Νεφθαλεὶμ ἐκληροδοτήθη. Καὶ οἱ ἄλλοι δὲ πάλιν ἐκ τῶν τοιούτων ὥρμηντο. Ἄρχοντας δὲ αὐτοὺς εἶπεν, οὐχ ὡς ἄρχοντας τῶν πατρίδων, ἀλλ' ὡς ἐξαιρέτους καὶ τιμιωτέρους, διὰ τὴν ψυχικὴν εὐγένειαν· ἢ ἄρχοντας ἐξ Ἰούδα, καὶ ἄρχοντας ἐκ Ζαβουλὼν, καὶ ἄρχοντας ἐκ Νεφθαλεὶμ· ἔξωθεν λαμβανομένης τῆς προθέσεως.

VERS. 29, 30. *Manda, Deus, virtuti tuæ.* Hæc ad Patrem dicta sunt, ut Filio mandet ea quæ ad prædicationem pertinent. *A me ipso* etenim, inquit Christus, *nihil loquor, sed quæcunque audiero a Patre* [57]. Quod autem Christus virtus Dei dicatur, Apostolus docuit, dicens de eo, quod Dei virtus est et Dei sapientia [58].

Ἔντειλαι, ὁ Θεὸς, τῇ δυνάμει σου. Τοῦτο πρὸς τὸν Πατέρα, ἵνα ἐντείληται τῷ Υἱῷ τὰ περὶ τοῦ κηρύγματος. *Ἀπ' ἐμαυτοῦ* γὰρ, φησὶν, *οὐδὲν* B *λαλῶ· ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσω παρὰ τοῦ Πατρός.* Χριστὸς δὲ Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία.

Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis, a templo tuo in Jerusalem. Hæc ad Filium dicta sunt, ut Evangelii prædicationem, quod in nos, vel propter nos operatus est, validiorem ac potentiorem reddat. Vel confirma quod operatus es a templo tuo, hoc est, quod perfecisti per assumptam humanitatem, quæ templum dicitur, ac tabernaculum divinitatis. Nam quod ait, *A templo tuo*, exponi debet, Per templum tuum : quod templum, hoc est, quod corpus tuum, habitavit et prædicavit in Jerusalem : *Ego enim*, inquit, *constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, prædicans præceptum ejus* [59].

Δυνάμωσον, ὁ Θεὸς, τοῦτο ὃ κατειργάσω ἐν ἡμῖν, ἀπὸ τοῦ ναοῦ σου ἐπὶ Ἱερουσαλήμ. Τοῦτο πρὸς τὸν Υἱὸν, ἵνα κραταιώσῃ τὸ κήρυγμα τοῦ Εὐαγγελίου· ὃ κατειργάσατο εἰς ἡμᾶς, ἢ δι' ἡμᾶς. Κατειργάσατο δὲ, τουτέστιν ἀπήρτισε τοῦτο, διὰ τοῦ προσλήμματος αὐτοῦ. Τοῦτο γὰρ *Ναὸς*, καὶ σκήνωμα τῆς θεότητος. *Ἀπὸ τοῦ ναοῦ σου* γὰρ, ἀντὶ τοῦ, Διὰ τοῦ ναοῦ σου, τοῦ ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ ἀναστραφέντος καὶ κηρύξαντος· *Ἐπὶ Σιὼν* γὰρ, φησὶ, *τὸ ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ, διαγγέλλων τὸ* C *πρόσταγμα Κυρίου.*

Tibi offerent reges munera. Gentium nimirum reges. Munera autem, quæ obtulerunt hi reges, templa sunt, et prædia Deo dicata, et varia alia dona ab eis divino cultui pie oblata. Hæc autem munera statim offerent, cum primum te immortalem eorum esse Regem, et Deum cognoverint. Quanquam et immutato versiculorum ordine, aliter possimus exponere, ut sensus sit : Ab hoc terrestri tuo templo, reges ferent tibi dona, in supernam Jerusalem : quia per terrestrium horum munerum oblationem, accessum et gratiam apud Deum in cœlo consequentur.

Σοὶ οἴσουσι βασιλεῖς δῶρα. Οἱ βασιλεῖς τῶν ἁπανταχοῦ ἐθνῶν. Δῶρα δὲ οἱ ναοὶ, καὶ τὰ καθιερωθέντα τούτοις χωρία, καὶ τὰ παντοδαπὰ ἀναθήματα. Οἴσουσι δὲ ταῦτα, ἐπιγνόντες σὲ βασιλέα ἑαυτῶν ἀθάνατον, ὡς Θεόν. Νοεῖται δὲ καὶ ἄλλως κατ' ἐναλλαγὴν τῶν ῥητῶν, ὅτι Ἀπὸ τοῦ κατὰ χώραν ναοῦ σου ἐπὶ τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ, οἴσουσί σοι δῶρα, οἱ βασιλεῖς. Τοῖς γὰρ ναοῖς αἰσθητῶς τὰ δῶρα κομίζοντες, νοητῶς δι' αὐτῶν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνάγουσι τὴν προσαγωγὴν, καὶ χάριν τῶν δώρων.

VERS. 31. *Increpa feras arundinis.* Fac obmutescere, inquit, intellectuales leones : immites nimirum ac sævos dæmones, qui veluti quidam leones in arundinibus latent, dum in levitate ac sterilitate instabilium atque inconstantium in fide hominum, latebras ac nidos suos faciunt : juxta quod de diabolo scriptum legimus apud beatum Job, quod *sub omni dormit arbore apud arundinem, et papyrum, et caricem* [60]. Hujusmodi etenim sermone, requiescere dæmonem intelligimus in iis hominibus, qui plantarum, quas supra commemoravimus proprietates servant : qui scilicet aridi sunt, ad ferendas virtutes, et qui succum atque humorem multum habent ad nutriendas voluptates. Hujusmodi etenim proprietatis et naturæ sunt papyrus et carex.

D *Ἐπιτίμησον τοῖς θηρίοις τοῦ καλάμου.* Φίμωσον τοὺς νοητοὺς δαίμονας· εἶτουν τοὺς ἀγρίους καὶ ἀπηνεῖς δαίμονας, οἵτινες ὡς αἰσθητοὶ λέοντες καλάμῳ, οὕτως ἐμφωλεύουσι τῇ κουφότητι καὶ ἀκαρπίᾳ τῶν ἀστηρίκτων εἰς πίστιν ἀνθρώπων. Φησὶ δὲ καὶ Ἰὼβ περὶ τοῦ διαβόλου οὕτως· *Ὑπὸ πᾶν δένδρον κοιμᾶται, παρὰ κάλαμον, καὶ πάπυρον, καὶ βούτομον*, δηλῶν ὅτι ἐπαναπαύεται τοῖς ἔχουσι τὰς ἰδιότητας τῶν εἰρημένων φυτῶν, ξηρότητα πρὸς ἀρετὴν, καὶ ὑγρότητα πρὸς φιληδονίαν· τοιαῦτα γὰρ ὁ πάπυρος καὶ τὸ βούτομον.

[57] Joan. XIV, 10. [58] I Cor. I, 24. [59] Psal. II, 6. [60] Job XL, 16.

A *Ἡ συναγωγὴ τῶν ταύρων ἐν ταῖς δαμάλεσι τῶν λαῶν, τοῦ ἐκκλεισθῆναι τοὺς δεδοκιμασμένους τῷ ἀργυρίῳ.* Ταύρους λέγει τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ Γραμματεῖς, καὶ λοιποὺς ἄρχοντας τῶν Ἰουδαίων, ὡς θρασεῖς καὶ κερατιστάς, δαμάλεις δὲ τὰ ὑποτεταγμένα τούτοις πλήθη τῶν λαῶν· ἄρχει μὲν γὰρ ὁ ταῦρος, ὑποτέτακται δὲ ἡ δάμαλις. Φησὶν οὖν ὅτι οἱ προέχοντες ἐν μέσῳ τῶν λαῶν ἐγένοντο, ἐπὶ τῷ ἐγκλεῖσαι, εἴτουν κωλῦσαι τοὺς δε?οκισμασμένους εἰς πίστιν καὶ ἀρετὴν ἀποστόλους, ἐπειγομένου; εἰς τὸ κηρύττειν. Προσκαλεσάμενοι γάρ, φησὶ, τοὺς ἀποστόλους, δείραντες, παρήγγειλαν μὴ λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ. *Τῷ ἀργυρίῳ* δὲ, ἀντὶ τοῦ, ὡς ἀργύριον· ἰδίωμα γὰρ καὶ τοῦτο Ἑβραϊκόν. Ἢ λείπει τὸ, παραπλησίως.

Congregatio taurorum in vaccis populorum, ut excludantur qui probati sunt argento. Per tauros pontifices et Scribas et reliquos Judæorum principes intelligit, veluti temerarios ac cornu ferientes : per vaccas vero (seu ut potius Græca dictio significat per juvencas populorum) plebis multitudinem intelligit, quæ illis suberat. Præsunt enim in armentis tauri, et subsunt juvencæ. Et sensus est, quod ii qui cæteris dignitate præeminebant fuerunt in medio populorum, ut apostolos excluderent, hoc est, ut impedirent eos a prædicatione verbi ; apostolos dico qui argento, hoc est, qui in fide aut virtute probati sunt. Legimus enim in Actis, quod cum principes sacerdotum et seniores vocassent apostolos, et verberibus cæcidissent, jusserunt ne loquerentur in nomine Jesu [61]. *Argento* autem probatos dixit, pro, probatos tanquam argentum ; est enim Hebraicæ linguæ proprium idioma. Vel subintelligendo dictionem *quasi* alia potest reddi lectio, ut sit : Qui probati sunt, quasi argentum.

B *Διασκόρπισον ἔθνη τὰ τοὺς πολέμους θέλοντα.* Καὶ τὰ νοητὰ, καὶ τὰ αἰσθητά.

Dissipa gentes quæ bella volunt. Intellectuales nimirum et sensibiles gentes.

Ἥξουσι πρέσβεις ἐξ Αἰγύπτου. Αἴγυπτόν μοι νόει πᾶσαν γῆν τῶν ἐθνῶν, ὅσης ἐκυρίευεν ὁ νοητὸς Φαραὼ διάβολος, ἀφ' ἧς πάσης ἥξειν πρὸς Χριστὸν πιστοὺς προφητεύει, πρεσβεύοντας ὑπὲρ ὅλου τοῦ κόσμου παντός.

VERS. 32. *Venient legati ex Ægypto.* Per Ægyptum omnes gentium regiones intellige, quibus intellectualis Pharao dæmon dominatur. Ex hac etenim Ægypto venturos esse prædicit fideles ad Christum, pro toto orbe intercessuros.

Αἰθιοπία προφθάσει χεῖρα αὐτῆς τῷ Θεῷ. Προφθάσει, ἀντὶ τοῦ, φθάσει, ὅ ἐστιν, ἐκτενεῖ· ὁ γὰρ φθάνων ἐκτείνων τὴν χεῖρα, φθάνει τὸ πόῤῥω. Ἀπὸ τοῦ ἑπομένου τοίνυν τὸ ἡγούμενον ἐσήμανεν. Ἐξέτεινε γὰρ εἰς Χριστὸν τὸν Κανδάκην, ὃν καὶ χεῖρα αὐτῆς ὁ λόγος ἐκάλεσεν· ἐν τῇ χειρὶ γὰρ ἡ τοῦ ἀνθρώπου δύναμις· ἐπεὶ καὶ τῇ βασιλίσσῃ παρεδυνάστευε. Περιττὴ δὲ ἡ πρόθεσις (46). Τινὲς δὲ λέ- C γουσι διὰ μὲν τῆς Αἰγύπτου πᾶσαν γῆν δηλοῦσθαι· πάσης γὰρ γῆς ὁ νοητὸς Φαραὼ κεκράτηκε· διὰ δὲ τῆς Αἰθιοπίας καὶ αὐτὰ τὰ τοῦ κόσμου πέρατα· ἔσχατοι γὰρ πάντων ἀνθρώπων, οἱ ἐν ἀνατολῇ καὶ δύσει Αἰθίοπες. *Μνησθήσονται* γὰρ, φησὶ, *καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς Κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς*· ἐνταῦθα δὲ τὸ, *προφθάσει χεῖρα*, ἁπλῶς λαμβάνομεν, ἀντὶ τοῦ, Ἐκτενεῖ τὰς χεῖρας ἐν τῷ εὔχεσθαι πρὸς Χριστὸν, ἤδη πιστεύσασα.

Æthiopia præveniet manum suam Deo. Præveniet, hoc est, extendet ; nam qui manum extendit, prævenire quodammodo illud videtur quod procul jacebat. Ab eo igitur quod consequitur, significavit id quod præcedit. Extendit autem Æthiopia Candacem illum, quem manum nunc propheta appellat, veluti potentem inter Æthiopes. Vis etenim ac robur hominis in manu potissimum dignoscitur. Potens autem erat ille Candaces, cum post reginam in imperio primus haberetur ; vacat autem præpositio. Aliqui per Ægyptum universum dicunt orbem significari, eo quod intellectualis Pharao totius orbis dominaretur, et per Æthiopiam ejusdem orbis fines denotari. Sunt enim Æthiopes in orbe omnium hominum extremi, qui Orientem incolunt et Occidentem. *Reminiscentur enim*, inquit, *et convertentur ad Dominum universi fines terræ* [62]. Et juxta hujusmodi expositionem, quod ait : *Præveniet manum suam*, simpliciter ac juxta litteram intellige, quod supplices ad Christum manus extendet fidelis scilicet jam effecta.

Αἱ βασιλεῖαι τῆς γῆς ᾄσατε τῷ Θεῷ, ψάλατε τῷ Κυρίῳ. Τοῦτο τῶν δηλωθέντων δύο ῥητῶν ἑφερμηνευτικὸν, καθολικῶς πᾶσιν ἔθνεσιν ἐγκελευόμε- D νον ᾄδειν καὶ ψάλλειν Χριστῷ.

VERS. 33. *Regna terræ, cantate Deo, psallite Domino.* Hic versiculus ad duorum præcedentium declarationem consequitur. Universas etenim gentes promiscue canere Christo jubet, et psallere.

Τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ κατὰ ἀνατολάς. Τῷ ἀναβεβηκότι εἰς τὸν οὐρανὸν οὐρανοῦ ἐν ἀνατολαῖς, εἴτουν φανερῶς· κάτωθεν ὁρώντων ἀποστόλων, ἄνωθεν δὲ τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων. Ἐκ μὲν γὰρ τοῦ οὐρανοῦ πρὸς γῆν κατελθὼν, ἐν δύσεσι κατῆλθεν, ὅ ἐστιν ἀφανῶς· πάντας

VERS. 34. *Qui ascendet super cœlum cœli in Orientem.* Qui ascendit in cœlum in Orientem, hoc est, palam ac manifeste, omnibus videntibus apostolis, qui in terra erant, et videntibus etiam omnibus incorporeis angelorum ordinibus. E cœlo etenim descendens in terram, descendit in Occi-

[61] Act. IV, 18. [62] Psal. XXI, 28.

Variæ lectiones.

(46) Nimirum πρὸ, in verbo προφθάσει : quæ quidem verba non videntur loco suo posita. Rectius initio statim post versiculum, aut potius hæc animadversio, ut et aliæ hujusmodi, vere περιττή.

dentem, hoc est, clam et latenter ab omnibus, velataque et obtecta ineffabili quodam modo illius divinitate. Ascendens vero e terra in cœlum, palam ascendit; et hoc est, quod ait ascendisse in Orientem. Alii ideo dictum esse putant *in Orientem*, quia Christus in Orientali Jerusalem ora esset, quando in cœlum assumptus est. Ita enim jacere dicunt ad Jerusalem montem Olivarum. Cœlum vero cœli illud appellat, quod est supra firmamentum, quodque ante omnes alios cœlos creatum est; illud enim firmamenti cœlum dicitur. Nam per firmamentum nostrum cœlum intelligimus.

Ecce dabit voci suæ vocem virtutis. Vox Christi apostoli sunt, qui Christi loquuntur sermones. His igitur in die Pentecostes sanctum dedit Spiritum, quem hoc loco beatus David virtutis vocem appellat, juxta quod Lucas ait, quod *Factus est repente de cœlo sonus tanquam advenientis spiritus vehementis* [63]. Sonus autem voci simillimus est. *Virtutis* vero *vocem* dixit, quia et ipse Dominus virtutem eum appellavit, dicens: *Donec induamini virtutem ex alto* [64]. Vel aliter, per vocem Dei præcursorem Joannem intellige, de quo dictum est: *Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam* [65]; per vocem vero virtutis, ipsum Christum; eo quod post salutares illius sermones divina quædam vis ac virtus consequebatur. Nam simul ac aliquid ab eo dictum erat, statim etiam opere adimplebatur.

Vers. 35. *Date gloriam Deo.* Ad fideles sermo est, mandans ut Deum glorificent, qui tantam illis impertitus est misericordiam.

Super Israel magnificentia ejus. Magnalia, inquit, Dei iis hominibus innotescunt, qui divinæ contemplationi vacaverint. Israel etenim interpretatur *mens videns Deum*; ille vero qui affectibus ac passionibus fuerit obcæcatus, contemplari non poterit quanta ac qualia Deus ob nostram sit operatus salutem. Et quod ait: *super Israel*, dixit pro, ipsi Israel. Vel aliter: Super fidelium Ecclesiam, quæ mente ac spiritu Christum videt, fiunt mirabilia Dei, quorum contemplatione digna esse semper reputatur.

Et virtus ejus in nubibus. Per nubes hic ipsos etiam apostolos intelligit, veluti supra exsistentes atque eminentes a terrenis negotiis, ac veluti spirituali aqua plenos, quam ex sancti Spiritus profundis hauserunt, ut animarum arva ac campos, hoc est, ut ipsos credentes irrigarent.

Vers. 36. *Mirabilis Deus in sanctis suis.* Soli, inquit, sancti Deum admirantur: veluti qui magnificas atque amplissimas illius administrationes soli pro animi dignitate concipere ac comprehendere possint. Mirabilis igitur atque admirandus eis est.

A λαθὼν, ἐπικρυπτομένη· ἀῤῥήτως τῆς θεότητος· ἐκ δὲ τῆς γῆς εἰς οὐρανὸν ἀνελθὼν, ἐν ἀνατολαῖς ἀνῆλθε· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, *κατὰ ἀνατολάς*. Τινὲς δέ φασι τὸ κατὰ ἀνατολὰς εἰρῆσθαι, διὰ τοῦ ἐκ τοῦ ἀνατολικωτέρου μέρους τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀναληφθῆναι τὸν Κύριον. Οὕτω γὰρ κεῖται τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν. Οὐρανὸν δὲ οὐρανοῦ τὸν ὑπὲρ τὸ στερέωμα οὐρανὸν, τὸν πρὸ πάντων παρηγμένον ὠνόμασεν· ἐκεῖνος μὲν γὰρ τοῦ στερεώματός ἐστιν οὐρανός· τὸ δὲ στερέωμα πάλιν οὐρανὸς ἡμῶν.

Ἰδοὺ δώσει τῇ φωνῇ αὐτοῦ φωνὴν δυνάμεως. Φωνὴ τοῦ Χριστοῦ οἱ ἀπόστολοι· οἷα τοὺς λόγους αὐτοῦ λαλοῦντες· τούτοις οὖν ἔδωκε τὸ Πνεῦμα τὸ
B ἅγιον ἐν τῷ καιρῷ τῆς Πεντηκοστῆς· ὃ νῦν ἐκάλεσε φωνὴν δυνάμεως ὁ Δαβίδ· φωνὴν μὲν, διότι φησὶ Λουκᾶς· *Καὶ ἐγένετο ἄφνω ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦχος, ὥσπερ φερομένης βιαίας φωνῆς*· ὁ δὲ ἦχος πάντως φωνή· δυνάμεως δὲ, ὅτι καὶ ὁ Κύριος δύναμιν αὐτὸ κέκληκεν, εἰπών· *Ἕως ἂν ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους*. Ἢ καὶ ἄλλως, φωνὴ μὲν τοῦ Θεοῦ ὁ πρόδρομος Ἰωάννης· *Ἰδοὺ γὰρ*, φησὶν, *ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου*. Φωνὴ δὲ δυνάμεως ὁ Χριστός· ὡς τοῖς λόγοις αὐτοῦ παρακολουθείσης θείας δυνάμεως. Ἅμα γὰρ ἔλεγε, καὶ ἅμα ἐγίνοντο τὰ θαύματα (46*).

C *Δότε δόξαν τῷ Θεῷ.* Πρὸς τοὺς Χριστιανοὺς ὁ λόγος, προτρεπόμενος δοξάζειν τὸν Θεὸν, τοιαύτης φιλανθρωπίας ἀξιωθέντας.

Ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ ἡ μεγαλοπρέπεια αὐτοῦ. Τῷ θεωρικωτάτῳ ἀνδρὶ τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ γνωρίζεται. Ἰσραὴλ γὰρ ἑρμηνεύεται, *νοῦς ὁρῶν Θεόν*. Ὁ γὰρ τυφλωθεὶς ἐκ παθῶν οὐ δύναται κατανοῆσαι, ὅσα καὶ οἷα ὁ Θεὸς διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐπραγματεύσατο. *Ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ* οὖν, ἀντὶ τοῦ, τῷ Ἰσραήλ. Ἢ καὶ ἄλλως. Ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν τῶν πιστῶν, ἥτις νοερῶς ὁρᾷ τὸν Χριστὸν, γίνεται τὰ θαυμάσια τοῦ Θεοῦ· καὶ αὕτη τούτων ἀξιοῦται διὰ παντός.

Καὶ ἡ δύναμις αὐτοῦ ἐν ταῖς νεφέλαις. Νεφέλας
D νῦν λέγει τοὺς ἀποστόλους, ὡς ὑπερκειμένους τῶν γηΐνων πραγμάτων, καὶ πεπληρωμένους τοῦ πνευματικοῦ ὕδατος, ὃ τοῦ βυθοῦ τοῦ Πνεύματος ἀνελκύσαντες, δι' αὐτοῦ τὰς ψυχικὰς ἀρούρας τῶν πιστευόντων κατήρδευον.

Θαυμαστὸς ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ. Οἱ ἅγιοι, φησὶ, μόνοι θαυμάζουσι τὸν Θεόν· οἷα δυνάμενοι κατανοεῖν τὰς μεγαλοπρεπεῖς οἰκονομίας αὐτοῦ· θαυμαστὸς οὖν τούτοις ἐστίν.

[63] Act. II, 2. [64] Luc. XXIV, 49. [65] Malach. III, 1; Matth. XI, 10.

Variæ lectiones.

(46*) Omisit interpres τὰ θαύματα *miracula*, quæ vim ac virtutem divinam postulant. Vertendum: *Simul enim et dicebat, et miracula adimplebantur.*

Ὁ Θεὸς Ἰσραήλ. Πανταχοῦ Θεὸν τοῦ Ἰσραὴλ A καλεῖ τὸν Χριστόν, δεικνύων ὅτι ὁ τὸν νέον λαὸν εὐεργετῶν, οὗτος καὶ τὸν παλαιὸν εὐηργέτησε· καὶ οὐκ ἄλλος οὗτός παρ' ἐκεῖνόν ἐστιν.

Αὐτὸς δώσει δύναμιν καὶ κραταίωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ. Τῷ νέῳ δύναμιν μὲν εἰς τὸ ῥυσθῆναι τῆς πλάνης τῶν εἰδώλων, κραταίωσιν δὲ εἰς τὸ ἐμμεῖναι τῇ ἀμωμήτῳ πίστει.

Εὐλογητὸς ὁ Θεός. Ὁ ταῦτα οἰκονομήσας οὕτως· ὁ καὶ πλάσας καὶ ἀναπλάσας καὶ τοσούτων ἀγαθῶν καταξιώσας τὸν σὸν λαόν. Ὁ μὲν οὖν παρὼν ψαλμὸς οὕτως ἡρμηνεύθη, κατὰ ἀναγωγήν, καὶ οὕτως ἥρμοσε διόλου Χριστιανοῖς. Ἰουδαῖοι δὲ πειρῶνται τοῖς κατὰ αὐτῶν πράγμασιν ἱστορικῶς καὶ τοῦτον B ὑποβαλεῖν· οὐ δύνανται δὲ πάντως ἐφικέσθαι. Χρὴ δὲ ὅμως μαθεῖν καὶ ὅπως αὐτὸν μεθέλκουσι· φασὶ γάρ· Ἀναστήτω ὁ Θεὸς εἰς βοήθειαν τοῦ σωματικοῦ Ἰσραήλ· εἶτα ἐχθροὺς ὀνομάζουσι τοὺς ἀλλοφύλους· ὁμοίως δὲ καὶ μισοῦντας· ἔτι δὲ καὶ ἁμαρτωλούς, ὡς ἀνόμους· δικαίους δὲ τοὺς ἐν Ἰουδαίοις ἀγαθούς. Τὸ δέ· *Ὁδοποιήσατε τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν*, περὶ τῆς κιβωτοῦ ῥηθῆναί φασιν· ἐντελλομένου τοῦ ἁγίου Πνεύματος, αὐτῇ εὐτρεπίζειν ὁδόν, δι' ἧς ὁ Θεὸς ἐπιβαίνειν ἔμελλεν ἐπὶ τοῦ δυτικοῦ μέρους τῆς Ἱερουσαλήμ· οὕτω γὰρ ἔχειν θέσεως τὸν ναὸν ἐν ᾧ ὕστερον ἡ κιβωτὸς κατέπαυσεν ἱστοροῦσιν. *Ὁ Θεὸς δὲ ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ*, ἀντὶ τοῦ, Ἐν τῷ ναῷ· ὃς καὶ μονοτρόπους λεγομένους αὐτούς, ὡς ἑνὶ Θεῷ πιστεύοντας, C κατοικίζει ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ. Εἶτα, φασί, καταλέγει τὰ κατὰ τὴν ἀπ' Αἰγύπτου ἔξοδον γεγενημένα. Ἐξήγαγε δὲ αὐτοὺς ἐν τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει, πεπεδημένους ἐκεῖσε τῇ δουλείᾳ τυγχάνοντας· τοὺς αὐτοὺς δὲ λέγει καὶ παραπικραίνοντας, ὡς προείρηται. Καὶ ὡς ἐν τάφοις δὲ ᾤκουν ἐν Αἰγύπτῳ, μὴ δυνάμενοι ἐνεργεῖν καθ' ἑαυτούς. Ἐξεπορεύετο δὲ ὁ Θεὸς ἐνώπιον τοῦ λαοῦ διὰ τοῦ στύλου τῆς νεφέλης καὶ τοῦ πυρός, καὶ διέβαινε μετὰ τοῦ λαοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ· ὅτε καὶ ἡ γῆ ἐσείσθη, λαίλαπος καὶ συστροφῆς κατὰ τὸ Σινᾶ γενομένης, καὶ οἱ οὐρανοὶ ἔσταξαν τὸ μάννα. Βροχὴν δὲ ἑκούσιον τὸν εὐάρεστον ὑετὸν ἑρμηνεύουσι τὴν εὐθηνίαν τῶν καρπῶν ἐργαζόμενον. Ἠσθένησε δὲ ἡ κατ' αὐτοὺς κληρονομία, συντριβεῖσα ἐν Αἰγύπτῳ· κατήρτισε δὲ αὐτήν, βασιλείᾳ κραταιώσας. D Ζῶα δὲ τοῦ Θεοῦ ἑαυτοὺς καλοῦσιν, ὡς τῷ Θεῷ ἀνακειμένους. Ἡτοίμασας δέ, φασί, τὰ ῥηθέντα ἀγαθὰ τῷ πτωχῷ λαῷ σου, ἐν ἐρήμῳ πλανωμένῳ καὶ μὴ ἔχοντι γῆν. Εὐαγγελιζομένους δὲ λέγουσι τοὺς προφήτας, εὐαγγελιζομένους τῷ λαῷ τὸ διελέσθαι σκῦλα πολεμίων, καὶ ἀφορίσαι εἰς ὡραιότητα τοῦ ναοῦ· τοῦτο δὲ ψεύδονται. Καὶ γὰρ οὐδέν τι σκῦλον εἰς εὐπρέπειαν τοῦ ναοῦ ἀνέθηκαν. Ἀλλὰ κατὰ ἀναγωγὴν ὁ λόγος οὗτός ἐστιν, ὡς προειρήκαμεν. Ἀγαπητὸν δὲ τὸν Δαβὶδ ὀνομάζουσιν, ἢ τὸν Σολομῶντα. Περὶ δὲ τοῦ, *Ἐὰν κοιμηθῆτε ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων*, οὕτω φασίν· Ἐὰν ἐνιδρυθῆτε ἀνὰ μέσον τῶν κεκληρωμένων ὑμῖν τόπων τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας, τοσοῦτον εἰς πλοῦτον ἐπιδώσετε,

Deus Israel. Ubique Christum Deum Israel vocat, ut ostendat eum qui beneficia in novum suum populum contulit, eumdem illum esse, qui et antiquum populum beneficiis affecit, neque ullum esse alium præter eum.

Ipse dabit virtutem et fortitudinem populo suo. Novo nimirum populo: virtutem quidem ut ab idolorum errore et seductione eripiantur, fortitudinem vero ut per eam in sincera fide constanter possint permanere.

Benedictus Deus. Qui rite omnia administravit; qui creavit nos, et denuo iterum reparavit; qui tantis populum suum donis dignum effecit. Et hæc quidem hujus psalmi expositio est juxta anagogen. Verum et Judæi juxta historiam rebus suis accommodare eum conantur, sed exsequi propositum non possunt. Scire igitur decet, quo pacto illius sensum detorqueant. Aiunt enim: Exsurgat Deus in auxilium corporalis Israel; et per inimicos Philistæos aut alios alienigenas populos intelligunt: quos etiam esse eos dicunt, qui Deum oderunt, et peccatores insuper et iniquos. Per justos vero omnes probos ac virtute præditos viros intelligunt, qui tunc erant inter Judæos. Et quod ait: *Iter facite ei qui ascendit super occasus*, aiunt de arca dictum esse, cum sanctus Spiritus parari viam jusserit, per quam Deus erat ascensurus, atque hoc in occidentali parte Jerusalem. Ita enim situm fuisse templum dicunt in quo tandem arca quievit. *Deus in loco sancto suo*, hoc est, in templo; qui Judæorum populum, quos unanimes, seu unius moris homines appellari dicunt, quia in unum Deum credunt, habitare facit in domo, hoc est in templo suo. Deinde ea connumerari dicunt, quæ in exitu Ægypti contigerunt. Magna enim vi eduxit Deus Judæos de Ægypto, servitute antea illic alligatos, quos et paulo post exasperantes appellari dicunt, ratione quam alibi diximus, et sepulcrorum habitatores, eo quod dum in Ægypto essent, tanquam pene mortui reputabantur, et nihil per se poterant operari. Egrediebatur autem tunc Deus coram populo in columna nubis et ignis, et simul cum populo pertransibat in desertum. Tunc etiam terra concussa est, facta nimirum validissima quadam tempestate in monte Sina: et cœli destillaverunt manna. Per voluntariam vero pluviam, gratam aquam intelligunt, quæ fructuum præstitit copiam. Et infirmata est, eorum nimirum hæreditas, quando in Ægypto variis calamitatibus atque afflictionibus fuit percussa. Perfecit autem eam Deus muniens et corroborans eam regno. Per animalia vero Dei, seipsos intelligunt, veluti Deo dicatos. Præparasti etiam, inquiunt, tu, Deus, ea bona pauperi populo tuo, erranti in deserto, et certam adhuc regionem non habenti. Et per evangelizantes, antiquos prophetas intelligunt, qui populo annuntiabant, ut inimicorum spolia dividerent, et ad templi pulchritudinem atque ornatum ea deputarent. Qua in re falsa dicere convincuntur,

cum nulla fuerint spolia, quæ illi ad decorem templi obtulerint, sed, ut diximus, anagogice hæc omnia intelligenda sunt. Per dilectum etiam ipsum David intelligunt, aut Salomonem. Et verba illa, *Si dormieritis inter medios cleros*, ita exponunt : Si stabiliti fueritis in medio prædiorum terræ promissionis, quæ prædia vobis in cleros, hoc est, in sortes contigerunt, adeo vestræ augescent divitiæ, ut alæ columbarum, quas prædivites viri gypsinas super tecta in summæ felicitatis signum infigere solebant, futuræ sint deargentatæ, et scapulæ, seu posteriora dorsi, pallidissimo ac purissimo sint auro ornanda. Verum nullibi legimus Judæos hujusmodi ritum aliquando servasse, ut columbas in domorum tectis infigerent. *Dum discernit*, hoc est, dum eligit cœlestis Deus reges super Jerusalem, splendescent et lucebunt illi reges in ea. Montem etiam Dei Sion, appellat *montem pinguem*, quia pascentia illic pecora facile pinguescant, et montem *coagulatum* similiter, seu *caseatum*, quia pascuorum abundantia assidue lac præbeat. Verum quod dicitur : *Etenim Dominus habitabit in finem*, ut jam prædiximus, ab eis recte exponi non potest. Per currum etiam Dei seipsos intelligunt, quasi in ipsis solis Deus requiesceret, quem currum multiplicatum esse dicunt in infinitum, hoc est, valde numerosum, et millia etiam abundantium divitiis in eis esse : item quod Dominus ille in eis est, qui olim fuit in Sina cum eorum progenitoribus. Et ad Deum deinde sermonem dirigunt, dicentes : *Ascendisti in altum*, hoc est, Sublimis atque excelsus reputatus es supra omnes. *Captivasti captivitatem* per populum tuum, qui hostes tuos devicit. *Accepisti dona*, hoc est, oblationes Deo dicatas, et eos homines qui tibi antea non parebant accepisti in servos, ut inhabitare eos faceres simul cum populo tuo atque ei servire. Quæ sequuntur manifesta sunt. A Domino autem sunt exitus ac viæ mortis, qui conteret alienigenarum capita, et verticem capilli hominum perambulantium in peccatis. Decrevisse etiam olim Deum dicunt, et dixisse : Convertam, hoc est, eripiam populum meum, et salvum educam e Bassanitide regione, in qua Og gigas regnavit, et convertam eum ex profundo maris sanguinum. Rivi enim sanguinum tunc inundarunt, iis interfectis qui cum Og rege erant, ut pes tuus, o Hebræe, intingatur in jugulatorum hominum sanguine, et ipsa etiam lingua canum tuorum ex eodem inimicorum sanguine per ipsum Deum intingatur. Itinera autem esse dicunt Dei vias, hoc est, Dei vestigia olim in monte Sina. *Ascendit* enim, inquit, *in monte Moyses et Aaron* [64], et quæ sequuntur. Et paulo post : *Et viderunt locum ubi steterat Deus Israel, et quæ sub pedibus ejus opus lapidis sapphiri*. Per sanctum vero ipsum intelligunt cœlum.

A ὥστε τῆς περιστερᾶς, ἣν οἱ πάνυ πλουτοῦντες ἐπὶ τοῦ δώματος γυψίνην ἱστᾶν εἰώθασιν εἰς σύμβολον ἄκρας εὐδαιμονίας, αἱ πτέρυγες μὲν αὐτῆς ἔσονται περιηργυρωμέναι, τὰ δὲ μετάφρενα αὐτῆς κοσμηθήσονται ἐν χλωρότητι χρυσίου. Οὐδαμῇ δὲ τοιαύτην περιστερὰν οὐδενὸς Ἑβραίου δώματι στῆναι μεμαθήκαμεν. Τὰ δὲ ἑξῆς, *Ἐν τῷ διαστέλλειν*, εἴτουν ἐκλέγεσθαι τὸν ἐπουράνιον Θεὸν βασιλεῖς ἐπ' αὐτῆς τῆς Ἱερουσαλὴμ, λαμπρυνθήσονται ἐν Ἱερουσαλήμ· ὄρος δὲ Θεοῦ τὸ Σιὼν καλοῦσι· καὶ *ὄρος πῖον*, ὡς πιαῖνον τὰ νεμόμενα θρέμματα· καὶ ὄρος *τετυρωμένον*, ὡς γάλακτος χορηγὸν, τῇ εὐθηνίᾳ τῆς νομῆς. Περὶ δὲ τοῦ, *Καὶ γὰρ ὁ Κύριος κατασκηνώσει εἰς τέλος*, εἰρήκαμεν, ὅτι οὐκ ἔχομεν (47) ἀσφαλῶς εἰπεῖν. Ἅρμα δὲ τοῦ Θεοῦ ἑαυτοὺς
B ὀνομάζουσιν, ὡς ἐπαναπαυομένου αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ. *Μυριοπλάσιον* δὲ, ἀντὶ τοῦ Πολυπληθές· χιλιάδας δέ φασιν ἐν αὐτοῖς τῶν εὐθηνούντων ἐν πλούτῳ. Ὁ Κύριος δὲ ἐν αὐτοῖς ἐστιν, ὡς οἴονται, ὃς ἦν ἐν Σινᾶ πάλαι μετὰ τῶν προγόνων αὐτῶν. Λέγουσι δὲ καὶ πρὸς τὸν Θεὸν, ὅτι *Ὑψηλὸς ἐνομίσθης παρὰ πᾶσιν. Ἠχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν* διὰ τοῦ λαοῦ σου νικήσαντος ἐχθρούς· ἔλαβες ἀναθήματα καθιερωθέντα σοι. Καὶ ἔλαβες εἰς δούλους ἀπειθοῦντας πρότερον ἀνθρώπους, ἐπὶ τῷ κατασκηνῶσαι αὐτοὺς μετὰ τοῦ λαοῦ σου, δουλεύοντας αὐτῷ. Τὰ δὲ ἑξῆς ῥητὰ σαφῆ· παρὰ τοῦ Κυρίου δὲ αἱ ὁδοὶ τοῦ θανάτου, ὃς συνθλάσει τὰς κεφαλὰς τῶν ἀλλοφύλων· συνθλάσει δὲ καὶ κορυφὴν χαίτης ἀνθρώπων, διαπορευομένων ἐν ἁμαρτίαις. Ἀπεφήνατο πάλαι
C Κύριος, ὅτι Ἐπιστρέψω, ἤτοι ἐξελοῦμαι τὸν λαόν μου, σώσων ἐκ τῆς Βασανίτιδος χώρας, ἧς ἐβασίλευσεν ὁ γίγας Ὤγ· ἐπιστρέψω αὐτὸν ἐκ τοῦ βάθους τῆς θαλάσσης τῶν αἱμάτων. Ῥύακες δὲ αἱμάτων τότε ἐπλημμύρησαν, ἀναιρεθέντων τῶν περὶ τὸν Ὤγ, ἵνα βαφῇ ὁ πούς σου τοῦ Ἑβραίου ἐν αἵματι τῶν σφαττομένων, καὶ αὐτὴ ἡ γλῶσσα τῶν κυνῶν σου, ἐκ τοῦ αἵματος τῶν ἐχθρῶν, δι' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ· θεωρηθῆναι δὲ λέγουσι τὰς πορείας τοῦ Θεοῦ, ἤτοι τὰ ἴχνη πάλαι ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ· *Ἀνέβη* γὰρ, φησὶν, *ἐν τῷ ὄρει Μωσῆς καὶ Ἀαρὼν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἶτα· *Καὶ εἶδον τὸν τόπον οὗ εἱστήκει ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, καὶ τὰ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, ὥσπερ ἔργον πλίνθου σαπφείρου*. Ἅγιον δὲ νοοῦσι τὸν οὐρανόν.

Sequitur : *Prævenerunt populum*, ipsius populi principes. Inter canendum etenim Deo, atque inter psallendum, astiterunt propius psallentium choro, in medio juvencularum tympanistriarum, et accidisse hæc intelligunt, post transitum maris

D Εἶτα *Προσέλαβον τὸν λαὸν* οἱ ἄρχοντες αὐτοῦ, ἐν τῷ ᾄδειν καὶ ψάλλειν τῷ Θεῷ, ἔγγιον ἱστάμενοι τῶν χοροψαλτῶν, ἐν μέσῳ νεανίδων τυμπανιστριῶν. Λέγουσι δὲ τὰ μετὰ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν, ὅτι Μαριὰμ, ἡ τοῦ Ἀαρὼν ἀδελφὴ, ἐξῆρχε τῶν νεανίδων.

[64] Exod. XXIV, 9.

Variæ lectiones.

(47) An non potius ἔχουσιν ?

Τὸ δέ· *Ἐν ἐκκλησίαις εὐλογεῖτε τὸν Θεὸν*, οὐ δύνανται μεθοδεῦσαι. Βενιαμὶν δέ φασι τὴν φυλὴν τοῦ Βενιαμὶν, νεωτέραν οὖσαν. Νεώτερος γὰρ υἱὸς ὁ Βενιαμίν. Ἐν ἐκστάσει δὲ, ὅτι ἐνθουσιῶν πολεμοῦντες οἱ τοῦ Βενιαμίν· ψυχρὰ δὲ καὶ αὕτη ἡ ἑρμηνεία. Οἱ ἄρχοντες δὲ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἐβασίλευσαν τῶν Ἑβραίων. Ἄρχοντες Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλεὶμ, ὅτι ἐπίσημοι αὗται αἱ φυλαὶ διὰ τὰς ἐν πολέμῳ ἀνδραγαθίας· εἶτα, *Ἔντειλαι, ὁ Θεὸς*, τὰ περὶ ἡμῶν τοῖς ἀγγέλοις σου· δύναμις γὰρ Θεοῦ οἱ ἄγγελοι· καὶ κραταίωσον, ὃ εὐτρέπισας ἐν ἡμῖν βασίλειον. Εἰ καὶ μὴ δι' ἡμᾶς, ἀλλά γε διὰ τὸν περιώνυμον λαόν σου· οὕτω γὰρ νοοῦσι τὸ, *Ἀπὸ τοῦ ναοῦ σου*. — *Οἴσουσι δέ σοι βασιλεῖς δῶρα*· ὁ Χειρὰμ τὰ κέδρινα ξύλα, καὶ ἄλλοι ἄλλα, ἐπὶ τοῦ Σολομῶντος. *Θηρία δὲ τοῦ καλάμου*, τὰ ἄγρια ἔθνη, τὰ ἐν ἀποκρύφοις καὶ δυσβάτοις τόποις οἰκοῦντα· ἡ συναγωγὴ δὲ τῶν ἡγεμόνων ἑαυτῶν ἐν τοῖς ὑποτεταγμένοις ἔσται λαοῖς, συνεδριαζόντων, καὶ ἐπανορθούντων, καὶ φυλαττόντων αὐτοὺς, ἐπὶ τῷ ἐκκλεισθῆναι, εἴτουν ῥυσθῆναι τὸν λαὸν τὸν δεδοκιμασμένον ἐν καθαρότητι πίστεως, ὡς ἀργύριον. Τὸ δέ· *Ἥξουσι πρέσβεις ἐξ Αἰγύπτου*, λέγουσι γενέσθαι ἐπὶ Σολομῶντος, ἐφ' οὗ καὶ ἡ Αἰθιοπία ἔπεμψε τὴν ἑαυτῆς δυνάστιν τὴν βασίλισσαν. Τὰ ἑξῆς πειρῶνται μὲν συμβιβάζειν, ἐλέγχονται δὲ σφαλλόμενοι. Χρὴ δὲ θαυμάζειν, ὅπως τὸ θεῖον Πνεῦμα τῇ ἱστορίᾳ τὴν ἀναγωγὴν συνέπλεξεν. Ἐν τοῖς καιριωτάτοις δὲ γυμνὴν ἱστορίας τὴν ἀναγωγὴν ἔθηκεν, εἰς ἔλεγχον τῶν ἀντιλεγόντων Ἰουδαίων.

VERS. 28. *Ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.* Ut tua securus protectione, narrem mirabilia omnia, quæ fecisti laude digna. Vel alias : Ut scriptis meis laudes eas exponas, quæ tibi debentur. *Omnes* autem ideo, dixit, quoniam Dei laudes tot sunt, quot ejus potentiæ ; *ut annuntiem* autem eas *in portis Sion*, id est in

B portis Jerusalem. Duplici enim nomine appellata est ea civitas, Jerusalem nimirum, et Sion, a vicino monte. Per filiam autem Sion, ipsa Sion intelligitur, quemadmodum per Filium hominis ipse homo, juxta Hebraicum idioma. Solebant autem antiqui juxta civitatis aut templi portas, concilia ac cœtus hominum congregare, et illis quæcunque nova contingebant narrare. Juxta anagogen per portas Sion, particulares Ecclesias intelligimus, quæ in variis sunt orbis partibus. Per eas etenim ut per portas quasdam ingredimur in supernam Jerusalem.

Intelligentiæ ipsi Asaph.

PSALMUS LXXIII.

De Asaph alibi dictum est. *Intelligentiæ* autem ideo dixit, quia multa lectori opus est intelligentia.

C Ea enim in hoc psalmo tractantur, quæ ad ultimam Judæorum captivitatem, atque ad illam Jerusalem destructionem pertinent, quæ a Romanis facta est. Nam etsi antea a variis fuerint sæpenumero captivati nationibus, nunquam tamen tanta eis, ut tunc, accidit calamitas. Nam et in perpetuum abjecti sunt, et incensum est templum, et destructæ domus, et omnia depopulata, quodque malorum omnium illius gentis evidentius signum est, nullus deinceps inter eos Propheta exstitit. Illud autem animadvertendum est, quod dum hic psalmus Judæorum annuntiat calamitates, fidelium una prædicit salutem.

VERS. 1. *Utquid, Deus, repulisti in finem?* Prophetarum more, narrat, ut jam facta, quæ futura erant. Dignum est autem ut admiremur bonitatem Dei, qui calamitatum prædictione a tanta illos nitebatur sævitia atque impietate avertere, qua adversus Salvatorem usuri erant, tametsi ob arbitrii

D libertatem, quam homini Deus dedit, illi in pravitate sua immutabiles persliterint. Hos etiam sermones summo cum dolore Propheta enuntiat, populi vicem plorans, qui gravissima quædam ac miserabilia passus erat. Possumus aliter intelligere hæc verba, ut ex prudentiorum Judæorum persona dicta sint : nec tantum *Repulisti*, dicit, sed *In finem repulisti*, quod omnimodam prorsus destructionem significat. Nam etsi prius eos sæpe repulerat, non tamen in finem. Unicuique enim captivitati certum

Variæ lectiones.

(71) Repete ἀγαθόν ἐστι.

tempus per prophetas statuerat. Illa autem verba : *Ut quid?* interrogativa quidem esse videntur, et rationem indagare, sed juxta usum Hebraici idiomatis divinam misericordiam conciliant.

Iratus est furor tuus, super oves pascuæ tuæ. A communi sensu rursus sumendum est, *Ut quid?* De ira autem, et furore Dei, in sexti psalmi principio dictum est. Per oves etiam, ipsum populum intellige, et per pascua, sacra Scripturæ eloquia, quibus animas suas illi omnes nutrire solent, qui secundum legem Dei vivunt.

VERS. 2. ***Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio.*** Quam, inquit, congregationem ab initio, hoc est, olim, ac primo, ut possessionem quamdam habuisti. Et subsignare videtur quod aliam ex gentibus Ecclesiam possessurus sit.

Redemisti virgam hæreditatis tuæ. Priora connumerat beneficia. Per virgam autem, regia dignitas significatur, seu ipsum regnum, ut XLIV psalmo dictum est. Aquila pro *virga hæreditatis*, *Sceptrum* dixit *sortitionis*. Hebræorum autem regnum intelligit, vel etiam populum ipsum, sub rege constitutum, qui hæreditas Domini dictus est, quia, ut ait Moyses, *facta est pars Domini populus ejus Jacob, funiculum hæreditatis ejus, Israel* [20]. Redemit autem eos Deus sæpenumero ex bellis, atque captivitatibus.

Mons Sion, hic est, in quo habitasti in eo. Mons Sion ille celeberrimus hic est, in quo fecit Deus prædictam hæreditatis suæ virgam habitare. Vel, In quo tu habitasti. (Dictio enim Græca, κατεσκήνωσας, utramque interpretationem recipit.) Et quod ait, *In eo*, expone, ut diximus alibi, exponentes illum versiculum : *Cujus maledictione os ejus plenum est.* Et præmittit Propheta inter prima verba montis memoriam, ut dedicati Deo montis commemoratione illum sibi magis redderet benevolum.

VERS. 3. ***Leva manus tuas in superbias eorum in finem.*** Destruas prorsus, ait, inimicorum elationes, qui capta Jerusalem procaciores effecti sunt, ac magis temerarii, et insipienter adversus te inflati. *Leva* autem *manus tuas*, ex metaphora eorum dictum est, qui manus in altum tollunt, ut verberibus inimicum dejiciant.

Quanta malignatus est inimicus in sancto tuo. Per inimicum, Titum imperatorem intelligit; et per sanctum, templum ipsum, quod ab illo tandem destructum est, postquam multa alia nefanda scelera in eo patrasset. *Quanta* autem dixit, pro *Heu, quanta!*

VERS. 4. ***Et gloriati sunt, qui oderunt te in medio solemnitatis tuæ.*** Paschæ festivitatem intelligit. In illius enim solemnitatis medio, Titus obsedit Jerusalem, et Judæos festivitatem illam celebrantes captivos fecit. Considera autem, quo pacto in Paschatis solemnitate Judæi pœnas dederint, in qua Dominum crucifigentes tam immensum scelus patrarant.

[20] Deut. XXXII, 9.

A ναι καὶ αἰτιολογικὸν, ἔστι δὲ παρὰ τοῖς Ἑβραίοις δυσωπητικόν τε καὶ οἰκτρόν.

Ὠργίσθη ὁ θυμός σου ἐπὶ πρόβατα νομῆς σου. Ἀπὸ κοινοῦ ληπτέον πάλιν τὸ, *Ἵνα τί.* Περὶ δὲ ὀργῆς καὶ θυμοῦ εἴρηται ἡμῖν ἐν ἀρχῇ τοῦ ϛʹ ψαλμοῦ. Πρόβατα δὲ ὁ λαός· νομὴ δὲ θεῖα τὰ ἱερὰ λόγια τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς· οἷς οἱ κατὰ Θεὸν ζῶντες ἀεὶ τρέφονται τὰς ψυχάς.

Μνήσθητι τῆς συναγωγῆς σου ἧς ἐκτήσω ἀπ' ἀρχῆς. Ἀντὶ τοῦ, *ἣν ἐκτήσω*, ὡς κτῆμα· *ἀπ' ἀρχῆς* δὲ ἀντὶ τοῦ Πρῶτον. Αἰνίττεται δὲ, ὅτι καὶ
B ἄλλην ὑστέραν κτήσεται· φημὶ δὲ τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν.

Ἐλυτρώσω ῥάβδον κληρονομίας σου. Καταλέγει τὰς προτέρας εὐεργεσίας. Δηλοῖ δὲ ἡ ῥάβδος τὴν βασιλείαν, ὡς καὶ ἐν τῷ μδʹ ψαλμῷ προείρηται. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ῥάβδον κληρονομίας σου*, *σκῆπτρον κληρουχίας σου* ἐξέδωκεν ὁ Ἀκύλας. Λέγει δὲ τὴν βασιλείαν τῶν Ἑβραίων, ἤτοι τὸν βασιλευόμενον λαόν. Κληρονομία δὲ οὗτοι τοῦ Θεοῦ, ὅτι, φησὶ Μωϋσῆς, *Ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ.* Ἐλυτρώσατο δὲ τούτους διαφόρως ἐκ πολέμων καὶ αἰχμαλωσίας.

Ὄρος Σιὼν τοῦτο ὃ κατεσκήνωσας ἐν αὐτῷ.
C Τὸ ὄρος Σιὼν τὸ πολυύμνητον τοῦτό ἐστιν, ἐν ᾧ κατεσκήνωσας τὴν δηλωθεῖσαν ῥάβδον τῆς κληρονομίας σου· ἢ, ἐν ᾧ κατεσκήνωσας σύ. Τὸ δὲ *Ἐν αὐτῷ* περιττὸν, καθ' Ἑβραϊκὸν ἰδίωμα· ἢ Ἐν ᾧ αὐτῷ, ὡς τὸ, *Οὗ ἀρᾶς τὸ στόμα αὐτοῦ γέμει.* Προβάλλεται δὲ ὄρος εἰς δυσωπίαν, ὡς ἀνατεθειμένον Θεῷ.

Ἔπαρον τὰς χεῖράς σου ἐπὶ τὰς ὑπερηφανίας αὐτῶν εἰς τέλος. Κατάβαλε τὰς ἐπάρσεις τῶν ἐχθρῶν τέλεον. Ἑλόντες γὰρ τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἀλαζονικώτεροι γεγόνασι, καὶ ἀνοήτως ἐφυσήθησαν κατὰ σοῦ. *Ἔπαρον* δὲ *τὰς χεῖράς σου*, εἶπεν, ἐκ μεταφορᾶς τῶν κινούντων τὰς χεῖρας αὐτῶν, εἰς τὸ
D καταβαλεῖν τὸν ἐχθρόν.

Ὅσα ἐπονηρεύσατο ὁ ἐχθρὸς ἐν τῷ ἁγίῳ σου. Ἐχθρὸν μὲν τὸν Τίτον λέγει, ἅγιον δὲ τὸν ναὸν, εἰς ὃν πολλὰ παροινήσας, πολυτρόπως αὐτὸν ἐξέτριψε. Τὸ δὲ, *Ὅσα*, ἀντὶ τοῦ *Φεῦ, πόσα!*

Καὶ ἐνεκαυχήσαντο οἱ μισοῦντές σε ἐν μέσῳ τῆς ἑορτῆς σου. Ἑορτὴν ἐνταῦθα τὴν τοῦ Πάσχα λέγει. Ἐν μέσῃ γὰρ ταύτῃ τὴν Ἱερουσαλὴμ ὁ Τίτος ἐπολιόρκησεν, ἑορτάζοντας αὐτοὺς ἑλών. Καὶ ὅρα ὅπως ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ Πάσχα τὸν Σωτῆρα σταυρώσαντες ἐν αὐτῇ καὶ αὐτοὶ δίκας ἀπῃτήθησαν.

A *Ἔθεντο τὰ σημεῖα αὐτῶν σημεῖα, καὶ οὐκ ἔγνωσαν ὡς εἰς τὴν ἔξοδον ὑπεράνω.* Ἕκαστον τάγμα πολεμικὸν σημείῳ κέχρηται ἐπὶ κοντοῦ προπορευομένου, πρὸς τὸ διαγινώσκεσθαι, ποία τις ἡ φάλαγξ· ὅπερ ἡμεῖς σημαίαν καλοῦμεν. Ταῦτα οὖν αὐτὰ τὰ σημεῖα αἱ Ῥωμαϊκαὶ φάλαγγες εἰσιοῦσαι ἔστησαν ὡς εἰς τὴν ἔξοδον, εἶτουν εἰς τὰς πύλας τῶν πόλεων, ἐπάνω αὐτῶν. Περιττεύει γὰρ, τὸ Ὡς. Ἔστησαν δὲ τὰ τοιαῦτα αὐτῶν σημεῖα, σημεῖα νίκης ἀντὶ τροπαίων· καὶ οὔπω ἔγνωσαν οἱ ἔνδον, ἔτι περὶ τὴν ἑορτὴν ἀσχολούμενοι. Ἢ καὶ *Οὐκ ἔγνωσαν* αὐτοὶ οἱ ἐχθροὶ πῶς εἷλον τὴν πόλιν· ὅτι οὐκ ἐξ ἀσθενείας τοῦ Θεοῦ τῶν Ἰουδαίων, ἀλλὰ διὰ τὴν κατὰ τοῦ Χριστοῦ μιαιφονίαν αὐτῶν.

Vers. 5. *Posuerunt signa sua, signa, et non cognoverunt, quasi in exitu desuper.* Unusquisque ordo militaris signo suo utitur, quod hastili infixum ante aciem præmittitur, ut cohors internascatur a cohorte : id vexillum appellamus. Hæc igitur vexilla, Romanorum acies ingredientes in Jerusalem fixerunt in exitu, hoc est, in portis civitatis : quinimo et desuper ipsas portas. Abundat autem dictio, *Quasi.* Erexerunt autem hæc signa sua ; signa, hoc est, in signum victoriæ, ac pro tropæis : idque nondum ab iis cognitum fuerat, qui erant intra civitatem, eo quod circa solemnitatem occupati, nullis aliis rebus animum intendebant. Vel, *Non cognoverunt*, ipsi scilicet inimici, quo pacto ceperint civitatem. Id quippe ea ratione non accidit, quod Judæorum Deus impotens esset, aut infirmus, sed ob Christi cædem illos Deus pœnas luere permisit.

B *Ὡς ἐν δρυμῷ ξύλων ἀξίναις, ἐξέκοψαν τὰς θύρας αὐτῆς ἐπὶ τὸ αὐτό.* Δρυμός ἐστιν ἡ ἐν ὄρεσι ξυλοφόρος ὕλη. Δίκην δρυμοῦ ξύλων, φησὶ, κατέκοψαν εἰς τὸ παντελὲς τὰς πύλας αὐτῆς. Τὸ δὲ *Ἐπὶ τὸ αὐτὸ*, Ὁμοῦ πάσας.

Vers. 6. *Quasi in silva lignorum securibus exciderunt januas ejus in idipsum.* Instar, inquit, silvæ lignorum, illius januas prorsus excidebant, *In idipsum*, id est, *una omnes.*

Ἐν πελέκει καὶ λαξευτηρίῳ κατέῤῥαξαν αὐτήν. Ἐν πελέκει μὲν τὰ στέγη καὶ τὰς θύρας τῶν οἰκιῶν τῆς πόλεως, καὶ ὅσα ἐν ξύλοις· ἐν λαξευτηρίῳ δὲ τοὺς τοίχους καὶ τὰ τείχη, καὶ ὅσα ἐν λίθοις· τὸ λαξευτήριον γὰρ λιθουργικόν ἐστιν ὄργανον, καὶ εἰς τὸ τέμνειν λίθους καὶ τοίχους καὶ τείχη, καὶ εἰς καθαιρεῖν ἐπιτήδειον· *Κατέῤῥαξαν* δὲ, ἀντὶ τοῦ Κατέβαλον.

In securi et vecte confregerunt eam. Securi quidem, tecta, ac domorum, et civitatis januas, et quæcunque alia lignea subvertebant, vecte vero murus, mœnia et lapidea quælibet. Vectis enim (seu, ut in Græca lectione habetur, λαξευτήριον) quoddam instrumenti genus est quod et ad incidendos lapides idoneum est, et ad mœnia diruenda ; *confregerunt* autem, hoc est, dejecerunt.

Ἐνεπύρισαν ἐν πυρὶ τὸ ἁγιαστήριόν σου. Ἁγιαστήριον τοῦ Θεοῦ τὸν ναὸν ὠνόμασεν, ὡς ἐν τῷ προλαβόντι ψαλμῷ εἴρηται.

Vers. 7. *Incenderunt in igne sanctuarium tuum.* Per sanctuarium templum intelligit, quemadmodum C in præcedenti psalmo diximus.

Εἰς τὴν γῆν ἐβεβήλωσαν τὸ σκήνωμα τοῦ ὀνόματός σου. Ἐβεβήλωσαν, ἤτοι βεβήλως καὶ ἀνοσίως κατέῤῥιψαν εἰς τὴν γῆν τὸν ναόν· ἀκριβῶς δὲ εἶπεν αὐτὸν *σκήνωμα τοῦ ὀνόματος* τοῦ Θεοῦ· ἡ γὰρ οὐσία τοῦ Θεοῦ ἀπερίγραπτος. Τινὲς δὲ περιφραστικῶς τὸ, *Τοῦ ὀνόματός σου*, νενοήκασιν, ἀντὶ τοῦ, *Σοῦ.*

In terram profanaverunt tabernaculum nominis tui. —*Profanaverunt*, hoc est, profane atque impie illud solo æquarunt. Exquisito autem loquendi modo dicit, *Tabernaculum nominis* Dei. Nullum enim divinæ substantiæ tabernaculum esse potest, cum natura illa divina immensa sit et incircumscripta (unde eleganter *Tabernaculum nominis* Dei dixit) : Aliqui vero Prophetam dicunt circumlocutione uti, et *Tabernaculum nominis* Dei, pro Tabernaculo Dei dixisse.

Εἶπον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν αἱ συγγένειαι αὐτῶν ἐπὶ τὸ αὐτό. Εἶπον πρὸς ἀλλήλας ὁμοῦ πᾶσαι αἱ συγγένειαι τῶν ἐχθρῶν. Τὸ, *Ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν*, ἀντὶ τοῦ, Ἀπὸ καρδίας, ὅλῃ καρδίᾳ καὶ πάσῃ προθυμίᾳ· τὸ γὰρ Δεῦτε, ἐμποδίζει νοεῖσθαι ἀντὶ τοῦ Διενοήσαντο ἐν ἑαυταῖς· εἰ μή τις τοῦτο οὐ συμβουλευτικὸν, ἀλλ' ἐπιῤῥηματικὸν ἐκλάβοι, ὡς τὸ, Ἄγε δή. Τί δὲ εἶπον, ἄκουσον.

Vers. 8. *Dixerunt in corde suo cognationes eorum simul.* Omnes inimicorum cognationes mutuo inter se simul dixerunt. *In corde* autem *suo*, hoc est, ex toto corde, atque ex tota animi promptitudine. Dictio autem, *Venite*, quæ sequitur, vetat ne exponere possimus, *Dixerunt*, pro Cogitaverunt : nisi D quis eam non in vim verbi (72), sed adverbialiter esse positam', dicat, pro, *Eia age.* Quid autem dixerint audi.

Δεῦτε, καὶ καταπαύσωμεν πάσας τὰς ἑορτὰς τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τῆς γῆς. Τὰς νομικὰς λατρείας τοῦ Θεοῦ τούτου, ὃν Ἰουδαῖοι σέβουσι· τοῦτο δὲ κατορθώσομεν ἀφανίσαντες τοὺς νόμους, καὶ τὴν πολιτείαν, καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν. Ὃ δὴ καὶ τοῦ Θεοῦ συγχωρήσαντος πεποιήκασι.

Venite quiescere faciamus omnes festivitates Dei in terra. Omnes nimirum legales cultus ac cæremonias illius Dei, quem Judæi colunt, hoc autem perficiemus, si leges, ac mores, et rempublicam eorum deleverimus, quemadmodum permittente Deo effecerunt.

Τὰ σημεῖα αὐτῶν οὐκ εἴδομεν. Τὰ τεράστια δὲ

Vers. 9. *Signa eorum non videmus.* Miracula

Variæ lectiones.

(72) Græce, *non ad suadendum.*

scilicet quæ Judæi Deum suum olim in parentum suorum gratiarum operatum esse asserebant. Hæc enim miracula Romani milites, qui obsidebant Jerusalem, negant usquam se vidisse. Nihil hujusmodi, inquiunt, eorum Deus adversus nos operatus est.

Non est amplius Propheta. — *Amplius* pro *Deinceps.* Vere autem hoc a Propheta nostro ex illorum persona prædictum est : neque enim tunc ullus inter Judæos erat propheta, qui aut adversus Romanos prædicaret aut Judæos juberet confidere.

Et nos non cognoscet amplius. Cumque nullus deinceps propheta futurus sit inter eos, consequenter nullus etiam ea amplius cognoscet, quæ ad nos pertinent, aut, quem exitum habitura sint. Et quod ait, *Amplius*, idem est quod In posterum.

VERS. 10. *Usquequo, Deus, improbabit inimicus?* O Deus, usquequo te et nos pariter improbabit, quasi infirmos atque imbecilles ?

Irritabit adversarius nomen tuum in finem? Blasphema assidue adversus te verba proferet, atque ad iram te irritantia, tametsi tu et longanimis sis, atque illos ob eorum (73) delicta, multa hujusmodi facere permittas.

VERS. 11. *Ut quid avertis manum tuam et dexteram tuam de medio sinu tuo in finem?* Observandum est, quod hæc verba, *In finem*, quæ sæpius in præsenti psalmo posita sunt, perpetuam Judæorum abjectionem notant. Manum autem eamdem appellat quam et dexteram. Sinus autem Dei est bonorum omnium thesaurus, et manus dextera, illam operationem significat, quæ divina bona dispensat. Et sensus est : Quare bona tua nobiscum jam non participas, ut olim agebas ? et est metaphoricus sermo, tractus ab iis qui sinum habuerunt multiplicibus bonis plenum, unde certo tempore amicis largiebantur. Nam si irasci eos contingat, manum a sinu avertent, nec illuc amplius eam mittent, ut consueta amicis bona largiantur.

VERS. 12. *Deus autem Rex noster ante sæculum.* — *Ante sæculum* improprie dixit, pro, A principio. Quo pacto enim ante sæculum Rex esse potuit creaturæ, cum nulla adhuc sensibilis esset creatura? Vel per sæculum, præsentem vitam intellige, ut sit sensus : Ante vitam nostram, seu a progenitoribus nostris Deus Rex fuit generationis nostræ. Libenter autem illius meminit, eo quod in memoriam revocet eumdem hunc Deum esse, qui progenitorum suorum tempore multa in eorum gratiam miracula operatus est.

Operatus est salutem in medio terræ. In medio terræ dixit pro, Palam atque in omnium hominum conspectu : et in specie libertatem Judæis præstitam intelligit ab Ægyptiaca servitute.

VERS. 13. *Tu roborasti in potentia tua mare.* Hoc est, Tu divisas maris Rubri partes solidasti. *Murus*

λέγουσι δι' αὐτοὺς θαυματουργῆσαι τὸν Θεὸν αὐτῶν, ἡμεῖς τέως οἱ τούτους πολιορκήσαντες, οὐκ οἴδαμεν· οὐδὲν γὰρ τοιοῦτον καθ' ἡμῶν ἐτερατουργήθη.

Οὐκ ἔστιν ἔτι προφήτης. Τὸ *ἔτι*, ἀντὶ τοῦ ἑξῆς. Καὶ ὄντως τοῦτο ἔλεγον· Οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς, φησὶ, προλέγων τι καθ' ἡμῶν, καὶ παραθαῤῥύνων αὐτούς.

Καὶ ἡμᾶς οὐ γνώσεται ἔτι. Καὶ μὴ ὢν λοιπὸν, οὐ γνώσεται τὰ καθ' ἡμᾶς ὅπως ἕξομεν· τὸ γὰρ *Ἔτι* τοῦτο, ἀντὶ τοῦ, Λοιπόν.

Ἕως πότε, ὁ Θεὸς, ὀνειδιεῖ ὁ ἐχθρός; Ὦ Θεὸς, ὀνειδιεῖ δὲ ἡμᾶς καὶ σὲ, ὡς ἀσθενεῖς, ὁ ἐχθρός.

Παροξυνεῖ ὁ ὑπεναντίος τὸ ὄνομά σου εἰς τέλος. Βλασφημήσει μέχρι παντὸς, παροξυντικὰ ῥήματα κατ' αὐτοῦ φθεγγόμενος· εἰ καὶ σὺ μακροθυμεῖς, παραχωρῶν αὐτοῖς διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν.

Ἵνα τί ἀποστρέφεις τὴν χεῖρά σου καὶ τὴν δεξιάν σου ἐκ μέσου τοῦ κόλπου σου εἰς τέλος; Παρατηρητέον τὸ *Εἰς τέλος*, ὅπως πολλαχοῦ τοῦ ψαλμοῦ κείμενον ὑποφαίνει τὴν διηνεκῆ τῶν Ἰουδαίων ἀποβολήν. Τὴν αὐτὴν δὲ χεῖρα λέγει καὶ δεξιάν· καὶ κόλπος μὲν ἂν εἴη Θεοῦ ὁ τῶν ἀγαθῶν θησαυρός· χεὶρ δὲ δεξιὰ ἡ τῶν ἀγαθῶν ἐνέργεια μεταδοτική. Ἔστι δὲ ὁ νοῦς τοῦ ῥητοῦ, ὅτι, Διατί τῶν ἀγαθῶν οὐ μεταδίδως ἡμῖν, ὡς πρότερον; Μεταφορικὸς δὲ ὁ λόγος· ὥσπερ εἴ τις πεπληρωμένον ἔχων τῶν ἀγαθῶν τὸν κόλπον, καὶ μέχρι καιροῦ μεταδιδούς τισιν, εἶτα ὀργισθεὶς, ἀποστρέφει ἀπὸ τοῦ κόλπου τὴν μεταδιδοῦσαν χεῖρα, μηκέτι τῶν ἀγαθῶν ἁπτόμενος πρὸς μετάδοσιν.

Ὁ δὲ Θεὸς βασιλεὺς ἡμῶν πρὸ αἰῶνος. Τὸ, *Πρὸ αἰῶνος*, οὐκ ἔστι κυριολεξία, ἀλλὰ κατάχρησις, ἀντὶ τοῦ Ἐξαρχῆς. Πῶς γὰρ πρὸ τῶν αἰώνων, μήπω τῆς αἰσθητῆς κτίσεως παραχθείσης, ἦν βασιλεὺς τοῦ γένους ἡμῶν; Ἢ αἰῶνα νοήσεις τὴν ἐνεστῶσαν ζωὴν, ἵν' εἴη, ὅτι Πρὸ τῆς ἡμετέρας ζωῆς, εἴτουν ἐκ προγόνων, ἦν βασιλεὺς τοῦ γένους ἡμῶν. Ἀναμιμνήσκει δὲ ὥσπερ τὸν Θεὸν τῶν πάλαι γεγενημένων τεραστίων εἰς τοὺς προγόνους αὐτῶν.

Εἰργάσατο σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς. Τὸ, *Ἐν μέσῳ τῆς γῆς*, ἀντὶ τοῦ Ἐν μέσῳ τῶν ἀνθρώπων, ἐν φανερῷ. Λέγει δὲ σωτηρίαν τὴν ἐκ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ δουλείας ἐλευθερίαν τῶν Ἰουδαίων.

Σὺ ἐκραταίωσας ἐν τῇ δυνάμει σου τὴν θάλασσαν. Ἐστερέωσας τὰ διαιρεθέντα μέρη τῆς

Variæ lectiones.

(73) Græce *nostra*.

Ἐρυθρᾶς. Τεῖχος γάρ, φησίν, ἐκ δεξιῶν καὶ τεῖχος ἐξ εὐωνύμων, τῇ σῇ δυνάμει τὸ ῥοῶδες αὐτῶν συνεσχέθη παγέν.

Σὺ συνέτριψας τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων ἐπὶ τοῦ ὕδατος. Δράκοντας μὲν ὀνομάζει τοὺς Αἰγυπτίους διὰ τὴν πονηρίαν, κεφαλὰς δὲ αὐτῶν τοὺς ἀποσταλέντας ὄπισθεν τῶν Ἰσραηλιτῶν, καὶ ταξιάρχας, καὶ λοχαγούς, ὡς ἄρχοντας· ἄρχει γὰρ ἡ κεφαλὴ τῶν ἄλλων μερῶν· οἳ πάντες, ἐπικλύσαντος αὐτοὺς τοῦ ὕδατος, συνετρίβησαν, εἴτουν ἀπώλοντο.

Σὺ συνέθλασας τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος. Δράκοντα ἑνικῶς τὸν Φαραὼ φησι, θλάσιν δὲ κεφαλῆς τὴν συντριβὴν τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ.

B *Ἔδωκας αὐτὸν βρῶμα λαοῖς τοῖς Αἰθίοψιν.* Αἰθίοπες γὰρ, ὅμοροι τοῖς Αἰγυπτίοις ὄντες, καὶ πάλαι τούτοις ἐπιβουλεύοντες, ἐπεὶ τὴν τοιαύτην αὐτῶν εἶδον συντριβὴν, ἐπιδραμόντες ἐληΐσαντο τὴν Αἴγυπτον, καὶ τοὺς ὑπολοίπους ἐν στόματι μαχαίρας κατέφαγον. *Ἔδωκας* δὲ, ἀντὶ τοῦ Ἐξέδωκας. Διὰ δὲ τοῦ Φαραὼ καὶ πᾶσαν τὴν ὑπ' αὐτὸν χώραν ὑποσημαίνει.

Σὺ διέῤῥηξας πηγὰς καὶ χειμάῤῥους. — Διέῤῥηξας, Ἀνέδωκας. Λέγει δὲ τὸ ἀπὸ τῆς πέτρας ἐν ἐρήμῳ ῥυὲν ὕδωρ. Καὶ πηγὰς μὲν εἶπε διὰ τὴν βλύσιν· χειμάῤῥους δὲ διὰ τὸ σφοδρὸν τῆς φορᾶς. Πληθυντικῶς δὲ ἄμφω, κατὰ συνήθειαν τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου. Ὁ γὰρ Σύμμαχος καὶ Ἀκύλας ἑνικῶς ἐξέδωκαν.

C *Σὺ ἐξήρανας ποταμοὺς Ἠθάμ.* Τὸ Ἠθὰμ Ἀρχαίους ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος. Λέγει δὲ καὶ τοὺς τῶν Σοδόμων καὶ Γομόῤῥων, οὓς ὁ Θεὸς ἀπετέφρωσε διὰ τὴν τούτων παρανομίαν. Ἢ ἁπλῶς φησιν, ὅτι Σὺ ἀνέδωκας μὲν ὕδατα νέα· ἐξήρανας δὲ παλαιὰ, ἐν οἷς ἠθέλησας τόποις. Ἰσίδωρος δὲ ὁ Πηλουσιώτης τὸ Ἠθὰμ, ὄνομα τόπου φησὶν, οὐ πόῤῥω τῆς Ἱερουσαλὴμ, ὃν ποταμοὶ πρὶν ἀρδεύοντες, ὕστερον ὑπὸ τῆς ἁλώσεως τῆς ὑπὸ Ῥωμαίων καὶ αὐτοὶ ἐξηράνθησαν ἐκ θεομηνίας.

Σή ἐστιν ἡμέρα, καὶ σή ἐστιν ἡ νύξ. Ἀπὸ τῶν ἰδικῶν παραδοξοποιῶν ἐπὶ τὰς κοινὰς τὸν λόγον προήγαγεν. Σὸν ποίημα, φησὶν, ἡ ἡμέρα καὶ ἡ νὺξ, καὶ τῷ σῷ προστάγματι δουλεύουσιν.

D *Σὺ κατηρτίσω φαῦσιν καὶ ἥλιον.* Φαῦσιν τὴν ἀνατολὴν τῆς ἡμέρας, ἤτοι τὸν ὄρθρον. *Κατηρτίσω* δὲ, ἀντὶ τοῦ Ἐποίησας· διὰ δὲ τοῦ ἡλίου καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας ᾐνίξατο.

Σὺ ἐποίησας πάντα τὰ ὡραῖα τῆς γῆς. Ὡραῖα τοὺς ἐτησίους καρπούς· ὧρος γὰρ τὸ ἔτος. Καί τινὲς μὲν ἀντὶ τοῦ *Τὰ ὡραῖα, Τὰ ὅρια* γράφουσιν, εἴτουν τοὺς ὅρους· ἄμεινον δὲ τὸ *Τὰ ὡραῖα*, καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ ἑξῆς ῥητοῦ

A enim, inquit, *a dextris, et murus a sinistris*[11], potentia nimirum tua concretus est, qui aquarum defluxum continuit.

Vers. 14. *Tu contrivisti capita draconum in aquis.* Per dracones, Ægyptios intelligit, ob summam eorum pravitatem : et per draconum capita, eos milites, tribunos, centuriones et duces, qui a Pharaone missi sunt ad persequendum populum Israel : qui plebis comparatione, ut digniores, capita appellari poterant (74). Hi omnes igitur inundante aqua contriti sunt, et perierunt.

Tu confregisti caput draconis. Per draconem singulari sermone, Pharaonem intelligit, et per confractionem capitis, regni atque imperii ejus imminutionem.

Dedisti eum escam populis Æthiopum. Æthiopes finitimi sunt Ægyptiis. Hi autem populi inimicitias olim inter se exercebant, et mutuo alter alteri tendebat insidias. Æthiopes igitur, perspecta Ægyptiorum clade, excursiones fecerunt, Ægyptumque deprædati sunt, et reliquos omnes qui superfuerant in ore gladii comederunt. Per Pharaonem autem, omnes alias regiones denotat ei subjectas.

Vers. 15. *Tu dirupisti fontes et torrentes. — Dirupisti* dicit pro Dedisti. Illam autem aquam intelligit, quæ de petra fluxit in deserto. Et fontes quidem ideo appellavit, quia aquæ illæ fontis instar scaturirent : torrentes vero ob fluxus vehementiam : utrumque autem plurali numero dixit, juxta Hebraicæ linguæ usum. Aquila autem et Symmachus singularem numerum servarunt.

Tu siccasti fluvios Etham. Symmachus pro *Etham*, *Antiquos* reddidit : Sodomæque, et Gomorrhæ fluvios et fontes intelligit, quos ob eorum peccata Deus in cinerem redegit. Vel simpliciter : Tu dedisti nobis, inquit, novas aquas, tu antiquas siccasti, utcunque tibi placitum est. Isidorus vero Pelusiotes, Etham dicit loci nomen esse, non procul a Jerusalem, qui fluminibus olim irriguus, post eversionem Jerusalem a Romanis factam, ob Dei iram illis omnibus prorsus exsiccatus est.

Vers. 16. *Tuus est dies, et tua est nox.* Cum a particularibus et privatis quibusdam rebus cœpisset Deum laudare, nunc sermonem vertit ad communia : Dies, inquit, et nox a te sunt creata, atque, ut famuli, tuo inserviunt mandato.

Tu perfecisti auroram et solem. Per auroram diei ortum seu diluculum ipsum intelligit. *Perfecisti* autem, id est fecisti : et per solem cæteras omnes stellas significavit.

Vers. 17. *Tu fecisti omnes fruges terræ.* Per fruges juxta Græci nominis etymologiam annuos fructus intelligit. Quidam vero non *Fruges* sed *Terminos* legendum esse asseverant (et lectionis varietas ex dictionum Græcarum vicinitate est orta) ; melior tamen lectio videtur quæ habet *Fruges*, ut ex sequentibus demonstrabitur.

[11] Exod. xiv, 22.

Variæ lectiones.

(74) Ad verbum *et tribunos, et centuriones, ut imperantes. Imperat enim caput reliquis membris.*

Æstatem et ver tu plasmasti ea. Harum enim frugum aliæ vere nascuntur, aliæ æstate, aliæ etiam ipsa æstate perficiuntur. Harum autem duarum anni partium tantum meminit, quasi cum his aliæ simul comprehendantur. Dictio autem, *ea*, abundat. Vel sic legi potest : Tu plasmasti ea, æstatem nimirum, et ver. Indifferenter etiam æstatem, priusquam ver commemoravit.

Vers. 18. *Memor esto hujus.* In principio psalmi dixit : *Memento congregationis tuæ, quam possedisti ab initio ;* idem igitur nunc repetit.

Inimicus exprobravit Dominum. Titus nimirum, vel Romanorum exercitus.

Et populus insipiens irritavit nomen tuum. De eisdem rursus loquitur, qui non recte de Deo sentiebant. De verbo, *Irritavit*, diximus paulo superius.

Vers. 19. *Ne tradas feris animam confitentem tibi.* Prævidens Propheta ea quæ Judæis eventura erant, fundit preces ad Deum, ne Judæorum populum in Romanorum potestatem tradat, quos ob summam sævitiam feras appellat. Per animam vero hominem intelligit, veluti totum a parte, ut alibi diximus. *Confitentem* autem, hoc est, gratias agentem.

Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem. Indifferenter Propheta quartum atque secundum casum apponit verbo *Obliviscaris :* et per animas pauperum circumloquendo ipsos pauperes intelligit. Pauperum vero animas dixit, ut hujusmodi sermone ad majorem Deum misericordiam excitaret. Eosdem etiam Judæos pauperes appellat, eo quod ob Romanorum obsidionem in summa erant rerum omnium necessitate constituti.

Vers. 20. *Respice in testamentum tuum.* (Dictio Græca διαθήκη et *testamentum* significat et *pactum* seu *fœdus.*) De pacto igitur loquitur, quod pepigit Deus cum Abraham, et cum aliis progenitoribus, quemadmodum in præcedenti psalmo diximus, ibi : *Ecce generationi filiorum tuorum fœdera rupisti.* Noli igitur pacta, quæ nobiscum habes, despicere.

Quoniam obscurati terræ, repleti sunt domibus iniquitatum. Quoniam terreni homines Judæi, quos *obscuratos terræ* appellavit, veluti propriis passionibus atque affectibus obtenebratos, impleti sunt domibus iniquitatum, hoc est, multitudine ac copia delictorum. *Iniquitatum* enim *domos* hic dixit, quasi amplam quamdam mensuram : ad summam videlicet copiam denotandam. Simili enim loquendi modo uti solemus, quando aliquem frugum aut alterius rei copiam habere indicamus, verbi gratia : Ille domos frumenti habet (aut domos olei).

Vers. 21. *Non convertatur humiliatus confusus.* Tuus, inquit, populus, qui in hoc obsidionis tempore tibi supplicationes porrigit, non avertatur, quæso, a te humiliatus, et confusus, dum non exauditur.

Inops et pauper laudabunt nomen tuum. Populus de quo supra diximus, ibi : *Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.* Judæi, inquit, perpetuo laudabunt te si eos salvaveris, non sic autem inimici.

Θέρος καὶ ἔαρ σὺ ἔπλασας αὐτά. Τούτων γὰρ τῶν ὡραίων τὸ μὲν ἔαρ γεννητικὸν, τὸ δὲ θέρος τελειωτικόν. Διὸ καὶ τῶν δύο μόνον ὡρῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐμνημόνευσε, τῶν ἄλλων δύο συμπεριλαμβανομένων τούτοις, ὡς μερῶν αὐτοῦ καὶ αὐτῶν. Τὸ δὲ Αὐτὰ, παρέλκον· εἴη δ' ἂν ἡ σύνταξις καὶ οὕτως· Σὺ ἔπλασας αὐτὰ, τὸ θέρος καὶ τὸ ἔαρ. Ἀδιαφόρως δὲ πρῶτον ἔταξε τὸ θέρος.

Μνήσθητι ταύτης. Ἐν προοιμίοις τοῦ ψαλμοῦ εἰπών· *Μνήσθητι τῆς συναγωγῆς σου ἧς ἐκτήσω ἀπ' ἀρχῆς*, τὸ αὐτὸ καὶ νῦν ἐπανέλαβεν.

Ἐχθρὸς ὠνείδισε τὸν Κύριον. Ὁ Τίτος, ἢ ὁ Ῥωμαίων στρατός.

Καὶ λαὸς ἄφρων παρώξυνε τὸ ὄνομά σου. Τοὺς αὐτοὺς πάλιν λέγει μὴ φρονοῦντας περὶ Θεοῦ ὀρθῶς. Περὶ δὲ τοῦ *Παρώξυνε* μικρὸν ἀνωτέρω προείρηται.

Μὴ παραδῷς τοῖς θηρίοις ψυχὴν ἐξομολογουμένην σε. Προεωρακὼς τὰ κατὰ τῶν Ἰουδαίων ὁ Προφήτης, ἱκετεύει μὴ παραδοθῆναι αὐτοὺς τοῖς Ῥωμαίοις· οὓς θηρία καλεῖ διὰ τὴν ἀγριότητα καὶ ἀπανθρωπίαν. Ἀπὸ τῆς ψυχῆς δὲ τὸν ἄνθρωπον ἐδήλωσεν, ὡς ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν, καθὼς προειρήκαμεν. *Ἐξομολογουμένην* δὲ, ἀντὶ τοῦ, εὐχαριστοῦσάν σοι.

Τὰς ψυχὰς τῶν πενήτων σου μὴ ἐπιλάθῃ εἰς τέλος. Ἀδιάφορον τὸ Μὴ ἐπιλάθῃ. *Τὰς* δὲ *ψυχὰς τῶν πενήτων*, ἀντὶ τοῦ, Τοὺς πένητάς σου, περιφραστικῶς, ἢ καὶ ἐλεεινολογικῶς. Πένητας δὲ αὐτοὺς πάλιν καλεῖ τοὺς Ἰουδαίους, ὡς τηνικαῦτα εἰς πᾶσαν ἔνδειαν ὑπὸ τῆς ἔξωθεν πολιορκίας τῶν παρακαθημένων ἐχθρῶν καταστησομένους.

Ἐπίβλεψον εἰς τὴν διαθήκην σου. Ἣν διέθου τῷ Ἀβραὰμ καὶ τοῖς προγόνοις ἡμῶν· ὡς κατὰ τὸν προλαβόντα ψαλμὸν ἐν τῷ, *Ἰδοὺ τῇ γενεᾷ τῶν υἱῶν σου ἃ συντέθηκας*, προδιελάβομεν· καὶ μὴ παρίδῃς ταύτην.

Ὅτι ἐπληρώθησαν οἱ ἐσκοτισμένοι τῆς γῆς οἴκων ἀνομιῶν. Ὅτι τὰ ἐσκοτισμένα κτήματα τῆς γῆς, εἴτουν οἱ Ἰουδαῖοι ἐκοτισμένοι τοῖς πάθεσιν, ἐπληρώθησαν οἴκων ἀνομιῶν· τουτέστι, πλήθους ἀνομιῶν. Τὸ γὰρ *οἴκων*, ἀντὶ τοῦ πλήθους ἔλαβεν, ὡς μέτρον· καθάπερ ὅτε δηλῶσαι πλῆθος σίτου θέλοντες λέγομεν· Ὁ δεῖνα ἔχει οἴκους σίτου.

Μὴ ἀποστραφήτω τεταπεινωμένος κατῃσχυμμένος. Ὁ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς πολιορκίας παρακαλῶν σε λαός· τεταπεινωμένος δὲ καὶ κατῃσχυμμένος ἐν μὴ εἰσακούεσθαι.

Πτωχὸς καὶ πένης αἰνέσουσι τὸ ὄνομά σου. Ὁ δηλωθεὶς ὁ λαός σου, ὡς ἀνωτέρω μικρὸν ἐν τῷ, *Τὰς ψυχὰς τῶν πενήτων σου*, προειρήκαμεν. Οἱ Ἰουδαῖοι, φησὶν, αἰνέσουσι σωθέντες, καὶ οὐχ οἱ πολέμιοι.

A *Ἀνάστα, ὁ Θεὸς, δίκασον τὴν δίκην σου.* Δίκη γὰρ συνέστη μέσον σοῦ καὶ τῶν ἐχθρῶν, ἡ περὶ ὕβρεως. Οὐκ ἤρκει γὰρ αὐτοῖς ἡ κατὰ τοῦ λαοῦ μανία, ἀλλὰ προσέτι καὶ σὲ διέβαλλον, ὡς ἀσθενῆ. Ἢ καὶ ἄλλως· Ἡ τοῦ λαοῦ σου δίκη σή ἐστιν.

Μνήσθητι τοῦ ὀνειδισμοῦ σου τοῦ ἄφρονος ὅλην τὴν ἡμέραν. Ἄφρονα τὸν Τίτον καὶ πάντα στρατιώτην αὐτοῦ καλεῖ. Καὶ ἀνωτέρω δὲ εἴρηκεν, ὅτι *Καὶ λαὸς ἄφρων παρώξυνε τὸ ὄνομά σου.* — *Τοῦ ὀνειδισμοῦ* δὲ τοῦ *ὅλην τὴν ἡμέραν*, ἀντὶ τοῦ Ἀεὶ γινομένου.

Μὴ ἐπιλάθῃ τῆς φωνῆς τῶν οἰκετῶν σου. Τῶν ἱκετευόντων σε κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, ὡς ἔφημεν. B Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, *τῶν ἱκετῶν σου*, γράφουσιν.

Ἡ ὑπερηφανία τῶν μισούντων σε ἀνέβη διὰ παντός. — *Ἀνέβη*, τουτέστιν ὑψώθη, ἐκορυφώθη· ἢ ἀνέβη ἐνώπιόν σου. Σκόπει δὲ ὅπως οὐδεμία τις ἀγαθῶν ἐπαγγελία τοῖς ῥητοῖς τούτοις ἐπισυνῆπται, καθάπερ ἐφ' ἑτέρων ψαλμῶν. Ἀλλ' οὕτω μὲν κατὰ τὴν Ἑβραίων ἐκδοχήν. Ἀληθέστερον δὲ τὰ ἀπὸ τοῦ στίχου τοῦ λέγοντος· *Εἰργάσατο σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς*, καὶ τὰ ἑξῆς, εἰς τὸν Χριστὸν ἀνάγονται. Ὄντως γὰρ εἰργάσατο σωτηρίαν, ἐνανθρωπήσας, καὶ τῆς πλάνης ἐλευθερώσας ἡμᾶς, καὶ ὑποδείξας τὴν τῆς σωτηρίας ὁδόν. Τὸ δὲ *Ἐν μέσῳ τῆς* C *γῆς*, ἀντὶ τοῦ Ἐν πάσῃ τῇ γῇ. Τινὲς δὲ καὶ τὰ Ἱεροσόλυμα μέσον τῆς γῆς φασι διακεῖσθαι. Ἐκραταίωσε δὲ καὶ τὴν θάλασσαν, ὅ ἐστι κραταιὸν κατὰ τῶν δαιμόνων ἐποίησε τὸ ὕδωρ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. Θάλασσαν γὰρ τοῦτο καὶ Μιχαίας ἐκάλεσεν, εἰπὼν πρὸς Θεόν· *Καταδύσεις τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης.* Θάλασσαν δὲ ὡς ὑποδεχόμενον τοὺς ῥύπους τῆς ψυχῆς τῶν βαπτιζομένων, καὶ ὡς ἀποκαθαῖρον· καὶ ὡς μέγιστον διὰ τὴν χάριν, καθὼς ἡ θάλασσα διὰ τὸ πλῆθος τῶν ὑδάτων. Καὶ δράκοντες μὲν ἂν εἶεν οἱ δαίμονες· δράκων δὲ ὁ ἄρχων αὐτῶν διάβολος, ὧν τὰς κεφαλὰς συνέτριψε, καὶ συνέθλασεν ἐν τῷ ὕδατι τοῦ βαπτίσματος. Κεφαλαὶ δὲ τούτων εἰσὶν αἱ ἁμαρτίαι· ἐν ταύταις γὰρ D τὸν φθοροποιὸν ἰὸν ἐναποτεθησαυρισμένον ἔχουσιν. Ὧν διαφθαρεισῶν ὑπὸ τοῦ βαπτίσματος, οὐκ ἔτι ζῶσιν ἐν ἡμῖν οἱ τοιοῦτοι δράκοντες. Λαοὶ δὲ Αἰθιόπων οἱ μεμελανωμένοι πρὶν τὰς ψυχὰς τῷ ῥύπῳ καὶ τῷ καπνῷ τῆς ἁμαρτίας· οἷς βρῶμα, εἴτουν παρανάλωμα, γίνεσθαι δέδωκε τὸν νοητὸν δράκοντα, μετὰ τὸ βάπτισμα δηλονότι· *διέῤῥηξε* δὲ, ἤτοι ἀνέδωκε πηγὰς καὶ χειμάῤῥους διδασκαλίας πνευματικῆς ἐν τῇ πρὶν ἐρήμῳ οἰκουμένῃ τῶν ἐθνῶν· πηγὰς μὲν διὰ τὸ ἀέναον, καὶ καθαρὸν, καὶ ἥδιστον, χειμάῤῥους δὲ, ὡς ἐν τῷ λε' ψαλμῷ προείρηται· ποταμοὶ δὲ Ἠθὰμ αἱ ἐν Ἰουδαίοις προφητεῖαι αἱ ἀρχαῖαι, ὅσον πρὸς τὰς ἐν Χριστιανοῖς νέας· ἐξη-

VERS. 22. *Exsurge, Deus, judica causam tuam.* Causa autem quæ vertebatur inter Deum, et inimicos Romanos, de contumelia erat in Deum illata. Neque enim illis satis fuerat furere adversum populum, sed Deum insuper infirmum, atque imbecillem improperabant. Vel aliter : Causam populi tui dicere possumus causam tuam.

Memor esto opprobrii tui, quod ab insipiente fit tota die. Per insipientem, Titum intelligit, et quemlibet ex Romanis militibus], sicuti et superius dixit : *Et populus insipiens irritavit nomen tuum. Opprobrii* autem *tui tota die*, hoc est, quod assiduo fit adversus te.

VERS. 23. *Ne obliviscaris voces servorum tuorum.* Qui illo tempore tibi preces porrigent, ut diximus. Quædam autem exemplaria non *servorum* habent, sed *supplicium* (orta nimirum lectionis varietate ob Græcarum dictionum vicinitatem, quam tum in prolatione habent, tum in Scriptura.)

Superbia eorum, qui oderunt te, ascendit semper. — *Ascendit* pro Exaltata est, atque in sublime elevata. Vel ascendit semper coram te. Illud autem considera, quomodo his dictis nulla promissio aut spes bonorum conjuncta est, et nulla melioris fortunæ spes eis data, quemadmodum alias semper fit in aliis psalmis. Et hæc quidem expositio ita a nobis relata est, prout ab ipsis traditur Judæis. Verior tamen expositio est, ut ab illo versiculo : *Operatus est salutem in medio terræ.* Omnia, quæ sequuntur, referamus ad Christum, qui Incarnatione sua salutem nobis vere operatus est, a pristino nos errore liberans, et salutis viam ostendens. *In medio* autem *terræ*, id est, in omni terra : tametsi aliqui in ipsa intelligant dici Jerusalem, quam in medio terræ sitam esse asserunt. Roboravit autem Christus mare, qui sacri baptismatis aquam validam, atque efficacem reddidit, adversus omnes dæmonum conatus. Nam et Michæas propheta, mare illud appellavit, ad Deum dicens : *Tu peccata nostra in profunda maris demerges* [**]. Mare autem baptisma appellatur, eo quod animarum sordes, quæ illic baptizantur, recipit, et quia purgat, et quia non secus gratiarum ac charismatum copia abundat, quam mare undarum ac fluctuum multitudine. Et dracones quidem dici possunt dæmones. Draco autem, eorum princeps diabolus, quorum capita, hoc est, quorum peccata Dominus contrivit, et confregit in aqua baptismatis. In his etenim capitibus mortiferum omne repositum est venenum. His igitur capitibus, hoc est, his peccatis per baptismatis aquam perditis, ac deletis, nulli amplius in nobis vivent dracones. Populi vero Æthiopum ii sunt, qui caligine ac sordibus peccati animas olim nigrantes habebant : ipsæ nimirum gentes, quibus draconem illum Deus post baptisma in cibum, hoc est, in consumptionem dedit ; *Dirupit* etiam, hoc est, præbuit Deus fontes, et tor-

[**] Mich. VII, 19.

rentes spiritualis doctrinæ, in gentilis populi terra, quæ prius deserta erat; et fontes quidem dicit, ob perpetuitatem, puritatem et suavitatem fluxus; torrentes vero ea ratione quam diximus in psalmo xxxv; flumina autem Etham, antiquæ Judæorum sunt prophetiæ, quæ aridæ sunt, si iis comparentur quæ fidelibus Christianis sunt traditæ. Exsiccata autem dicuntur hæc flumina, quoniam, ut diximus, defecerunt prophetæ: atque hoc ob summam Judæorum pravitatem a Deo permissum est. Quæ sequuntur Christum universæ creaturæ factorem, et Dominum esse demonstrant. Memor autem esto hujus congregationis, novæ scilicet, et non illius antiquæ. Inimicus autem Judæus et gentilis, Christum exprobravit, quasi Deus non sit, quin imo etiam quasi impotens sit: multa alia etiam contumeliose in eum dixerunt, et illius nomen irritarunt. Per *Feras* etiam, Judæos, gentiles, et dæmones intellige; et per *Pauperes*, ipsos fideles, qui relictis omnibus Christum secuti sunt, ut in ix psalmo diximus. Testamentum autem seu pactum illud intellige, quod a Christo dispositum est ad apostolos; et illud præ cæteris: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi* [11]. Per *Obscuratos* autem *terræ*, omnes in universum infideles intellige, qui splendescentes veritatis radios cernere nequeunt: et quæ sequuntur simili modo accommodari poterunt, si recte disquiras.

ράνθησαν γὰρ διὰ τὴν κακίαν αὐτῶν, ἐπιλειψάντων τῶν προφητῶν. Τὰ δὲ ἑξῆς δεικνύουσι τὸν Χριστὸν ποιητὴν καὶ Κύριον τοῦ παντός. Μνήσθητι δὲ ταύτης τῆς συναγωγῆς τῆς νέας, καὶ μὴ ἐκείνης τῆς παλαιᾶς. Ἐχθρὸς δὲ ὠνείδισε τὸν Χριστὸν, ὁ Ἰουδαῖος καὶ Ἕλλην ὡς μὴ ὄντα Θεὸν, καὶ ὡς ἀσθενῆ, καὶ ὅσα ὑβριστά· καὶ λαὸς ἄφρων, ὁ Ἰουδαϊκὸς καὶ Ἑλληνικός· θηρία δὲ οἵ τε Ἰουδαῖοι, καὶ Ἕλληνες, καὶ οἱ δαίμονες· πένητες δὲ οἱ Χριστιανοὶ, ὡς καταλιπόντες πάντα καὶ ἀκολουθήσαντες τῷ Χριστῷ, καὶ ἁπλῶς ὡς ἐν τῷ θ' ψαλμῷ προείρηται. Διαθήκη δὲ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἄλλα μὲν περὶ βοηθείας, ἔτι δὲ καὶ τὸ, *Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας*. Ἐσκοτισμένοι δὲ τῆς γῆς πάντες κοινῶς οἱ ἄπιστοι, μὴ δυνάμενοι ἰδεῖν τὸ φέγγος τῆς ἀληθείας. Καὶ τὰ ἑξῆς ἁρμόσεις ὁμοίως ὀρθῶς ἐξεταζόμενα.

In finem ne corrumpas ipsi David Psalmus Asaph.

PSALMUS LXXIV.

Hoc psalmo futurum prædicitur in mundi consummatione justum Dei judicium, delinquentium nimirum supplicia, et justorum præmia. Atque ideo universos homines, in vitæ finem aspicere jubet, ne seipsos propriis peccatis perdant. Aliqui, *Ne corrumpas*, exponunt, pro *ne pecces, ne delinquas*. De Asaph, et de reliqua inscriptione diximus in prooemio operis. Conscriptus vero est hic psalmus ex eorum persona, qui captivi erant in Babylone.

Εἰς τὸ τέλος μὴ διαφθείρῃς τῷ Δαβὶδ εἰς (75) *τιλογραφίαν. Ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ.*

ΨΑΛΜΟΣ ΟΔ'.

Πρόῤῥησιν ἔχων ὁ ψαλμὸς τῆς ἐν συντελείᾳ τοῦ κόσμου δικαίας τοῦ Θεοῦ κρίσεως, καὶ τιμωρίας μὲν τῶν ἁμαρτωλῶν, τιμῆς δὲ τῶν δικαίων, παρεγγυᾶται πάντας εἰς τὸ τέλος τῆς ζωῆς ὁρᾷν, καὶ μὴ διαφθείρειν ἑαυτὸν ταῖς ἁμαρτίαις· τινὲς δὲ τὸ, *Μὴ διαφθείρῃς*, *Μὴ ἁμάρτῃς* εἶπον. Περὶ δὲ τοῦ Ἀσὰφ καὶ τῆς ἄλλης ἐπιγραφῆς εἰρήκαμεν ἐν τοῖς προοιμίοις τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν. Συντέθειται δὲ καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς προσώπῳ τῶν ἐν Βαβυλῶνι δορυαλώτων.

Vers. 2. *Confitebimur tibi, Deus, confitebimur tibi.* Ubi, inquit, a servitutis jugo, quo premimur fuerimus liberati, tunc summas tibi agemus gratias. Illa autem repetitio verbi *Confitebimur*, intensionem quamdam aut certitudinem significat gratiarum actionis.

Ἐξομολογησόμεθά σοι, ὁ Θεὸς, ἐξομολογησόμεθά σοι. Εὐχαριστήσομέν σοι, ἐλευθερωθέντες τῆς δουλείας. Ἡ δὲ ἀναδίπλωσις τοῦ *Ἐξομολογησόμεθα*, ἐπίτασιν. ἢ βεβαίωσιν παρίστησι τῆς εὐχαριστίας.

Et invocabimus nomen tuum. In auxilium nostrum illud nomen tuum invocabimus, quod ab inimicis exprobratum est. Ego autem hæc verba congruere magis puto iis qui in Christum credituri erant, a quibus Christi nomen invocatum est, quique Christiani nomine dicti sunt.

Καὶ ἐπικαλεσόμεθα τὸ ὄνομά σου. Καὶ εἰς βοήθειαν ἐπικαλεσόμεθα τὸ ἐξονειδισθὲν παρὰ τῶν ἐχθρῶν ὄνομά σου. Ἐγὼ δὲ τοῖς μέλλουσιν εἰς Χριστὸν πιστεῦσαι προσήκειν ἡγοῦμαι τὸν λόγον, οἷς ἐπεκλήθη τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, Χριστιανοῖς προσαγορευθεῖσιν.

Vers. 3. *Narrabo omnia mirabilia tua.* Hujusmodi verba etiam habentur in psalmo ix.

Διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου. Οὕτως κεῖται ὁ στίχος καὶ ἐν τῷ θ' ψαλμῷ.

Cum accepero tempus, ego rectitudines judicabo. Quidam simul cum præcedenti versiculo conjungunt verba illa: *Cum accepero tempus;* ut ordo sit:

Ὅταν λάβω καιρὸν, ἐγὼ εὐθύτητας κρινῶ. Τὸ *Ὅταν λάβω καιρὸν*, τινὲς τῷ προλαβόντι στίχῳ συνάπτουσι, λέγοντες· Τότε διηγήσομαι πάντα τὰ

[11] Matth. xxviii, 20.

Variæ lectiones.

(75) Τιλογραφία quid sit, plane non video. Nam a τίλος quidem, noverint qui Græce sciunt quam concinnus sensus erui possit. An legendum στηλογραφίαν, quasi hic Psalmus in cippo incidendus esset? Nihil de hoc interpres, prope de ipsa interpunctione explicanda sollicitus. An quid aliud? Digladientur eruditi.

θαυμάσιά σου, ὅτε λάβω καιρὸν τοῦ διηγεῖσθαι, τουτέστιν, ὅταν ἀπαλλαγῶ τῶν πολεμίων. Ἄμεινον δὲ τῷ ἑξῆς στίχῳ συντάττεσθαι· εἰσάγεται γὰρ ὡς ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ τὸ ῥητὸν, λέγοντος· Μὴ ὀλιγοψυχεῖτε περὶ τῶν ἐθνῶν. Ὅταν γὰρ λάβω καιρὸν τῆς κρίσεως, δικαίως κρινῶ καὶ τοῖς ἀδικοῦσι, καὶ τοῖς ἀδικουμένοις· τὸ δὲ, *Λάβω*, ληπτέον εὐσεβῶς, ὅτι οὐ παρὰ ἑτέρου, ἀλλὰ παρ' ἑαυτοῦ, ὡς Θεὸς, ἢ καὶ ὡς ἄνθρωπος παρὰ τῆς θεότητος.

Ἐτάκη ἡ γῆ, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ. Τῆξίς ἐστιν ἡ διάλυσις τῆς δυνάμεως. Ἐτάκη οὖν ἐρχομένης τῆς κρίσεως, εἴτουν ταχήσεται· *Ὁ οὐρανὸς γὰρ*, φησὶ, *καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται*· ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ· πάντες γὰρ ἀποθανοῦνται.

Ἐγὼ ἐστερέωσα τοὺς στύλους αὐτῆς. Ἐμοῦ κελεύσαντος, ἐτάκη· διότι ἐν ἀρχῇ ἐγὼ ταύτην ἔκτισα. Στῦλοι δὲ αὐτῆς τὰ περὶ στερεωθῆναι αὐτὴν προστάγματα. Τοῦτο γὰρ ἀνέχει καὶ διαβαστάζει αὐτὴν, ἐπ' οὐδενὸς ἡδρασμένην. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν, τῆξιν τὴν φθορὰν, ὅτι Ἐφθάρη μὲν ἡ γῆ ταῖς εἰδωλολατρείαις καὶ ταῖς ἄλλαις ἁμαρτίαις τῶν ἀνθρώπων· ἀλλ' ἐγὼ σπλαγχνισθεὶς ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τοῦ πλάσματος, ἐστερέωσα τοὺς ἀποστόλους· τούτους γὰρ νοήσωμεν στύλους τῆς οἰκουμένης, ὡς ταῖς ἑαυτῶν διδασκαλίαις ὑπερείδοντας καὶ στηρίζοντας τοὺς ἁπανταχῇ πιστούς. Οὕτω γὰρ αὐτοὺς καὶ ὁ μέγας Παῦλος ὠνόμασεν εἰπών· *Οἱ δοκοῦντες στῦλοι εἶναι.* Τινὲς δὲ γῆν τῆς Ἱερουσαλὴμ φασιν, ὅτι ταχήσεται καὶ πυρποληθήσεται, πολιορκηθεῖσα ὑπὸ Ῥωμαίων. Καὶ οὕτω δὲ *στύλους αὐτῆς* εἶπε τοὺς ἀποστόλους· *στύλους* μὲν διὰ τὴν ῥηθεῖσαν αἰτίαν, *αὐτῆς* δὲ, ὡς ἐξ αὐτῆς ὁρμωμένους· ἢ καὶ ὅτι μετὰ τὸ ταχῆναι στερεωθήσονται τοῖς στύλοις τῆς πίστεως.

Εἶπον τοῖς παρανομοῦσι· Μὴ παρανομεῖτε· καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι· Μὴ ὑψοῦτε κέρας. Κρίσεως, ὡς εἴρηται, γενέσθαι μελλούσης, φησὶν ὁ Προφήτης, ὅτι Διαμαρτυρόμενος τοῖς παρανομοῦσιν, εἶπον αὐτοῖς· *Μὴ παρανομεῖτε*· καὶ αὖθις τοῖς ἁμαρτάνουσιν· *Μὴ ὑψοῦτε κέρας*· ἤτοι μὴ καυχᾶσθε, μηδὲ ἐπαίρεσθε, ὡς ἐπὶ μεγάλοις κατορθώμασι ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν· τοῦτο γὰρ ἀνοίας ἐσχάτης. Τοὺς αὐτοὺς δὲ λέγει παρανομοῦντας καὶ ἁμαρτάνοντας ἐκ παραλλήλου. Πολλαχοῦ δὲ τῶν Ψαλμῶν τὸ κέρας, τίθεται, ποτὲ μὲν ἀντὶ δυνάμεως, ποτὲ δὲ ἀντὶ καυχήσεως· τὰ γὰρ κερασφόρα ζῶα ἐν τοῖς κέρασιν ἀμύνονται, καὶ γαυριῶσι.

Ego narrabo omnia mirabilia tua, cum accepero tempus, hoc est, cum primum ab inimicis fuero liberatus. Melius tamen videtur, ut subsequentibus conjungantur, et introducatur sermo, veluti ex Christi persona, dicentis : Nolite esse pusillanimes, quia cum judicii tempus accepero, juste omnes judicabo, tam eos qui intulerunt, quam eos quibus illata est injuria. Et quod ait, *Accepero*, sane intelligendum est, non quod ab alio Christus, ut Deus, accepturus sit tempus, quam a seipso. Vel, ut homo, a Deo (76) tempus accipiet.

VERS. 4. *Liquefacta est terra, et omnes, qui habitant in ea.* Liquefieri dicitur omnis virtus, quæ dissolvitur. Adveniente igitur judicio liquefacta est terra, et habitantes eam, hoc est, liquefient. *Cælum enim*, inquit, *et terra transibunt* [24]. Præterea etiam omnes habitantes in ea, quoniam universi homines morientur.

Ego firmavi columnas ejus. Me jubente liquefacta est, quoniam a principio ego eam creavi. Per *terræ* autem *columnas*, illud Propheta mandatum Dei intelligit, quo terræ jussum est ut firma consisteret. Hoc enim mandato sustinetur, et regitur terra, nulli alii rei innixa et nulla alia suffulta stabilitate. Possumus etiam per liquefactionem, corruptionem intelligere. Corrupta est etenim terra idololatriis et multiplicibus hominum peccatis. Verum ego, inquit, creaturæ perditionem miseratus, apostolos confirmavi. Hos etenim columnas orbis esse merito dicimus, veluti qui solida sua doctrina omnes ubique gentium fideles sustineant et regant. Hoc nomine Paulus illos appellavit, dicens : *Petrus et Jacobus, qui videbantur columnæ esse* [25]. Quidam terræ nomine hic ipsam intelligunt significari Jerusalem : quam liquefactam esse dicunt, quia a Romanis militibus vastata, ac depopulata est. Ejus autem Jerusalem columnas apostolos esse dixit, quia illinc erant oriundi ; vel quia illinc missi sunt ad universum terrarum orbem : vel, quia postquam terra illa Jerusalem atque illius habitatores liquefacti fuissent, erant deinceps fidei columnis rursus confirmandi.

VERS. 5. *Dixi iniquis : Nolite iniqua agere ; et delinquentibus : Nolite exaltare cornu.* Cum futurum sit judicium, ut prædiximus (ne ullus peccatoribus excusationis locus relinquatur), Propheta narrat, quemadmodum ipse iniquos omnes esset contestatus dicens : *Nolite inique agere* ; et rursus ut peccatoribus dixisset : *Nolite exaltare cornu*, hoc est, Nolite de propriis peccatis, quasi de præclaris aliquibus gestis gloriari. Summæ id namque insipientiæ est. Eosdem autem inique agentes appellat, quos et delinquentes. Diversimode autem accipi reperimus *cornu* in Psalmis. Aliquando enim pro potentia ponitur, aliquando pro gloriatione, et jactantia. Cornuta siquidem animalia et strenue cornibus certare solent, et illorum ornamento gloriari.

[24] Matth. xxiv, 35. [25] Galat. ii, 9.

Variæ lectiones.

(76) *Rectius a divinitate*, ut Græce.

VERS. 6. *Nolite extollere in altum cornu vestrum.* Idem iterum repetit, ad contestationis suæ confirmationem.

Μὴ ἐπαίρετε εἰς ὕψος τὸ κέρας ὑμῶν. Τὸ αὐτὸ λέγει πάλιν εἰς ἐπίτασιν διὰ μαρτυρίας.

Et nolite loqui adversus Deum injustitiam. Verba hæc idem æque significant, quod illa : *Injustitiam in sublime locuti sunt* [36]; de quibus diximus in psalmo LXXII.

Καὶ μὴ λαλεῖτε κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν. Τοῦτο ταὐτὸν δύναται τῷ Ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος ἐλάλησαν, ὃ κεῖται ἐν τῷ οβ' ψαλμῷ.

VERS. 7. *Quoniam neque ab egressu neque ab occidente, neque a desertis montibus.* Gloria, inquit, et divitiæ, item gloria, et paupertas, non est nobis ab astrorum ortu, neque ab eorum occasu, ut asserunt astrologi : quini imo nec a dæmonibus ista hominibus adveniunt. Per desertos enim montes ipsos dæmones intelligit, quia omni virtutum genere deserti ac steriles sunt, et montium instar superbia elati. Sed justo Dei judicio omnia dispensantur. Per egressum autem, solis ortum intelligit, quemadmodum et alibi cum ait : *A summo cælo egressio ejus* [37]. Per occasum vero occidentem; et per desertos montes, septentrionis et meridiei climata, quæ ob nimium frigus, aut calorem, hominibus deserta sunt. Est autem hic sermo defectivus; unde aliquid subintelligendum est, verbi gratia : *Nihil latet.* Nihil, inquit, in futuri judicii tempore poterit Deum latere. Omnia etenim ei patebunt, in quacunque ea fuerint regione; atque ideo nolite pravum aliquod scelus committere. Neque enim latere eum quis poterit, si in eum deliquerit. Et deinde causam ponit, cur nihil Deum lateat.

Ὅτι οὔτε ἀπὸ ἐξόδων, οὔτε ἀπὸ δυσμῶν, οὔτε ἀπὸ ἐρήμων ὀρέων. Οὔτε ἐκ τῶν ἀνατολῶν τῶν ἀστέρων, οὔτε ἐκ τῶν δύσεων αὐτῶν κατὰ τοὺς ἀστρολόγους, οὔτ' αὖθις ἐκ τῶν δαιμόνων, τῶν ἐρήμων μὲν καλοῦ παντὸς, ὀρέων δὲ λεγομένων διὰ τὴν ἔπαρσιν καὶ ἀλαζονίαν· ἢ πλοῦτος, ἢ δόξα χορηγεῖται, ἢ πενία, ἢ ἀδοξία προσγίνεται, ἀλλὰ κρίσει Θεοῦ δικαίᾳ. Ἐξόδους γὰρ καλεῖ μὲν τὴν τοῦ ἡλίου ἀνατολήν· Ἀπ' ἄκρου γὰρ, φησὶ, τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος αὐτοῦ· δυσμὰς δὲ τὴν δύσιν· ἔρημα δὲ ὄρη τὰ βόρεια καὶ νότια κλίματα, κατὰ μεσημβρίαν καὶ ἄρκτον· ταῦτα γὰρ ἔρημά εἰσιν ἀνθρώπων, τὸ μὲν δι' ὑπερβολὴν ψύχους, τὸ δὲ θέρμης. Ἐλλειπτικὸν δὲ τὸ σχῆμα· λείπει γὰρ τὸ Λέληθέ τι. Οὐ λέληθέ τι, φησὶν, ἀπ' οὐδενὸς κλίματος τῆς γῆς ἐν τῷ καιρῷ τῆς μελλούσης κρίσεως· διὸ μηδὲν φαῦλον ποιῆτε· ποιοῦντες δὲ, μὴ οἴεσθε λανθάνειν. Εἶτα τίθησι καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ μηδὲν λανθάνειν.

Quoniam Deus judex est. Quoniam Deus est, qui judicat quique omnia optime novit, etiam antequam fierent.

Ὅτι ὁ Θεὸς κριτής ἐστιν. Ὁ Θεὸς κρίνει, ὁ πάντα καὶ ἰδὼν καὶ εἰδὼς πρὸ γενέσεως αὐτῶν.

VERS. 8. *Hunc humiliat, et hunc exaltat.* Hunc quidem honorat, et alium reprobat, juxta uniuscujusque vitam, ac juxta justissimas quasdam rationes divini judicii.

Τοῦτον ταπεινοῖ, καὶ τοῦτον ὑψοῖ. Τὸν μὲν ἀτιμάζει, τὸν δὲ τιμᾷ, κατὰ τὴν οἰκονομίαν τῶν βεβιωμένων ἑκάστῳ, καὶ τὸν λόγον τῆς δικαίας αὐτοῦ κρίσεως.

Quoniam calix in manu Domini vini meri plenus mistione. Totus sermo metaphoricus est. Et per manum quidem Domini illius potentiam intelligit, per calicem autem vini, mensuras ac modos pœnarum. Per vinum enim hoc in loco supplicia intelliguntur, atque calamitates, quæ æque, ac vinum, et vires hominum tollunt, et mentis harmoniam dissolvunt, et aberrare nos faciunt a via. Merum vero esse dicitur hoc vinum, quasi austerum atque efficax vi sua, et nulla mistum misericordia. Et hic quidem calix est vini meri. Verum in manu Domini alius etiam est calix, plenus mistione, hoc est, misericordia. Missio enim vini, aqua, et mistio austeritatis, misericordia. Debemus autem ea verba, *plenus mistione,* non sequenti versiculo conjungere, sed per se soluta legere, subintelligendo conjunctionem, et sumendo a communi sensu verba : *Calix in manu Domini,* ut sit sensus, quod in manu Domini est calix vini meri, et in cadem manu est calix plenus mistione. Nam alioqui, quomodo unus, atque idem calix poterit et merum, et mistum continere? Et quod duo sint calices, patet etiam clarius ex sequentibus.

Ὅτι ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου οἴνου ἀκράτου πλῆρες κεράσματος. Μεταφορικὸς ὅλος ὁ λόγος· καὶ χεῖρα μὲν Κυρίου καλεῖ τὴν δύναμιν αὐτοῦ, ποτήριον δὲ οἴνου, τὸ μέτρον τῆς τιμωρίας· οἶνος γὰρ νῦν ἡ τιμωρία. Διότι παραπλησίως τῷ οἴνῳ ἀφαιρεῖται τὴν τοῦ ἀνθρώπου δύναμιν, καὶ ἐκλύει τὰς ἁρμονίας, καὶ ποιεῖ σφάλλεσθαι. Ἄκρατος δὲ οὗτος ὁ οἶνος, ὡς αὐστηρὸς, καὶ ἀπότομος, καὶ ἀμιγὴς φιλανθρωπίας. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν τὸ ποτήριον οἴνου ἐστὶν ἀκράτου· ἔστι δὲ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ καὶ ἕτερον ποτήριον, πλῆρες κεράσματος, εἴτουν φιλανθρωπίας. Κέρασμα γὰρ οἴνου μὲν ὕδωρ, αὐστηρίας δὲ φιλανθρωπία. Χρὴ γὰρ τῷ Πλῆρες κεράσματος μὴ συνάπτειν τὸ ὄπισθεν ῥητόν· ἀλλὰ καθ' ἑαυτὸ ἀσυνδέτως ἀναγινώσκειν, τοῦ καὶ συνδέσμου ἐλλείποντος μὲν, συνεξακουομένου δέ· ἔχοντας καὶ ἐπὶ τούτῳ τὸ ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου· πῶς γὰρ ἂν εἴη τὸ αὐτὸ τὸ ἄκρατον ἔχον καὶ κέρασμα; Ὅτι δὲ δύο ταῦτα, δηλώσει τὸ ἐπαγόμενον.

VERS. 9. *Et inclinavit ex hoc in hoc.* Et de mensura meri supplicii, effudit in mensuram miseri-

Καὶ ἔκλινεν ἐκ τούτου εἰς τοῦτο. Ἐνέχεεν ἐκ τοῦ μέτρου τῆς ἀκράτου τιμωρίας ἐπὶ τὸ μέτρον

[36] Psal. LXXII, 8. [37] Psal. XVIII, 7.

τῆς φιλανθρωπίας, ὥστε ποιῆσαι κρᾶσιν, καὶ ποτίσαι ταύτην τοὺς ἔλαττον ἁμαρτάνοντας καὶ τοὺς ἰασίμους.

Πλὴν ὁ τρυγίας αὐτοῦ οὐκ ἐξεκενώθη. Τρυγίαν ὠνόμασε τὸ πάχος τῆς ἀκράτου τιμωρίας, τὴν ἐσχάτην κόλασιν, ἥτις ὑπελείφθη τοῖς τὰ μέγιστα πλημμελοῦσι, καὶ τοῖς μὴ μεταβαλλομένοις ἀπὸ κακίας.

Πίονται πάντες οἱ ἁμαρτωλοὶ τῆς γῆς. Πίονται τὸν τρυγίαν. Ἁμαρτωλοὺς δὲ λέγει τοὺς ἀνεπιστρόφως ἁμαρτάνοντας.

Ἐγὼ δὲ ἀγαλλιάσομαι εἰς τὸν αἰῶνα. Ψαλῶ τῷ Θεῷ Ἰακώβ. Ἐλευθερωθεὶς τῆς δουλείας τῶν ἐχθρῶν, καὶ ἀγαλλιάσομαι μὲν ἐπὶ τῇ ἀπαλλαγῇ τῶν ἀνιαρῶν, ψαλῶ δὲ εὐχαριστήρια.

B *Καὶ πάντα τὰ κέρατα τῶν ἁμαρτωλῶν συνθλάσω.* Τῶν αὖθις πολεμησάντων μοι δυσμενῶν.

Καὶ ὑψωθήσεται τὸ κέρας τοῦ δικαίου. Νικήσαντος. Οἵ τε γὰρ Ἰσραηλῖται μετὰ τῆς ἐν Βαβυλῶνι δουλείας ἐπάνοδον, προσβαλλόντων αὐτοῖς τῶν γειτονούντων, ἐνίκησαν, οἵ τε Χριστιανοὶ ἐκ τῆς δουλείας τῶν εἰδώλων, ἐπανελθόντες εἰς ἐλευθερίαν, συνθλῶσι τὰς δυνάμεις τῶν πέριξ διαιτωμένων δαιμόνων ἐπιτιθεμένων αὐτοῖς. Δίκαιον δὲ καλεῖ πάντα εὐσεβῆ. Εἴη δ' ἂν καὶ ὁ Ζοροβάβελ, ὁ τὸν λαὸν τηνικαῦτα ἐπαναγαγών, ἀλλὰ καὶ ὁ Χριστὸς ὁ κυρίως δίκαιος, ὡς ἀναμάρτητος, οὗ τύπος ὁ Ζοροβάβελ· τῶν γὰρ ἐν σώματι τοὺς ἀσωμάτους πολεμίους νικώντων ὑψοῦται ἡ δύναμις, καὶ ὁ ἔπαινος τοῦ Χριστοῦ, τοῦ δυναμοῦντος αὐτούς.

A cordiæ, ut misturam faceret, utque eam in potum illis præberet, qui et levius deliquissent, et adhuc essent medicabiles.

VERS. 10. *Verumtamen fex ejus non est exinanita.* Per *fecem culicis*, crassitudinem, ut ita dicam, intelligit meri supplicii, hoc est, extremas omnium pœnas, quæ iis reservantur, qui aut maxime deliquerunt, aut a vitiis immutari noluerunt.

Bibent omnes peccatores terræ. Bibent fecem. Per peccatores autem eos nunc intelligit, qui a peccatis nunquam convertuntur.

Ego autem exaltabo in sæculum, psallam Deo Jacob. Ab inimicorum nimirum servitute liberatus, exsultabo quidem quod calamitates cessaverint, et psallam in gratiarum actionem.

VERS. 11. *Et omnia cornua peccatorum constringam.* Inimicorum scilicet rursus me oppugnantium.

Et exaltabitur cornu justi. Simul ac vicerit. Judæorum enim populus post reditum e captivitate, insurgentes in se vicinas gentes devicit. Et Christiani simili modo ex idolorum servitute, in libertatem restituti, dæmonum omnium vires confringunt, qui interim in circuitu orbis sunt, quærentes quem devorent, et variis nos tentationibus impetentes. Per justum autem, pium quemlibet ac religiosum virum intelligit, vel ipsum Zorobabel, qui populum e captivitate in patriam reduxit. Verum magis proprie ipse intelligitur Christus, veluti qui omni caruit peccato; cujus figuram tenuit Zo-
C robabel. Quoties vero fidelis quispiam aut martyr incorporeas dæmonum potentias sibi adversantes, atque insultantes devicerit, Christi potentia magis exaltatur et Christo major laus tribuitur, qui tantas ei vires præstitit et robur.

Εἰς τὸ τέλος Ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ. Ὠδὴ πρὸς τὸν Ἀσσύριον.

ΨΑΛΜΟΣ ΟΕ'.

Εἴρηται ἡμῖν καταρχάς, ὅτι ἐν ταῖς ἐπιγραφαῖς τῶν ψαλμῶν τὸ *Εἰς τὸ τέλος* προφητείαν δηλοῖ· παρεγγυῶν ἀποβλέπειν εἰς τὸ τέλος αὐτῶν. Λοιπὸν οὖν κἀνταῦθα προφητείαν (77) κατὰ μὲν Ἑβραίους τῆς συντριβῆς τῶν ἀμφὶ τὸν Σεναχηρεὶμ, κατὰ δὲ Χριστιανοὺς τῶν ἀμφὶ νοητὸν Σεναχηρεὶμ, ἤτοι τὸν διάβολον· καὶ ἄλλως δὲ *Εἰς τὸ τέλος*, ὅτι περὶ τοῦ τέλους τοῦ κόσμου διαλαμβάνει, εἴτουν τῆς μελλούσης κρίσεως· *ἐν ὕμνοις* δὲ, ὅτι εὐχαριστήριός ἐστιν ὁ ψαλμὸς ἐπὶ τῇ τῶν κατὰ πολεμίων νίκῃ. Περὶ δὲ τοῦ Ἀσάφ, ἔτι δὲ καὶ τῆς ᾠδῆς, προπαραδεδώκαμεν ἐν τῷ Προοιμίῳ τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν. *Πρὸς τὸν Ἀσσύριον* δὲ, ἀντὶ, Πρὸς τὰ κατὰ τὸν Ἀσσύριον Σεναχηρείμ. Ὅρα δὲ ὅτι τὸ θεῖον Πνεῦμα τῇ Ἰουδαϊκῇ ἱστορίᾳ Χριστιανικὰ δόγματα συνέπλεξεν· ὡς ψυχαγωγεῖν μὲν καὶ τὸν Ἑβραῖον ταπεινῶς ἐκδεχόμενον τὰ ῥητὰ, εὐφραίνειν δὲ μᾶλλον τὸν Χριστιανὸν, ὑψηλῶς ταῦτα νοοῦντα.

In finem in hymnis Psalmus ipsi Asaph. Canticum ad Assyrium.

PSALMUS LXXV.

Diximus in procemio operis, quod hæc verba *In finem*, quæ in psalmorum inscriptionibus habentur, indicant illic prophetiam contineri: et lectorem jubent in illius finem aspicere. In hoc igitur psalmo latet prophetia, quæ juxta Hebræos destruendam esse prædicebat potestatem Sennacherib, et juxta Christianos profligandum annuntiat dæmonem, quem nos intellectualem Sennacherib vere possumus appellare. Vel aliter: *In*
D *finem* ideo inscribitur psalmus, quia hic tractatur de mundi ac futuri judicii fine. *In hymnis* vero, quia gratiarum actiones continet, pro obtenta victoria. De Asaph et cantico diximus in Prooemio operis. *Ad Assyrium* vero, quia Sennacherib Assyrius erat. Ad illum enim multa pertinent, quæ in præsenti psalmo habentur. Tu vero illud considera, quo pacto sanctus Spiritus simul cum Judaica historia Christiana dogmata complicaverit, ut et Judæis solamen præstet, qui humiles tantum sensus sequuntur, et Christianum etiam magis lætificet, ad sublimiores tendentem ac penetrantem contemplationes.

Variæ lectiones.

(77) Deest verbum, puta νόει aut simile.

VERS. 2. *Notus in Judæa Deus.* Judæi quidem cognosci tantum affirmant Deum a Judæis, contra autem Deus ad illos, per prophetam dicit : *Juxta numerum civitatum tuarum fuerunt dei tui Juda, et juxta numerum biviorum Israel, sacrificaverunt Baal* [28]. Manifestum est igitur, quod de Judæa illa non loquitur, quæ est in Palæstina, sed per Judæam, sacram intelligit Scripturam, in qua universa Christus notus est. Nam et Mosaici, et cæteri omnes libri, de eo annuntiaverunt : et ipse etiam divinus cultus, qui lege constitutus est, figuram et characterem eorum continebat, quæ ad Christum pertinerent.

Γνωστὸς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὁ Θεός. Οἱ μὲν Ἰουδαῖοί φασιν ὅτι γνώριμός ἐστιν ὁ Θεὸς ἐν μόνῃ τῇ Ἰουδαίᾳ· ὁ δὲ Θεός φησι πρὸς αὐτοὺς διὰ τοῦ προφήτου· *Κατὰ ἀριθμὸν τῶν πόλεών σου ἦσαν θεοί σου Ἰούδα· καὶ κατὰ ἀριθμὸν ἀμφόδων Ἰσραὴλ ἔθυον τῷ Βάαλ.* Δῆλον οὖν, ὅτι οὐ περὶ τῆς κατὰ Παλαιστίνην Ἰουδαίας ὁ ψαλμὸς λέγει· ἀλλ' Ἰουδαίαν καλεῖ τὴν Ἰουδαϊκὴν Γραφὴν, ἐν ᾗ πάσῃ γνώριμός ἐστιν ὁ Χριστός· τά τε γὰρ Μωσαϊκὰ καὶ τὰ λοιπὰ πάντα περὶ αὐτοῦ προκατήγγειλαν. Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ νομικὴ λατρεία τύπος, καὶ σκιὰ, καὶ προχάραγμα ἦν τοῦ Χριστοῦ.

In Israel magnum nomen ejus. Atqui nec in solo Israel. *Ab oriente* enim, inquit Propheta, *usque ad occasum, glorificatum est nomen meum inter gentes* [29] ; et alibi ad Judæos : *Vos autem profanastis eum* [30]; item alibi : *Nomen meum magnum inter gentes* [31]. Rursus igitur per Israel, Israelitarum Scripturam intelligit, datam populo Israel, in qua magnum ac gloriosum canitur Christi nomen. Maximus autem philosophus per Judæam eam philosophiæ partem intelligit, quæ circa activas actiones versatur, et per Israel eam partem quæ contemplationibus vacat. Judas quippe interpretatur *Confessio ;* confessio autem initium quoddam præstat ad agendi virtutes; Israel vero interpretatur *Mens videns Deum*. Cognoscit igitur Deum, is, qui per virtutem operatur, sciens illum judicem justum esse, et condigna unicuique pro actionibus in judicio redditurum : atque ideo seipsum ab omnibus maculis mundat. Cognoscit etiam Deum is qui in divinorum contemplatione versatur, et considerans Dei magnalia, condigne etiam illum magnificat. Possumus etiam per Judæum, novam ex gentibus Ecclesiam intelligere, quæ et antiqua peccata confessa est, et quæ verum Deum per contemplationem semper intuetur. Et similiter novum Israel. Quia, ut ait magnus Paulus : *Non ille qui in manifesto Judæus est, neque quæ in manifesto, carnalis circumcisio, sed qui in occulto Judæus, et circumcisio cordis in spiritu, non littera* [32].

Ἐν τῷ Ἰσραὴλ μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Καὶ μὴν οὐκ ἐν μόνῳ τῷ Ἰσραήλ. Αὖθις γάρ φησιν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Προφήτου, ὅτι *Ἀπ' ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν δεδόξασται τὸ ὄνομά σου ἐν τοῖς ἔθνεσιν·* καὶ πάλιν *Ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτό.* Καὶ αὖθις· *Τὸ ὄνομά μου μέγα ἐν τοῖς ἔθνεσιν·* ὥστε καὶ Ἰσραὴλ πάλιν, τὴν Ἰσραηλιτικὴν Γραφὴν ὀνομάζει, τὴν δοθεῖσαν τῷ Ἰσραηλιτικῷ λαῷ, ἐν ᾗ μέγα καὶ ἔνδοξον ᾄδεται τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ. Μάξιμος δὲ ὁ μέγας φιλόσοφος Ἰουδαίους μὲν λέγει τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν, Ἰσραὴλ δὲ τὴν θεωρητικήν· διότι Ἰουδαία μὲν *Ἐξομολόγησις ἁμαρτιῶν* ἑρμηνεύεται, ἥτις ἐστὶν ἀρχὴ τῆς πρακτικῆς· Ἰσραὴλ δὲ *Νοῦς ὁρῶν Θεόν·* ὁ μὲν γὰρ πρακτικὸς γινώσκει τὸν Θεὸν, ὅτι κριτής ἐστι τῶν ἑκάστῳ βεβιωμένων, καὶ διὰ τοῦτο καθαίρει ἑαυτόν· ὁ δὲ θεωρητικὸς, κατανοῶν τὰ μεγαλεῖα αὐτοῦ, ἀξίως μεγαλύνει αὐτόν. Εἴη δ' ἂν Ἰουδαία νέα ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία, ἥτις, ἐξομολογησαμένη τὰ παλαιὰ αὐτῆς ἁμαρτήματα, ἐπέγνω τὸν ἀληθινὸν Θεόν· ἡ δ' αὐτὴ καὶ Ἰσραὴλ νέος· φησὶ γὰρ ὁ μέγας Παῦλος· *Οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖός ἐστιν, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περιτομή· ἀλλὰ ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι.*

VERS. 3. *Factus est in pace locus ejus, et habitatio ejus in Sion.* Ni tam crebro obsessa et capta fuisset Jerusalem, haberent colorem aliquem Judæi, ut hæc verba de ea dicta esse viderentur : verum hoc in loco, per *pacem*, non ipsam intelligit Jerusalem, sed pacificos homines; pacificos, inquam, mutuo inter se, dum et proximos diligunt, et ipsi ab eis invicem diliguntur : et pacificos etiam in seipsis, dum affectus ac passiones insurgere ac pugnare non sinunt adversus rationem, sed rationi eas subjiciunt. In hujusmodi igitur homine locus quidam nobilis fit, ipsi etiam Deo habitabilis. Cæterum cum Sion idem significare dicatur quod *Specula*, ille merito Sion poterit appellari, qui inimicorum adventum de longe fuerit speculatus.

Ἐγενήθη ἐν εἰρήνῃ ὁ τόπος αὐτοῦ, καὶ τὸ κατοικητήριον αὐτοῦ ἐν Σιών. Εἰ μὴ πολλάκις ἐπολεμήθη καὶ ἑάλω τὰ Ἱεροσόλυμα, εἶχεν (78) ἄν τινα λόγον εἰρῆσθαι περὶ αὐτῶν ταῦτα. Νῦν δὲ εἰρήνην φησὶ τὸν εἰρηνεύοντα ἄνθρωπον, πρὸς μὲν τοὺς ἀνθρώπους, ἐν τῷ ἀγαπᾷν αὐτοὺς, πρὸς δὲ τὰ πάθη, ἐν τῷ ὑποτάττειν αὐτά. Ἐν τῷ τοιούτῳ γὰρ ἀνδρὶ γίνεται τόπος χωρητικὸς Θεοῦ· Σιὼν δὲ ἑρμηνεύεται, *Σκοπευτήριον·* εἴη δ' ἂν ὁ πόῤῥωθεν κατασκεπτόμενος τὰς ἐπελεύσεις τῶν δυσμενῶν.

VERS. 4. *Illic confregit potentias arcuum, telum,*

Ἐκεῖ συνέτριψε τὰ κράτη τῶν τόξων· ὅπλον,

[28] Jerem. XI, 13. [29] Psal. CXII, 3; Malach. I, 11. [30] Malach. I, 12. [31] Ibid. [32] Rom. II, 28.

Variæ lectiones.

(78) Supple Ἰουδαῖοι.

καὶ ῥομφαίαν, καὶ πόλεμον. Ἱστορικῶς μὲν περὶ τῆς ἀπωλείας τῶν Ἀσσυρίων ταῦτα. *Ἐκεῖ* μὲν ἀντὶ τοῦ, ἐν Σιών· *Συνέτριψε* δὲ, ἀντὶ τοῦ Κατήργησε τὰς δυνάμεις τῶν τόξων· ὅπλον δὲ καλεῖ νῦν οὐ τὸ ἀμυντήριον, ἀλλὰ τὸ φυλακτήριον, οἷον θώρακα, καὶ εἴ τι τοιοῦτον· ἐξ οὗ καὶ ὁπλίτης, ὁ τεθωρακισμένος, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ψιλοῦ· ῥομφαία δὲ ἡ σπάθη· καὶ προέταξε μὲν τὰ τόξα, ὅτι τὸ πλεῖον ἐν τόξοις ἐκράτουν οἱ Ἀσσύριοι. Εἶτα διὰ μὲν τοῦ ὅπλου πᾶν φυλακτήριον ἐνέφηνε, διὰ δὲ τῆς ῥομφαίας πᾶν ἀμυντήριον. Τελευταῖον δὲ ἐπήγαγε καὶ τὸν πόλεμον αὐτὸν, δι' ὃν ταῦτα, καὶ οὗ σκεύη ταῦτα καὶ ὄργανα. Ἀναγωγικῶς δὲ τόξα μὲν αἱ μεθοδεῖαι καὶ μηχαναὶ τῶν δαιμόνων, ἀφ' ὧν ἀφίενται βέλη παθῶν πεπυρωμένα· ὅπλον δὲ φυλακτήριον τοῦ διαβόλου ἡ παραχώρησις τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ καθ' ἡμῶν ἐξουσία τοῦ ἐχθροῦ. Τότε γὰρ βαλλόμενος παρ' ἡμῶν οὐκ αἰσθάνεται· ῥομφαία δὲ αὐτοῦ τμητικὴ, καὶ ἀπὸ Θεοῦ χωρισμὸς ἡμῶν διὰ τῶν παθῶν ἐπιγινόμενος· πόλεμος δὲ ἡ πάλη, ἢ καὶ αὐτὸς ὁ διάβολος. Ὥσπερ γὰρ εἰρήνη ὁ Θεὸς, οὕτω πόλεμος ὁ ἀντικείμενος δαίμων· ἃ πάντα κατήργησεν ὁ Θεὸς ἐν τῷ εἰρηνεύοντι καὶ σκοπεύοντι, καθὼς εἴρηται.

gladium, et bellum. Juxta historiam hoc pertinet ad Assyriorum destructionem, *illic* enim in Sion Deus arcuum vires contrivit, hoc est, dissolvit, et inanes reddidit. Per telum autem (pro quo in Græca lectione, ὅπλον legimus) non offensiva hoc in loco arma intelligi debent, sed defensiva, veluti thoracem, aut aliud quid simile: unde apud Græcos militem thorace armatum, ὁπλίτην appellabant, ad eorum militum distinctionem, qui hujusmodi carebant armatura, quosque ψιλοὺς, hoc est *nudos* vocabant. Arcuum vero potentias, seu robur dixit, quia Assyrii arcu plurimum utebantur, atque in eo armorum genere suas potissimum vires collocabant. Per *telum* igitur, defensiva omnia, et per *arcum*, offensiva omnia arma significavit. Deinde ipsum addidit bellum propter quod universa armorum genera confici solent. Omnia etenim arma, belli sunt instrumenta. Juxta Anagogen, per arcus, artificiosas dæmonum machinas intelligimus: unde ardentes immittunt passionum sagittas. Telum autem dæmonis, quo se tueri solet, est divina permissio, quæ vires ei adversus nos subministrat. Ea etenim permanente, ictus nostros dæmon in se immissos non sentit. Illius etiam gladius, quo incidere solet, separatio illa est, qua per affectus et passiones nostras a Deo disjungimur; bellum vero, pugna illa, et lucta, qua nobiscum certat, vel, per bellum, ipse potest dæmon intelligi, ut quemadmodum Deus pax, ita dæmon bellum appelletur. Hæc omnia igitur arma Deus delevit, ac fugavit in eo homine, quem exhibuisse se pacificum prædiximus, et speculationi intentum.

Φωτίζεις σὺ θαυμαστῶς ἀπὸ ὀρέων αἰωνίων. Ὄρη αἰώνια καλεῖ τοὺς οὐρανούς· ὄρη μὲν διὰ τὸ ὕψος, αἰώνια δὲ, διὰ τὸ διαρκέστερον καὶ μακροχρονιώτερον τῆς τούτων οὐσίας· λέγει δὲ ὅτι φωτίζεις φωτὶ χαρᾶς τοὺς ἐν σκότει λύπης, καὶ φωτὶ ἀντιλήψεως τοὺς ἐν σκότει ἀπογνώσεως.

VERS. 5. *Illuminas tu mirabiliter a montibus æternis.* Per *æternos montes* cœlos intelligit: quos propter altitudinem montes vocat, et æternos propter diuturnam eorum substantiam. Illuminas autem luce lætitiæ; eos vero hac luce illuminas, qui in mœroris caligine obtenebrati sunt: quemadmodum contra, splendore auxilii, atque opis tuæ eos etiam illustras, qui tetra fuerint desperationis nube circumdati.

Ἐταράχθησαν πάντες οἱ ἀσύνετοι τῇ καρδίᾳ. Ἀναιρούμενοι ἀδοκήτως, ἐταράττοντο. Ἀσυνέτους δὲ αὐτοὺς εἶπεν, ὡς θεομάχους.

Turbati sunt omnes insipientes corde. Ob inexpectatum interitum turbati sunt, insipientes autem eos appellat, tanquam Deo resistentes.

Ὕπνωσαν ὕπνον αὐτῶν, καὶ οὐχ εὗρον οὐδέν. Ἐκοιμήθησαν μὲν μετὰ ἐλπίδων μεγάλων οἱ πολιορκοῦντες, οὐχ εὗρον δέ τι ὧν προσεδόκησαν. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν· ὅτι κύκλῳ τοὺς ἐχθροὺς βλέποντες οἱ πολιορκούμενοι, καὶ μὴ συνιέντες τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν, ἐταράχθησαν. Τοῦτο γὰρ καὶ ἡ ἱστορία διδάσκει· εἶτα ἐκοιμήθησαν ἐν ἐλπίδι ἁλώσεως· καὶ τὸ πρωῒ οὐχ εὗρον, ὧν ἤλπισαν, οὐδὲ πολέμιον, ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδων ἀναιρεθεισῶν ἐκείνῃ τῇ νυκτί. (79) Τὸ δὲ, *Τῇ καρδίᾳ*, παρέλκει ὡς ἰδίωμα. Ἢ καὶ ἐπιτατικόν ἐστι τῆς ἀσυνεσίας.

VERS. 6. *Dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt.* Assyrii milites qui obsidebant, dormierunt summa cum spe, verum nihil eorum invenerunt quæ exspectabant. Possumus et aliter dicere, quod Judæi qui obsessi erant turbati sunt, dum aspicerent inimicos in circuitu, et divinas vires ignorarent, quodque dum captivos se paulo post futuros esse arbitrarentur, ut ipsa docet historia, somno correpti dormierunt, et mane expergefacti, ea non viderunt quæ fieri timuerant. Quinimo neque ipsum etiam invenerunt inimicum, cum unica nocte ad centum et octoginta millia hostium occisa fuerint. Dictio autem, *corde*, Hebraici idiomatis more abundat: vel majorem insipientiæ intensionem significat.

Πάντες οἱ ἄνδρες τοῦ πλούτου ταῖς χερσὶν αὐτῶν. — *Οἱ ἄνδρες τοῦ πλούτου*, ἀντὶ τοῦ, Οἱ

Omnes viri divitiarum in manibus eorum. Viros divitiarum dicit, pro *viros divites*, quemadmodum

Variæ lectiones.

(79) Hæc non ad præsentem versiculum, sed ad superiorem pertinent.

alibi viros sanguinum, pro *sanguinolentos*. Dicit igitur quod Assyrii putarant esse se sequenti die habituros in manibus omnes Judæos divites. Vel aliter : Omnes viri Assyriorum divites Judæorum manibus capti sunt, qui obsessi erant in Jerusalem. Nam cum interemptos invenissent, capiebant eos ut spoliarent.

VERS. 7. *Ab increpatione tua, Deus Jacob, dormitaverunt qui ascenderunt equos.* Per increpationem Dei, sententiam intelligit adversus inimicos, et per dormitationem, virium remissionem. Dissolvere enim vires somnus solet : per equorum vero ascensores, inimicos ipsos intelligit, qui in equorum multitudine, quibus in bello præcipue utebantur, nimis confidebant. Ideo alibi : *Hi in curribus*, inquit, *et hi in equis* [33].

VERS. 8. *Tu terribilis es. Et quis resistet tibi?* Hæc verba per se satis clara sunt.

Ex tunc ira tua. Hoc est, ex eo tempore quo adversum te dixerunt blasphema verba : tu tamen dedisti eis pœnitentiæ locum, juxta benignitatis tuæ legem. Vel, *ex tunc*, intellige, pro *olim*, seu *jamdiu*.

VERS. 9, 10. *De cœlo auditum fecisti judicium.* Audiri enim fecisti de cœlo jam dictam sententiam. Eam etenim in me quasi in propheticum quoddam organum insonuisti. Possumus etiam hæc verba de futuro universali judicio intelligere. Auditum enim illud fecit Deus humano generi, ex Scripturis sanctis : atque hoc pacto, quæ sequuntur, consequentissime dicta esse videntur.

Terra tremuit, et quievit, dum exsurgeret in judicio Deus, ut salvos faceret mansuetos terræ. Per terram, humanam intelligit naturam, ad quam alibi dictum est : *Terra es, et in terram reverteris* [34]. Præcipue tamen eos dicit, qui terrena sapiunt. Cum exsurgeret igitur Deus in universale judicium, quieverunt omnes homines, deletis atque exstinctis in posterum quibuscunque aliis operibus. Cum exsurgeret autem in judicium, ut justos homines salvaret, quos mites appellat, seu mansuetos, quia proprium, ac peculiare est cujuscunque viri justi, ut mitis sit ac mansuetus.

VERS 11. *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi.* Hoc dictum est ad timorem in iis excitandum, qui indolentiæ vitio laborant. Tunc etenim, inquit, cogitatio omnis humana, judicanti Deo se ipsam revelabit : *Cogitationibus* enim, inquit Paulus, *inter se mutuo accusantibus, et defendentibus, in die, qua judicabit Dominus occulta hominum* [35].

Et reliquiæ cogitationis, diem festum agent tibi. Ipsæ etiam minimæ cujuscunque cogitationis portiunculæ, diem festum tibi agent, hoc est, se ipsas tibi manifestabunt. Festivitas enim nihil aliud est, quam declaratio ac manifestatio illius solemnitatis, cujus festum celebratur. Agent igitur diem

πλούσιοι· ὡς τὸ, *Ἄνδρες αἱμάτων*, οἱ αἱμοχαρεῖς. Λέγει δὲ ὅτι πάντας τοὺς πλουσίους Ἰσραηλίτας οἱ Ἀσσύριοι μονονουχὶ ταῖς χερσὶν ἔχειν ᾤοντο μεθ' ἡμέραν· ἢ καὶ τοὐναντίον, Πάντες οἱ πλούσιοι τῶν Ἀσσυρίων ταῖς χερσὶ τῶν πολιορκουμένων ἑάλωσαν, νεκροὶ εὑρεθέντες, καὶ ἐσκυλεύθησαν.

Ἀπὸ ἐπιτιμήσεώς σου, ὁ Θεὸς Ἰακὼβ, ἐνύσταξαν οἱ ἐπιβεβηκότες τοῖς ἵπποις. Ἐπιτίμησιν μὲν λέγει τὴν κατὰ τῶν πολεμίων ἀπόφασιν, νυσταγμὸν δὲ τὴν πάρεσιν τῆς δυνάμεως. Ἐκλύει γὰρ τὸν τόνον ὁ νυσταγμός. Ἐπιβεβηκότας δὲ τοῖς ἵπποις εἶπε τοὺς ἐχθρούς· ὡς ἐπὶ τῷ πολεμικῶς ἱππάζεσθαι τεθαῤῥηκότας. *Οὗτοι* γὰρ, φησὶν, *ἐν ἅρμασι, καὶ οὗτοι ἐν ἵπποις.*

Σὺ φοβερὸς εἶ, καὶ τίς ἀντιστήσεταί σοι· Τοῦτο σαφές.

Ἀπὸ τότε ἡ ὀργή σου. Ἐκ τότε ἀφ' οὗ κατὰ σοῦ ἐβλασφήμησαν· ἐδίδους δὲ αὐτοῖς χώραν μετανοίας κατὰ τὸν νόμον τῆς χρηστότητός σου· ἢ καὶ τὸ, *Ἀπὸ τότε*, ἁπλῶς ἀντὶ τοῦ, πάλαι, πρὸ πολλοῦ.

Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἠκούτισας κρίσιν. Τὴν δηλωθεῖσαν ἀπόφασιν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀκουστὴν μοι ἐποίησας ἐνηχήσάς μοι αὐτὴν, ὡς προφήτῃ. Εἴη δ' ἂν καὶ περὶ τῆς μελλούσης κρίσεως ἐννοεῖν τὸ ῥητὸν, ὅτι Ἀκουστὴν ἐποίησας αὐτὴν πᾶσιν ἀνθρώποις διὰ τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν σου· ὡς εἶναι καὶ τὰ ἑξῆς ἀκόλουθα.

Γῆ ἐφοβήθη, καὶ ἡσύχασεν ἐν τῷ ἀναστῆναι εἰς τὸν Θεὸν, τοῦ σῶσαι πάντας τοὺς πραεῖς τῆς γῆς. Γῆν καλεῖ πάντα ἄνθρωπον πρὸς ὃν εἴρηται, ὅτι *Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ*· μάλιστα δὲ τὸν φρονοῦντα γήϊνα· ἐν τῷ ἀναστῆναι γὰρ, φησὶν, εἰς τὴν ῥηθεῖσαν πάνδημον κρίσιν τὸν Θεὸν, οἱ ἄνθρωποι πάντες ἡσύχασαν, καταργηθέντος λοιπὸν παντὸς ἔργου· ἀναστῆναι δὲ εἰς κρίσιν, ἐπὶ τῷ σῶσαι πάντας τοὺς δικαίους· ἴδιον γὰρ δικαίου παντὸς ἡ πραότης.

Ὅτι ἐνθύμιον ἀνθρώπου ἐξομολογήσεταί σοι. Τοῦτο πρὸς φόβον κεῖται τῶν ἀναλγήτων. Καὶ γὰρ τότε, φησὶ, πᾶν ἀνθρώπινον ἐνθύμιον ἑαυτὸ ἀνακαλύψει σοι δικάζοντι. Ἄκουε τοῦ μεγάλου Παύλου περὶ τούτου λέγοντος· *Μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων, ἢ καὶ ἀπολογουμένων ἐν ἡμέρᾳ, ὅτε κρινεῖ ὁ Θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων.*

Καὶ ἐγκατάλειμμα ἐνθυμίου ἑορτάσει σοι. Ἐγκατάλειμμα νοεῖται τὸ λείψανον· βούλεται δὲ εἰπεῖν ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ βραχύτατον μόριον τοῦ ἐνθυμήματος ἑορτάσει σοι, τουτέστιν, ἐπιδείξει σοι ἑαυτό· ἑορτὴ γὰρ ἐπίδειξίς ἐστι τοῦ ἑορταζομένου πράγματος. Ὅθεν καὶ *ἑορτάσει*, ἀντὶ τοῦ Θεατρήσει.

[33] Psal. xix, 8. [34] Gen. iii, 19. [35] Rom. ii, 16.

Λέγοιτο δ' ἂν καὶ ἄλλως, ὅτι Οὐ μόνον αἱ ἐνθυμήσεις A δῆλαί σοι ἔσονται, ἀλλὰ καὶ εἴ τις βιαζόμενος ὑπὸ τοῦ δαίμονος ἐνθυμηθῆναί τι πονηρὸν μὴ πεισθεὶς, ἐγκατέλιπε τὸ τοιοῦτον ἐνθύμιον, μὴ ἐνθυμηθεὶς αὐτὸ, καὶ αὕτη ἡ ἐγκατάλειψις τοῦ τοιούτου ἐνθυμίου, φανερώσει σοι ἑαυτήν· οὕτως οὐδὲν τὸ τυχόν σε λέληθεν.

Εὔξασθε, καὶ ἀπόδοτε Κυρίῳ τῷ Θεῷ ὑμῶν. Τούτων οὕτως ἐχόντων, ὑπόσχεσθε τῷ Θεῷ δῶρα μετανοίας, καὶ ἀπόδοτε αὐτῷ, ὡς χρέος ἀναγκαιότατον.

Πάντες οἱ κύκλῳ αὐτοῦ οἴσουσι δῶρα. Κύκλῳ τοῦ Θεοῦ, οἱ ἀγαπῶντες αὐτόν· ἐν οἷς ἐστιν αὐτός. Ἐκεῖ γὰρ, φησὶν, *εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν.* Οἱ πάντες B οἴσουσι δῶρα, τὰς ἀρετάς.

Τῷ φοβερῷ καὶ ἀφαιρουμένῳ πνεύματα ἀρχόντων. Πνεύματα, τὰς ψυχάς.

Φοβερῷ παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς. Παρὰ τῷ Φαραὼ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσοι τὰς λοιπὰς αὐτοῦ τῆς Αἰγύπτου μάστιγας καὶ τὰς τερατουργίας ἠκηκόεισαν.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ Ἰδιθοὺμ, ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ.

ΨΑΛΜΟΣ ΟϚʹ.

Εἰς τὸ τέλος μὲν, ὅτι προφητεύει καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς, ἃ πείσονται ἐν Βαβυλῶνι οἱ δορυάλωτοι, καὶ ἃ εἴποιεν. Ψαλμὸς δὲ, φησὶν, ψαλθεὶς τῷ χοράρχῃ Ἀσὰφ, ὑπὲρ Ἰδιθούμ. Φαίνεται γὰρ ὅτι τῷ Ἰουδιθοὺμ μὲν ἐδόθη πρὸς τὸ ψαλθῆναι· μὴ εὐκαιρήσαντος δὲ, ἐψάλθη παρὰ τούτου, τουτέστιν, C ἀντὶ τοῦ χοράρχου Ἰδιθοὺμ παρὰ τοῦ Ἀσάφ. Ἐσχημάτισται δὲ προσώπῳ τοῦ λαοῦ, τοῦ ἐν Βαβυλῶνι.

Φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα. Ἐν Βαβυλῶνι δουλεύων, ἐβόησα πρὸς Θεόν.

Φωνῇ μου πρὸς τὸν Θεόν. Ἀπὸ κοινοῦ κἀνταῦθα, τὸ, *Ἐκέκραξα·* ἰστέον δὲ ὅτι τὸ θέμα, κεκράζω ἐστί· περιττὸν δὲ δοκεῖ, τὸ, *Φωνῇ μου·* ἀλλ' ἔστιν ἰδίωμα καὶ τοῦτο. Ὥσπερ καὶ τὸ δὶς τῷ αὐτῷ χρήσασθαι· δύναται δὲ ἐμφαίνειν καὶ ἐπίτασιν τῆς κραυγῆς. D

Καὶ προσέσχε μοι. Θερμῶς βοῶντι καὶ ὁλοψύχως.

Ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς μου, τὸν Θεὸν ἐξεζήτησα. Τὸ ἐξεζήτησα, τὴν σπουδαίαν ζήτησιν δηλοῖ· ἐξεζήτει δὲ αὐτὸν εἰς ἀντίληψιν.

Ταῖς χερσί μου νυκτὸς ἐναντίον αὐτοῦ. Ἀπὸ κοινοῦ ληπτέον, καὶ ἐπὶ τούτου, τὸ *Ἐξεζήτησα.* Πῶς δέ τις ἐκζητεῖ τὸν Θεόν; Ταῖς χερσὶν, ἐκτείνων αὐτὰς πρὸς αὐτὸν μετὰ δεήσεως· νυκτὸς δὲ, ὅτε πᾶσα πανταχόθεν ἄδεια· ἐναντίον δὲ αὐτοῦ, τουτέστιν ἐνώπιον αὐτοῦ βλέποντος πάντα. Τινὲς δὲ

A festum, hoc est, spectaculum facient. Possumus etiam dicere, quod non solum cogitationes erunt Deo manifestæ, sed et si quis tentatus fuerit a dæmone, ut pravum quid cogitaret, licet prorsus persuasus non sit, ut in incepta cogitatione persisteret, quod tamen illa cogitatio, tametsi rejecta et relicta, se ipsam Deo manifestabit: adeo nihil erit etiam minimum, quod latere Deum possit.

VERS. 12. *Vovete, et reddite Domino Deo vestro.* Cum hæc ita se habeant, promittite Deo, inquit, dona pœnitentiæ, atque ea tanquam necessarium aliquod debitum illi reddite.

Omnes qui sunt in circuitu ejus afferent munera. In circuitu Dei sunt, qui eum diligunt. In his namB que esse Deus dicitur, et manere: *Illic* enim, inquit, *sum in medio eorum* [14]. Hi igitur omnes Deo dona afferent, ipsas nimirum virtutes.

VERS. 13. *Terribili, et auferenti spiritus principum.* Spiritus, hoc est, animas.

Terribili apud reges terræ. Apud Pharaonem nimirum, et omnes alios, qui Ægypti plagas, et reliqua illius miracula audiverunt.

In finem pro Idithum psalmus ipsi Asaph.

PSALMUS LXXVI.

In finem inscribitur hic psalmus, quia prophetias continet, quæ ad finem tendebant; prædicit enim quæ passuri erant Judæi, in Babylonica captivitate, et multa quæ illic dicturi erant verba commemoC rat. Ordo autem et sensus inscriptionis hujusmodi est: Psalmus qui decantatus est ipsi, seu ab ipso Asaph, chori unius principe, pro Idithum. Nam cum Idithum huic negotio vacare non potuisset, decantatus fuit ab Asaph pro eo, hoc est, loco ejus; conscriptus est autem ex persona populi captivi olim in Babylone.

VERS. 2. *Voce mea ad Dominum clamavi.* Agens ego, inquit, duram in Babylone servitutem, clamavi ad Deum.

Voce mea ad Deum. A communi sensu sumendum est verbum, *Clamavi;* sciendum vero est, quod verba illa, *Voce mea,* superflua sunt: verum Hebraicum est idioma, quemadmodum et illud, quod bis eamdem repetit sententiam: tametsi possint D repetita verba emphasim quamdam, et majorem actus intensionem præ se ferre.

Et intendit mihi. Ardenter atque ex tota anima clamanti.

VERS. 3. *In die tribulationis meæ Deum exquisivi.* Verbum, *Exquisivi,* inquisitionem cum studio indicat: inquirebat autem eum in sui auxilium.

Manibus meis nocte coram eo. A communi sensu sumendum etiam hic est verbum, *Exquisivi.* Exquirere autem manibus Deum ille videtur, qui, cum fundit preces, manus ad Deum quodam cum affectu extendit. Nocte vero, inquit, id facio (quando omnia silent et quiescunt), quando maxima adest

[14] Matth. XVIII, 20.

securitas (et omne abest impedimentum). *Coram* **A** *eo* autem, hoc est, in illius præsentia, qui omnes videt. Aliqui per manus, actiones intelligunt, et nocte, pro clam ac latenter, ita ut exquisisse se dum virtutem operando, clam tamen et latenter ab hominibus.

Et non sum deceptus. Et cum adjutorem illum mihi fore sperassem, concepta spe frustratus non sum. Patet igitur psalmi verba populo accommodari, post reditum e Babylonica captivitate, quemadmodum et modo cuilibet congruere possunt, qui a periculis salvatus sit.

Renuit consolari anima mea. Non est passa ut aliquis consolationem afferret, gravi nimirum dolore affecta.

Vers. 4. *Memor fui Dei, et lætatus sum.* Unicum **B** mihi in tantis malis fuit solamen, Dei scilicet memoria. Cogitans enim quod posset ille me ex omnibus periculis liberare, amplissimum inde capiebam solatium.

Et meditatus sum et defecit spiritus meus. Quod hic Latine legimus *Meditatus sum*, in Græca lectione habetur ἠδολέσχησα; est autem ἀδολεσχία proprie, ut alibi diximus, sermo superfluus; hanc nos nugacitatem dicere possumus, juxta illud: *Narraverunt mihi iniqui nugacitates, sed non ut lex tua* [37]: (est etenim illic in Græco eadem dictio ἀδολεσχία.) Accipitur etiam pro meditatione et sollicitudine, ut hic (et aliqui mitiori vocabulo *argutationem* interpretati sunt, quod medium quoddam videtur esse inter nugacitatem, et medita- **C** tionem, et utrique significationi facillime posse accommodari). Argutabar, inquit, et meditabar in me ipse, et sollicitus cogitabam, quonam pacto a tanta mœstitia liberari possem. Cumque solationem aut requiem nullam invenirem, anima mea angustiis undique detenta est. Ejusmodi etiam est, quod alibi legimus: *In mandatis tuis meditabar* [38]. Item: *Servus autem tuus meditabatur in justificationibus tuis* [39] (tametsi Latinus interpres persæpe *Exercebar*, reddiderit, seu *Exercitatus sum*); multa etiam alia inveniri possunt in psalmo CXVIII. Invenimus etiam ἀδολεσχίαν poni pro oratione: unde ab Anna dictum legimus: *In multitudine orationis meæ contabui* [40]: (eadem enim dictio ibi habetur in Græco, pro oratione.)

χεῖρας ἐνταῦθα τὰς πράξεις νοοῦσι· νυκτὸς δὲ, διὰ τὸ λανθάνειν, ὅτι ἐξεζήτησε τὸν Θεὸν διὰ τῶν ἀγαθῶν πράξεων λανθάνων τοὺς ἀνθρώπους.

Deum affirmet per bonas actiones, bene ac secun-

Καὶ οὐκ ἠπατήθην. Ἐλπίσας εὑρεῖν βοηθὸν αὐτὸν, οὐκ ἠπατήθην ταῖς ἐλπίσιν, εἴτουν, οὐκ ἠστόχησα. Δῆλον οὖν ὅτι μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον ἁρμόσει ταῦτα τῷ λαῷ, καὶ μὴν καὶ παντὶ τῷ ἐκ κινδύνων περισωθέντι.

Ἀπηνήνατο παρακληθῆναι ἡ ψυχή μου. — *Ἀπηνήνατο*, ἀπηγόρευσεν, οὐκ ἐδέξατο παρηγορηθῆναι ἐξ ἀνθρώπων, λίαν βαρυθυμοῦσα.

Ἐμνήσθην τοῦ Θεοῦ, καὶ εὐφράνθην. Μίαν μόνην εἶχον παράκλησιν, τὴν τοῦ Θεοῦ μνήμην ἐν τοσούτοις κακοῖς. Μνημονεύων γὰρ ὅτι δύναται ἀπαλλάξαι με, παρηγορούμην (80). Ὢ τῆς εὐπορίστου παραμυθίας!

Ἠδολέσχησα καὶ ὠλιγοψύχησε τὸ πνεῦμά μου. Ἀδολεσχία κυρίως μὲν, ἡ περιττολογία καὶ φλυαρία, ὡς τό· *Διηγήσαντό μοι παράνομοι ἀδολεσχίας*· τάττεται δὲ καὶ ἐπὶ μελέτης καὶ φροντίδος· ὡς ἐπὶ τοῦ παρόντος. Ἐμελέτων γὰρ, φησὶν, ἐν αὐτῷ, καὶ ἐφρόντιζα πῶς ἂν ἀπαλλαγείην τῶν ἀλγεινῶν· καὶ μὴ εὑρίσκοντός μου λύσιν, ἐστενοχωρήθη ἡ ψυχή μου. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τό· *Ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου ἀδολεσχήσω*· καὶ τό· *Ὁ δὲ δοῦλός σου ἠδολέσχει ἐν τοῖς δικαιώμασί σου*· καὶ πολλὰ τοιαῦτα ἐν τῷ ριη' ψαλμῷ. Λέγεται δὲ ἀδολεσχία, καὶ ἡ προσευχή· ὡς τὸ τῆς Ἄννης· *Ἐκ πλήθους ἀδολεσχίας μου, ἐκτέτηκα.*

Vers. 5. *Prævenerunt custodias oculi mei.* Qui exercituum curam habent, solent noctis custodias in quatuor partes dividere, quatuor constituentes custodias, quas certo ordine alternant. Oculi mei, inquit, omnes noctis custodias prævenerunt, hoc **D** est, vigilando omnia custodiarum tempora prævenerunt. Cum enim meditarer, et sollicitus essem, recessit ab oculis meis somnus. Vel aliter: Oculi mei, hoc est, observatores atque inimici mei, omnes prævenerunt custodias, solliciti nimirum, ut suis me insidiis comprehenderent.

Turbatus sum, et non sum locutus. Afflictionibus atque angustiis confusus sum, verum hujusmodi afflictiones inimicis meis non revelavi, ne majori extollerentur lætitia.

Vers. 6. *Cogitavi dies antiquos, et annos æternos*

Προκατελάβοντο φυλακὰς οἱ ὀφθαλμοί μου. Οἱ φυλάσσοντες τὰ στρατόπεδα, διαιροῦσιν εἰς τέσσαρας φυλακὰς τὴν νύκτα· πρώτην, δευτέραν, καὶ τετάρτην· καὶ ἀμοιβαδὸν ἀλλήλοις αὐτὸ παραδιδόασι. Φησὶν οὖν, ὅτι Προέφθασαν οἱ ὀφθαλμοί μου πάσας τὰς τῆς νυκτὸς φυλακάς· τουτέστιν, ἀγρυπνοῦντες προελάμβανον τοὺς καιροὺς τῶν τοιούτων φυλακῶν· μεριμνοῦντος γὰρ, ἀφίστατό μου ὁ ὕπνος. Ἢ ὀφθαλμοὺς λέγει, τοὺς ἐπιτηροῦντας αὐτὸν ἐχθρούς· ὅτι Προκατελάβοντο κατ' ἐμοῦ φυλακὰς οἱ ἐπιτηρηταί μου.

Ἐταράχθην, καὶ οὐκ ἐλάλησα. Συνεχύθην ταῖς θλίψεσιν· ἀλλ' οὐκ ἐξέφηνα ταύτας πρὸς τοὺς ἐχθροὺς, ἵνα μὴ καὶ μᾶλλον ἐπιχαρῶσί μου.

Διελογισάμην ἡμέρας ἀρχαίας καὶ ἔτη αἰώνια

[37] Psal. CXVIII, 85. [38] Ibid. 47. [39] Ibid. 23. [40] I Reg. I, 16.

Variæ lectiones.

(80) Ad verbum: *Animum sumebam: o amplissimum solatium!*

ἐμνήσθην, καὶ ἐμελέτησα. Ἡμέρας ἀρχαίας λέγει, A τὰς ἐπὶ Μωϋσέως, καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ· ὅπως οἱ τότε ἠλευθερώθησαν τῆς ἐν Αἰγύπτῳ δουλείας, καὶ διέβησαν ἀβρόχως τὴν Ἐρυθρὰν, καὶ μυρία εὐεργετηθέντες, εἰσῆλθον εὐκλεῶς εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. Αἰώνια δὴ καλεῖ, τὰ παλαιά· οὕτω καὶ ἀπ' αἰῶνος λέγομεν τὰ ἔκπαλαι· ἀδιάφορος δὲ ἡ σύνταξις τοῦ *Ἐμνήσθην*· *Ἐμελέτησα* δὲ, ἀντὶ τοῦ Ἀνεπόλησα ταῦτα ἐν τῷ νόῳ μου· ἐκείνας δὲ τὰς ἀρχαίας ἡμέρας εἶπε, καὶ ἔτη αἰώνια. Ἐντεῦθεν κινούμενοί τινες, τὸ, *Προκατελάβοντο φυλακὰς*, ἄλλως ἡρμήνευσαν· ὅτι Οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς ψυχῆς μου, τουτέστιν ὁ νοῦς μου, προκατεσκέψατο τὰς πολιτείας τοῦ βίου. Νὺξ μὲν γὰρ ὁ βίος, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ πλάνην· φυλακαὶ δὲ αὐτοῦ, αἱ πολιτεῖαι· ἡ πρὸ τοῦ νόμου, ἡ νομικὴ, καὶ ἡ εὐαγγελικὴ· τὰς δύο τοίνυν, B φησὶν, ἀναθεωρῆσαι, καὶ μὴ εὑρεῖν τοιαύτην ἐγκατάλειψιν. Καὶ τοῖς πατριάρχαις γὰρ ὁ Θεὸς ἐβοήθει· καὶ τοῖς μετὰ τὸν νόμον ἄχρι τοῦ παρόντος ἐξανδραποδισμοῦ. Περὶ τῶν τοιούτων οὖν φυλακῶν καὶ ὁ Κύριος εἴρηκεν, ἐν οἷς μακαρίζει τοὺς γρηγοροῦντας δούλους· φησὶ γὰρ, ὅτι *Κἂν τῇ δευτέρᾳ, κἂν τῇ τρίτῃ φυλακῇ εὕρῃ οὕτως, μακάριοί εἰσιν οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι*.

memoria repetii, et meditatus sum. Per antiquos dies, tempora Moysi intelligit, et Jesu Nave. Cogitavi, inquit, quo pacto illi de Ægyptiaca servitute fuerint liberati, quomodo siccis pedibus pertransierunt mare Rubrum, quomodo innumeris a Deo affecti beneficiis in terram tandem promissionis cum gloria ingressi sunt. *Æternos* autem *annos*, dixit, pro Antiquos, quemadmodum A sæculo atque Ab æterno dicere solemus, aliquando pro Antiquitus; et *Meditatus sum*, hoc est, revolvi in memoria mea: et quos paulo ante dies antiquos dixerat, postea æternos annos appellavit. Hinc quidam moti sunt, et verba illa: *Præveneruut custodias oculi mei*, alio modo exposuerunt, dicentes: Oculi animæ meæ, hoc est, mens mea, prius consideravit omnes vitæ meæ conversationes. Præsens quippe hæc vita, nox dici potest, ob multiplices errores qui in ea reperiuntur. Custodiæ autem hujus vitæ, conversationes variæ sunt, seu variæ vivendi regulæ, verbi gratia, conversatio quæ ante legem fuit, item conversatio legalis, deinde evangelica. Contemplatum igitur se esse dicit antiquos dies, hoc est, patrum vitas: et nusquam invenisse se dicit, quod patres ac majores sui adeo destituti essent divino auxilio. Nam et patriarchis summam Deus opem tulit, et aliis quibuscunque majoribus, qui post datam legem in captivitatem inciderunt. De hujusmodi autem custodiis loqui videtur Dominus in eo loco, ubi *beatos* dicit, *servos vigilantes*: *quia si in secunda, aut tertia custodia, Dominus venerit, et invenerit eos sic, beati sunt servi illi*.

Νυκτὸς μετὰ τῆς καρδίας μου ἠδολέσχουν. — Νυκτὸς, ἀντὶ τοῦ, Ἐν νυκτὶ, ὅτε ἠρεμία πάντων· καὶ αὕτη δὲ ἡ ἀδολεσχία ὁμοία ἐστὶ τῇ προῤῥηθείσῃ· C Μετὰ δὲ *τῆς καρδίας μου*, ἀντὶ τοῦ, Ἐν τῇ ψυχῇ μου.

Καὶ ἔσκαλλε τὸ πνεῦμά μου.—Ἔσκαλλε, ἀνώρυττεν, ἀνηρεύνα· οὕτω γὰρ ἐξέδωκεν ὁ Θεοδοτίων· τί δὲ ἠρεύνα, ἄκουσον ἑξῆς.

Μὴ εἰς τοὺς αἰῶνας ἀπώσεται Κύριος, καὶ οὐ προσθήσει τοῦ εὐδοκῆσαι ἔτι. Ἐπαπορητικὰ τὰ ῥητὰ, μέχρι τοῦ, *Καὶ εἶπα. Νῦν ἠρξάμην*. Ἀνηρεύνων, φησὶν, μήποτε παντελῶς ἀπώσεται ἡμᾶς, καὶ οὐ θελήσει. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, *Οὐ προσθήσει εὐδοκῆσαι ἔτι*, εἴτουν εὐαρεστηθῆναι ἐν ἡμῖν εἰς τὸ ἑξῆς· περιττεύοντος *Τοῦ*.

Ἢ εἰς τέλος τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀποκόψει. Ἢ μέχρι παντὸς ἀποκόψει ἀφ' ἡμῶν τὸ σύνηθες ἔλεος. Τοῦτο D δὲ καὶ ταὐτὸν δοκεῖ τῷ· *Μὴ εἰς τοὺς αἰῶνας ἀπώσεται*; ἀλλ' οὖν οἰκτρότερον, καὶ παθητικώτερόν ἐστι.

Συνετέλεσε ῥῆμα ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν. Μή ποτε συνετέλεσε τὸ ῥῆμα τοῦ λόγου, ὃ ἐνετείλατο εἰς χιλίας γενεάς; Περὶ οὗ ζήτει ἐν τῷ ρδ' ψαλμῷ. *Συνετέλεσε* δὲ, ἀντὶ τοῦ Συνέκλεισε, καὶ περιώρισεν αὐτὸ, ἀπὸ τῆς γενεᾶς ἐκείνης, ἄχρι καὶ εἰς τὴν νῦν, ὡς μὴ περαιτέρω χωρεῖν.

Μὴ ἐπιλήσεται τοῦ οἰκτειρῆσαι ὁ Θεός· ἢ συνέξει ἐν τῇ ὀργῇ αὐτοῦ τοὺς οἰκτιρμοὺς αὐ-

VERS. 7. *Nocte cum corde meditabar*. — *Nocte* quando maxima rerum omnium est quies. De hujusmodi autem meditatione eadem dici possent, quæ superius diximus: *Cum corde* vero, id est, in animo meo.

Et fodiebat spiritus meus. Vestigabat, inquit, et scrutabatur; atque hoc pacto reddidit Aquila. Quidnam autem investigaret, audi.

VERS. 8. *Numquid in sæcula projiciet Dominus, et non apponet, ut complacitior sit adhuc?* Dubitantis verba hæc sunt, usque ad versiculum: *Et dixi, Nunc cœpi*. Vestigabam, inquit, dicens: Numquid Deus nos prorsus abjecturus est, et nusquam amplius recipiet? Hoc enim sibi volunt illa verba: *Et non apponet ut complacitior sit adhuc*, hoc est, ut benignior sit erga nos.

VERS. 9. *Aut in finem misericordiam suam abscindet*. Aut in perpetuum consuetam a nobis recidet misericordiam. Quæ verba tametsi eadem esse videantur, cum illis: *Numquid in sæcula projiciet Dominus?* majori tamen affectu plena sunt, et ad majorem movent misericordiam.

Consummavit verbum a generatione in generationem. Numquid consummavit verbum illius sermonis, quem mandavit in mille generationes? de quo in psalmo CIV. *Consummavit* autem, id est, conclusit et præscripsit, ab illa nimirum generatione, usque ad hanc generationem, ita ut ulterius ei locus non sit.

VERS. 10. *Numquid obliviscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua miserationes suas?* Hac

verba tametsi præcedentibus similia esse videantur, illud tamen speciatim demonstrant, quod Deus natura ipsa est misericors, quemadmodum et lux natura ipsa splendida est, et ignis natura ardet, quodque ideo Deus nunquam id deponet, quod sibi naturale est. Ex hoc igitur illud intellexit de quo dubitabat, et de quo sollicite meditabatur : quod scilicet Deus in sæcula eum non projiciet, nec illa faciet, quæ superius dicta sunt : verum quod juxta delictorum gravitatem adducet supplicia.

Vers. 11. *Et dixi, Nunc cœpi.* Hæc verba grati ac benigni animi sunt. Cogitans, inquit, quæ commisi peccata, dixi : Nunc initium mihi est condigni supplicii. Nam quæ hactenus sustinui, prælodium quoddam pœnarum tantummodo fuere.

Hæc mutatio dexteræ Altissimi. Hæc immutatio est a libertate et quiete ad servitutis angustias. Est igitur opus hoc, opus quoddam divinæ manus punientis et castigantis nos.

Vers. 12, 13. *Memor fui operum Domini.* Opera Domini correctiones appellat, et castigationes a Deo præstitas, quæ ad hominum utilitatem dantur.

Quia memor ero ab initio mirabilium tuorum, et meditabor in omnibus operibus tuis, et in adinventionibus tuis cogitabo. A communi sensu rursus sumendum est, *Et dixi.* In illo, inquit, tempore dixi, quod memor ero, et quæ sequuntur. Eorum enim memoria solamen mihi afferebat, ut dictum est. Per adinventiones autem, artes varias intelligit et consilia, quibus Deus ad hominum salutem usus fuerat (81).

Vers. 14. *Deus, in sancto via tua.* Per sanctum, cœlum intelligit, tanquam purum ac mundum, in quo commorari dicitur Deus. Vel ipsum montem Sina, veluti Deo dicatum et sanctificatum, et ad quem Deus descendebat. Vel templum veluti sacrum ac venerandum, et in quod descendens Deus oracula reddebat et responsa. Symmachus pro *Sancto*, dixit, *In Sanctitate*, illud significans quod omnis Dei actio sancta est, atque irreprehensibilis, tametsi illius correctiones graves nobis, et duræ aliquando videantur.

Quis Deus magnus, ut Deus noster? Cum pollicitus sit se futurum memorem mirabilium Dei, nunc præ cæteris omnibus eum laudat, dicens : Quis gentium Deus adeo magnus est, vel tantæ est, aut tam immensæ potentiæ, ut Deus noster?

Tu es Deus, qui facis mirabilia. Tu vere Deus es, qui admiranda opera perficis

Vers. 15. *Notam fecisti in populis virtutem tuam.* Per populos, hoc in loco gentes intelligit, Ægyptios nimirum, aut alios quoscunque populos Deo olim contrarios, qui tandem a Judæis superati sunt, et ipsa didicerunt experientia, quod Deus ille, qui Judæis auxiliabatur, magnus ac potens Deus est.

A τοῦ. Ταῦτα εἰ καὶ τοῖς προλαβοῦσιν ὅμοια φαίνεται τὰ ῥητὰ, ἀλλ' οὖν ἐμφαίνουσιν ὅτι φύσει οἰκτίρμων ἐστὶν ὁ Θεός· ὥσπερ καὶ τὸ φῶς φωτιστικὸν, καὶ τὸ πῦρ καυστικόν. Διὸ καὶ τὸ κατὰ φύσιν οὐκ ἀποβαλεῖ. Ἐντεῦθεν οὖν συνῆκεν ὃ ἠπόρει, ὅτι οὐκ εἰς τοὺς αἰῶνας ἀπώσεται αὐτοὺς, καὶ τὰ ἑξῆς· ἀλλ' ὅτι πρὸς τὰ πλήθη καὶ τὰ μεγέθη τῶν ἁμαρτιῶν ἐπάγει καὶ τὴν τιμωρίαν.

Καὶ εἶπα· Νῦν ἠρξάμην. Εὐγνωμοσύνης ὁ λόγος. Ἀναλογισάμενος, φησὶν, ἃ ἥμαρτον, εἶπα, ὅτι Νῦν ἀρχή μοι τῆς ἀξίας τιμωρίας. Τὰ γὰρ μέχρι νῦν προοίμια ταύτης.

B *Αὕτη ἡ ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ Ὑψίστου.* Ἡ ἐναλλαγὴ ἀπὸ τῆς ἐλευθερίας καὶ ἀνέσεως, εἰς δουλίαν καὶ στενοχωρίαν, τῆς θείας ἔργον χειρὸς κολαζούσης ἡμᾶς.

Ἐμνήσθην τῶν ἔργων Κυρίου. Ἔργα Κυρίου λέγει τὰς ἐπὶ συμφέροντι παιδείας.

Ὅτι μνησθήσομαι ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῶν θαυμασίων σου, καὶ μελετήσω ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις σου, καὶ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασίν σου ἀδολεσχήσω. Ἀπὸ κοινοῦ ληπτέον αὖθις τὸ, *Καὶ εἶπα*· Ἐν τῷ καιρῷ γὰρ, φησὶν, ἐκείνῳ, εἶπα ὅτι μνησθήσομαι, καὶ τὰ ἑξῆς· ἡ μνήμη αὐτῶν ἔφερέ μοι παράκλησιν, ὡς εἴρηται· ἐπιτηδεύματα δὲ καλεῖ, τὰς πρὸς σωτηρίαν ἀνθρώπων μηχανάς. Παρατήρει C δὲ τουτὶ τὸ, *Ἀδολεσχήσω*· ταὐτὸν γὰρ σημαίνει τοῖς προῤῥηθεῖσιν.

Ὁ Θεὸς, ἐν τῷ ἁγίῳ ἡ ὁδός σου. Ἅγιον ἢ τὸν οὐρανόν φησιν ὡς ἁγνὸν, ἐν ᾧ διατρίβειν λέγεται ὁ Θεός· ἢ τὸ ὄρος Σινᾶ ὡς ἀφωσιωμένον Θεῷ, ἐν ᾧ ἐπεδήμησεν· ἢ τὸν ναὸν ὡς σεπτόν· ἐν ᾧ κατιὼν ἐχρημάτιζεν. Ὁ δὲ Σύμμαχος, ἀντὶ τοῦ *Ἐν τῷ ἁγίῳ*, *Ἐν ἁγιότητι* ἐξέδωκε, δοὺς νοεῖν ὅτι πᾶσα πρᾶξις Θεοῦ ἁγία καὶ ἄμεμπτός ἐστιν, εἰ καὶ ἡμῖν αἱ παιδεῖαι φορτικαὶ φαίνονται.

Τίς θεὸς μέγας ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν; Ὑποσχόμενος μνησθῆναι τῶν θαυμάτων τοῦ Θεοῦ, πρὸ πάντων D ἀνυμνεῖ αὐτὸν εἰπών· Τίς θεὸς τῶν ἀλλοφύλων οὕτως ἐστὶ μέγας, εἴτουν μεγαλοδύναμος καὶ μεγαλουργὸς ὡς ὁ ἡμέτερος;

Σὺ εἶ ὁ Θεὸς ὁ ποιῶν θαυμάσια. Σὺ εἶ ὁ Κύριος Θεὸς ὁ ποιῶν θαυμαστὰ ἔργα;

Ἐγνώρισας ἐν τοῖς λαοῖς τὴν δύναμίν σου. Λαοὺς ἐνταῦθα τὰ ἔθνη καλεῖ· λέγω δὴ τοὺς Αἰγυπτίους, καὶ τοὺς ἄλλους ὅσους ἀνθισταμένους οἱ Ἑβραῖοι παραδόξως κατεπολέμησαν· πείρᾳ μαθόντας, ὅτι μέγας ἐστὶν ὁ τούτοις βοηθῶν Θεός.

Variæ lectiones.

(81) Græce additur *animadverte autem hoc loco verbum* ἀδολεσχήσω. *Idem enim significat, quod superius.*

Ἐλυτρώσω ἐν τῷ βραχίονί σου τὸν λαόν σου. A Βραχίονα τὴν δύναμιν ὀνομάζει.

Τοὺς υἱοὺς Ἰακὼβ καὶ Ἰωσήφ. Τοὺς υἱοὺς τὸν λαὸν εἶπε· τοῦ μὲν Ἰακὼβ, ὡς προγόνου· τοῦ δὲ Ἰωσήφ, ὡς τροφέως καὶ εὐεργέτου· καὶ δόξης αὐτοῦ αἰτίου διὰ τὴν σοφίαν καὶ δυναστείαν.

dum omnes patriarchas, et universum populum hujus patriarchæ beneficia in universum populum, gloriam pepererunt.

Εἴδοσάν σε ὕδατα, ὁ Θεός, εἴδοσάν σε ὕδατα καὶ ἐφοβήθησαν. Περὶ τοῦ ἐν Ἐρυθρᾷ θαύματος ὁ λόγος· Εἶδόν σε, φησὶν, ἀῤῥήτως καὶ φοβηθέντα διέστησαν. Προδιώδευε γὰρ τοῦ λαοῦ ὁ Θεὸς, ἐν στύλῳ πυρὸς καὶ νεφέλης. B

Ἐταράχθησαν ἄβυσσοι. Τῷ ἐμπεσόντι τοῖς ὕδασιν ἀνέμῳ ἐταράχθησαν τὰ βάθη τῆς θαλάσσης

Πλῆθος ἤχους ὑδάτων. Πλῆθος γέγονε τότε, τοῦ ἤχους τῶν ὑδάτων, τουτέστι πολὺς ἦχος.

Φωνὴν ἔδωκαν αἱ νεφέλαι. Φωνὴ τῶν νεφελῶν, ἡ βροντή.

Καὶ γὰρ τὰ βέλη σου διαπορεύονται. Φησὶν ἡ ἱστορία, ὅτι νότου βιαίου πνεύσαντος διῃρέθη ἡ θάλασσα. Ὅθεν καταιγίδος γενομένης, βροντὰς καὶ ἀστραπὰς εἰκὸς ἐκπεσεῖν εἰς κατάπληξιν τῶν Αἰγυπτίων· καὶ λοιπὸν βέλη τὰς ἀστραπὰς νοήσεις διαπορευομένας κατὰ τῶν ἐχθρῶν. Τὸ μέντοι *Διαπορεύονται*, ἀντὶ τοῦ Διεπορεύοντο ἀντιχρονικῶς. C Τὸ, *Καὶ γὰρ*, περιττόν.

Φωνὴ τῆς βροντῆς σου ἐν τῷ τροχῷ. Καὶ συνέδησε, φησὶ, τοὺς ἄξονας ὁ Θεὸς τῶν ἁρμάτων αὐτῶν. Καὶ ἦγεν αὐτοὺς μετὰ βίας. Λέγει τοίνυν, ὅτι Ἡ φωνὴ τῆς βροντῆς σου κατεῤῥάγη ἐν ἑκάστῳ ἅρματι· τροχὸν γὰρ τὸ ἅρμα καλεῖ· ὡς ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον. Ὑφ' ἧς ἐκταραχθέντων τῶν ἵππων, συνεδέθησαν οἱ ἄξονες τῶν τροχῶν ἀλλήλοις. Καὶ ἄλλως· Ἡ φωνὴ τῆς θεολογίας ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, τοῦ τροχοῦ δίκην, ὀλίγον ἐφαπτομένου τῆς γῆς, ἤτοι τῶν γεηρῶν· τῷ δὲ λοιπῷ παντὶ τούτων ὑπερηρμένῳ.

Ἔφαναν αἱ ἀστραπαί σου τῇ οἰκουμένῃ. Ἐφάνησαν πάλιν αἱ λαμπρότητες τοῦ τοιούτου θαύματος. D

Ἐσαλεύθη καὶ ἔντρομος ἐγενήθη ἡ γῆ. Ἐταράχθησαν, ἐθορυβήθησαν καὶ ἐφοβήθησαν πάντες οἱ ἄνθρωποι, μαθόντες, οἷα εἰργάσω διὰ τὸν λαόν σου.

Ἐν τῇ θαλάσσῃ αἱ ὁδοί σου. Ἐπιφώνημα τοῦτο τοῦ θαύματος. Ὅτι ἐν τῇ θαλάσσῃ ὁδεύεις, ὅτε βούλει.

Καὶ αἱ τρίβοι σου ἐν ὕδασι πολλοῖς. Τὸ αὐτὸ λέγει πάλιν, ἐπιτείνων τὸν ὕμνον.

Καὶ τὰ ἴχνη σου οὐ γνωσθήσονται. Συνήχθη γὰρ

Redemisti in brachio tuo populum tuum. Per brachium Dei, divinas vires, seu Dei potentiam intelligit.

Filios Jacob et Joseph. Ipsum inquit, populum (82), quem et Jacob filium dicit, eo quod omnes tribus progenitorem illum haberent, veluti patriarcharum omnium patrem, et filium Joseph, eo quod Joseph, aluit, patris officium præstitit. Maxima igitur sunt cujus etiam vires, et sapientia immortalem populo

VERS. 16. *Viderunt te aquæ, Deus, viderunt te aquæ, et timuerunt.* Sermo est de his quæ in mari Rubro facta sunt. *Viderunt te*, inquit, *aquæ*, et ob timorem divisæ sunt. Præibat enim Deus ante populum in columna ignis, et nubis.

Turbatæ sunt abyssi. Profunda, inquit, maris conturbata sunt a vento qui in aquas impetum fecerat.

VERS. 17. *Multitudo vocis aquarum.* Multitudo et copia tunc magna fuit vocis aquarum, hoc est, multus sonitus aquarum.

Vocem dederunt nubes. Nubium vox est tonitrus.

VERS. 18 19. *Etenim sagittæ tuæ pertranseunt.* Legimus in veteri historia, quod valido spirante austro divisum est mare. Procella autem facta verisimile est, fulgura etiam, ac tonitrua ad majorem Ægyptiorum terrorem decidisse. Per sagittas igitur fulgura intelligit, quæ ad inimicos pertransibant. Posuit enim Propheta tempus pro tempore. Illa etiam dictio, *Enim*, abundat, ut sit sensus : *Et sagittæ tuæ pertransibant.*

Vox tonitrui tui in rota. Et conjunxit, inquit, *Dominus axes curruum eorum, et duxit eos cum violentia.* Vox, inquit, tui tonitrui in unoquoque curru confracta est. Per rotam enim currum intelligit, veluti a parte totum. Equis igitur hac ratione perturbatis, curruum axes mutuo complicati sunt. Vel aliter, Vox theologiæ in nobis esse dicitur instar rotæ quæ ex minima quadam sui parte terram tangit, reliquis omnibus partibus a terra sublevatis.

VERS. 20. *Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ.* Claritas, inquit, hujus miraculi ab omnibus visa et cognita est qui tunc aderant.

Commota est et contremuit terra. Turbati sunt et conterriti universi homines, postquam didicerunt quanta pro populo tuo operatus es.

In mari viæ tuæ. Exaggerat miraculum. Tu, inquit, per mare ambulas, cum libuerit.

Et semitæ tuæ in aquis multis. Eadem rursum repetit, amplificans Dei laudes.

Et vestigia tua non cognoscentur. Quia scilicet

Variæ lectiones.

(82) Græce simplicius unica Syntaxi. *Per filios populum intelligit, filios autem Jacob, ut progenitoris ; et Joseph, ut altoris ac de eo optime meriti, ejusque gloriæ, ob sapientiam et potentiam suam auctoris.*

mare iterum conjunctum atque unitum adeo in se est, ut nulla amplius divisionis vestigia apparerent.

Vers. 21. *Deduxisti sicut oves populum tuum in manu Moysi, et Aaron.* Ovibus populum comparavit ut custodiam et curam ostenderet quam Deus eorum habuit: et quod, ut bonus pastor, ad uberrima pascua, et ad tutissimum ovile eos deduxit. Unde et pascere etiam dicitur Deus populum Israel (juxta illud: *Qui pascis Israel intende*[41]. Quidam, inter quos est Gregorius Theologus, hunc psalmum accommodant beato David, dicentes, verisimile esse, quod post liberationem consecutam a valido illo calamitatum exercitu a quo persæpe obsessus fuerat, et animæ etiam captivitatem passus, quod post hujusmodi, inquam, liberationem, hunc psalmum composuerit et calamitates suas in eo narraverit, de Christo una prophetias complicans, propter quas, ut puto, *In finem* inscriptum est. Clamavi, inquit, cum afflictionibus detinerer: et quæ sequuntur facile omnia accommodantur usque ad versiculum: *Recogitavi dies antiquos*, quo intellige esse feliciores dies illos quando Deum protectorem habebat. Quæ deinde sequuntur etiam facilia sunt, usque ad versiculum: *Consummavit verbum a generatione in generationem:* qui versiculus, non cum dubitatione, sed definite legendum est. Perfecit enim Deus atque adimplevit omnes sententias quas de unoquoque homine in præteritum determinavit. Dictio enim *Verbum*, hoc in loco, pro sententia intelligi dicitur. Restat igitur, inquit, ut illa ego etiam passurus sim, quæ ab eo de me decreta sunt. Quod vero ait: *A generatione in generationem*, expone, hoc est, per successiones uniuscujusque generationis, seu in unaquaque generatione. Verba autem illa: *Hæc mutatio dexteræ Excelsi*, evangelicæ conversationis prophetiam continent. Legalem enim conversationem mutandam esse in evangelicam cernens propheticis oculis, dixit: *Hæc est mutatio dexteræ Excelsi*, quæ verba illud etiam nobis indicant, quod hæc mutatio proprium fuit Christi opus. Hunc enim Christum Dei dexteram appellavit, quia per Filium, quasi per dexteram manum, Pater omnia creavit. Christus enim rerum omnium creator est. Quæ sequuntur clara sunt, usque ad versiculum: *Deus, in sancto via tua.* Per sanctum etiam, hoc in loco Christum intelligit, veluti mundissimum, atque innocentissimum, qui peccatum non fecit[42]; in hoc inquit, Christo consilium tuum operaris, quod de incarnatione deque humana salute olim decrevisti. Per viam enim hic divinum consilium intelligit. Deinde tamen admiratus Propheta mysterium, Deum summa cum laude magnificat, dicens: Notum fecisti Filium tuum in omnibus gentium populis. *Christus* enim, inquit, *Dei virtus est*[43]; hunc etiam brachium Dei esse dicit, in quo redemit Deus populum suum, filios Jacob, et Joseph: nos nimirum fideles, qui

A καὶ ἡνώθη πάλιν ἡ θάλασσα, καὶ οὕτως, ὡς μὴ φαίνεσθαι ἴχνος διαιρέσεως.

Ὡδήγησας ὡς πρόβατα τὸν λαόν σου ἐν χειρὶ Μωϋσῇ καὶ Ἀαρών. Ὡς πρόβατα εἶπεν, ἐμφαίνων τὴν εἰς αὐτοὺς ἐπιμέλειαν, καὶ φυλακὴν, καὶ ἀπαγωγὴν ἐπὶ νομὴν εὐθαλῆ, καὶ μάνδραν ἀσφαλῆ· ἐπεὶ καὶ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ ὀνομάζεται. Ὁ μὲν οὖν ψαλμὸς ἤδη περάτωται· τινὲς δὲ, ὧν καὶ ὁ Θεολόγος Γρηγόριος, τοῖς τοῦ Δαβὶδ πράγμασιν ἐφαρμόζουσι τὰ τοῦ ψαλμοῦ· εἰκὸς γὰρ αὐτὸν πολιορκίᾳ ποτὲ θλίψεων αἰχμαλωτισθέντα τὴν ψυχὴν, μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν συνθεῖναι τὸν ψαλμὸν, ἐκδιηγούμενον ὅσα πέπονθε· περιπλέξαντα καὶ προφητείας περὶ Χριστοῦ, δι' ἃς, οἶμαι, καὶ τὸ, *Εἰς τέλος* ἐν τῇ ἐπιγραφῇ. Ἐκέκραξα, φησὶν, ὅτε συνεχόμην ταῖς
B θλίψεσι. Τὰ δὲ ἑξῆς ἁρμόζουσιν εὐχερῶς ἄχρι τοῦ, *Διελογισάμην ἡμέρας ἀρχαίας*. Εἶεν δ' ἂν αἱ τῆς εὐημερίας αὐτοῦ, ὅτε τὸν Θεὸν εἶχεν ὑπερασπιστήν· καὶ τὰ ἐφεξῆς δὲ, πρόχειρα· μέχρι τοῦ, *Συνετέλεσε ῥῆμα*· τοῦτο δὲ, οὐχ ἐπαπορητικῶς, ἀλλ' ἀποφαντικῶς νοήσεις, ὅτε συνεπέραναν πᾶσαν ἀπόφασιν, περὶ παντὸς ἀνθρώπου προεξενεχθεῖσαν αὐτῷ. Ῥῆμα γὰρ νῦν, τὴν ἀπόφασιν τοῦ Θεοῦ νοοῦμεν· καὶ λοιπὸν ὃ προώρισε πείσομαι· τὸ δὲ, *Ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεὰν*, ἀντὶ τοῦ, Κατὰ διαδοχὴν ἑκάστης γενεᾶς, εἴτουν ἐφ' ἑκάστης γενεᾶς· τὸ δὲ, *Αὕτη ἡ ἀλλοίωσις*, περὶ τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας προφητεύει. Προϊδὼν γὰρ αὐτὴν προφητικοῖς ὀφθαλμοῖς παρηλλαγμένην τῆς νομικῆς, φησὶν ὅτι αὕτη τοῦ Χριστοῦ
C ἐστιν ἔργον. Οὗτος γὰρ δεξιὰ καὶ βραχίων τοῦ Πνεύματος, κατὰ τὴν θεότητα, προσαγορεύεται· ὡς ποιητὴς πάντων καὶ ὡς δύναμις. Τὰ δὲ ἐντεῦθεν σαφῆ, ἕως τοῦ, *Ὁ Θεὸς, ἐν τῷ ἁγίῳ ἡ ὁδός σου.* Ἅγιον δὲ ἐνταῦθα τὸν Χριστὸν λέγομεν τὸν ἁγιώτατον, ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν. Ἐν τούτῳ, φησὶν, ἐνεργεῖται ἡ βουλή σου· ἡ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως καὶ τῆς σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων· ὁδὸς γὰρ νῦν ἡ βουλή. Εἶτα ἀποθαυμάσας τὸ τοιοῦτον μυστήριον, ὑμνεῖ καὶ μεγαλύνει αὐτόν· Ἐγνώρισας δὲ ἐν τοῖς λαοῖς πάντων τῶν ἐθνῶν τὸν Υἱόν σου· Χριστὸς γὰρ, φησὶ, Θεοῦ δύναμις· τοῦτο δὲ καλεῖ καὶ βραχίονα, δι' οὗ ἐλυτρώθη μὲν λαὸς αὐτοῦ ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ διαβόλου· καλούμεθα δὲ υἱοὶ Ἰακὼβ ὁ καὶ Ἰωσὴφ, ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ λαοῦ υἱο-
D θετηθέντες, καὶ τὴν ἐκείνου κληρονομήσαντες καὶ οἰκείωσιν καὶ κλῆσιν. Εἴρηται περὶ τούτου, καὶ ἐν τῷ τέλει τοῦ ιγ' ψαλμοῦ· *Εἴδοσάν σε ὕδατα καὶ ἐφοβήθησαν*, ὅτε τοῦ πλοίου βυθιζομένου διυπνισθεὶς, ἐπετίμησεν τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἐφοβήθησαν καὶ ἡσύχασαν· τότε δὲ καὶ ἐταράχθησαν καὶ αἱ ἄβυσσοι τῆς θαλάσσης, τῷ φόβῳ τῆς δεσποτικῆς ἐπιτιμήσεως· ἔτι δὲ καὶ τὸ πλῆθος τοῦ ἤχου τῶν κυμάτων· φωνὴν δὲ ἔδωκαν αἱ νεφέλαι ἐπὶ τῆς μεταμορφώσεως, Καί· *Ἰδοὺ*, φησὶν, *φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης λέγουσα· Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός*. Εἴπης δὲ νεφέλην καὶ τοὺς προφήτας· ὡς ἐν τῷ ιζ' ψαλμῷ προείρηται· Ἔνθα καὶ περὶ τῶν

[41] Jerem. xxiii, 2. [42] I Petr. ii, 22. [43] I Cor. i, 18.

βελῶν· πρὸς δὲ καὶ τῶν ἀστραπῶν εὑρήσεις. Φωνὴ δὲ βροντῆς ὁ λόγος τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος, ὡς ἐξ οὐρανοῦ ἥκοντος, καὶ ὡς στεῤῥοῦ καὶ ἐξακούστου πᾶσιν ἀνθρώποις· τροχὸς δὲ ὁ κόσμος διὰ τὸ ἄστατον αὐτοῦ. *Ἐσαλεύθη δὲ καὶ ἔντρομος ἐγενήθη ἡ γῆ*, ὡς ἐν τῷ αὐτῷ ψαλμῷ πάλιν ἐξηγησάμεθα· ὅλος γὰρ οὗτος ὁ στίχος καὶ ἐν ἐκείνῳ κεῖται. *Ἐν τῇ θαλάσσῃ* δὲ *ἡ ὁδός σου*, ὅτε ἀπῆλθες πρὸς τοὺς μαθητὰς, πεζεύων ἐπάνω τῆς θαλάσσης· τὸ αὐτὸ δὲ πάλιν σημαίνεται, καὶ διὰ τοῦ ἑξῆς στίχου. Ὕδατα γὰρ πολλὰ τὸ βάθος τῶν ὑδάτων. *Τὰ ἴχνη σου* δὲ τὰ ἐπὶ τῆς θαλάσσης *οὐ γνωσθήσονται*· οὐ συνίστανται γὰρ ἴχνη καθ' ὕδατος. Τινὲς δὲ θάλασσαν τὸν βίον καλοῦντες, διὰ τὴν ἅλμην τῶν θλίψεων, καὶ τὸ ἀβέβαιον καὶ τὸ ἀνώμαλον, φασὶν, ὅτι Ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἔσται ἡ πολιτεία σου κατὰ τὴν ἐνανθρώπησιν· ἀλλὰ τὰ ἴχνη σου, τουτέστιν οἱ τρόποι τῆς ἐνανθρωπήσεώς σου ἀκατάληπτοι. *Λαὸς* δὲ *τοῦ Πατρὸς* ὁ νέος· εἴτουν ὁ Χριστιανικός. Χεὶρ δὲ ἡ χειραγωγία καὶ ἡ ὁδήγησις τοῦ Χριστοῦ, ὅς ἐστι Μωϋσῆς μὲν ὡς νομοθέτης τοῦ εὐαγγελικοῦ νόμου· Ἀαρὼν δὲ, ὡς μέγας ἀρχιερεὺς, θύσας ἑαυτὸν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ.

A olim sub dæmonis captivitate detinebamur, qui et populus ejus dicimur, et filii Jacob, et Joseph: quoniam in illius veteris populi locum subrogati atque adoptati sumus: qui non denominationem tamen, sed benevolentiam etiam, ac familiaritatem, quæ cum Deo illis intercedebat, hæreditavimus, ut dictum est in fine psalmi XIII: *Viderunt te aquæ, Deus*, quoniam scilicet navicula fluctuante excitatus a somno, ventos et mare increpavit. Tui enim timore omnia sedata sunt. Illius etiam increpationis formidine tunc abyssi maris, et multitudo sonitus fluctuum pariter turbata est. Vocem præterea nubes dederunt, quando in transfiguratione Domini vox de nube veniens dixit: *Hic est Filius meus dilectus* [44]; possunt B etiam prophetæ, *nubes* dici, ut diximus in psalmo XVII, ubi etiam de sagittis Dei traditur, et de fulgure seu coruscatione. Vox vero tonitrui, evangelicæ prædicationis est sermo veniens de cœlo. Validus enim ac vehemens est et adeo resonat ut ab omnibus exaudiri possit. Per *rotam* autem mundum possumus intelligere, ob ejus nimirum instabilitatem. *Terra* etiam *commota est, et contremuit*, eo modo, quo in prædicto psalmo XVII declaravimus. Totus enim hic versiculus illic etiam habetur. *In mari via tua*: quando scilicet Dominus accessit ad discipulos, ambulans supra mare. Quam deambulationem manifestius exprimens, subdidit: *Et semitæ tuæ in aquis multis*, hoc est, in profundis fluctibus: et *Vestigia tua*, quæ fient in mari *non cognoscentur*, non perstant enim vestigia in aqua. Aliqui per mare, præsentem hanc vitam intelligunt, veluti incertam, inæqualem atque amaram, ob varias quæ in ea sunt afflictiones et calamitates. Aiuntque quod in hac vita, hoc est, in hoc mundo, erunt viæ tuæ, o Christe: actiones nimirum assumptæ carnis. Vita enim ac conversatio tua a nobis videbitur, verum vestigia tua, hoc est, hujus tuæ Incarnationis modi non cognoscentur. Erunt enim incomprehensibiles. *Populus* etiam *Patris*, novus est, et fidelis populus, qui per spiritualis ac mystici Moysi, et Aaron, Christi videlicet manum, in terram sanctam deductus est. Potest enim Christus et Moyses dici, tanquam evangelicæ legis optimus legislator: et Aaron, tanquam pontifex, quia seipsum Deo pro populo suo immolavit.

Ψαλμὸς Συνέσεως τῷ Ἀσάφ.

ΨΑΛΜΟΣ ΟΖ'.

Ὅτι συνέσεως χρεία τοῖς ἐντυγχάνουσιν· ὥς τε διαγνωσθῆναι. Τίς τε ὁ λέγων, καὶ πρὸς τίνας, καὶ τίς ὁ νόμος; Λέγει μὲν γὰρ ὁ Δαβὶδ, προσώπῳ δὲ τοῦ Χριστοῦ καὶ πρὸς τοὺς αὐτῷ πιστεύοντας.

C

PSALMUS LXXVII.

Intelligentiæ ipsi Asaph.

Inscribitur *Intelligentiæ* hic psalmus, quia multa nobis opus est intelligentia, ut intelligamus, quisnam sit qui in eo loquatur, et quinam sint ad quos sermo dirigatur, et quænam illa sit lex, de qua hic traditur. Et psalmum quidem conscriptum putamus a beato David, verum ex Christi persona, sermonem suum ad fideles Christianos dirigentis.

Προσέχετε, λαός μου, τὸν νόμον μου. Φησὶ Ζαχαρίας· *Καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν Κύριον, καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαόν.* Νόμον δὲ λέγει νῦν τὸν εὐαγγελικὸν, περὶ οὗ φησιν Ἡσαΐας· *Ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἱερουσαλὴμ, καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον τῶν ἐθνῶν.* Ἀδιάφορον δὲ τὸ, *Προσέχετε*. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων *Τῷ νόμῳ μου* γράφουσι.

VERS. 1. *Attendite, populus meus, legem meam.* Legimus apud Zachariam: *Et confugient multæ gentes ad Dominum, et erunt ei in populum.* Ad hunc igitur populum ex gentibus congregatum Christus loquitur; et legem eos non Mosaicam audire jubet, sed evangelicam, de qua loquens Isaias dicebat: *De Sion exibit lex et verbum Domini de* D *Jerusalem, et judicabit in medio gentium* [45]. Est autem indifferens hæc constructio verbi, *Attendite*: tametsi quædam exemplaria non *Legem meam* habeant, sed *Legi meæ*.

Κλίνατε τὸ οὖς ὑμῶν εἰς τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου. Τὸ, *Κλίνατε*, ἢ ἁπλῶς ἀντὶ τοῦ Ὑποτίθετε, ἢ ἀντὶ τοῦ, Μετανοήσατε ἀπὸ τῶν ἀνοήτων ἀκουσμάτων, ἐπὶ τὰ εὐαγγελικὰ κηρύγματα.

Inclinate aurem vestram in verba oris mei. Supponite, inquit, aures vestras sermoni meo, vel mutate aures vestras ab inani sermone, ab ineptis fabulis ad Evangelia.

[44] Matth. III, 17. [45] Isa. II, 3.

VERS. 2. *Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio.* Hæc verba prophetiam continent. Christum etenim in parabolis ad populum locuturum esse prædicunt, juxta quod legimus apud Matthæum : *Hæc omnia locutus est Jesus in parabolis, ad turbas, et sine parabolis ad eos non loquebatur, ut impleretur quod dictum est per Prophetam : Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita a constitutione mundi* [46]. Unde perspicuum fit, quod ex Salvatoris persona conscriptus fuit hic psalmus. Per propositiones autem (seu, ut verius in lectione Græca habetur, per problemata) ipsas intelligit parabolas. Et Matthæus quidem locum hunc referens *Occulta* appellavit, quæ hic dicuntur *Problemata*, Hebraica nimirum dictione usus, quæ utramque habet significationem. Evangelicæ enim omnes parabolæ occultam in se continent veritatem. Aquila *Ægnimata* transtulit. Quod autem hic *Ab initio* legimus, Matthæus a *Constitutione mundi* dixit, Hebraica pari modo usus dictione. Et quod hic, *Loquar*, ipse dixit *Eructabo*.

A *Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, φθέγξομαι προβλήματα ἀπ' ἀρχῆς.* Τοῦτο προφητεία ἐστὶ τῶν εὐαγγελικῶν παραβολῶν· φησὶ γὰρ ὁ Ματθαῖος· *Ταῦτα πάντα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐν παραβολαῖς τοῖς ὄχλοις, καὶ χωρὶς παραβολῆς οὐκ ἐλάλει αὐτοῖς· ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, ἐρεύξομαι κεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.* Δῆλον οὖν ἐντεῦθεν ὅτι προσώπῳ τοῦ Σωτῆρος ὁ ψαλμὸς ἀναγέγραπται. Προβλήματα δὲ νῦν, τὰς αὐτὰς πάλιν παραβολὰς ὠνόμασεν· ὁ γὰρ Ματθαῖος, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν *Προβλήματα*, *Κεκρυμμένα* εἶπε, τῇ Ἑβραϊκῇ λέξει προσχὼν, ἥτις καὶ τοῦτο κἀκεῖνο δηλοῖ. Πᾶσαι γὰρ αἱ εὐαγγελικαὶ παραβολαὶ κεκρυμμένην εἶχον τὴν ἀλήθειαν. Καὶ ὁ
B Ἀκύλας δὲ *Αἰνίγματα* ἐξέδωκε. Ἀλλὰ καὶ τὸ, Ἀπ' ἀρχῆς, ὁ Ματθαῖος, *Ἀπὸ καταβολῆς κόσμου* εἴρηκεν, ὁμοίως τῇ Ἑβραΐδι λέξει προσχών· Ἔτι δὲ καὶ τὸ, *Φθέγξομαι*, *ἐρεύξομαι*.

VERS. 3. *Quanta audivimus et cognovimus ea.* Dictio *quanta* non ad problemata refertur, quæ locuturum se esse dixit, cum totus hic versiculus separatim per se admirantis in morem legendus sit. O quanta, inquit, a majoribus nostris, atque a divinis didicimus Scripturis ! mens enim Prophetæ est commemorare, quam multa, et quam grandia Deus in antiquiores Judæos contulerit beneficia, et contra, quam valde illi Deum irritaverint, et quantas idcirco ac quam graves pœnas dederint. Ex persona autem Christi non incongrue dicitur : *Quanta audivimus*, cum assumpta ejus humanitas cæterorum hominum more doctores audiret. Et quod ait : *Cognovimus*, expone pro *Certiores facti sumus*. Neque enim simpliciter audivimus, inquit, sed majorem de his certitudinem accepimus.

Ὅσα ἠκούσαμεν καὶ ἔγνωμεν αὐτά. Τὸ Ὅσα οὐκ ἀναφορικῶς λαμβάνεται νῦν πρὸς τὰ προβλήματα, ἀλλὰ καθ' ἑαυτὸ λέγεται θαυμαστικῶς, ἀντὶ τοῦ, Ὢ πόσα ἠκούσαμεν, παρά τε τῶν δύο διδασκάλων παρά τε τῶν θείων Γραφῶν! βούλεται γὰρ ἀπαριθμήσασθαι ὅσα μὲν εὐηργέτησεν ὁ Θεὸς τοὺς παλαιοὺς Ἑβραίους, ὅσα δὲ οὗτοι παρώργισαν αὐτὸν, καὶ ὅσα διὰ τοῦτο δεινὰ πεπόνθασιν. *Ἤκουσαν* δὲ εἶπεν διὰ τὸ πρόσλημμα· καὶ αὐτὸς γὰρ ὡς
C ἄνθρωπος ἤκουσε ταῦτα, καθάπερ ἡμεῖς. *Ἔγνωμεν δὲ αὐτὰ*, ἀντὶ, ἐδεβαιώθημεν περὶ αὐτῶν. Οὐχ ἁπλῶς, φησὶν, ἠκούσαμεν, ἀλλὰ καὶ ἐπληροφορήθημεν.

Et patres nostri annuntiaverunt nobis. Dixit se audisse, nunc addit a quibusnam ea audiverit. Patres autem non natura dicit. Neque enim dici potest, quod fideles, qui sunt ex gentibus, a propriis parentibus edocti fuerint, sed de Patribus loquitur quos ob obsequium, quod Deo semper præstiterunt, Christiani omnes libenter sibi, ut ita dicam, adoptant in parentes. Hac etenim ratione et Moysen et multos alios divinos scriptores interpretesque et populi doctores, Patres nostros appellamus : quorum filios Christum, secundum carnem, atque apostolos, fuisse dicemus. Christi vero atque apostolorum filios populum Christianum.

Καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν διηγήσαντο ἡμῖν. Εἰπὼν ὅτι *Ἠκούσαμεν*, προσέθηκε καὶ παρὰ τίνων ἠκούσαμεν. Πατέρας γὰρ οὐ τοὺς φύσει λέγει νῦν· οὐ γὰρ δυνάμεθα εἰπεῖν ὅτι τοὺς ἐξ ἐθνῶν πιστοὺς, οἱ φύσει γονεῖς αὐτῶν ἐδίδαξαν ταῦτα· ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν φύσει πατέρων, ὁ λόγος· εἶεν δ' ἂν ὁ Μωϋσῆς καὶ οἱ λοιποὶ συγγραφεῖς· ἔτι δὲ καὶ οἱ τούτων ἐξηγηταὶ καὶ διδάσκαλοι τοῦ λαοῦ, καθὼς εἰρήκαμεν. Ἐκείνων μὲν γὰρ υἱοὶ ὁ Χριστὸς διὰ τῆς μητρὸς καὶ οἱ ἀπόστολοι· τούτων δὲ πᾶς ὁ Χριστιανικὸς λαός.

VERS. 4. *Non sunt occultata a filiis eorum in generatione altera.* Et parentes, inquit, ea filiis suis tradiderunt, et filii ea quæ didicerant, venturam post se generationem non cælarunt. Quinimo filiis ac nepotibus ea omnia exposuerunt, et illi in posteros suos eadem transtulerunt. Lex etenim id jubebat, dicens : Docebis ea filios tuos et filios filiorum tuorum [47].

D *Οὐκ ἐκρύβη ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῶν εἰς γενεὰν ἑτέραν.* Οἱ μὲν πατέρες, διηγήσαντο αὐτὰ προσεχῶς τέκνοις αὐτῶν· τὰ δὲ τέκνα οὐκ ἔκρυψαν πρὸς τὴν ἑτέραν μετ' αὐτοὺς γενεὰν ἅπερ ἔμαθον. Ἀλλ' ὁμοίως καὶ αὐτοὶ διηγήσαντο αὐτὰ τοῖς τέκνοις αὐτῶν, καὶ οὕτω καθεξῆς· νόμος γὰρ ἦν λέγων· Διδάξῃς αὐτὰ τοὺς υἱούς σου καὶ τοὺς υἱοὺς τῶν υἱῶν σου.

Narrantes laudes Domini et potestates ejus et

Ἀπαγγέλλοντες τὰς αἰνέσεις τοῦ Κυρίου καὶ

[46] Matth. XIII, 34, 35. [47] Deut. VI, 7.

τὰς δυναστείας αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ, ἃ ἐποίησεν. Τὸ, *Καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν διηγήσαντο ἡμῖν*, τῷ *Ἀπαγγέλλοντες* συνάπτεται, καθ' ὑπερβατόν. Τὰ αὐτὰ δὲ καλεῖ, αἰνέσεις μὲν, ὡς αἰνετὰ, δυναστείας δὲ, ὡς θαυμαστά· ἢ δυναστείας μὲν τὰς κατὰ τῶν ἐχθρῶν, θαυμάσια δὲ, τὰ ἐν τῷ ἰδίῳ λαῷ. Περὶ ὧν ἐρεῖ κατὰ μέρος.

A *mirabilia ejus, quæ fecit*. Verba illa : *Patres nostri annuntiaverunt nobis*, conjungi debent huic versiculo. Usus est enim Propheta figura hyperbato. Laudes vero, potestates, et mirabilia Dei, hæc esse dixit : quia et laudabilia sunt et summam Dei indicant potentiam, et admiratione digna esse videntur. Vel, per potestates ea significat, quæ adversus hostes operatus est : per mirabilia vero, ea quæ in suo populo administravit, de quibus singulatim tractabit.

Καὶ ἀνέστησεν μαρτύριον ἐν Ἰακὼβ, καὶ νόμον ἔθετο ἐν Ἰσραήλ. Τοῦ καὶ ἀνέστησε μαρτύριον ἐν Ἰακὼβ ἐπεξήγησις· ἔστι τὸ, *Νόμον ἔθετο ἐν Ἰσραήλ*· τὸ μὲν γὰρ *Ἀνέστησεν*, ταὐτὸ σημαίνει τῷ, *Ἔθετο*. Καὶ μαρτύριον ὁ νόμος ὀνομάζεται, ὡς ἐν τῷ ιη' ψαλμῷ κατὰ λόγον εἰρήκαμεν. Καὶ ὁ Ἰακὼβ δὲ Ἰσραὴλ ἐκλήθη, ὅτε εἶδε τὴν ὀπτασίαν τῆς κλίμακος. Τίς δὲ ὁ νόμος, ἄκουσον.

VERS. 5. *Et statuit testimonium in Jacob, et legem posuit in Israel*. Ut exponeret quid sit statuisse testimonium in Jacob, addidit : *Et legem posuit in Israel*. Idem enim est hoc in loco statuere, quod ponere, idem testimonium, quod lex, ut dictum est in psalmo XVIII, et idem est Israel qui et B Jacob. Positum enim est ei nomen Israel, quando scalæ visionem vidit. Quænam autem esset hæc lex, audi.

Ὅσα ἐνετείλατο τοῖς πατράσι ἡμῶν, τοῦ γνωρίσαι αὐτὰ τοῖς υἱοῖς αὐτῶν. Τὸ *Τοῦ* παρέλκον ἐνταῦθα κεῖται. Ἐνομοθέτησε, φησὶν, ὅσα ἐνετείλατο τοῖς πατράσιν ἡμῶν, γνωρίσαι καὶ ἀναγγεῖλαι αὐτὰ πάλιν ἐκείνοις, τοῖς υἱοῖς αὐτῶν.

VERS. 6. *Quæcunque mandavit patribus nostris, nota fieri ea filiis eorum*. Statuit, inquit, ac decrevit, omnia, eorum filiis nota fieri, quæcunque ipse eorum patribus mandaverat.

Ὅπως ἂν γνῷ γενεὰ ἑτέρα. Αἴτιον δὲ τοῦ ἀπαγγέλλειν αὐτὰ τοὺς πατέρας τοῖς υἱοῖς, ὅπως γνῷ ἡ κατ' αὐτοὺς ἑτέρα γενεὰ ἐκεῖνα πάντα. Εἶτα σαφηνίζει, ποία ἐστὶν ἑτέρα γενεά.

Ut cognoscat generatio altera. Hæc est ratio cur patres ea debeant filiis annuntiare, ut generatio, quæ post eos futura est, ea omnia nota habeat. Deinde declarat, quænam sit hæc altera generatio.

Υἱοὶ τεχθησόμενοι. Κατὰ διαδοχήν.

Filii qui nascentur. Per successiones scilicet.

Καὶ ἀναστήσονται, καὶ ἀπαγγελοῦσιν αὐτὰ τοῖς υἱοῖς αὐτῶν. Οἱ υἱοὶ τῶν υἱῶν τοῖς υἱοῖς αὐτῶν. *Ἀναστήσονται* δὲ ἀντὶ τοῦ, Γεννηθήσονται.

C *Et exsurgent et annuntiabunt ea filiis suis*. Filii filiorum filiis suis narrabunt, *Exsurgent* autem posuit, pro Generabuntur.

Ἵνα θῶνται ἐπὶ τὸν Θεὸν τὴν ἐλπίδα αὐτῶν. Μανθάνοντες ὅσα ὁ Θεὸς ἐπηγγείλατο τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπ' αὐτόν.

VERS. 7. *Ut ponant in Deo spem suam*. Addiscentes quanta iis Deus polliceatur, qui in eo sperant.

Καὶ μὴ ἐπιλάθωνται τῶν ἔργων αὐτοῦ. Ἐμμελετῶντες ταῖς περὶ αὐτῶν διηγήσεσιν· ἔργα δὲ αὐτοῦ λέγει, ἃ καὶ δυναστείας ἀνωτέρω καὶ θαυμάσια ἐκάλεσεν.

Et ne obliviscantur opera ejus. Meditando eas narrationes. Per opera vero ejus, ea intelligit, quæ superius et potestates appellavit, et mirabilia.

Καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ ἐκζητήσωσιν.— *Ἐκζητήσωσιν*, ἀντὶ τοῦ, Ἀκολουθήσωσιν. Ὁ γὰρ ἐκζητῶν τινα, κατ' ἴχνους αὐτῷ ἕπεται. Εἴη δ' ἂν γενεὰ ἑτέρα καὶ οἱ Χριστιανοί.

Et mandata ejus exquirant. — *Exquirant* dixit pro Sequantur. Qui enim aliquem inquirit, illius sequitur vestigia. Possumus etiam per generationem alteram, Christianorum generationem intelligere.

Ἵνα μὴ γένωνται, ὡς οἱ πατέρες αὐτῶν, γενεὰ σκολιὰ καὶ παραπικραίνουσα. Σκολιὰ μὲν, ὡς μὴ ὀρθὴν πίστιν πρὸς τὰς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ ἔχουσα, ἀλλ' ἐν καιρῷ περιστάσεως ἀπιστοῦσα ταύταις· παραπικραίνουσα δὲ, ὡς γογγύζουσα ἡνίκα προσομιλήσει τινὶ δυσχερίᾳ, καὶ δυσανασχετοῦσα, καὶ ἀπαρεσκομένη τῇ ἐλευθερίᾳ. Καὶ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ δουλείαν αἱρετωτέραν λογιζομένη, ὡς ἐν πολλοῖς ἡ βίβλος τῆς Ἐξόδου καὶ ἡ τῶν Ἀριθμῶν διέξεισι.

D VERS. 8. *Ne fiant, sicut patres eorum, generatio prava, et exasperans*. Perversos eos fuisse dicit, eo quod in divinis promissionibus nullam fidem habebant, nec credebant ei cum essent in periculis : et exasperantes, quia cum in aliquam incidissent difficultatem, continuo murmurabant, et quia præstitam eis liberationem a tam gravi jugo servitutis ægre tulerunt. Satius enim putabant in Ægypto esse, et servire, quemadmodum multis in locis, tam in Exodo legimus, quam in Numeris.

Γενεὰ, ἥτις οὐ κατεύθυνε τὴν καρδίαν ἑαυτῆς· Οὐκ ὤρθωσε τὴν καρδίαν· ὥστε ἁπλῶς καὶ βεβαίως πιστεύειν, ἀλλ' ἐσκολίαζε διστάζουσα.

Generatio, quæ non direxit cor suum. Non rectum ei cor fuit, ut simplici ac constanti animo Deo crederet, sed ambigua, et dubitans claudicabat.

Et fidelis non fuit cum Deo spiritus ejus. Et spiritus ejus generationis, inquit, Deo fidem non præstitit, nec illius credidit sermonibus. Per spiritum vero, animos eorum intelligit.

A *Καὶ οὐκ ἐπιστώθη κατὰ τοῦ Θεοῦ τὸ πνεῦμα αὐτῆς.* Καὶ οὐ πιστὸν ἐγένετο πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ πρὸς τοὺς τοῦ Θεοῦ λόγους. Πνεῦμα δὲ νῦν λέγει τὴν ψυχήν.

VERS. 9. *Filii Ephraim intendentes et jaculantes arcu, conversi sunt in die belli.* Ephraim fuit filius Joseph. Tribus autem Ephraim præ cæteris tribubus arcu utebatur : ad gerenda etiam bella magno usui erat, unde celebre sibi nomen paraverat. Ad hæc omnia illius etiam famam augebat, regio ipsa, quæ ei in sortem obvenerat. Prima enim illa arcam et testimonii tabernaculum a Moyse confectum suscepit. Nam Silo ubi arca Domini diu fuit, et tabernaculum, ad sortem tribus Ephraim pertinebat. Hæc igitur tribus, quæ aliquando in bello tam celebris fuit, ob idololatriæ scelus tandem pugnando superata, ac devicta est. Vel aliter, per hanc tribum, quæ viribus præstabat, omnes alias tribus significat quæ ob simile idololatriæ vitium in hostium manus deveneruut, ut liber Judicum docet. Ait igitur Propheta, quod filii Ephraim, qui arcus suos tendunt unde emittant sagittas (hoc est, qui arcu potissimum utuntur), conversi sunt in bello : quia fugientes dederunt terga. Aliqui in his verbis dicunt prophetiam contineri de ultimo lapsu tribus Ephraim in idololatriam. Nam cum decem tribus se disjunxissent a regno Roboam, tribus Ephraim, quæ princeps erat inter eas, populo persuasit, ut vaccas erigerent, et a vero Deo deficerent : atque ideo omnes in hostium potestatem traditæ sunt, quemadmodum in tertio Regum libro invenies. Alii etiam prophetæ multa adversus hanc tribum exclamant, quasi origo, et causa ipsa idololatriæ fuerit in populo.

Υἱοὶ Ἐφραὶμ ἐντείνοντες καὶ βάλλοντες τόξοις, ἐστράφησαν ἐν ἡμέρᾳ πολέμου. Ἡ φυλὴ τοῦ Ἐφραὶμ υἱοῦ Ἰωσὴφ, τοξικωτέρα τῶν ἄλλων ἦν, καὶ ἐν πολέμοις χρησιμωτέρα, καὶ ἐντεῦθεν ἐπίσημος· οὐχ ἥκιστα δὲ ἦν ἔντιμος, ὡς ἐν τοῖς ὁρίοις τῆς ἀποκληρωθείσης αὐτῇ γῆς ὑποδεξαμένη πρώτη τὴν κιβωτὸν, καὶ τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου τὴν κατασκευασθεῖσαν ὑπὸ Μωσέως. Ἡ γὰρ Σηλὼμ ἔνθα ἦν ἡ κιβωτὸς καὶ ἡ σκηνὴ τῆς Ἐφραϊμίτιδος φυλῆς μερὶς ἦν. Αὕτη τοίνυν ἡ περιβόητος ἐν μάχαις, ἡττήθη διὰ τὴν εἰδωλολατρείαν αὐτῆς. Ἢ καὶ B ἄλλως, ἀπὸ ταύτης τῆς φυλῆς, ὡς τηνικαῦτα πρωτευούσης, καὶ τὰς ἄλλας δηλοῖ, ὅσαι εἰδωλολατρήσασαι παρεδόθησαν τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν, καθὼς ἡ τῶν Κριτῶν διέξεισι βίβλος. Φησὶν οὖν ὁ Δαβὶδ, ὅτι Οἱ υἱοὶ τοῦ Ἐφραὶμ, οἱ ἐντείνοντες τόξα καὶ βάλλοντες ἐκ τόξων, ἐστράφησαν, εἴτουν, δεδώκασι νῶτα φεύγοντες. Τινὲς δὲ προφητείαν τοῦτό φασιν περὶ τῆς ὑστέρας εἰδωλολατρίας. τῆς φυλῆς τοῦ Ἐφραΐμ. Τῶν γὰρ δέκα φυλῶν ἀποῤῥαγεισῶν τῆς βασιλείας Ῥοβοὰμ, ἡ Ἐφραϊμῖτις ἐν ταύταις πρωτεύουσα συνέπεισε τὸν λαὸν στῆσαι τὰς δαμάλεις καὶ ἀποστῆναι ἀπὸ Θεοῦ. Διὸ καὶ παρεδόθησαν ὁμοίως τοῖς πολεμίοις, ὡς εὑρήσεις ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Βασιλειῶν. Καὶ ἄλλοι δὲ προφῆται καταβοῶσιν αὐτῆς ὡς αἰτίας τῷ λαῷ τῆς εἰδωλολατρίας.

VERS. 10. *Non custodierunt testamentum Dei, et in lege ejus noluerunt ambulare.* Sermonem dirigit adversus universas tribus, causam proferens ob quam dejectæ sint. Per testamentum vero, pacta intelligit, quæ Deus sæpe cum Hebræorum populo pepigit, cum in promissionis eos terram adduceret. Per legem vero, ipsa Dei mandata.

C *Οὐκ ἐφύλαξαν τὴν διαθήκην τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ οὐκ ἠβουλήθησαν πορεύεσθαι.* Ἐνταῦθα κατὰ πάντων ὁ λόγος διδάσκων τὸ τῆς ἥττης αἴτιον· διαθήκην δὲ λέγει τὰς συνθήκας, ἃς διαφόρως ἐποιήσατο κατὰ τῶν Ἑβραίων ὁ Θεὸς, ἄγων αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας· νόμον δὲ τὰς ἐντολάς.

VERS. 11. *Et obliti sunt beneficiorum ejus, et mirabilium ejus, quæ ostendit eis.* Beneficiorum quæ contulit in populum Israel, veluti, quod duxerit eos per mare Rubrum immadidos, et cætera quæ longa serie in sequentibus commemorat. *Mirabilium* autem dicit, quia Ægyptiorum flumina in sanguinem mutaverat, et alia hujusmodi quæ simili modo in sequentibus percurrit, eaque postea signa et portenta vocat ; quod vero ait, Deum eis hæc ostendisse, (non) ideo dicit (quasi ipsi ea propriis viderint oculis, sed) quia ita a suis acceperunt majoribus.

Καὶ ἐπελάθοντο τῶν εὐεργεσιῶν αὐτοῦ, καὶ τῶν θαυμασίων αὐτοῦ, ὧν ἔδειξεν αὐτοῖς. Εὐεργεσίαι μὲν, αἱ πρὸς τὸν λαὸν Ἰσραήλ· οἷον τὸ διαγαγεῖν αὐτοὺς ἀβρόχως διὰ τῆς θαλάσσης, καὶ τὰ ἑξῆς, ἃ καταλέγει. Θαυμάσια δὲ, τὰ κατὰ τῶν Αἰγυπτίων τερατουργήματα, ἃ καὶ σημεῖα καὶ τέρατα προϊὼν ἐκάλεσεν· οἷον τὸ μεταστρέψαι εἰς αἷμα τοὺς ποταμοὺς αὐτῶν, καὶ τὰ ἑξῆς, ἃ καὶ αὐτὰ D διέξεισιν· ἔδειξε δὲ αὐτοῖς ταῦτα, διὰ τῆς πρὸς αὐτοὺς διδασκαλίας τῶν πατέρων αὐτῶν.

VERS. 12. *Coram patribus eorum, quæ fecit mirabilia.* Quæ miracula, inquit, fecit, coram eorum patribus : et deinde locum etiam addit, ubi hæc gesta sunt.

Ἐναντίον τῶν πατέρων αὐτῶν ἃ ἐπολὴσεν θαυμάσια. Ἅτινα θαυμάσια ἐποίησεν ἐνώπιον τῶν πατέρων αὐτῶν. Εἶτα τίθησι καὶ τὸν τόπον, ἐν ᾧ ταῦτα ἐτερατούργησεν.

In terra Ægypti in campo Taneos. Tanis est Ægypti civitas, ubi regiam habebat Pharao, de qua ait Isaias : *Defecerunt principes Taneos*[48], et

Ἐν γῇ Αἰγύπτῳ ἐν πεδίῳ Τάνεως. Ἡ Τάνις πόλις ἦν Αἰγυπτιακὴ, ἐν ᾗ τοῦ Φαραὼ τὰ βασίλεια· περὶ ἧς φησιν Ἡσαΐας· *Ἐξέλιπον οἱ ἄρχοντες*

[48] Isa. xix, 13.

Τάνεως. Ὁ μὲν οὖν Μωϋσῆς ἐν τῇ Ἐξόδῳ οὐκ ἐμνημόνευσε τοῦ ὀνόματος τῆς Τάνεως· τὸν δὲ Δαβὶδ εἰκὼς εἰδέναι τοῦτο ἀπὸ τῆς βίβλου ἐν ᾗ γέγραπται οὕτως· Ἡ δὲ Χεβρὼν ᾠκοδομήθη πρὸ τοῦ Τάνιν ἐν Αἰγύπτῳ οἰκοδομηθῆναι· ἢ καὶ ἐξ ἑτέρων ἀποκρύφων· ἢ καὶ ἴσως Αἰγυπτιακῶν.

Διέῤῥηξεν θάλασσαν, καὶ διήγαγεν αὐτούς. Γῆν Ἐρυθρὰν, ὡς ἡ βίβλος τῆς Ἐξόδου παρίστησιν· ἐπιτομώτερον δὲ διηγεῖται· καὶ οὔτε πάντα, οὔτε ἐν τάξει· ἀλλὰ παρατηρήτως ὅσα, καὶ ὅπως ἐπὶ νοῦν ἦλθεν αὐτῷ· οὐ γὰρ ἱστορεῖν αὐτῷ προὔκειτο, ἀλλὰ στηλιτεῦσαι τὴν ἀχαριστίαν τῶν Ἰουδαίων. Πρῶτον δὲ τέθεικε τὸ παραδοξότερον τῶν ἄλλων.

Παρέστησεν ὕδατα ὡσεὶ ἀσκόν. Καὶ τὸ ὕδωρ, φησὶν, αὐτοῖς τεῖχος ἐκ δεξιῶν, καὶ τεῖχος ἐξ εὐωνύμων. Παρέστησεν οὖν, εἶπουν ἀνέστησεν ἔνθεν κἀκεῖθεν τὰ τμήματα. Τὸ δὲ, *Ὡσεὶ ἀσκὸν*, δίκην ἀσκοῦ ἐξωγκούμενα.

Καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς ἐν νεφέλῃ ἡμέρας, καὶ ὅλην τὴν νύκτα ἐν φωτισμῷ πυρός. Φησὶ Μωϋσῆς· *Ὁ δὲ Θεὸς ἡγεῖτο αὐτῶν, ἡμέρας μὲν ἐν στύλῳ νεφέλης, δεῖξαι αὐτοῖς τὴν ὁδὸν, τὴν δὲ νύκτα ἐν στύλῳ πυρός.* Ὁ αὐτὸς οὖν στύλος ἐν ἡμέρᾳ μὲν ὡδήγει καὶ ἔσκεπεν ἀπὸ τοῦ καύσωνος τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων, ἐν τῇ νυκτὶ δὲ ὡδήγει καὶ ἐθέρμανεν· ὑγρὰ γὰρ οὖσα ἡ νὺξ ἔψυχεν.

Διέῤῥηξεν πέτραν ἐν ἐρήμῳ καὶ ἐπότισεν αὐτοὺς ὡς ἐν ἀβύσσῳ πολλῇ. Ἐν τῇ ἐρήμῳ τοῦ ὄρους Χωρὴβ, ὡς ἡ αὐτὴ βίβλος τῆς Ἐξόδου διδάσκει· διὰ τῆς ἀβύσσου δὲ, τὸ πλῆθος τῶν ὑδάτων ἐνέφηνεν.

Καὶ ἐξήγαγεν ὕδωρ ἐκ πέτρας καὶ κατήγαγεν ὡς ποταμοὺς ὕδατα. Τοῦτο ἕτερον θαῦμα γεγονὼς ἐν τῇ ἐρήμῳ Κάδδης, ὡς ἡ τῶν Ἀριθμῶν βίβλος ἱστορεῖ. Δὶς γὰρ ἐκ πέτρας ὕδωρ ἀνέδωκεν, κατὰ διαφόρους χρόνους καὶ τόπους. Ὅθεν ἐν Χωρὴβ μὲν ὁ τόπος τοῦ ἀναδοθέντος ὕδατος, ἐκλήθη *Πειρασμὸς* καὶ *Λοιδόρησις*. Ἐπείραζον γὰρ τὸν Θεὸν, δοκιμάζοντες ἐπὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ, καὶ οὐ πιστεύοντες, οἷς εἶδον πολλάκις θαύμασι· καὶ ἐλοιδοροῦντο τῷ Μωϋσῇ, ὡς ἐξαγαγόντι αὐτοὺς ἐξ Αἰγύπτου εἰς τὰς ἐρήμους. Ἐν δὲ Κάδδης ὠνομάσθη *Ὕδωρ ἀντιλογίας*, ὅτι ἀντέλεγον τῷ Θεῷ ἐν τῷ γογγύζειν. Ὁ μὲν γὰρ ἐκέλευε πείθεσθαι μόνον τοῖς αὐτοῦ προστάγμασιν, καὶ θαῤῥεῖν αὐτῷ· οἱ δὲ ἀπρόθυμοί τε ἦσαν εἰς τὸ πειθαρχεῖν, καὶ οὐδὲ εἶχον θαῤῥεῖν. Τὴν μὲν διάῤῥηξιν τῆς θαλάσσης καὶ τῶν πετρῶν ὁ Θεὸς διὰ Μωσέως ἐπετέλεσεν.

Καὶ προσέθεντο ἔτι τοῦ ἁμαρτάνειν αὐτῷ. Περιττεύει τὸ Τοῦ. Ὡς δὲ ἐγνωσμένων ἤδη τῶν προλαβουσῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν ἀπὸ τῆς Μωσαϊκῆς συγγραφῆς, ἀπαρατηρήτως εἶπε, τὸ, *Ἔτι*· ὁποῖα δὲ ἔτι ἥμαρτον, ἄκουσον.

[19] Num. XIII, 23.

licet hujus loci Moyses non meminerit, verisimile est tamen beatum David id rescivisse ex eo libro, ubi scriptum est : *Chebron autem ædificata est in Ægypto, ante Tanim*[19]. Vel ex aliis apocryphis libris, aut ex Ægyptiorum historiis.

VERS. 13. *Interrupit mare, et eduxit eos.* De mari Rubro loquitur, ut habetur in Exodo, et omnia succincte narrat : quinimo nec omnia, nec suo ordine, sed passim quæcunque ei et quomodocunque in mentem veniebant, ita apposuit. Neque enim historiam contexere proposuerat, sed adversus Judæorum invehi ingratitudinem. Et primo quidem illud posuit, quod præ cæteris videbatur admirabilius.

Statuit aquas quasi utrem. Et aqua, inquit, *quasi murus illis erat a dextris, et a sinistris.* Statuit igitur aquas, hoc est, aquarum moles hinc atque illinc fecit exsurgere *Quasi utrem* vero dixit, hoc est tumidas, instar utris.

VERS. 14. *Et deduxit eos in nube diei et tota nocte in illuminatione ignis. Et Deus*, inquit, *deducebat eos, die quidem in columna nubis, ut ostenderet eis viam, nocte autem in columna ignis.* Eadem igitur columna die præibat et protegebat eos ab æstu solis, quæ nocte eis illucebat, ut foveret nimirum ac tueretur eos a frigiditate atque ab humiditate noctis.

VERS. 15. *Interrupit petram in eremo, et potavit eos, quasi in abysso multa.* Hoc factum est in deserto montis Choreb, ut habetur in Exodo. Per abyssum autem, aquarum copiam intelligit.

VERS. 16. *Et eduxit aquam de petra, et eduxit tanquam flumina aquas.* Hoc est aliud miraculum factum in Choreb, ut traditur in libro Numerorum. Bis etenim illis Deus aquam eduxit e petra, diversisque temporibus et locis. Et locus quidem ille in Choreb, ubi data est aqua, appellatus est, *Tentatio*, et *Objurgatio*. Tentaverunt enim illic Deum Judæi, probantes nimirum illius potentiam, et miraculis nondum credentes, quæ in præteritum sæpius fecerat : et objurgaverunt Moysen, quod ex Ægypto in tam deserta eos loca deduxisset. Locus vero ille in Cades, ubi aqua etiam populo data est, appellatus est *Aqua contradictionis :* eo quod contradicerent Deo Hebræi et murmurarent. Et Deus quidem eos jubebat, ut suis tantum præceptis parerent, utque in eo confiderent, illi vero et parere negligebant, et nullam in eo habebant fidem. Hanc autem maris et aquarum interruptionem per Moysen Deus operatus est.

VERS. 17. *Et apposuerunt adhuc peccare ei.* Quasi eorum vitia ex libris Moysi, satis omnibus nota sint, dicit, *Et apposuerunt adhuc.* Qualia autem peccaverint, audi.

Exacerbaverunt Altissimum in inaquoso. In loco A scilicet inaquoso. Quomodo autem exacerbaverint, paulo superius diximus, ibi : *Generatio perversa et exasperans* [80].

Vers. 18. *Et tentaverunt Deum in cordibus suis, ut peterent escas animabus suis.* De his et aliis, quæ sequuntur usque ad verba illa, *Et ignis incensus est,* Moyses nihil scribit, sed ipse tantum David, quemadmodum et alia hujusmodi multa : seu quod ex apocryphis, ut diximus, libris ea collegerit, seu ex antiquorum traditionibus; seu quod a sancto Spiritu edoctus sit. Ait igitur, quod tentaverunt Deum in cogitationibus suis, dubitantes, numquid posset eis Deus dare, quæ petebant; tentaverunt autem petendo cibum animabus suis; hoc est B sibi ipsis.

Vers. 19. *Et oblocuti sunt de Deo.* Hoc est murmuraverunt, quasi fame eos necasset, et delectabiles ac gratos cibos omnes ab eis abstulisset,

Et dixerunt : Numquid (83) *poterit Deus parare mensam in deserto?* Verba hæc ambigentis sunt (et ideo quasi cum addubitatione legenda sunt.).

Vers. 20. *Quoniam percussit petram, et fluxerunt aquæ, et torrentes inundaverunt, numquid et panem poterit dare, et parare mensam populo suo?* Quoniam, inquiunt, ea Deus fecit, quæ prædicta sunt, numquid poterit etiam hoc facere? O summam hominum amentiam! si ea fecit, quo pacto impotens est judicandus, ne ista efficiat? et quod ait : *Inundaverunt*, expone, id est, fluxerunt cum C vehementia. *Eduxit* enim, inquit, *tanquam flumina aquas.* Per mensam vero carnes præstitas intelligit. Tu illud considera, quomodo beatus David ante panem et carnes datas, fluxisse dicat aquam e petra, cum in Exodo Moyses contrarium tradat. Ibi enim primo legimus pluisse illis Deum panem mannæ, et coturnicum carnes, et deinde aquam dedisse e petra. Non est igitur alia hujus addubitationis solutio nisi dicas de alio pane, et de aliis carnibus Prophetam hic loqui, de quibus in libro Numeri scriptum est. Bis etenim eis Deus et coturnices pluit, et panem : unde etiam per petram, hoc in loco aquam eam intelligit quæ effusa est in Choreb, et non eam quæ in Cades. D Petra enim in Cades tunc nondum fuerat percussa. Et si quis dicat, quod in Numeris carnes poscebant, et non panem, adverte quia per panem hic carnis cibum intelligit. Tunc etenim, ut apud LXX interpretes legimus, dicebant, Τίς ἡμᾶς ψωμιεῖ κρέα, (quæ verba tametsi Latinus interpres, aut simplicem sensum secutus, aut ob Latinæ linguæ angustiam, reddiderit : *Quis nobis dabit carnes ad vescendum* [81], tamen aliquid amplius etiam possunt nobis indicare, quod ad præsentem locum atque illius intellectum conferat. Nam cum Græca dictio ψωμός, unde ψωμίζω verbum deducitur, massam seu bucellam panis significet : dum murmurarent dicentes. Τίς ἡμᾶς ψωμιεῖ κρέα; petisse mihi videntur, quis nam eos pane pariter nutriturus esset

Παρεπίκραναν τὸν Ὕψιστον ἐν ἀνύδρῳ. Τόπῳ, ἢ γῇ. Πῶς δὲ παρεπίκραναν, εἴρηται μικρὸν ἀνωτέρω ἐν τῷ· *Γενεὰ σκολιὰ καὶ παραπικραίνουσα.*

Καὶ ἐξεπείρασαν τὸν Θεὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν τοῦ αἰτῆσαι βρώματα ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν. Περὶ τούτων καὶ τῶν ἑξῆς ἄχρι τοῦ, *Καὶ πῦρ ἀνήφθη,* Μωϋσῆς μὲν οὐχ ἱστόρησεν· Δαβὶδ δὲ ἀνέγραψεν, ὡς καὶ περὶ ἄλλων πολλῶν τοιούτων· εἴτε ἐξ ἀποκρύφων βιβλίων ἀναξάμενος, ὡς προειρήκαμεν, εἴτε διαδεξάμενος ἐξ ἀγράφων παραδόσεων τῶν παλαιοτέρων, εἴτε καὶ ὑπὸ τοῦ θείου Πνεύματος ταῦτα διδαχθείς· λέγει δὲ ὅτι ἐξεπείρασαν τὸν Θεὸν, ἐν ταῖς διανοίαις αὐτῶν, εἰ δύναται δοῦναι ἃ ζητοῦσιν· ἐξεπείρασαν δὲ αὐτὸν, ἐν τῷ αἰτῆσαι βρῶμα ταῖς B ψυχαῖς αὐτῶν, εἴτουν ἑαυτοῖς, κατὰ περίφρασιν.

Καὶ κατελάλησαν τοῦ Θεοῦ. — *Κατελάλησαν* ἀντὶ τοῦ Κατεγόγγυσαν· ὡς ἀποκτενοῦντος αὐτοὺς ἐν λιμῷ τῶν πρὸς ἡδονήν.

Καὶ εἶπον· Μὴ δυνήσεται ὁ Θεὸς ἑτοιμάσαι τράπεζαν ἐν ἐρήμῳ; Τὸ Μὴ, ἐπαπορηματικόν ἐστιν, ἀντὶ τοῦ Ἄρα.

Ἐπεὶ ἐπάταξε πέτραν καὶ ἐῤῥύησαν ὕδατα καὶ χείμαῤῥοι κατεκλύσθησαν· μὴ καὶ ἄρτον δύναται δοῦναι, ἢ ἑτοιμάσαι τράπεζαν τῷ λαῷ αὐτοῦ; Ἐπεὶ τόδε πεποίηκεν, μὴ δύναται ποιῆσαι καὶ τόδε; Ὢ τῆς ἀνοίας! Εἰ ἐκεῖνο ἐποίησε, πῶς ἀδυνατήσει ποιῆσαι καὶ τόδε; *Κατεκλύσθησαν* δὲ, ἀντὶ τοῦ Σφοδρῶς ἐῤῥύησαν. *Κατήγαγε* γὰρ, φησὶν, ὡς πο- C ταμοὺς *ὕδατα.* Τράπεζαν δὲ τὴν κρεῶν λέγει. Σὺ δὲ ἐπίσκεψαι, πῶς πρὸ τοῦ ἄρτου καὶ τῶν κρεῶν, ῥυῆναι τὰ ὕδατα τῆς καταγείσης πέτρας, φησὶν ὁ Δαβίδ· τοῦ Μωσέως ἐν τῇ Ἐξόδῳ τοὐναντίον ἱστορήσαντος· εὑρήσεις γὰρ ἐκεῖ, ὅτι πρῶτον ἔβρεξεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς τὸν ἄρτον τοῦ μάννα, καὶ τὸ κρέας τῆς ὀρτυγομήτρας· εἶτα ἀνέδωκε ἡ πέτρα τὸ ὕδωρ. Οὐκ ἔστιν οὖν ἑτέραν λύσιν τῆς ἀπορίας εἰπεῖν, ἢ ὅτι οὐ περὶ ἐκείνου τοῦ ἄρτου καὶ κρεάτων νῦν φησιν, ἀλλὰ περὶ τοῦ μετέπειτα ἀναγεγραμμένου ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς· δὶς γὰρ αὐτοῖς τὸν ἄρτον καὶ τὴν ὀρτυγομήτραν ἔβρεξεν. Ὥστε πέτραν ἐνταῦθα, τὴν ἐν Χωρὴβ παταχθεῖσαν λέγει, καὶ οὐ τὴν ἐν Κάδης· αὕτη γὰρ οὔπω ἐπατάχθη· εἰ δέ τις εἴπῃ ὅτι καὶ D μὴν κρέας ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς ἐζήτησεν, καὶ οὐκ ἄρτον, ἀκουσάτω ὅτι ἄρτον μὲν τὴν βρῶσιν τοῦ κρέατος καλεῖ. Καὶ γὰρ καὶ οὕτως εἶπον· *Τίς ἡμᾶς ψωμιεῖ κρέας;* ὁ δὲ Δαβὶδ εἰρηκώς· Μὴ καὶ ἄρτον δύναται δοῦναι, ἐσαφήνισε τὸ ῥητὸν διὰ τῶν ἑξῆς· ἐπήγαγε γάρ· *Ἢ ἑτοιμάσαι τράπεζαν τῷ λαῷ αὐτοῦ.* Ἵν' ᾖ ὁ *Ἢ* σύνδεσμος οὐ διαζευκτικὸς, ἀλλὰ σαφηνιστικός.

[80] Psal. LXVII, 7. [81] Num. XI, 4.

Variæ lectiones.

(83) Græce : Μή *ambigentis est pro num.*

et carne). Unde beatus David qui nunc dixit : *Numquid panem poterit dare?* videtur mihi illa Moysi verba declarasse, maxime ex sequentibus. Addit enim, *Et mensam præparare populo suo?* Illa etenim conjunctio *Et*, posita mihi esse videtur, non ut disjungat, sed ut declaret.

Διὰ τοῦτο ἤκουσε Κύριος καὶ ἀνεβάλετο, καὶ πῦρ ἀνήφθη ἐν Ἰακὼβ, καὶ ὀργὴ ἀνέβη ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ. Εἰ καὶ ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν ἐξεπείρασαν τὸν Θεὸν, ὅμως ὥσπερ φωνῇ χρησαμένων, ἤκουσεν ὁ καρδιογνώστης Θεός· τὸ δὲ Ἀνεβάλετο, *Ἐχολώθη* ἐξέδωκεν ὁ Σύμμαχος· εἰώθασι γὰρ οἱ χολούμενοι, ἀναβάλλεσθαι τὴν στολὴν, εἴτουν ἀνασύρειν, εὐτρεπιζόμενοι πρὸς ἄμυναν. Καὶ ὁ Μωϋσῆς δέ φησι· *Καὶ ἐθυμώθη ὀργῇ Κύριος, καὶ ἐξεκαύθη ἐν αὐτοῖς πῦρ παρὰ Κυρίου, καὶ κατέφαγε μέρος τι τῆς παρεμβολῆς.* Ἰακὼβ δὲ καὶ Ἰσραὴλ τὸν λαὸν καλεῖ, ὡς ἐξ ἐκείνου καταγόμενον.

A VERS. 21. *Ideo audivit Dominus et rejecit, et ignis accensus est in Jacob, et ira ascendit in Israel.* Licet corde et non lingua Deum tentaverint, ille tamen, qui corda hominum scrutatur, non secus eos audivit ac si palam id locuti essent. Quod vero LXX dixerunt, *Rejecit*, Symmachus reddidit, *Iratus est*. Solent enim ii qui ira perciti sunt, vestem rejicere, hoc est, pertrahere, dum ad vindictam parantur. Et huic sensui ac litteræ Symmachi astipulantur Moysi verba, dicentis quod, *Dominus ira commotus est, et incensus est ignis in eis a Domino, quo castrorum bona pars consumpta est* [82]. Per Jacob autem et Israel, ipsum populum ab eis descendentem intelligit, ut alibi diximus.

Ὅτι οὐκ ἐπίστευσαν ἐν τῷ Θεῷ. Ὅτι οὐκ ἐπίστευσαν τῇ δυνάμει τοῦ Θεοῦ, καίτοι τοσαῦτα ἰδόντες. Περιττὴ δὲ ἡ *Ἐν* πρόθεσις.

Οὐδὲ ἤλπισαν ἐπὶ τὸ σωτήριον αὐτοῦ. Οὐδὲ ἐθάῤῥησαν ὅτι σώσει αὐτοὺς, ὁ τοσαῦτα δι' αὐτοῦ ποιήσας.

B VERS. 22. *Qui non crediderunt in Deo.* In Dei viribus non crediderunt, tametsi tanta jam vidissent miracula. Præpositio vero, *in*, superflua est.

Nec speraverunt in salutari ejus. Nec ullam, inquit, habuerunt fiduciam, ut qui tot jam, ac tanta eorum causa perfecerat, eos esset imposterum saturaturus (84).

Καὶ ἐνετείλατο νεφέλαις ὑπὲρ ἄνωθεν καὶ θύρας οὐρανοῦ ἀνέῳξεν, καὶ ἔβρεξεν αὐτοῖς μάννα φαγεῖν. Ἐπὶ τὰ πρῶτα πάλιν ἀνέστρεψεν τὸν λόγον, τὰ ἐν τῇ Ἐξόδῳ ἀναγεγραμμένα. Νεφέλας δὲ ὑπὲρ ἄνωθεν τὰς ἐν ὕψει λέγει· εἰσὶ γὰρ καὶ πρόσγειοι· τὰς αὐτὰς δὲ καλεῖ καὶ θύρας οὐρανοῦ· ὡς προβεβλημένας αὐτοῦ. Ἐνετείλατο δὲ ὕσαι, δηλονότι τὸ μάννα. Τὸ δὲ μάννα ἦν ὡσεὶ σπέρμα κορίου, καὶ τὸ εἶδος αὐτοῦ ὡς εἶδος κρυστάλλου. *Καὶ διεπορεύετο*, φησὶν, *ὁ λαὸς, καὶ συνέλεγον καὶ ἤλιθον ἐν τῷ μύλῳ, καὶ ἔτριβον ἐν τῇ θυΐᾳ, καὶ ἧψουν αὐτὸ ἐν τῇ χύτρᾳ, καὶ ἐποίουν αὐτὸν ἐγκρυφίας καὶ ἦν ἡ ἡδονὴ αὐτοῦ ὡσεὶ γεῦμα ἐγκρίδος ἐξ ἐλαίου.* Ταῦτα μὲν ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς· ἐν δὲ τῇ Ἐξόδῳ, *Τὸ δὲ γεῦμα αὐτοῦ ὡς ἐγκρὶς ἐν μέλιτι.*

VERS. 23, 24. *Et mandavit nubibus desuper : et portas cœli aperuit, et pluit eis manna ad manducandum.* Ad priora rursus sermonem convertit, quæ habentur in Exodo. Per nubes vero desuper, eas intelligit quæ excelsiores sunt. Aliquæ enim sunt terræ viciniores. Easdem etiam superiores nubes, portas cœli appellavit, quasi cœlo proximiores. C Mandavit autem eis ut pluerent manna. Manna vero erat quasi semen coriandri, et species ejus quasi species crystalli : *Et circuibat*, inquit, *populus et colligens illud mola frangebat, et in mortariolo terebat, coquens in olla, et faciebant ex eo subcinericios panes, eratque suavitas ejus quasi sapor dulcoris cujusdam oleo confecti* [83]. Et hæc quidem in Numeris ita habentur [84]. Nam in Exodo dicitur, quod sapor ejus erat, quasi dulcor quidam ex melle.

Καὶ ἄρτον οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς. Οὐρανὸν ἐνταῦθα, τὸν ἀέρα καλεῖ, ὡς τό· *Τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ*, ἢ καὶ διὰ τὸ δοκεῖν ἀπ' οὐρανοῦ κατάγεσθαι.

Et panem cœli dedit eis. Per cœlum hic aerem intelligit juxta illud : *Volucres cœli.* Vel, quia manna e cœlo videbatur descendere.

Ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος. Οὐχ ὅτι ἀγγέλων ἦν τὸ μάννα τροφὴ, ἀλλ' ὅτι ἄγγελοι διηκόνουν τῇ καθόδῳ αὐτοῦ. Μέμφεται δὲ καὶ ὁ Χριστὸς τοῖς νομίζουσιν οὐράνιον κυρίως τὸν τοιοῦτον ἄρτον· εἴρηκε γάρ· *Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ Μωϋσῆς δέδωκε ὑμῖν τὸν ἄρτον τὸν ἐξ οὐρανοῦ, ἀλλ' ὁ Πατήρ μου δίδωσιν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐξ οὐρανοῦ τὸν ἀληθινόν·* εἴτουν, τὸν ἀληθῶς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Ὅτι δὲ οὐ τροφὴ ἀγγέλων ἦν ὁ ἄρτος

VERS. 25. *Panem angelorum manducavit homo.* D Non hoc dicit, quasi angeli manna vescantur, sed quia angeli illud ministrabant. Accusat namque et Christus eos, qui panem hunc, cœlestem vere panem putabant, dicens : *Amen amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de cœlo : sed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum* [85], hoc est, de cœlo vere descendentem. Quod autem illud manna non esset angelorum cibus, ibidem asserit

[82] Num. XXVI, 11. [83] Exod. XII, 39. [84] Num. XI, 7, 8, 9. [85] Joan. VI, 32.

Variæ lectiones.

(84) Græce *servaturus*.

Christus dicens: *Patres vestri manducaverunt in deserto manna, et mortui sunt. Hic est panis de cœlo descendens, ut quisquis ex eo manducet, non moriatur*[56]. Postquam, inquit, ii qui manna illud manducabant mortui sunt, restat ut cœlestis proprie panis non sit, nec angelorum cibus. Et deinceps ibidem consequitur: *Ego sum panis vitæ*[57], etc.

Cibaria misit eis in abundantiam. Confecta nimirum ex manna, hoc est, panem.

VERS. 26-31. *Transtulit Notum de cœlo, et induxit in virtute sua Africum: et pluit super eos, quasi pulverem carnes, et quasi arenam maris volatilia alata: et cecidit in medium castrorum eorum in circuitu tabernaculorum eorum, et comederunt, et impleti sunt valde, et desiderium eorum attulit eis: non sunt privati a desiderio suo.* Moyses quidem in Numeris ait: *Ecce spiritus a Domino. Et immisit coturnices a mari, et impulit in castra*[58], et quæ sequuntur. Beatus vero David Deum divisisse dicit spiritum, hoc est, ventum, in Notum nimirum atque in Africum: qui venti calida perflant loca, ubi coturnicum genus moratur. *Transtulit* autem *Notum*, hoc est, commovit atque immisit eum. Pluisse vero dicit, quia coturnices superne e cœlo atque condensæ, instar pluviæ cujusdam, ferebantur. Et quia maxima erat earum copia, pulveri eas et arenæ maris etiam comparavit. Tot quippe immissæ sunt, ut sexcenta millia hominum, et quingenti quinquaginta ad saturitatem ex eis diu nutriti sint. *Usque ad mensem* enim, inquit, *dierum manducate, donec exeat ex naribus vestris*[59]. Totidem quippe erant in eo populo homines ad bellum idonei, a viginti annis et supra, absque minori ætate, et mulieribus, et tota tribu Levi. In medio autem castrorum et in circuitu tabernaculorum, pluebat Deus illud manna, ne fatigarentur colligendo. Et per *castra* quidem, universum exercitum intelligit, per *tabernacula* vero, privata cujuslibet tentoria. Et quod ait, attulisse eis Deum desiderium eorum, sane intellige, quod ea a Deo receperint, ob quæ desiderium, et concupiscentiam suam adimpleverunt. Attulit enim eis Deus, quod optabant: desiderium igitur posuit pro re desiderata, quemadmodum et Paulus spem, pro speratæ rei fruitione ponit, quando ait: *Spes autem non pudefacit.*

Adhuc escæ erant in ore ipsorum, et ira Dei ascendit in eos, et occidit plures eorum, et electos Israel compedivit. Nam etsi viderant coturnices, divinæ tamen promissioni non crediderunt, quod scilicet ad mensem usque ad satietatem his avibus nutriendi essent, sed timuerunt ne abvolarent; vel ne cito omnes consumerentur coturnices. Atque ideo *exsiccaverunt eos per gyrum castrorum; et carnes adhuc*, inquit, *erant sub dentibus eorum, priusquam deficerent, et Dominus iratus est in populum, et percussit Dominus populum plaga magna valde*[60].

ἐκεῖνος, πάλιν φησίν· *Οἱ πατέρες ὑμῶν ἔφαγον ἐν τῇ ἐρήμῳ τὸ μάννα, καὶ ἀπέθανον. Οὗτός ἐστιν ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβαίνων, ἵνα τὶς ἐξ αὐτοῦ φάγῃ, καὶ μὴ ἀποθάνῃ.* Ἐπεὶ γάρ, φησίν, φαγόντες ἐκεῖνον ἀπέθανον, οὐκ ἦν κυρίως οὐράνιος, οὐδὲ ἀγγέλων τροφή. Εἶτα λέγει πάλιν· *Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς*, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἐπισιτισμὸν ἀπέστειλεν αὐτοῖς εἰς πλησμονήν. Ἐπισιτισμόν, τὸν ἐκ τοῦ μάννα, ἤτοι ἄρτον.

Ἀπῆρε νότον ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἐπήγαγεν ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ λίβα, καὶ ἔβρεξεν ἐπ' αὐτοὺς ὡσεὶ χνοῦν σάρκας, καὶ ὡσεὶ ἄμμον θαλασσῶν πετεινὰ πτερωτά· καὶ ἐπέπεσεν εἰς μέσον τῆς παρεμβολῆς αὐτῶν κύκλῳ τῶν σκηνωμάτων αὐτῶν. Καὶ ἔφαγον καὶ ἐνεπλήσθησαν σφόδρα, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῶν ἤνεγκεν αὐτοῖς. Οὐκ ἐστερήθησαν ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῶν. Ὁ μὲν Μωϋσῆς ἐν Ἀριθμοῖς φησι. *Καὶ πνεῦμα παρὰ Κυρίου, καὶ ἐξεπέρασεν ὀρτυγομήτραν ἀπὸ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐπέβαλεν ἐπὶ τὴν παρεμβολήν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Δαβὶδ δὲ διῆλεν τὸ πνεῦμα εἰς νότον καὶ λίβα· οὗτοι γὰρ τοὺς θερμοὺς καταπνέουσι τόπους· ἐν οἷς διαιτᾶται τὸ γένος τῆς ὀρτυγομήτρας. Τὸ μέντοι *Ἐπῆρεν*, ἀντὶ τοῦ, Ἐκίνησεν. Ἔβρεξε δὲ εἶπε, διὰ τὸ δίκην βροχῆς ἄνωθεν πυκνῶς καὶ συνεχῶς καταφέρεσθαι. Ὡσεὶ χνοῦν δὲ καὶ ὡσεὶ ἄμμον διὰ τὴν δαψίλειαν καὶ τὸ ἀλλ' ἐπ' ἀλλήλων· ἑξακοσίας γὰρ χιλιάδας καὶ πεντακοσίους καὶ πεντήκοντα ἔθρεψεν εἰς κόρον ἐπὶ πολύ· Φησὶ γάρ· *Ἕως μηνὸς ἡμερῶν φάγεσθε, ἕως ἂν ἐξέλθῃ ἐκ τῶν μυκτήρων ὑμῶν.* Τοσοῦτοι δὲ ἦσαν οἱ πολεμισταί, ἀπὸ εἴκοσι ἔτους καὶ ἀνωτέρω, χωρὶς τῆς κατωτέρας ἡλικίας, καὶ τῶν γυναικῶν, καὶ ὅλης τῆς φυλῆς τοῦ Λευΐ· ἐν μέσῳ δὲ τῆς παρεμβολῆς, καὶ κύκλῳ τῶν σκηνωμάτων, ἵνα μὴ κάμνοιεν συλλέγοντες· καὶ παρεμβολὴν μὲν ὅλον τὸ στρατόπεδον· σκηνώματα δέ, αἱ καταγωγαὶ ἰδίου ἑκάστου. Ἐπιθυμίαν δὲ λέγει νῦν, τὸ ἀποτέλεσμα τῆς ἐπιθυμίας, τουτέστιν, τὸ ἐπιθυμητικόν· ὡς καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλός φησιν· *Ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει.* Τὸ ἀποτέλεσμα λέγων τῆς ἐλπίδος. Ὅ ἐστι τὸ ἐλπιστόν.

Ἔτι τῆς βρώσεως οὔσης ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἀνέβη ἐπ' αὐτούς, καὶ ἀπέκτεινεν ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν, καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς τοῦ Ἰσραὴλ συνεπόδισεν. Ἰδόντες τὴν ὀρτυγομήτραν οὐκ ἐπίστευσαν τῇ ἐπαγγελίᾳ τοῦ Θεοῦ ὑποσχομένου μέχρι μηνὸς διαθρέψαι αὐτοὺς ἐν αὐτῇ εἰς πλησμονήν· ἀλλὰ φοβηθέντες μήποτε ἀποπτῇ ἢ ἀναλωθῇ πᾶσα, *Ἔψυξαν*, φησίν, *ἑαυτοῖς ψυγμοὺς κύκλῳ τῆς παρεμβολῆς, καὶ τὰ κρέα ἔτι ἦν ἐν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν, πρὶν ἢ ἐκλιπεῖν. Καὶ ὁ Κύριος ἐθυμώθη εἰς τὸν λαόν, καὶ ἐπά-*

[56] Joan. vi, 49. [57] Ibid. 35, 48. [58] Num. xi, 31. [59] Ibid. 20. [60] Ibid. 33.

ταξε Κύριος τὸν λαὸν πληγῇ μεγάλῃ σφόδρα. Ὅρα πῶς πρὶν ἢ δαπανηθῆναι τὰ ἐν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν κρέα, ἠπίστησαν, ἐπιλαθόμενοι τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως. Διὸ καὶ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῶν ἐνεπλήσθησαν· εἰς ἔνδειξιν τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως καὶ προνοίας τῆς περὶ αὐτούς. Ἀπέβη δὲ αὐτὸς, εἰς νόσων χολέρας, ὡς εἴρηκε Μωϋσῆς, διὰ τὴν ἀπιστίαν καὶ ἀπληστίαν αὐτῶν, ὑφ' ἧς πολλοὶ ἐφθάρησαν. Τὸ δὲ *Ἐν τοῖς πλείοσιν*, ὁ μὲν Σύμμαχος, *Ἐν τοῖς πίοσιν* ἐξέδωκεν· ὁ δὲ Ἀκύλας, *Ἐν τοῖς λιπαροῖς*. Οὕτως ὀνομάσαντες τοὺς πλουσιωτέρους τοῦ λαοῦ, καὶ ἰσχυροτέρους· εἰκὸς γὰρ αὐτοὺς διὰ τοῦτο, πλεῖον τῶν ἄλλων συλλέγοντας, ἀπληστότερον ἐμφορεῖσθαι. Ὑπήχθησαν δὲ πρὸς τὸν τοιοῦτον λόγον, ἀπὸ τοῦ ἐφεξῆς ῥητοῦ τοῦ, *Καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς τοῦ Ἰσραὴλ, συνεπόδισεν*. Ἡ δὲ τῶν Ἑβδομήκοντα ἐξήγησις, τὸ *Ἐν τοῖς πλείοσιν*, εἶπεν, ὡς ἀξιολογώτερον· ἔστι γὰρ, οὐ συγκριτικὸν, ἀλλ' ἀπόλυτον· καὶ δηλοῖ, τὸ *Ἐν πολλοῖς*, εἴτουν πολλούς· ὅπερ συνᾴδει μᾶλλον τῷ Μωσαϊκῷ λόγῳ· καὶ γὰρ ἐπάταξε Κύριος τὸν λαὸν πληγῇ μεγάλῃ σφόδρα· μεγάλη δὲ πληγή ἐστιν, ὁ πολλῶν θάνατος. Ἐκλεκτοὺς δὲ αὐτοὺς ἐκάλεσεν, ὡς πολεμιστάς· οἱ γὰρ ἀπαριθμηθέντες ἀνωτέρω, πάντες πολεμισταὶ ἦσαν, ἐπιλεγέντες εἰς τὸ παρατάττεσθαι.

Ἐν πᾶσι τούτοις ἥμαρτον ἔτι. Ἐν πᾶσιν οἷς τε εὐηργετοῦντο, καὶ οἷς ἐκολάζοντο ἥμαρτον ἔτι ἄλλα τε πολλὰ, καὶ ὅτι ἐδειλίασαν τοὺς ἐνοικοῦντας τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας, μὴ θαῤῥήσαντες τῷ ἐπαγγελλομένῳ Θεῷ.

Καὶ οὐκ ἐπίστευσαν ἐν τοῖς θαυμασίοις αὐτοῦ. Ἀπὸ ταυτομάτου ταῦτα συμπίπτειν ὑπολαμβάνοντες. Πανταχοῦ δὲ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν στηλιτεύει ὁ Δαβὶδ ἀφ' ἧς ἐκινδύνευον, περὶ ἧς καὶ ὁ Θεὸς εἴρηκεν· *Ἕως πότε παροξύνει με ὁ λαὸς οὗτος; Καὶ ἕως τίνος οὐ πιστεύουσί μοι ἐν πᾶσι τοῖς σημείοις οἷς ἐποίησα ἐν αὐτοῖς;* Καὶ ὁ Χριστὸς δὲ ὕστερον γενεὰν ἄπιστον, τοὺς ἐξ Ἰουδαίων ὠνόμασεν.

Καὶ ἐξέλιπον ἐν ματαιότητι αἱ ἡμέραι αὐτῶν. Ἐν ἀπραξίᾳ καλοῦ, ἐν ἐπιθυμίαις σαρκικαῖς. Μόνα γὰρ ταῦτα διώκοντες, ἐν τῇ ἐρήμῳ πάντες ἀπώλοντο. Εἶπε γὰρ ὁ Θεός· *Ἡ μὴν, οὐκ ὄψονται τὴν γῆν, ἣν ὤμοσα τοῖς πατράσιν αὐτῶν. Ἀλλ' ἢ τὰ τέκνα αὐτῶν ἅ ἐστι μετ' ἐμοῦ ὧδε· ὅσοι οὐκ οἴδασιν ἀγαθὸν ἢ κακόν*. Καὶ πάλιν φησίν· *Ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ πεσεῖται τὰ κῶλα ὑμῶν*. Καὶ αὖθις· *Ἐγὼ Κύριος ἐλάλησα· ἢ μὴν οὕτως ποιήσω τῇ συναγωγῇ ταύτῃ τῇ πονηρᾷ τῇ ἐπισυνισταμένῃ ἐπ' ἐμέ· ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ ἐξαναλωθήσεται, καὶ ἐκεῖ ἀποθανεῖται.*

A Vide quo pacto antequam carnes consumerentur, quas in ore habebant, fide defecerint, et divinæ virtutis obliti sint: unde desiderio quidem suo satiati sunt, ut divina erga eos Providentia et virtus conspiceretur; ob eorum tamen infidelitatem et ventris ingluviem, effectus est ille cibus tandem eis in nauseam: ob quod multi eorum periere, ut apud Moysem legimus. Quod vero LXX hic *Plures eorum* dixerunt, Symmachus, *Pingues* reddidit: et Aquila ad eumdem sensum, *Abundantes*, periisse intelligentes, ditiores quoslibet, ac fortiores in populo. Verisimile est autem illos ingluviem suam cæteris magis explesse, quod plura aliis colligerent. Puto etiam Aquilam et Symmachum, in hujusmodi sensum adductos, B ob alia verba, quæ hic proxime habentur: *Et electos Israel compedivit*. LXX etiam (85) non *Plures* dixerunt, ut mortuos superstitibus compararent, sed *Plures*, pro Multis dixerunt. Ita enim consonant verba Moysi: *Percussit* enim, inquit, *Dominus populum plaga magna valde*. Magna autem plaga in multorum verificatur interitu. Electos vero dixit veluti strenuos in bello. Erant enim omnes hi, quos superius commemoravi, summopere ad bellum idonei: atque ideo ad hoc selecti ut in acie præ cæteris dimicarent.

VERS. 32. *In omnibus his peccaverunt adhuc*. Ad hæc omnia, inquit, hoc est, post tot et beneficiorum et suppliciorum exempla, adhuc in multis C Deum offendebant, atque inter cætera quod habitatores illos terræ promissionis adeo formidarent, non credentes divinæ promissioni.

VERS. 33. *Et non crediderunt in mirabilibus ejus*. Putabant enim ea omnia fortuito, ac casu contigisse. Ubique autem Propheta eorum infidelitatem carpit, ob quam periclitabantur, et de qua ipse etiam Deus dixit: *Quousque irritabit me populus iste? Et quousque mihi non credent in omnibus signis, quæ feci inter eos* [61]. Unde etiam Dominus noster incredulam generationem Judæos appellavit, dicens: *Generatio incredula et perversa* [62].

VERS. 33. *Et defecerunt in vanitatem dies eorum*. Præclarum virtutis opus nullum agebant, sed carnis concupiscentias sequebantur. Unde omnes in D deserto mortui sunt, sicut eis dixit Deus: *Terram enim*, inquit, *quam juravi patribus eorum, nulli alii videbunt, quam eorum filii, qui mecum hic sunt, quicunque non noverunt bonum, aut malum* [63]. Item alibi: *In hac*, inquit, *eremo cadent corpora vestra*. Et rursus: *Ego Dominus locutus sum, sic profecto faciam huic congregationi pravæ, quæ insurrexit in me in deserto hoc: consumetur quippe, et illic morietur* [64].

[61] Num. XIV, 11. [62] Matth. XVII, 16. [63] Num. XIV, 23, 24; Deut. I, 35, 36. [64] Num. XIV, 28, 29.

Variæ lectiones.

(85) Ad verbum: *Septuaginta vero interpretati sunt in pluribus, quasi dictu nobilius. Est enim hæc dictio non comparative, sed absolute posita, valetque* in multis, *seu* multos, *quod magis consonat verbis*, etc.

Et anni eorum cum festinatione. Cum festinatione, inquit, defecerunt ad vana. Vel ideo dicit *cum festinatione*, quia ob levitatem, quam secum affert voluptas, anni celeriter iis omnibus pertransire videntur, qui otiose ac negligenter vivunt. Nam iis qui per virtutem operantur, ob laboris intensionem, tardior videtur annorum decursus. Vel ideo dicit defecisse cum festinatione, quia cito mortui sunt.

VERS. 34, 35. *Cum occideret eos, quærebant eum.* Quando contulit in eos Deus beneficia, divinum munus non agnoscebant; quando autem eos malis afflixit, castigatiores pariter ac prudentiores effecti sunt.

Et revertebantur, et diluculo veniebant ad eum et rememorati sunt, quod Deus adjutor eorum est, et Deus altissimus redemptor eorum est. In hujusmodi etiam sententiam a Moyse dictum est quod summo mane flebant.

VERS. 36. *Et dilexerunt eum in ore suo.* Dilexerunt autem, non affectu cordis, sed nudis verbis. Hujusmodi vitio Isaias etiam ex persona Domini eos accusat, dicens: *Populus hic labiis me diligit, cor autem eorum longe est a me* [65].

Et lingua sua mentiti sunt ei. Verbis quidem se ei credere affirmabant, re autem ipsa increduli erant, adversabanturque sibi invicem cogitationes et sermones eorum, juxta quod in simili Apostolus dicebat: *Deum se scire confitentur, factis autem negant* [66].

VERS. 37. *Cor autem eorum non erat rectum cum eo.* Non erat rectum eorum cor erga Deum. Simile est quod alibi ait: *Generatio, quæ non direxit cor suum* [67].

Nec fideles habiti sunt in testamento ejus. Hoc etiam simile ei est, quod vidimus in præcedentibus: *Et non fuit fidelis cum Deo spiritus ejus.* Neque enim fidem ullam habebant in iis, quæ Deus illis pollicebatur.

VERS. 38. *Ipse autem misericors et propitius erit peccatis eorum, et non perdet. Propitius erit et non perdet*, pro Propitius fuit et non perdidit, tempus nimirum ponens pro tempore; neque enim eos tunc statim perdidit, sed longanimis fuit. Dixisse enim eum legimus ad Moysem: *Placatus sum eis juxta verbum tuum* [68]. Vel, Non prorsus eos perdidit.

Et abundabit ut avertat furorem suum, et non accendet omnem iram suam. Hæc verba etiam, *Abundabit*: et *Accendet*, posita sunt, pro Abundavit, et Accendit. Abundavit, inquit, Deus in misericordia, ut furorem suum averteret. Est autem hic sermo defectivus, quemadmodum et verba illa, quæ habentur in psalmo LXIV: *Multiplicasti locupletare eam.* Non accendit autem Deus omnem iram suam; universi etenim prorsus periissent, si omnem iram suam accendisset. Summa etenim usus est misericordia, dum ex parte tantum iratus est. Dixit enim ad Moysem:

A *Καὶ τὰ ἔτη αὐτῶν μετὰ σπουδῆς.* Τῆς εἰς τὰ μάταια. Ἢ καὶ ἄλλως· μετὰ σπουδῆς ἐξέλιπον. Τοῖς μὲν γὰρ ἐν ἀμελείᾳ βιοῦσι ταχυδρομεῖν δοκεῖ πᾶς ἐνιαυτὸς, διὰ τὸ λεῖον τῆς ἡδονῆς· τοῖς ἐργαζομένοις δὲ τὴν ἀρετὴν, βραδυπορεῖν μᾶλλον διὰ τὴν τοῦ πόνου παράτασιν. Ἢ τὰ ἔτη αὐτῶν μετὰ σπουδῆς ἐξέλιπον, ὡς ταχέως ἀποθανοῦντες.

Ὅταν ἀπέκτεινεν αὐτοὺς, τότε ἐξεζήτουν αὐτόν. Εὐεργετούμενοι οὐκ ᾔσθάνοντο· κολαζόμενοι δὲ ἐσωφρόνουν.

Καὶ ἐπέστρεφον, καὶ ὤρθριζον πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ ἐμνήσθησαν ὅτι ὁ Θεὸς βοηθὸς αὐτῶν ἐστιν, καὶ ὁ Θεὸς ὁ ὕψιστος λυτρωτὴς αὐτῶν ἐστιν. B Φησὶ καὶ περὶ τούτου Μωσῆς ὅτι ὤρθριζον κλαίοντες.

Καὶ ἠγάπησαν αὐτὸν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν. Οὐκ ἀπὸ διαθέσεως καρδίας, ἀλλὰ λόγοις μόνον εὐφήμοις. Ὅμοια δὲ καὶ Ἡσαΐας ἐγκαλεῖ τοῖς Ἰουδαίοις, λέγων· *Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ.*

Καὶ τῇ γλώσσῃ αὐτῶν ἐψεύσαντο αὐτῷ. Λόγῳ μὲν, πιστεύειν αὐτῷ καὶ πείθεσθαι ἐπαγγελλόμενοι· ἔργῳ δὲ ἀπιστοῦντες καὶ ἀπειθοῦντες αὐτῷ. Ἀντεφθέγγοντο γὰρ τοῖς λόγοις οἱ λογισμοί. Φησὶ δὲ καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλος· *Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται.*

Ἡ δὲ καρδία αὐτῶν οὐκ εὐθεῖα μετ' αὐτοῦ. C Οὐκ ὀρθὴ πρὸς αὐτόν. Ὅμοιον δὲ τοῦτο, τῷ· *Γενεὰ, ἥτις οὐ κατεύθυνε τὴν καρδίαν ἑαυτῆς.*

Οὐδὲ ἐπιστώθησαν ἐν τῇ διαθήκῃ αὐτῶν. Καὶ τοῦτο παραπλήσιον τῷ· *Οὐκ ἐπιστώθη μετὰ τοῦ Θεοῦ τὸ πνεῦμα αὐτῆς.* Οὐ γὰρ ἐπίστευσαν, οἷς ἐπηγγείλατο αὐτοῖς.

Αὐτὸς δέ ἐστιν οἰκτίρμων, καὶ ἱλάσεται ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν, καὶ οὐ διαφθερεῖ. Τὸ *Ἱλάσεται*, ἀντὶ τοῦ Ἱλάσατο, ἀντιχρονικῶς. Ὁμοίως καὶ τὸ, *Οὐ διαφθερεῖ*· οὐ διέφθειρε γὰρ αὐτοὺς εὐθύς. Ἀλλ' ἐμακροθύμει. Εἴρηκε γὰρ πρὸς Μωϋσῆν· *Ἵλεως αὐτοῖς εἰμι κατὰ τὸ ῥῆμά σου.* Ἢ οὐ τέ- D λεον ἔφθειρεν αὐτούς.

Καὶ πληθυνεῖ τοῦ ἀποστρέψαι τὸν θυμὸν αὐτοῦ, καὶ οὐχὶ ἐκκαύσει πᾶσαν τὴν ὀργὴν αὐτοῦ. Ἔτι καὶ τὸ, *Πληθυνεῖ*, καὶ τὸ, *Οὐχὶ ἐκκαύσει*, κατὰ ἀντιχρονίαν κεῖνται. Καὶ ἐπλήθυνε, φησὶ, τοῦ οἰκτείρειν. Εἴτουν λίαν αὐτοὺς ᾤκτειρεν, ὥστε ἀποστρέψαι τὸν θυμὸν αὐτοῦ. Οὕτως οὖν κατ' ἔλλειψιν, καὶ ἐν τῷ ξδ' ψαλμῷ, τό· *Ἐπλήθυνας τοῦ πλουτίσαι αὐτήν.* Καὶ οὐκ ἐξέκαυσε πᾶσαν τὴν ὀργὴν αὐτοῦ· ἢ γὰρ ἂν αὐτίκα τούτους πανολεθρίᾳ διέφθειρεν· ἀλλ' ἐκ μέρους ὀργιζόμενος ἐφιλανθρωπεύετο· εἶπεν γὰρ πρὸς Μωϋσῆν· *Ἔασόν με*,

[65] Isa. XXIX, 13. [66] Tit. I, 16. [67] Psal. LXXVII, 8. [68] Exod. XXXII, 14.

καὶ θυμωθεὶς ὀργῇ ἐκτρίψω αὐτούς. Ἢ ἐκ μέτρου ὀργιζόμενος, καὶ ἐκ μέρους ἐκόλαζε.

Καὶ ἐμνήσθη ὅτι σάρξ εἰσι, τὸ πνεῦμα πορευόμενον, καὶ οὐκ ἀποστρέφον. Ἔτι καὶ διὰ τοῦτο ἐμακροθύμησεν, ὅτι σάρξ ἦσαν, ἀσθενεῖς καὶ ὀλιγοχρόνιοι, καὶ πνεῦμα οὐ παραμένον τῷ βίῳ, ἀλλ' ἐντεῦθεν πορευόμενον, καὶ οὐκ ἔτι πρὸς αὐτὸν ἐπιστρέφον. Τὸ δὲ *Ἐμνήσθη* πολλαχοῦ τῆς Ἑβραΐδος γραφῆς εὑρήσεις ἐπὶ τοῦ Θεοῦ λεγόμενον μεταφορικῶς. Ὥσπερ γὰρ τὴν τῆς συνήθους προστασίας ἀναβολὴν λήθην ὀνομάζει, οὕτω δὴ καὶ τὴν τηνικαῦτα ἀντίληψιν μνήμην ἀνθρωποπρεπέστερον καλεῖν εἴωθε, διὰ τὴν τῶν ἐντυγχανόντων παχύτητα.

A *Dimitte, et accensus ira in eos, conteram eos* [69] vel, ex parte iratus est, et ex parte eos punivit.

VERS. 39. *Et recordatus est, quia caro sunt, spiritus vadens et non revertens.* Hac etiam de causa majori longanimitate usus est, quia caro erant infirma scilicet et parum diuturna, et spiritus qui cum vita non permanet. Ubi enim ex hac vita semel profectus est, ad eamdem rursus non redit. Illud observandum est, quod metaphorice scriptura Deum dicit reminisci. Nam quemadmodum oblivisci eum aliquorum dicimus, quando differ ut laborantibus atque afflictis opem atque auxilium suum impertiat, sic contra, humano more memorem eum appellamus, quando iisdem præsto est. Hoc autem loquendi modo Propheta sæpe utitur, ut lectoris hebetudini se accommodet.

Ποσάκις παρεπίκραναν αὐτὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ, παρώργησαν αὐτὸν ἐν γῇ ἀνύδρῳ; Πολλάκις ὡς ἔξεστιν εὑρεῖν ἐκ τῆς ἱστορίας. Ὅρα δὲ πονηρίαν. Οὐ μόνον γὰρ πολλάκις παρεπίκραναν αὐτὸν, καὶ παρώργησαν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔνθα μᾶλλον ἐχρῆν θεραπεύειν αὐτὸν διὰ τὴν ἀπορίαν. Καὶ ἐν γῇ ἀνύδρῳ, ἔνθα ἔδει ταπεινοῦσθαι καὶ ἱκετεύειν διὰ τὴν ἀνάγκην.

Καὶ ἐπέστρεψαν, καὶ ἐπείρασαν τὸν Θεὸν, καὶ τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ παρώξυναν. Ἐνταῦθα τὸ, *Ἐπέστρεψαν*, ἐπὶ κακοῦ εἴληπται· ἐπέστρεψαν γὰρ ἀπὸ ταύτης κακίας εἰς ἄλλην. Τινὲς δὲ τὸ *Ἐπείρασαν* ἀντὶ τοῦ Ἐλύπησαν ἐξεδέξαντο. Ἅγιον δὲ τοῦ Ἰσραὴλ καλεῖ τὸν Θεόν· ὃ δηλοῖ τὸν αἰνετὸν καὶ δεδοξασμένον.

Οὐκ ἐμνήσθησαν τῆς χειρὸς αὐτοῦ. Χεῖρα τὴν δύναμιν καλεῖ· τὴν εὐεργετοῦσαν μὲν τοὺς Ἑβραίους, κακοῦσαν δὲ τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν.

Ἡμέρας ἧς ἐλυτρώσατο αὐτοὺς ἐκ χειρὸς θλίβοντος. Ἀπὸ κοινοῦ κἀνταῦθα τὸ, *Οὐκ ἐμνήσθησαν. Θλίβοντος* δὲ τὸν Φαραὼ καλεῖ.

Ὡς ἔθετο ἐν Αἰγύπτῳ τὰ σημεῖα αὐτοῦ, καὶ τὰ τέρατα αὐτοῦ ἐν πεδίῳ Τάνεως. Οὐδὲ ἐμνήσθησαν ὅπως ἔθετο τὰ σημεῖα αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. Σημεῖα μὲν οὖν καὶ τέρατα πολλοὶ τὰ αὐτά φασι κατὰ ἀναδίπλωσιν τοῦ ῥητοῦ. Τινὲς δὲ σημεῖα μὲν ἐκάλεσαν ὅσα κατὰ φύσιν ἐλυμαίνοντο, ὡς τὴν νόσον τῶν κτηνῶν· φύσις γὰρ αὐτῇ θανατοῦν· καὶ τὴν (86) φθορὰν τῆς ἀκρίδος· φύσις γὰρ καὶ ταύτῃ φθείρειν τοὺς καρπούς. Τέρατα δὲ, ὅσα παρὰ φύσιν, ὡς τὴν τοῦ ὕδατος εἰς αἷμα μεταβολὴν, καὶ τὴν τῶν ἐνύδρων βατράχων ἐπὶ ξηρᾶς διατριβὴν, καὶ τὰ τοιαῦτα.

B VERS. 40. *Quoties exacerbaverunt eum in deserto, irritaverunt eum in terra inaquosa?* Sæpe nimirum, ut ex ipsa licet perspicere historia. Verum illorum considera pravitatem, neque enim tantummodo eum sæpe exacerbaverunt, sed in deserto etiam, atque in inaquoso id fecerunt, quando ob summam indigentiam inservire eos magis Deo atque humiliari et supplicare oportebat.

Variæ lectiones.

(92) Verbum. *Pabulum autem Dei, jus mandata.*

est, et quia Judæi nobis ad fidem magis proximi sunt, quam reliquæ nationes : quanquam et ipsos hæreticos possumus vicinos nostros appellare, cum in multis dogmatis nobiscum sentiant. Contempserunt autem Christum hæretici, dum valde blasphema adversus illius divinitatem loquuntur, quemadmodum Sabellius et Arius. Vel adversus illius humanitatem, quemadmodum Apollinarius, et Nestorius.

A ἀνθρωπότητος αὐτοῦ, ὡς ὁ Ἀπολινάριος καὶ Νεστόριος.

In finem, pro iis qui commutandi sunt, testimonium ipsi Asaph, Psalmus pro Assyrio.

PSALMUS LXXIX.

In finem dictum est, non solum ob prophetias quæ in psalmo continentur, ut sæpe diximus, sed quia finem, hoc est, consumptionem continet Judaicæ felicitatis. Prædicit enim obsidionem et captivitatem eorum et quæcunque alia a Babyloniis passi sunt, qui primæ eorum felicitati finem imposuerunt. Quod vero ait *pro iis qui commutandi sunt*, ut alibi jam declaravimus, immutationem rerum indicat. *Testimonium* autem dixit, quia contestatur Propheta in hoc psalmo, et annuntiat futuras calamitates, studens nimirum, ut aliquo pacto ob timorem saltem Judæi sapientiores fierent. De Asaph etiam alibi prædictum est. Per Assyrium vero, ipsum intelligit Nabuchodonosor Babylonium, qui de Assyriis genus trahebat. *Pro Assyrio* igitur, dixit, pro, de Assyrio, hoc est de iis quæ Assyrius Nabuchodonosor gessit adversus Judæos.

VERS. 2. *Qui pascis Israel, intende.* Per Israelem, vel ipsum Jacob patriarcham intelligit, cui Deus pollicitus est, se ei semper adfuturum et servaturum se eum in periculis; vel ipsum populum, qui ab eo originem traxit. Dictum est enim in præcedenti psalmo, quod duxit Deus hunc populum, quasi gregem in deserto. *Qui pascis* autem, posuit, pro, Qui pavisti; et similiter, *Qui deducis*, pro, Qui deduxisti. Efferendus est autem hic psalmus ex eorum persona, qui tunc ab hostium gladio evaserunt.

Qui deducis quasi ovem Joseph. Vel ipsum patriarcham intelligit Joseph, cui Deus in periculis, ut dux optimus, præsto fuit. Scriptum enim legimus quod *erat Dominus cum Joseph*; vel ipsum populum. Tanta enim universo populo beneficia præstita sunt ab hoc patriarcha, et tantam omnium curam habuit, ut pater omnium tribuum esse visus sit. Unde sæpenumero Propheta illum, veluti omnium tribuum patrem appellat (tametsi Ephraim, et Manasses tantum ab eo descenderint), unde in psalmo LXXVI dixit : *Filios Jacob et Joseph.* Ubi etiam diximus.

VERS. 3. *Qui sedes super Cherubim manifestare coram Ephraim, Benjamin et Manasse.* Cum mandasset Moysi Dominus, ut Cherubim duo aurea conficeret, utque ex utraque propitiatorii parte ea poneret, subjungit : Et cognoscar illic a te, et loquar tibi desuper propitiatorium [84]. *Manifestare* autem *coram Ephraim*, etc., ac si diceret : Opto, ut cognoscaris venisse coram iis qui derelicti sunt, quos Ephraim, Benjamin et Manassem appellavit.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων μαρτύριον τῷ Ἀσάφ, ψαλμὸς ὑπὲρ τοῦ Ἀσσυρίου.

ΨΑΛΜΟΣ ΟΘ'.

Τὸ *Εἰς τὸ τέλος* οὐ μόνον διὰ τὰς ἐμφερομένας προφητείας, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ἀποτείνεσθαι τὸν ψαλμὸν εἰς τὸ τέλος τῆς εὐκληρίας τῶν Ἰουδαίων. Προφητεύει γὰρ τὴν πολιορκίαν, καὶ τὸν ἀνδραποδισμὸν, καὶ ὅσα πεπόνθασιν ὑπὸ Βαβυλωνίων, τέλος ἐπιθέντα αὐτοῖς τῆς προτέρας B εὐδαιμονίας, εἴτουν, ἐκκοπήν. Τὸ δὲ, *Ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων*, καὶ ἐν ἄλλοις τῶν προλαβόντων ψαλμῶν, πανταχοῦ δὲ μεταβολὴν πραγμάτων σημαίνει. *Μαρτύριον* δὲ, ὅτι διαμαρτύρεται, εἴτουν ἀναγγέλλει τὰς ἐσομένας συμφοράς· εἴ πως σωφρονέστεροι τῷ φόβῳ γένωνται οἱ Ἰουδαῖοι. Περὶ δὲ τοῦ Ἀσὰφ προείρηται· τὸ δὲ, *Ὑπὲρ τοῦ Ἀσσυρίου*, ἀντὶ τοῦ, Περὶ τοῦ Ἀσσυρίου· λέγει δὲ τὸν Βαβυλώνιον Ναβουχοδονόσωρ, ὡς ἐξ Ἀσσυρίου ἕλκοντα τὸ γένος. Περὶ τοῦ Ἀσσυρίου δὲ, ἤγουν περὶ ὧν ἐποίησεν Ἰουδαίοις.

Ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ, πρόσχες. Ἰσραὴλ, ἢ τὸν πατριάρχην Ἰακὼβ λέγει· διότι ὑπέσχετο C αὐτῷ ὁ Θεὸς συνεῖναι καὶ φυλάττειν αὐτὸν, ἢ τὸν ἐξ ἐκείνου καταγόμενον λαόν. Εἴρηται γὰρ ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ, ὅτι καὶ ἀνήγαγεν αὐτοὺς ὡσεὶ ποίμνιον, ἐν ἐρήμῳ. Τὸ δὲ *Ὁ ποιμαίνων*, ἀντὶ τοῦ Ὁ ποιμάνας. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἑξῆς, Ὁ ὁδηγήσας. Ἐσχημάτισται γὰρ ὁ ψαλμὸς εἰς πρόσωπον τῶν τηνικαῦτα διαδράντων τὸν θάνατον.

Ὁ ὁδηγῶν ὡσεὶ πρόβατον τὸν Ἰωσήφ. Ἰωσὴφ πάλιν ἢ τὸν αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν Ἰωσὴφ ὀνομάζει, διότι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἐν πᾶσιν ἐχειραγώγει κινδυνεύοντα· γέγραπται γάρ· *Καὶ ἦν Κύριος μετὰ Ἰωσήφ*· ἢ τὸν δηλωθέντα λαόν· πατέρα γὰρ ὅλου τοῦ λαοῦ καὶ τὸν Ἰωσὴφ καλεῖ, ὡς καὶ ἐν τῷ ος' ψαλμῷ φησι· D *Τοὺς υἱοὺς Ἰακὼβ καὶ Ἰωσήφ*· ὅπου καὶ τὴν ἐξήγησιν εὑρήσεις.

Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, ἐμφάνηθι ἐναντίον Ἐφραῒμ, καὶ Βενιαμὶν, καὶ Μανασσῆ. Ἐντειλάμενος ὁ Θεὸς τῷ Μωϋσῇ ποιῆσαι δύο Χερουβὶμ χρυσᾶ τορευτὰ, καὶ ἐπιθεῖναι ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν τοῦ ἱλαστηρίου, εἴρηκεν ὅτι *Γνωσθήσομαί σοι ἐκεῖθεν. Καὶ λαλήσω σοι ἄνωθεν τοῦ ἱλαστηρίου*· ἀνὰ μέσον τῶν δύο Χερουβὶμ ἐν τῷ ὁμιλεῖν. *Ἐμφάνηθι* δὲ, εἴτουν Γνώσθητι, ὅτι ἦλθες βοηθὸς ἐνώπιον τῶν ὑπολελειμμένων· οὓς ὠνόμασεν

[84] Exod. XXV, 22.

Ἐφραῒμ, καὶ Βενιαμὶν, καὶ Μανασσῆ. Ἐπεὶ γὰρ τοῦ Ἰωσὴφ ἐμνήσθη, εἰκότως ἐπεμνήσθη καὶ τῶν φιλτάτων δύο υἱῶν αὐτοῦ Ἐφραῒμ καὶ Μανασσῆ, καὶ τοῦ ἠγαπημένου αὐτῷ ἀδελφοῦ Βενιαμὶν, ὡς μόνου ὁμομητρίου. Καὶ ἀπὸ τούτων τὸν λαὸν ὠνόμασεν, ἵνα διὰ τὴν ἀρετὴν τοῦ Ἰωσὴφ ἐπικαμφθῇ ὁ Θεὸς τῷ γένει τῶν τέκνων, καὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Χρὴ δὲ γινώσκειν ὅτι εἰ καὶ πρεσβύτερος υἱὸς ὁ Μανασσῆς ἦν, ἀλλ' οὖν ὁ Μωϋσῆς πανταχοῦ τὸν Ἐφραῒμ προτίθησιν, ὡς παρὰ τοῦ Ἰακὼβ προτιμηθέντα, μᾶλλον εὐλογηθέντα· καὶ συζεύγνυσιν ἀεὶ τοῖς υἱοῖς τοῦ Ἰωσὴφ τὸν Βενιαμὶν, ὡς οἰκεῖον· καὶ αὐτὸν τῷ Ἰωσὴφ, διὰ τὸ ὁμομήτριον, καὶ ὡς εὐθὺς μετὰ τὸν Ἰωσὴφ γεννηθέντα· τῷ Μωϋσῇ δὲ νῦν καὶ ὁ Δαβὶδ κατηκολούθησεν. Ἐπεὶ δὲ, τῆς τοῦ Λευῒ φυλῆς τῆς λατρείας τοῦ Θεοῦ ἀφορισθείσης, ἀντὶ ταύτης παρελήφθη ἡ τοῦ Μανασσῆ εἰς τὸ στρατεύεσθαι, εἰκότως νῦν τελευταία τέτακται, ὡς ἐξ ἡμισείας οὖσα φυλὴ καὶ ἀσθενεστέρα τῆς Βενιαμίτιδος, ὥσπερ δὴ κἀκείνη τῆς Ἐφραϊμίτιδος. Ἄλλως τε καὶ αἱ φυλαὶ αὗται τολμηρότεραι τῶν ἄλλων ἦσαν· εἰς τιμὴν δὲ τοῦ Ἰωσὴφ οἱ δύο υἱοὶ αὐτοῦ φύλαρχοι γεγόνασιν.

A Nam ex quo meminerat patriarchæ Joseph, merito duorum etiam maxime dilectorum ei filiorum meminit, Ephraim nimirum et Manasse, et præ cæteris omnibus charissimi etiam fratris Benjamin, quem unicum ex eadem matre fratrem habebat. Ab his autem tribus patriarchis universum populum nominavit: atque hoc, ut ob egregias virtutes patriarchæ hujus Joseph flecteretur et placabilior fieret Deus erga illius posteros. Illud etiam sciendum est, quod Manasses erat major natu, et tamen Moyses ipsum Ephraim ei passim præponit: quia præhonoratus fuerat ab avo Jacob, et majores fuerat benedictiones consecutus: quodque passim Benjamin a Moyse conjungitur cum filiis Joseph, veluti qui ob prædictam rationem illi esset B magis devinctus, et quia statim natus fuerat post ipsum Joseph, ideo beatus David Moysem secutus eumdem ordinem in eorum commemoratione servavit; et quoniam loco tribus Levi, quæ divino cultui fuerat dicata, assumpta est tribus Manasse ad militandum, non temere omnium nunc extrema ponitur, veluti quæ ex dimidio, ut ita dicam, erat tribus, et quia etiam imbecillior erat tribu Benjamin, quemadmodum et ipsa tribus Benjamin inferior erat tribu Ephraim. Vel aliter: Hæ tribus cæteris omnibus erant audaciores, et in honorem patriarchæ Joseph ambo ejus filii tribuum principes fuere.

Ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς. Ἐξανάστησον τὴν ὑπερφερῆ δύναμίν σου, εἰς ἀντίληψιν ἡμῶν, καθεύδουσαν τῇ μακροθυμίᾳ· εἴρηται δὲ ἡμῖν διαφόρως ὅτι τὰς ἀνθρωπίνας ἐνεργείας καὶ τὰ πάθη ἡ Ἑβραῒς Γραφὴ τῷ Θεῷ περιτίθησιν· παχύτερον διαλεγομένη, διὰ τὴν τῶν Ἑβραίων παχύτητα. Καὶ περιττὸν ἐφ' ἑκάστης λέξεως τοιαύτης τὰ αὐτὰ λέγειν. Διὸ χρὴ τῷ κανόνι τούτῳ χρῆσθαι δι' ὅλων τῶν ὁμοιοτρόπων.

Excita potentiam tuam, et veni, ut salvos facias nos. Supremam quæso potentiam tuam, quæ ob diuturnam longanimitatem tuam quodammodo dormitare videtur, suscita in auxilium nostrum. C Illud a nobis jam sæpenumero dictum est, quod sacra Scriptura Deo passim actiones et passiones ascribit humanas, crassiori admodum more locuta, ut Hæbræorum habetudini inserviret. Superfluum est autem eadem sæpius repetere. Atque ideo hujusmodi regulam, in similibus loquendi modis opportunum est observare.

Ὁ Θεὸς, ἐπίστρεψον ἡμᾶς. Ἀπὸ θλίψεως εἰς χαρὰν, ἢ ἀπὸ φυγῆς εἰς ἀντίστασιν, ἢ ἀπὸ δουλείας εἰς ἐλευθερίαν, ἢ ἀπὸ τῆς ξένης ἐπὶ τὴν πατρίδα. Ἢ ἐπίστρεψον ἡμᾶς πρὸς σὲ, συνεργῶν εἰς τὰ σὰ θελήματα. *Ἐπιστράφητε* γὰρ, φησὶ, *πρός με, καὶ ἐπιστραφήσομαι πρὸς ὑμᾶς.*

Ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου, καὶ σωθησόμεθα. Ἐμφάνισον μόνον τὸ πρόσωπόν σου, καὶ ἀρκεῖ τοῦτο πρὸς σωτηρίαν ἡμῖν· μεταφορικὸς δὲ ὁ λόγος. Ἀριστέως γὰρ ἐπιφανέντος, οἱ μὲν οἰκεῖοι ἀναθαῤῥεύουσιν, οἱ δὲ πολέμιοι τρέπονται.

VERS. 4. *Deus, converte nos.* A tribulatione in gaudium, a fuga ad pugnam, a servitute ad libertatem, ab aliena regione in patriam. Vel, Converte nos ad te, et nobis cooperare, ut voluntatem tuam valeamus perficere, juxta illud: *Convertimini ad me, et ego convertar ad vos* [88].

Ostende faciem tuam, et salvi erimus. Indica nobis, inquit, et demonstra faciem tuam: et hoc D erit nobis satis ad salutem. Sermo est metaphoricus. Ubi enim aliquis dux, aut imperator certantibus militibus supervenerit, continuo suis quidem animum et vires præstat, hostibus vero timorem.

Κύριε, ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ἕως πότε ὀργίζῃ ἐπὶ τὴν προσευχὴν τῶν δούλων σου; Τὸ, Ὀργίζῃ, εἶπεν, ἀντὶ, Οὐκ ἐπιβλέπεις· ἀπὸ τοῦ προηγουμένου τὸ ἑπόμενον· ἕπεται γὰρ τοῖς ὀργιζομένοις τὸ μὴ βλέπειν ἐπὶ τὰς δεήσεις τῶν παροργισάντων.

VERS. 5. *Domine, Deus virtutum, usquequo irasceris ad orationem servorum tuorum? — Irasceris* dixit, pro Non respicis, a præcedentibus significans id quod consequitur. Solent enim qui irascuntur, ad illorum petitiones non respicere, qui eos ad iram provocarunt.

Ψωμιεῖς ἡμᾶς ἄρτον δακρύων καὶ ποτιεῖς

VERS. 6. *Cibabis nos pane lacrymarum et potabis*

[88] Zachar. I, 3.

nos lacrymis in mensura? A communi sensu sumenda est dictio *Usquequo!* — *Cibabis* autem, hoc est, Dabis ad manducandum. Usquequo, inquit, voles, ut manducemus panem, et bibamus vinum in lacrymis? Indicat autem his verbis, quod simul cum lacrymis panem et vinum sumebant. Vel, Usquequo pro cibo et potu præbebis nobis lacrymas? *In mensura* autem dixit, pro Ad mensuram, hoc est, ad delictorum nostrorum proportionem et modum. Aquila autem et Symmachus: *Cibasti* nos, dixerunt et *Potasti*.

Vers. 7. *Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris, et inimici nostri subsannaverunt nos.* In contradictionem, hoc est, in opprobrium. Eadem autem repetit quæ in superiori psalmo dicta sunt, ibi: *Facti sumus opprobrium vicinis nostris, subsannatio et derisio iis qui in circuitu nostro sunt* [86].

Vers. 8. *Domine, Deus virtutum, converte nos, ostende faciem tuam, et salvi erimus.* Hæc etiam superius dicta sunt. Repetitione autem sermonis intensionem precum suarum demonstrat.

Vers. 9. *Vineam ex Ægypto transtulisti.* Antiqua commemorat beneficia, narrans unde Hebræorum genus evenerit. Ex Ægypto autem, translata est in Palæstinam. Deinde etiam prosequitur, multa narrans beneficia, quæ Deus Judæorum gratia operatus est, ut hujusmodi commemoratione illum flecteret, atque impetraret, illos ne prorsus despiceret, ob quos tanta olim effecisset. Docet etiam hoc psalmo Propheta quo pacto oporteat nos Deum placare, et quibus verbis. Per vineam autem figurate Judæorum gentem intelligit, quæ olim vineæ instar florentissima erat.

Ejecisti gentes, et plantasti eam. De his gentibus tradidimus in psalmo LXXVII. Persistit autem Propheta in jam cœpta metaphora. Plantasti enim, inquit, eam, hoc est, stabilisti; tametsi postmodum Judæi ob multa eorum scelera in Deum commissa, illinc prorsus expulsi sint.

Vers. 10. *Viam fecisti ante eam.* Omnibus aliis impedimentis, spinarum instar, evulsis, viam populo latam fecisti. Vel, Iter ei fecisti, legem scilicet præstans per quam ambularent.

Et plantasti radices ejus. Hæc verba etiam magis declarant præstitam populo stabilitatem. Per radices autem, tribuum principes intellige, vel, in universum ipsum regnum Judæorum.

Et implevit terram. Non universam terram sed terram promissionis, quam possederunt.

Vers. 11. *Et operuit montes umbra ejus, et arbusta ejus cedros Dei.* Per montes quidem finitimas intelligit gentes, et per umbram ejus, auctoritatem et potentiam Judæis præstitam; per cedros vero, illos principes, qui inter gentium nationes sublimiores et clariores erant; et per arbusta ejus, illos viros, qui super Judæorum populum duces constituti fuerant. Dei autem cedros esse dixit, veluti ab eo

A *ἡμᾶς ἐν δάκρυσιν ἐν μέτρῳ;* Ἀπὸ κοινοῦ, τὸ Ἕως πότε; Ψωμιεῖς δὲ, ἀντὶ τοῦ Φαγεῖν δώσεις. Ἤγουν ἕως πότε φαγεῖν δώσεις ἄρτον ἐν δάκρυσι, καὶ ποτιεῖς οἶνον, ὁμοίως ἐν δάκρυσι; Δηλοῖ δὲ ὅτι καὶ τὴν βρῶσιν, καὶ τὴν πόσιν, δακρύοντες προσεφέροντο. Ἢ καὶ ἄλλως· Ψωμιεῖς ἡμᾶς ἄρτον δακρύων καὶ ποτιεῖς ἐν δάκρυσι, τουτέστιν ἀντὶ βρώματος καὶ πόματος δάκρυα φαγεῖν ἡμᾶς καὶ πιεῖν δώσεις. Τὸ δὲ *Ἐν μέτρῳ* ἀντὶ τοῦ Πρὸς μέτρον· ὅ ἐστιν ἀναλόγως ἁμαρτίαις ἡμῶν. Ἀκύλας δὲ καὶ Σύμμαχος, *Ἐψώμισας* καὶ *Ἐπότισας*, εἶπον.

Ἔθου ἡμᾶς εἰς ἀντιλογίαν τοῖς γείτοσιν ἡμῶν, καὶ οἱ ἐχθροὶ ἡμῶν ἐμυκτήρισαν ἡμᾶς. Ἀντιλογίαν ἐνταῦθα τὸ ὄνειδος ἐκάλεσε· τὰ αὐτὰ λέγων τοῖς ῥηθεῖσιν ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ. Εἴρηται γάρ· B *Ἐγενήθημεν ὄνειδος τοῖς γείτοσιν ἡμῶν, μυκτηρισμὸς καὶ χλευασμὸς τοῖς κύκλῳ ἡμῶν.*

Κύριε, ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ἐπίστρεψον ἡμᾶς, ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου, καὶ σωθησόμεθα. Ταῦτα ἀνωτέρω εἴρηκε· δὶς δὲ τούτοις ἐχρήσατο, δεικνύων ἐπίτασιν τῆς παρακλήσεως.

Ἄμπελον ἐξ Αἰγύπτου μετῆρας. Τὰς παλαιὰς εὐεργεσίας καταλέγει, διηγούμενος, πόθεν τὸ γένος τῶν Ἑβραίων μετήγαγεν εἰς Παλαιστίνην, καὶ ὅσα δι' αὐτοὺς ἐποίησεν· ὅπως ἐντεῦθεν ἐπικάμψῃ τὸν Θεὸν, εἰς τὸ μὴ πάντη περιιδεῖν αὐτοὺς, δι' οὓς τοσαῦτα πάλαι εἰργάσατο. Διὰ τοῦ ψαλμοῦ δὲ ὁ Προφήτης ὑποτυποῖ, πῶς δεῖ τὸν Θεὸν ἐξιλεοῦσθαι· C ποίοις χρωμένους ῥήμασιν. Ἄμπελον δὲ καλεῖ τροπικῶς τὸ γένος τῶν Ἰουδαίων διὰ τὸ εὐθαλές.

Ἐξέβαλες ἔθνη, καὶ κατεφύτευσας αὐτήν. Περὶ τούτων τῶν ἐθνῶν εἰρήκαμεν ἐν τῷ οζ' ψαλμῷ. Δι' ὅλου δὲ τοῦ νοήματος τηρεῖ τῶν λέξεων τὴν τροπήν. *Κατεφύτευσας* δὲ, ἀντὶ τοῦ Ἵδρυσας. Εἰ καὶ παροργίσαντες, ἐξώσθησαν ὕστερον.

Ὡδοποίησας ἔμπροσθεν αὐτῆς. Ὁδὸν ἐποίησας, ἐξελὼν, δίκην ἀκανθῶν καὶ σκώλων ἄλλων, τὰ ἔθνη· ἢ καὶ νόμον δοὺς, δι' οὗ βαδιεῖται.

Καὶ κατεφύτευσας τὰς ῥίζας αὐτῆς. Τοῦτο D ἐμφαντικόν ἐστιν βεβαίας ἱδρύσεως. Ῥίζας δὲ λέγει τοὺς ἐξάρχους τῶν φυλῶν, ἢ καθόλου τὴν βασιλείαν Ἑβραίων.

Καὶ ἐπλήρωσε τὴν γῆν. Οὐ τῆς οἰκουμένης, ἀλλὰ τὴν τῆς ἐπαγγελίας, καὶ ὅσης ἐκράτησαν.

Ἐκάλυψεν ὄρη σκιὰ αὐτῆς, καὶ αἱ ἀναδενδράδες αὐτῆς τὰς κέδρους τοῦ Θεοῦ. Ὄρη μὲν τὰ ὅμορα ἔθνη· ἡ σκιὰ δὲ αὐτῆς ἡ ἐξουσία καὶ δυναστεία, ἡ ἐπιτεθεῖσα αὐτοῖς. Καὶ κέδροι μὲν οἱ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὑψηλοὶ καὶ ὑπερέχοντες ἄρχοντες· ἀναδενδράδες δὲ αὐτῆς οἱ ἡγεμόνες οἱ ἐπάνω κατασταθέντες αὐτῶν. Τοῦ Θεοῦ δὲ εἶπε τὰς κέδρους, ὡς καὶ αὐτῶν ὑπὸ Θεοῦ ὑψωθέντων. Ἐπὶ τοῦ Δαβὶδ γὰρ

[86] Psal. LXXVIII, 4.

ἔτι δὲ καὶ τοῦ Σολομῶντος, πολλὰ τῶν ἐθνῶν ἐδασμοφόρουν τοῖς Ἰουδαίοις.

Ἐξέτεινε τὰ κλήματα αὐτῆς ἕως θαλάσσης, καὶ ἕως ποταμῶν τὰς παραφυάδας αὐτῆς. Κλήματα μὲν τὰ γενόμενα κατὰ καιρὸν, καὶ αὔξοντα πλήθη τοῦ λαοῦ· θάλασσα δὲ, ἡ Ἰνδική· καὶ παραφυάδες μὲν, οἱ προσήλυτοι, οἱ ἐξ ἐθνῶν προσελθόντες, καὶ τὴν θεογνωσίαν δεξάμενοι, καὶ οὕτω παραφυέντες αὐτοῖς. Ποταμοὺς δὲ λέγει τὸν Εὐφράτην, κατὰ τὸ Ἑβραϊκὸν ἰδίωμα· ὡς καὶ ἐν τῷ οζ' ψαλμῷ προείρηται. Ἡ δὲ τρίτη βίβλος τῶν Βασιλειῶν ποταμὸν ἑνικῶς ἀναγράφει.

Ἵνα τί καθεῖλες τὸν φραγμὸν αὐτῆς; Φραγμὸν λέγει τὴν φρουροῦσαν αὐτοὺς θείαν ἐπισκοπήν.

Καὶ τρυγῶσιν αὐτὴν πάντες οἱ παραπορευόμενοι τὴν ὁδόν. Καὶ λυμαίνονται αὐτὴν πάντα τὰ ἔθνη τὰ παρ' αὐτῆς πορευόμενα τὴν ὁδόν· ἡ πρόθεσις γὰρ ἐνταῦθα τὴν ἐγγύτητα σημαίνει. Ὅσοι, φησὶ, πλησίον αὐτῆς ποιοῦνται τὴν ὁδὸν, ἤτοι τὴν δίοδον, ἐπηρεάζουσιν αὐτῇ. Πρὸς τούτους δὲ τοὺς λόγους ἀποκρίνεται διὰ Ἡσαΐου ὁ ἐπουράνιος γεωργὸς, λέγων· *Διότι ἔμεινα τοῦ ποιῆσαι σταφυλὴν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας.*

Ἐλυμήνατο αὐτὴν σῦς ἐκ δρυμοῦ. Ὁ Βαβυλώνιος Ναβουχοδονόσωρ ὗς λεγόμενος διὰ τὸ χαίρειν τῷ βορβόρῳ τῶν ἡδονῶν καὶ διὰ τὴν ἄλλην ἀκαθαρσίαν. Δρυμὸς δὲ ἡ Βαβυλὼν, ὡς δασεῖα τῷ πλήθει τῶν ἐνοικούντων· ἄκαρπος δὲ πρὸς ἀρετὴν καὶ ὡς ἐνδιαίτημα τῶν νοητῶν θηρίων.

Καὶ μονιὸς ἄγριος κατενεμήσατο αὐτήν. Τοὺς αὐτοὺς λέγει πάλιν, μονιὸν μὲν ὡς μόνον αὐτοῖς ἐπιστρατεύσαντα, δίχα συμμάχων· ἄγριον δὲ, ὡς θηριωδῶς καὶ ὠμῶς Ἑβραίοις χρησάμενον. Μονιὸς δέ ἐστιν ὗς μόνος ὁδεύων, καὶ ἑτέροις οὐκ ἐπιμιγνύμενος, δι' ὑπερβολὴν ἀγριότητος. Τινὲς δὲ ὗν ἐκ δρυμοῦ τὸν Ἀσσύριον Σαλμανάσαρ φασὶν, ὃς πρὸ τοῦ Ναβουχοδονόσωρ ἐπόρθησε τὴν Σαμάρειαν. Διὸ καὶ οὗτος μὲν ἐλυμήνατο μερικῶς Ἑβραίους· ὁ δὲ Ναβουχοδονόσωρ καθόλου κατενεμήσατο.

Ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ἐπίστρεψον δὴ, ἐπίβλεψον ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἴδε, καὶ ἐπίσκεψαι τὴν ἄμπελον ταύτην, καὶ κατάρτισαι αὐτὴν, ἣν ἐφύτευσεν ἡ δεξιά σου.—Ἐπίστρεψον, ἤτοι Διόρθωσον ἡμᾶς. Ἢ καὶ, καθὼς ἀνωτέρω εἴρηται, ἐπίσκεψαι δὲ, ἀντὶ τοῦ ἴασαι συντριβεῖσαν. Κατάρτισαι δὲ, ἀντὶ τοῦ Ἀνάκτησαι, εἰς τὴν προτέραν εὐκληρίαν ἀποκατάστησον (93) ἥντινα ἄμπελον κατῴκησεν ἐνταῦθα ἡ σὴ δύναμις.

exaltatas. Temporibus autem iam beati David quam Salomonis multæ gentes servierunt Judæis.

VERS. 12. *Extendit palmites suos usque ad mare, et usque ad flumina propagines suas.* Per palmites, augescentem populi multitudinem, et per mare, Indicum mare intelligit: per propagines vero, ipsos proselytos, qui ex gentibus Judæorum se religioni adjungebant, et cognitionem Dei assequebantur. Hi etenim antiquæ Judæorum radici quodammodo adnascebantur. Per flumina etiam ipsum Euphratem significat, plurali usus numero pro singulari, Hebræorum more, ut diximus in psalmo LXXVII. In tertio tamen Regum libro, flumen singulari sermone scriptum est.

VERS. 13. *Quasi destruxisti sepem ejus?* Per sepem, divinam protectionem intelligit, quæ illos olim custodiebat.

Et vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam? Et vastant eam omnes gentes, quæ juxta illam ambulant, per viam. Præpositio enim, *præter*, hoc in loco, vicinitatem significat. Quicunque, inquit, juxta eam iter faciunt, vel, quicunque illinc transeunt, lædunt eam, et damnum ei inferunt. Verum ad hujusmodi Judæorum sermones, per Isaiam prophetam respondet cœlestis agricola, dicens: *Exspectavi ut faceret uvas, fecit autem spinas* [87].

VERS. 14. *Vastavit eam sus de silva.* Babylonius nimirum Nabuchodonosor, sus ideo dictus quod in voluptatum luto volutaretur, et quia omnifariam spurcitiæ genere fœdus atque immundus erat. Per silvam vero, ipsa intelligitur Babylon, quia habitantium multitudine instar silvæ densa erat, et infructuosa germine virtutum, et quia locus atque habitatio est intellectualium ferarum.

Et singularis ferus depastus est eam. Eumdem rursus Nabuchodonosor singularem appellat, veluti qui absque auxiliaribus copiis solus adversus Judæos militasset: et ferum quasi sævum, atque immitem, et feræ alicui similem. Crudelissimus enim fuerat in Hebræos. Singularis autem seu solitarius sus ille dicitur, qui solus incedit, et ob summam feritatem aliis non miscetur. Quidam vero per suem de silva, Assyrium intelligunt Salmanasar, qui ante Nabuchodonosor depopulatus est Samariam, quippe ex aliqua parte Judæis damna intulit. Nam Nabuchodonosor eos prorsus perdidit.

VERS. 15, 16. *Deus virtutum converte et respice de cœlo, et vide, et visita vineam istam, et perfice eam quam plantavit dextera tua.* Converte, hoc est, Dirige nos; vel, ut superius diximus (Converte nos ad te; aut a tribulatione ad gaudium, etc.), et Visita vineam, hoc est, Medere eam, quæ contrita est, et Respice, hoc est, Refove, et in priorem statum eam restitue, eam, inquam, vineam, quam dextera tua plantavit. Divina enim potestate factum est, ut in hac regione habitaremus.

[87] Isa. v, 2.

Variæ lectiones.

(93) Græce *quam vineam exstruxit potentia tua.* Cætera de quo addidit interpres, explanatione usus, ut ferc semper.

Et super filium hominis, quem roborasti tibi. A communi sensu sumendum est verbum, *Respice.* Per *Filium* autem *hominis*, Judæi quidem regem intelligunt Zorobabel, cui robur præstitum est a Deo, quique apud regem Darium duos illos adolescentes superavit, docens quod mulieres vino et rege fortiores essent, et tamen quod veritas omnia vinceret; unde omnibus admirationi fuit, et concessum ei est ut ascenderet in Jerusalem, utque exustum templum, et dirutam civitatem instauraret. Nos autem per *Filium hominis*, assumptum a Deo hominem intelligimus, Christum nimirum: quia Deus Verbum, sibi ipsi, hoc est, in se ipso assumptum hominem roboravit, tradens atque impertiens ei omnem virtutem suam, et potentem eum efficiens adversus inimicum. Hæc autem verba ad assumentem divinitatem de assumpta humanitate a Propheta dicta sunt, ut ad futuram, atque a se optatam Dei incarnationem eum magis incitaret.

A *Καὶ ἐπὶ υἱὸν ἀνθρώπου ἐκραταίωσας ἑαυτῷ.* Ἀπὸ κοινοῦ δὲ ἐνταῦθα, τὸ *Ἐπίβλεψον* (94)· υἱὸν δὲ ἀνθρώπου ἐνταῦθα Ἰουδαῖοι μὲν λέγουσι τὸν Ζοροβάβελ· ὃς ἐκραταιώθη ὑπὸ Θεοῦ, καὶ παρὰ τῷ βασιλεῖ Δαρείῳ νενίκηκεν τοὺς δύο νεανίσκους· ἀποδείξας (95) ὅτι πάντων κρατοῦσιν αἱ γυναῖκες, καὶ ἡ ἀλήθεια· καὶ θαυμαστωθεὶς ἀνῆλθε· καὶ ᾠκοδόμησεν τὸν ἐμπρισθέντα ναὸν καὶ τὴν πόλιν· ἡμεῖς δὲ φαμὲν υἱὸν ἀνθρώπου τὸν προσληφθέντα ἄνθρωπον. Ὁ γὰρ Θεὸς Λόγος ἐκραταίωσεν ἑαυτῷ, τουτέστιν, ἐφ' αὐτοῦ, ἀπὸ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως μεταδοὺς αὐτῷ, καὶ δυναμώσας κατὰ τοῦ πολεμίου. Πρὸς τὸν προσλαβόντα γὰρ νῦν εὐχὴ περὶ τοῦ προσληφθέντος, ἵνα θᾶττον αὐτὸν προσλάβῃ.

VERS. 17. *Incensa igni et suffossa.* Subintelligitur verbum, *est*, vel *fuit* (ut sit sensus: Vinea hæc tua igni fuit incensa, et amplius etiam suffossa, hoc est, ab ipsis radicibus eversa); per vineam autem illius vineæ agrum, vel ipsam civitatem intelligit Jerusalem, quam non tantum igni incenderunt, sed etiam suffoderunt, atque a fundamentis everterunt. Hæc autem omnia a Babyloniis gesta sunt, quemadmodum in Regum libris traditur.

B *Ἐμπεπυρισμένη πυρὶ καὶ ἀνεσκαμμένη.* Λείπει τὸ, *ἐστίν*. Αἰνίττεται δὲ διὰ τῆς ἀμπέλου τὴν γῆν αὐτῆς, εἴτουν τὴν πόλιν τῶν Ἱεροσολύμων· οὐ μόνον γὰρ αὐτὴν ἐνεπύρισαν, ἀλλὰ καὶ ἀνέσκαψαν· ταῦτα δὲ οἱ Βαβυλώνιοι πεποιήκασιν, ὡς ἡ τετάρτη τῶν Βασιλειῶν βίβλος ἱστορεῖ.

Ab increpatione vultus tui peribunt. Per increpationem hoc loco divinam iram intelligit. Ira tua, inquit, Hebræos perdet, te scilicet permittente, Babylonios sic facere. Neque enim Judæos Babylonii superassent, nisi tu vineæ sepem destruxisses, ut diximus.

Ἀπὸ ἐπιτιμήσεως τοῦ προσώπου σου ἀπολοῦνται. Ἐπιτίμησις νῦν ἡ ὀργή. Λέγει δὲ ὅτι Ἡ ὀργή σου ἀπολέσει τοὺς Ἑβραίους, παραχωροῦντος τοῖς Βαβυλωνίοις· οὐ γὰρ ἂν αὐτῶν ὑπερίσχυσαν, εἰ μὴ σὺ καθεῖλες τὸν φραγμὸν, ὡς εἴρηται.

VERS. 18. *Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ.* Atque hoc simili modo dicta esse intelligunt de Zorobabel. Veniat, inquiunt, in eum potentia tua. Virum autem dexteræ Scriptura eum appellare solet, cui dextera familiaris est. Nos vero hoc in loco assumptum hominem intelligimus, quasi optet Propheta, ut signa et miracula, quæ manus Dei et Dei digitus dicuntur, fiant super virum dexteræ, hoc est, super illum Virum, cui dextera Patris familiaris est. Dextera autem Patris est Filius, veluti rerum omnium creator, et opifex.

C *Γενηθήτω ἡ χείρ σου ἐπ' ἄνδρα δεξιᾶς σου.* Καὶ τοῦτο περὶ τοῦ Ζοροβάβελ νοοῦσιν. Ὅτι Ἐλθέτω ἡ δύναμίς σου ἐπὶ τούτῳ. Ἄνδρα δὲ δεξιᾶς τὸν οἰκεῖον τῇ δεξιᾷ φησιν ἡ Γραφή. Ἡμεῖς δὲ καὶ τοῦτο περὶ τοῦ προσληφθέντος (96) φαμέν· τοῦ Προφήτου παρακαλοῦντος ἐλθεῖν τὰ σημεῖα, ἃ λέγονται χεὶρ Θεοῦ, καὶ δάκτυλος Θεοῦ, ἐπὶ τὸν ἄνδρα τῆς δεξιᾶς τοῦ Πατρός· δεξιὰ δὲ τοῦ Πατρὸς Υἱὸς, ὡς πάντων δημιουργός.

Et super Filium hominis, quem roborasti tibi. De eodem Christo loquitur, eumdem repetens sermonem. Filium autem hominis seipsum Christus assidue appellabat propter carnem assumptam e Virgine.

Καὶ ἐπὶ υἱὸν ἀνθρώπου, ὃν ἐκραταίωσας σεαυτῷ. Τὸν αὐτὸν φησὶ παλιλλογῶν, καὶ ὁ Χριστὸς δὲ Υἱὸν ἀνθρώπου ὠνόμαζεν ἑαυτὸν, διὰ τὴν φαινομένην σάρκα, ἣν ἐκ τῆς Παρθένου προσέλαβεν.

VERS. 19. *Et non discedamus a te.* Hebræi quidem a duce Zorobabel, nos autem a Christo, ex nostra enim persona versiculum hunc Propheta conscripsit.

D *Καὶ οὐ μὴ ἀποστῶμεν ἀπὸ σοῦ.* Ἑβραῖοι μὲν ὁδηγούμενοι παρὰ τοῦ Ζοροβάβελ, ἡμεῖς δὲ παρὰ τοῦ Χριστοῦ. Προσώπῳ γὰρ ἡμῶν τὸ ῥητὸν ὁ Προφήτης τέθεικεν.

Vivificabis nos et nomen tuum invocabimus. Judæos vivificabis renovando eorum civitatem; nos autem fideles, renovando animarum dignitatem per salutare baptismatis lavacrum. His enim amis-

Ζωώσεις ἡμᾶς καὶ τὸ ὄνομά σου ἐπικαλεσόμεθα. Ζωώσεις Ἰουδαίους μὲν τῇ ἀνανεώσει τῆς πόλεως· ἡμᾶς δὲ τῇ ἀνανεώσει τοῦ ἀξιώματος τῆς ψυχῆς διὰ τοῦ βαπτίσματος. Ἐνεκρώθημεν γὰρ τῇ ἀπωλείᾳ

Variæ lectiones.

(94) Supple ληπτέον.

(95) Ad verbum simpliciter *quod mulieres et veritas omnia vincerent.*

(96) Deest ἀνθρώπου.

τούτων κἀκεῖνοι καὶ ἡμεῖς· *Τὸ ὄνομά σου δὲ ἐπικαλεσόμεθα*, ἀντὶ τοῦ, Οὐχ ἕτερον Θεὸν ὀνομάσομεν, ἀλλὰ σὲ ἐπικαλεσόμεθα εἰς ἀντίληψιν καὶ βοήθειαν. Ἰδιαίτατα δὲ πρὸς τὸν Χριστὸν ὁ λόγος, ὃς ἐζώωσεν ἡμᾶς· εἴρηκε γάρ· *Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή*, οὗ καὶ τῷ ὀνόματι ἐπεκλήθημεν, Χριστιανοὶ ἐπονομασθέντες.

Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ἐπίστρεψον ἡμᾶς, καὶ ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου, καὶ σωθησόμεθα. Ταῦτα καὶ ἀνωτέρω εἰρήκαμεν· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν πρὸς τοὺς Ἑβραίους ἀνηγάγομεν τὸν λόγον, ἐνταῦθα δὲ ἡμῖν τοῦτον ἁρμοσόμεθα. Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων τῶν ἀγγελικῶν· ἢ ἁπλῶς, πασῶν· ἢ ἀντὶ τοῦ, Ὁ χορηγὸς τῶν δυνάμεων· ἢ ἀντὶ τοῦ, Ὁ δυνατὸς, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν. Ἐπίστρεψον ἡμᾶς ἀπὸ τῆς πλάνης, καὶ ἐμφάνισον ἡμῖν τὸν Υἱόν σου, ὅς ἐστι πρόσωπόν σου· *Ὁ ἑωρακὼς* γὰρ, φησὶν, *ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα*· Καὶ αὐτίκα, σωθησόμεθα, πιστεύσαντες. Τὸ δὲ, *Ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου*, σαφηνισμός ἐστι τοῦ *Ἐπίστρεψον ἡμᾶς*. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον. Ἁρμόζει δὲ καὶ ὅμως ὁ ψαλμὸς τοῖς Χριστιανοῖς, ὧν τὰς πόλεις καὶ τοὺς ἑκασταχῆ ναοὺς οἱ ἄπιστοι ἐπυρπόλησαν καὶ ἐδῄωσαν, παραχωρήσαντος τοῦ Θεοῦ, διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. Δυνάμεθα γὰρ τὸν Χριστιανικὸν λαὸν εἰπεῖν Ἐφραῒμ μὲν, ὡς καρποφόρον ἀρετῆς· Ἐφραῒμ γὰρ *Καρποφορίαν* σημαίνει· Βενιαμὶν δὲ πάλιν, ὡς δεξιὸν ἐν τῇ πίστει· Βενιαμὶν γὰρ *Δεξιᾶς υἱὸς* ἑρμηνεύεται· Μανασσῆν δὲ, ὡς λήθην λαβόντα τῆς προτέρας πλάνης· Μανασσῆς γὰρ *Λήθην* δηλοῖ. Τὰ δὲ ἑξῆς εὐχερῶς· Ἄμπελον δὲ νοήσεις τὸ γένος τῶν Χριστιανῶν μετενεχθὲν ἀπὸ τοῦ σκότους, καὶ τῆς πλάνης, καὶ τῆς ἀγνοίας· ταῦτα γὰρ σημαίνει ἡ Αἴγυπτος· ἐπὶ τὴν ἀγαθὴν γῆν, τῆς εὐσεβείας. Ἔθνη δὲ ἐκβεβλημένα οἱ δαίμονες καὶ τὰ εἴδωλα, καὶ οἱ ἀπολωλότες τύραννοι τῶν Χριστιανῶν· ὁδοποίησις δὲ αὐτῆς αἱ εὐαγγελικαὶ ἐντολαὶ, πᾶσαν ἀλλοτρίαν ὕλην ἐκτέμνουσαι· ῥίζαι δὲ αὐτῆς τὰ περὶ Χριστοῦ δόγματα. Ἐπλήρωσε δὲ πᾶσαν τὴν γῆν· *Εἰς πᾶσαν* γὰρ *τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος* τῶν ἀποστόλων, καὶ σκιὰ μὲν αὐτῆς ἡ δόξα. Ἐκάλυψε δὲ ὄρη, ἀντὶ τοῦ ὑπερυψώθη. Ἡ σκιὰ μὲν αὐτῆς ἡ ἀποπεμπομένη (97) χάρις· ὄρη δὲ οἱ ὑψηλοὶ τῇ πρακτικῇ ἀρετῇ. Καὶ πάλιν ἀναδενδράδες μὲν τὰ δόγματα· (98) κέδροι δὲ Θεοῦ οἱ ὑψηλοὶ τῇ θεωρητικῇ· καὶ κλήματα μὲν καὶ παραφυάδες, ὡς ἀνωτέρω διείληπται· θάλασσαν δὲ νόει μοι πᾶσαν, καὶ ποταμοὺς πάντας, δι' ὧν δηλοῦται πᾶσα ἡ γῆ· Ὗς δὲ ὁ ἐνηδόμενος ταῖς ἀκαθαρσίαις, ὁ διάβολος· δρυμὸς δὲ αἱ λάσιοι τοῖς πάθεσι ψυχαὶ, καὶ ἄκαρποι, αἷς οὗτος συνδιαιτᾶται. Καὶ αὐτὸς δὲ πάλιν καὶ μονιὸς, ὡς ἰδιάζων τῇ κακίᾳ, ἄγριος δὲ, ὡς ἀπηνής· ἀλλ' οὗτος μὲν προηγουμένως, ἑπομένως δὲ καὶ πᾶς τύραννος, καὶ

A sis bonis, utrique mortui videbamur. Nomen autem tuum invocabimus, hoc est, alium nobis Deum non assumemus, Deum alium nullum appellabimus, te unum in defensionem, atque in auxilium expetemus. Et proprie sermo est ad Christum, qui vivificavit nos, et dixit: *Ego sum vita* [88], et cujus nomine insigniti appellamur omnes, qui illius fidem suscepimus.

VERS. 20. *Domine Deus virtutum, converte nos et ostende faciem tuam, et salvi erimus.* Hujusmodi verba habentur etiam in superioribus: verum illic sermonem in Hebræos retulimus; hoc autem in loco, ea nobis accommodabimus. Domine, qui virtutum omnium angelicarum es Deus: vel simpliciter, qui virtutum ac potentiarum omnium es B Deus; vel, Domine Deus virtutum dator ac minister; vel etiam Domine virtutum, pro Domine viribus potens, ut alibi diximus, converte nos ab errore, et ostende nobis Filium tuum, qui est vultus, seu facies tua. *Qui vidit enim*, inquit, *me, vidit et Patrem meum* [89]. Nam si eam faciem tantum nobis ostenderis, statim salvabimur, effecti nimirum veri fideles. Dicta autem sunt hæc verba: *Ostende faciem tuam*, ad declarationem verborum: *Converte nos*. Et hæc quidem quantum ad hujusmodi expositionem sufficiant: verum non hæc pauca tantum verba, sed totus psalmus Christianis congruit, quorum civitates et templa, quæ ubique locorum sunt, infideles incenderunt, et C depopulati sunt, ita ob nostra scelera Deo permittente. Possumus enim ipsum Christianum populum appellare Ephraim, siquidem *abundantiam fructuum* significat; et simili modo appellare eum Benjamin, tanquam dexterum in fide. Benjamin quippe interpretatur *Filius dexteræ*. Et Manassem pari modo, veluti qui primi erroris oblivionem significat. Quæ sequuntur clara sunt. Per vineam, Christianorum genus intelliges, quod ex Ægypto, hoc est, a tenebris, ab errore atque ab ignorantia translatum est in terram bonam et religiosam, unde ejectæ sunt gentes, hoc est, dæmones, idola, et tyranni, qui Christiano nomini erant infesti. Viam autem eis fecit Deus per evangelica mandata quæ materiam omnem alienam et vepres D omnes callem rectum occupantes resecant. Per vineæ autem radices sana de Christo dogmata intellige. Implevit autem vinea omnem terram, quia *in omnem terram exivit sonus eorum* [90], etc. Umbra etiam ejus vineæ, hoc est, gloria ejus, operuit, hoc est, superavit montes, et supra eos fuit exaltata. Per montes autem ii intelligendi sunt, qui a virtute duce, in altum ac sublime evecti sunt. Rursus per arbusta, dogmata intelliges; et per cedros Dei, eos homines qui in philosophia et

[88] Joan. XIV, 6. [89] Ibid. 9. [90] Psal. XVIII, 5.

Variæ lectiones.

(97) Græce *gratia*.

(98) Fidelius juxta mentem auctoris *qui virtute activa in subl. ev. s..... et per cedros ii qui contemplationis virtute claruerunt.*

rerum contemplatione claruerunt. Palmites vero et propagines, expones ut jam superius diximus. Per mare etiam et per flumina, universum pelagus et universa flumina intelliges, quo sermone universus orbis significatur. Per suem vero ipsum dæmonem expone, eo quod immunditiis delectatur. Per silvam etiam (quæ, juxta vim Græcæ dictionis δρυμὸς, condensum significat) animæ illæ possunt intelligi, quæ passionibus, atque affectibus adeo abundant, ut densæ quodammodo ac nimiæ in hujusmodi affectibus dicendæ sint, et nihilominus steriles sunt, atque infructuosæ. In his autem animabus ille dæmon commoratur, qui vitio ac pravitate unicus et singularis, immanitate autem et sævitia ferus appellatur: verum licet ipse dæmon principaliter ita appelletur, secundario tamen eo singularis ac feræ nomine quilibet intelligitur tyrannus, qui vineæ Christi hostis sit. Quæ sequuntur juxta sensum anagogicum ex superius dictis satis sufficienter exposita sunt.

τῷ ἀμπελῶνι τοῦ Χριστοῦ πολέμιος, ὃς ἂν κληθείη καὶ μονιὸς, διὰ τὰς ἀναλόγους αἰτίας. Τὰ δὲ ἑξῆς ἀρκούντως ἀνήχθησαν

In finem pro torcularibus psalmus ipsi Asaph.

PSALMUS LXXX.

Octavus psalmus similem habet inscriptionem, *pro torcularibus*, ubi expositionem clare tradidimus. Illa igitur torcularia a Propheta nostro mutuo jubere atque exhortari sese introducuntur ad ea peragenda quæ in præsentis psalmi habentur principio. Redarguuntur etiam in hoc psalmo Judæi de summa eorum in Deum ingratitudine, atque infidelitate, ob quam consequenter eis prædicitur, quod abjiciendi erant. Ex qua redargutione et prophetia, prudentior ac cautior redditur novus populus, ne et ipsum aliquando abjici contingeret, si antiqui illius vitia fuerit imitatus.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ληνῶν ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ.

ΨΑΛΜΟΣ Π'.

Καὶ τῷ ὀγδόῳ ψαλμῷ *Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ληνῶν* ἐπιγέγραπται, καὶ τὴν ἐξήγησιν ἐν ἐκείνῳ σαφῶς παραδεδώκαμεν. Ἐκεῖναι τοίνυν αἱ ληνοὶ παρακελεύονται ἀλλήλοις, ὅσα τὸ προοίμιον τοῦ προκειμένου ψαλμοῦ φησι. Διασύρει δὲ ὁ ψαλμὸς τὴν Ἑβραίων ἀποχαριστίαν, καὶ ἀπείθειαν, καὶ διδάσκει τὴν ἀποβολὴν αὐτῶν, ἐξασφαλιζόμενος τὸν νέον λαὸν, ἵνα μὴ, ὡς ὁ παλαιὸς, ἀποβληθῇ καὶ οὗτος, ἢ τὴν ἐκείνου μιμήσεται κακίαν.

Vers. 2. *Exsultate Deo adjutori nostro.* Videntur prima facie hæc verba prolata esse ex Judæorum persona, qui e Babylonica redierunt captivitate, veluti exsultantium de suo in patriam reditu, atque hoc pacto exponitur hic psalmus a Judæis. Verum si sequentia omnia consideres, ubi multa mœrore referta sunt, convincemus hunc eorum sensum rectum non esse. Torcularia illa igitur mutuo sese exhortantur, ad exsultandum in Christo, qui eis auxiliaturus manifeste advenerat.

Ἀγαλλιᾶσθε τῷ Θεῷ τῷ βοηθῷ ἡμῶν. Δοκεῖ μὲν ὁ λόγος εἶναι τῶν ἐπανιόντων ἐκ Βαβυλῶνος αἰχμαλώτων, ὡς Ἑβραῖοί φασιν, ἀγαλλιωμένων τῇ ἐπανόδῳ· Ἐλέγχεται δὲ, μὴ ὢν τούτων, ἀπὸ τῶν ἑξῆς λυπηρῶν ῥητῶν. Αἱ μέντοι ληνοὶ προτρέπονται ἀλλήλας ἀγαλλιᾶσθαι ἐπὶ τῷ Χριστῷ τῷ ἐμφανῶς αὐταῖς βοηθοῦντι.

Jubilate Deo Jacob. De jubilatione sæpius diximus, et nunc brevius repetemus, idem esse jubilare quod vociferari, et victoriæ cantum canere. Deo autem Jacob ideo dixit, ut in memoriam revocaret, quod Deus iste, qui incarnandus erat, idem ille esset, qui olim patriarchæ Jacob in figura hominis apparuerat, futuram incarnationem suam prænuntians.

Ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ Ἰακώβ. Περὶ τοῦ ἀλαλαγμοῦ διαφόρως εἰρήκαμεν· νῦν δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν τὸ, *Ἀλαλάξατε* ἀντὶ τοῦ, Ἐπινίκιον ᾄσατε· *Τῷ Θεῷ δὲ Ἰακὼβ* εἴρηται πρὸς ἀνάμνησιν, ὅτι οὗτος ὁ ἐνανθρωπήσας Θεὸς, οὗτος ὤφθη πάλαι τῷ Ἰακὼβ ἐν ἀνθρώπου σχήματι. Προμηνύων τὴν ὑστέραν ἐνανθρώπησιν αὐτοῦ.

Vers. 3. *Sumite psalmum, et date tympanum.* Amplectimini disciplinas Dei. Est autem hic psalmus moralibus refertus documentis. Et pulsate ac percutite corpus vestrum plectro temperantiæ.

Λάβετε ψαλμὸν καὶ δότε τύμπανον. Λάβετε διδασκαλίας θείας· διδασκαλικὸς δὲ πᾶς ψαλμός· καὶ τύψατε τὸ σῶμα τῷ πλήκτρῳ τῆς ἐγκρατείας.

Psalterium jucundum cum cithara. Per psalterium, ipsam mentem aut intellectum intelligit, et per citharam, corpus, ut in xxxii psalmo tradidimus: Movete, inquit, intellectum et corpus vestrum, ut lætitia Deum afficiatis. Utrobique autem a communi sensu sumendum est, verbum, *Date*. Neque enim de materialibus organis loquitur, tametsi aliter sentiant Judæi. *Jucundum* autem dixit, ut indicaret, quod Deus hujusmodi psalterii genere quam maxime delectatur.

Ψαλτήριον τερπνὸν μετὰ κιθάρας. Ψαλτήριον μὲν λέγει τὸν νοῦν, κιθάραν δὲ πάλιν τὸ σῶμα, ὡς ἐν τῷ λβ' ψαλμῷ κάλλιστα διηρμηνεύται. Λέγει δὲ νῦν ὅτι, Κινήσατε καὶ τὸν νοῦν καὶ τὸ σῶμα, εἰς τὸ εὐφρᾶναι τὸν Θεόν· ἀπὸ κοινοῦ γὰρ ἐπ' ἀμφότερα τὸ, *Δότε*· οὐ γὰρ περὶ αἰσθητῶν ὀργάνων ὁ λόγος, εἰ καὶ Ἰουδαίοις τοῦτο δοκεῖ. Τὸ δὲ, *Τερπνὸν*, πρόσκειται ἐμφαῖνον, ὅτι τοῦτο τὸ ψαλτήριον εὐφραίνει μᾶλλον τὸν Θεόν.

Vers. 4. *Buccinate in neomenia, tuba, in insigni die solemnitatis vestræ.* Lex erat Judæis ut prima die mensis septimi, qua die erat neomenia, id est

Σαλπίσατε ἐν νεομηνίᾳ σάλπιγγι ἐν εὐσήμῳ ἡμέρᾳ ἑορτῆς ὑμῶν. Νόμος ἦν Ἑβραίοις τῇ μιᾷ τοῦ ἑβδόμου μηνὸς, ἤτοι τῇ πρώτῃ, ἥτις ἐστὶ νεομηνία,

σαλπίζειν τοὺς ἱερεῖς ἐν σάλπιγγι εἰς μνημόσυνον τῆς ἐπὶ τοῦ Σινᾶ σαλπισάσης ἐπουρανίου σάλπιγγος. Ἐκ μεταφορᾶς οὖν ἐκείνου τοῦ νόμου ἐντέλλεται ὁ προφήτης Δαβὶδ νῦν τοῖς ἀποστόλοις σαλπίσαι σάλπιγγι γλώττης κηρυττούσης ὅτι ἀνέστη ὁ Χριστός· τοῦτο δὲ ποιῆσαι ἐν τῇ νεομηνίᾳ, ἤτοι τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ, καθ' ἣν ἡ κτίσις ἀνεκαινίσθη. Ταύτην γὰρ ἐπωνόμασεν ἔτι εὔσημον ἡμέραν ἑορτῆς· ὄντως γὰρ ἐπισημοτέρα ἑορτῆς ἐστιν, ὡς ἑορτῶν ἑορτή, καὶ πανήγυρις πανηγύρεων, καθ' ἅ φησιν ὁ Θεολόγος Γρηγόριος. Καὶ Μωσῆς δὲ περὶ τῆς νεομηνίας ἐκείνης εἶπεν, ὅτι *Ἡμέρα σημασίας* ἐστίν.

A nova luna, sacerdotes tubis canerent, in memoriam cœlestis illius tubæ, quæ audita eis fuerat in monte Sina. Metaphorice igitur atque exemplo hujusmodi legis, Propheta sanctos jubet apostolos tuba canere, tuba nimirum linguæ ac vocis, indefesso spiritu Christum resurrexisse prædicantis. Atque hoc in neomenia fieri jubet, hoc est, in die resurrectionis ejus in qua die creatura renovata est. Hanc etenim diem, insignem solemnitatis diem appellavit, eo quod festivitatum omnium clarissima sit et celeberrima. Quocirca non immerito Gregorius Theologus solemnitatum solemnitatem eam appellavit. Moyses etiam neomeniæ diem laudans, *Significationis diem* eam esse tradidit.

Ὅτι πρόσταγμα τῷ Ἰσραὴλ, καὶ κρῖμα Θεῷ τῷ Ἰακώβ. Ὅρα τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος μέθοδον· συνυφάνας γὰρ τῇ νομικῇ παραγγελίᾳ τὸ Εὐαγγέλιον τῆς τοῦ Σωτῆρος ἀναστάσεως, περὶ τοῦ νόμου διέξεισιν ἔτι· καὶ οὕτως ἐπὶ τοὺς Ἑβραίους κατάγει τὸν λόγον. *Οὕτω*, φησὶν, *ἐντέλλομαι, ὅτι τοῦτο προτεταγμένον ἐστὶ τῷ Ἰσραηλιτικῷ λαῷ παρὰ Θεοῦ*· καὶ κρίσις τοῦτο τῷ Θεῷ, τουτέστιν ἀπόφασις.

VERS. 5. *Quoniam præceptum in Israel est, et* B *judicium Dei Jacob.* Considera sancti Spiritus artem, qui cum legali præcepto resurrectionis Evangelium conjunxerit, iterum quæ legis pertractat, et ad Hebræos sermonem refert : *Ita*, inquit, *facere jubeo, quia sic vobis a Deo præceptum est, et quia hoc judicium est Deo Jacob* [31], hoc est, quia ista est determinatio, et sententia divina ita est.

Μαρτύριον τῷ Ἰωσὴφ ἔθετο αὐτό. Ἰωσὴφ τὸν λαὸν ὠνόμασεν, ὡς ἐν τῷ ος' ψαλμῷ προείρηται· Αὐτὸ, φησὶ, τὸ σαλπίζειν ἐν τῇ νεομηνίᾳ μαρτύριον, ἤτοι διαμαρτυρίαν, καὶ παραγγελίαν ἐποιήσατο ἐν τῷ λαῷ· εἶτα λέγει τὸ πότε.

VERS. 6. *Testimonium in Joseph posuit illud.* Per Joseph universum populum intelligit, ut diximus, in psalmo LXXVI : Hoc præceptum, inquit, ut tuba canant in neomeniis, Deus posuit testimonium, hoc est, in contestationem, et mandatum, in populo. Deinde tradit, quando hoc mandaverit.

Ἐν τῷ ἐξελθεῖν αὐτὸν ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Αὐτὸν, δηλονότι τὸν λαόν.

Cum exiret ipse de terra Ægypti. Cum ipse populus exiret.

Γλῶσσαν, ἣν οὐκ ἔγνω, ἤκουσεν. Ὁ λαός. Γλῶσσαν δὲ λέγει νῦν τὴν φωνὴν τοῦ Θεοῦ, διατατπομένην αὐτῷ τὴν Δεκάλογον, εἰσεξάκουστον. Ὅτε, φησὶν, ἐφοβήθησαν πᾶς ὁ λαὸς, καὶ ἀπέστησαν μακρόθεν, καὶ εἶπον τῷ Μωϋσῇ λέγοντες· *Λάλει σὺ πρὸς ἡμᾶς, καὶ μὴ λαλείτω πρὸς ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ἵνα μὴ ἀποθάνωμεν.* Τὸ δὲ, *Ἣν οὐκ ἔγνω*, ἀντὶ τοῦ Ἀσυνήθη καὶ ξένην.

C *Linguam quam non noverat audivit.* Populus nimirum. Per linguam autem, vocem illam Dei intelligit, qua Decalogum eum mandantem audiverunt : quoniam omnis populus timore affectus procul secessit, Moysi dicens : *Tu loquere ad nos, et non loquatur nobis Deus ne moriamur* [32]. Vocem autem dicit, quam non noverant, pro, novam, et eorum auribus non consuetam.

Ἀπέστησεν ἀπὸ ἄρσεων τὸν νῶτον αὐτοῦ. Διδάξας οἵας χάριτος ἠξιώθη ὁ λαὸς, ἀκούσας θείας φωνῆς, ἐπιφέρει καὶ τὴν προλαβοῦσαν χάριν, φημὶ δὴ τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς ἐν Αἰγύπτῳ κακοπαθείας. Ἄρσεις δὲ λέγει τὰ φορτία τοῦ πηλοῦ καὶ τῆς πλίνθου καὶ τῶν τοιούτων, ὧν πάντων ὑπεξήγαγε τὸν νῶτον τοῦ λαοῦ ὁ Θεός.

VERS. 7. *Divertit ab oneribus dorsum ejus.* Docens Propheta summa fuisse ea beneficia, et dona, quæ a Deo populus ille consecutus est, postquam audisse eos dixit Dei vocem, addit et priora beneficia : liberationem dico ab Ægyptiaca et dura illa servitute. Per onera autem, luti et laterum opus D dicit, atque aliorum hujusmodi, a quibus omnibus Judæorum humeros Deus liberaverat.

Αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἐν τῷ κοφίνῳ ἐδούλευσαν. Τῷ *Χεῖρες* προσυπακούεται τὸ *Γάρ*. Κόφινος δὲ ὁ κάλαθος, ἐν ᾧ ἔφερον τὸν πηλὸν καὶ τὴν πλίνθον· Ἐνωτοφόρει γὰρ ὁ λαὸς, καὶ ᾠκοδόμει πόλεις τῷ Φαραῷ.

Manus ejus in cophino servierunt. Subintelligenda est dictio *enim* ut sit sensus : Manus enim ejus, etc, Cophinus canistri genus est, in quo lutum, et lateres ferebant. Cum enim Pharaoni civitatis ædificarent, lutum ac lateres oportebat eos propriis humeris deferre.

Ἐν θλίψει ἐπεκαλέσω με, καὶ ἐῤῥυσάμην σε. Ἐντεῦθεν τὸν Χριστὸν ὁ Δαβὶδ εἰσάγει διαλεγόμενον Ἰουδαίοις, καὶ διδάσκοντα, ὅτι αὐτὸς ἦν ὁ πάλαι τὸν λαὸν εὐεργετήσας· θλίψιν δὲ λέγει τὴν ἐν Αἰγύπτῳ, τὴν ἀπὸ τῶν ἐργοδιωκτῶν, εἴτουν τῶν ἐπιστευδόν-

VERS. 8. *In tribulatione invocasti me, et liberavi te.* Ex hoc loco beatus David Christum introducit loquentem ad Judæos, et docentem quod ipse ille sit Deus, qui eos olim affecit beneficiis, per tribulationem autem afflictionem Ægyptiacam intelligit,

[31] Deut. IV, 5. [32] Exod. XX, 19.

quoniam ab operum præfectis assidue ad opus urgebantur; unde Dominus ad Moysem: *Videns*, inquit, *vidi afflictionem populi mei in Ægypto, et clamorem eorum audivi adversus operum compulsores. Novi enim dolorem eorum, et descendi, ut eriperem eos* [93]. Et rursus: *Ego vidi pressuram, qua Ægyptii eos premunt* [94]. *Invocasti* vero *me, et liberavi te*, et alia hujusmodi, propter eorum progenitores sunt dicta. Progenitores quippe et posteri unum genus efficiunt. Ipsam enim Judæorum gentem alloquitur.

A των τὰ ἔργα τῆς οἰκοδομίας, οὓς καὶ ἐπιστάτας φησίν. Εἶπε γάρ, φησί, Κύριος πρὸς Μωϋσῆν. *Ἰδὼν, εἶδον τὴν κάκωσιν τοῦ λαοῦ μου ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ τῆς κραυγῆς αὐτῶν ἀκήκοα ἀπὸ τῶν ἐργοδιωκτῶν. Οἶδα γὰρ τὴν ὀδύνην αὐτῶν, καὶ κατέβην τοῦ ἐξελέσθαι αὐτούς*. Καὶ αὖθις· *Καὶ ἐγὼ ἑώρακα τὸν θλιμμὸν, ὃν οἱ Αἰγύπτιοι θλίβουσιν αὐτούς*. Τὸ δὲ, *Ἐπεκαλέσω με, καὶ ἐῤῥυσάμην σε*, καὶ τὰ τοιαῦτα, διὰ τοὺς προγόνους αὐτῶν εἴρηται· ἓν γὰρ γένος ἐκεῖνοι καὶ οὗτοι.

Exaudivi te in abscondito tempestatis. Tuas, inquit, petitiones adimplevi, cum in occulta parte illius tempestatis laterem, quæ Ægyptiorum castra perturbaverat, quæque curruum axes conjunxerat, et Ægyptios magna vi in perditionem abduxerat. Tempestas autem, valida est ac vehemens ventorum procella.

Ἐπήκουσά σου ἐν ἀποκρύφῳ καταιγίδος. Ἐπήκουσά σου, τουτέστιν Ἐπλήρωσα τὴν δέησίν σου, ὢν ἀφανὴς, ἐν ἀποκρύφῳ τόπῳ τῆς καταιγίδος, τῆς συνταραξάσης τὴν παρεμβολὴν τῶν Αἰγυπτίων, καὶ συνδησάσης τοὺς ἄξονας τῶν ἁρμάτων B αὐτῶν· καὶ ἀγαγούσης αὐτοὺς μετὰ βίας ἐπὶ τὸν ὄλεθρον. Καταιγὶς γὰρ ἡ ἐκ βίας ἀνέμων συστροφή.

Probavi te apud aquam contradictionis. De hac aqua diximus in psalmo LXXVII. Probavi te, permittens ut paululum sitires, et continuo immemorem te reperi, atque ingratum: quod prius quidem noveram, verum tunc tuum vitium prorsus omnibus patuit.

Ἐδοκίμασά σε ἐπὶ ὕδατος ἀντιλογίας. Περὶ τοῦ ὕδατος εἴρηται ἐν τῷ οζ' ψαλμῷ. Ἐδοκίμασά σε, συγχωρήσας διψῆσαι μικρόν· καὶ εὐθὺς εὗρον ἀχάριστον καὶ ἀμνήμονα, καὶ πρότερον μὲν, μάλιστα δὲ τότε.

VERS. 9. *Audi, populus meus, et contestabor tibi*. Per populum suum Hebræos intelligit, sicuti in Ægypti exitu ad eorum progenitores dixerat: *Eritis mihi populus peculiaris* [95], hoc est, familiaris et benevolus: vel, populum suum ideo Christus eum appellat, quia secundum carnem illorum erat cognatus: *In propria*, inquit, *venit*, (*et sui eum non receperunt* [96]).

Ἄκουσον, λαός μου, καὶ διαμαρτύρομαί σοι. Λαὸν αὐτοῦ τοὺς Ἑβραίους ὠνόμασεν, ὃς καὶ κατὰ τὴν ἐξ Αἰγύπτου ἔξοδον εἰρηκὼς πρὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν, ὅτι *Ἔσεσθέ μοι λαὸς περιούσιος*, εἴτουν οἰκεῖος. Ἢ καὶ ὡς κατὰ σάρκα συγγενὴς ὢν C αὐτῶν· *Εἰς τὰ ἴδια* γάρ, φησίν, *ἦλθεν*.

VERS. 10. *Israel si audieris me, non erit in te Deus novus, neque adorabis Deum alienum*. O popule Israel, si credideris mihi, qui novum condidi testamentum, si credideris, inquam, mihi ut Deo, esto securus, quod legem tuam non transgredieris. Nam etsi in lege scriptum sit: *Non erunt tibi alii dei præter me* [97], tibi tamen ideo dubitandum non est, ego etenim alius Deus non sum. Nam quod hic dicitur: *Deus novus*, dictum est pro *Deus alius*, sicuti continuo exponit, cum ait: *Neque adorabis Deum alienum*. Si quid enim aliud fuerit ab eo, quod olim est, id novum dicitur, tanquam postea ac de novo adveniens: atque ideo etiam appellatur alienum.

Ἰσραὴλ, ἐὰν ἀκούσῃς μου, οὐκ ἔσται σοὶ θεὸς πρόσφατος, οὐδὲ προσκυνήσεις θεῷ ἀλλοτρίῳ. Ὦ λαὸς Ἰσραὴλ, ἐὰν πεισθῇς μοι τὴν καινὴν διαθήκην διατιθεμένῳ, καὶ πιστεύσεις μοι ὡς Θεῷ, οὐ παρανομήσεις· εἰ γὰρ καὶ ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται· *Οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ*, ἀλλ' οὐχ ἕτερος Θεὸς ἐγώ. Ἀντὶ τοῦ, *Ἕτερος* δὲ, τὸ, *Πρόσφατος*, εἴληπται, οὗπερ αὖθις ἑρμηνευτικὸν τὸ *Ἀλλοτρίῳ*· τὸ γάρ, *Ἕτερον*, παρὰ τὸ, Ὃν πάλαι, πάντως πρόσφατον, ὡς ὕστερον ἐπιγεγονὸς, καὶ διὰ τοῦτο ἀλλότριον.

VERS. 11. *Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti*. Ille ipse ego sum et non alius. Hujus autem versiculi verba apud Moysem ad unguem scripta sunt in libro Exodi.

D *Ἐγὼ γάρ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου, ὁ ἀναγαγών σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου*. Αὐτὸς ἐκεῖνός εἰμι, καὶ οὐχ ἕτερος. Καὶ τοῦτο δὲ τὸ ῥητὸν ἐν τῷ ῥηθέντι νόμῳ γέγραπται κείμενον ἐν τῇ βίβλῳ τῆς Ἐξόδου.

Dilata os tuum, et implebo illud. Aperi, inquit, os tuum, os dico non corporis sed intellectuale animæ tuæ os. Nam si os tuum ad spiritualem cibum, et ad divinos sensus percipiendos parasti, ego illud implebo sapientia, et a terrena hac legalis litteræ humilitate, te abducam ad aliam atque excelsam occulti ac latentis in littera spiritus sublimitatem, et speculam. Potest, et ipsum os

Πλάτυνον τὸ στόμα σου, καὶ πληρώσω αὐτό. *Πλάτυνον*, ἀντὶ τοῦ, Ἄνοιξον· τὸ στόμα δὲ λέγει τὸ τῆς ψυχῆς· Εἰ σὺ, φησὶν, ἑτοιμάσεις αὐτὸ πρὸς ὑποδοχὴν τροφῆς πνευματικῆς, εἴτουν θείων νοημάτων, ἐγὼ πληρώσω αὐτὸ σοφίας, καὶ ἀνάξω σε ἀπὸ τῆς χαμαιζηλίας τοῦ νοητοῦ γράμματος εἰς τὸ ὕψος τοῦ ἐγκεκρυμμένου τῷ γράμματι πνεύματος. Νοεῖται δὲ στόμα καὶ τὸ αἰσθητόν. Εἰ γὰρ πειθαρ-

[93] Exod. III, 7. [94] Ibid. 9. [95] Deut. VII, 6. [96] Joan. I, 11. [97] Exod. XX, 3.

χρήσεις ἐμοὶ, φησὶν, ἐμπλήσω σε καὶ σωματικῆς τροφῆς.

Καὶ οὐκ ἤκουσεν ὁ λαός μου τῆς φωνῆς μου. Ἐγὼ μὲν οὕτω διεμαρτυράμην καὶ τοιαῦτα ὑπεσχόμην· ὁ δὲ λαός μου οὐκ ἐπείσθη μοι. Φησὶ δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης ὅτι *Καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον.*

Καὶ Ἰσραὴλ οὐ προσέσχε μοι. Παλιλλογία τοῦτο καὶ ἐπεξήγησις. Καὶ τὸ, Ἀκούω, σημαίνει μὲν καὶ τὸ Αἰσθάνομαι, καὶ Πείθομαι, ὡς ἐπὶ τοῦ προκειμένου· ἔτι δὲ καὶ τὸ Νοῶ, ὡς τό· *Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.*

Καὶ ἐξαπέστειλεν αὐτοὺς κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν. Ἀφῆκα αὐτοὺς φέρεσθαι κατὰ τὰ θελήματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν, ὡς ἀπειθεῖς· καὶ λοιπὸν μετέβην ἐπὶ τὰ ἔθνη· ἐπιτηδεύματα δὲ οἱ ἐξηγηταὶ τὰ θελήματα νῦν κεκλήκασι.

Πορεύσονται ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν. Ἀνεπισκόπητοι καὶ ἀβοήθητοι, γυμνωθέντες τῆς ἄνωθεν χάριτος, ὡς ἀνίατοι. Πορεύσονται δὲ ἀεὶ μετὰ τὸ ἀπώσασθαι τὸν Σωτῆρα.

Εἰ ὁ λαός μου ἤκουσέ μου, Ἰσραὴλ εἰ ταῖς ὁδοῖς μου ἐπορεύθη, ἐν τῷ μηδενὶ ἂν τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν ἐταπείνωσα, καὶ ἐπὶ τοὺς θλίβοντας αὐτοὺς ἐπέβαλον ἂν τὴν χεῖρά μου. Τὸ μὲν, *Ἰσραὴλ ταῖς ὁδοῖς μου εἰ ἐπορεύθη*, ἐπεξήγησίς ἐστι τοῦ πρὸ αὐτοῦ στίχου· τὸ δὲ, *Καὶ ἐπὶ τοὺς θλίβοντας αὐτοὺς ἐπέβαλον ἂν τὴν χεῖρά μου*, ὁμοίως σαφηνισμὸς καὶ παλιλλογία τοῦ πρὸ τούτου. *Ἐν τῷ μηδενὶ* δὲ, ἀντὶ τοῦ Ἀπόνως, εὐχερῶς, ὡς οὐδέν· ἢ ἀντὶ τοῦ, Ἐν φαύλῳ. Καὶ γὰρ τοὺς Αἰγυπτίους ἐν βατράχῳ καὶ ἀκρίσι, καὶ τοιούτοις εὐτελέσιν ἐμάστιζεν, εἰς ἔνδειξιν τῆς αὐτοῦ δυνάμεως.

Οἱ ἐχθροὶ Κυρίου ἐψεύσαντο αὐτῷ. Ἐχθροὶ τοῦ σταυροῦ Χριστοῦ κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον οἱ Ἰουδαῖοι. Ἐψεύσαντο δὲ αὐτῷ, Ῥαββὶ μὲν καλοῦντες, καὶ ἁπαλύνοντες τοὺς λόγους αὐτῶν, ὡς ἐν τῷ νδ' ψαλμῷ προέφημεν, ὑποκρινόμενοι δέ. Ἢ καὶ ἄλλως. Τὸ, *Ἐψεύσαντο αὐτῷ*, τέθεικεν ὁ Δαβὶδ, διδάσκων ὅτι προγονικὴν ἔχουσι τὴν ἀπείθειαν. Νομοθετοῦντος γὰρ τοῦ Θεοῦ πάλαι, ἐπηγγείλαντο μὲν διὰ τῶν προγόνων πείθεσθαι οἷς εἶπεν, εἰπόντες· *Πάντα ὅσα εἶπε Κύριος ὁ Θεὸς, ποιήσομεν καὶ ἀκουσόμεθα*· ἐψεύσαντο δὲ μυριάκις, ἀθετήσαντες τοὺς λόγους αὐτοῦ. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρως εἰπεῖν ὅτι συγγενεῖς τοῦ Χριστοῦ ὄντες, πολέμιοι αὐτοῦ γεγόνασι, ψευσάμενοι τὴν συγγένειαν.

Καὶ ἔσται ὁ καιρὸς αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα. Καιρὸν Ἑβραῖοι καὶ Σύροι τὰς συμφορὰς εἰώθασιν ὀνομάζειν. Προφητεύει δὲ ὅτι οὐδέποτε συμφορῶν ἀπαλλαγήσονται. Ἢ καιρὸν μὲν νόει μοι τὸν τῆς καταδίκης αὐτῶν αἰῶνα δὲ τὸν μέλλοντα.

Καὶ ἐψώμισεν αὐτοὺς ἐκ στέατος πυροῦ καὶ

A corporis intelligi, ut sit sensus : Si parueris mihi, necessarios tibi corporis cibos præstabo.

VERS. 12. *Et non audivit populus meus vocem meam.* Ego quidem ita eis contestatus sum, et talia pollicitus, verum populus meus mihi non credidit : quod Joannes evangelista significavit, dicens : *Et sui eum non receperunt.*

Et Israel non attendit mihi. Repetitio est, atque expositio prioris dicti ; verbum autem Attendo, sive Audio, sæpe idem significat quod Credo, ut hic. Alibi autem accipitur pro Intelligo, juxta illud : *Qui habet aures audiendi, audiat.*

VERS. 13. *Et dimisi eos secundum studia cordium suorum.* Dimisi, inquit, eos veluti incredulos ferri juxta voluntatem suorum cordium : et deinceps B ad gentium populos pertransivi. Per studia autem alii interpretes voluntates intelligunt.

Ibunt in studiis suis. Protectione scilicet divina destituti, atque omni superna gratia spoliati, veluti immedicabiles. Ibunt autem hoc pacto destituti, simul ac Salvatorem repulerint.

VERS. 14, 15. *Si populus meus audisset me, Israel si in viis meis ambulasset, in nihil sane inimicos eorum humiliassem, et super tribulantes eos misissem manum meam.* Verba illa : *Israel si in viis meis ambulasset*, ad superioris versiculi declarationem dicta sunt. Similiter verba illa : *Super tribulantes eos misissem manum meam*, exponunt præcedentia, C et sententiæ repetitionem continent. *In nihilo* autem expone, pro, De facili ac sine labore ; vel, *In nihilo*, pro, In re vili et nullius momenti. Nam et olim Deus, in ranis in locustis, et in hujuscemodi aliis minimis rebus hostes eorum flagellaverat, ut suarum virium magnitudinem demonstraret.

VERS. 16. *Inimici Domini mentiti sunt ei.* Inimici crucis Christi, teste Paulo, Judæi sunt : mentiti autem sunt Christo Judæi, dum sermonibus ei blandiebantur, appellantes eum Rabbi, ut diximus in psalmo LIV, quæ omnia tamen simulantes dicebant. Vel aliter : Volens beatus David docere quod Judæorum infidelitas de progenitorum radice descendebat, eos dicit Domino mentitos esse. Nam cum olim Deus legem eis statueret, polliciti sunt D per progenitores suos, observaturos se esse omnia quæ mandaverat, dicentes : « *Omnia quæ dixit Dominus Deus faciemus, et audiemus* [98] ; » et tamen sæpenumero mentiti sunt, et illius contempserunt sermones. Possumus et illud dicere, quod cum Judæi cognati Christi essent, inimici ei facti sunt, et illius cognationem mentiti.

Et erit tempus eorum in sæculum. Per tempus, tam Syri, quam Hebræi calamitates solent significare. Eos igitur a calamitatibus nunquam esse liberandos prædicit. Vel, condemnationis eorum tempus intellige, futurum nimirum sæculum.

VERS. 17. *Et cibavit eos ex adipe frumenti, et de*

[98] Exod. XXIV, 7.

petra melle saturavit eos. Hic Deus, inquit, cui Judæi A non crediderunt, manna olim eos cibavit, quasi pinguissimo quodam frumento. Subintelligitur enim dictio, *Quasi*, ut sit ordo, et sensus : Cibavit eos quasi ex adipe frumenti. Per adipem vero frumenti, tenuissimam ac purissimam triticeæ farinæ partem intellige, quam similam appellant : et per mel, aquam illam intellige, quæ ex petra manavit, non quod natura esset mel, sed opinione, et sapore. Illis enim tunc fatigatis et sitientibus adeo fuit suavis, ut mel prorsus esse videretur; atque ideo ipse etiam Moyses hoc pacto etiam in Cantico Deuteronomii appellavit dicens : *Expressit mel de petra* [99]. Hujusmodi autem cibi et potus, ac satietatis commemoratione, bonorum omnium eis præstitorum abundantiam significavit. Et aliter : Cibavit Christus quatuor millia hominum septem panibus, et potavit eos mellita ejus doctrina usque ad saturitatem? *Quam dulcia enim*, inquit, *faucibus meis eloquia tua ! super mel ori meo* [1]. Petra enim illa, unde fluebat aqua, ut Apostolus docuit, erat Christus [2].

ἐκ πέτρας μέλι ἐχόρτασεν αὐτούς. Οὗτος ὁ Θεὸς ὁ μὴ εἰσακουσθεὶς, οὗτος πάλαι τοὺς Ἑβραίους ἐψώμισεν μάννα, ὡς ἐκ στέατος πυροῦ. Λείπει γὰρ τὸ, Ὡς· πυρὸς μὲν γὰρ ὁ σῖτος στέαρ δὲ αὐτοῦ τὸ λεπτότατον καὶ καθαριώτατον ἄλευρον· μέλι δὲ τὸ ἐκ πέτρας ὠνόμασεν, οὐ κατὰ φύσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν δόκησιν. Διψῶσι γὰρ αὐτοῖς καὶ ἐκτετηκόσι μέλι διὰ τὴν ἡδονὴν ἔδοξεν. Οὕτω δὲ καὶ Μωϋσῆς αὐτὸ κέκληκεν ἐν τῇ ᾠδῇ τοῦ Δευτερονομίου, εἰρηκώς· *Ἐθήλασαν μέλι ἐκ πέτρας*· διὰ δὲ τῆς παραδόξου ταύτης ψωμίσεως καὶ χορτασίας πᾶσαν τὴν ἀφθονίαν τῶν δωρηθέντων αὐτοῖς ἀγαθῶν ἐνέφηνε. Καὶ ἄλλως δὲ ἐψώμισε τοὺς τετρακισχιλίους ἑπτὰ ἄρτοις, καὶ ἐπότισεν αὐτοὺς ἄχρι χορτασίας μέλι, τουτέστι τὴν παρ' ἑαυτοῦ διδασκαλίαν. *Ὡς γλυκέα* γὰρ, φησὶ, B *τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου! ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου*· — *Ἡ δὲ πέτρα*, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, *ἦν ὁ Χριστός.*

Psalmus ipsi Asaph.

PSALMUS LXXXI.

Quædam exemplaria inscriptionem habent quam posuimus : *Psalmus ipsi Asaph;* quædam vero : *Intelligentiæ ipsi Asaph*, vel quia hic psalmus prudentiores atque intelligentiores reddit omnes judices, vel quia intelligentia opus est, ad percipiendam prophetiam, quæ in eo continetur. Redargutionem etenim illam prædicit, qua in Scribas, atque in Pharisæos Dominus noster in Evangelio usus est.

Ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ.

ΨΑΛΜΟΣ ΠΑ'

Τινὰ μὲν τῶν ἀντιγράφων, *Ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ*, ἔχουσι, τινὰ δὲ, *Συνέσεως τῷ Ἀσάφ*. Διότι ὁ ψαλμὸς οὗτος συνετίζει τοὺς δικαστάς· ἢ ὅτι συνιέναι τὴν ἐν τούτῳ προφητείαν δεῖ. Προαγορεύει γὰρ τὸν παρὰ τοῦ Χριστοῦ κατὰ τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων ἔλεγχον.

VERS. 1. *Deus stetit in synagoga deorum.* Christus stetit in medio synagogæ Scribarum, Pharisæorum, et seniorum populi, quos Propheta hic deos appellat, quia aliis præerant, et inter inferiores judicabant, quemadmodum in primo quadragesimi noni psalmi versiculo latius tradidimus. Gregorius autem Theologus in secundo sermone de baptismate aliter hoc declarat, ubi poteris videre.

C *Ὁ Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν.* Ὁ Χριστὸς ἔστη ἐν μέσῳ τῆς συναγωγῆς τῶν Γραμματέων, καὶ Φαρισαίων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ. Τούτους γὰρ θεοὺς ὁ Προφήτης ἐκάλεσε νῦν διὰ τὸ ἀρχικὸν καὶ δικαστικὸν ἀξίωμα, ὡς ἐν τῷ στίχῳ τοῦ μθ' ψαλμοῦ πλατύτερόν τε καὶ ἀκριβέστερον ἐξηγησάμεθα. Ὁ δὲ Θεολόγος ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ τοῦ βαπτίσματος ἑτέρως ἐξελάβετο τοῦτο, καὶ ποῖον τοῦτο ζήτει.

In medio autem Deos dijudicabit. Stans in medio eorum dijudicabit, hoc est, redarguet, principes scilicet et judices populi, ut jam dictum est. Vel, in medio, dixit, pro, coram multis. Magna etenim cum libertate Christus eos reprehendebat, dicens : *Væ vobis Scribæ, et Pharisæi hypocritæ*, quod hæc, atque illa facitis. Hebræi vero expositores dicunt : Deus stetit in medio principum, invisibilis conspectui eorum exsistens; et in medio multorum eos redarguet per prophetas, si principatum atque imperium indigne exercuerint.

Ἐν μέσῳ δὲ θεοὺς διακρινεῖ. Ἐν μέσῳ δὲ στὰς διακρινεῖ, τουτέστι, διελέγξει τοὺς ἄρχοντας καὶ κριτὰς, ὡς εἴρηται, τοῦ λαοῦ. Ἢ τὸ, *Ἐν μέσῳ*, ἀντὶ τοῦ, Ἐνώπιον πολλῶν. Καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς παῤῥησίᾳ τούτους ἤλεγξε καθαψάμενος καὶ εἰπών· *Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι, ὑποκριταί!* D οἱ ποιοῦντες τάδε καὶ τάδε. Ἑβραῖοι δέ φασιν, ὅτι ὁ Θεὸς ἔστη ἐν μέσῳ τῶν ἀρχόντων, ὡς παρὼν αὐτοῖς ἀοράτως· διὸ καὶ ἐν μέσῳ πολλῶν ἐλέγξει αὐτοὺς διὰ τῶν προφητῶν, εἰ ἀδίκως ἄρξουσιν.

VERS. 2. *Usquequo judicatis injustitiam, et facies peccatorum accipitis?* Stetit Deus et judicabit, dicens nimirum verba hæc, quæ sequuntur : *Usquequo*, etc. *Injustitiam* autem hoc in loco posuit pro Injuste. Vel; *Usquequo judicatis injustitiam?* pro : Usquequo justificatis peccatores? Per peccatores autem, injustos omnes intelligit. Quousque,

Ἕως πότε κρίνετε ἀδικίαν, καὶ πρόσωπα ἁμαρτωλῶν λαμβάνετε; Τῷ ἔστη καὶ τῷ διακρινεῖ συνεξακούεται τὸ, *Λέγων*. Ἢ τοίνυν τὸ, *Ἀδικίαν*, ἀντὶ τοῦ, Ἀδίκως, νοήσωμεν· ἢ τὸ, *Κρίνετε*, ἀντὶ τοῦ, Δικαιοῦτε. Ἁμαρτωλοὺς δὲ ἐνταῦθα λέγει τοὺς ἀδίκους. Τὸ δὲ, *Λαμβάνετε*, ἀντὶ τοῦ, Εὐλαβεῖσθε· φησὶ δὲ καὶ ὁ νόμος· *Οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐν κρί-*

[99] Deut. XXXII, 13. [1] Psal. CXVIII, 103. [2] I Cor. X, 4.

σει, ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ κρίσις ἐστί. Προσωπολήπτης δὲ, ὁ εὐλαβούμενος τῶν ἀδίκων τὴν ὑπεροχήν.

A inquit, accipitis injustos? hoc est, quousque eos veremini? Hujusmodi loquendi modo alibi Scriptura nititur, quando ait in lege : *Non accipietis faciem in judicio, quoniam judicium Domini est* [a]. Ille autem personarum acceptor dicitur, qui injustorum ac pravorum hominum potentiam, et magnitudinem veretur.

Κρίνατε ὀρφανῷ καὶ πτωχῷ. Διαιτήσατε τούτοις ἀδικουμένοις, καὶ μὴ παρίδητε.

VERS. 3. *Judicate orphano, et inopi.* Horum, inquit, causam judicate, et nolite despicere eos aut negligere.

Ταπεινὸν καὶ πένητα δικαιώσατε. Ἀδικουμένους δηλονότι· ἢ τοίνυν τὸ αὐτὸ πάλιν φησίν· ἢ προείρηται ἡ διαφορὰ τοῦ πτωχοῦ καὶ τοῦ πένητος ἐν τῷ ια' ψαλμῷ.

Humilem et pauperem justificate. Si injuria affecti fuerint : et rursus idem repetit quod in præcedenti dixit versiculo. Vel, inopis et pauperis differentiam quære in psalmo XI.

Ἐξέλεσθε πένητα καὶ πτωχὸν, ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ ῥύσασθε αὐτόν. Ὅρα ὅσον μέλει τῷ Θεῷ περὶ τῶν πτωχῶν καὶ πενήτων· πολλάκις γὰρ τὸν περὶ αὐτῶν λόγον ἀνακυκλοῖ. Ἐξέλεσθε οὖν αὐτὸν, καὶ ῥύσασθε αὐτὸν καταδυναστευόμενον. Ἁμαρτωλὸς δὲ κἀνταῦθα ὁ ἄδικος.

VERS. 4. *Eripite pauperem et inopem, de manu peccatoris liberate eum.* Vide quantæ curæ sint Deo inopes et pauperes, cum sæpius Propheta sermo- B nem de eis repetat. Eripite igitur, et liberate eos, quoties opprimuntur. Peccatorem autem hic quoque dicit injustum.

Οὐκ ἔγνωσαν οὐδὲ συνῆκαν· ἐν σκότει διαπορεύονται. (99) Ἐθελοκωφήσαντες οὐκ ἔγνωσαν τοὺς θείους λόγους, εἶπον, οὐ συνῆκαν· σαφηνισμὸς γὰρ τοῦ, *Οὐκ ἔγνωσαν*, τὸ, *Οὐδὲ συνῆκαν*. *Ἐν σκότει* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Ἐν πλάνῃ πολιτεύονται. Ἢ καὶ ἄλλως· Οὐκ ἔγνωσαν οὐδὲ συνῆκαν τὸ καλόν· διὸ ἐν ἀνοίᾳ τοῦ δικαίου πορεύονται.

VERS. 5. *Non cognoverunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant.* Sponte sua cæci effecti sunt, et divinos sermones non cognoverunt, hoc est, non intellexerunt. Ad majorem enim declarationem additum est, id verbum a Propheta : *In tenebris ambulant;* hoc est in errore perseverant. Vel aliter : Non cognoverunt neque intellexerunt, quid nam bonum atque honestum sit, atque ideo ambulant in ignorantia justitiæ.

Σαλευθήτωσαν πάντα τὰ θεμέλια τῆς γῆς. Τοῦτο ὁ Σύμμαχος οὕτως ἐξέδωκε· *Ταράξω τὴν γῆν διὰ τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν αὐτῇ.* Κατὰ δὲ τὸ, *Σαλευθήτωσαν*, κελεύει ὁ Θεὸς κλονηθῆναι τὴν γῆν, εἰς φόβον τῶν ἀδίκων ἀρχόντων καὶ παρανόμων κριτῶν. Ἢ *Σαλευθήτωσαν*, μὴ φέροντα τὴν παρανομίαν αὐτῶν. Θεμέλια δὲ τῆς γῆς τὸν πυθμένα ταύτης καλεῖ. Ἐκπληκτικὸς δὲ καὶ φοβερὸς ὁ λόγος οὗτος καὶ ἐμφαντικὸς τῆς θείας κατὰ τῶν παρανόμων ἀρχόντων καὶ κριτῶν ἀγανακτήσεως.

Commoveantur omnia fundamenta terræ. Hæc verba Symmachus ita reddidit : *Conturbabo terram, propter habitantes in ea.* Et juxta primam le- C ctionem, jubet Deus terram commoveri et fluctuare, ut injustis principibus atque iniquis judicibus terrorem incutiat. Vel, *Commoveantur fundamenta terræ*, et illorum iniquitates non sustineant. Per fundamenta vero terræ, illius profunditatem intelligit. Sunt autem hæc verba summo plena terrore. Divinam enim indignationem adversus iniquos judices ac principes, maximam esse demonstrant.

Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες. Καὶ ποῦ εἶπεν, Θεοί ἐστε καὶ τὰ τοιαῦτα, Τινὲς μὲν φασιν ἐν τῷ εἰπεῖν, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν·* ἐγὼ δὲ προσεξεῦρον, ὅτι θεοὺς μὲν εἶπε τοὺς ἄρχοντας καὶ δικαστὰς ἐν τῇ βίβλῳ τῆς Ἐξόδου, λέγων πρὸς τὸν λαόν· *Θεοὺς οὐκ ἀλογήσεις, καὶ ἄρχοντας τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς.* Θεοὺς δὲ ἐκεῖ τοὺς ἄρχοντας εἴρηκεν, ὡς ἐν τῷ μδ' ψαλμῷ προεξηγησάμεθα· υἱοὺς δὲ Ὑψίστου τοὺς Ἰσραηλίτας ὠνόμασεν ἐν τῷ εἰπεῖν· *Υἱός πρωτότοκός μου Ἰσραήλ.*

VERS. 6. *Ego dixi : Dii estis, et filii Altissimi omnes.* Verum ubinam in veteri Scriptura hoc dictum esse legimus? Quidam dicunt sententiam hanc contineri in illis verbis a Deo prolatis : *Faciamus hominem ad imaginem, et similitudinem nostram* [b]. Mihi autem videtur, quod judices, et principes Dei D appellati sint in libro Exodi, quoniam populo Deus mandavit dicens : *Diis non maledices, et principibus populi tui non dices male* [c]. Per deos etenim illic principes intellexit, quemadmodum in psalmo XLIV; jam exposuimus. Per filios autem Altissimi, ipsos Israelitas intelligit. De eis enim a Deo dictum est : *Filius meus primogenitus Israel* [d].

Ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε. Ὡς ἄνθρωποι ἁπλῶς. Καίτοι Θεοῦ εἰκόνι τετιμημένοι, ἢ Θεοῦ προσηγορίας ἀξιωθέντες, καὶ ὑπερέχοντες τῶν

VERS. 7. *Vos autem sicut homines moriemini.* Sicut homines simplices : Tametsi, inquit, imagine Dei honorati estis, et tanto donati nomine, ut Dei

[a] Deut. I, 17. [b] Gen. I, 26. [c] Exod. XXII, 28. [d] Exod. IV, 22.

Variæ lectiones.

(99) Imo vero *Surdi*.

appellemini, licet etiam plerisque ob principatum honoratiores sitis, moriemini tamen, ut simplices. Homines enim hic vulgares quoslibet homines intelligit, quod nec divinam noverunt legem, nec prudentiam ullam habent, cujusmodi gentes sunt. Et dicens: *Moriemini*, illud etiam significavit quod hujusmodi vivendi normam usque ad mortem ipsam, perpetuo retinebunt. Ac si diceret: Hoc pacto vivetis, usque ad mortem.

A πολλῶν ἐν τῷ ἀξιώματι τῆς ἀρχῆς. Ἀνθρώπους δὲ λέγει νῦν τοὺς κοινούς, καὶ μήτε Θεοῦ νόμον εἰδότας, μήτε σύνεσιν ἔχοντας, ὁποῖοί εἰσι τὰ ἔθνη. Διὰ δὲ τοῦ, *Ἀποθνήσκετε*, τὴν ἄχρι θανάτου τοιαύτην βιοτὴν αὐτῶν ᾐνίξατο, οἷον, ὅτι ἄχρι θανάτου οὕτω βιοῦνται.

Et quasi unus ex principalibus cadetis. Idem rursus repetit. Per principes autem gentium duces intelligit. Et *Cadetis*, dixit, pro Moriemini. Quidam vero per unum ex principibus, ipsum dæmonem intelligunt, veluti angelici olim ordinis principem; juxta quem sensum, *Cadetis*, expone, pro Decidetis, a dignitate nimirum pristina, atque hoc propter existimationem ac superbiam vestram. Nam et dæmon suo principatu male usus, ab honore illo decidit divino.

Καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτετε. Τὸ αὐτὸ πάλιν φησίν· ἀρχόντων γὰρ τῶν ἐθνικῶν λέγει. Καὶ *Πίπτετε*, ἀντὶ τοῦ, Ἀποθνήσκετε. Τινὲς δὲ ἕνα τῶν ἀρχόντων τὸν διάβολον λέγουσιν, ἄρχοντά ποτε καὶ αὐτὸν τοῦ ἀγγελικοῦ τάγματος. Ἐνταῦθα τὸ, *Πίπτετε*, ἀντὶ τοῦ, Ἀποπίπτετε τοῦ ἀξιώματος διὰ τὴν οἴησιν· κἀκεῖνος γὰρ μὴ χρησάμενος εἰς δέον τῇ ἀρχῇ ἐξέπεσε τῆς θείας τιμῆς. B

Vers. 8. *Exsurge, Deus, judica terram.* Hoc de Christi resurrectione absque ulla contradictione dictum est. Optat enim Propheta, et supplicat, ut resurgat Christus, et judicet terram, per apostolos nimirum, quos principes misit super omnem terram.

Ἀνάστα, ὁ Θεός, κρῖνον τὴν γῆν. Τοῦτο περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ ἀναντιῤῥήτως. Ἱκετεύει γὰρ ὁ Προφήτης τὸν Χριστὸν ἀναστῆναι, καὶ κρῖναι τὴν γῆν διὰ τῶν ἀποστόλων, οὓς κατέστησεν ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν.

Quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus. Tu, inquit, hæreditatem consequeris in omnibus gentibus. Hæreditas autem Christi, omnes sunt qui credunt in eum.

Ὅτι σὺ κατακληρονομήσεις ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. Καὶ γάρ, φησί, σὺ κληρονομίαν ἕξεις ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. Κληρονομία δὲ Χριστοῦ οἱ πιστεύσαντες εἰς αὐτόν.

Canticum psalmi ipsi Asaph.

PSALMUS LXXXII.

Ὠδὴ ψαλμοῦ τῷ Ἀσάφ.

ΨΑΛΜΟΣ ΠΒ'.

Quid sit *Canticum psalmi*, diximus in prœmio operis. Compositus est autem hic psalmus ex eorum persona qui e Babylonia captivitate reversi sunt. Nam cum Judæorum finitimi vidissent post hujusmodi reditum reædificari templum, et civitatem restitui, convenerunt in unum, et barbaricis gentibus collectis, impetum fecerunt in Judæos, tametsi ab eis victi, et superati fuerint, duce Judæorum Zorobabel. Hujuscemodi igitur materiam pertractat hic psalmus, in orationis speciem formatus.

C Τί ἐστιν *Ὠδὴ ψαλμοῦ*, προειρήκαμεν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς βίβλου. Πεποίηται δὲ ὁ ψαλμὸς εἰς πρόσωπον τῶν ἐπανελθόντων ἐκ Βαβυλῶνος. Μετὰ γὰρ τὴν ἐκεῖθεν ἐπάνοδον τὴν νεουργίαν τοῦ θείου ναοῦ, καὶ τὴν τῆς πόλεως ἀποκατάστασιν οἱ γείτονες θεασάμενοι, κατὰ ταὐτὸν συνεγείρονται, καὶ βάρβαρα συναθροίσαντες ἔθνη, τοῖς Ἰουδαίοις ἐπέθεντο· κατεπολεμήθησαν δέ, τοῦ Ζοροβάβελ στρατηγοῦντος. Περὶ τούτων οὖν ὁ ψαλμὸς συντέθειται, σχηματισθεὶς εἰς εὐχήν.

Vers. 2. *Domine, quis similis erit tibi?* Non interrogantis sed laudantis est sermo, et divinam, ut ita dicam, incomparabilitatem admirantis. Dictio enim, *Quis*, hoc in loco non raritatem, sed impossibilitatem significat; ac si diceret: Nullus tibi similis reperiri potest, ex quo divinæ constituitur virtutis immensitas.

Ὁ Θεός, τίς ὁμοιωθήσεταί σοι; Οὐκ ἐρωτῶντος ὁ λόγος, ἀλλ' ἐκθειάζοντος τὸ ἀσύγκριτον. Τὸ γάρ, *Τίς*, οὐ τὸ σπάνιον, ἀλλὰ τὸ ἀσύγκριτον ἐνταῦθα δηλοῖ, καὶ ἔστιν ἀντὶ τοῦ, Οὐδείς, δι' οὗ εἰσάγεται τὸ ἀπειροδύναμον. D

Ne sileas, neque mitescas, Deus. Noli adeo esse longanimis, aut patiens. Ita enim cæteri interpretes reddidere. Quare autem sic dicat audi:

Μὴ σιγήσῃς μηδὲ καταπραΰνῃς, ὁ Θεός. Μὴ μακροθυμήσῃς, μηδ' ἀνεξικακήσῃς. Οὕτω γὰρ οἱ ἄλλοι ἑρμηνεῖς ἐκδεδώκασι· τίνος δὲ ἕνεκεν ἄκουσον.

Vers. 3. *Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, et qui oderunt te, extulerunt caput.* — *Inimici tui*, qui tuum populum oppugnant, vel qui propter te nobis infensi sunt; *Sonuerunt* autem, hoc est, inauditum dedere clamorem, quemadmodum in exercitibus fieri solet, quando magna adest militum multitudo. Vel aliter: Ii qui olim suas in nos inimicitias susurro pene tantum significabant,

Ὅτι ἰδοὺ οἱ ἐχθροί σου ἤχησαν, καὶ οἱ μισοῦντές σε ἦραν κεφαλήν. Ἐχθροί σου, ὡς τῷ σῷ λαῷ πολεμοῦντες, ἢ, ὡς διὰ σὲ ἡμῖν πολεμοῦντες. *Ἤχησαν* δέ, ἀντὶ τοῦ, Θροῦν ἄσημον ἀπετέλεσαν, ὡς εἴωθεν ὑπὸ πολυπληθείας ἐν τοῖς στρατοπέδοις γίνεσθαι. Ἢ καὶ ἄλλως· Οἱ πρὶν ὑποψιθυρίζοντες τὴν καθ' ἡμῶν ἔχθραν νῦν εἰς ἐξάκουστον ταύτην ἤνεγκαν, θρασυνόμενοί τε, καὶ ἀλαζονευόμενοι. *Ἦραν*

δὲ κεφαλὴν, ἀντὶ τοῦ, Ἐπήρθησαν, ἀνεθάῤῥησαν, θαῤῥήσαντες τοῖς συμμάχοις.

A aperto nunc marte, ac palam hostiles animos fatentur, et temere omnia in nos agentes, gloriantur. Extulerunt autem caput, hoc est, animos ceperunt, et multis secum adjunctis coadjutoribus, audaciores effecti sunt.

Ἐπὶ τὸν λαόν σου κατεπανουργεύσαντο γνώμῃ. Τὸ *Γνώμῃ*, ἀντὶ τοῦ Μιᾷ γνώμῃ συμφώνως. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων μετὰ τοῦ νῦ γνώμην γράφουσιν· ὅπερ δηλοῖ, ὅτι ἐπανουργεύσαντο κοινὴν γνώμην. (1) Ἡ δὲ *Κατὰ* πρόθεσις ἐπίτασιν τῆς πανουργίας ἐμφαίνει. Ἄλλως· τὸ τῆς γνώμης ὄνομα ποτὲ μὲν δηλοῖ τὴν παραίνεσιν ὡς ὁ Ἀπόστολος· *Περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω*, (2) *γνώμην δὲ δίδωμι*· ποτὲ δὲ τὴν βουλὴν, ὡς καὶ νῦν ὁ Δαβίδ· *Ἐπὶ τὸν λαόν σου κατεπανουργεύσαντο γνώμην*, τουτέστιν, πανούργως ἐμελέτησαν βουλήν· ποτὲ δὲ τὴν ψῆφον, ὡς τὸ τοῦ Δανιὴλ· *Περὶ τίνος ἐξῆλθεν ἡ γνώμη ἡ ἀναιδής;* Λαμβάνεται δὲ καὶ ἐπὶ πίστεως, καὶ δόγματος, καὶ φρονήματος· ὡς καὶ παρὰ τῷ Θεολόγῳ· *Τὸ δὲ ἀντεισαγαγεῖν τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἀνδρὸς εὐσεβοῦς καὶ νοῦν ἔχοντος.* Item : *Sed suam ex adverso opinionem adducere viri pii est et sapientis.* (In omnibus enim his locis in Græco habetur, ut diximus dictio γνώμη.)

Vers. 4. *Super populum tuum malignaverunt consilio.* Consilio, hoc est, concordi ac communi omnium sententia. Quædam exemplaria habent, *Consilium*, in quarto casu, et tunc sensus esse videtur, quod commune consilium maligno ac perverso animo inierunt. Sciendum est autem quod Græca dictio, γνώμη, quæ hic in Græco habetur, et pro qua in'erpres *consilium* reddidit, aliquando admonitionem significat. juxta illud Apostoli : *De virginibus autem præceptum Domini, non habeo, consilium* B *autem do* [7]. Aliquando, consilium, ut hoc in loco : *Super populum tuum malignaverunt consilium.* Aliquando autem sententiam, ut illud Danielis : *Quam ob causam exivit tam impudens sententia* [8]? Aliquando etiam opinionem de fide, aut de quopiam dogmate, quale illud est apud Theologum dicentem : *Sed suam ex adverso opinionem adducere viri pii est et sapientis.* (In omnibus enim his locis in Græco habetur, ut diximus dictio γνώμη.)

Καὶ ἐβουλεύσαντο κατὰ τῶν ἁγίων σου. Παλιλλογία τοῦτο καὶ σαφηνισμὸς τοῦ πρὸ αὐτοῦ. Περὶ δὲ τῶν ἁγίων τοιαῦτα νοήσεις, οἷα καὶ περὶ τῶν ὁσίων, ὡς ἐν τῷ οη' ψαλμῷ προείρηται.

Et consuluerunt adversus sanctos tuos. Iteratio sermonis est ad majorem prædictorum declarationem. De sanctis autem, vide quæ in psalmo LXXVIII dicta sunt.

Εἶπαν· Δεῦτε, καὶ ἐξολοθρεύσωμεν αὐτοὺς ἐξ ἔθνους, καὶ οὐ μὴ μνησθῇ τὸ ὄνομα τοῦ Ἰσραὴλ ἔτι. Τοῦτο ἡ γνώμη, τοῦτο ἡ βουλή· τὸ δὲ *Ἐξ ἔθνους*, ἀντὶ, Εἶναι ἔθνος, ἐλάσαντες αὐτοὺς εἰς τὸ μὴ εἶναι ἔθνος· τὸ δὲ, *Οὐ μὴ μνησθῇ*, ἀντὶ, Οὐ μνημονευθῇ, οὐκ ἔτι ὀνομασθῇ ὅμως· οἷα μηκέτι ὄντος τοῦ τοιούτου ἔθνους.

Vers. 5. *Dixerunt : Venite, exterminemus eos ex gente, et non memoretur nomen Israel amplius.* Hoc est consilium quod inierunt. Exterminemus autem ex gente, hoc est, privemus eos hac qualitate ut gentes sint, deducendo eos nimirum ad nihilum : et C amplius non memoretur, hoc est, in futurum prorsus non nominetur, perdita, videlicet ac penitus dissipata illa gente.

Ὅτι ἐβουλεύσαντο ἐν ὁμονοίᾳ ἐπὶ τὸ αὐτό. Εἶπον πανούργως ἐμελέτησαν βουλήν. Ἐπαναλαμβάνει δὲ τὸν λόγον τῆς βουλῆς καὶ ὁμογνωμοσύνης αὐτῶν· ἐντεῦθεν εἰς ἄμυναν κινῶν τὸν διασκεδάζοντα βουλὰς ἐθνῶν. Διηγηματικὸν δὲ, τὸ *Ὅτι*· καὶ τὸ μὲν, *Ἐν ὁμονοίᾳ*, ἐπὶ τῆς γνώμης λαμβάνεται, τὸ δὲ, *Ἐπὶ τὸ αὐτὸ*, ἐπὶ τοῦ τόπου, τουτέστιν εἰς μίαν γνώμην συνελθόντες, καὶ εἰς ἕνα τόπον.

Vers. 6. *Quoniam consultaverunt unanimiter simul.* Hoc est, sceleste ac maligne meditati sunt consilium. Reassumit enim sermonem de consilio, et communi eorum conspiratione, Deum hoc pacto excitans ad vindictam, qui gentium solet dissipare consilia. Dictio autem *Quoniam*, narrantis est ; dictio *Unanimiter*, ad consilia eorum refertur ; dictio vero, *In unum*, ad locum : et sensus est, quod in unam convenerunt sententiam, atque in eodem loco.

Κατὰ σοῦ διαθήκην διέθεντο. Διαθήκην τὴν συνθήκην λέγει· εἶτα λοιπὸν ἀπαριθμεῖται καὶ τοὺς οὕτω συνθεμένους.

Adversus te testamentum disposuerunt. — *Testamentum* posuit pro fœdere, seu pacto (quod enim D Græcæ dictiones, διαθήκη et συνθήκε tam voce quam derivatione, et significatione cognatæ quodammodo sunt, hinc factum est, ut altera alterius sæpe loco ponatur.) Deinde eos connumerat, qui in unum simul convenerunt.

Τὰ σκηνώματα τῶν Ἰδουμαίων καὶ οἱ Ἰσμαηλῖται. — *Τὰ σκηνώματα τῶν Ἰδουμαίων*, ἀντὶ τοῦ, Ἡ πόλις τῶν Ἰδουμαίων, ἢ ἀντὶ τοῦ, Οἱ Ἰδουμαῖοι, κατὰ περίφρασιν. Ἰδουμαῖοι δὲ ἔθνος ἀπὸ

Vers. 7. *Tabernacula Idumæorum, et Ismaelitæ.* Per Idumæorum tabernacula, vel ipsos simpliciter Idumæos intelligit, vel eorum civitates. Idumæi autem descendunt ab Esau, qui alio nomine dictus

[7] I Cor. VII, 25. [8] Dan. II, 15.

Variæ lectiones.

(1) Græce additur : *Præpositio autem* κατά *intensionem malitiæ significat.*
(2) Vertendum igitur . *Monitum autem do.*

est etiam Edom. Ismaelitæ vero genus suum deducunt ab Ismaele filio Abrahæ.

VERS. 8. *Moab et Agareni.* Moabitæ populi sunt, qui originem trahunt a Moab filio Lot; Agareni vero ab Agar matre Ismaelis, quæ postquam expulsa est e domo Abrahæ, alteri se viro conjunxit unde isti descenderunt.

Gebal et Ammon, et Amalech. Gebaleni populi erant, qui prope Idumæam habitabant. Ammonitæ autem ita denominati sunt ab Ammon filio Lot. Et Amalecitæ ab Amalec, qui et ipse originem ducebat ab Esau, qui sane aliam ab Idumæa regionem separatim habitabant.

Alienigenæ cum iis qui habitabant Tyrum. Per alienigenas Philistæos intellige, quos nunc Palæstinos dicimus. Hi etenim viciniorem Judæis regionem habitabant: atque ideo alienigenæ in specie appellati sunt. Per habitantes autem Tyrum, Tyrios intelligit.

VERS. 9. *Etenim et Assur venit cum illis.* Assur proprie Assyrii sunt: verum hoc in loco, Samaritanos ita appellat, veluti Assyriorum colonos. Nam post duarum tribuum captivitatem, illuc missi sunt Samaritani ab Assyriis, ut regionem illam incolerent. Abundat autem hoc in loco conjunctio, *Etenim.*

Facti sunt in adjutorium filiis Lot. Filios Lot, eos esse intellige, quos superius Moabitas appellavit, et Ammonitas. Hæ etenim nationes Judæis præcipue invidebant, et ideo in eos alias gentes in unum collegerunt.

VERS. 10. *Fac eis sicut Madian, et Sisaræ, sicut Jabin in torrente Cison.* Imprecatur Propheta adversus gentes superius connumeratas, quæ civitatis Jerusalem instaurationem ferre non poterant, atque in memoriam illorum hominum ruinam revocat, qui Judæorum populo olim infesti fuerant, et præter omnium opinionem perierant, optatque ut eodem pacto nunc prædicti omnes pereant, ob malignam eorum mentem in Judæos, quo illi superiores. Et per Madian quidem Madianitarum exercitum intelligit, quem multitudine ac copia militum terram obtexisse legimus, et tamen a trecentis viris, Gedeone duce, superatum, atque his quidem inermibus omnibus, lampades tantum, et tubas ferentibus, ut in libro Judicum legimus. Sisara dux fuit exercitus Jabin regis Chanaan potentissimi. Noningentos etenim ferreos currus habebat: hos autem omnes superavit Barach adversus eos jussu Deboræ profectus, quæ illis temporibus judicabat populum Israel. Et Sisaram quidem fugientem Jael uxor Chaber hospitio acceptum somno sopivit, ac deinde malleo et clavo illius tempora penetravit, atque hoc pacto interemit: ipse autem Jabin occisus fuit a Barach, qui universum cum rege exercitum dissipavit. Torrens autem Cison proximus est et continguus loco, ubi prælium illud commissum est. Hæc autem omnia distincte habentur in libro Judicum.

VERS. 11. *Exterminati sunt in Aendor.* Aendor

A Ἠσαῦ καταγόμενον· Ἐδὼμ γὰρ ὁ Ἠσαῦ ἐκλήθη· Ἰσμαηλῖται δὲ ἔθνος ἕτερον ἀπὸ Ἰσμαὴλ υἱοῦ Ἀβραάμ.

Μωὰβ καὶ οἱ Ἀγαρηνοί. Μωὰβ λέγει τοὺς Μωαβίτας· ἔθνος δὲ καὶ οὗτοι, ἀπὸ Μωὰβ, υἱοῦ τοῦ Λώτ. Ἀγαρηνοὶ δὲ ἔθνος ἀπὸ τῆς Ἄγαρ τῆς μητρὸς Ἰσμαὴλ, συναφθείσης ἑτέρῳ μετὰ τὸ ἀπελαθῆναι τῆς οἰκίας Ἀβραάμ.

Γεβὰλ καὶ Ἀμμὼν, καὶ Ἀμαλήκ. Γεβαληνοὶ ἔθνος περίοικον τῆς Ἰδουμαίας· Ἀμμανῖται ἔθνος ἀπὸ τοῦ Ἀμμὼν τοῦ υἱοῦ Λώτ· Ἀμαληκῖται δὲ ἔθνος ἀπὸ Ἀμαλὴκ, ὃς ἦν καὶ αὐτὸς ἔκγονος Ἠσαῦ, κατῴκει δὲ χώραν ἑτέραν παρὰ τοὺς Ἰδουμαίους.

B *Ἀλλόφυλοι μετὰ τῶν κατοικούντων Τύρον.* Ἀλλόφυλοι οἱ Φιλισταῖοι, οἱ νῦν Παλαιστινοὶ καλούμενοι· οὗτοι γὰρ παροικοῦντες τοῖς Ἰουδαίοις ἐγγὺς, ἀλλόφυλοι διαφερόντως ἐκλήθησαν· κατοικοῦντες δὲ Τύρον λέγει τοὺς Τυρίους.

Καὶ γὰρ καὶ Ἀσσοὺρ συμπαρεγένετο μετ' αὐτῶν. Ἀσσοὺρ οἱ Ἀσσύριοι. Καλεῖ δὲ οὕτως τοὺς Σαμαρείτας, ὡς ἀποίκους Ἀσσυρίων, μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν τῶν δώδεκα φυλῶν ἐκεῖσε μετοικισθέντας. Περιττεύει δὲ ὁ *Γὰρ* σύνδεσμος.

Ἐγενήθησαν εἰς ἀντίληψιν τοῖς υἱοῖς Λώτ. Εἰς συμμαχίαν· υἱοὺς δὲ Λὼτ λέγει τοὺς Μωαβίτας καὶ C Ἀμμανίτας, ὡς προειρήκαμεν· οὗτοι γὰρ μάλιστα τοῖς Ἰουδαίοις ἐφθόνουν, καὶ τὰ ἄλλα ἔθνη συνήγειραν.

Ποίησον αὐτοῖς ὡς τῇ Μαδιὰμ καὶ τῷ Σισάρᾳ, ὡς τῷ Ἰαβεὶμ ἐν τῷ χειμάῤῥῳ Κισῶν. Κατεύχεται τῶν ἀνωτέρω ἀπηριθμημένων ἐθνῶν, τῶν φθονησάντων τῇ ἀνανεώσει τῆς πόλεως· μέμνηται δὲ τῆς ἀπωλείας τῶν πάλαι πολεμησάντων τοῖς Ἰσραηλίταις καὶ παραδόξως ἀπολωλότων· καὶ τοιούτῳ τρόπῳ ἀπολωλέναι καὶ τούτους βούλεται. Μαδιὰμ μὲν γὰρ ἡ στρατιὰ τῶν Μαδιηνέων ἀπὸ τοῦ Μαδιὰμ οὕτως ὀνομασθεῖσα, ἣν τῷ πλήθει τὴν γῆν καλύπτουσαν ὁ Γεδεὼν ἐν ἀνδράσι τριακοσίοις ἐξωλόθρευσε, καὶ τούτοις ἀόπλοις· λαμπάδας μόνας καὶ σάλπιγ-D γας ἐπιφερομένοις, ὡς ἡ τῶν Κριτῶν βίβλος ἱστορεῖ. Ὁ Σισάρα δὲ στρατηγὸς ἦν τῆς δυνάμεως Ἰαβεὶμ, βασιλέως Χαναὰν, ἔχων ἅρματα σιδηρᾶ ἐννεακόσια· οὓς καὶ ἄμφω κατεπολέμησε Βαρὰχ, κελευσθεὶς ὑπὸ Δεβώρας τῆς κρινούσης ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις τὸν Ἰσραήλ. Καὶ τὸν μὲν Σισάρα φεύγοντα ὑποδεξαμένη ἡ Ἰαὴλ ἡ γυνὴ Χάβερ ἐκοίμησε· καὶ σφῦραν καὶ πάσσαλον λαβοῦσα διήλασε τὸν κρόταφον αὐτοῦ, καὶ οὕτως ἀνεῖλε. Τὸν δὲ Ἰαβεὶμ ὁ Βαρὰχ διέφθειρε, καὶ τὴν στρατιὰν αὐτοῦ πᾶσαν κατέκοψεν. Ὁ δὲ χείμαῤῥος Κισῶν τόπος ἦν ἐν ᾧ ὁ πόλεμος γέγονε· καὶ ταῦτα δὲ ἡ δηλωθεῖσα βίβλος διδάσκει.

Ἐξωλοθρεύθησαν ἐν Ἀενδώρ. Καὶ οὗτος τόπος

ἦν, ἐν ῷ ὁ κατὰ τὸν Σισάραν πόλεμος ἀνέστη. Τινὲς δὲ τὸν προειρημένον τόπον τοῦ χειμάῤῥου Κισῶν καὶ Ἀενδὼρ ἐκάλεσαν, ὡς διώνυμον.

Ἐγενήθησαν ὡσεὶ κόπρος τῇ γῇ. Ἄταφοι κείμενοι, σαπέντες καὶ διαλυθέντες.

Θοῦ τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν ὡς τὸν Ὠρὴβ, καὶ Ζὴβ, καὶ Ζεβεὲ, καὶ Σαλμανά. Ἄρχοντας λέγει τοὺς ἡγεμόνας τῶν προμνημονευθέντων ἐθνῶν. Ὠρὴβ μὲν οὖν καὶ Ζὴβ, ἄρχοντες τῶν Μαδιηναίων, οὓς ἀνεῖλεν ὁ δηλωθεὶς Γεδεών. Ζεβεὲ δὲ καὶ Σαλμανὰ, βασιλεῖς αὐτῶν, οὓς καὶ αὐτοὺς ἀπέκτεινε.

Πάντας τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν. Ὥστε μηδένα ὑπολειφθῆναι. Διὰ δὲ τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν διαρχομένων κατηύξατο.

Οἵτινες εἶπον· Κληρονομήσωμεν ἑαυτοῖς τὸ ἁγιαστήριον τοῦ Θεοῦ. — *Κληρονομήσωμεν*, ἀντὶ τοῦ Κυριεύσωμεν, ἐξουσιάσωμεν, οὐ τιμῆς χάριν, ἀλλ' ἁρπαγῆς τῶν ἱερῶν σκευῶν καὶ ἀναθημάτων· ἁγιαστήριον τὸν ναὸν καλοῦντες, ἐν ᾧ ὁ Θεὸς ἡγίαζε τὸν λαόν.

Ὁ Θεός μου, θοῦ αὐτοὺς ὡς τροχόν. Ἀστατοῦντας ἀεὶ καὶ κυλιομένους ταῖς ἐπαλλήλων μεταβολαῖς. Τοῦτο γὰρ τροχοῦ ἴδιον.

Ὡς καλάμην κατὰ πρόσωπον ἀνέμου. Εὐχερῶς διασκεδαννυμένους καὶ μηδαμοῦ στάσιν εὑρίσκοντας.

Ὡσεὶ πῦρ ὃ διαφλέξει δρυμὸν, ὡσεὶ φλὸξ ἢ κατακαύσει ὄρη, οὕτως καταδιώξεις αὐτοὺς ἐν τῇ καταιγίδι σου καὶ ἐν τῇ ὀργῇ σου συνταράξεις αὐτούς. Οὕτω καταδίωξον αὐτοὺς ἀναλίσκων, ὡσεὶ πῦρ ὃ διαφλέξει δρυμόν· ὀξέως γὰρ τοῦτο καὶ ἀφειδῶς φέρεται κατὰ τῆς ὕλης· τοῦ δὲ, *Ὡσεὶ πῦρ ὃ διαφλέξει δρυμὸν*, ἑφερμηνευτικὸν τὸ, *Ὡσεὶ φλὸξ ἢ κατακαύσει ὄρη*, ναὶ μὴν καὶ τοῦ, *Οὕτως καταδιώξεις αὐτοὺς ἐν τῇ καταιγίδι σου*, τὸ *Καὶ ἐν τῇ ὀργῇ σου συνταράξεις αὐτούς.* Καταιγίδα δὲ νῦν τὴν ὀξεῖαν κίνησιν τῆς ὀργῆς ἐκάλεσεν. Καταιγίδος γὰρ ἴδιον τὸ συνταράττειν. *Καταδιώξεις* δὲ καὶ *Συνταράξεις* ἢ προφητικῶς εἴρηνται, ἢ εὐκτικῶς, ἀντὶ τοῦ, *Καταδίωξον* καὶ *Συντάραξον.*

Πλήρωσον τὰ πρόσωπα αὐτῶν ἀτιμίας. Ἡττηθέντων.

Ἐκζητήσουσι τὸ ὄνομά σου, Κύριε. Ἐρωτῶντες μετὰ ἐκπλήξεως. Τίς οὗτος ὁ Θεὸς ὁ παραδόξως τοὺς οἰκείους ῥυσάμενος, καὶ ἀπολέσας ἡμᾶς;

Αἰσχυνθήτωσαν καὶ ταραχθήτωσαν εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, καὶ ἐντραπήτωσαν, καὶ ἀπολέσθωσαν. Κατευξάμενος αὐτῶν τὴν ἐν τῷ προσκαίρῳ αἰῶνι ἀπώλειαν, κατεύχεται καὶ τὴν ἐν τῷ μέλλοντι. Ἐκεῖνο γὰρ αἰῶνα αἰῶνος ὀνομάζει, ὡς παραδεδώκαμεν. Ἀπώλειαν δὲ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος οὐ τὴν ἀνυπαρξίαν, ἀλλὰ τὴν κόλασιν εἰρήκαμεν. Ἐν ἐκείνῳ γὰρ αἰσχύνονται, εἴτουν ἐντρέπονται οἱ πο-

A locus est ubi bellum cum Sisara commissum est. Aliqui locum torrentis Cison eumdem esse dicunt et Aendor, et geminum habere nomen.

Facti sunt quasi stercus terræ. Insepulti, dissoluti et putrefacti.

VERS. 12. *Pone principes eorum sicut Oreb, et Zeb, et Zebee, et Salmanan.* Per principes duces gentium intelligit, quas superius commemoravimus. Oreb et Zeb, Madianitarum erant duces, quos Gedeon, ut diximus, interemit. Zebee autem et Salmana, eorumdem erant reges, qui simili modo a Gedeone occisi sunt.

VERS. 13. *Omnes principes eorum.* Ita ut nemo relinquatur. Verum dum adversus principes imprecatur, subditos etiam eis populos compre-
B hendit.

Qui dixerunt: Hæreditemus nobis sanctuarium Dei. — *Hæreditemus*, pro Dominemur, vel in potestate nostra habeamus, non ut honoremus illud, sed ut sacra vasa, et reliquas oblationes diripiamus. Per Sanctuarium autem templum ipsum intelligit, in quo Deus populum sanctificabat.

VERS. 14. *Deus meus, pone eos ut rotam.* Continue instabiles, et crebris mutationibus circumactos. Hoc pacto enim rotæ poterunt comparari.

Ut arundinem ante faciem venti. Ita ut facile dissipentur, et nullam inveniant stabilitatem.

C VERS. 15, 16. *Quasi ignis qui comburet silvam, et quasi flamma comburens montes, ita persequeris illos in procella tua, et in ira tua conturbabis eos.* Non secus illos persequaris, quæso, et consumas, atque ignis solet silvam populari. Summa etenim vi fertur ignis in silvam, et omnia corripit. Hæc autem verba a sequentibus exponuntur, quæ dicunt: *Et sicut flamma comburens montes.* Et simili modo verba illa: *Ita persequeris eos in procella tua*, a sequentibus verbis declarantur: *Et in ira tua conturbabis eos.* Procellam enim hoc in loco celerem atque impetuosum iræ motum metaphorice appellavit. Procellæ enim proprium est omnia conturbare. Quod vero ait, *Persequeris*, et *Conturbabis*, vel prophetice dicta sunt, veluti futura prædicantur, vel optantis modum continent pro *Persequaris*, et *Conturbes.*

D VERS. 17. *Imple facies eorum ignominia.* Eis nimirum profligatis.

Et quærent nomen tuum, Domine. Interrogantes cum timore ac tremore, quisnam sit is Deus qui tam admirande nos populum suum liberavit, et eos perdidit.

VERS. 18. *Erubescan., et conturbentur in sæculum sæculi, et confundantur, et pereant.* Cum adversus eos imprecatus fuerit, ut in præsenti pereant sæculo, imprecatur etiam ut pereant in futuro, quod sæculum sæculi appellavit, ut alibi etiam diximus. Perire autem in futuro sæculo ille dicitur, non qui ita perit, ut amplius non sit, sed qui eas persolvit pœnas, quas qui sustinent, perire omnes di-

cuntur. In illo enim sæculo, pravi omnes erubescent, et confundentur, publicatis, ac divulgatis eorum operibus : et turbabuntur, ubi judicis constantiam, ac severitatem viderint, et deinde etiam punientur.

A νηροὶ, δημοσιευομένων αὐτοῖς τῶν ἔργων· καὶ ταράσσονται βλέποντες τοῦ δικαστοῦ τὴν ἀποτομίαν· εἶτα κολάζονται.

Vers. 19. *Et cognoscant, quod nomen tibi Dominus.* Inviti igitur id cognoscant, post quam sponte noluerunt.

Καὶ γνώτωσαν ὅτι ὄνομά σοι Κύριος. Γνώτωσαν ἐξ ἀνάγκης, ἐπείπερ ἐκ προαιρέσεως οὐκ ἠθέλησαν.

Tu solus altissimus in omnem terram. A communi sensu sumendum est verbum, *Cognoscant.* Addiscant, inquit, quod tu solus Deus es totius terræ. Altissimum autem Deum vocavit, veluti supercœlestem. Potest etiam hic psalmus iis omnibus accommodari, qui pro Christo persecutionem sustinent.

Σὺ μόνος ὕψιστος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Ἀπὸ κοινοῦ τὸ καὶ *Γνώτωσαν*, ὅτι σὺ μόνος ὁ Θεὸς πάσης τῆς γῆς. Ὕψιστον γὰρ τὸν Θεὸν ἐκάλουν, ὡς ἐπουράνιον. Ἁρμόζει δὲ ὁ ψαλμὸς καὶ τοῖς διωκομένοις ὑπὲρ Χριστοῦ.

In finem pro torcularibus filiis Core, psalmus.

PSALMUS LXXXIII.

B *Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ληνῶν τοῖς υἱοῖς Κορέ.*

ΨΑΛΜΟΣ ΠΓ'.

Octogesimus etiam psalmus hujusmodi inscriptionem sortitus est. Ibi vide expositionem. De eisdem enim torcularibus Propheta noster nunc loquitur.

Καὶ ὁ ὀγδοηκοστὸς ψαλμὸς τοιαύτην ἔλαχε τὴν ἐπιγραφήν· καὶ ζήτει ἐκεῖ· περὶ τούτων οὖν τῶν ληνῶν ὁ Δαβὶδ νῦν διέξεισιν.

Vers. 2. *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum!* Dictio, *quam*, hoc in loco idem significat quod alibi diximus, in psalmo LXXII, ibi : *Quam bonus Deus ipsi Israel!* Per tabernacula autem ecclesias intelligit, quæ variis in locis constructæ sunt, et in quibus divina habitant charismata. Has etenim ecclesias, mentis oculo prævidens Propheta noster, dilexit eas. De his autem verbis : *Domine virtutum*, dictum est, in psalmo LXXIX.

Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων! Τὸ Ὡς ἐνταῦθα τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον καὶ τὸ, *Ὡς ἀγαθὸς ὁ Θεὸς τῷ Ἰσραήλ!* Καὶ ζήτει ψαλμὸν οβ'. Σκηνώματα δὲ λέγει τὰς κατὰ τόπον Ἐκκλησίας, ἐν αἷς ἡ θεία κατοικεῖ χάρις· ἃς προεωρακὼς ὁ Προφήτης ἠγάπησε. Περὶ δὲ τοῦ, *Κύριε τῶν δυνάμεων*, εἴρηται ἐν τῷ οθ' ψαλμῷ.

Concupiscit, et deficit anima mea in aulas Domini. Anima mea deficit, cupiens ad hujusmodi ecclesias pervenire : quas aulas Dei etiam appellavit, quia in eis moratur, ac conversatur Christus. Vel, deficit, hoc est, dissolvitur ac debilitatur, nimio scilicet fatigata desiderio. Dicuntur enim ardentes amatores deficere, qui amatæ rei disjunctionem ferre nequeunt. Quisquis etiam cœlestem appetit Regem, dicere potest, quam amabilia sunt tabernacula illa tua intellectualia, quæ in cœlis sunt ! illæ, inquam, aulæ cœlestes. Concupiscere autem posuit, pro Festinare.

C *Ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ Κυρίου.* Ἐκλείπει, ἀποδημῆσαι γλιχομένη πρὸς ταύτας· ἃς καὶ αὐλὰς ὁμοίως ὠνόμασεν, ὡς ἐνδιαιτήματα τοῦ Χριστοῦ. Ἢ *Ἐκλείπει*, ἀντὶ τοῦ, Ἐκλύεται, ἀτονεῖ τῷ περιττῷ πόθῳ ταλαιπωρουμένη. Λέγεται δὲ τὸ ἐκλείπειν ἐπὶ τῶν θερμῶν ἐραστῶν, μὴ δυναμένων ὑπομεῖναι τῷ χωρισμῷ τῶν ποθουμένων. Καὶ πᾶς δὲ ὁ τῆς οὐρανίου καταπαύσεως ὀρεγόμενος εἴποι ἂν ἀγαπητὰ σκηνώματα τὰ νοητὰ, τὰ ἐν οὐρανοῖς. Τὰ δὲ αὐτὰ καὶ αὐλάς. *Ἐπιποθεῖ* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Ἐπείγεται.

Cor meum et caro, mea exsultaverunt in Deum vivum. Non hoc tantum, inquit, accidit animæ meæ, sed et corpus meum in Christo lætatum est. Vivum autem (seu, ut in Græco habetur, viventem) Deum appellavit, propter idola quæ mortua esse dicuntur : vel quia a mortuis Christus resurrexit. Primo autem cor ipsum lætitia afficitur, et deinde gaudium in universum corpus diffunditur.

Ἡ καρδία μου καὶ ἡ σάρξ μου ἠγαλλιάσαντο ἐπὶ Θεὸν ζῶντα. Καὶ οὐχ ἡ ψυχή μου μόνη τοῦτο D πέπονθεν, ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμα ἐχάρη ἐπὶ τῷ Χριστῷ. Ἀδιάφορος δὲ ἡ σύνταξις. Ζῶντα δὲ αὐτὸν εἶπεν διὰ τὰ νεκρὰ εἴδωλα· ἢ καὶ ὡς ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν. Πρώτη δὲ ἡ καρδία χαίρει· εἶτα διαχεῖται ἡ χαρὰ καὶ ἐπὶ τὸ ἄλλο σῶμα.

Vers. 4. *Etenim passer invenit sibi domum, et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos, altaria tua, Domine virtutum.* Passerem animam appellat, veluti quæ ab intellectuali aucupe, laqueis, atque aliis multiplicibus insidiis impetitur. *Anima* enim, inquit, *mea sicut passer erepta est de laqueo venantium* [*]. Per turturem simili modo castam omnem

Καὶ γὰρ στρουθίον εὗρεν ἑαυτῷ οἰκίαν, καὶ τρυγὼν νοσσιὰν ἑαυτῇ, οὗ θήσει τὰ νοσσία ἑαυτῆς, τὰ θυσιαστήριά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων. Στρουθίον καλεῖ τὴν ἐπιβουλευομένην ψυχὴν ὑπὸ τῶν νοητῶν θηρευτῶν· *Ἡ ψυχὴ* γάρ, φησὶν, *ἡμῶν, ὡς στρουθίον ἐῤῥύσθη ἐκ τῆς παγίδος τῶν θηρευτῶν*· Τρυγόνα δὲ, τὴν σώφρονα ψυχὴν, καὶ φιλήσυ-

[*] Psal. CXXIII, 7.

χον, καὶ γοεράν· ἧς νοσσία, τουτέστιν ἔκγονα, αἱ ἀρεταί. Ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις γὰρ ἔχουσι τὴν σκέπην αἱ τοιαῦται ψυχαί. *Οὗ δὲ θήσει*, ἀντὶ τοῦ, Ὅπου διαθήσει καὶ ἐνεργήσει. Καὶ ἄλλως δὲ, στρουθίον μὲν ὁ Χριστιανικὸς λαὸς, ἐπιδουλευόμενος ὑπό τε τῶν αἰσθητῶν καὶ νοητῶν θηρευτῶν, δαιμόνων, φημὶ, καὶ ἀνθρώπων ἀσεβῶν· τρυγὼν δὲ πᾶς ἐπίσκοπος καὶ διδάσκαλος εὐσεβείας· οἳ ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις τιθέασιν οὓς ἀναγεννῶσι πνευματικῶς. Εὗρε γὰρ, φησὶ, τὸ μὲν οἰκίαν, ἡ δὲ νοσσιὰν τὰ θυσιαστήριά σου, εἴτουν τὰς ἐκκλησίας σου, ἐν αἷς καθεκάστην θύεται ὁ πνευματικὸς Ἀμνός.

A animam intelligit, quæ et mœsta sit, et quietem sectetur : cujus pulli, hoc est, cujus filii, virtutes sunt. Habent autem hujusmodi animæ in Ecclesiis, quasi in quibusdam tutissimis nidis, protectionem, atque refugium. *Ubi ponet*, autem dixit, pro, Ubi disponet, atque ubi operabitur, hujusmodi scilicet virtutes. Et aliter : passer est populus Christianus, cui tam intellectuales, quam mundi hujus venatores, dæmones nimirum atque impii homines, insidiantur. Turtur autem est episcopus quilibet, aut doctor Christianæ religionis, qui in Ecclesiis filios ponit, quos per Spiritum regenerat. Invenit enim inquit, passer domum, et turtur nidum, altaria nimirum tua, hoc est, ecclesias tuas, in quibus singulis diebus spiritualis Agnus immolatur.

Ὁ βασιλεύς μου καὶ ὁ Θεός μου. Οὗτος ὁ στίχος κεῖται καὶ ἐν τῷ ε' ψαλμῷ.

Rex meus et Deus meus. Versiculus iste habetur etiam in quinto psalmo.

Μακάριοι οἱ κατοικοῦντες ἐν τῷ οἴκῳ σου. Ἐπεὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Δαβὶδ ἐπεθύμησε μὲν εἰς τὰς δηλωθείσας αὐλὰς εἰσελθεῖν, πόῤῥω δὲ ἦν, λοιπὸν μακαρίζει τοὺς κατοικοῦντας ἐν αὐταῖς. Οἶκον γὰρ τοῦ Χριστοῦ ταύτας ὑποληπτέον· ἀδιαφόρως δὲ οἶκον καὶ οἴκους εἴρηκε· ταῖς μὲν γὰρ τοπικαῖς θέσεσι πολλοί εἰσιν οἶκοι τῇ εὐσεβείᾳ· ἰδὲ καὶ κοινωνίᾳ τῆς πίστεως εἷς οἱ ἁπανταχῇ τυγχάνουσιν.

VERS. 5. *Beati, qui habitant in domo tua.* Con-B cupivit quidem beatus David introire in aulas Domini, quas diximus, et tamen procul ab eis constitit (mentis oculis tantum cernens), quod reliquum est igitur illos appellat beatos qui illic habitaturi erant. Per domum enim Dei, has ipsas aulas, Christi nimirum ecclesias intelligere debemus. Indifferenter autem singulari numero, et plurali usus est ; quoniam si loca respicias, ecclesiæ numero plures sunt : si religionem et fidei communicationem, omnia quæ ubique locorum sunt templa, unam constituunt fidelium Ecclesiam.

Εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων αἰνέσουσι. Διὰ παντὸς ἀκατάπαυστον ἕξουσι τὴν σὴν ὑμνῳδίαν.

In sæcula sæculorum laudabunt te. Semper ac perpetuo laudes tuas in ore habebunt.

Μακάριος ἀνὴρ ᾧ ἐστιν ἀντίληψις αὐτῷ παρὰ σοῦ. Μακάριος ἐκεῖνος, ᾧτινι αὐτῷ ἐστι βοήθεια ἀπὸ σοῦ. Περὶ δὲ τοῦ σχήματος τούτου εἴρηται ἐν τῷ ψαλμῷ θ', εἰς τό· *Οὗ ἀρᾶς τὸ στόμα αὐτοῦ γέμει.*

VERS. 6. *Beatus vir, cui est auxilium ei abs te.* In hoc versiculo idioma quoddam Hebraicum est, illi simile, quod vidimus in psalmo IX, ibi : *Cujus maledictione os ejus plenum est ;* ubi vide.

Ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ διέθετο. Ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος ἀναβάσεις ἀπὸ τῶν γηΐνων ἐπὶ τὰ οὐράνια, καὶ ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τὰ νοητὰ, καὶ ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττονα, ἐν ἑαυτῷ διεμηχανήσατο, διενοήσατο, κατεσκεύασεν. Εἶεν δ' ἂν αὐτὰ οἱ ἀγαθοὶ λογισμοὶ, δι' ὧν ἄνεισί τις, ὡς διὰ κλίμακος, ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ καὶ θεῖα. Μακάριος, φησὶν, ὁ τὴν σὴν ἔχων ἀντίληψιν. Ἔχει δὲ ταύτην πᾶς ὁ ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ διατιθέμενος.

Ascensiones in corde suo disposuit. Talis, inquam, C homo excogitavit intra se gradus, atque ascensus quosdam a sensibilibus ad intellectualia, a pejoribus ad meliora. Sunt autem istæ ascensiones, bonæ quædam cogitationes, per quas veluti per scalam gradatim ad alta et divina dona conscendimus. Beatus itaque, inquit, ille est, qui auxilio tuo se potest juvare. Illi autem auxilium tuum præsto fuerit, qui ascensiones istas in suo corde disposuerit.

Εἰς τὴν κοιλάδα τοῦ κλαυθμῶνος. Διέθετο ταύτας ἐν ἑαυτῷ τὰς ἀναβάσεις, ὢν ἐν τῷ τόπῳ τοῦ κλαυθμῶνος· εἴρηται δὲ κοιλὰς κλαυθμῶνος ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ τόπου, ἐν ᾧ πάλαι τὴν παρανομίαν τῶν Ἑβραίων ἐλέγξας ὁ Θεὸς, εἰς κλαυθμὸν τὸν λαὸν ἐκίνησε· διὸ καὶ *Κοιλὰς κλαυθμῶνος* ὁ τόπος ἐκεῖνος ἐκλήθη. Κοιλὰς δὲ τὸ κοῖλον καὶ ταπεινόν· ἐν ταπεινώσει δὲ γίνεται ἡ μετάνοια, ἣν ἀναγωγικῶς δηλοῖ. Καὶ γὰρ τόπος κλαυθμῶνος, ἀναγωγικῶς ἡ μετάνοια.

In valle lacrymarum. Disposuit autem in seipso hujusmodi ascensiones, exsistens in loco lacrymarum. Vallis autem lacrymarum, seu vallis fletus, metaphorice dicta est ab illo loco, ubi olim Deus Hebræorum iniquitates redarguens, populum commovit ad fletum : unde *Vallis fletus* appellatus est D locus ille. Et quia cujuscunque vallis situs humilitatem præ se fert, docemur quod cum humilitate agenda est omnis pœnitentia. De pœnitentibus enim loquitur Propheta eos beatificans qui in valle lacrymarum ascensiones disposuerint in corde. Nam juxta anagogen idem nobis significat vallis fletus, quod pœnitentiæ locus.

Εἰς τόπον, ὃν ἔθετο. Ὢν ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ κλαυθμῶνος· δηλαδὴ ἐν τόπῳ, ὃν ἔθετο ἑαυτῷ, ἢ ὃν εἵλετο.

In loco, quem posuit. Exsistens in valle fletus, atque in loco quem sibi ipsi posuit, hoc est, in loco quem elegit.

Καὶ γὰρ εὐλογίας δώσει ὁ νομοθετῶν. Μακάριοι, φησὶν, οἱ ῥηθέντες· καὶ γὰρ καὶ ὁ Χριστὸς ὁ

VERS. 8. *Etenim benedictiones dabit legislator.* Beati illi, inquit, sunt quos prædiximus. Nam et

Christus, qui hanc nobis legem dedit, evangelicis etiam mandatis suis benedictiones eis dabit, quemadmodum apud Matthæum et Lucam legimus.

Ibunt de virtute in virtutem. Ex humilitate ad luctum, ex luctu ad compunctionem, atque hoc pacto ex una in aliam virtutem, summo cum profectu, ad sublime virtutum culmen ascendent. Virtus autem ideo dicta est, quia viribus potentiorem illum hominem reddit, qui eam amplectitur. (Vires autem cum dico, non corporis tantum, sed animi etiam facultates intelligo.) Possumus et aliter dicere, quod ibunt ab oratione ad lectionem sacrarum Litterarum, et ab hujusmodi lectione, ad imperfectorum quorumlibet admonitionem, atque exhortationem: item ab exhortatione, ad gratiarum actiones, atque ad laudem Dei. Et aliter, B a virtute donorum Dei, quæ hic in terra nobis præstantur, ad eorum virtutem, quæ in cœlorum regno tribuentur.

Videbitur Deus deorum in Sion. Prophetia hic continetur de Incarnatione Salvatoris, qui in Sion ortus est, juxta illud: *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, annuntians præceptum ejus*[10]. Deum autem deorum ea ratione appellavit, quam diximus in principio psalmi XLIX.

VERS. 9. *Domine Deus, exaudi orationem meam, auribus percipe, Deus Jacob*. Idem est dicere, *Deum virtutum, quod Dominum virtutum*, de quo in principio diximus præsentis psalmi. Per orationem autem eas preces intelligit, quas in progressu dicturus est. Deus, etiam Jacob pro Deus, qui olim luctans, in figura hominis apparuisti Jacob.

C

VERS. 10. *Protector noster aspice, Deus, et respice in faciem Christi tui*. Hæc est illa oratio, quam exaudiri postulavit. Per Christum autem hoc in loco quemcunque Christianum intelligit, qui in Christo baptizatus sit, et Christum induerit: de quo in fine Prooemii præsentis operis dictum est.

VERS. 11. *Quia melior est dies una in atriis super millia*. De divinis aulis paulo superius dictum est. Melior est autem una hujusmodi dies super millia aliorum dierum, qui alibi quam in tua aula agantur, dictio autem, *Quia*, confirmantis est hoc in loco, pro Vere.

D

Elegi abjectus esse in domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum. Idem rursus repetit, sed manifestius. Tu vero mecum considera quanto divinæ domus amore ac desiderio teneretur, is qui abjectus esse malebat in domo Dei, ob eam nimirum sanctificationem, quæ illic perpetuo adest, quam deliciose cum peccatoribus habitare.

VERS. 12. *Quoniam misericordiam, et veritatem diligit Dominus Deus*. Admiscet Propheta in hoc psalmo admonitiones, atque ad activam nos, et contemplativam vitam hortatur, dicens, quod

[10] Psal. II, 6.

A νομοθετῶν τὰ τοιαῦτα διὰ τῶν εὐαγγελικῶν ἐντολῶν εὐλογίας αὐτοῖς δώσει. Εἶεν δ' ἂν αὗται αἱ διάφοροι μακαρισμοί.

Πορεύσονται ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν. Ἐξ ἀρετῆς εἰς ἀρετήν· οἷον ἐκ ταπεινοφροσύνης εἰς πένθος, ἐκ δὲ πένθους εἰς κατάνυξιν, καὶ οὕτως ἐκ ταύτης εἰς ἐκείνην προκόπτοντες, ἀναβήσονται πρὸς τὴν ἀκρώρειαν. Δύναμιν δὲ τὴν ἀρετὴν ἐκάλεσεν, ὡς ἰσχυροποιοῦσαν τὸν μετιόντα αὐτήν· Ἔστι δὲ καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅτι πορεύσονται ἀπὸ προσευχῆς εἰς ἀνάγνωσιν τῶν θείων λογίων, καὶ ἀπὸ ἀναγνώσεως εἰς παραίνεσιν τῶν ἀσθενεστέρων, καὶ ἀπὸ παραινέσεως εἰς εὐχαριστίαν τῶν θείων λογίων καὶ ὑμνῳδίαν Θεοῦ. Καὶ ἄλλως· πάλιν ἀπὸ δυνάμεως τῶν ἐνταῦθα χαρισμάτων εἰς τὴν δύναμιν τῆς βασιλείας B τῶν οὐρανῶν.

Ὀφθήσεται ὁ Θεὸς τῶν θεῶν ἐν Σιών. Τοῦτο πρόῤῥησις τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐνανθρωπήσεως· ἐν Σιὼν γὰρ ἀνέτειλε, κατὰ τό· *Ἐγὼ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτῷ ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ, διαγγέλλων τὸ πρόσταγμα Κυρίου*. Θεὸν δὲ τῶν θεῶν ἐκάλεσεν αὐτόν, ὡς ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ μθ' ψαλμοῦ προεξηγησάμεθα.

Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου, ἐνώτισαι, ὁ Θεὸς Ἰακώβ. Ταὐτὸν εἰπεῖν, *Ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων* καὶ *Κύριε τῶν δυνάμεων*, περὶ οὗ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ παρόντος εἴρηται ψαλμοῦ. Προσευχὴν δὲ λέγει τὴν παράκλησιν, ἣν μέλλει προσαγαγεῖν προϊών. *Ὁ δὲ Θεὸς Ἰακώβ*, ἀντὶ τοῦ, Ὁ καὶ τῷ Ἰακὼβ πάλαι ὀφθεὶς ἐν ἀνθρώπου σχήματι, ἐπὶ τῇ πάλῃ.

Ὑπερασπιστὰ ἡμῶν, ἴδε, ὁ Θεός· ἐπίβλεψον εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ σου. Τοῦτο ἡ προσευχή. Χριστὸν δὲ λέγει πάντα Χριστιανόν· ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθησαν, Χριστὸν ἐνεδύσαντο. Εἴρηται δὲ περὶ τούτου καὶ ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν.

Ὅτι κρείσσων ἡμέρα μία ἐν ταῖς αὐλαῖς σου ὑπὲρ χιλιάδας. Περὶ τῶν θείων αὐλῶν ἐλέχθη μικρὸν ἀνωτέρω. Ὑπὲρ χιλιάδας δὲ ἡμερῶν τὰς ἐν ἑτέροις τόποις ἀνιέροις. Τὸ δὲ, *Ὅτι*, βεβαιωτικόν.

Ἐξελεξάμην παραῤῥιπτεῖσθαι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ μᾶλλον ἢ οἰκεῖν με ἐν σκηνώμασιν ἁμαρτωλῶν. Τὸ αὐτὸ πάλιν φησί, πλὴν φανερώτερον. Ὅρα δὲ ὅσον ἠγάπα τὸν θεῖον οἶκον, ὃ τὸ παραῤῥιπτεῖσθαι ὡς ἔτυχε, τοῦ οἰκεῖν ἁβρῶς ἐν ἁμαρτωλοῖς αἱρετώτερον ἔκρινε διὰ τὸν ἐκεῖθεν ἁγιασμόν.

Ὅτι ἔλεος καὶ ἀλήθειαν ἀγαπᾷ Κύριος. Ἐγκαταμίγνυσι τῷ ψαλμῷ καὶ νουθεσίαν προτρεπτικὴν εἰς πρακτικὴν ἀρετὴν καὶ θεωρητικήν· λέγων ὅτι ὁ Θεὸς ἀγαπᾷ τὴν ἐλεημοσύνην καὶ τὴν ἀλη-

θειαν· ἔστι δὲ τῆς μὲν πρακτικῆς ἡ ἐλεημοσύνη, τῆς δὲ θεωρητικῆς ἡ ἀλήθεια· εἰ δὲ ταύτας ἀγαπᾷ, δῆλον ὅτι πάντως καὶ τοὺς μετιόντας αὐτὰς, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς αὐτοέλεός ἐστι, καὶ αὐτοαλήθεια. Τὸ δὲ *Ὅτι*, διηγηματικόν ἐστι καὶ παρέλκον, καὶ ἰδιωματικόν. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν, ὅτι ὁ Χριστὸς, ἐλεῶν ἡμᾶς, ἐνηνθρώπησε, καὶ ἀληθὲς ἐκήρυξεν Εὐαγγέλιον.

A Deus diligit misericordiam et veritatem. Misericordia autem ad activam, et veritas ad contemplativam vitam pertinet. Quod si istas Deus diligit virtutes, necessario eos amabit, qui hujusmodi virtutes amplectuntur : quia Deus est ipsa misericordia, et ipsa veritas. Dictio autem, *Quoniam*, narrantis in morem posita est, et abundat, ut sæpe diximus, more Hebraici idiomatis. Possumus et aliter dicere, quod Christus nostri misertus est, et verum nobis Evangelium prædicavit.

Χάριν καὶ δόξαν δώσει. Χάριν ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, ὡς τῇ πόρνῃ, καὶ πολλοῖς ἄλλοις. Ἢ θαυμάτων, ὡς τοῖς ἀποστόλοις καὶ τοῖς λοιποῖς ἁγίοις. Δόξαν δὲ, καὶ τὴν παρ' ἀνθρώπων, καὶ τὴν ἐν οὐρανοῖς. Ἢ χάριν μὲν τὴν τῆς θεώσεως, δόξαν δὲ τὴν τῆς βασιλείας αὐτοῦ.

Gratiam et gloriam dabit. Gratiam remissionis peccatorum, veluti dedit meretrici, et aliis multis. Vel, gratiam miraculorum dabit, qualem apostolis præstitit, et cæteris sanctis. Gloriam vero, et eam quæ est ab hominibus, et eam quæ in cœlo est, B vel deificationis gloriam, ut Dei scilicet efficiamur, et gloriam cœlestis regni adipiscamur.

Κύριος οὐ στερήσει τὰ ἀγαθὰ τοῖς πορευομένοις ἐν ἀκακίᾳ. Τινὲς καθ' ὑπερβατὸν τὸ ῥητὸν συντάσσουσιν, οἷον· χάριν καὶ δόξαν δώσει τοῖς πορευομένοις ἐν ἀκακίᾳ. Εἶτα Κύριος οὐ στερήσει αὐτοὺς τῶν ἀγαθῶν τῶν ἐν οὐρανοῖς. Ἀδιάφορος δὲ καὶ ἡ σύνταξις, τοῦ *Στερήσει*. Ὃ σημαίνει τὸ Κωλύσει. Τινὲς δὲ σύνταξιν ἀντὶ συντάξεως φασί· *Κύριος οὐ στερήσει τῶν ἀγαθῶν τοῖς πορευομένοις ἐν ἀκακίᾳ*, εἴτουν ἐν ἀποχῇ τῶν κακῶν.

VERS. 13. *Dominus non privabit bonis eos qui ambulant in innocentia.* Quidam per figuram hyperbaton construunt hunc versiculum, videlicet : Dominus dabit gratiam et gloriam, iis qui ambulant in innocentia; deinde Dominus non privabit eos cœlestibus bonis. Et quia Græca lectio indifferentem continet constructionem. (Habetur enim in Græco : Κύριος οὐ στερήσει τὰ ἀγαθὰ τοῖς πορευομένοις ἐν ἀκακίᾳ, quod ad litteram dicere possumus : *Dominus non privabit bona iis qui ambulant in innocentia.*) Dic quod dictio, *Privabit*, sic posita, accipitur pro Prohibebit. Quidam vero dicunt casus in constructiones fuisse immutatos, et positum : *Non privabit bona, iis qui ambulant in innocentia;* pro *Non privabit eos bonis.* Innocentiam autem hoc in loco pro abstinentia vitiorum posuit. (Considera etiam ne fortassis verbum ἀποστρεῶ, hoc est, verbum *Privo*, eodem modo construatur, quo verbum *Aufero;* quod aliquando cum dativo jungitur et accusativo, veluti : Aufero tibi eam rem, sicuti reperimus apud Aristidem : Abstulit ei ægritudinem. Item apud Philostratum : Cum fortuna ei magnum præmium abstulisset.)

Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, μακάριος ὁ ἄνθρωπος ὁ ἐλπίζων ἐπὶ σέ. Ἐν τῷ λγ' ψαλμῷ εἴρηται· *Μακάριος ἀνὴρ ὃς ἐλπίζει ἐπ' αὐτόν.* Ἐλπίζει δὲ ὁ πάντων καταφρονήσας τῶν βιωτικῶν, καὶ τῷ Θεῷ μόνῳ προσανέσχων. Ἑβραῖοι δὲ καὶ τὸν παρόντα ψαλμὸν τῷ ἐν Βαβυλῶνι δορυαλώτῳ λαῷ ἀνατιθέασιν, ἐπιθυμοῦντι τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ναοῦ, καὶ μακαρίζοντι τοὺς κατοικοῦντας ἐν αὐτῷ, καὶ προτιμῶντι μίαν ἡμέραν τῆς ἐν αὐτῷ διατριβῆς ὑπὲρ χιλιάδας ἡμερῶν τὰς ἐν ἄλλοις. Οὐ δύνανται δὲ διόλου συμβιβάσαι τὴν ἑρμηνείαν αὐτοῦ. Τὸ γὰρ, *Εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων αἰνέσουσί σε*, προσίσταται. Κατελύθη δὲ καὶ ὁ ναὸς καὶ ὁ ἐν αὐτῷ αἶνος· καὶ τὸ, *Εἰς τὴν κοιλάδα τοῦ κλαυθμῶνος*, ἀνακόλουθον αὐτοῖς, καὶ ἄλλα τινά. Καὶ γὰρ καὶ ἡ ἐπιγραφὴ πρὸ τῶν ἄλλων ἐμποδίζει, *Ληνῶν* πληθυντικῶς μνημονεύουσα· πανταχοῦ δὲ ληνὸν ἡ Παλαιὰ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις λέγει ναὸν, καὶ σκήνωμα· καὶ οὐ σκηνώματα.

C *Domine Deus virtutum, beatus homo, qui sperat in te.* In psalmo etiam LIII legimus : *Beatus vir, qui sperat in eo.* Ille autem sperare dicitur in Deo, qui mundana omnia despicit, et ab eo solo dependet. Hebræi vero hunc psalmum dicunt ad captivum in Babylone populum pertinere, qui ad Hierosolymitanum templum accedere optabat, et beatos eos omnes dicebat, qui illic degerent. Qui etiam populus in illo templo, vel unica tantum die commorari maluisset, quam alibi vel longissimo temporis intervallo. Verum non possunt per omnia hujusmodi expositionem suo accommodare proposito, cum illa eis verba adversentur : *In sæcula sæculorum laudabunt te.* Nam et templum, et laudes, quæ in eo templo Deo dicebantur, abierunt D omnia. Et verba illa : *In valle lacrymarum*, nullam juxta eorum expositionem haberent consequentiam. Et multa alia præterea erunt dissona. Nam et ipsa in primis inscriptio adversatur, quæ *Torcularia* plurali numero appellat, cum passim in Veteri Testamento, templum Hierosolymitanum, *Torcular*, singulari numero, aut *Tabernaculum* appellatum sit, et non torcularia, aut tabernacula.

Εἰς τὸ τέλος τοῖς υἱοῖς Κορὲ, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΠΔ'.

Εἰς τὸ τέλος καὶ οὗτος διὰ τὸ τέλος τῶν ἐν τούτῳ προφητειῶν. Προαγορεύει γὰρ τυπικῶς μὲν τὰ τῆς ἐλευθερίας τῶν ἐν Βαβυλῶνι αἰχμαλώτων,

In finem filiis Core, psalmus David.

PSALMUS LXXXIV.

In finem etiam inscribitur hic psalmus, ob prophetias in eo contentas, quæ ad finem tendebant, Et in figura quidem ea prædicit, quæ ad populi

Christus, qui hanc nobis legem dedit, evangelicis etiam mandatis suis benedictiones eis dabit, quemadmodum apud Matthæum et Lucam legimus.

Vers. 12. *Tui sunt cœli, et tua est terra.* Creaturæ enim tuæ sunt, et serviunt tibi; nam et alibi ait : *Quonium omnia serviunt tibi* [52] ; de cœlis vero diximus in psalmo viii.

Orbem terræ et plenitudinem ejus tu fundasti. Idem rursus repetit; de hoc etiam diximus in B psalmo xxiii, ibi : *Domini est terra, et plenitudo ejus orbis terræ, et universi, qui habitant in ea.*

Aquilonem et mare tu creasti. Hesychius dicit, quod Scriptura nomine maris persæpe occasum significat. Unde liber Numerorum, qui Judæorum tribus describit, . et alias ad orientem, alias ad occidentem, alias ad septentrionem, aut ad tabernaculi meridiem ordine quodam dispositas fuisse dicit, hac maris dictione eos significavit, qui ad occidentem erant collocati. Ait enim : *Castra Ephraim juxta mare* [53]. Quia igitur septentrionalis ora et maritima, hoc est occidentalis, tenebrosæ sunt, hiemalesque et frigidæ, et futurum erat, ut aliqui ea ratione C illarum creatorem esse dæmonem dicerent, necessario sanctus Spiritus hunc errorem antea eradicavit. Illud scire etiam oportet, quod quando orientem aspicimus, ante faciem ipsum orientem habemus, occidentem post terga, in dextera meridiem, atque in sinistra septentrionem.

Vers. 13. *Thabor et Hermon in nomine tuo exsultabunt.* Thabor et Hermon montes sunt, et contermini terræ promissionis. Per hos autem montes universam terram illam significavit, quam exsultaturam esse prædicit in Christi nomine, hoc est, in Christo : vel exsultaturam in hoc, ut a Christo denominetur. Per terram vero homines intelligimus, qui terram illam incolebant. In his autem D montibus Christus sæpenumero conversatus est, quippe qui et in Thabor transfiguratus est, et in Hermon viduæ filiam suscitavit. In monte enim Hermon sita est civitas Nain, in qua miraculum illud factum est.

Tuum brachium cum potentia. Sensus est quod Christi virtus efficacissima sit. Per brachium enim virium efficaciam significavit. Quod autem potentissimus fuerit Christus, ex Apostolo docemur, qui de eo scribens dicit, quod *Dei potentia est, et Dei sapientia* [54].

Vers. 14. *Prævaleat manus tua.* Adversus inimicos scilicet.

τραυματίαι ταπεινοί εἰσι, τῷ πόνῳ συγκαταπονούμενοι. Τινὲς δὲ ὑπερήφανον μὲν τὸν Φαραὼ νοοῦσιν, ἐχθροὺς δὲ τοὺς Αἰγυπτίους, ὡς ἀποπνιγέντας καὶ διασκορπισθέντας ἐν ταῖς ἀκταῖς.

Ἐν τῷ βραχίονι τῆς δυνάμεώς σου διεσκόρπισας τοὺς ἐχθρούς σου. — *Ἐν τῷ βραχίονι τῆς δυνάμεώς σου*, ἀντὶ τοῦ Ἐν τῷ βραχίονι τῷ δυνατῷ. Ἐχθροὺς δὲ ἁπλῶς, τοὺς ἀσεβεῖς καὶ τοὺς δαίμονας.

Σοί εἰσιν οἱ οὐρανοί, καὶ σή ἐστιν ἡ γῆ. Τὰ κτίσματα σὰ δοῦλα· φησὶ γὰρ ἐν ἄλλοις· *Ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλα σά.* Περὶ τῶν οὐρανῶν εἴρηται ἐν τῷ η' ψαλμῷ.

Τὴν οἰκουμένην καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς σὺ ἐθεμελίωσας. Τὸ αὐτὸ πάλιν φησίν· εἴρηται δὲ ἐν τῷ κγ' ψαλμῷ· *Τοῦ Κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, ἡ οἰκουμένη, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ·* καὶ ζήτει ἐκεῖ.

Τὸν Βοῤῥᾶν καὶ τὴν θάλασσαν σὺ ἔκτισας. Φησὶν Ἡσύχιος, ὅτι τῷ τῆς θαλάσσης ὀνόματι πολλάκις ἡ παλαιὰ Γραφὴ τὴν δύσιν καλεῖ. Ὅθεν ἡ τῶν Ἀριθμῶν βίβλος, ἐκθεμένη τὰς φυλὰς, ὧν αἱ μὲν πρὸς ἀνατολὰς, αἱ δὲ πρὸς Ἄρκτον, αἱ δὲ πρὸς μεσημβρίαν τῆς σκηνῆς ἐτάχθησαν, τῇ λέξει ταύτῃ τοὺς πρὸς δύσιν τεταγμένους ἐμήνυσεν. Εἴρηκε γάρ· *Παρεμβολὴ Ἐφραῒμ παρὰ θάλασσαν.* Ἐπεὶ τοίνυν καὶ τὸ βόρειον μέρος, εἴτουν τὸ Ἀρκτῷον, καὶ τὸ θαλάσσιον, ἤτοι τὸ δυτικὸν, σκοτεινὰ καὶ χειμέρια, καὶ διὰ τοῦτό τινες ἔμελλον τῷ πονηρῷ δημιουργῷ ταῦτα προγράφειν· ἀναγκαίως τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον προαναιρεῖ τὴν πλάνην αὐτῶν, παρὰ τοῦ Δημιουργοῦ γενηθῆναι ταῦτα διδάσκων. Χρὴ δὲ γινώσκειν ὅτι, βλεπόντων ἡμῶν πρὸς ἀνατολὴν, ἀντιπρόσωπος μὲν ἡμῖν ἐστιν ἡ ἀνατολή· κατὰ νώτου δὲ ἡ δύσις· ἐν δεξιᾷ δὲ ὁ βοῤῥᾶς, εἴτουν ἡ Ἄρκτος· ἐν ἀριστερᾷ δὲ, ὁ νότος, εἴτουν ἡ μεσημβρία.

Θαβὼρ καὶ Ἑρμὼν ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται. Θαβὼρ καὶ Ἑρμὼν, ὄρη, καὶ ὅρια τῆς γῆς ἐπαγγελίας. Διὰ τοῦτο δὲ πᾶσαν ἐκεῖ γῆν ἠνίξατο, ὅτι ἀγαλλιάσεται ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ, εἴτουν ἐπὶ τῷ Χριστῷ, ἢ τῷ καλεῖσθαι ἀπὸ Χριστοῦ. Γῆν δὲ λέγομεν τοὺς τὴν γῆν ἐκείνην οἰκήσαντας. Ἐν τοῖς ὄρεσι γὰρ τούτοις τὰς πλείους διατριβὰς τῆς ἐν σαρκὶ πολιτείας ὁ Χριστὸς ἐποίει· καὶ ἐν μὲν τῷ Θαβὼρ μετεμορφώθη, ἐν δὲ τῷ Ἑρμὼν ἀνέστησε τὸν τῆς χήρας υἱόν· ἐπὶ τούτου γὰρ τοῦ ὄρους ἐστὶν ἡ πόλις Ναῒν, ἐν ᾗ τοῦτον ἤγειρεν.

Σὸς ὁ βραχίων κατὰ δυναστείας. Ὁ σὸς βραχίων, κατὰ ἀναστροφήν. Ἢ σὸς βραχίων κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ἄρθρου. Λέγει δὲ, ὅτι Ἡ σὴ δύναμις δυνατωτάτη· βραχίονα γὰρ Θεοῦ τὴν δύναμιν αὐτοῦ καλεῖ. Χριστὸς δὲ Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία.

Κραταιωθήτω ἡ χείρ σου. Κατὰ τῶν ἐχθρῶν.

[52] Psal. cxviii, 91. [53] Ezech. iv, 5. [54] I Cor. i, 24.

Ὑψωθήτω ἡ δεξιά σου. Εἰς σκέπην ἡμῶν. A Χεῖρα δὲ καὶ δεξιὰν τὴν δύναμιν ὀνομάζει. Διπλῆν δὲ αὐτῆς ζητεῖ τὴν ἐνέργειαν· ἀμύνασθαι μὲν τοὺς ἀλλοτρίους, σκέπειν δὲ τοὺς οἰκείους. Εἴρηται ἐν τῷ θ' ψαλμῷ περὶ τοῦ, *Ὑψωθήτω ἡ χείρ σου.*

Exaltetur dextera tua. Ad protectionem scilicet nostram. Per manum autem et per dexteram simili modo Dei potentiam intelligit. Utramque vero manus Deus potentiam in auxilium suum poscit, ut et hostes pariter ulciscatur, et tueatur benevolos. De his etiam verbis : *Exaltetur manus tua*, dictum est in psalmo IX.

Δικαιοσύνη καὶ κρῖμα ἑτοιμασία τοῦ θρόνου σου. Ὁ μὲν Ἀκύλας ἐξέδωκε, *Δικαιοσύνη καὶ κρίσις βάσις τοῦ θρόνου σου*· ὁ δὲ Σύμμαχος, *Ἕδρασμα.* Προείρηται γάρ, ὅτι τὸ ἑτοιμάζειν πολλάκις τὸ ἑδράζειν σημαίνει. Ἔστι δὲ ὁ νοῦς, ὅτι Δίκαιος εἶ ὁ κριτής, οὗ καὶ ὁ δικαστικὸς θρόνος ἐπὶ δικαιοσύνης καὶ κρίσεως πέπηγε. Δικαιοσύνην μὲν οὖν καὶ κρῖμα τὴν δικαίαν κρίσιν νοήσεις· ἔστι γὰρ καὶ τὸ τοιοῦτον σχῆμα παρὰ τῇ Παλαιᾷ· ὡς τό, B Ἔλεος καὶ ἀλήθεια, ἀντὶ τοῦ, Ἔλεος ἀληθινός· ἢ δικαιοσύνην μὲν τὴν ἕξιν τοῦ κρίνειν, κρῖμα δὲ τὴν ἀπόφασιν· καὶ ἔλεος μὲν τὴν ἐλεημοσύνην, ἀλήθειαν δὲ τὴν ἔκβασιν τῆς ἐπαγγελίας.

Justitia et judicium præparatio throni tui. Aquila transtulit : *Justitia et judicium basis throni tui*, Symmachus vero : *Stabilitas.* Jam enim superius dictum est, quod verbum *Præparo* apud Scripturam persæpe idem significat quod *Stabilio*; et sensus est : Tu, Domine, justus judex es, et judicialis sedes tua in justitia atque in judicio fixa est. Per justitiam igitur et per judicium, justum judicium intelliges. Est autem hæc figura frequens apud antiquam Scripturam, ut alibi diximus, sicuti cum misericordia et veritas ponitur, pro vera misericordia. Vel per justitiam judicandi habitum intellige, per judicium vero ipsam sententiam, et per misericordiam, eleemosynam (5), et per veritatem, promissionis eventum.

Ἔλεος καὶ ἀλήθεια προπορεύσονται πρὸ προσώπου σου. Διὰ τῶν τεσσάρων ταυτὶ τὰ τέσσαρα ἐδήλωσεν, ὅτι Ἐπιστήμων τοῦ κρίνειν εἶ φύσει, καὶ ἀποφαίνεις, καὶ ἐλεεῖς καὶ ἀληθεύεις· διὰ τοῦτο δικάσεις τῇ τυραννουμένῃ φύσει τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἀποφανεῖς κατὰ τῆς τυραννούσης πλάνης τῶν εἰδώλων, καὶ ἐλεήσεις τὸ πλάσμα σου, καὶ ἀληθεύσεις τὰς πρός με καὶ τοὺς ἐκλεκτούς σου C ἐπαγγελίας. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν, ὅτι ἔλεος καὶ ἀλήθεια λέγονται προπορεύεσθαι τοῦ Θεοῦ, διὰ τὸ μὴ δύνασθαί τινα προσβαλεῖν τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ, εἴτουν τῇ ἀπογνώσει αὐτοῦ, εἰ μὴ πρότερον ἐλεηθῇ, καὶ ὁμιλήσῃ τῇ ἀληθείᾳ τῶν δογμάτων. Ἔλεος γὰρ καὶ ἀλήθειά προαπαντῶσι τῷ τοιούτῳ. Τινὲς δὲ πάντα περὶ τῆς μελλούσης κρίσεως νενοήκασιν, ὅτι Δικαιότατος εἶ κριτής· καὶ ἐν τῇ κρίσει προηγεῖται τῆς ἀληθείας τὸ ἔλεος, διὰ τὸ μὴ δύνασθαί τινα ὑποστῆναι τὴν ἀλήθειαν τῶν ἐλέγχων, μὴ προπαραμιγέντος αὐτῇ ἐλέου.

VERS. 15. *Misericordia et veritas præcedent faciem tuam.* Quatuor hæ virtutes, quatuor quædam particulatim in Deo nobis significant, quod Deus videlicet sui natura sapiens sit in judicando, quod judicet, quod misereatur, quod vera dicat. Tu idcirco, inquit, humanæ naturæ, quæ tyrannide coercetur, judicium facies, et adversus idolorum errorem, qui tyrannidem hanc in homines occupavit, sententiam feres, et misereberis creaturæ tuæ, et veras esse facies promissiones tuas, quas mihi atque aliis electis tuis pollicitus es. Possumus et aliter dicere : Veritas et misericordia dicuntur Deum præcedere, quia nemo ad faciem Dei, hoc est, ad illius cognitionem potest accedere, nisi prius ipse sit misericordiam consecutus, et in dogmatum veritate versatus. Misericordia enim et veritas in hoc obviaverunt, hoc est, concursum habent, atque conveniunt in hac re. Quidam vero omnia hæc de futuro intelligunt judicio, ut sit sensus : Tu justissimus judex es, et in judicio tuo misericordia veritatem præcedit. Neque enim aliquis posset redargutionum tuarum veritatem sustinere, nisi cum veritate tua quoque commista esset misericordia.

Μακάριος ὁ λαός, ὁ γινώσκων ἀλαλαγμόν. D Εἴρηται διαφόρως ὅτι ἀλαλαγμός ἐστιν ἐπινίκιος φωνή· μακαρίζει τοίνυν τοὺς εἰδότας ἐπινίκιον ὕμνον ᾄδειν τῷ νικήσαντι τὸν διάβολον Χριστῷ· δηλοῖ δὲ τοὺς Χριστιανούς. Ἢ καὶ ἄλλως μακαρίζει τοὺς εἰδότας ἀλαλάζειν κατὰ τῶν ἀοράτων πολεμίων, ἐν τῷ νικᾷν αὐτούς.

Beatus populus qui scit jubilationem. Persæpe diximus quod jubilum est vox victoriæ. Beatos igitur Propheta illos dicit, qui victoriæ laudes atque hymnos ei canere noverunt qui diabolum superavit : et de fidelibus sermo esse videtur. Vel aliter, Beatos illos dicit, quia adversus invisibiles inimicos noverunt jubilare, dum eos vincunt.

Κύριε, ἐν τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου σου πορεύσονται. Πρόσωπον μὲν τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός, ὡς ἐν τῷ τετάρτῳ ψαλμῷ παραδέδοται, φῶς δὲ τοῦ Υἱοῦ αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ· *Λύχνος* γάρ, φησί, *τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου, καὶ φῶς τοῖς τρίβοις μου.*

VERS. 16. *Domine, in lumine vultus tui ambulabunt.* Vultus quidem Patris est Filius, ut in IV psalmo diximus. Lumen autem Filii, illius mandata : *Lucerna* enim, inquit, *pedibus meis lex tua, et lumen semitis meis* [55]. Ait igitur quod illi in Filii

[55] Psal. CXVIII. 105.

Variæ lectiones.

(5) Potius *miserationem*, h. e. actum miserendi.

mandatis ambulabunt, qui hujusmodi jubilationem cognoscent.

VERS. 17. *Et in nomine tuo exsultabunt tota die.* Appellando atque invocando nomen tuum. Nam si in sola Dei memoria lætatur justus (*Memor enim, inquit, fui Dei, et lætatus sum*[86]), multo magis ille exsultabit, qui illum nominat. Vel sermo est ad Christum, in cujus nomine illi exsultant, qui ab eo Christiani denominabuntur.

Et in justitia tua exaltabuntur. Filius esse dicitur Patris justitia, quia, ut inquit Apostolus, *Ipse datus est nobis a Deo sapientia, justitia et sanctificatio*[87], qui etiam fideles exaltavit, abstrahens eos a terrenis per Evangelium, atque in cœlum evehens.

VERS. 18. *Quoniam gloriatio virtutis eorum tu es.* Virtus enim Christianorum Christus est; ipse enim potentes viribus eos reddit. Gloriatio autem Christi, Pater, in quo Filius ipse adeo ornatur et gloriatur, ut passim in Evangelio, et Patrem suum eum appellet, et facta sua omnia ad eum referat.

Et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum. Beneplacitum Patris incarnatio est Verbi, et quæcunque alia ad hujusmodi incarnationem pertinent. Quid significet *cornu* apud sacram Scripturam, diximus in psalmo LXXIV. Hoc autem in loco beatus David seipsum Christianis conjunxit, quemadmodum plerumque etiam alibi facit, quia ex suo semine Christus erat nasciturus, quo medio cognatus effectus est Christianis. Nam Christiani Christi filii sunt, et Christus David. Possunt etiam hæc verba intelligi, ut ex Christianorum persona sint prolata.

VERS. 19. *Quia Domini est auxilium.* In Dei facultate est ut adjuvemur. Similis loquendi modus est, quem vidimus in psalmo III: *Domini est salus.*

Et sancti Israel regis nostri. Idem rursus repetit. In facultate, inquit, Dei et sancti regis nostri Israel est, ut adjuvet nos. Deus autem appellatur Sanctus Israel (hoc est, Sanctus populi Israel), quemadmodum diximus in psalmo LXXVII. Regem etiam Deum appellat, quia natura omnium Dominus est.

VERS. 20. *Tunc locutus es in visione filiis tuis.* Dictionem *Tunc*, pro Certo quidem tempore posuit, sed non expresso. Tunc igitur locutus es ea quæ ad me David pertinent, et locutus ea in visione, hoc est, quodam alio modo sensui magis aperto. Clarius enim ac melius ea cognoscimus, quæ per oculorum sensum videmus, quam quæ aliis sensibus percipimus. Unde scriptum legimus in Exodo: *Et populus videbat vocem Domini*[88], hoc est, clarissime sentiebat. Per Dei autem filios prophetas intelligit, tanquam ab eo dilectos, propter virtutem. Verisimile est enim multis fuisse

A Λέγει δὲ ὅτι οἱ γινώσκοντες τὸν τοιοῦτον ἀλαλαγμὸν ἐν ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Υἱοῦ σου πορεύσονται.

Καὶ ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται ὅλην τὴν ἡμέραν. Ἐν τῷ ὀνομάζειν σε. Εἰ γὰρ ὁ δίκαιος μιμνησκόμενος τοῦ Θεοῦ μόνον εὐφραίνεται· *Ἐμνήσθην γάρ*, φησὶ, *τοῦ Θεοῦ καὶ ηὐφράνθην*· πολλῷ μᾶλλον, ὀνομάζων αὐτὸν, ἀγαλλιάσεται· ἢ καὶ πρὸς τὸν Χριστὸν ὁ λόγος, οὗ ἐπὶ τῷ ὀνόματι ἀγαλλιῶνται οἱ ἀπ' ἐκείνου καλούμενοι.

Καὶ ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ὑψωθήσονται. Δικαιοσύνη τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ὃς *Ἐδόθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμός*· οὗτος γὰρ ὕψωσεν αὐτοὺς, τῶν γηΐνων ἀποσπάσας διὰ τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀναγαγών.

B *Ὅτι καύχημα τῆς δυνάμεως αὐτῶν σὺ εἶ.* Δύναμις μὲν τῶν Χριστιανῶν ὁ Χριστὸς, ὡς ἐνδυναμῶν αὐτούς· καύχημα δὲ τοῦ Χριστοῦ ὁ Πατὴρ, ἐφ' ᾧ σεμνύνεται τοσοῦτον, ὡς ἄνω καὶ κάτω καὶ πανταχοῦ τοῦ Εὐαγγελίου Πατέρα ἑαυτοῦ τοῦτον ὁμολογεῖν, καὶ αὐτῷ ἀνατιθέναι πάντα τὰ ἑαυτοῦ κατορθώματα.

Καὶ ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου ὑψωθήσεται τὸ κέρας ἡμῶν. Εὐδοκία τοῦ Πατρὸς, εἴτουν ἀγαθὸν θέλημα, ἡ ἐνανθρώπησις τοῦ Υἱοῦ, καὶ ὅσα περὶ αὐτήν. Περὶ δὲ τοῦ κέρατος εἴρηται ἐν τῷ οδ' ψαλμῷ. Ἑαυτὸν δὲ τοῖς Χριστιανοῖς ὁ Δαβὶδ συνέταξεν, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις, διὰ τὸ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ μέλλειν βλαστάνειν τὸν Χριστὸν, καὶ διὰ μέσου τοῦ Χριστοῦ συγγενειάζειν αὐτοῖς· οἱ μὲν γὰρ τέκνα Χριστοῦ, ὁ δὲ C Χριστὸς υἱὸς τοῦ Δαβίδ. Ἢ καὶ προσώπῳ τῶν Χριστιανῶν εἴρηται ὁ λόγος.

Ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ ἀντίληψις. Τοῦ Θεοῦ ἐστι τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι ἡμῶν. Εἴρηται δὲ καὶ ἐν τῷ τρίτῳ ψαλμῷ· *Τοῦ Κυρίου ἡ σωτηρία.*

Καὶ τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ βασιλέως ἡμῶν. Τὸ αὐτὸ λέγει πάλιν. Τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι, φησὶ, τοῦ Κυρίου ἐστὶ, καὶ τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ βασιλέως ἡμῶν. Ἅγιος γὰρ τοῦ Ἰσραὴλ ὁ Θεὸς, ὡς καὶ ἐν τῷ οζ' ψαλμῷ προείρηται· καὶ βασιλέα δὲ ὁμοίως τὸν Θεὸν ὀνομάζει, ὡς φύσει Κύριον ἡμῶν.

D *Τότε ἐλάλησας ἐν ὁράσει τοῖς υἱοῖς σου.* — *Τότε*, ἀντὶ τοῦ, Ἐν καιρῷ. Ἐλάλησας δὲ τὰ περὶ ἐμοῦ τοῦ Δαβίδ. *Ἐν ὁράσει* δὲ, ἀντὶ τοῦ ἐν αἰσθήσει· ἡ γὰρ ὅρασις ἐνεργεστέρα καὶ αἰσθητικωτέρα τῶν ἄλλων αἰσθήσεων. Οὕτω γὰρ ἐν τῇ Ἐξόδῳ γέγραπται· *Καὶ ὁ λαὸς ἑώρα τὴν φωνὴν Κυρίου*, ἀντὶ τοῦ, Ἠσθάνετο. Υἱοὺς δὲ Θεοῦ λέγει τοὺς προφήτας, ὡς ἠγαπημένους αὐτῷ διὰ τὴν ἀρετήν· εἰκὸς γὰρ πολλοῖς ἀποκαλυφθῆναι τὰ περὶ Δαβὶδ, καὶ εἰπεῖν αὐτῷ ταῦτα, καθάπερ εἶπε τούτῳ πολλὰ καὶ Νάθαν ὁ προφήτης. Τίνα δέ εἰσι ταῦτα, φησὶ διὰ τῶν ἑξῆς· πλὴν δοκοῦσι μὲν περὶ τοῦ Δαβὶδ

[86] Psal. LXXVI, 14. [87] I Cor. I, 30. [88] Exod. XX, 18.

εἰρῆσθαι, διὰ τὸ συνᾴδειν ἐνιαχοῦ τοῖς περὶ αὐτὸν A πράγμασιν· ἐλέγχονται δὲ περὶ τοῦ Χριστοῦ μᾶλλον εἰρημένα· θαυμαστὴ δὲ τοῦ θείου Πνεύματος ἡ χάρις· πῶς ἀνέμιξεν εὐχερῶς τοῖς τοῦ Δαβὶδ τὰ περὶ Χριστοῦ, καὶ συνεσκίασε τῇ ὁμοιότητι τὴν ἀλήθειαν.

revelata ea quæ pertinebant ad ipsum David, atque ab illis ei fuisse annuntiata, quemadmodum et Natham prophetam multa ei legimus annuntiasse. Quænam autem hæc sint quæ Deus locutus est, refert in sequentibus. Et videntur hæc quidem dicta fuisse de beato David, eo quod multis in locis illius gestis conveniunt, verumtamen ipsi potius Christo accommodantur. Admiranda est autem sancti Spiritus gratia, quæ Davidicis rebus opportune ea admiscuerit, quæ ad Christum pertinent, et veritatem similitudine adumbraverit.

Καὶ εἶπας· Ἐθέμην βοήθειαν ἐπὶ δυνατόν. Παρέσχον παρ' ἐμαυτοῦ βοήθειαν δυνατῷ. Δυνατὸν δὲ δοκεῖ μὲν λέγειν ἑαυτὸν, ὡς βασιλέα· δυνατοὺς γὰρ καὶ δυνάστας ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τοὺς βασιλεῖς· ἔστι δὲ καὶ μᾶλλον ὁ Χριστὸς κατὰ τὴν θεότητα. Χριστὸς γὰρ, φησὶ, Θεοῦ δύναμις καὶ σοφία.

Et dixisti : Posui adjutorium super potentiam. Præbui a meipso auxilium potenti. Et potentem quidem videtur Propheta seipsum appellare, veluti regem. Nam olim reges et principes, potentes dicebantur. Verius tamen Christum intelligimus, qui Dei potentia est et Dei sapientia.

Ὕψωσα ἐκλεκτὸν ἐκ τοῦ λαοῦ μου. Τῷ δοκεῖν B μὲν τὸν Δαβὶδ ἐκλεγέντα μὲν πρότερον ἐκ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων εἰς βασιλείαν, ὑψωθέντα δὲ ὕστερον εἰς δόξαν διὰ τὰς ἀνδραγαθίας· τῇ δ' ἀληθείᾳ δὲ τὸν Χριστὸν, ἐκλεγέντα μὲν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον εἰς τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ἐκ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων. Ἐν τούτῳ γὰρ ἡ τοῦτον γεννήσασα· ὑψωθέντα δὲ διὰ τὴν ἕνωσιν. Διὸ, φησὶ, καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσεν.

Exaltavi electum de populo meo. Videtur etiam hoc loco primo aspectu loqui de seipso, qui ex Judæorum populo electus fuerat in regem, et ob summam strenuitatem ad sublimem gloriam evectus : revera tamen Christum intelligit, electum quidem ex Judæorum populo unde ejus Mater ortum duxerat, ut ipse una illa esset persona, in qua secundum hypostasim cum humanitate uniretur divinitas : atque ideo dicit quod Deus eum exaltavit.

Εὗρον Δαβὶδ τὸν δοῦλόν μου. Τοῦτο περὶ μόνου τοῦ Δαβὶδ ἐγὼ νοῶ, καὶ τὰ ἑξῆς μέχρι, *Καὶ ἐν τῷ ὀνόματί μου ὑψωθήσεται τὸ κέρας αὐτοῦ·* εἰ καὶ ταῦτά τινες εἰς τὸν Χριστὸν ἀνάγουσιν. Εὗρον, φησὶν, αὐτὸν εἰς βασιλείαν, ζητήσας τοῦτον ἐν τοῖς παισὶν Ἰεσσαί. Εἶπε γὰρ πρὸς Σαμουὴλ, ὅτι Ἑώρακα ἐν C τοῖς υἱοῖς Ἰεσσαὶ ἐμοὶ βασιλέα.

VERS. 21. *Inveni David servum meum.* Hæc verba, et quæ sequuntur usque ad illa verba : *Et in nomine meo exaltabitur cornu ejus*, intellige ut ad solum pertineant David, tametsi aliqui ista etiam ad Christum referant. Inveni eum, inquit, ad regnum, cum inter Jesse filios eum quæsissem. Dixit enim ad Samuel : *Vidi in filiis Jesse mihi regem* [88*].

Ἐν ἐλαίῳ ἁγίῳ μου ἔχρισα αὐτόν. Καὶ περὶ τῆς χρίσεως αὐτοῦ ἡ πρώτη τῶν Βασιλειῶν ἱστορεῖ. *Καὶ ἔλαβε*, φησὶ, *Σαμουὴλ τὸ κέρας τοῦ ἐλαίου, καὶ ἔχρισεν αὐτὸν ἐνώπιον τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ.* Ἅγιον δὲ ὁ Θεὸς ἑαυτοῦ τῆς χρίσεως τὸ ἔλαιον ἐκάλεσεν, ὡς θεῖον· εἶχε γὰρ τὴν κατασκευὴν θεοδίδακτον καὶ μυστικήν.

Oleo sancto meo unxi eum. De unctione ista David traditur in primo Regum libro : *Et accepit*, inquit, *Samuel cornu olei, et unxit eum coram omnibus fratribus ejus* [89]. Sanctum autem Dei oleum dixit, ut illius confectionem et divinitus traditam, et mysteriis refertam esse significaret.

Ἡ γὰρ χείρ μου συναντιλήψεται αὐτὸν, καὶ ὁ βραχίων μου κατισχύσει αὐτόν. Χεῖρα μὲν καὶ βραχίονα τὴν παρὰ Θεοῦ βοήθειαν καὶ δύναμιν αὐτοῦ πολλάκις ἡρμηνεύσαμεν· *Κατισχύσει* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Ἐπισχύσει.

VERS. 22. *Manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum roborabit eum.* Per manum et per brachium Dei, divinam appellat opem atque potentiam.

Οὐκ ὠφελήσει ἐχθρὸς ἐν αὐτῷ. Ὠφελεῖν τὸ D ἀνύειν πολλάκις ἡ Ἑβραῒς λέγει. Καθάπερ καὶ νῦν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ εἴρηται· *Θεωρεῖτε ὅτι οὐκ ὠφελεῖτε οὐδέν*, ἀντὶ τοῦ, Οὐκ ἀνύετε.

VERS. 23. *Nihil proficiet inimicus in eo.* Hebræi persæpe proficere dicunt pro perficere, veluti in Evangelio : *Videtis quia nihil proficitis* [90], hoc est, nihil operamini, nihil ad perfectum ducitis.

Καὶ υἱὸς ἀνομίας οὐ προσθήσει τοῦ κακῶσαι αὐτόν. — Υἱὸς ἀνομίας, ἀντὶ τοῦ, Ἄνομος. Ὥσπερ Υἱὸς ἀνθρώπου, ἀντὶ τοῦ, Ἄνθρωπος. Οὕτως οὖν καὶ Υἱὸς ἀδικίας, ἀντὶ τοῦ ἄδικος· καὶ Υἱὸς ἀπωλείας ὁ ἀπολωλώς. Καὶ υἱοὶ ἀπειθείας οἱ ἀπειθεῖς. Ἰδίωμα γὰρ καὶ τοῦτο τῆς Ἑβραΐδος. *Οὐ προσθήσει* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Οὐ προεπιχειρήσει, ἅπαξ ὑπ' αὐτοῦ πληγείς.

Et filius iniquitatis non apponet nocere ei. Filium iniquitatis dicit pro Filium iniquum, sicut Filium hominis pro Hominem, ita et Injustitiæ filius dicitur, pro Filius injustus, et Filius perditionis, pro Perditus ; Filii etiam inobedientiæ pro Inobedientes. Est et hoc proprium quoddam Hebraicæ linguæ idioma. *Non apponet* etiam dixit, pro Non amplius tentabit, veluti jam semel repulsus.

Καὶ συγκόψω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ τοὺς ἐχ-

VERS. 24. *Et concidam a facie illius inimicos*

[88*] I Reg. XVI, 1. [89] Ibid. 13. [90] Joan. XII, 19.

ejus, et qui oderunt eum, in fugam convertam. A facie ejus, hoc est, in conspectu ejus. In fugam convertam, id est Superabo.

VERS. 25. *Et veritas mea, et misericordia mea cum ipso.* Vera misericordia mea, ut superius declaravimus. Vel veritas quidem ad promissiones respicit, misericordia autem ad auxilium.

Et in nomine meo exaltabitur cornu ejus. Cornu David Christus est, hoc est, illius gloria. Nam quemadmodum quædam animalia cornua emittunt e capite, quæ non tantum fortitudini sunt, sed ornamento, ita ex beato David, qui Judæorum fuit caput, veluti eorum rex (principes etenim capita appellamus), pulcherrimum quoddam cornu germinavit, quod non robur tantum, sed gloriam atque ornamentum etiam ei præstitit. Alia etiam ratione potest illius cornu dici, quia ratione divinitatis omnibus est sublimior. Cornu enim membris omnibus corporis supereminet. Ex persona igitur Dei Patris dicit Propheta, quod cornu David, ipse nimirum Christus, exaltandus esset in ipsius Dei nomine. Exaltatus est autem Christus in nomine Dei, eo quod et ipse Dei nomen habet, et ab omnibus appellatur Deus. His autem consona sunt ea quæ in Evangelio legimus dicta fuisse a Zacharia, dum ait : *Et erexit cornu salutis nobis, in domo David pueri sui, sicut locutus est per os sanctorum* [61]; eos nimirum prophetas intelligens, quos beatus David superius filios Dei appellavit. Per domum autem David, illius generationem intellexit.

VERS. 26. *Et ponam in mari manum ejus, et in fluminibus dexteram ejus.* Per mare quidem insulas significavit, quæ in mari sunt, et per flumina, continentem terram, in qua flumina perfluunt. Per manum autem et per dexteram, ut sæpe diximus, potestatem et dominium intelligit. Verum si quærimus quando totius orbis dominium unquam habuerit beatus David, nusquam id inveniri poterit : at Christus totius maris ac totius terræ rex manifeste constitutus est, atque illius dominium adeptus, juxta quod legimus in psalmo LXXI : *Et dominabitur a mari usque ad mare et a fluminibus usque ad terminos orbis terrarum.* Quapropter non ad ipsum David hæc pertinent, sed ad Christum.

VERS. 27. *Ipse invocabit me, Pater meus es tu, Deus meus et adjutor salutis meæ.* Invocabit me aliquando dicens : *Pater meus es tu.* Verum ubinam beatum David legimus appellasse Deum Patris nomine? Nusquam profecto. At Christus passim in Evangelio Patrem illum suum dicit, ut Deus; Deum vero et adjutorem, ut homo.

VERS. 28. *Et ego primogenitum ponam eum.* Ita etiam magnus Paulus eum appellat *Primogenitum in multis fratribus* [62], et *Primogenitum ex mortuis* [63]; et rursus, *Primogenitum omnis creaturæ* [64], tanquam novi populi primitias, et veluti eum qui primus a

A *θρούς αὐτοῦ, καὶ τοὺς μισοῦντας αὐτὸν τροπώσομαι.* — Ἀπὸ προσώπου, ἀντὶ τοῦ, Ἀπενώπιον. Τροπώσομαι δὲ, ἀντὶ τοῦ Νικήσω.

Καὶ ἡ ἀλήθειά μου, καὶ τὸ ἔλεός μου μετ' αὐτοῦ. Ἡ ὁ ἀληθινός μου ἔλεος, ὡς ἀνωτέρω δεδηλώκαμεν. Ἡ ἀλήθεια μὲν τῶν ἐπαγγελιῶν, ἔλεος δὲ τῆς βοηθείας.

Ἐν τῷ ὀνόματί μου ὑψωθήσεται τὸ κέρας αὐτοῦ. Κέρας τοῦ Δαβὶδ, ὁ Χριστὸς, εἴτουν καύχημα καὶ δόξα. Ὥσπερ γὰρ ἐκ τῆς κεφαλῆς βλαστάνει τὸ κέρας τοῖς κερασφόροις τῶν ζώων, καὶ οὐ μόνον ἐστὶν ἰσχὺς αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ κόσμος, οὕτω κεφαλὴ μὲν τῶν Ἰουδαίων ὁ Δαβὶδ, ὡς βασιλεύς· κεφαλὰς γὰρ καλοῦμεν τοὺς ἄρχοντας. Ἐκ δὲ τῆς κεφαλῆς ταύτης ἐβλάστησε, δίκην κέρατος, ὁ Χριστός· ὃς καὶ σεμνύνει καὶ δοξάζει αὐτὸν, ὥσπερ τὸ κέρας τὰ κερασφόρα. Οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον λέγεται κέρας, ἀλλὰ καὶ ὡς πάντων ὑψηλότερος διὰ τὴν θεότητα· πάντων γὰρ τῶν μελῶν ὑπερέχει τὸ κέρας. Εἶπε τοίνυν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ὅτι Τὸ κέρας τοῦ Δαβὶδ, εἴτουν ὁ Χριστὸς, ἐν τῷ ὀνόματί μου ὑψωθήσεται· τουτέστιν ἐν τῷ καλεῖσθαι Θεός. Τούτῳ δὲ τῷ λόγῳ συμφωνεῖ καὶ Ζαχαρίας, ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ λέγων· *Καὶ ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἐν τῷ οἴκῳ Δαβὶδ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ, καθὼς ἐλάλησε διὰ στόματος τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνος προφητῶν αὐτοῦ*· τούτους τοὺς προφήτας δηλῶν, οὓς ἀνωτέρω ὁ Δαβὶδ υἱοὺς εἶπε τοῦ Θεοῦ· οἶκον δὲ Δαβὶδ τὸ γένος αὐτοῦ ἐκάλεσε.

Καὶ θήσομαι ἐν θαλάσσῃ χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ἐν ποταμοῖς δεξιὰν αὐτοῦ. Διὰ μὲν τῆς θαλάσσης τὰς νήσους ᾐνίξατο· ἐν ταύτῃ γὰρ αὗται· διὰ δὲ τῶν ποταμῶν τὴν ἤπειρον· ἐν ταύτῃ γὰρ οὗτοι. Χεῖρα δὲ λέγει καὶ δεξιὰν τὴν κατοχὴν καὶ κυριότητα. Ποῦ δὲ ὁ Δαβὶδ ἁπάντων τούτων ἐκυρίευσεν; Οὐδαμοῦ τῆς Γραφῆς. Ὁ δὲ Χριστὸς πάσης μὲν θαλάσσης, πάσης δὲ γῆς ἐκυρίευσεν, ὡς εἴρηται ἐν τῷ οα' ψαλμῷ, ὅτι *Καὶ κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης.* Ὥστε χεῖρα καὶ δεξιὰν οὐ τοῦ Δαβὶδ νοήσεις, ἀλλὰ τοῦ κέρατος τοῦ Δαβίδ.

Αὐτὸς ἐπικαλέσεταί με, Πατήρ μου εἶ σὺ, Θεός μου καὶ ἀντιλήπτωρ τῆς σωτηρίας μου. Λείπει τὸ *λέγων*, ἔξωθεν προσλαμβανόμενον. Ἐπικαλέσεταί με ἐν καιρῷ, λέγων πρός με· *Πατήρ μου εἶ σὺ*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ποῦ δὲ ὁ Δαβὶδ Πατέρα οἰκεῖον αὐτὸν ὠνόμασεν; Οὐδαμοῦ· ὁ δὲ Χριστὸς πολλαχοῦ τοῦ Εὐαγγελίου· Πατέρα μὲν αὐτὸν λέγων, ὡς Θεὸς, Θεὸν δὲ καὶ ἀντιλήπτορα, ὡς ἄνθρωπος.

Κἀγὼ πρωτότοκον θήσομαι αὐτόν. Οὕτως αὐτὸν καὶ ὁ μέγας Παῦλος ὀνομάζει *πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς*, καὶ *πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν*, καὶ *πρωτότοκον πάσης κτίσεως*, ὡς ἀπαρχὴν τοῦ νέου λαοῦ, καὶ ὡς πρῶτον ἀναστάντα ἐκ τῶν νεκρῶν

[61] Luc. I, 69. [62] Rom. VIII, 29. [63] Coloss. I, 18. [64] Ibid. 15.

εἰς ἀθανασίαν, καὶ ὡς ἐξαίρετον τῆς καινῆς κτίσεως A τῶν πιστῶν.

Ὑψηλὸν παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς. Τοὺς μὲν γὰρ ἐπιγνόντας αὐτὸν ὑποκεκλιμένους ἔχει· τῶν πολεμούντων δὲ ἀνωτέρω γίνεται· καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ὑψηλός ἐστι καὶ παρὰ τοῖς πιστοῖς βασιλεῦσι καὶ παρὰ τοῖς ἀπίστοις. Ὁ δὲ Δαβὶδ οὐ περιεγένετο πάντων τῶν βασιλέων τῆς γῆς, μόνης βασιλεύσας τῆς Ἰουδαίας.

Εἰς τὸν αἰῶνα φυλάξω αὐτῷ τὸ ἔλεός μου. Χρήζοντι αὐτοῦ, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον· ἢ καὶ οὐ δι' ἑαυτὸν, ἀλλὰ καὶ διὰ τοὺς ἐξ αὐτοῦ, φημὶ δὴ τοὺς Χριστιανοὺς, ὑπὲρ ὧν καὶ παρακαλεῖ τὸν Πατέρα, μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων γεγονώς. B

Καὶ ἡ διαθήκη μου πιστὴ αὐτῷ. Ἡ ἐπαγγελία ἡ πρὸς τὸν Δαβὶδ πιστὴ, εἴτουν βεβαία ἔσται ἐπ' αὐτῷ, δηλονότι τῷ Χριστῷ, τουτέστιν εἰς αὐτὸν ἀποβήσεται. Εἴρηται γὰρ ἀνωτέρω· Ἕως τοῦ αἰῶνος ἑτοιμάσω τὸ σπέρμα σου.

Καὶ θήσομαι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ σπέρμα αὐτοῦ. Σπέρμα τοῦ Χριστοῦ ὁ παρ' αὐτοῦ σπαρεὶς ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν μαθητῶν λόγος τοῦ Εὐαγγελίου, ὅσπερ διαμένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· καὶ ὁ ἐν παντὶ ἔθνει ἀναγεννηθεὶς αὐτῷ λαός. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος*, Διηνεκῶς ἐξέδωκεν ὁ Σύμμαχος. Καὶ ὄντως τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσι. C

Καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ αὖθις θήσω τὸν θρόνον αὐτοῦ τῆς βασιλείας οὕτω διαρκῆ, ὡς θήσω καὶ τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ· διαρκεῖς γὰρ αὗται ὡς μέχρι τῆς συντελείας τοῦ κόσμου φυλάττουσαι τὸν οἰκεῖον ὅρον. Ἔοικε δὲ τουτὶ τὸ ῥητὸν τῷ, *Καὶ συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ*, ἐν τῷ οα' ψαλμῷ. Ἡμέραι δὲ λέγονται τοῦ οὐρανοῦ, ὡς αὐτοῦ ταύτας ἀποτελοῦντος, τῇ τοῦ ἡλίου φορᾷ. Δειξάτωσαν δὲ Ἰουδαῖοι τὸ σπέρμα τοῦ Δαβὶδ, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τεθὲν, τουτέστι, σωζόμενον ἐπὶ τῆς βασιλείας, ἔτι δὲ καὶ τὸν βασιλικὸν θρόνον τοῦ Δαβὶδ μόνιμον. Ἀλλ' οὐκ ἂν δύναιντο. Εἰς Ἰεχονίαν γὰρ καὶ Σεδεκίαν κατέληξεν ἡ βασιλεία τοῦ Δαβίδ· Οὓς αἰχμαλώτους ἀνὰ μέρους οἱ Βαβυλώνιοι D ἀπαγαγόντες, τὸν Σεδεκίαν μὲν ἀπετύφλωσαν, τὸν Ἰεχωνίαν δὲ δουλείᾳ ἀπέβαλον. Τηνικαῦτα δὲ καταστραφέντος τέλεον καὶ τοῦ θρόνου Δαβὶδ, οὐδεὶς τὸ λοιπὸν εἰς αὐτὸν ἐκάθισεν. Ὁ γὰρ Ζοροβάβελ μετὰ τὴν ἐπάνοδον τῆς αἰχμαλωσίας οὐ βασιλεὺς, ἀλλὰ δημαγωγὸς Ἰουδαίων γέγονεν. Δηλοῖ δὲ ταῦτα προϊὼν ὁ ψαλμός. Ὅθεν οὐκ ἐπὶ πλεῖον τῶν τετρακοσίων ἐτῶν ἡ βασιλεία Δαβὶδ τοῖς ἀπογόνοις αὐτοῦ παρέμεινεν.

Ἐὰν ἐγκαταλείπωσιν υἱοὶ αὐτοῦ τὸν νόμον μου, καὶ τοῖς κρίμασί μου μὴ πορευθῶσιν· ἐὰν τὰ δικαιώματά μου βεβηλώσωσι, καὶ τὰς ἐντολάς μου μὴ φυλάξωσιν· ἐπισκέψομαι ἐν ῥάβδῳ τὰς ἀνομίας αὐτῶν, καὶ ἐν μάστιξι τὰς ἀδικίας αὐτῶν. Οἱ υἱοὶ τοῦ Χριστοῦ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου καὶ

mortuis ad immortalitatem resurrexit, et tanquam præcipuum quid atque electum in nova fidelium creatura.

Excelsum præ regibus terræ. Eos quidem qui illum cognoscunt subditos sub se habet, atque ei inclinatos; hostium vero atque eorum qui illius detrectant imperium semper est sublimior: et hac ratione excelsus est præ omnibus regibus terræ, seu fideles sint illi reges, seu infideles. At David, qui uni tantum imperavit provinciæ, omnibus regibus sublimior esse non potuit.

VERS. 29. *In sæculum servabo illi misericordiam meam.* Illi, inquam, Christo, qui secundum hominem divina indiguit misericordia, si non propter seipsum, propter suos saltem Christianos ac fideles, pro quibus ad Patrem rogabat, Dei atque hominum mediator effectus.

Et testamentum suum fidele ipsi. Promissio, quæ ad ipsum David facta est, fidelis, hoc est, firma erit ipsi Christo, hoc est, adimplebitur in eo. Dictum est enim superius: *Usque in sæculum præparabo semen ejus.*

VERS. 30. *Et ponam in sæculum sæculi semen ejus.* Semen Christi sermo est evangelicus, qui in discipulorum animis fuit disseminatus, qui sermo manet in sæculum sæculi. Vel pro semine ejus novum populum intellige, qui in omni gente generatus est. Symmachus autem pro his verbis: *in sæculum sæculi*, transtulit, *Perpetuo*. Vere autem contra Christi Ecclesiam portæ inferni in æternum non prævalebunt.

Et thronum ejus sicut dies cœli. Et rursus ponam thronum regni ejus, ita perpetuum, ut dies cœli, qui perpetui sunt, et terminum suum usque ad mundi consummationem servabunt. Similia sunt illa verba: *Et permanebit cum sole*, ut vidimus in psalmo LXXI. Dies autem cœli dicuntur, eo quod a cœlo, ipso solis cursu effici videntur. Ostendant nobis igitur Judæi semen David positum in sæculum sæculi, hoc est, conservatum in regno, aut regalem illius thronum adhuc permanere. Verum id non poterunt. In Jechonia etenim atque in Sedecia finem habuit regnum David. Uterque enim eorum a Babyloniis in captivitatem actus est; et Sedecias quidem oculis orbatus, Jechonias vero in perpetua servitute detentus est. Tunc itaque destructum est prorsus regnum, et thronus David, et nullus amplius in eo sedit. Nam Zorobabel post reditum e captivitate non rex fuit, sed dux: adeo ut regnum David in posteros quadringentorum annorum tempus non superaverit.

VERS. 31-33. *Si dereliquerint filii ejus legem meam, et in judiciis meis non ambulaverint: si justificationes meas profanaverint, et mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum, et in verberibus injustitias eorum.* Christi filii ii sunt qui per Evangelium, et per baptismatis lavacrum

ei regenerantur. Quid inter se differant lex, judicium, justificationes, et mandata, dictum est in psalmo XVII. *Profanaverint* autem dixit pro Parvipenderint; nam profanum ad sacri distinctionem dicitur. Quod autem non est sacrum, immundum existimatur, et modici momenti. Per virgam vero et per verbera tentationes et calamitates intelligit. Sensus est : Ego delinquentes illos castigabo, et variis eos modis corrigam, gentium nimirum insurrectionibus, bello, fame, tyrannide, atque hujusmodi aliis castigationibus : eos tamen omnino non repellam. Per iniquitates autem et injustitias idem æque intellige significari.

VERS. 34. *Misericordiam autem meam non dispergam ab eis.* Parcens eis scilicet, et eorum pœnitentiam exspectans. O immensam Dei misericordiam! Miseretur etenim Deus etiam dum flagellat, et meras nunquam adhibet pœnas; et verberat quidem atque castigat ut contemptores, miseretur tamen ut suis.

Neque injuste agam in veritate mea. Nullam ego, inquit, injuriam inferam ipsi David : promissionesque et pacta cum eo inita nusquam transgrediar. Hoc autem non faciam, propter veritatem meam; quia scilicet ego verax sum.

VERS. 35. *Neque profanabo testamentum meum.* Non parvipendam, inquit, nec spernam testamentum meum. Testamenti autem auctoritas in hoc sita est, ut et verum sit, et observetur : quemadmodum contra, Parvipendi dicitur, si infringatur, aut non servetur. Per testamentum autem, seu dispositionem, verba illa intelligit, quibus disposuit (ut Græca dictione διαθήκη, verius significatur) per dicens : *In sæculum servabo ei misericordiam meam.*

Et quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita. Verba hæc ad præcedentium declarationem consequuntur. Introducit autem Propheta Deum hic humano quodam more loqui, dum labia illum sua appellare facit. Per labia autem et per os ac linguam Dei, ipsum Dei verbum intelligendum est.

VERS. 36. *Semel juravi in sancto meo, si David mentiar.* Dictio *semel* confirmationem ac stabilitatem quamdam significat, ac si diceret : Firmiter juravi. Simile illud est : *Semel locutus est Deus* [88]. Et *Juravi*, pro, Constanter asserui. Juravi autem per sanctitatem meam. Omnis enim qui jurat, per majus quid jurat, verum Deus per majorem se jurare non valens, per seipsum jurat, hoc est, in seipsum, quemadmodum magnus nos Paulus docuit. Ea autem verba : *Si David mentiar*, idem significant ac si dixisset : Non mentiar ipsi David. Est enim hoc quoque veteris Scripturæ idioma, ut in juramentis dictionem, *Si*, ponat loco negativæ. Tale quid invenies in psalmo CXXXI, ibi : *Si introibo in tabernaculum domus meæ*, pro, Non introibo, et quæ sequuntur.

VERS. 37. *Semen eius in sæculum manet.* Semen

[88] Psal. LXI, 12.

A τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας ἀναγεννηθέντες αὐτῷ. Περὶ διαφορᾶς νόμου, καὶ κρίματος, καὶ δικαιώματος, καὶ ἐντολῆς, εἴρηται σαφῶς ἐν τῷ ιζ' ψαλμῷ. *Βεβηλώσωσι* δὲ, ἀντὶ τοῦ Εὐτελίσουσι· βέβηλον γὰρ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ἱεροῦ λέγεται τὸ ἀνίερον, εἴτουν κοινὸν καὶ εὐτελές. Ῥάβδον δὲ καὶ μάστιγα λέγει τοὺς πειρασμούς. Ἔστι δὲ ὁ νοῦς τοιοῦτος, ὅτι Πταίοντας σωφρονήσω ἐθνῶν ἐπαναστάσεσι, καὶ τυραννίσι, καὶ λιμῷ, καὶ τοιαύταις ἄλλαις παιδείαις· οὐ μὴν τέλεον αὐτοὺς ἀπώσομαι. Ἀνομίας δὲ καὶ ἀδικίας τὰ αὐτὰ νόησον ἐκ

B παραλλήλου.

Τὸ δὲ ἔλεός μου οὐ μὴ διασκεδάσω ἀπ' αὐτῶν. Φειδόμενος αὐτῶν καὶ τὴν μετάνοιαν αὐτῶν ἀναμένων. Ὦ φιλανθρωπίας ἀπείρου! Μαστίζων γὰρ ἐλεεῖ, καὶ οὐκ ἄκρατον ἐπάγει τὴν τιμωρίαν, ἀλλὰ μαστίζει μὲν ὡς καταφρονητὰς, ἐλεεῖ δὲ ὡς οἰκείους.

Οὐδὲ μὴ ἀδικήσω ἐν τῇ ἀληθείᾳ μου. Οὐδὲ ἀδικήσω τὸν Δαβὶδ παραβαίνων τὰς πρὸς αὐτὸν συνθήκας. Περιττεύει δὲ τὸ *μὴ*, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ ἑξῆς στίχῳ. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, *Οὐδ' οὐ μὴ* γράφουσιν. Τοῦτο δὲ οὐ ποιήσω διὰ τὴν ἀλήθειάν μου,

C διότι εἰμὶ ἀληθής.

Οὐδὲ μὴ βεβηλώσω τὴν διαθήκην μου. Οὐδὲ εὐτελίσω αὐτὴν ἀθετήσας. Ἀξίωμα γὰρ τῆς διαθήκης ἡ ἀλήθεια αὐτῆς· εὐτέλεια δὲ αὐτῆς ἡ ἀθέτησις. Διαθήκην δὲ λέγει τὴν, *Εἰς τὸν αἰῶνα φυλάξω τὸ ἔλεός μου.*

Καὶ τὰ ἐκπορευόμενα διὰ τῶν χειλέων μου οὐ μὴ ἀθετήσω. Ἑρμηνευτικὸν τοῦτο τοῦ πρὸ αὐτοῦ. Ἀνθρωποπρεπῶς δὲ διὰ τῶν χειλέων εἶπε. Χείλη δὲ Θεοῦ, καὶ γλῶσσα, καὶ στόμα, ὁ λόγος αὐτοῦ.

Ἅπαξ ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου, εἰ τῷ Δαβὶδ ψεύ-

D *σομαι.* — Ἅπαξ, ἀντὶ τοῦ βεβαίως. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ, *Ἅπαξ ἐλάλησεν ὁ Θεός.* — *Ὤμοσα* δὲ, ἀντὶ τοῦ Ἐβεβαίωσα. Ὤμοσα δὲ κατὰ τῆς ἐμῆς ἁγιωσύνης· πᾶς μὲν γὰρ ὁ ὀμνύων κατὰ μείζονος ὀμνύσιν. Ὁ δὲ Θεὸς, μὴ ἔχων κατὰ μείζονος ὀμόσαι, ὄμνυσι καθ' ἑαυτοῦ, εἴτουν εἰς ἑαυτὸν, ὡς καὶ ὁ μέγας Παῦλος ἐδίδαξε. Τὸ δὲ, *Εἰ τῷ Δαβὶδ ψεύσομαι*, ἀντὶ τοῦ, Οὐ τῷ Δαβὶδ ψεύσομαι. Ἰδίωμα γὰρ καὶ τοῦτο τῆς Παλαιᾶς, τὸ *εἰ*, ἀντὶ τοῦ *οὐ* λαμβάνειν ἐπὶ τῶν ὀμνυόντων. Τοιοῦτον εὑρήσεις καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ ρλα' ψαλμοῦ· *Εἰ εἰσελεύσομαι εἰς σκήνωμα οἴκου μου*, ἀντὶ τοῦ, *Οὐκ εἰσελεύσομαι*, καὶ τὰ ἑξῆς.

Τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα μένει. Σπέρμα

μὲν τοῦ Δαβὶδ, ὁ Χριστὸς κατὰ σάρκα, καθὼς ἀνωτέρω διελάβομεν, ὃς καὶ βασιλεύει αἰωνίως τῶν Χριστιανῶν μὲν ἑκόντων, τῶν δὲ ἀπίστων ἀκόντων· *Ἐδόθη μοι γὰρ*, φησὶν, *ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς*. Σπέρμα δὲ τοῦ Χριστοῦ ὁ λόγος τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ οἱ ἀναγεννηθέντες αὐτῷ, καθὼς ὁμοίως ἀνωτέρω διείληπται· καὶ τοῦτο οὖν κἀκεῖνο τὸ σπέρμα εἰς τὸν αἰῶνα μένει, φησὶ, κατὰ τὴν ἐμὴν ἐπαγγελίαν

Καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ, ὡς ἥλιος ἐναντίον μου. Ἡ βασιλεία τοῦ Χριστοῦ, ἡ εἰς τοὺς Χριστιανοὺς, ἐπισημοτάτη καὶ μόνιμος, ὡς ὁ ἥλιος. Διὰ τί δὲ καὶ τὸν ἥλιον εἰς εἰκόνα τῆς μονιμότητος ἔλαβεν, εἴρηται ἐν τῷ οα' ψαλμῷ, ἔνθα τὸ, *Καὶ συμπαραμένει τῷ ἡλίῳ*.

Καὶ ὡς ἡ σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα. Καθ' ὑπερβατὸν ἀναγνωστέον, ὡς ἡ κατηρτισμένη σελήνη· λέγει δὲ ὅτι ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἐπίσημος καὶ μόνιμος εἰς τὸν αἰῶνα ὡς ὁ ἥλιος, καὶ ὡς πλησιφαὴς σελήνη· κατηρτισμένην γὰρ τὴν πλησιφαῆ καλεῖ. Τοὺς δύο δὲ φωστῆρας εἰς εἰκόνα παρέλαβεν, ὡς καὶ ἐν τῷ οα' ψαλμῷ.

Καὶ ὁ μάρτυς ἐν οὐρανῷ πιστός. Ὁ Σύμμαχος ἀντὶ, *Ὁ μάρτυς*, *Ὁ διαμαρτυράμενος*, ἐξέδωκε· λέγει δὲ ὅτι ὁ διαμαρτυράμενος, εἴτουν ἐπαγγειλάμενός μοι τὰ περὶ τοῦ σπέρματός μου ἐν οὐρανῷ ἐστι, καὶ ἀξιόπιστός ἐστιν. Οἱ γὰρ ἐπίγειοι οὐ δοκοῦσιν ἀξιόπιστοι.

Σὺ δὲ ἀπώσω, καὶ ἐξουδένωσας. Τὰ ἐντεῦθεν προσώπῳ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ λαοῦ ἔγραψεν ὁ προφήτης, ἀπολοφυρομένου τὴν παρὰ Βαβυλωνίων αἰχμαλωσίαν, καὶ οἰομένου ἀθετηθῆναι τὰς πρὸς τὸν Δαβὶδ ἐπαγγελίας. Σὺ δὲ, φησὶν, ὁ τὰ ῥηθέντα ἐπαγγειλάμενος, ἀπώσω τὸ σπέρμα τοῦ Δαβὶδ, καὶ ἠτίμασας. Αἰνίττεται δὲ ὁ λόγος τὸν Ἰεχονίαν καὶ τὸν Σεδεκίαν, ὡς εἴρηται. Σφόδρα δὲ ἀνοηταίνουσιν οἱ Ἰουδαῖοι, ψεύδεσθαι ὑπολαμβάνοντες τὸν Θεὸν, ὅπερ ἀδύνατον καὶ ἀνόσιον. Λοιπὸν σπέρμα τοῦ Δαβὶδ αἰώνιον εἰς τὴν βασιλείαν ὁ Χριστὸς, *Οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος*. Καὶ οὗτοι μὲν σωματικὸν θρόνον καὶ βασιλείαν νοοῦσιν· τούτου δὲ ἡ βασιλεία οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου, καθὼς αὐτὸς εἴρηκε, τουτέστιν, οὐκ αἰσθητὴ, ἀλλὰ νοητή. Βασιλεία γὰρ αὐτοῦ, ἡ τῶν πιστευόντων ὑποταγὴ, καὶ ἑκούσιος δουλεία. Ἐγὼ γὰρ, φησὶ, *κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ*. Καὶ αὖθις· *Καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς*.

Ἀνεβάλου τὸν Χριστόν σου. Χριστὸν Θεοῦ τὸν βασιλέα καλεῖ, ὡς χρισθέντα ψήφῳ Θεοῦ εἰς βασιλείαν. Οὕτω γὰρ καὶ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Βασιλειῶν, *χριστὸν Κυρίου* τὸν Σαοὺλ ὀνομάζει. Καὶ *ἀνεβάλου* φησὶν, εἴτουν ὑπερέθου· παρεκρούσω τὸν βασιλέα τὸν σὸν, δηλαδὴ τὸν Δαβὶδ, μὴ πληρώσας τὰς πρὸς αὐτὸν ἐνωμότους ἐπαγγελίας.

A quidem David Christus est secundum carnem, ut diximus, qui perpetuo regnat, et omnibus dominatur, Christianis quidem volentibus, infidelibus vero etiam invitis : *Data est enim mihi*, inquit, *omnis potestas, in cœlo et in terra* [66]. Semen autem Christi sermo evangelicus dicendus est, aut fideles, qui ei per baptismum regenerati sunt, ut diximus. Hoc igitur atque illud semen perpetuo manebit juxta promissionem meam.

VERS. 38. *Et thronus ejus sicut sol coram me.* Regnum Christi in fideles celeberrimum est, et diuturnum tanquam sol. Quare autem solem assumpserit in diuturnitatis similitudinem, dictum est in psalmo LXXI, ibi : *Et permanebit cum sole.*

B *Et sicut luna perfecta in sæculum.* Regnum, inquit, illius celeberrimum est, et instar solis diuturnum, et diuturnum in sæculum; et tanquam luna in plenilunio, quam perfectam lunam appellavit. Duo etiam luminaria in similitudinem assumpsit, quemadmodum vidisti in sæpe dicto psalmo LXXI.

Et testis in cœlo fidelis. Symmachus pro *Testis*, dixit *Contestatus*. Ille, inquit, qui contestatus ac pollicitus mihi est, se ea meo semini daturum, quæ diximus, ille in cœlo est et fide dignus est. Hujus enim mundi homines non adeo fide digni sunt.

VERS. 39. *Tu vero repulisti, et despexisti.* Quæ sequuntur Propheta ex Judaici populi persona conC scripsit, Babylonicam captivitatem deplorans, et promissiones a Deo factas ipsi David pene neglectas fuisse reputans. Tu vero, inquit, qui prædicta omnia pollicitus es, repulisti atque inhonorasti semen David. Et respicere videntur hæc verba ad Jechoniam et Sedeciam. Verum non mediocriter desipiunt Judæi, qui Deum mentiri posse suspicantur; quod qui suspicatur, tam impie agit, quam impossibile est Deum aut fallere, aut falli. Cæterum semen David, cui regni æternitas promissa est, Christum esse affirmamus, *cujus regni non erit finis*. Et Judæi quidem terrestre ac mundi hujus tam regnum, quam thronum intelligunt, nos autem Christi regnum non hujusmodi esse dicimus, cum ipse illud esse negaverit de hoc mundo : D quia nimirum corporis sensu percipi non potest, sed spiritu tantum atque intellectu. Regnum autem Christi est voluntaria fidelium omnium subjectio et servitus. Etenim, inquit, *Constitutus sum rex ab eo* [67]; et rursus : *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ* [68].

Distulisti Christum tuum. Per Christum tuum idem intelligit, ac si diceret : Regem illum, qui tua sententia unctus fuit ad regnum. Hoc pacto beatus David in primo Regum libro Saul regem *christum Domini* appellabat. Distulisti autem, hoc est, seorsum a te posuisti ac repulisti, non adimplendo nimirum promissiones ei factas.

[66] Matth. XXVIII, 18. [67] Psal. II, 6. [68] Ibid. 8.

VERS. 40. *Destruxisti testamentum servi tui.* Irritasti, inquit, promissionem, quam ei fecisti.

A *Κατέστρεψας τὴν διαθήκην τοῦ δούλου σου.* Κατέλυσας τὴν ἐπαγγελίαν, τὴν πρὸς αὐτόν.

Profanasti in terram sanctuarium ejus. Vidimus in psalmo LXXIII: *Profanaverunt in terram tabernaculum nominis tui.* Per sanctuarium autem ejus, ejus, dico David, celeberrimum illud templum intelligit, quod fuit in Jerusalem: quasi ab ipso David constructum fuisset, seu ipsius dicendum esset, eo quod ab eo primum decretum est, ut ædificari deberet: et quia materiam Salomoni filio tanto operi opportunam reliquit. Quin imo jam antea ipse illud erexisset, ni jussum ei fuisset a Domino, ne ipse, sed Salomon templum ædificaret. In prædicto etiam psalmo LXXIII, tam sancti quam sanctuarii nomine similiter templum appellat. Illud etiam animadvertendum videtur, quod Propheta qui ex populi, ut diximus, loquitur persona, universam hanc calamitatem in ipsum rejicit beatum David, studens hoc pacto Deum magis ad misericordiam flectere, dum populum cernit tanta erga beatum David compassione permoveri.

Ἐβεβήλωσας εἰς τὴν γῆν τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ. Καὶ ἐν τῷ ογ' ψαλμῷ εἴρηκεν· *Εἰς τὴν γῆν ἐβεβήλωσας τὸ σκήνωμα τοῦ ὀνόματός σου.* Νῦν δὲ ἁγίασμα τοῦ Δαβὶδ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις περιβόητον εἶπε ναὸν, ὡς αὐτοῦ τοῦ Δαβὶδ προθεμένου τοῦτον οἰκοδομῆσαι, καὶ τὴν ὕλην τῆς οἰκοδομῆς τῷ παιδὶ Σολομῶντι καταλιπόντος, διὰ τὸ κελεῦσαι τὸν Θεὸν μὴ παρὰ Δαβὶδ, ἀλλὰ παρὰ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ τοῦτον οἰκοδομηθῆναι. Ἅγιον δὲ καὶ ἁγιαστήριον τὸν ναὸν ἐκάλεσε καὶ ἐν τῷ ῥηθέντι τῷ ογ' ψαλμῷ. Τῷ Δαβὶδ δὲ τὸ πάθος ὅλον ὁ λαὸς περιάπτει, πειρώμενος κάμψαι τὸν Θεὸν εἰς οἶκτον διὰ τὴν ἐκείνων συμπάθειαν.

VERS. 41. *Destruxisti omnes sepes ejus.* Per sepes, templi muros intelligit, seu etiam ipsas Moysis leges.

B *Καθεῖλες πάντας τοὺς φραγμοὺς αὐτοῦ.* Φραγμοὶ τὰ τείχη καὶ οἱ νόμοι.

Posuisti munitiones ejus formidinem. De Jechonia loquens, aut de Sedecia, sermonem tamen suum format propheta quasi de seipso loquatur David: quia calamitatem, qua posteri obruti fuerunt, illatam reputat progenitori. Munitiones autem tam Jechoniæ quam Sedeciæ in murorum ambitu erant; verum uterque eorum in captivitatem actus est, et tantarum munitionum loco, uterque etiam formidine fuit circumdatus. Fecisti eum, inquit, circumdari formidine, atque ea veluti septis quibusdam vallari.

Ἔθου τὰ ὀχυρώματα αὐτοῦ δειλίαν. Ἐν τῷ Ἰεχονίᾳ νῦν, ἢ τῷ Σεδεκίᾳ τὸν Δαβὶδ ὀνομάζει, ὡς ἀπογόνους αὐτοῦ, ὧν ἑκάστου ὀχυρώματα ἦσαν οἱ περίβολοι τῶν τειχῶν. Ἑαλωκὼς δ' ἑκάτερος, ἀντὶ τῶν ὀχυρωμάτων τούτων δειλίαν περιέκειτο. Ἐποίησας νῦν, φησὶ, τοὺς περιβόλους αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ πρὶν, δειλίαν. Ταύτην γὰρ ὡς περίβολον περίκειται.

VERS. 42. *Diripuerunt eum omnes transeuntes per viam.* Eum, pro Ejus divitias. Transeuntes vero per viam vicinas appellat gentes, quæ transitum prope eum faciebant, et quas in psalmo LXXIX appellavit, *Prætergredientes viam.*

Διήρπαζον αὐτὸν οἱ διοδεύοντες ὁδόν. Αὐτὸν, ἤτοι Τὸν πλοῦτον Αὐτοῦ. Διοδεύοντας δὲ λέγει C τὰ γείτονα ἔθνη, τὰ πλησίον αὐτοῦ πεποιημένα τὴν δίοδον, ἃ καὶ ἐν τῷ οθ' ψαλμῷ παραπορευομένους ὠνόμασεν.

Factus est opprobrium vicinis suis. Hic versiculus etiam habetur in psalmo LXXVIII, eo excepto quod illic populus plurali utitur sermone.

Ἐγενήθη ὄνειδος τοῖς γείτοσιν αὐτοῦ. Οὗτος ὁ στίχος καὶ ἐν τῷ οη' ψαλμῷ κεῖται· πληθυντικῷ δὲ ἐκεῖσε χαρακτῆρι ἐκπεφώνηται.

VERS. 43. *Exaltasti dexteram conterentium eum.* Hoc est, superiores ei fecisti Babylonios. Solent enim qui victores sunt in bello, extollere manus supra victos, atque hoc pacto eos cædere.

Ὕψωσας τὴν δεξιὰν τῶν θλιβόντων αὐτόν. Ἀντὶ τοῦ, Ὑπερτέρους τοὺς Βαβυλωνίους ἐποίησας. Οἱ γὰρ νικῶντες ἐν πολέμῳ, ὑπεράνω τῶν νικωμένων τὰς ἑαυτῶν χεῖρας ἀνατείνοντες, παίουσιν.

Lætificasti omnes inimicos ejus. Vicinas scilicet gentes, ut in sæpe dicto psalmo LXXVIII diximus.

Εὔφρανας πάντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. Τὰ γείτονα ἔθνη, ὡς ἐν τῷ οη' ψαλμῷ προείρηται.

VERS. 44. *Avertisti adjutorium gladii ejus.* Quod in pugna ei præstare solebas.

Ἀπέστρεψας τὴν βοήθειαν τῆς ῥομφαίας αὐτοῦ. Ἣν συνήθως ἐν μάχαις αὐτῷ παρεῖχες.

Et non es auxiliatus ei in bello. Quod scilicet adversus Babylonios gestum est.

D *Καὶ οὐκ ἀντελάβου αὐτὸν ἐν τῷ πολέμῳ.* Τῷ πρὸς Βαβυλωνίους.

VERS. 45. *Desivisti ab emundatione ejus.* Cessare eum fecisti a consueta purgatione. Aspersionibus enim utebantur et purificatoriis Judæi, quando celebritatem aut festivitatem aliquam peragebant. A præcedenti igitur signavit id quod consequitur, ac si diceret: Omnes illius festivitates prorsus delesti.

Κατέλυσας ἀπὸ καθαρισμοῦ αὐτοῦ. Κατέπαυσας αὐτὸν ἀπὸ τοῦ συνήθους καθαρισμοῦ. Περιῤῥαντηρίοις γὰρ ἐχρῶντο καὶ καθαρσίοις ἐν ταῖς ἑορταῖς. Διὰ δὲ τοῦ προκειμένου τὸ ἑπόμενον ἐδήλωσεν· ὅτι Ἀνεῖλες τὰς ἑορτὰς αὐτοῦ.

Et thronum ejus in terra confregisti. Regnum

Τὸν θρόνον αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν κατέῤῥαξας.

Τὴν βασιλείαν αὐτοῦ ἀναστρέψας. Μεταφορικὸς δὲ ὁ λόγος.

Ἐσμίκρυνας τὰς ἡμέρας τοῦ θρόνου αὐτοῦ. Χρόνον λέγει τὸν ἐπαγγελθέντα τῷ σπέρματι τοῦ Δαβὶδ, τὸν εἰς τὸν αἰῶνα αἰῶνος. *Ἐσμίκρυνας* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Συνέτεμες, μακρὸν ὑποσχεθέντα.

Κατέχεας αὐτῷ αἰσχύνην. Αἱ γὰρ αἰσχύναι τῶν ἀπογόνων αἰσχύναι τοῦ προγόνου δοκοῦσιν. Ἠσχύνθησαν γὰρ ἐξανδραποδισθέντες καὶ παθόντες τὰ ἀτιμότατα.

Ἕως πότε, Κύριε, ἀποστρέψῃ εἰς τέλος; ἐκκαυθήσεται ὡς πῦρ ἡ ὀργή σου; Ταῦτα ἐοίκασι τοῖς ἐν τῷ οη' ψαλμῷ. Εἴρηται γὰρ κἀκεῖ· *Ἕως πότε, Κύριε, ὀργισθήσῃ εἰς τέλος; ἐκκαυθήσεται ὡς πῦρ ὁ ζῆλός σου;*

Μνήσθητι τίς μου ἡ ὑπόστασις. Μνήσθητι διατί ὑπέστην, εἴτουν ἐπλάσθην· πάντως ἵνα ζῶν δοξάζω τὰ μεγαλεῖά σου. Διὰ τοῦτο ῥῦσαί με τοῦ θανάτου· οὐ γὰρ οἱ νεκροὶ αἰνέσουσί σε, Κύριε.

Μὴ γὰρ ματαίως ἔκτισας πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Οὐκ εἰκῇ καὶ μάτην ἔπλασας τὸν ἄνθρωπον, ἵνα δίκην ἀχρήστου καὶ περιττοῦ τινος, ὡς ἔτυχε, παραπολεῖται, ἀλλ' εἰκόνι σου τοῦτον ἐτίμησας, καὶ μέγαν καὶ τίμιον ἐποίησας. Διὸ μὴ παρίδῃς ἡμᾶς ἀθλίως ἀπολλυμένους.

Τίς ἐστιν ἄνθρωπος, ὃς ζήσεται καὶ οὐκ ὄψεται θάνατον; ῥύσεται τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐκ χειρὸς ᾅδου; Τὸ Τίς ἀντὶ τοῦ οὐδείς· ἐξακούεται δὲ καὶ ἐπὶ δευτέρου στίχου, τοῦ *ῥύσεται.* Χεῖρα δὲ ᾅδου λέγει τὴν κατάσχεσιν, τὴν τυραννίδα. Ἐπεὶ καὶ ἀναγκαίως, φησὶν, ἀποθανεῖν μέλλομεν, ὡς θνητὴν λαχόντες φύσιν, ζῶσιν ἡμῖν μετάδος φιλανθρωπίας.

Ποῦ εἰσι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα, Κύριε, ἃ ὤμοσας τῷ Δαβὶδ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου; Ἐλέη καλεῖ τὰς ἐπαγγελίας τὰς περὶ τοῦ σπέρματος καὶ τῆς βασιλείας Δαβίδ· ἐλεήσας γὰρ ὁ Θεὸς τοὺς ἀνθρώπους, ταύτας ὑπέσχετο. Ἀρχαῖα δὲ πρὸς τὸν ἱκετεύοντα λαόν· οὗ πολλοῖς ἔτεσι προγενέστερος ὁ Δαβίδ· Ἢ ἀρχαῖα, διότι πρὸ τῶν αἰώνων ὡρίσθησαν τῷ Θεῷ· φησὶ γὰρ Παῦλος· *Τὸ μυστήριον τὸ ἀποκεκρυμμένον πρὸ τῶν αἰώνων.* Ἡσαΐας δὲ βουλὴν ἀρχαίαν ἀληθινὴν ἐκάλεσε ταῦτα. *Ὤμοσας* δὲ, ἀντὶ Βεβαίως ἐπηγγείλω. *Ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Ἐν τῷ ἀληθὴς εἶναι.

A ejus etiam evertisti. Est enim sermo metaphoricus.

Vers. 46. *Minorasti dies temporis ejus.* Tempus intelligit promissum semini David, quod scilicet futurum esse dixerat in sæculum sæculi. Minuisti autem illud, hoc est concidisti, tametsi diuturnius id fore promiseras.

Perfudisti eum confusione. Ea namque quæ posteris probro sunt, ipsis quoque progenitoribus videntur ignominiam infligere; ignominia autem affecti sunt ob captivitatem, et ob multa alia dedecora quæ passi sunt.

Vers. 47. *Usquequo, Domine, averteris in finem? exardescet sicut ignis ira tua?* Hæc verba iis similia sunt, quæ habentur in psalmo LXXVIII, ibi: *Usque-* B *quo, Domine, irasceris in finem? exardescet velut ignis zelus tuus?*

Vers. 48. *Memor esto, quæ mea subsistentia.* Memento quare ego substiterim, hoc est, cur plasmatus fuerim. Ea autem prorsus, dicit, causa creatus sum ut vivens magnalia tua glorificarem. Eripe igitur, quæso, me a morte; neque enim mortui laudabunt te, Domine.

Non enim vane creasti omnes filios hominum. Non frustra nec sine causa hominem plasmasti, ut inutilis ac superfluæ cujuspiam rei instar perire debeat; quinimo imagine illum tua honorasti, magnumque et honorabilem fecisti. Ne despicias igitur nos misere pereuntes.

C Vers. 49. *Quis est homo, qui vivet, et non videbit mortem? eruet manum suam de manu inferni?* — *Quis* posuit pro nullus, et subaudienda est eadem dictio, in secundo versiculo, ac si diceret: Et quis est, qui eruet, etc. Per inferni vero manum, possessionem et tyrannidem mortis intelligit; et quoniam necessario futurum est, ut moriamur, eo quod mortalem habemus naturam, opportune participari sibi optat Dei misericordiam in præsenti vita, dicens:

Vers. 50. *Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine, quas jurasti David in veritate tua?* Per misericordias, promissiones intelligit a Deo factas de semine et de regno David. Summa enim erga homines misericordia motus fuerat Deus, ut hu- D jusmodi promissiones faceret. Antiquas autem has promissiones ideo esse dicit, quod supplicanti olim populo factæ fuerant: quo populo beatus David multis annis erat junior: vel, quia ante sæculum a Deo ita determinatum fuerat, ut ait Paulus de Christi mysterio [69], absconditum inquiens fuisse id mysterium ante sæcula. Isaias etiam has Dei misericordias antiquum et verum consilium appellavit [70]. *Jurasti* autem, hoc est, Constanter pollicitus es. *In veritate tua*, hoc est, Quia verax es.

Μνήσθητι, Κύριε, τοῦ ὀνειδισμοῦ τῶν δούλων σου, οὗ ὑπέσχον ἐν τῷ κόλπῳ μου πολλῶν ἐθνῶν.—*Τῶν δούλων σου*, τῶν Ἑβραίων, τοῦ παρὰ πολλῶν ἐθνῶν παρὰ τούτων αἰχμαλωτισθέντων καὶ τῶν

Vers. 51. *Memor esto, Domine, opprobrii servorum tuorum, quod continui in sinu meo multarum gentium.* — *Servorum tuorum*, Hebræorum scilicet, quod opprobrium a multis gentibus sustinui, quæ

[69] Coloss. I, 26. [70] Isa. XLVI, 10.

obsidioni et captivitati interfuerunt. Sustinui autem, hoc est, gestavi in corde meo. Aquila enim *Tuli*, et Symmachus, *Gestavi*, reddiderunt, pro *Sustinui*. Per sinum vero ipsum cor intelligit, quia in eo lætitiam aut dolorem veluti in sinu quodam reponimus.

Nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Inscrutabiles, inquit, ac ininvestigabiles se nobis esse demonstrarunt cogitationes tuæ, et consilia tua impenetrabilia. Videtur autem consimilis sententia illa Pauli : *O profundum divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei! quam inscrutabilia sunt judicia ejus atque investigabiles viæ ejus*[79]!

VERS. 7. *Vir insipiens non cognoscet.* Insipientem illum appellat, qui divinarum rerum cognitionem nullam habet, tametsi humanarum scientiarum exteriorem quamdam cognitionem habeat : Hujusmodi, inquit, homo non cognoscet, quod magna sunt opera tua, et quod profundæ sunt cogitationes tuæ, sed confidens sibi ipsi, tentabit in earum profundum descendere, atque hoc pacto (veluti ex prærupto quodam in abyssum) cadet.

Et imprudens non intelliget hæc. Eamdem repetit sententiam.

VERS. 8. *Cum exsurgerent peccatores quasi herba, et inclinati sunt omnes, qui operantur iniquitatem.* Conjunctio, *et*, abundat hoc in loco; *inclinari* autem dixit pro *incurvari* atque humiliari, ut sit sensus : Cum peccatores orti essent, et instar herbæ ad tempus florerent, illum tamen florem ac vigorem diu retinere nequiverunt, sed inclinati sunt, et deciderunt; eosdem autem peccatores appellat, et operantes iniquitatem.

VERS. 9. *Ut exterminentur in sæculum sæculi.* Inclinati vero sunt, et a prima felicitate deciderunt, ut puniantur in futuro sæculo. Solet enim beatus David æterni sæculi pœnas, atque inconsolabilem illam perditionem, exterminationem appellare; et dicit quod ruinam et lapsum a præsenti felicitate sument pro arrhabone futuri supplicii : ex quibus verbis aggreditur Propheta tractatum de futuri judicii die, quemadmodum diximus in principio psalmi.

Tu autem altissimus in æternum, Domine. Tu autem investigabilis es, et judicia tua inscrutabilia.

VERS. 10. *Quoniam ecce inimici tui, Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt.* Dei inimici non tantum infideles sunt, sed quicunque etiam delinquentes, quia diabolo Dei inimico obtemperant. Peribunt autem in futuro sæculo.

Et dispergentur omnes, qui operantur iniquitatem.

[79] Rom. XI, 33.

A ἀγαλλιάσομαι. Ἄλλοι δὲ ποίημα καὶ ἔργα χειρῶν διπλασιασμὸν νοήματος ἐκάλεσαν.

Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε. Τὸ ὡς κατ' ἐπίτασιν κεῖται. Λίαν, φησὶ, μεγάλα τὰ ἔργα σου· οὐ μόνον ὅσα ἐν τῇ προῤῥηθείσῃ κτίσει, ἀλλὰ καὶ ὅσα ἐν προνοίαις, καὶ οἰκονομίαις, καὶ τερατουργίαις, καὶ τοῖς τοιούτοις. Περὶ δὲ ἔργων εἴρηται ἐν τῷ πε' ψαλμῷ.

Σφόδρα ἐβαθύνθησαν οἱ διαλογισμοί σου. Τὸ *ἐβαθύνθησαν* ἀντὶ τοῦ, βαθεῖς καὶ ἀνέφικτοι ἐφάνησαν. Διαλογισμοὺς δὲ λέγει τὰς βουλάς. Τού-
B τοις ὅμοια καὶ Παῦλος εἴρηκεν· *Ὢ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ, ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ!*

Ἀνὴρ ἄφρων οὐ γνώσεται. Ἄφρονα νῦν καλεῖ τὸν μὴ τὴν θείαν φρόνησιν ἔχοντα, καὶ εἰ τὴν ἀνθρωπίνην ἐκτήσατο, τὴν ἐκ τῆς θύραθεν σοφίας. Ὁ γὰρ τοιοῦτος, φησὶν, οὐ γνώσεται, ὅτι μεγάλα τὰ ἔργα σου, καὶ ὅτι βαθεῖς οἱ διαλογισμοί σου· ἀλλ' ἑαυτῷ θαῤῥήσας, καταλαβεῖν πειράσεται· καὶ διὰ τοῦτο καταπεσεῖται.

Καὶ ἀσύνετος οὐ συνήσει ταῦτα. Τὸ αὐτὸ καὶ νῦν ἐδίπλωσε νόημα.

C *Ἐν τῷ ἀνατεῖλαι ἁμαρτωλοὺς ὡσεὶ χόρτον, καὶ διέκυψαν πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν.* Περιττὸς ὁ *καὶ* σύνδεσμος ἐνταῦθα. *Διέκυψαν* δὲ ἀντὶ τοῦ, κατεκάμφθησαν, ἐταπεινώθησαν. Ὁ δὲ νοῦς ἐστι τοιοῦτος, ὅτι Ἀνατείλαντες ἁμαρτωλοὶ δίκην χόρτου, τουτέστιν ἀνθήσαντες πρόσκαιρα, οὐ μέχρι πολλοῦ τὴν ἀκμὴν παρέτειναν, ἀλλὰ διέκυψαν· τοὺς αὐτοὺς δὲ λέγει καὶ ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν.

Ὅπως ἂν ἐξολοθρευθῶσιν εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Διέκυψαν δὲ καὶ τῆς εὐημερίας ἐξέπεσον, ἵνα κολασθῶσιν εἰς τὸν μέλλοντα αἰῶνα. Ἐξολόθρευσιν γὰρ ἐπὶ τοῦ ἀτελευτήτου αἰῶνος καὶ ἀπώλειαν τὴν ἀπαρηγόρητον κόλασιν εἴωθεν ὁ Δαβὶδ ὀνομάζειν. Λέγει τοίνυν, ὅτι τὴν ἐνταῦθα τῆς εὐδαιμονίας
D ἔκπτωσιν ἀῤῥαβῶνα τῆς ἐκεῖ τιμωρίας ἐκτήσαντο· ἐντεῦθεν οὖν εἰσβάλλει εἰς τὰς ἡμέρας τοῦ μέλλοντος αἰῶνος· ὡς ἐν προοιμίῳ τοῦ ψαλμοῦ, προειρήκαμεν.

Σὺ δὲ ὕψιστος εἰς τὸν αἰῶνα, Κύριε. Σὺ δὲ ἀνέφικτος ἀεὶ, καὶ ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματά σου.

Ὅτι ἰδοὺ οἱ ἐχθροί σου, Κύριε· ὅτι ἰδοὺ οἱ ἐχθροί σου, Κύριε, ἀπολοῦνται. Ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἄπιστοι μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ, ὡς τῷ ἐχθρῷ αὐτοῦ τῷ διαβόλῳ πειθόμενοι. Ἀπώλειαν δὲ τὴν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνί φησι.

Καὶ διασκορπισθήσονται πάντες οἱ ἐργαζόμε-

νοι τὴν ἀνομίαν. Διασκορπισθήσονται εἰς τὰς διαφόρους κολάσεις.

Καὶ ὑψωθήσεται ὡς μονοκέρωτος τὸ κέρας μου. Κέρας ἑαυτοῦ τὸν Χριστὸν ὁ Δαβὶδ ἐκάλεσεν, ὡς ἐξ αὐτοῦ τὸ κατὰ σάρκα βλαστήσαντα, περὶ οὗ πλατύτερον ἐν τῷ πη' ψαλμῷ· ἔνθα, *Καὶ ἐν τῷ ὀνόματί μου ὑψωθήσεται τὸ κέρας αὐτοῦ.* Ὑψωθήσεται δὲ, ἀντὶ τοῦ μεγαλυνθήσεται, ἐν τῷ καιρῷ δηλαδὴ τῆς μελλούσης κρίσεως, πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ ταπεινωθέντων. Ὑψωθήσεται δὲ, ὡς μονοκέρωτος κέρας, τουτέστιν ἐπιπολύ.

Καὶ τὸ γῆράς μου ἐν ἐλαίῳ πίονι. Διὰ τοῦ ἐλαίου τὴν ἱλαρότητα ἐνέφηνεν· *Τοῦ ἱλαρῦναι* γὰρ, φησὶ, *πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ*· λέγει δὲ, ὅτι Ἐπεὶ ἔγνων ὑψωθησόμενον τὸ κέρας μου, λοιπὸν τὸ γῆράς μου ἐν ἱλαρότητι πίονι, εἴτουν πολλῇ, ἔσται· τουτέστι, σφοδρῶς καὶ ἀλύπως αὐτὸ διέλθω, ταῖς τοῦ μέλλοντος ἐλπίσι παρηγορούμενος.

Καὶ ἐπεῖδεν ὁ ὀφθαλμός μου ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου. Ἀντὶ τοῦ *ἐπεῖδεν*, ἐπόψεται ἐκδεδώκασι Σύμμαχος καὶ Θεοδοτίων. Οἱ δὲ Ἑβδομήκοντα ὡς γεγενημένα τὰ ἐσόμενα ἡρμήνευσαν. Ἐχθροὺς δέ φησι τοὺς δαίμονας, καὶ τοὺς ἀπίστους, ἐν οἷς ἐπόψεται τότε τὴν ἐκδίκησιν. Τοῦτο γὰρ ἐλλείπει.

Καὶ ἐν τοῖς ἐπανισταμένοις ἐπ' ἐμὲ πονηρευομένοις ἀκούσεται τὸ οὖς μου. Καὶ τοῦτο ἐλλειπτικόν. Ἀκούσεται γὰρ τὴν κατ' αὐτῶν ἀπόφασιν τοῦ Δεσπότου. Τοὺς αὐτοὺς δὲ λέγει ἐπανισταμένους καὶ πονηρευομένους, ἀσυνδέτως.

Δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει. Εἰπὼν ἀνωτέρω περὶ τῶν ἁμαρτωλῶν, ὡσεὶ χόρτος ἀνθήσει, νῦν λέγει περὶ τοῦ δικαίου, ὅτι ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει· τοῦ φοίνικος δὲ οὔτε τὸ ἄνθος ἀποπίπτει, ἀλλ' εἰς καρπὸν προκόπτει γλυκύτατον, οὔτε ὁ θάλος μαραίνεται, ἀειθαλὴς γάρ ἐστιν.

Ὡσεὶ κέδρος ἡ ἐν τῷ Λιβάνῳ πληθυνθήσεται. Πεπληθυσμένη γάρ ἐστιν ἡ κέδρος ταῖς κόμαις. Ἔχει δὲ καὶ ἄλλας ὁμοιότητας ὁ δίκαιος· πρὸς μὲν τὸν φοίνικα τὸ μικρὸν μὲν αὐτοῦ μέρος ἐμπεπῆχθαι τῇ γῇ, τὸ πᾶν δὲ ὑπὲρ τὴν γῆν ἀνέχειν, καὶ τὸ τὴν καρδίαν αὐτοῦ τετάσθαι πρὸς οὐρανὸν, καὶ τὸ τὸν καρπὸν αὐτοῦ ἀνάλωτον εἶναι θηρίοις διὰ τὸ ὑψηλὸν καὶ δύσβατον, καὶ τὸ πολλοῦ χρόνου δεῖσθαι πρὸς τὴν τελείωσιν· πρὸς δὲ τὴν κέδρον τὸ εὐῶδες, καὶ ἄσηπτον, καὶ πολύερνον, καὶ κατάσκιον. Εὐωδίας γὰρ τῆς ἀπὸ τῶν ἀρετῶν ἐμπέπλησται, καὶ ἄφθαρτός ἐστι, καθαρισθεὶς ἐκ πάσης κηλῖδος· καὶ πολλοὺς γεννᾷ τῷ πνεύματι, καὶ πολλοῖς σκέπη χρηματίζει.

A Ad varias nimirum pœnas atque ad varia supplicia.

Vers. 11. *Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum.* Cornu suum beatus David Christum appellavit, quasi ex se germinandum, secundum carnem, de quo latius dictum est in psalmo LXXXVIII, ibi : *Et in nomine meo exaltabitur cornu ejus. Exaltabitur* autem, hoc est, magnificabitur, in tempore nimirum futuri judicii, profligatis atque humiliatis omnibus ejus inimicis; exaltabitur, inquam, veluti cornu quoddam unicornis, hoc est, valde exaltabitur. (Dictio autem *unicornis* est secundi casus, ut alibi diximus.)

Et senectus mea in oleo pingui. Per oleum hilaritatem denotavit, unde alibi dicitur : *Ut exhilaret* B *faciem in oleo* [89]. Cognovi, inquit, cornu meum exaltandum esse, atque ideo futurum spero, ut senectus mea in pingui, hoc est, in multa hilaritate versetur, utque jucunde ac sine mœrore extremum illud vitæ meæ tempus agam, futurorum spe consolatus.

Vers. 12. *Et dispexit oculus meus in inimicis meis.* Symmachus et Theodotion pro *dispexit*, reddiderunt *videbit*; LXX vero interpretes quæ futura erant exposuerunt ut jam facta. Per inimicos autem, et dæmones et infideles intelligit, in quibus visurum se sperat vindictam, seu ultionem. Subintelligenda enim est aliqua hujusmodi dictio.

Et in insurgentibus in me malignantibus audiet C *auris mea.* Hæc verba etiam defectiva sunt. Audiet enim auris mea sententiam Domini, adversus eos quos insurgentes ac malignantes promiscue appellat; omissa conjunctione *et*.

Vers. 13. *Justus ut palma florebit.* Cum superius de peccatoribus sermonem habuerit, dixeritque, quod florebunt ut herba, quæ cito perit, nunc de justo dicit, quod florebit ut palma, quæ vivacior est, et cujus flos nunquam decidit, sed in dulcissimum fructum provenit, cujusque germen non tabescit, sed semper viget.

Sicut cedrus quæ in Libano est, multiplicabitur. Est autem cedro coma copiosa ac multiplex. Alias etiam similitudines habet justus ad palmam. Nam quemadmodum modica illius arboris pars terræ D infigitur, et tota pene a terra in cœlum elevatur, ita et justus cor suum a terrenis in cœlum attollit : et quemadmodum palmæ fructus a feris diripi non possunt, sic etiam justi viri opera a dæmonibus perdi nequeunt, adversante nimirum in utroque rerum sublimitate. Multo præterea tempore utrique opus est ad perfectionem. Cum cedro etiam justus similitudinem retinet : quia sicut cedrus bonum ex se odorem emittit, et incorruptibilem materiam habet, et ramorum copia abundat, et umbram consequenter multam facit, ita et justus bono virtutum odore plenus est : et cum semel purgatus fuerit ab omni labe, incorruptibilis permanet, et filios quam plurimos ex se spirituales, non secus ac ramos quosdam generat, et multorum etiam indigentium efficitur protector.

[89] Psal. CIII, 15.

VERS. 14. *Plantati in domo Domini in aulis Dei nostri efflorebunt.* Plantati in inferiori Ecclesia, in qua habitat gratia Domini, et radicati in fide, florebunt in supernis aulis cœlestibus, hoc est, illic apparebunt virtutum floribus ornati. Vel aliter : Domus Domini scientia est divinarum Scripturarum, in qua scientia Dominum invenimus ; aulæ vero sunt illius mandata.

VERS. 15, 16. *Adhuc multiplicabuntur in senecta pingui.* Per pinguem senectam, plenam intelligit senectutem. Tametsi, inquit, justi homines senuerint, non deficient tamen in profectu virtutum, quinimo magis ac magis semper virtutibus multiplicabuntur.

Et bene eis erunt. Bene illis eveniet, inquit, in futuro sæculo : quia scilicet delectabuntur atque exsultabunt.

Ut annuntient quod rectus Dominus Deus noster, et non est injustitia in eo. Ita ut læti mutuo annuntient, quod Dominus justus est, qui servis suis requiem præstat, pro iis laboribus, quos in vita sustinuerunt. Quod vero ait : *Et non est injustitia in eo*, repetitio est sententiæ, et idem sibi vult, ac si justum eum appellaret.

In diem ante Sabbatum, quando habitata fuerat terra.

PSALMUS XCII.

Hic psalmus apud Hebræos omni prorsus caret inscriptione. Quædam exemplaria editionis LXX interpretum, inscriptionem illam habent, quam superius retulimus, et quidam exponunt, quod dies Sabbati accipitur, pro die universalis judicii, ut in præcedenti psalmo diximus : dies vero ante Sabbatum, dies sit resurrectionis Domini. Fuit enim illa dies, veluti præludium quoddam universalis resurrectionis. In illa autem die habitata est terra, ab iis nimirum hominibus qui per Evangelium et baptismum regenerati, et quodammodo replasmati sunt. Verum castigatiora exemplaria (etiam juxta editionem LXX) carent hujusmodi inscriptione.

VERS. 1. *Dominus regnavit.* Dei quidem Filius, ab æterno semper rex fuit, id tamen non semper fuit ab hominibus cognitum, quinimo eum olim ignorabant homines ; verum ubi Christus a mortuis resurrexit, fideles omnes, et qui in eum credidere, certiores effecti sunt, Dei Filium et regem esse et Deum. Hoc est igitur, quod nunc nobis prædicit beatus David, dicens : *Dominus regnavit*, hoc est, Cognitus est ut rex. Vel aliter : Rex quidem olim erat Christus ut Deus, sed post resurrectionem regnat, ut homo : *Data est*, inquit, *mihi omnis potestas in cœlo, et in terra* [81]. Et rursus : *Ego autem constitutus sum rex ab eo* [82].

Decorem indutus est. Hoc est, gloriam et potestatem ejusmodi demonstravit, quæ decentissima

A *Πεφυτευμένοι ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου, ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐξανθήσουσι.* Πεφυτευμένοι οἱ δίκαιοι ἐν τῇ κάτω Ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ οἰκεῖ ἡ τοῦ Χριστοῦ χάρις, καὶ ἐῤῥιζωμένοι ἐν τῇ πίστει, ἐξανθήσουσιν ἐν ταῖς οὐρανίαις αὐλαῖς · εἴτουν φανήσονται κεκοσμημένοι τοῖς ἄνθεσι τῶν ἀρετῶν. Νοεῖται δὲ καὶ ἄλλως, οἶκος μὲν Κυρίου ἡ γνῶσις τῶν θείων Γραφῶν, ἐν ᾗ εὑρίσκομεν τὸν Κύριον, αὐλαὶ δὲ αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ.

Ἔτι πληθυνθήσονται ἐν γήρᾳ πίονι. Πῖον γῆρας τὸ βαθύτατον. Οἱ τοιοῦτοι, φησὶ, καὶ ἄγαν γηράσαντες, οὐκ ἀτονήσουσιν εἰς προκοπὴν ἀρετῆς, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον πληθυνθήσονται ταῖς ἀρεταῖς.

B *Καὶ εὐπαθοῦντες ἔσονται.* Καὶ λοιπὸν εὐπαθοῦντες ἔσονται ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, τουτέστι, τρυφῶντες καὶ ἀγαλλιώμενοι.

Τοῦ ἀναγγεῖλαι, ὅτι εὐθὺς Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ. Ὥστε χαίροντας ἀναγγεῖλαι ἀλλήλοις, ὅτι δίκαιος ὁ Κύριος, ἀντὶ τῶν ἐν βίῳ καμάτων ἀνάπαυσιν τοῖς δούλοις αὐτοῦ παρέχων. Τὸ δὲ, *Οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ*, ἀνάπτυξις καὶ διπλασιασμός ἐστι τοῦ δικαίου.

Εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ προσαββάτου, ὅτε κατῴκιστο ἡ γῆ.

ΨΑΛΜΟΣ ϞΒ'.

Ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις ὁ ψαλμὸς οὗτος. C Πλὴν τινα τῶν ἀντιγράφων φέρουσιν ἐπιγραφὴν ὡς ἀπὸ τῆς ἐξηγήσεως τῶν Ἑβδομήκοντα, οὕτως ἔχουσαν · *Εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ προσαββάτου, ὅτε κατῴκιστο ἡ γῆ.* Καὶ ἐξηγήσαντό τινες · ὅτι ἡμέραν μὲν Σαββάτου ἐν τῷ προλαβόντι ψαλμῷ νενοήκαμεν τὴν τῆς παγκοσμίου ἀναστάσεως, ἡμέραν δὲ προσαββάτου ἐν τῷ παρόντι, τὴν τῆς Χριστοῦ ἀναστάσεως, ἥτις προοίμιον ἦν τῆς παγκοσμίου · ὅτε κατῳκίσθη ἡ γῆ ὑπὸ τῶν μεταπλασθέντων καὶ ἀναγεννηθέντων διὰ τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τοῦ βαπτίσματος. Ὅμως οὐκ ἔχουσι τὴν ἐπιγραφὴν ταύτην, τὰ ἀκριβέστερα ἀντίγραφα.

Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν. Ὁ Υἱὸς μὲν ἐστι βασιλεὺς ὡς Θεός · οὐκ ἀεὶ δὲ τοῖς ἀνθρώποις τοῦτο D ἐγνωρίζετο · πρότερον γὰρ ἀγνοοῦντες αὐτὸν, ὕστερον μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἐπληροφορήθησαν οἱ πιστεύσαντες, ὅτι βασιλεύς ἐστιν, ὡς Θεός. Τοῦτο τοίνυν προαναφωνῶν ὁ Δαβὶδ, φησίν · ὅτι *Ἐβασίλευσε*, τουτέστι Βασιλεὺς ἐγνωρίσθη. Ἢ καὶ ἄλλως · Βασιλεὺς μὲν ὢν ὡς Θεὸς, ἐβασίλευσε καὶ ὡς ἄνθρωπος · *Ἐδόθη μοι* γὰρ, φησὶν, *ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς* · καὶ πάλιν · *Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ἐπ' αὐτοῦ.*

Εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο. Τὴν πρέπουσαν αὐτῷ, ὡς Θεῷ, δόξαν καὶ ἐξουσίαν ἐφανέρωσε · τοῦτο γὰρ

[81] Matth. XXVIII, 18. [82] Psal. II, 6.

σημαίνει, οἶμαι, τὸ ἐνεδύσατο· ἢ καὶ ἄλλως· Νεκρωθεὶς μὲν τῇ σαρκὶ, οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος κατὰ τὸν προφήτην· ἀναστὰς δὲ, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο.

A illi erat, etiam ut Deo. Vel aliter: Dominus carne quidem mortuus, decorem non habebat nec speciem, juxta prophetæ testimonium [83], verum resurgens decorem, quem antea non habebat, indutus est.

Ἐνεδύσατο Κύριος δύναμιν, καὶ περιεζώσατο. Ὁμοίως κἀνταῦθα νοητέον τὸ, *ἐνεδύσατο*. Εἶχε μὲν γὰρ ὡς Θεὸς τὴν θείαν εὐπρέπειαν ἀεὶ, καὶ τὴν θείαν δύναμιν κρυπτομένας· ὕστερον δὲ ἐφανέρωσε ταύτας, ἀποκαταστὰς εἰς οὐρανούς· οὐ μὴν ἔξωθεν αὐτὰς περιεβάλετο· καὶ τὸ *περιεζώσατο* δὲ εὐσεβῶς νοητέον, ἀντὶ τοῦ, ηὐτρεπίσθη· σύμβολον γὰρ εὐτρεπισμοῦ ἐστι τὸ ζώννυσθαι.

Indutus est potentiam, et accinxit se. Eodem modo intelliges hunc versiculum. Habuit præterea Christus semper et decorem, et potentiam, verum olim id homines latebat; manifestum autem fieri cœpit postquam in cœlum ascendit, tametsi hujuscemodi indumentum exterius nullum induerit. Pie etenim hoc intelligendum est, ut diximus, quemadmodum et verbum, *accinxit*; idem enim significat, quod aptavit, seu ornavit, cingulum quippe, ornamenti cujusdam signum est.

Καὶ γὰρ ἐστερέωσε τὴν οἰκουμένην, ἥτις οὐ σαλευθήσεται. Σαλευομένην τῇ ἀπάτῃ ἐστερέωσεν αὐτὴν ἤδη τῇ ἀληθείᾳ, ὥστε μὴ σαλευθῆναι λοιπὸν ὑπὸ τῆς πλάνης, ἐπὶ πέτραν τῆς πίστεως στερεωθεῖσαν. Νοεῖται δὲ καὶ ἰδικῶς οἰκουμένη ἡ Ἐκκλησία, ἣν οἰκοῦσιν οἱ πιστοὶ, ἧς οὐ κατισχύσουσι πύλαι ᾅδου, κατὰ τὴν Δεσποτικὴν ἀπόφασιν.

B *Etenim stabilivit orbem terræ, qui non commovebitur.* Orbem, dæmonum fraude fluctuantem, ac pene concussum, veritate sua Christus ita stabilivit, ut erroribus amodo huc atque illuc non abducatur: quia in fidei petra fundatus ac stabilitus est. Per orbem autem terræ (quem juxta veriorem Græcæ dictionis significationem, *habitabilem* quis appellaverit) Ecclesiam intelligi dicunt, in qua fideles habitant, adversus quam, juxta Domini sententiam [84], inferni portæ non prævalebunt.

Ἕτοιμος ὁ θρόνος σου ἀπὸ τότε. — Ἕτοιμος ἀντὶ τοῦ, ἑδραῖος, ὡς ἐν τῷ πε' ψαλμῷ παρασεσημείωται· *ἀπὸ τότε* δὲ, ἀντὶ τοῦ, *ἀπ' ἀρχῆς*· τὸ δὲ *ἀπ' ἀρχῆς* ἐπὶ τῆς θείας φύσεως οὐκ εἰς ἀρχὴν ἀνάγεται χρονικὴν, ἀλλὰ τῆς αἰωνίου ἐστὶν ἐμφαντικὸν παλαιότητος. Τοιοῦτον δέ ἐστιν ἐπὶ Θεοῦ καὶ τὸ, *ἀπ' αἰῶνος*. Λέγει δὲ νῦν ὁ Δαβὶδ ὅτι Εἰ καὶ δούλου μορφὴν ἐνδύσει, ἀλλ' οὖν ἑδραία σοι ἡ βασιλεία σου ἀπ' ἀρχῆς, καὶ οὐδέποτε ταύτης ἐξέπεσας.

Vers. 2. *Paratus thronus tuus ex tunc.* — *Paratus*, hoc est, firmus et stabilis, ut diximus in psalmo LXXXV. Et quod ait: *ex tunc*, expone, pro a principio. Illud tamen semper animadvertendum, quod hujusmodi sermo: ab initio nimirum seu, a C principio, nullum tempus inducit in divina natura, sed æternam quamdam antiquitatem tantum significat. Tale quiddam est, quod paulo post subdit, dicens: *A sæculo tu es.* Tametsi, inquit, tu servi personam indueris, stabile tamen ac firmum tibi est ab initio regnum tuum. Neque enim unquam ab eo decidisti, aut illinc pulsus es.

Ἀπὸ τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ. Ἑδραία δέ σοι ἀπ' ἀρχῆς ἡ βασιλεία, διότι καὶ σὺ ἀπ' αἰῶνος εἶ, τουτέστιν ὁμοίως ἀπ' ἀρχῆς, ὡς εἴρηται.

A sæculo tu es. Stabile, inquit, tibi ideo est regnum tuum ab initio, quia tu es a sæculo, hoc est, a principio, ut diximus.

Ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ, Κύριε, ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ φωνὰς αὐτῶν. Ποταμοὺς καλεῖ τοὺς ἀποστόλους, ὡς ἀρδεύοντας τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων τοῖς πνευματικοῖς νάμασι τοῦ Εὐαγγελίου· λέγει δὲ, ὅτι ὕψωσαν τὰς φωνὰς αὐτῶν, τουτέστι, διαῤῥήδην καὶ φανερῶς καὶ ἀνεπαισχύντως ἐκήρυξαν. Εἴρηται δὲ ἡμῖν πολλάκις, ὅτι ὡς ἤδη γεγενημένα προαγορεύει τὰ μέλλοντα. Ὁ διπλασιασμὸς δὲ τοῦ *ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ* ἐμφαντικός ἐστι χαρᾶς.

Vers. 3. *Elevaverunt flumina, Domine, elevaverunt flumina voces suas.* Per flumina, apostolos intelligit, veluti qui spiritualibus Evangelii fluentis humanas irrigant animas; et dicit quod exaltaverunt voces suas, hoc est, clare et aperte, palamque, ac sine ulla verecundia, evangelicam doctrinam prædicaverunt. Illud tamen animadverte, quod D alibi persæpe diximus, Prophetam frequentissime præterito tempore uti pro futuro, vel futura narrare, quasi jam præterita. Illa etiam repetitio verbi, *elevaverunt*, gaudii intensionem significat.

Ἀροῦσιν οἱ ποταμοὶ ἐπιτρίψεις αὐτῶν. Οἱ μετ' αὐτοὺς ποταμοὶ λήψονται τὰς χαραχθείσας καὶ τμηθείσας ὑπ' αὐτῶν ὁδούς· ἐπιτρίψεις γάρ εἰσιν αἱ τομαὶ, ἃς χαράττουσιν οἱ ποταμοὶ ἐπιτρίβοντες τὴν γῆν ἐν τῷ φέρεσθαι. Φησὶ δὲ ὅτι οἱ μετ' αὐτοὺς διδάσκαλοι ταῖς ὁδοῖς τῆς διδασκαλίας αὐτῶν ἀκολούθως χρήσονται.

Vers. 4. *Tollent flumina attritiones eorum.* Illa flumina, quæ post flumina paulo ante dicta, hoc est, post apostolos ventura sunt, tollent, hoc est, capient, seu sequentur eas vias, quæ ab illis tritæ fuerint et formatæ. Per attritiones etenim, semitas illas ac sectiones, alvei cujusdam instar formatas, intelligit, quas flumina, cum per terram feruntur, lambendo ac terendo incidere solent, ac formare. Et sensus est, quod doctores, qui post apostolos venturi sunt, eas vias atque easdem sequentur disciplinas, quibus ipsi etiam apostoli usi fuerint.

[83] Isa. LIII, 2. [84] Matth. XVI, 18.

A *vocibus aquarum multarum, mirabiles elevationes maris*. Per aquas multas, baptismi lavacra intellige, quæ ubique in Ecclesiis perficiuntur. Voces autem hujusmodi aquarum, invocationes sunt sanctæ Trinitatis, et supernæ gratiæ, quæ in baptismatis sacramento fieri solent. Per mare etiam singulari sermone, ipsum baptisma significavit, quod ubique terrarum celebratur, quemadmodum dictum est in psalmo LXXIII. Certo etenim merito multiplex videtur, quia variis in locis et innumerabilibus pene personis celebratur : virtute tamen unum atque idem est sacramentum. Elevationes autem hujuscemodi maris, fluctus illi sunt, qui ex immersione atque emersione eorum fiunt, qui baptizantur. Has igitur spiritualis ac mystici maris elevationes admirandas admodum esse dicit, si elementalis maris elevationibus comparentur. Hujus enim maris fluctus hominibus quidem timendi sunt, verum dæmonibus jucundi : contra autem illi baptismatis fluctus, timendi quidem sunt dæmonibus, jucundi autem ac suaves sunt hominibus. Et illi quidem in patriam navigantes perdunt, isti vero submersos servant. Effectæ autem sunt hæ elevationes mirabiles, ab invocatione illa divina, ut dictum est, et ab illo, quod illic inest mysterio.

A Ἀπὸ φωνῶν ὑδάτων πολλῶν θαυμαστοὶ οἱ μετεωρισμοὶ τῆς θαλάσσης. Ὕδατα πολλὰ νοοῦνται τὰ κατὰ πᾶσαν Ἐκκλησίαν βαπτίσματα τῶν πιστῶν. Φωναὶ δὲ τούτων τῶν ὑδάτων αἱ γινόμεναι ἐπ' αὐτοῖς ἐπικλήσεις τῆς ἁγίας Τριάδος καὶ τῆς ἄνωθεν χάριτος. Θάλασσαν δὲ πάλιν ἑνικῶς αὐτὸ τὸ πανταχοῦ τῆς γῆς βάπτισμα, ὡς ἐν τῷ ογ' ψαλμῷ προείρηται· πληθύνεται μὲν γὰρ ταῖς χρείαις, ἑνίζεται δὲ τῇ δυνάμει. Μετεωρισμοὶ δὲ αὐτῆς τὰ ἀποτελούμενα κύματα ἐκ τῆς καταδύσεως καὶ ἀναδύσεως τῶν βαπτιζομένων. Τούτους τοίνυν τοὺς μετεωρισμοὺς θαυμαστοὺς εἶναί φησι πρὸς σύγκρισιν τῶν μετεωρισμῶν τῆς αἰσθητῆς θαλάσσης· ἐκεῖνα μὲν γὰρ τὰ κύματα φοβερὰ τοῖς ἀνθρώποις, ἥδιστα δὲ τοῖς δαίμοσι· ταῦτα δὲ τοὐναντίον, B φοβερὰ μὲν τοῖς δαίμοσιν, ἥδιστα δὲ τοῖς ἀνθρώποις. Καὶ ἐκεῖνα μὲν ἀπόλλυσι τοὺς ἐμπλέοντας· ταῦτα δὲ σώζει. Γεγόνασι δὲ θαυμαστὰ ἀπὸ τῆς δηλωθείσης ἐπικλήσεως καὶ τῆς ἐκεῖθεν τελετῆς.

Mirabilis in altis Dominus. Admirabilis vero Deus potissimum est hujuscemodi altis ac sublimibus rebus. Vel ordo sit : Mirabilis est Dominus, qui in altis est. Unde alibi ait : *Qui in altis habitat, et humilia respicit in cœlo et in terra* [88].

Θαυμαστὸς ἐν ὑψηλοῖς ὁ Κύριος. Θαυμαστὸς δὲ μᾶλλον ἐν τοῖς ὑψηλοῖς τούτοις καὶ μεγάλοις πράγμασιν ὁ Θεὸς, ὁ τοιαῦτα ποιῶν θαυμάσια. Ἢ καὶ ἄλλως ἡ σύνταξις· ὅτι θαυμαστὸς μᾶλλον ὁ ἐν ὑψηλοῖς ὢν Κύριος κατ' ἀντιστροφήν. Καὶ ἀλλαχοῦ γάρ φησιν· Ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν.

VERS. 5. *Testimonia tua credibilia facta sunt valde*. Testimonia de te valde sunt fidelia, hoc est vera. Ea autem intelligit, quæ de Christi incarnatione, de dispensatione in carne, ac de ejus conversatione, a prophetis varie prædicta sunt.

C Τὰ μαρτύριά σου ἐπιστώθησαν σφόδρα. Αἱ περὶ σοῦ μαρτυρίαι σφόδρα εἰσὶ πισταί· τουτέστιν ἀληθεῖς. Λέγει δὲ τὰς ῥήσεις τῶν προφητῶν, ὅσας περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας καὶ πολιτείας αὐτοῦ, διαφόρως ἐξεφώνησαν.

Domum tuam decet sanctitudo, Domine, in longitudine dierum. Domus Dei est universalis Ecclesia fidelium, ut sæpius dictum est. Hanc, inquit, domum decet sanctitudo, hoc est, ut sit sancta, ea nimirum ratione, quia Dei sancti domus est : verum hoc ita demum fiet, si in iis qui illud templum habitant, munditia exstiterit ab omni prorsus inquinatione. Hujusmodi vero munditia et sanctitas semper decet domum Domini. Domus etiam Domini est templum Dei, quod, secundum Apostolum, fidelis quilibet repræsentat; atque ideo eos omnes decet sanctitudo in longitudine dierum.

Τῷ οἴκῳ σου πρέπει ἁγίασμα, Κύριε, εἰς μακρότητα ἡμερῶν. Οἶκος Θεοῦ ἡ καθόλου Ἐκκλησία τῶν πιστῶν, ὡς πολλάκις εἴρηται. Τούτῳ, φησὶ, τῷ οἴκῳ πρέπει ἁγιασμός· ἤγουν τὸ εἶναι ἅγιον, ὡς οἶκον ἁγίου. Ἔσται δὲ τοῦτο, ἁγνείας ἐμπολιτευομένης τοῖς ἐν αὐτῷ καὶ καθαρότητος ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ. Πρέπει δὲ αὐτῷ τὸ τοιοῦτον ἁγίασμα ἀεί. Λέγεται δὲ οἶκος Θεοῦ καὶ ναὸς Θεοῦ, D κατὰ τὸν Ἀπόστολον, πᾶς πιστὸς, ᾧ πρέπει ἁγίασμα, εἰς μακρότητα ἡμερῶν.

Psalmus ipsi David quarta Sabbati, sine inscriptione apud Hebræos.

PSALMUS XCIII.

Est et præsens psalmus sine inscriptione apud Hebræos. Ea autem verba : *quarta Sabbati*, a quopiam fuere apposita, cum quarta hebdomadæ die psalmum hunc decantari invenisset. Per Sabbatum enim hoc in loco, quemadmodum et sæpe alibi, ipsa hebdomada significatur. Voluit autem hoc psalmo beatus David omnibus hominibus solamen præstare, qui ab injustis, atque a pravis opprimuntur hominibus.

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, τετράδι σαββάτου, ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις.

ΨΑΛΜΟΣ ϞΓ'.

Ἀνεπίγραφος καὶ οὗτος παρ' Ἑβραίοις. Τὸ δὲ τετράδι Σαββάτου, προστεθείκασί τινες εὑρόντες, ὅτι ἐν τετράδι ἡμέρᾳ τῆς ἑβδομάδος ἐμελῳδήθη· Σάββατον γὰρ ἐνταῦθα τὴν ἑβδομάδα ἐκάλεσεν. Εἰσάγει δὲ διὰ τοῦ παρόντος ψαλμοῦ παραμυθίαν ὁ Δαβὶδ τοῖς καταδυναστευομένοις ὑπὸ τῶν ἀδίκων.

[88] Psal. CXII, 6.

Θεὸς ἐκδικήσεων Κύριος. — *Θεὸς ἐκδικήσεων*, A ἀντὶ τοῦ, Θεὸς ἐκδικητής. Τούτῳ γὰρ τῷ ἰδιώματι λέγεται καὶ Θεὸς ἐλέους, καὶ Θεὸς οἰκτιρμῶν, καὶ Θεὸς παρακλήσεως, καὶ Θεὸς εἰρήνης, καὶ τὰ τοιαῦτα. Λέγει τοίνυν, ὅτι Θεός ἐστιν ἐκδικητὴς ὁ Κύριος.

Θεὸς ἐκδικήσεων ἐπαῤῥησιάσατο. — *Ἐπαῤῥησιάσατο*, ἀντὶ, ἐφανέρωσε τὴν ἑαυτοῦ δικαιοκρισίαν. Καὶ μακροθυμῶν ἄχρι τοῦ παρόντος, νῦν ἐχρήσατο τῇ ἐκδικήσει.

Ὑψώθητι ὁ κρίνων τὴν γῆν. Ἀναβὰς εἰς τὸν δικαστὴν θρόνον, εἴτουν κρίνων, καὶ ἀποφαινόμενος, καὶ ἐκδικῶν ὑψώθητι· τουτέστι, φάνηθι καὶ γνωρίσθητι πᾶσιν. Περὶ δὲ τοῦ *ὑψώθητι* εἴρηται καὶ ἐν τῷ νς' ψαλμῷ. B

Ἀπόδος ἀνταπόδοσιν τοῖς ὑπερηφάνοις. Ὑπερηφάνους λέγει τοὺς δυνάστας, ὡς καταφρονοῦντας τῶν πενήτων.

Ἕως πότε ἁμαρτωλοὶ, Κύριε, ἕως πότε ἁμαρτωλοὶ καυχήσονται; Τοὺς αὐτοὺς ὁμοίως καλεῖ ἁμαρτωλοὺς, ὡς εἰς Θεὸν ἁμαρτάνοντας, ἐν τῷ παρωθεῖσθαι τὸν περὶ δικαιοσύνης νόμον αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτοὺς τοὺς ἀδικουμένους ἐν τῷ ἀδικεῖν αὐτούς. Ταῦτα δὲ αὐτοὺς προσηγόρευσε καὶ ἐν τῷ θ' ψαλμῷ. Ἔθος δὲ τοῖς τοιούτοις καυχᾶσθαι ἐπὶ τῇ δυναστείᾳ αὐτῶν. Ἡ δὲ ἀναδίπλωσις τοῦ, *Ἕως πότε ἁμαρτωλοὶ, Κύριε*, ἐμφαντική ἐστι ζήλου, ὥσπερ καὶ ἡ τοῦ, *λαλήσουσιν*, ἐπὶ τοῦ ἐφεξῆς. Οὐκ ἀγνοεῖ δὲ ὁ λέγων τὸ πρόσκαιρον τῆς τῶν ἀδίκων C εὐημερίας, ἀλλὰ σχετλιάζει ἐπὶ τῇ μακροθυμίᾳ τοῦ Θεοῦ.

Φθέγξονται καὶ λαλήσουσιν ἀδικίαν; λαλήσουσι πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν; Ἐπὶ μὲν τοῦ *φθέγξονται* ληπτέον ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἕως πότε· ἐπὶ δὲ τοῦ *λαλήσουσι* τοῦ ἐν τῷ δευτέρῳ στίχῳ τὸ *ἀδικίαν*. Τὸ δὲ *λαλήσουσι* ταυτὸν ἐκ παραλλήλου τοῦ φθέγξονται.

Τὸν λαόν σου, Κύριε, ἐταπείνωσαν, καὶ τὴν κληρονομίαν σου ἐκάκωσαν. Προείρηται παλαιὸς μὲν λαὸς καὶ παλαιὰ κληρονομία οἱ Ἰουδαῖοι, νέος δὲ καὶ νέα οἱ ἐξ ἐθνῶν. D

Χήραν καὶ ὀρφανὸν ἀπέκτειναν, καὶ προσήλυτον ἐφόνευσαν. Ταῦτα καὶ οἱ ἄρχοντες τῶν Ἰουδαίων ἐποίουν διὰ πλεονεξίαν, καὶ πολλοὶ τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων. Ἀποκτείνει δὲ καὶ φονεύει οὐ μόνον ὁ ξίφει κατ' αὐτῶν χρώμενος, ἀλλὰ καὶ ὁ τὰ αὐτῶν ἁρπάζων, καὶ ὁ περιορῶν αὐτοὺς ἀδικουμένους, καὶ ὁ καταχαριζόμενος τοῖς ἀδικοῦσιν αὐτούς. Προσήλυτος δὲ ὁ ἐξ ἐθνῶν Ἰουδαῖος κατὰ τοὺς Ἰουδαίους, καθ' ἡμᾶς δὲ ὁ πάροικος.

Καὶ εἶπαν· Οὐκ ὄψεται Κύριος, οὐδὲ συνήσει ὁ Θεὸς τοῦ Ἰακώβ. Ταῦτα εἰ καὶ μὴ τῇ γλώσσῃ πολλάκις, ἀλλά γε τῇ γνώμῃ λέγουσιν οἱ παράνομοι.

Vers. 1. *Deus ultionum Dominus.* Deus ultionum dixit, pro, Deus ultor. Idioma est et hoc Hebraicum, juxta quod alibi etiam dicitur, Deus misericordiæ, et Deus miserationum, et Deus consolationis, et Deus pacis, et alia hujusmodi. Ait igitur, quod Dominus est Deus ultor.

Deus ultionum libere egit. — *Libere*, seu palam *egit*, hoc est, manifestavit, justum nimirum judicium suum : cumque longanimis hactenus fuerit ac patiens, vindicta tandem usus est.

Vers. 2. *Exaltare, qui judicas terram.*—*Exaltare*, inquit, simul ac judicialem thronum tuum conscenderis, hoc est, appareas, et cognoscaris ab omnibus Deus delinquentium ultor, dum judicas et sententias pronuntias, et dum sumis vindictam. De hoc autem verbo *exaltare*, vide, quæ dicta sunt in psalmo LVI.

Redde retributionem superbis. Per superbos, potentissimos quosque intelligit, qui pauperes opprimant, aut despiciant.

Vers. 3. *Usquequo peccatores, Domine, usquequo peccatores gloriabuntur?* Eosdem rursus peccatores appellat, quia et in Deum peccant, dum ejus legem de justitia traditam contemnunt, et in ipsos qui injuriam patiuntur, dum eos lædunt. Atque ita etiam eos appellavit in psalmo IX. Est autem mos hujusmodi hominibus, de propria potentia gloriari. Illa autem repetitio : *Usquequo peccatores, Domine?* loquentis zelum demonstrant, quemadmodum et illa repetitio quæ sequitur verbi, *loquentur*. Et quanquam hoc pacto dubitanter loquatur nunc Propheta, non ignorat tamen, momentanea n esse omnium eorum felicitatem, qui injuste agunt, sed tam diuturnam Dei patientiam ægre fert.

Vers. 4. *Effabuntur et loquentur injustitiam? loquentur omnes, qui operantur iniquitatem?* In verbo *effabuntur* a communi sensu sumenda est dictio, *usquequo*, et simili modo in secundo versiculo in verbo, *loquentur*, a communi sensu sumenda est dictio. *justitiam*. Dictiones vero *effabuntur* et *loquentur* idem æque significant.

Vers. 5. *Populum tuum, Domine, humiliaverunt, et hæreditatem tuam afflixerunt.* Jam prædiximus, quod per antiquum populum, et per antiquam hæreditatem, Judæi intelligendi sunt, per novum autem et per novam, fideles ex gentibus.

Vers. 6. *Viduam et orphanum interfecerunt, et proselytum occiderunt.* Hæc et Judæorum principes ob summam avaritiam faciebant, et multi ex nostris similiter principibus faciunt. Interficere enim dicuntur non tantum ii qui gladio in eos sæviunt, sed illi etiam qui eorum rapiunt bona, qui illos despiciunt, quoties injuria afficiuntur, quique eos lædentibus, ut amicis, gratificantur. Proselytum vero Judæi eum appellabant, qui ex gentili effectus fuisset Judæus. Nos autem per proselytum, advenam omnem ac peregrinum intelligimus.

Vers. 7. *Et dixerunt : Non videbit Dominus, et non intelliget Deus Jacob.* Hæc tametsi ipso ore ac lingua non sæpe dicant, corde tamen persæpe

intra se revolvunt iniqui homines. Neque enim A tanta unquam auderent, nisi hujuscemodi sententiis, vel cogitatione saltem se subscriberent. Et quod ait, *intelliget*, posuit pro, audiet, seu cognoscet.

Vers. 8. *Intelligite sane, insipientes in populo, et stulti aliquando sapite.* Ea animadvertite, quæ jam diu omnibus nota sunt, atque aliquando, sero saltem, prudentes estote.

Vers. 9. *Qui plantavit aurem non audiet? et qui plasmavit oculum non considerat? — Non considerat*, dixit, pro, *non videt*. At quomodo verisimile est, illum esse sine sensu, qui sensus in aliis creavit? Confundit eos igitur Propheta hujusmodi interrogationibus, quæ apud omnes in confesso sunt.

B

Vers. 10. *Qui corrigit gentes non arguet?* Ille, inquit, qui gentes erudit ac corrigit, iis nimirum legibus, quæ apud eas sunt; harum etenim legum scientiam Deus ipsis etiam gentibus præstitit, ut earum severitate delinquentes coercerentur: quomodo non arguet etiam et castigabit eos omnes, qui scelera aliqua, aut iniquitates commiserint?

Qui docet hominem scientiam. Is, qui aliis scientiam et cognitionem præstat, quomodo ipse non cognoscet, aut quomodo ignorabit?

Vers. 11. *Dominus cognoscit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.* Hominum dico talia cogitantium, quod Deus scilicet humana non curet. Cognoscit eos igitur Dominus, quod errant, sed patiens est persæpe et longanimis, ex quadam C dispensatione. Vel, cogitationes eorum hominum dicit, qui, quæ ventris sunt, cogitant, et non quæ sunt Dei.

Vers. 12. *Beatus homo, quem erudieris, Domine.* Quem prudentem feceris doctrina tua.

Et de lege tua docueris eum. Lege tua, naturali, vel scripta, vel etiam utraque; sunt etenim hæ leges prudentiæ ac sapientiæ fontes.

Vers. 13. *Ut mitigetur a diebus malis.* Ita ut in diebus afflictionis, mitis fiat et patiens, et non ægre ferat, neque indignetur adversus labores, sed ex tua lege cognoscat, quod ii qui calamitates sustinent, ad propriam utilitatem et commodum vexantur, quodque contra, ii qui eos affligunt, condignas aliquando criminibus suis pœnas dabunt. D

Donec effossa sit peccatori fovea. Donec iniquis paratum sit periculum, seu donec in illud inciderint. Tunc etenim iis etiam miserebitur, qui se injuria affecerint.

Vers. 14. *Quoniam non repellet Dominus populum suum, et hæreditatem suam non derelinquet.* Non repellet eos, tametsi affligi eos ad tempus persæpe permittat, sicuti ad ipsam usque sæculi consummationem in futurum etiam permissurus est, modo sinens ut pravi justos viros opprimant, modo etiam opem atque auxilium suum probis impertiens, et utrumque ad eorum commodum dispensans. Populus autem, et hæreditas Domini, olim Judæi erant, verum illis expulsis, Christiani ac fideles in eorum locum adoptati sunt, quemadmodum alibi sæpe diximus.

Οὐ γὰρ ἂν τοιαῦτα ἐτόλμων, εἰ μὴ τοιαῦτα τοῖς λογισμοῖς ὑπέγραφον. *Συνήσει* δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἀκούσει, γνώσεται.

Σύνετε δὴ, ἄφρονες ἐν τῷ λαῷ, καὶ μωροί ποτε φρονήσατε. Ἐπίγνωτε τὰ πᾶσι γνώριμα, καί ποτε καὶ αὐτοὶ φρονήσατε.

Ὁ φυτεύσας τὸ οὖς οὐχὶ ἀκούει; ἢ ὁ πλάσας τὸν ὀφθαλμὸν οὐχὶ κατανοεῖ; Οὐχ ὁρᾷ; Καὶ πῶς εἰκὸς ἀναισθητεῖν τὸν Ποιητὴν τῶν αἰσθήσεων; Αἰσχύνει δὲ τούτους διὰ τοιούτων ὁμολογουμένων ἐπερωτήσεων.

Ὁ παιδεύων ἔθνη οὐχὶ ἐλέγξῃ; Ὁ παιδεύων ἔθνη διὰ τῶν παρ' αὐτοῖς νόμων, ὧν τὴν γνῶσιν αὐτοῖς αὐτὸς ἐχαρίσατο, καὶ διὰ τῆς αὐστηρίας αὐτῶν κολάζων τοὺς ἁμαρτάνοντας, πῶς οὐχὶ καὶ τοὺς οὕτω παρανομοῦντας ἐλέγξει, τουτέστι κολάσει;

Ὁ διδάσκων ἄνθρωπον γνῶσιν· Ὁ χορηγὸς τῆς γνώσεως δηλονότι πῶς οὐ γνώσεται;

Κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὅτι εἰσὶ μάταιοι. Τῶν οὕτω διαλογιζομένων ὅτι οὐκ ἐφορᾷ τὰ ἀνθρώπινα. Γινώσκει μὲν αὐτοὺς, ὅτι εἰσὶν ἐσφαλμένοι· μακροθυμεῖ δὲ πολλάκις δι' οἰκονομίαν τινά. Ἢ καὶ διαλογισμοὺς λέγει τῶν ἐκ κοιλίας διαλογιζομένων, καὶ μὴ ἀπὸ θείας διδασκαλίας.

Μακάριος ἄνθρωπος, ὃν ἂν παιδεύσῃς, Κύριε. Ὃν ἂν συνετίσῃς τῇ παρὰ σοῦ διδασκαλίᾳ.

Καὶ ἐκ τοῦ νόμου σου διδάξῃς αὐτόν. Εἴτε τοῦ φυσικοῦ εἴτε τοῦ γραπτοῦ, ἢ καὶ ἀμφοτέρων. Πηγαὶ γὰρ οὗτοι συνέσεως καὶ σοφίας.

Τοῦ πραῦναι αὐτὸν ἀφ' ἡμερῶν πονηρῶν. Ὥστε πρᾷον αὐτὸν γενέσθαι καὶ ἀνεξίκακον ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πειρασμῶν, μὴ σχετλιάζοντα, μηδὲ ἀγανακτοῦντα πρὸς τοὺς πόνους, ἀλλ' ἐκ τοῦ νόμου σου γινώσκοντα, ὅτι καὶ οἱ πάσχοντες ἐπὶ συμφέροντι πάσχουσι, καὶ οἱ κακοποιοῦντες δώσουσιν ἀξίαν τὴν δίκην.

Ἕως οὗ ὀρυγῇ τῷ ἁμαρτωλῷ βόθρος. Ἕως εὐτρεπισθῇ τοῖς παρανόμοις κίνδυνος· ἕως ἂν ἐμπέσωσι. Τότε γὰρ καὶ ἐλεεῖ τοὺς ἀδικοῦντας αὐτόν.

Ὅτι οὐκ ἀπώσεται Κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ οὐκ ἐγκαταλείψει. Εἰ καὶ πρὸς καιρὸν παραχωροῦνται πάσχειν καὶ κακουχεῖσθαι, καὶ τοῦτο ποιήσει μέχρι συντελείας, νῦν μὲν παραχωρῶν τοῖς πονηροῖς ἐκθλίβειν αὐτοὺς, νῦν δὲ ἀντιλαμβανόμενος αὐτῶν· καὶ τοῦτο δὲ κἀκεῖνο λυσιτελῶς. Λαὸς δὲ αὐτοῦ καὶ κληρονομία πάλαι μὲν οἱ Ἰουδαῖοι, νῦν δὲ ἀντ' ἐκείνων εἰσποιηθέντες Χριστιανοὶ, καθὼς πολλάκις εἰρήκαμεν.

Ἕως οὗ δικαιοσύνη ἐπιστρέψῃ εἰς κρίσιν. Ἕως ἂν ὁ Χριστὸς, ἡ αὐτοδικαιοσύνη, καταλιπὼν τὸ μακροθυμεῖν, ἐπὶ τῷ κρίνειν τραπῇ. Ὅτι δὲ ὁ Χριστὸς δικαιοσύνη καλεῖται, φησὶν ὁ Ἀπόστολος· *Ὃς ἐδόθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἀπολύτρωσις.*

Καὶ ἐχόμενοι αὐτῆς πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ. Καὶ λοιπὸν τότε ἐγγὺς αὐτοῦ πάντες οἱ δίκαιοι, παραστησάμενοι αὐτῷ κρίνοντι πᾶσαν τὴν γῆν.

Τίς ἀναστήσεταί μοι ἐπὶ πονηρευομένοις; Τίς βοηθήσει μοι κατὰ τῶν πονηρευομένων ἐχθρῶν;

Ἢ τίς συμπαραστήσεταί μοι ἐπὶ τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν; Τὴν αὐτὴν εἶπε πάλιν ἔννοιαν, σφόδρα τῆς βοηθείας ὀρεγόμενος διὰ τὴν σφοδρότητα τῆς πονηρίας τῶν δαιμόνων. Τίς, φησὶ, συμπαραστήσεταί μοι παρατασσομένῳ κατὰ τῶν δυσμενῶν; Ἢ πάντως ὁ Θεὸς, ὁ διαφόρως ἐπικουρήσας μοι.

Εἰ μὴ ὅτι Κύριος ἐβοήθησέ μοι, παρὰ βραχὺ παρῴκησε τῷ ᾅδῃ ἡ ψυχή μου. Καὶ γὰρ εἰ μὴ ὄντως Κύριος ἐβοήθησέ μοι κινδυνεύοντι πολλάκις, μικροῦ ἂν ἀπέθανον, εἴτε τὸν σωματικὸν θάνατον, εἴτε τὸν ψυχικόν. *Παρῴκησε* δὲ νῦν, τὸ ἐνῴκησεν. Ἅδης δὲ λέγοιτ' ἂν καὶ ὁ βόθρος τῆς ἁμαρτίας.

Εἰ ἔλεγον, Σεσάλευται ὁ πούς μου, τὸ ἔλεός σου, Κύριε, ἐβοήθει μοι. Εἰ ἔλεγον πρὸς τὸν Θεὸν, Σεσάλευται ἡ ἑδραίωσίς μου, καὶ ὑποσύρομαι· εἰ ἐξωμολογούμην τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν, ἐτύγχανον βοηθείας. Διδάσκει δὲ ὅτι ὅστις ἂν ὀλισθαίνων ἐπιγνῷ, καὶ μὴ ἀπογνῷ, μηδὲ ῥαθυμήσῃ, ἀλλ' ἐξομολογήσηται, ταχεῖαν εὑρίσκει τὴν ἀντίληψιν. Ἐλεήμων γὰρ καὶ συμπαθὴς ὁ Θεός.

A VERS. 15. *Quoadusque justitia convertatur in judicium.* Donec Christus, qui ipsa est justitia, relicta sua longanimitate, ad judicandum se convertat. Quod autem Christus justitia appelletur, testatur beatus Paulus de eo dicens : *Qui datus est nobis a Deo, sapientia, justitia, sanctificatio, et redemptio* **.

Et proximi ejus omnes recti corde. Cæterum prope eum tunc omnes justi aderunt, illi nimirum assistentes, qui universam erit terram judicaturus.

VERS. 16. *Quis consurget mihi adversus malignantes?* Quis mihi, inquit, adversus malignos adjutor aderit inimicos?

Aut quis consistet mecum adversus operantes ini- B *quitatem?* Eamdem repetit sententiam, opem sibi ferri maxime expetens, ob immensam nimirum dæmonum malignitatem. Quis, inquit, simul mecum in acie adversus inimicos consistet? Deus profecto, qui et olim persæpe mei curam suscepit.

VERS. 17. *Nisi quia Dominus adjuvit me, paulominus habitasset in inferno anima mea.* Pene, inquit, periissem, animæ aut ipsius etiam corporis morte, si periclitanti mihi Dominus opem non tulisset. Per infernum autem possumus peccati foveam intelligere.

VERS. 18. *Si dicebam : Motus est pes meus, misericordia tua, Domine, adjuvabat me.* Si ad Deum C dicebam, stabilitatem atque constantiam meam fluctuasse, si me huc atque illuc ob propriam infirmitatem distrahi palam fuissem confessus, confestim tu mihi aderas adjutor. Hoc autem sermone docemur a Propheta, quod quicunque lapsus delictum suum agnoverit, et non desperaverit, aut alioqui negligenter aliquid non egerit, sed ingenue coram Deo id confessus fuerit, statim auxilium consequetur. Misericors etenim est Deus, et infirmitatibus nostris facile compatitur.

Κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ὀδυνῶν μου ἐν τῇ καρδίᾳ μου αἱ παρακλήσεις σου εὔφραναν τὴν ψυχήν μου. Ἀναλόγως τὸ πλῆθος τῶν ὀδυνῶν μου τῶν ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἐχορηγοῦντό μοι καὶ αἱ παρακλήσεις σου. Ὥσπερ δὲ ὀδύναι διάφοροι, οὕτω καὶ αἱ παρὰ Θεοῦ ψυχαγωγίαι· καὶ πρὸς τὸ εἶδος τοῦ τραύματος ἐπάγεται καὶ ἡ θεραπεία.

Μὴ συμπαρέστω σοι θρόνος ἀνομίας. Θρόνος ἀνομίας ὁ διάβολος, ὡς ἐν αὐτῷ καὶ βασιλευούσης καὶ ἀναπαυομένης. *Μὴ συμπαρέστω* δὲ, ἀντὶ τοῦ, μὴ συμπαρείη σοι, κρίνοντι· προστακτικὸν ἀντὶ εὐκτικοῦ, ὡς τὸ ἐλέησον. Τινὰ δὲ ἀντίγραφα, *μὴ συμπροσέσται*, γράφουσιν, ἤγουν, οὐ συμπροσέσται· ἢ καὶ οὕτως μέλλων ἀντὶ εὐκτικοῦ.

Ὁ πλάσσων κόπον ἐπὶ πρόσταγμα. Ὁ ὑπογράφων ἡμῖν κόπον εἰς ἐμποδισμὸν τοῦ προστάγματός σου· ὁ πρὸ τοῦ προστάγματός σου τιθεὶς κόπον ἵνα ὡς ἐπίπονον αὐτὸ παραδράμωμεν. Εἶτα

VERS. 19. *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.* Juxta proportionem dolorum, quos in corde gerebam, præstita sunt a te mihi solamina. Sicuti enim dolorum varia sunt genera, ita etiam multiplicia sunt refrigeria, quæ nobis tribuit Deus. Nam juxta vulnerum qualitatem, convenientem applicat medicinam.

D VERS. 20. *Non adhæreat tibi thronus iniquitatis.* Thronus iniquitatis est diabolus in quo iniquitas et considet, et regnat. Non adhæreat igitur tibi, hoc est, non adsit tibi judicanti. Est autem apud Græcos imperantis modus pro optativo. Quædam vero exemplaria habent : *non adhærebit*, et tunc futurum tempus intellige positum modo optativo.

Qui fingit laborem in præcepto. Qui laborem nobis describit, ut impedimentum omnibus præstet observare volentibus mandata tua : vel, qui ante mandatum tuum posuit laborem atque ærumnas,

** I Cor. I, 30.

ut tanquam aliquid laboriosum illud pertranseamus. Deinde causam etiam reddit, cur dæmonem optet Deo non assistere.

VERS. 21. *Venabuntur adversus animam justi.* Quia si dæmon, inquit, et socii ejus tibi astiterint, statim ceu laqueos quosdam ac venatorias plagas tendere incipient adversus justos quoslibet, accusantes nimirum eos de peccatis quæ aut ignoranter, aut præter sententiam commiserint, atque hoc, ob immensam eorum malignitatem atque inhumanitatem.

Et sanguinem innocentem condemnabunt. Quantum in eis fuerit. Sanguinem vero innocentem circumloquendo dixit, pro *innocentes homines.* Vel hujusmodi sermone eos damnat, quod indicta causa pœnas inferant, ut sit sensus quod immeritis hominibus infligent supplicia, atque ideo tibi, inquit, non adhærebunt.

VERS. 22. *Et factus est mihi Dominus in refugium.* Mihi, inquam, oppresso, et persecutionem in hac vita sustinenti.

Et Deus meus in adjutorium spei meæ. Sperabam equidem resistere, verum cum opprimerer ac fatigarer, defluebam, ac labebar concepta spe, Deus autem mihi præsto fuit, et spem meam rursum confirmavit, tribuitque, ut meliora adhuc sperarem.

VERS. 23. *Et reddet illis iniquitatem ipsorum.* Condemnationem scilicet pro eorum iniquitatem.

Et secundum malitiam eorum delebit eos Dominus Deus. — *Delebit*, hoc est, tollet eos de medio. Amplius quippe non apparebunt, tecti nimirum atque obruti igne jamdiu eis parato. Possunt tamen prædicta de pravis hominibus intelligi. Non adhærebit, inquit, tibi thronus iniquitatis, hoc est, nullus injustus princeps tibi appropinquabit. Ponere autem solent hujusmodi injusti principes laborem in præcepto, eo quod fideles non permittunt divina mandata sine labore observare. Venantur etiam adversus justos omnes, et innocentes condemnant, et quæ sequuntur consequenter intellige. Quod vero ait: *in adjutorium spei meæ*, idem est, ac si dixisset; ad confirmationem illius spei, quam antea fluctuantem habebam cum viderer derelictus. Illico enim eam Deus confirmavit, ut mihi præsto fuit. Reddet autem illis in futuro sæculo, destruens nimirum eos atque interimens.

Laus cantici ipsi David.

PSALMUS XCIV.

Iste etiam psalmus apud Hebræos inscriptione caret, verum LXX et *laudem David* inscripserunt, eo quod præsenti psalmo Propheta Deum laudaverit, et *canticum*, quia cum melodia, humana voce, canebatur. Atque imo in eo dicitur: In *psalmis jubilemus ei.* Convocantur autem hoc psalmo ad exsultationem fideles omnes in Christum, et Judæi, qui nondum crediderunt, universi admonentur, ut donec idoneum pœnitentiæ tempus habent, convertantur ad Dominum, et adorent eum. Utrique autem populo beatus David veluti suo populo seipsum conjungit, Christianis quidem ob pietatem et fidem, Judæis vero ob generis originem.

A λέγει καὶ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν αὐτὸν ἐπεύχεται συμπαρεῖναι.

Θηρεύσουσιν ἐπὶ ψυχὴν δικαίου. Διότι οἱ περὶ τὸν διάβολον θήρας ἄρξονται, εἰ κατὰ τοῦ τυχόντος δικαίου ἢ συμπαρέσονται κατηγοροῦντες αὐτοῦ τι ἐν ἀγνοίᾳ καὶ παρὰ γνώμην ἁμαρτήματα διὰ πονηρίας καὶ μισανθρωπίας ὑπερβολήν.

Καὶ αἷμα ἀθῷον καταδικάσονται. Τόγε ἐπ' αὐτοῖς. Αἷμα δὲ ἀθῷον, ὁ ἀθῷος περιφραστικῶς ἢ κόλασις ἡ ἀκαταδίκαστος, ὅσον πρὸς τοὺς θείους νόμους, ἵνα καὶ νοηθείη ὅτι κόλασιν ἄδικον ἀποφαί-
B νονται· διὸ πάντως οὐ συμπαρέσονται.

Καὶ ἐγένετό μοι Κύριος εἰς καταφυγήν. Πολεμουμένῳ καὶ διωκομένῳ κατὰ τὸν παρόντα βίον.

Καὶ ὁ Θεός μου εἰς βοηθὸν ἐλπίδος μου. Ἤλπιζον μὲν γὰρ ἀντέχειν· καταπονουμένου δέ μου, λοιπὸν ὑπέῤῥεεν ἡ ἐλπίς μου· ἐβοήθησε δὲ ταύτῃ ὁ Θεὸς, ἐπανασώσας μοι πάλιν αὐτὴν, καὶ δοὺς ἐλπίζειν χρηστότερα.

Καὶ ἀποδώσει αὐτοῖς Κύριος τὴν ἀνομίαν αὐτῶν. Τὴν καταδίκην τῆς ἀνομίας αὐτῶν.

Καὶ κατὰ τὴν πονηρίαν αὐτῶν ἀφανιεῖ αὐτοὺς Κύριος ὁ Θεός. Ἀφανισμὸν ἐνταῦθά φησι
C τὴν ἐκ μέσου ἄρσιν αὐτῶν, μηδαμοῦ φαινομένων ἔτι, διὰ τὸ καταχεχῶσθαι τῷ ἡτοιμασμένῳ τούτοις πυρί. Νοηθεῖεν δ' ἂν τὰ εἰρημένα καὶ περὶ τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων, οἷον, οὐ συμπροσέσται· οὐ προσεγγίσει ἄρχων ἄνομος· ὁ τιθεὶς κόπον, καὶ μὴ συγχωρῶν ἡμῖν ἀπόνως ἐκπληροῦν τὰ προστάγματά σου. Θηρεύσουσιν οἱ παράνομοι τοὺς δικαίους, καὶ τοὺς ἀθῴους καταδικάσουσι, καὶ τὰ ἑξῆς. Τὸ δὲ, *εἰς βοηθὸν ἐλπίδος μου*, ἀντὶ τοῦ, εἰς στήριγμα τῆς εἰς αὐτὸν ἐλπίδος μου, σαλευομένης ὡς ἐγκαταλειπομένου· ἀντιλαβόμενός μου γὰρ, ἐστήριξεν αὐτήν. Καὶ ἀποδώσει Κύριος ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι· καὶ ἀφανιεῖ αὐτοὺς ἐν τῷ παρόντι διὰ καταστροφῆς καὶ θανάτου.

D

Αἶνος ᾠδῆς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ϞΔ'.

Ἀνεπίγραφος καὶ οὗτος παρ' Ἑβραίοις. Οἱ Ἑβδομήκοντα δὲ τὴν ἐπιγραφὴν ταύτην ἔγραψαν, *αἶνον* μὲν εἰπόντες, ὅτι αἰνεῖ τὸν Θεὸν, *ᾠδῆς* δὲ, ὅτι μετὰ μέλους ᾔσθη· καὶ *ἐν ψαλμοῖς* γὰρ, φησὶν, *ἀλαλάζωμεν αὐτῷ.* Οὗτος τοὺς μὲν πιστεύσαντας ἤδη τῷ Χριστῷ συγκαλεῖ πρὸς ἀγαλλίασιν, τοῖς δὲ μήπω πεπιστευκόσιν Ἰουδαίοις συμβουλεύει, ἕως καιρὸν ἔχουσι μετανοίας, ἐπιστρέψαι καὶ προσπεσεῖν αὐτῷ. Συντάττει δὲ καὶ τούτοις κἀκείνοις ὁ Δαβὶδ ἑαυτὸν τοῖς μὲν, ὡς οἰκείοις ἀπὸ τῆς εὐσεβείας, τοῖς δὲ, ὡς ἰδίοις ἀπὸ τοῦ γένους.

Δεῦτε ἀγαλλιασώμεθα τῷ Κυρίῳ. Ἐν τῷ Δεσπότῃ Χριστῷ· ὑπὸ τοιοῦτον Κύριον ἀξιωθέντες ὑποταγῆναι, σφόδρα φιλανθρωπότατον. A

Ἀλαλάξωμεν τῷ Θεῷ τῷ Σωτῆρι ἡμῶν. Ἀλαλάξωμεν αὐτῷ, ὡς νικητῇ τῶν τυραννούντων, καὶ ῥυσαμένῳ ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ἐκείνων αἰχμαλωσίας. Βοὴ γὰρ ἐπινίκιος ὁ ἀλαλαγμός.

Προφθάσωμεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει. Προλάβωμεν τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ τὴν δευτέραν· δηλονότι πρὸ τοῦ φανῆναι αὖθις, ἐξομολογησώμεθα, τουτέστι μετανοήσωμεν. Σημεῖον γὰρ μετανοίας ἡ ἐξαγόρευσις τῶν πλημμελημάτων.

Καὶ ἐν ψαλμῷ ἀλαλάξωμεν αὐτῷ. Καὶ ἡμεῖς B ὁμοίως μετὰ τὸ πιστεῦσαι, μετὰ ψαλμῶν ἀλαλάξωμεν αὐτῷ ἐπινίκια, τῷ εἰπόντι· *Θαρσεῖτε· ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον.*

Ὅτι Θεὸς μέγας Κύριος, καὶ βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Ὅτι, εἰ καὶ ἄνθρωπος ἐφάνη καὶ πέπονθεν, ἀλλά γε Θεὸς μέγας καὶ Κύριος, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἡδέως δὲ ἐνδιατρίβει διηγούμενος τὸ μέγεθος, καὶ τὴν ἐξουσίαν, καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ.

Ὅτι ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς. Ἐν τῇ χειρὶ, ἤγουν τῇ ἐξουσίᾳ σύμπασα ἡ γῆ. Ἢ καὶ ἄλλως τουτὶ τὸ ῥητὸν συμφωνεῖ τῷ τοῦ Ἡσαΐου λέγοντος· *Ὁ κατέχων τὸν γῦρον τῆς γῆς δρακί.* C

Καὶ τὰ ὕψη τῶν ὀρέων αὐτοῦ εἰσι. Κτίσματα ἢ κτήματα.

Ὅτι αὐτοῦ ἐστιν ἡ θάλασσα, καὶ αὐτὸς ἐποίησεν αὐτήν. Οὐ μόνον γὰρ αὐτῆς ἐστι Κύριος, ἀλλὰ καὶ ποιητής.

Καὶ τὴν ξηρὰν αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἔπλασαν. Διὰ τῶν στοιχείων καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ἐδήλωσεν. Τὰ ὕψη δὲ τῶν ὀρέων ὡς θαύματος ἄξια παρέλαβε.

Δεῦτε προσκυνήσωμεν, καὶ προσπέσωμεν αὐτῷ, καὶ κλαύσωμεν ἐναντίον Κυρίου τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς. Προσκυνήσωμεν ὡς δοῦλοι, προσπέσωμεν ὡς βοηθείας τῆς αὐτοῦ δεόμενοι· κλαύσωμεν ὡς ἁμαρτωλοί. D

Ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς λαὸς νομῆς αὐτοῦ καὶ πρόβατα χειρὸς αὐτοῦ. Λαὸς μὲν οἱ συνετώτεροι, πρόβατα δὲ οἱ ἀσυνετώτεροι· καὶ λαὸς μὲν, ὡς βασιλέως, πρόβατα δὲ, ὡς ποιμένος· καὶ λαὸς μὲν νομῆς, ὡς παρ' αὐτοῦ τρεφόμενοι καὶ προνοούμενοι, πρόβατα δὲ χειρὸς αὐτοῦ, ὡς παρ' αὐτοῦ ἰθυνόμενοι καὶ διεξαγόμενοι.

Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνετε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ. Τὸ σήμερον οὐχ ὡρισμένην ἡμέραν

VERS. 1. *Venite, exsultemus Domino.* Domino nostro scilicet Jesu Christo. Ea autem ratione nobis exsultandum est, quia digni effecti sumus ut tam benignum ac tam misericordem Dominum consequeremur.

Jubilemus Deo salutari nostro. Jubilemus ei tanquam tyrannorum victori, ac tanquam liberatori, qui ab illorum nos captivitate eripuit. Est autem jubilatio, quædam militum vociferatio, quæ fieri solet in victoria.

VERS. 2. *Præveniamus faciem ejus in confessione.* Præveniamus, inquit, secundum Christi adventum, et antequam rursus nobis appareat, confiteamur, hoc est, pœnitentiam agamus. Signum autem pœnitentiæ maximum est peccatorum confessio.

Et in psalmis jubilemus ei. Et nos quoque post fidem, in victoriæ signum, psalmis ei jubilemus; ei, inquam, qui dicit: *Confidite, ego vici mundum* [87].

VERS. 3. *Quoniam Deus magnus Dominus, et rex magnus super omnem terram.* Nam etsi hominem esse eum constiterit, et multiplices sustinuisse corporis passiones, attamen Deus est magnus et Dominus, et quæ sequuntur. Cum delectatione autem Propheta in divinæ magnitudinis ac potentiæ narratione immoratur.

VERS. 4. *Quia in manu ejus sunt omnes fines terræ.* In illius facultate est universa terra. Vel aliter intellige, ut Propheta idem fere dicat, quod alibi legimus dici de Deo, apud Isaiam: *Qui continet*, inquit, *gyrum terræ pugno* [88].

Et altitudines montium ipsius sunt. Ipsius nimirum creaturæ, atque ipsius bona.

VERS. 5. *Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud.* Non solum enim ipse est maris Dominus, sed illius etiam creator.

Et aridam manus ejus finxerunt. Per ipsa autem elementa, quæ commemorat, ea etiam significavit, quæ in eis sunt. Montium vero altitudines dixit, ut condigna admirandis operibus verba proferret.

VERS. 6. *Venite, adoremus, et procidamus ei et ploremus coram Domino, qui fecit nos.* Adoremus ut servi, et procidamus ut supplices atque ejus opem implorantes, et ploremus ut peccatores.

VERS. 7. *Quia ipse est Deus noster, et nos populus pascuæ ejus et oves manus ejus.* Per populum, prudentiores quosque intelligit, et per oves, eos qui minus prudentes sunt. Et populus quidem dicitur, ut regis, oves autem, ut pastoris. Appellamur autem populus pascuæ, veluti qui ab eo educamur, et pascimur, et illius regimur providentia. Oves vero manus ejus, tanquam qui ab eo dirigimur, et manu quodammodo e periculis in tutum educimur.

VERS. 8, 9. *Hodie si vocem ejus audiveritis, nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione.* Dictio *hodie* non determinatam diem aliquam designat,

[87] Joan. XVI, 33. [88] Isa. XL, 12.

sed quamcunque diem, in qua dici potest hodie. Ita enim nobis declaravit magnus Paulus [69]: *Quocunque*, inquit, *tempore audieritis vocem ejus*, ejus, dico, vocantis vos per divinas Scripturas, et præsertim per Evangelium. *nolite obdurare corda vestra* obaudiendo, et non suscipiendo eam vocem, *quemadmodum in exacerbatione factum est.*

In die tentationis in deserto. Dictum est in psalmo LXXVII quod *exacerbaverunt Altissimum in inaquoso*, et quod *tentaverunt Deum in cordibus suis.* Tunc enim obdurarunt corda sua, vocem illam Dei repellentes quam audiverant in monte Sina, et obliti sunt beneficiorum ejus, non credentes, quod Deus posset omnia.

Ubi tentaverunt me patres vestri. Verum ubinam id accidit? In deserto nimirum; vel (7) eo tempore quo me tentastis. Est autem hic sermo ex sancti Spiritus persona.

Probaverunt me, et viderunt opera mea quadraginta annis. Admiranda nimirum opera illa ac beneficia, quæ plenius connumerantur in psalmo LXXVII. Et quod ait: *quadraginta annis*, aliqui superioribus verbis conjungunt, aliqui vero subsequentibus, dicentes:

VERS. 10. *Quadraginta annis infensus fui generationi illi.* Hoc est, inimicus ei eram atque implacabilis, ob duritiam nimirum cordis, atque ob infidelitatem eorum.

Et dixi: Semper errant corde. Instabiles sunt. *Generatio* enim, alibi inquit, *quæ non direxit cor suum.*

VERS. 11. *Ipsi vero non cognoverunt vias meas.* Per vias Dei, sæpenumero apud Scripturam, divina invenimus præcepta significari: eo quod iter nobis sunt, quo perveniamus ad Deum. Cognitionem vero hic non eam dicit, quæ legendo paratur, aut meditando, sed illam, quæ per opera ipsa demonstratur.

Quoniam juravi in ira mea, Si introibunt in requiem meam. Dictio, *Quoniam*, confirmantis est. Magna, inquit, cum stabilitate deliberavi, cum illis irascerer, quod non introibunt in requiem meam. Quid autem sibi velit Scriptura, cum jurare Deum introducit, diximus in psalmo LXXXVIII, ibi: *Juravi David servo meo.* De ira etiam Dei dictum est in psalmo VI, ibi: *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Multis etiam in locis jam declaravimus, quod dictio *si* persæpe apud Hebræos idem significat quod *non.* Per requiem vero, promissionis terram intellige, in qua Israeliticus populus post quadraginta annorum peregrinationem lassus quievit. Facta est etenim ei requies illa regio. Cæterum qui Dei vocem obaudiverint, in regni cœlorum requiem non ingredientur.

[69] Hebr. IV, 7.

A ἐνταῦθα παρίστησιν, ἀλλὰ πᾶσαν ἐν ᾗ τὸ σήμερον δύναται λέγεσθαι. Οὕτω γὰρ αὐτὸ καὶ Παῦλος ἡρμήνευσε, τουτέστιν, ἐν οἱῳδήποτε καιρῷ· *Ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε*, καλοῦντος ἡμᾶς διὰ τῶν θείων Γραφῶν, καὶ μάλιστα διὰ τοῦ Εὐαγγελίου, *μὴ σκληρύνετε τὰς καρδίας ὑμῶν*, παρακούοντες, καὶ μὴ παραδεχόμενοι αὐτὴν, *ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ γέγονεν.*

Κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ. Εἴρηται ἐν τῷ οζʹ ψαλμῷ, ὅτι *Παρεπίκραναν αὐτὸν Ὕψιστον ἐν ἀνύδρῳ· καὶ ἐξεπείρασαν τὸν Θεὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν*, καὶ τὰ ἑξῆς ἀκολούθως. Καὶ τότε γὰρ ἐσκλήρυναν αὐτῶν τὰς καρδίας, ἀποπεμψάμενοι τὴν τοῦ Θεοῦ φωνὴν, ἣν ἤκουσαν ἐν Σινᾶ, καὶ ἐκλαθόμενοι τὰς εὐεργεσίας αὐτοῦ, καὶ
B ἀπιστήσαντες, ὅτι πάντα δύναται.

Οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ἡμῶν. Οὗ· ὅπου; Ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ἢ οὗ πειρασμοῦ. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὁ λόγος.

Ἐδοκίμασάν με καὶ εἶδον τὰ ἔργα μου τεσσαράκοντα ἔτη. Τὰ θαυμάσια καὶ τὰς εὐεργεσίας περὶ ὧν διέξεισιν ὁ οζʹ ψαλμός. Τὸ δὲ *τεσσαράκοντα ἔτη* τινὲς μὲν τῷ παρόντι στίχῳ συνάπτουσι, τινὲς δὲ ἐφεξῆς, ἀναγινώσκοντες οὕτως·

Τεσσαράκοντα ἔτη προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ. Τουτέστιν, ἐπαχθῶς ἔσχον αὐτὴν· δυσμενὴς ἐγενόμην καὶ δυσ... στήθην ἐκείνοις διὰ τὴν ἀπιστίαν καὶ σκληροκαρδίαν
C αὐτῶν.

Καὶ εἶπα· Ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ. Ἀστατοῦσι. *Γενεὰ* γὰρ, φησὶν, *ἥτις οὐ κατεύθυνε τὴν καρδίαν ἑαυτῆς.*

Αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου. Ὁδοὺς πολλάκις ἡ Γραφὴ καθάπερ καὶ νῦν τὰς ἐντολὰς ὀνομάζει, διὰ τὸ φέρειν εἰς Θεόν. Γνῶσιν δὲ αὐτῶν, οὐ τὴν διὰ γνώσεως καὶ μελέτης, ἀλλὰ τὴν δι' ἐνεργείας καὶ πράξεως.

Ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, Εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου. Τὸ Ὡς βεβαιωτικόν. Βεβαίως, φησὶν, ἀπεφηνάμην, ἐν τῷ ὀργισθῆναί με, οὐκ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου. Τί
D μὲν οὖν ἐστιν ὅρκος ἐπὶ Θεοῦ, εἴρηται ἐν τῷ πηʹ ψαλμῷ. Ἔνθα τὸ, *Ὤμοσα Δαβὶδ τῷ δούλῳ μου.* Περὶ δὲ ὀργῆς πάλιν ἐξηγησάμεθα ἐν τῷ ςʹ ψαλμῷ. Ὅπου τὸ, *Κύριε μὴ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με.* Ὅτι δὲ τὸ *εἰ* τὸ οὐ σημαίνει πολλάκις παρ' Ἑβραίοις, καὶ ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν. Κατάπαυσις δὲ ἡ γῆ τῆς ἐπαγγελίας, ὡς παύσασα τοὺς εἰσελθόντας Ἰσραηλίτας ἀπὸ τῆς ἐν μʹ ἔτεσι πλάνης καὶ μεταβάσεως, καὶ ἀνάπαυσις αὐτοῖς γενομένη· λοιπὸν οὖν οὐδὲ οἱ παρακούοντες τῆς φωνῆς τοῦ Θεοῦ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσιν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν.

Variæ lectiones.

(7) Rectius: *Vel* οὗ *refertur ad superiorem dictionem* πειρασμοῦ, *hoc est qua tentatione me tentastis.*

Αἶνος ᾠδῆς τῷ Δαυΐδ, ὅτε οἶκος ᾠκοδόμητο μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν.

ΨΑΛΜΟΣ ϞΕʹ.

Ἀνεπίγραφος καὶ οὗτος παρ' Ἑβραίοις. Διατί *αἶνος ᾠδῆς* παρὰ τῶν Ἑβδομήκοντα ἐπιγέγραπται, προείρηται ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ. Οἴκου δὲ οἰκοδομὴν μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν, καθ' ἱστορίαν μὲν, ἡ παρὰ Ζοροβάβελ ἀνέγερσις τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ναοῦ. Κατὰ δὲ ἀναγωγὴν, ἡ κατασκευὴ τοῦ προσλήμματος, ἐν ᾧ ᾤκησεν ὁ Υἱὸς καὶ Θεὸς, μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν, ἣν ᾐχμαλώτευσεν ὁ διάβολος· περὶ ἧς εἴρηται· *Ἀνέβης εἰς ὕψος, ᾐχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν*· ἢ σύστασις τῆς Ἐκκλησίας, ἣν ὁ μέγας καὶ σοφὸς ἀρχιτέκτων ᾠκοδόμησε. Πάντα γὰρ ταῦτα προϊδὼν ὁ Δαβὶδ ᾄδειν προτρέπεται χαριστήρια.

Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινόν. Τί ἐστιν ᾆσμα καινὸν εἰρήκαμεν τῷ λβʹ ψαλμῷ. Ἔνθα τὸ, *Ἄσατε αὐτῷ ᾆσμα καινόν*, εἴη δ' ἂν ᾆσμα καινὸν, καὶ ὅπερ ᾖσαν οἱ ἄγγελοι γεννηθέντος τοῦ Χριστοῦ· τὸ, *Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ*, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἄσατε τῷ Κυρίῳ, πᾶσα ἡ γῆ. Ἧκε γὰρ ἐλευθερώσων πᾶσαν τὴν γῆν ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ διαβόλου. Τοῦτο δὲ τῇ κατ' ἱστορίαν οἰκοδομῇ τοῦ ναοῦ πῶς ἂν ἁρμόσῃ, μηδὲν ἐνταῦθα τῶν ἄλλων ἐθνῶν ὠφελουμένων;

Ἄσατε τῷ Κυρίῳ, εὐλογήσατε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Εὐφημήσατε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ὅτι σωτήριον· Ἰησοῦς γὰρ ὁ Σωτήρ· ἢ ὅτι παντοδύναμον ἐκ πίστεως ὀνομαζόμενον. Τρὶς δὲ τὸ αὐτὸ, ἤγουν τὸ, *Ἄσατε τῷ Κυρίῳ*· ὅτι καὶ τρισὶ προσώποις ἡ αὐτὴ θεότης, καὶ ἡ αὐτὴ πρέπει λατρεία τῇ ἁγίᾳ Τριάδι.

Εὐαγγελίζεσθε ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὸ σωτήριον αὐτοῦ. Διαγγέλλετε ἀεὶ τὸ σωτήριον κήρυγμα τοῦ Εὐαγγελίου· πρὸς τοὺς ἀποστόλους δὲ καὶ τοὺς τῶν ἀποστόλων διαδόχους ὁ λόγος· ζήτησον δὲ καὶ ἐν τῷ λθʹ ψαλμῷ τὴν ἐξήγησιν τοῦ, *Τὴν ἀλήθειάν σου καὶ τὸ σωτήριόν σου εἶπα.*

Ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὴν δόξαν αὐτοῦ. Τὴν ἐνανθρώπησιν, καὶ τὰ δι' ἡμᾶς πάθη. Δόξα γὰρ τῷ Δεσπότῃ τὸ παθεῖν ὑπὲρ τῆς τῶν δούλων σωτηρίας.

Ἐν πᾶσι τοῖς λαοῖς τὰ θαυμάσια αὐτοῦ. Τὰ θαυμάσια ἔργα, ἃ ἐποίησε συναναστρεφόμενος τοῖς ἀνθρώποις.

Ὅτι μέγας Κύριος καὶ αἰνετὸς σφόδρα. Μέγας ἐν, ὡς παντοδύναμος· αἰνετὸς δὲ, ὡς φιλάνθρωπος.

Φοβερός ἐστιν ὑπὲρ πάντας τοὺς θεούς. Οὗτος ἐν γὰρ ἐν τῷ παρόντι αἰῶνι δύναται κολάζειν,

Laus cantici, ipsi David, quando domus ædificata est post captivitatem.

PSALMUS XCV.

Caret etiam hic psalmus inscriptione apud Hebræos. Quare autem a LXX inscriptus fuerit, *Laus cantici*, in superiori psalmo tradidimus. Et per ædificationem domus, quæ facta est post captivitatem, juxta historiam, templi renovationem intelligimus, quæ facta est a rege Zorobabel. Juxta anagogem vero assumptæ humanitatis habitaculum, in quo Dei Filius post captivitatem illam habitavit, qua diabolus hominem olim captivaverat, et de qua alibi dictum est : *Ascendisti in altum, captivasti captivitatem* [90]. Vel ipsam etiam Ecclesiæ constitutionem, quam magnus ac sapiens ille Architectus ædificavit. Cum enim hæc omnia futura esse prævidisset beatus David, exhortatur, ac mandat, ut condignas pro tantis beneficiis gratiarum actiones canamus Deo.

Vers. 1. *Cantate Domino canticum novum.* Quid sit novum canticum, diximus in psalmo xlii. Ibi : *Cantate ei canticum novum.* Et sane intelligere possumus, illud esse novum canticum, quod nato Domino angeli vigilantibus pastoribus cecinerunt : *Gloria in altissimis Deo* [91], etc.

Cantate Domino, omnis terra. Venit etenim liberaturus omnem terram a dæmonum captivitate. Hæc autem verba quo pacto juxta historiam ædificationi templi possint accommodari, prorsus non video, cum aliæ gentes, præter Judæorum genus, ex hujuscemodi ædificatione omnino nihil juvarentur.

Vers. 2. *Cantate Domino, benedicite nomini ejus.* Laudate nomen ejus, quoniam salutare est. Jesus etenim interpretatur *Salvator.* Vel quia omnipotens est illius nomen, si cum fide nominetur. Et considera quomodo ter dixerit : *Cantate Domino*, quia nimirum tribus divinis personis eadem est divinitas : unde idem merito cultus ipsi præstari debet Trinitati.

Evangelizate de die in diem salutare ejus. Salutarem, inquit, Evangelii prædicationem semper annuntiate. Loquitur autem ad apostolos, et ad illorum successores. Vide quæ dicta sunt in psalmo xxxix, in expositione illius versiculi : *Veritatem tuam, et salutare tuum dixi.*

Vers. 3. *Annuntiate inter gentes gloriam ejus.* Incarnationem nimirum, et passiones omnes, quas ob salutem nostram sustinuit. Fuit quippe illi gloria, ut pro servorum suorum redemptione atque salute tanta sit passus.

In omnibus populis mirabilia ejus. Mirabilia nimirum opera, quæ fecit cum inter homines versaretur.

Vers. 4. *Quoniam magnus Dominus, et laudabilis valde.* Magnus quidem ut omnipotens, laudabilis vero ut misericors.

Timendus est super omnes deos. Nam et in præsenti sæculo punire potest et in futuro : nec cor-

[90] Psal. lxvii, 19. [91] Luc. ii, 14.

pus tantum, sed ipsam etiam animam, quod illi minime possunt : et hic quidem vere timendus, illi autem hominum potius opinione atque imaginatione formidantur. Deos vero improprie hic gentium deos appellavit, ideo sequitur :

Vers. 5. *Quoniam omnes dii gentium dæmonia.* Gentiles olim deos suos appellabant dæmones, tanquam scientes, ac cujuscunque boni gnaros : nos vero dæmones eos appellamus, tanquam peritos ad malum.

Dominus autem cœlos fecit. Atqui fecit et cætera omnia : *Omnia* enim, inquit, *per ipsum facta sunt* [32] : Propheta autem hoc loco ad majorem illius admirationem et gloriam, ea tantum commemoravit, quæ digniora sunt et magnificentiora.

Vers. 6. *Confessio, et pulchritudo in conspectu ejus.* Per ipsas virtutum habitudines, homines illos significare voluit, qui hujuscemodi virtutibus sunt præditi : per confessionem nimirum, eos qui propria delicta confitentur ; et per pulchritudinem, eos qui ipsa confessione pulchriores atque ornatiores efficiuntur, quique per hujusmodi pœnitentiam antiquas quodammodo peccatorum sordes abluunt. Tales igitur viri sunt in conspectu Domini, juxta illud : *Oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum* [33].

Sanctimonia et magnificentia in sanctificatione ejus. (Græce pro *sanctificatione* ἁγιάσματι legimus, quæ dictio non tantum *sanctificationem*, sed *sanctuarium* etiam significat.) Per sanctuarium igitur, quodlibet templum intellige Deo dicatum : quod ideo sanctuarium appellat, quia a Deo sanctificatum est, et quia omnes eos homines sanctificet, qui illuc cum fide ingrediantur. In hoc igitur sanctuario, magnificentia et sanctimonia conversatur, hoc est, munditia et puritas, et opera omnia quæ magnos viros decent.

Vers. 7. *Afferte Domino, parentelæ gentium, afferte Domino gloriam et honorem.* Per gentium parentelas nationes orbis varias intelligit. Vel (quia Græca dictio πατριαὶ non *parentelas* tantum, sed *paternitates* quodammodo significat), hujusmodi nomine gentium patres forte intelligit, quos esse dicimus tam sacerdotes eorum quam doctores. Quam vero gloriam, et quem honorem Deo afferri jubeat, diximus in psalmo XXVIII, ubi eadem fere habentur verba. Vel aliter : Afferte ei gloriam, ut Deo, cui vere ac proprie debetur gloria, honorem vero ut Patri : *Honora* enim, inquit, *patrem tuum*. Est autem Christus omnium hominum Deus, ut creator, et fidelium pater. Per baptismum etenim nos adoptavit.

Afferte Domino gloriam nomini ejus. Hujusmodi etiam verba habentur in illo psalmo XXVIII, ubi ea exposuimus. Vel aliter : omnibus mandat, qui Christi nomine induti sunt, et Christiani appellantur, ut laudabili conversatione illum glorificent ; eademque hæc verba ter repetit, juxta rationem, quam superius in principio psalmi reddidimus.

Vers. 8. *Tollite hostias, et introite in aulas ejus.* Hostias nimirum spirituales tolli jubet. *Spiritus* enim *Deus est, et eos qui eum adorant, adorare oportet in spiritu et veritate.* Hostiæ autem hujus-

A καὶ ἐν τῷ μέλλοντι· καὶ οὐ σῶμα μόνον, ἀλλὰ καὶ ψυχήν· ἐκεῖνοι δὲ, οὐδαμῶς. Καὶ οὗτος μὲν ἀληθείᾳ φοβερός· ἐκεῖνοι δὲ, φαντασίᾳ. Θεοὺς δὲ λέγει, τοὺς τῶν ἐθνῶν.

Ὅτι πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν, δαιμόνια. Ἕλληνες μὲν δαίμονας τοὺς θεοὺς αὐτῶν ὠνόμαζον, ὡς δαίμονας καὶ ἐπιστήμονας τοῦ καλοῦ· ἡμεῖς δὲ προσαγορεύομεν αὐτοὺς δαίμονας, ὡς ἐπιστήμονας τοῦ κακοῦ.

Ὁ δὲ Κύριος τοὺς οὐρανοὺς ἐποίησε. Καὶ μὴν καὶ τὰ λοιπὰ πάντα. *Πάντα* γὰρ, φησὶν, *δι' αὐτοῦ ἐγένετο.* Ἀλλὰ γὰρ τὰ μεγαλοπρεπέστερα παρέλαβεν, ὡς θαυμασιώτερα.

B *Ἐξομολόγησις, καὶ ὡραιότης ἐνώπιον αὐτοῦ.* Διὰ τῶν ἕξεων τοὺς ἔχοντας ὑποδηλοῖ· ἐξομολόγησιν μὲν λέγων, τοὺς ἐξομολογουμένους τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν· ὡραιότητα δὲ, τοὺς ὡραίους ἐντεῦθεν γινομένους, ὡς διὰ μετανοίας ἀπολουομένους. Οὗτοι οὖν ἐνώπιον αὐτοῦ κατὰ τό· *Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ, εἰς δέησιν αὐτῶν.*

Ἁγιωσύνη καὶ μεγαλοπρέπεια ἐν τῷ ἁγιάσματι αὐτοῦ. Ἁγίασμα αὐτοῦ, οἱ κατὰ τόπους ναοὶ, ὡς ἁγιαζόμενοι παρ' αὐτοῦ, καὶ ἁγιάζοντες τοὺς μετὰ πίστεως εἰσερχομένους εἰς αὐτούς. Ἐν τούτῳ, φησὶ, τῷ ἁγιάσματι, ἁγιωσύνη καὶ μεγαλοπρέπεια πολιτεύονται· τουτέστι καθαρότης, καὶ τὰ μεγάλοις πρέποντα ἔργα.

C *Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ, αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν, ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ δόξαν καὶ τιμήν.* Πατριαὶ τὰ γένη. Ἢ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν, οἱ πατέρες αὐτῶν, ἤγουν οἱ ἱερεῖς, καὶ διδάσκαλοι. Ποίαν δὲ λέγει δόξαν καὶ τιμὴν, εἰρήκαμεν ἐν τῷ κη' ψαλμῷ· κἀκεῖ γὰρ κεῖται τὸ, *Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ δόξαν καὶ τιμήν.* Ἢ καὶ ἄλλως· δόξαν μὲν, ὡς Θεῷ, τιμὴν δὲ, ὡς Πατρί· *Τίμα* γὰρ, φησὶ, *τὸν πατέρα σου*· καὶ γὰρ καὶ Θεὸς ἡμῶν ἐστιν, ὡς δημιουργὸς· καὶ Πατὴρ, ὡς διὰ τοῦ βαπτίσματος υἱοθετήσας ἡμᾶς.

Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ δόξαν ὀνόματι αὐτοῦ. Ἐν τῷ ῥηθέντι ψαλμῷ ἡρμηνεύθη τοῦτο. Ἢ καὶ ἄλλως· προτρέπεται τοὺς περικειμένους τὸ ὄνομα
D τοῦ Χριστοῦ, καὶ Χριστιανοὺς καλουμένους δοξάζειν αὐτὸ διὰ πολιτείας ἐπαινουμένης· τρίτον δὲ κἀνταῦθα τὸ, *Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ*, κατὰ τὴν ἐν ἀρχῇ τοῦ ψαλμοῦ ῥηθεῖσαν ἐξήγησιν.

Ἄρατε θυσίας καὶ εἰσπορεύεσθε εἰς τὰς αὐλὰς αὐτοῦ. Θυσίας πνευματικάς· *Πνεῦμα* γὰρ, φησὶν, *ὁ Θεός· καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν*· θυσίαι δὲ τοιαῦ-

[32] Joan. I, 3. [33] Psal. XXXIII, 16.

ται, αἱ ἀρεταί· αὐλαὶ δὲ αὐτοῦ νῦν, αἱ κατὰ τόπους ἐκκλησίαι.

modi, virtutes sunt; aulæ vero ejus, variæ per orbem ecclesiæ.

Προσκυνήσατε τῷ Κυρίῳ ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ. Ἡρμηνεύθη καὶ οὗτος ὁ στίχος ἐν ἐκείνῳ τῷ ψαλμῷ. Πρόσχες δὲ, πῶς εἰπὼν αὐλὰς, εἶπε πάλιν αὐλὴν, διδάσκων, ὅτι πολλαὶ μέν εἰσι τῷ ἀριθμῷ, μία δὲ τῇ πίστει. Διῄρηνται μὲν γὰρ τοῖς τόποις· ἥνωνται δὲ τῇ ὁμοδοξίᾳ.

Adorate Dominum in aula sancta ejus. Hic versiculus expositus etiam a nobis fuit in eodem psalmo XXVIII. Illud autem animadvertendum ducimus, quod cum superius plurali numero aulas dixerit, nunc singulari sermone rursus aulam nominavit: docens nimirum, quod multæ quidem numero ecclesiæ sunt, fide vero una est omnium mater Ecclesia. Divisæ siquidem sunt locis, quæ conjunctæ sunt unitate opinionis.

Σαλευθήτω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ. Τῇ ἐπιφανείᾳ αὐτοῦ, μετακινηθήτω ἀπὸ τῆς πλάνης ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν· σεισμὸν γὰρ τοῦτο καὶ προφήτης ἕτερος ἐκάλεσεν. Εἴποι δ' ἄν τις, καὶ τὸν κλόνον τῆς γῆς, τὸν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ σταυροῦ· καὶ ὅτι τοῦ Κυρίου φανέντος διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἐσείσθησαν λαοί· ἐταράχθησαν ἔθνη, διὰ τὸ κήρυγμα.

VERS. 9. *Commoveatur a facie ejus universa terra.* Illius, inquit, adventu, universus orbis ab errore ad veritatem commoveatur. Unde alius propheta Christi adventum, terræmotum appellavit. Illam etiam terræ commotionem fortassis Propheta hic intelligit, quæ passionis tempore facta est. Vel commovendam esse terram prædicit, quia ad Evangelii prædicationem quo adventus atque incarnatio Dei annuntiatur, universi populi ac gentes conturbatæ sunt.

Εἴπατε ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὅτι Κύριος ἐβασίλευσεν. Ἡρμηνεύθη καὶ τοῦτο ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ ϞΒ' ψαλμοῦ. Ἢ καὶ ἄλλως· ὅτι μέχρι τότε ὁ διάβολος ἐβασίλευε, καὶ ἡ ἁμαρτία. Εἴη δ' ἂν καὶ ἑτέρως βασιλεία τοῦ Χριστοῦ, ἡ κατὰ πίστιν ὑποταγὴ τῶν ἀνθρώπων.

Dicite in gentibus quia Dominus regnavit. Hujusmodi etiam verba exposita fuerunt in psalmo XCII; vel: Dicite quod Dominus regnavit, hactenus namque diabolus et peccatum regnaverant. Vel aliter, regnare hic Christus dicitur, propter voluntariam illam credentium subjectionem, quam fides præstat. Nam alioqui ab æterno etiam super impios atque invitos regnat.

Καὶ γὰρ κατώρθωσε τὴν οἰκουμένην. Ὀρθοποδεῖν εἰς εὐσέβειαν παρεσκεύασεν· ἢ ἥδρασεν εἰς θεογνωσίαν. *Οἰκουμένην* δὲ λέγει, τὴν ἁπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης Ἐκκλησίαν. *Εἰς πᾶσαν γὰρ,* φησὶ, *τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν· καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν·* περιττὸν δὲ τὸ *γάρ*.

VERS. 10. *Etenim direxit orbem terræ.* Modum, inquit, præparavit Christus, quo humanum genus universum recta ad pietatem atque ad virtutes posset incedere; vel stabilivit eos Christus in cognitione Dei; et per orbem terræ, universam Ecclesiam in toto orbe exsistentem intelligit. *In omnem* enim *terram,* inquit, *exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum*[94]. Superflua est autem dictio *enim.*

Ἥτις οὐ σαλευθήσεται. Τῶν σαλευόντων αὐτὴν δαιμόνων ἀπαλλαγεῖσα, καὶ ἐπὶ τῆς ἀῤῥαγοῦς πέτρας τῆς πίστεως θεμελιωθεῖσα. Εἴρηται δὲ καὶ ἐν τῷ ϞΒ' ψαλμῷ· *Καὶ γὰρ ἐστερέωσε τὴν οἰκουμένην, ἥτις οὐ σαλευθήσεται,* καὶ ἀνάγνωθι τὴν ἐκεῖ ἐξήγησιν.

Qui non commovebitur. Ex quo enim liberatus est a dæmonum servitute, qui antea illum commovebant, consequenter fundatus fuit super inconcussam fidei petram. Similem pene sententiam vidimus in psalmo XCII, ibi: *Etenim firmavit orbem terræ, qui non commovebitur,* ubi exposuimus.

Κρινεῖ λαοὺς ἐν εὐθύτητι. Κατὰ τὴν ἡμέραν δηλαδὴ τῆς κρίσεως. Εἶπε δὲ τοῦτο ἵνα γνῶμεν ὅτι οὗτος κρινεῖ πάντας.

Judicabit populos in rectitudine. In die scilicet judicii. Hoc autem dicit, ut sciamus quod Christus omnes judicaturus est.

Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ. Διὰ τὸν οὐράνιον, εἶτα ἐπίγειον. Τοῦ Χριστοῦ γὰρ, τὸ μὲν ἄνωθεν κατῆλθε· τὸ δὲ κάτωθεν ἀνῆλθε.

VERS. 11. *Lætentur cœli, et exsultet terra.* Ob cœlestem nimirum et deinde terrestrem Christum. Altera quippe ejus natura superne descendit, altera vero inferius e terra ortum habuit.

Σαλευθήτω ἡ θάλασσα, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Σάλευσιν ἐνταῦθα τὴν σκίρτησιν λέγει. Πλήρωμα δὲ τῆς θαλάσσης τὰ πέρατα αὐτῆς, ἢ οἱ ποταμοὶ, αἱ λίμναι, αἱ πηγαί· καὶ ἁπλῶς πᾶσα φύσις ὑδάτων· σκιρτησάτω δὲ αὕτη, διὰ τὸ βάπτισμα τοῦ Σωτῆρος.

Commoveatur mare, et plenitudo ejus. Commoveri hoc in loco posuit, pro exsultare. Plenitudo autem maris, sunt illius fines, vel flumina, stagna, fontes, ac tota denique aquarum materia. Exsultet autem hujuscemodi aquarum plenitudo, ob sacrum Christi baptisma, quod in eis celebratum est.

Χαρήσεται τὰ πεδία, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. Ὅτι μέλλει δι' αὐτῶν ὁδεύειν ὁ ἁγιάζων Χριστός. Πάντα δὲ τὰ ἐν αὐτοῖς, φυτὰ δηλονότι.

Gaudebunt campi et omnia quæ in eis sunt. Quia scilicet illinc transiturus est Christus, atque hoc pacto ea omnia sanctificabit. Per omnia vero, quæ in eis sunt, ipsas plantas intelligit.

[94] Psal. XVIII, 5.

VERS. 12. *Tunc exsultabunt omnia ligna silvarum.* Eo quod ex eis sumendum sit salutare crucis lignum.

A facie Domini, quoniam venit. Erit autem lætitia hæc atque hæc exsultatio a facie Domini, hoc est, propter ejus præsentiam atque adventum. Quoniam ecce jam venit ad carnis dispensationem. Solent autem prophetæ sæpenumero ipsis etiam inanimatis atque insensibilibus rebus gaudium ascribere, quoties nimirum summam aliquam voluerint lætitiam demonstrare: quasi ipsa etiam clementa anima ac sensu carentia lætentur. Vel aliter, per cœlos, cœlestes angelos intellige; per terram vero, terrenos homines; et per mare, nautas ipsos, aut maritimos quoscunque homines, hoc est, insulanos; per campos item, agricolas; et per ligna silvarum, arborum incisores, eosque qui silvas incolunt et montes. Vel aliter: per cœlos, eos intellige, qui cœlestia meditantur; per terram vero, eos qui terrena tantum curant; item per mare, eos qui amaram impietatem sectantur; per campos etiam resupinos quoslibet homines, et carnis passionibus subjectos: et denique per ligna silvarum, duros, rudesque et infructuosos ad virtutem homines. Hi omnes etenim, Christi incarnatione, ad illius fidem invitati, delectatione atque voluptate maxima replebuntur.

Τότε ἀγαλλιάσονται πάντα τὰ ξύλα τοῦ δρυμοῦ. Διὰ τὸ μέλλειν ἐξ αὐτῶν ληφθῆναι τὸν σωτήριον σταυρόν.

Ἀπὸ προσώπου Κυρίου, ὅτι ἔρχεται. Γενήσεται δὲ ἡ εὐφροσύνη καὶ ἀγαλλίασις, καὶ τὰ τοιαῦτα ἀπὸ προσώπου Κυρίου, τουτέστι διὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Χριστοῦ. Διότι ἰδοὺ ἔρχεται, πρὸς τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν. Εἰώθασι δὲ οἱ προφῆται περιτιθέναι τοῖς ἀψύχοις χαρὰν ἐμψύχων, ὅταν ὑπερβάλλουσαν ἀγαλλίασιν ἐμφῆναι βουληθῶσιν· ὡς μονονουχὶ καὶ τῶν ἀψύχων εὐφραινομένων. Νοήσαις δ' ἂν καὶ ἑτέρως· οὐρανοὺς μὲν, τοὺς ἐπουρανίους ἀγγέλους· γῆν δὲ, τοὺς ἐπιγείους ἀνθρώπους· θάλασσαν δὲ, τοὺς ἐπιθαλαττίους ἢ τοὺς νησιώτας καὶ τοὺς ναυτιλλομένους· πεδία δὲ τοὺς ἐν ταῖς πεδιάσι γεωργοῦντας· ξύλα δὲ δρυμοῦ, τοὺς δενδροτόμους, καὶ τοὺς ἐν ἀγροῖς ἢ ὄρεσιν. Ἢ καὶ ἄλλως· οὐρανοὺς μὲν, τοὺς τὰ ἐπουράνια φρονοῦντας· γῆν δὲ, τοὺς γήϊνα· θάλασσαν δὲ τοὺς ἐν τῇ πικρίᾳ τῆς ἀσεβείας· πεδία δὲ, τοὺς ὑπτίους καὶ ἐπιβάτους τοῖς πάθεσι· ξύλα δὲ δρυμοῦ, τοὺς σκληροὺς, ἢ ἀκάρπους εἰς ἀρετήν. Πάντες γὰρ ἡδονῆς πλησθήσονται, διὰ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Θεοῦ, πρὸς τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν μετατιθέμενοι.

Quoniam venit judicare terram. Duplici, inquit, afficientur gaudio, et quia veniet ad dirigendum orbem terræ, et quia rursus veniet ad judicandam terram, et ad retribuendum unicuique secundum opera sua, et ad liberandum elementa a corruptione.

Ὅτι ἔρχεται κρῖναι τὴν γῆν. Διπλῆν, φησὶν ἕξουσιν ἡδονὴν, ὅτι ἔρχεται κατορθῶσαι τὴν οἰκουμένην, καὶ ὅτι πάλιν ἔρχεται κρῖναι τὴν γῆν, καὶ ἀποδοῦναι μὲν ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἐλευθερῶσαι δὲ καὶ τὰ στοιχεῖα, ἀπὸ τῆς φθορᾶς.

VERS. 13. *Judicabit orbem terræ in justitia, et populos in veritate sua.* Per orbem terræ gentes intelligit in orbe habitantes; per populos vero, ipsos Judæos. Vel: per orbem terræ, et per populos, idem æque significat; populos autem in plurali numero dixit ob generationum diversitatem. Judicavit autem Christus in justitia, hoc est juste, quia non est personarum acceptor: et in veritate judicabit, veluti is qui omnia exactissime novit.

Κρινεῖ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ λαοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ αὐτοῦ. Οἰκουμένην μὲν, τὰ τῆς οἰκουμένης ἔθνη· λαοὺς δὲ, τοὺς Ἰουδαίους. Ἢ οἰκουμένην καὶ λαοὺς, τὸ αὐτὸ νοήσεις· λαοὺς δὲ πληθυντικῶς, διὰ τὰς πολλὰς διαφορὰς τῶν γενῶν. Κρινεῖ δὲ δικαίως μὲν, ὡς ἀπροσωπόληπτος· ἀληθῶς δὲ, ὡς πάντα εἰδώς.

Ipsi David quando terra ejus constituta est.

PSALMUS XCVI.

Hic psalmus similiter inscriptione caret apud Hebræos. Hanc autem inscriptionem LXX ei imposuerunt, quam arbitrati sunt illius argumentum continere. Ipsi enim David ideo inscripserunt, quia ad Christum pertinet, qui oriundus est ex genere David. Et aliter: David interpretatur *manu fortis*, unde per manu fortem, ipsum proprie Christum intelligimus, qui omnipotens est. *Quando terra ejus constituta est*, hoc est, quando pacem et tranquillitatem habuit, liberata a dæmonum tyrannide. *Domini* enim inquit, *terra, et plenitudo ejus.* Tunc enim hic psalmus Christo vere accommodatur, tametsi multo tempore antea fuisset compositus.

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ὁπότε ἡ γῆ αὐτοῦ καθίσταται.

ΨΑΛΜΟΣ ϞϚ'.

Ἀνεπίγραφος καὶ οὗτος παρ' Ἑβραίοις. Οἱ Ἑβδομήκοντα δὲ καὶ ταύτην τὴν ἐπιγραφὴν ἐπέθηκαν στοχασάμενοι τῆς ὑποθέσεως. *Τῷ Δαβὶδ* μὲν, ὅτι τῷ ἐκ Δαβὶδ Χριστῷ ἀνατέθειται· καὶ ἄλλως γὰρ, τοῦ Δαβὶδ τὸν ἱκανὸν χειρὶ σημαίνοντος, ἱκανὸς ἂν εἴη χειρὶ κυρίως οὗτος, ὡς παντοδύναμος. *Ὁπότε δὲ ἡ γῆ αὐτοῦ καθίστατο*, τουτέστιν, ὁπότε εἰρήνευσε, καὶ ἐγαλήνιασε, τῆς τυραννίδος τῶν δαιμόνων ἀπαλλαγεῖσα. *Τοῦ Κυρίου* δὲ, φησὶν, *ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς.* Τότε οὖν ἥρμοσεν αὐτῷ ὁ ψαλμὸς οὗτος πρὸ πολλοῦ συντεθείς.

VERS. 1. *Dominus regnavit, exsultet terra.* De hoc verbo *regnare*, diximus in superiori psalmo. Regnavit autem Dominus destructo dæmone et

Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ. Περὶ τοῦ *ἐβασίλευσεν*, ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ ἐῤῥήθη. Ἐβασίλευσε καταβαλὼν τὸν διάβολον· καὶ

ἀνελὼν τὴν βασιλεύουσαν ἁμαρτίαν. Καὶ περὶ τῆς ἀγαλλιάσεως δὲ τῆς γῆς ἐν ἐκείνῳ εἴρηται.

A peccato, qui antea in orbe regnabant. De exsultatione terræ ibi etiam dictum est.

Εὐφρανθήτωσαν νῆσοι πολλαί. Αἱ κατὰ χώραν ἐκκλησίαι τῆς ἁλμυρᾶς ἀπιστίας ἀνακύψασαι· καὶ πανταχόθεν μὲν περικλυζόμεναι τοῖς κύμασι τῶν πειρασμῶν, πῆξιν δὲ ἐν τῷ Χριστῷ βάσιμον κεκτημέναι. Ἢ καὶ ἁπλῶς νοήσωμεν τὰς πεπιστευκυίας ψυχάς· ὥσπερ καὶ γῆν, τὴν κτίσιν τὴν καινήν.

Lætentur insulæ multæ. Ecclesiæ nimirum quæ in variis sunt mundi partibus, quæque ab amara et salsuginosa, ut ita dicam, infidelitate, insularum instar elevatæ sunt; quæque licet assiduis tentationum fluctibus impellantur, fundamentum tamen ac solidam in rege suo Christo stabilitatem habent. Vel per insulas, simpliciter fidelium omnium animas intellige; et per terram novam creaturam.

Νεφέλη καὶ γνόφος κύκλῳ αὐτοῦ. Νεφέλη καὶ γνόφος, ἡ προσληφθεῖσα σάρξ, ὡς ὑποκρύπτουσα τὴν θεότητα· ἔοικε δὲ τοῦτο τοῖς ἐν τῷ ιζ' ψαλμῷ ῥητοῖς· *Καὶ ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ, κύκλῳ αὐτοῦ ἡ σκηνὴ αὐτοῦ.*

VERS. 2. *Nubes et caligo in circuitu ejus.* Per nubem et per caliginem, assumptam carnem intellige, quæ divinitatem occultabat. Similia pene verba ea sunt, quæ habentur in psalmo XVII: B *Posuit tenebras latibulum suum, in circuitu ejus tabernaculum ejus.*

Δικαιοσύνη καὶ κρῖμα κατόρθωσις τοῦ θρόνου αὐτοῦ. Τῆς βασιλείας αὐτοῦ· ταῦτα γὰρ κατώρθωσε βασιλεύσας. Καὶ ὄντως δικαία κρίσις, τὸ τὸν μὲν τυραννοῦντα διάβολον καθελεῖν, τοὺς δὲ τυραννουμένους ἀνθρώπους ἐλευθερῶσαι. Ἢ καὶ ἄλλως· Δικαιοσύνην, ἤτοι καθόλου πᾶσαν ἀρετὴν, καὶ κρίσιν ὀρθὴν, εἴτουν διάκρισιν ἐδίδαξεν ἡ βασιλεία αὐτοῦ.

Justitia et judicium directio throni ejus.—Throni ejus, pro regni ejus dixit, quod regnum ipse Christus regnans direxit. Illud autem vere fuit justum judicium, quo et tyrannum dæmonem destruxit, et oppressum tyrannide humanum genus salvavit. Vel aliter: Per justitiam, in universum, omne virtutis genus intellige, et per judicium, rectitudinem ac discretionem, quæ omnia regnante Christo didicimus.

Πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ προπορεύσεται, καὶ φλογιεῖ κύκλῳ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. Ταῦτα τοῦ καιροῦ τῆς παγκοσμίου κρίσεως. Τοῦτο καὶ Δανιὴλ θεασάμενος ἔγραψεν, ὅτι *Ποταμὸς πυρὸς εἷλκεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ.* Ἐχθροὶ δὲ αὐτοῦ κοινῶς πάντες οἱ τῷ ἐχθρῷ αὐτοῦ διαβόλῳ πειθόμενοι. *Κύκλῳ δὲ αὐτοῦ*, ἀντὶ τοῦ, πανταχόθεν.

VERS. 3. *Ignis ante ipsum præcedet, et inflammabit in circuitu inimicos ejus.* Hæc verba pertinent ad tempus universalis judicii, quod et propheta Daniel prospiciens dixit: C *Fluvius ignis trahebat gradiens ante eum* [95]. Christi vero inimici omnes sunt, qui inimico ejus diabolo obtemperant. In *circuitu* autem *ejus*, hoc est: undique, atque ex omni parte.

Ἔφαναν αἱ ἀστραπαὶ αὐτοῦ τῇ οἰκουμένῃ. Οἱ ἀπόστολοι· τοῦ ἀληθινοῦ γὰρ μετασχόντες φωτὸς, ἤστραψαν καὶ αὐτοὶ, πρὸς οὓς καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· *Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου.* Τοῦτο συνᾴδει τῷ ῥητῷ τοῦ εἰρημένου ψαλμοῦ, τῷ· *Ἄνθρακες ἀνήφθησαν ἀπ' αὐτοῦ.*

VERS. 4. *Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ.* Apostoli nimirum, qui veræ lucis participes effecti sunt, ac veluti astra quædam coruscantia omnibus apparuere, et ad quos a Christo dictum legimus: *Vos estis lux mundi* [96]. Suntque consona hæc verba iis quæ in præallegato psalmo habentur, ibi: *Carbones succensi sunt ab eo.*

Εἶδε καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ. Εἶδε τὰς ἀστραπὰς ταύτας καὶ ἐσκίρτησεν. Ἢ μετεκινήθη ἀπὸ τῆς πλάνης ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν· καὶ ἀπὸ τοῦ σκότους, ἐπὶ τὸ φῶς. Ἢ ἐσαλεύθη, ἵνα κρεῖττον ἑδρασθῇ. Καὶ D τέκτονες γὰρ τὰ παλαιωθέντα θέλοντες ἀνακαινίσαι, σαλεύουσιν αὐτὰ πρότερον. Διὸ περὶ Παύλου καὶ Σίλα τινὲς ἔλεγον· *Οἱ τὴν οἰκουμένην ἀναστατώσαντες, οὗτοι καὶ ἐνθάδε πάρεισι.*

Vidit, et commota est terra. Vidit hujuscemodi fulgura, et exsultavit. Vel, commota, id est, commutata est, ab errore nimirum ad veritatem, et a tenebris ad lucem: vel commota est, ut melius stabiliretur. Siquidem artifices prius commovere omnia ea solent, quæ volunt renovare. Ideo de Paulo et Sila in Actis dictum legimus, ex impiorum persona: *Hi concusso universo orbe huc veniunt* [97].

Τὰ ὄρη ὡσεὶ κηρὸς ἐτάκησαν ἀπὸ προσώπου Κυρίου· ἀπὸ προσώπου Κυρίου πάσης τῆς γῆς. Ὄρη τροπικῶς, οἱ δαίμονες, διὰ τὸ ἐπηρμένον, καὶ ἀλαζονικὸν, καὶ ἄκαρπον, καὶ σκληρὸν, καὶ κρημνῶδες· εἴρηται δὲ καὶ ἐν τῷ ξζ' ψαλμῷ· *Ὡς τήκεται κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρὸς, οὕτως ἀπολοῦνται οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ.* Καὶ ἔγνωθι τὴν ἐξήγησιν αὐτοῦ.

VERS. 5. *Montes quasi cera, liquefacti sunt a facie Domini, a facie Domini totius terræ.* Per montes figurate ipsos dæmones intelligit, quia elati atque in altum quodammodo elevati sunt, et arrogantes; steriles item ac rigidi, et præcipitiis ac præruptis locis referti. Dictum est etiam in psalmo LXVII, quod *Quemadmodum liquescit cera a facie ignis, sic pereunt peccatores a facie Dei.* Ibi vide.

[95] Dan. VII, 9, 10. [96] Matth. V, 14. [97] Act. XVII, 6.

VERS. 6. *Annuntiaverunt cœli justitiam ejus.* Per cœlos prophetas aut apostolos intellige, qui cœlestem vitam ac conversationem optime colebant; et dum ait annuntiasse eos justitiam ejus, hoc intelligit, quod non solis Judæis aperta sit Dei cognitio, quinimo quod ipsæ etiam gentes ad veritatis cognitionem vocatæ sint. Vel justitiam aliter expone, prout superius diximus, exponendo illa verba: *Justitia et judicium directio throni ejus.* Vide etiam in psalmo XXXIX, ibi: *Evangelizavi justitiam in Ecclesia magna.*

A *Ἀνήγγειλαν οἱ οὐρανοὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ.* Οἱ οὐρανοὶ, οἱ προφῆται, οἱ ἀπόστολοι, ὡς οὐράνιον πολιτείαν ἐπιδεδειγμένοι. Δικαιοσύνην δὲ λέγει τὸ μὴ μόνοις τοῖς Ἰουδαίοις περικλεῖσαι τὴν θεογνωσίαν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔθνη καλέσαι πρὸς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας. Ἢ καθὼς εἰρήκαμεν, ἑρμηνεύοντες τὸ, *Δικαιοσύνη καὶ κρίμα κατόρθωσις τοῦ θρόνου αὐτοῦ*· ζήτησον δὲ καὶ ἐν τῷ λθʹ ψαλμῷ τὴν ἐξήγησιν τοῦ, *Εὐηγγελισάμην δικαιοσύνην ἐν Ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ.*

Et videant omnes populi gloriam ejus. Admiranda nimirum illius opera, propter quæ glorificatus es.

Καὶ εἴδοσαν πάντες οἱ λαοὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ. Τὰ θαυμάσια ἔργα αὐτοῦ, δι' ἃ ἐδοξάσθη.

VERS. 7. *Confundantur omnes, qui adorant sculptilia, qui gloriantur in idolis ejus.* Erubescant, cum tanta ac talia opera a Deo sint gesta. Vel erubescant, dum de idololatriæ errore redarguuntur.

Αἰσχυνθήτωσαν πάντες οἱ προσκυνοῦντες τοῖς B *γλυπτοῖς οἱ ἐγκαυχώμενοι ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν.* Αἰσχυνθήτωσαν τοιούτων ἔργων ὑπ' αὐτοῦ τελουμένων, ἢ τῆς εἰδωλικῆς πλάνης ἐλεγχομένης.

VERS. 8. *Adorate eum, omnes angeli Dei.* Et alii quidem Domino, secundum carnem nato, laudent eum dicentes: *Gloria in altissimis Deo* [96], alii vero serviliter ei ministrent, quemadmodum in deserto ministrarunt postquam tentatus fuit a diabolo: et alii ascendenti illi in cœlum præeuntes inserviant, et clament: *Tollite portas principes vestras* [97], etc.

Προσκυνήσατε αὐτῷ, πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. Οἱ μὲν ὅτι ἐγεννήθη κατὰ σάρκα, ὑμνολογοῦντες, καὶ τὸ, *Δόξα ἐν ὑψίστοις*, λέγοντες· οἱ δὲ μετὰ τοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ πειρασμοὺς, δουλοπρεπῶς διακονοῦντες αὐτῷ· οἱ δὲ ἀναλαμβανομένου πρὸς οὐρανὸν, δορυφορικῶς προπορευόμενοι, καὶ τὸ, *Ἄρατε πύλας*, κράζοντες.

Audivit et lætata est Sion. Audivit Sion cœlos annuntiantes ea quæ ad Christum pertinebant; vel nova Sion, universalis nimirum Ecclesia audivit, et lætata est.

Ἤκουσε καὶ ηὐφράνθη Σιών. Ἤκουσε τῶν οὐρανῶν, ὡς εἴρηται, ἀναγγελλόντων τὰ περὶ αὐτοῦ. C Ἢ νέα Σιὼν ἡ καθολικὴ Ἐκκλησία, καὶ ηὐφράνθη.

Et exsultaverunt filiæ Judææ. Filiæ Judææ olim dicebantur esse particulares illæ synagogæ, quæ in variis erant oppidis ac civitatibus provinciæ Judææ et Judæorum imperio subditis: nunc autem per filias universalis Ecclesiæ, omnes et singulas intelligimus ecclesias, quæ in variis sunt mundi locis, tanquam ab universali illa matre procreatas. Et quia Sion interpretatur *specula*, et Judæa *confessio*, recte possumus tam per Sion, quam per Judæam Ecclesiam ipsam intelligere: quia speculationibus vacat, et veritatem contemplatur, et quia confitetur et condignas Deo gratias agit.

Καὶ ἠγαλλιάσαντο αἱ θυγατέρες τῆς Ἰουδαίας. Πάλαι μὲν θυγατέρες τῆς Ἰουδαίας, αἱ κατὰ τὰς ὑπ' αὐτὴν πόλεις μερικαὶ συναγωγαί. Νῦν δὲ θυγατέρες τῆς Ἐκκλησίας τῆς καθολικῆς, αἱ κατὰ πᾶσαν γῆν, ἐκκλησίαι ὡς ἐξ αὐτῆς προελθοῦσαι. Ἐπεὶ γὰρ Σιὼν μὲν ἑρμηνεύεται *σκοπευτήριον*, Ἰουδαία δὲ *ἐξομολόγησις*, ἀμφοτέρα ἂν εἴη ἡ Ἐκκλησία· οἷα σκοπευτικὴ καὶ θεωρητικὴ τῆς ἀληθείας, καὶ ἐξομολογουμένη καὶ εὐχαριστοῦσα τῷ Κυρίῳ. Ηὐφράνθη δὲ αὕτη καὶ ἠγαλλιάσαντο αὗται, χάριν τίνος;

Verum si quæris cujus rei gratia lætata sit Sion, et quam ob causam filiæ Judææ exsultaverint, audi quæ sequuntur:

Propter judicia tua, Domine. Quia scilicet justo tuo judicio unicuique reddes juxta opera propria, fidelibus nimirum requiem, infidelibus vero æterna supplicia.

D *Ἕνεκεν τῶν κριμάτων σου, Κύριε.* Ὅτι ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· τοῖς μὲν πιστοῖς, αἰώνιον ἀνάπαυσιν· τοῖς δὲ ἀπίστοις, αἰώνιον κόλασιν.

VERS. 9. *Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram.* Dominus super omnem terram. Vel altissimus super terram, quemadmodum etiam super cœlum.

Ὅτι σὺ Κύριος ὕψιστος, ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Κύριος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Ὑψηλὸς Δεσπότης πάσης τῆς γῆς, ὥσπερ καὶ τοῦ οὐρανοῦ.

Valde exaltatus es super omnes deos. Eos scilicet qui dii reputantur. Et illi quidem falso exaltati sunt, atque ob errorem: tu autem vere exaltatus es, ob summam tuam potentiam. Quanto igitur veritas errore major est, tanto etiam tua

Σφόδρα ὑπερυψώθης ὑπὲρ πάντας τοὺς θεούς. Τοὺς νομιζομένους. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ὑψώθησαν ἀπὸ πλάνης· σὺ δὲ ἀπὸ ἀληθείας, ἀπὸ τῆς παντοδυνάμου δυνάμεως· ὅσον οὖν μεῖζον ἀλήθεια πλάνης, τοσοῦτον καὶ τὸ σὸν ὕψος τοῦ ἐκείνων. Ὑψώθης δὲ

[96] Luc. II, 14. [97] Psal. XXIII, 7, 9.

ἀντὶ τοῦ, Ὑψηλὸς ἐγνωρίσθης· εἰπὼν δὲ ὅτι *σφόδρα*, A καὶ δὶς χρησάμενος τὸ *ὑπὲρ*, ἐπέτεινε τὴν ἐπίτασιν τοῦ ὕψους.

Οἱ ἀγαπῶντες τὸν Κύριον, μισεῖτε πονηρά. Μισοπόνηρος γὰρ ὁ Κύριος, καὶ φιλάγαθος.

Φυλάσσει Κύριος τὰς ψυχὰς τῶν ὁσίων αὐτοῦ. Τῶν ἀφωσιωμένων καὶ ἀνακειμένων αὐτῷ.

Ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ ῥύσεται αὐτούς. Ἐπηρεαζομένους. Ἁμαρτωλὸς δὲ κυρίως ὁ διάβολος, ὡς καὶ πάσης ἁμαρτίας δημιουργός.

Φῶς ἀνέτειλε τῷ δικαίῳ. Φῶς, τὸ τοῦ ἀληθινοῦ B φωτὸς, φῶς πνευματικὸν ὁδηγοῦν αὐτὸν εἰς πᾶσαν ἀλήθειαν. Ἢ φῶς, τὸ τῆς θεωρητικῆς, ἀνέτειλε τῷ δικαίῳ τὴν πρακτικήν.

Καὶ τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ εὐφροσύνη. Πνευματικὴ παράκλησις.

Εὐφράνθητε, δίκαιοι, ἐν τῷ Κυρίῳ. Τὰς βιωτικὰς πάσας εὐφροσύνας, ὡς ψευδομένας, ἀποσειόμενοι. Εἴρηται δὲ καὶ ἐν τῷ τέλει τοῦ λβ΄ ψαλμοῦ· *Εὐφράνθητε ἐπὶ Κύριον καὶ ἀγαλλιᾶσθε, δίκαιοι·* καὶ ζήτησον ἐκεῖ τὴν ἐξήγησιν.

Καὶ ἐξομολογεῖσθε τῇ μνήμῃ τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ. Εὐχαριστεῖτε ἐν τῷ μνημονεύειν τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ· ὅτι ἡγιάσθητε· ἢ ἐξομολογεῖσθε τὰ οἷα δήποτε μολύσματα, ἐν τῷ μνημονεύειν τῆς καθαρότητος αὐτοῦ. Οὐδεὶς γὰρ καθαρὸς παντάπασιν. C Δύνανται δὲ καὶ πάντα τὰ ἀπὸ τοῦ, *Πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ προπορεύεται*, ῥητὰ, μέχρι τοῦ, *Ἤκουσε καὶ ηὐφράνθη Σιὼν*, περὶ τῆς δευτέρας τοῦ Χριστοῦ παρουσίας νοεῖσθαι. Ἔφαναν γὰρ, φησὶν, αἱ ἀστραπαὶ αὐτοῦ τῇ οἰκουμένῃ, κατιόντος αὖθις ἐξ οὐρανοῦ, δηλαδή. *Ὥσπερ γὰρ*, φησὶν, *ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν, οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.* Καὶ τότε, *Ὁ ἥλιος*, φησὶ, *σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, καὶ οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἐξ οὐρανοῦ.* Πόθεν ἄλλοθεν φωτισθήσεται ὁ κόσμος; Εἶδε γὰρ τὴν κάθοδον αὐτοῦ καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ τῷ φόβῳ· ἢ τῶν νεκρῶν ἀνισταμένων μετὰ σπουδῆς. Τὰ ὄρη δὲ ὡσεὶ κηρὸς ἐτάκησαν, D διαλυόμενα τῶν στοιχείων ἀλλοιουμένων. Εἴρηται δὲ περὶ τούτου καὶ ἐν τῷ οδ΄ ψαλμῷ· ἔνθα τὸ, *Ἐτάκη ἡ γῆ.* Ἀνήγγειλαν δὲ οἱ οὐρανοὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ πάλαι, τουτέστιν, οἱ ὑψηλοὶ προφῆται· ὅτι δίκαιός ἐστι κριτής· τότε δὲ, ἐν τῷ καιρῷ τῆς πρὸς τὸ κρίνειν ἀφίξεως, εἶδον πάντες οἱ λαοὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ ἐρχομένου, ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, ὡς αὐτὸς ἐδίδαξεν. Εἶτα ἐγκελεύεται, τοῖς μὲν εἰδωλοθύταις αἰσχύνεσθαι τότε, τοῖς δὲ ἀγγέλοις προσκυνεῖν αὐτὸν, εἰδὼς καὶ ἄμφω γενησόμενα. Τῶν ἀγγέλων δὲ προσκυνησάντων, πάντες εὐθὺς οἱ λοιποὶ προσκυνήσουσιν· ὅτι *Αὐτῷ πᾶν γόνυ κάμψει, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων*, κατὰ τὸν Ἀπόστολον.

sublimitas illorum altitudinem superat. Exaltatus es autem, hoc est, cognitus es altus esse. Conatur autem his verbis Propheta summam Dei altitudinem exprimere, valde exaltatum eum esse dicens super omnem terram, et super omnes deos.

VERS. 10. *Qui diligitis Dominum, odite mala.* Odit enim Deus malos, et diligit bonos.

Custodit Dominus animas sanctorum suorum. Eorum nimirum, qui Deo dicati atque ei sanctificati sunt.

De manu peccatoris liberabit eos. Quoties nimirum oppressi fuerint et læsi. Peccator autem proprie est diabolus, veluti delictorum omnium auctor.

VERS. 11. *Lux orta est justo.* Lux veræ lucis, lux, inquam, spiritualis, dirigens eum in omnem veritatem. Vel, lux contemplationis ei orta est qui in actionibus suis justitiam servat.

Et rectis corde lætitia. Lætitia, hoc est, spiritualis consolatio.

VERS. 12. *Lætamini, justi, in Domino.* Omnibus aliis mundi voluptatibus expulsis, veluti falsis. Similis fere sententia habetur in fine psalmi XXXII, ibi : *Lætamini in Domino et exsultate, justi,* ubi vide.

Et confitemini memoriæ sanctificationis ejus. Gratias, inquit, ei agite, memoria repetentes divinam illam sanctificationem, qua sanctificati estis. Vel confitemini antiquas omnes inquinationes vestras, dum tantam Dei munditiam ac puritatem animo revolvitis, cum inter homines nullus omnino mundus sit. Possunt et prædicta omnia a versiculo illo : *Ignis ante ipsum præcedet,* usque ad verba illa : *Audivit et lætata est Sion,* de secundo Christi adventu intelligi. Illuxerunt, inquit, fulgura ejus orbi terræ, Christo nimirum rursus e cœlo descendente. *Nam quemadmodum fulgur exit ab oriente, et venit usque in occidentem, sic erit adventus Filii hominis.* Quod si solem tunc obtenebrandum esse affirmamus, et lunam non daturam lucem suam [**], stellasque casuras e cœlo, undenam aliunde illuminabitur mundus, quam a Christo ? Vidit autem terra ejus descensum, et commota est ob timorem. Vel commota est, mortuis illico resurgentibus. Montes autem sicut cera liquefacti sunt et dissoluti, commutatis elementis. De his etiam verbis diximus in psalmo LXXIV, ibi : *Liquefacta est terra.* Annuntiaverunt etiam cœli justitiam ejus [***], hoc est, sublimes atque alti, cœlorum instar, prophetæ olim annuntiaverunt, quod Deus justus est judex : et tunc, hoc est, in illo judicii tempore, viderunt omnes populi gloriam ejus, exeuntis nimirum in gloria Patris, sicuti et ipse nos docuit. Deinde omnibus, qui idola colunt, mandat, ut pudore suffundantur, atque erubescant; angelis etiam jubet, ut adorent eum, sciens nimirum utrumque futurum esse. Ipsis etenim angelis Christum adorantibus, cæteri omnes

[**] Matth. XXIV, 29. [***] Psal. XLIX, 6.

etiam facile adorabunt; quia, juxta Apostolum, *omne genu ei flectitur, cœlestium, terrestrium et infernorum* [1].

Psalmus ipsi David.

A

PSALMUS XCVII.

Hic psalmus qui utrumque simili modo Christi adventum pertractat, cognationem quamdam, seu familiaritatem retinet cum proxime præcedenti, quemadmodum et ille ad alium qui præcesserat.

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ϞΖ'.

Καὶ οὗτος περὶ τῶν δύο τοῦ Χριστοῦ παρουσιῶν διαλαμβάνων, οἰκείωσιν ἔχει πρὸς τὸν προλαβόντα, καθάπερ κἀκεῖνος πρὸς τὸν πρὸ αὐτοῦ.

VERS. 1. *Cantate Domino canticum novum.* Consimilis versiculus habetur in psalmo xcv, ubi exposuimus.

Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινόν. Εἴρηται τοῦτο καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ ϞΕ' ψαλμοῦ.

Quia mirabilia fecit Dominus. In novis rebus novo cantu opus est: sed quid novum magis aut admirandum est quam quod Deus carnem assumpserit, quod pati voluerit, atque alia fecerit, quæ ex sacro docemur Evangelio?

Ὅτι θαυμαστὰ ἐποίησεν ὁ Κύριος. Δεῖ γὰρ ᾄσματος καινοῦ ἐπὶ καινοῖς πράγμασιν. Τί δὲ θαυμαστότερον τοῦ τὸν Θεὸν ἐνανθρωπῆσαι, καὶ τ' ἄλλα ποιῆσαι, καὶ παθεῖν ὅσα τὸ θεῖον διέξεισιν Εὐαγγέλιον;

Salvavit eum dextera ejus, et brachium sanctum ejus. Illius dextera atque illius brachium, hoc est, divinum illud auxilium, quod et dextrum et accommodum omnibus esse solet, et potens, *salvavit*, hoc est, recuperavit eum populum, sive eos omnes, qui ab inimico olim captivi ac servi tenebantur. Dexteram enim et brachium ita exponi alibi diximus in psalmo XLIII, ibi: *Sed dextera tua et brachium tuum.* Aliqui vero intelligunt, quod Deus salvavit ipsum hominem qui perierat: atque hoc admirandum illud opus esse dicunt, quod rebellem ac perditum servum Dominus passione ac morte sua salvaverit.

B *Ἔσωσεν αὐτὸν ἡ δεξιὰ αὐτοῦ, καὶ ὁ βραχίων ὁ ἅγιος αὐτοῦ.* Ἐπενεσώσατο αὐτῷ ἡ οἰκεία ἀντίληψις τοὺς αἰχμαλωτισθέντας ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ δούλους· ἥτις δεξιὰ μὲν λέγοιτ' ἂν ὡς ἐπιτήδεια· βραχίων δὲ, ὡς ἰσχυρά. Εἴρηται δὲ καὶ ἐν τῷ ΜΓ' ψαλμῷ· *Ἀλλ' ἡ δεξιά σου, καὶ ὁ βραχίων σου.* Τινὲς δὲ, *Ἔσωσεν αὐτὸν*, ἑρμηνεύουσι, τὸν ἀπολωλότα ἄνθρωπον, καὶ τοῦτο γὰρ θαυμαστὸν ἔργον, τὸ, τὸν Δεσπότην τοῖς ἰδίοις πάθεσι σῶσαι τὸν ἀφηνιάσαντα καὶ ἀπολωλότα δοῦλον.

VERS. 2. *Novum fecit Dominus salutare suum.* Manifestam fecit Deus illam salutem, quæ ab eo est: incarnationem nimirum suam, vel, salutare consilium suum. *Non veni* enim, inquit, *ut judicem mundum, sed ut salvem mundum* [2].

Ἐγνώρισε Κύριος τὸ σωτήριον αὐτοῦ. Ἐφανέρωσε τὴν σωτηρίαν τὴν παρ' αὐτοῦ. Λέγω δὴ τὴν C ἐνανθρώπησιν· ἢ τὸ σωτήριον αὐτοῦ βούλημα· *Οὐκ ἦλθον* γὰρ, φησὶν, *κρῖναι τὸν κόσμον, ἀλλὰ σῶσαι τὸν κόσμον.*

In conspectu gentium revelavit justitiam suam. Verba hæc ad prioris dicti declarationem dicta sunt. In omnem enim terram exivit sonus apostolorum, qui universis gentibus salutem illam prædicaverunt, quam Christus operatus est. *Justitiam* autem hoc in loco expone, quemadmodum diximus in psalmo XCII; possumus etiam intelligere, quod Dominus notum fecerit salutare suum prophetis, et quod revelaverit justitiam suam gentibus.

Ἐναντίον τῶν ἐθνῶν ἀπεκάλυψε τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ. Τοῦτο ἑφερμηνευτικὸν τοῦ ῥηθέντος. Εἰς πᾶσαν γὰρ τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος τῶν ἀποστόλων κηρυσσόντων πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τὴν σωτηρίαν, ἣν εἰργάσατο, καὶ τὴν δικαιοσύνην, ὡς ἐν τῷ ϞΒ' ψαλμῷ προειρήκαμεν. Νοεῖται δὲ καὶ ὅτι μὲν ἐγνώρισε τὸ σωτήριον αὐτοῦ τοῖς προφήταις, οὐκ ἀπεκάλυψε δὲ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ τοῖς ἔθνεσιν.

VERS. 3. *Memor fuit misericordiæ suæ ipsi Jacob, et veritatis suæ domui Israel.* Cum olim Deus patriarchæ Abraham promisisset, illius se generationis misertutum esse, et juramento se vera dicere confirmasset, voluit deinceps promissæ hujus misericordiæ ac confirmatæ veritatis rationem habere, dum re ipsa promissam misericordiam exhibuit novo Jacob, atque erga domum novi Israel, erga generationem dico Christianorum. Fidelis etenim populus merito Jacob dicitur, et Israel, veluti maligni dæmonis supplantator et victor, et tanquam is qui interioribus animæ oculis, quantum humana patitur fragilitas, Deum contemplando intuetur. Jacob quippe interpretatur *supplantator*, et Israel, *mens videns Deum*.

Ἐμνήσθη τοῦ ἐλέους αὐτοῦ τῷ Ἰακὼβ, καὶ τῆς ἀληθείας αὐτοῦ τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ. Πάλαι τῷ D Ἀβραὰμ ἐπαγγειλάμενος ἐλεῆσαι τὸ γένος αὐτοῦ, καὶ δι' ὅρκου βεβαιώσας ὅτι ἀληθεύσει, ὕστερον ἐμνήσθη τοῦ ἐπαγγελθέντος ἐλέους, καὶ τῆς βεβαιωθείσης ἀληθείας· τουτέστιν, εἰς ἔργον αὐτὰ ἐξήγαγεν, ἐν τῷ νέῳ Ἰακὼβ ἤτοι τῷ οἴκῳ τοῦ νέου Ἰσραήλ· ὅς ἐστι τὸ γένος τῶν Χριστιανῶν. Οὗτοι γὰρ Ἰακὼβ μὲν λέγοιντ' ἂν ὡς πτερνισταὶ τοῦ πονηροῦ, ὑποσκελίζοντες καὶ καταβάλλοντες, καὶ νικῶντες αὐτόν. Ἰσραὴλ δὲ, ὡς θεωροῦντες Θεὸν τοῖς ὄμμασι τῆς ψυχῆς, ὅσον ἐγχωρεῖ· Ἰακὼβ μὲν γὰρ, *πτερνιστὴς* ἑρμηνεύεται· Ἰσραὴλ δὲ *νοῦς ὁρῶν Θεόν.*

[1] Philipp. II, 10. [2] Joan. XII, 47.

Εἴδοσαν πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. Ἐνώπιον αὐτῶν ἀποκαλυφθὲν διὰ τῶν ἀποστόλων, ὡς ἀνωτέρω δεδήλωται.

Ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ, πᾶσα ἡ γῆ. Εἴρηται περὶ τοῦ ἀλαλαγμοῦ ἐν τῷ β' στίχῳ τοῦ ϟδ' ψαλμοῦ.

Ἄσατε, καὶ ἀγαλλιᾶσθε, καὶ ψάλατε. Ἄσατε ᾆσμα καινὸν, ὡς εἴρηται· ἀγαλλιᾶσθε δὲ ὡς τῆς αἰχμαλωσίας ἐλευθερωθέντες· ψάλατε δὲ εἰς ἔνδειξιν τῆς ἀγαλλιάσεως.

Ψάλατε τῷ Κυρίῳ ἐν κιθάρᾳ, ἐν κιθάρᾳ καὶ φωνῇ ψαλμοῦ. Κιθάραν μὲν, τὴν πρακτικὴν ἀναγωγικῶς ὑποληπτέον· φωνὴν δὲ ψαλμοῦ τὴν θεωρητικήν. Δοξάσατε τὸν Κύριον διὰ πράξεως καὶ θεωρίας.

Ἐν σάλπιγξιν ἐλαταῖς καὶ φωνῇ σάλπιγγος κερατίνης. Ἐν ταῖς εὐαγγελικαῖς ἐντολαῖς, αἵτινες σάλπιγγες λέγονται πληθυντικῶς διὰ τὸ εἶναι τέσσαρα Εὐαγγέλια· καὶ σάλπιγξ ἑνικῶς, διότι εἰ καὶ τέσσαρα λέγονται, διὰ τοὺς ἐκθεμένους αὐτὰ, ἀλλ' οὖν ἕν εἰσι τῇ συμφωνίᾳ καὶ δυνάμει. Καὶ ἐλατὰς μὲν τὰς σάλπιγγας ταύτας ἐκάλεσεν, ὡς κεχαλκευμένας ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· κερατίνην δὲ σάλπιγγα, ὡς ζωηράν. Ἐκ ζώου γὰρ ἡ κερατίνη κατεσκευάζετο.

Ἀλαλάξατε ἐνώπιον τοῦ βασιλέως Κυρίου. Περὶ τοῦ ἀλαλαγμοῦ προείρηται.

Σαλευθήτω ἡ θάλασσα καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, ἡ οἰκουμένη καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ. Σάλευσιν κἀνταῦθα τὴν ἀγαλλίασιν καὶ σκίρτησιν λέγει, καθὼς καὶ ἐν τῷ ϟε' ψαλμῷ προειρήκαμεν, ἔνθα· *Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ, σαλευθήτω ἡ θάλασσα, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς*· ἀνάγνωθι οὖν καὶ τὴν ἐκεῖ ῥηθεῖσαν ἐξήγησιν. Πλήρωμα δὲ τῆς θαλάσσης ἐνενόησάν τινες τοὺς πληροῦντας αὐτὴν ἰχθύας, ὡς καὶ αὐτῶν χαρᾷ σαλευομένων.

Ποταμοὶ κροτήσουσι χειρὶ ἐπὶ τὸ αὐτό. Ὁμοῦ ἐν χειρὶ κροτήσουσι, δίκην ἀνθρώπων συγχαιρόντων ἀλλήλοις, τουτέστι, καὶ αὐτοὶ μονονουχὶ σκιρτήσουσιν οἱ ποταμοὶ, τῆς παγκοσμίου χαρᾶς ἐρχομένης. Ἀναγωγικῶς δὲ ποταμοὶ, οἱ ῥέοντες τὸ πότιμον νᾶμα διὰ τῆς διδασκαλίας, περὶ ὧν εἴρηκεν ὁ Χριστός· *Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος*· ἢ ποταμηδὸν συῤῥέοντα πλήθη τῶν πιστῶν, ἐν ταῖς ἐκκλησίαις.

Τὰ ὄρη ἀγαλλιάσονται ἀπὸ προσώπου Κυρίου, ὅτι ἔρχεται. Καὶ αὐτὰ τὰ ὄρη ὥσπερ ἐν τῷ ϟε' ψαλμῷ, τὰ ξύλα τοῦ δρυμοῦ. Κατὰ δὲ ἀναγωγὴν ὄρη, οἱ προφῆται, διὰ τὸ ὕψος τῆς θεωρίας αὐτῶν·

A VERS. 4. *Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.* Illud, inquam, salutare, quod coram eis per apostolos revelatum est, ut supra declaravimus.

VERS. 5. *Jubilate Deo, omnis terra.* De jubilatione dictum est in psalmo XCIV, in secundo versiculo.

Cantate, et exsultate, et psallite. Cantate canticum novum, ut dictum est, et exsultate tanquam liberati a captivitate, et psallite ad demonstrandam lætitiam et gaudium vestrum.

VERS. 6. *Psallite Domino in cithara, in cithara et voce psalmi.* Per citharam juxta anagogen factivas virtutes intellige; per vocem vero psalmi,
B ipsam contemplationem. Glorificate Dominum, inquit, bene operando, et divina mysteria contemplando.

In tubis ductilibus, et voce tubæ corneæ. In evangelicis nimirum præceptis, quæ tubæ quidem plurali numero dicuntur, quia quatuor sunt Evangelia : et tuba singulari, quia, tametsi quatuor dicuntur Evangelia, seu potius quatuor evangelistæ, concordia tamen ac virtute unum atque idem est Evangelium. Et ductiles quidem has tubas dixit, veluti a sancto Spiritu fabricatas atque actas, corneam vero quasi animatam. Corneæ etenim tubæ ex animalium cornibus efficiuntur.

VERS. 7. *Jubilate in conspectu regis Domini.* De
C jubilatione sæpius dictum est.

Commoveatur mare et plenitudo ejus, orbis terrarum et universi qui habitant in eo. Per commotionem etiam hoc loco exsultationem intelligit, ut diximus in psalmo XCV, ibi : *Lætentur cœli, et exsultet terra, commoveatur mare et plenitudo ejus.* Vide, quæ illic exponendo diximus. Per plenitudinem vero maris, quidam pisces intellexerunt, qui illud replent : quasi ipsi etiam pisces ad lætitiam atque ad gaudium advocentur.

VERS. 8. *Flumina plaudent manu simul.* Flumina, inquit, una hominum instar, qui invicem congaudeant, quasi manibus quibusdam applau-
D dent. Ac si diceret : Ipsa etiam flumina exsultabunt, tanto universali gaudio adveniente. Juxta anagogen, per flumina, eos homines intelligere debemus, qui potabiles aquarum latices, et perpetuos doctrinæ fluxus habent, de quibus a Domino dictum est : *Si quis crediderit in me, flumina de ventre ejus fluent aquæ viventis* [1]; vel ipsas fidelium multitudines, quæ fluminis instar ad Ecclesiam confluunt.

Montes exsultabunt a facie Domini, quoniam venit. Ipsi etiam montes exsultabunt, quemadmodum in psalmo XCV exsultasse etiam legimus ligna silvarum. Juxta anagogen, montes prophetæ

[1] Joan. VII, 38.

sunt, ob contemplationum nimirum sublimitatem. Exsultabunt autem videntes quod omnia ea quæ prædixerunt re ipsa eventum suum consecuta sunt.

Vers. 9. *Quoniam venit judicare terram, orbem terræ in justitia, et populos in rectitudine.* Omnia hæc exposita sunt in psalmo xcv, ubi tamen non *in rectitudine* legimus, sed *in veritate tua :* ita ut idem intelligatur esse rectitudo, quod veritas. Quicunque enim verax fuerit, rectus etiam erit, et contra, quicunque rectus, verax.

Ipsi David Psalmus.

PSALMUS XCVIII.

Est etiam hic psalmus apud Hebræos absque inscriptione. Illa enim verba *Ipsi David*, addita fuerunt a Septuaginta, ut adnotavimus in inscriptione psalmi xcvi.

Vers. 1. *Dominus regnavit, irascantur populi.* Scribit Matthæus, quod nato Domino, *magi ab oriente venerunt Hierosolymam, dicentes : Ubi est, qui natus est rex Judæorum ?* quodque *audiens ea Herodes rex turbatus est, et universa Hierosolyma cum eo* [4]. Hoc igitur mysterium prævidens beatus David, dicit : Dominus rex natus est. Etenim Dominus de se dicebat : *Tu dicis quia rex sum ego, ego in hoc natus sum* [5], etc. Irascantur igitur Judæorum populi.

Qui sedet super Cherubim. Ille, inquam, Dominus regnavit, qui sedet super Cherubim, ut in lxxix psalmo declaratum est, ibi : *Qui sedes super Cherubim, manifestare.*

Commoveatur terra. Judæorum nimirum regio, quæ turbata est, ut jam diximus. Vel commoveatur omnis terra, aliis quidem ob metum perturbatis, aliis vero ad pietatem atque ad religionem commutatis.

Vers. 2. *Dominus in Sion magnus, et excelsus est super omnes populos.* Juxta historiam Christus magnus fuit in Jerusalem, docens, et efficiens miracula. *Egrediebatur* enim, inquit, *fama de eo* [6]. Item alibi : *Exiit fama ejus statim in omnes finitimas regiones* [7]. Et rursus : *Exiit fama ejus in totam Syriam* [8]. Juxta anagogen vero, magnus est Dominus in Ecclesia. Sion quippe interpretatur *specula*. Fidelium autem Ecclesia non immerito specula appellatur, cum fideles, qui in ea versantur (ut ait Apostolus [9]) non terrena solum, sed cœlestia contemplentur. In hac igitur Ecclesiæ specula Christus excelsus est super omnes homines, utpote, qui non tantum homo est, sed etiam Deus. Vel, magnus in Sion, excelsus autem in omnibus gentium populis, ut sit sensus, quod Christus magnificatur inter Judæos, et inter gentes, hoc est, in iis fidelibus, qui ex circumcisione sunt, atque in iis qui ex gentibus. Nam quod ait : *super omnes*, non solum significat supra omnes, sed etiam in omnibus.

A ἀγαλλιάσονται δὲ, τῆς προφητείας αὐτῶν εἰς ἔργον ἐξερχομένης.

VERS. 27. *Omnia a te exspectant, ut des eis cibum in tempore*. Omnia animalia, inquit, in te sperant, tametsi bruta ipsa, nulla animi ratione, cujus expertia sunt, sed naturali quodam instinctu id faciunt, quemadmodum supra diximus in versiculo : B *Quærunt a Deo escam sibi*. Exspectant autem ut des eis cibum, in tempore scilicet indigentiæ.

VERS. 28. *Dante te eis, colligent*. Cibum scilicet.

Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Per manum, tribuendi potentiam, et per bonitatem, providentiam intellige.

VERS. 29. *Avertente autem te faciem tuam, turbabuntur*. Faciem Dei, custodiam et protectionem divinam appellat.

Auferes spiritum eorum, et deficient, et in pulverem suum convertentur. Auferes (12) animam eorum, et morientur, atque ita demum resoluti, revertentur in terram suam, a qua desumpti sunt. C Est autem sermo de hominibus.

VERS. 30. *Emittes spiritum tuum, et creabuntur*. Emittes, inquit, vitalem spiritum tuum, et creabuntur iterum, resurgentes e terra; vel, Emittes Spiritum tuum, qui per sanctum baptisma venturus est, et creabuntur, in novam nimirum creaturam, atque in novum populum. Intelligi enim hoc potest de resurrectione a mortuis, vel de regeneratione baptismatis.

Et renovabis faciem terræ. Hoc est, pulchritudinem terræ, per quam ipsos homines intelligere possumus, vel ipsum etiam terræ elementum; quia *terra* tunc, ut inquit Apostolus, *liberabitur a corruptione* [37].

VERS. 31. *Sit gloria Domini in sæcula*. Cum alia D eorum, quæ dicta sunt, jam effecerit Deus, alia nunc efficiat, alia deinceps effecturus sit.

Lætabitur Dominus in operibus suis. In operibus, inquam, quæ divinæ incarnationis gratia effecta fuerint, vel in operibus creationis mundi.

VERS. 32. *Qui respicit terram, et facit eam tremere*. Terræ motu nimirum. Iracunde enim terram aspicit, cum libet : quæ illius aspectum ferre non valens, contremiscit, naturali, vel potius ineffabili quodam sensu.

Qui tangit montes, et fumigant. Quemadmodum

[37] Rom., VIII, 21.

Variæ lectiones.

(12) Explanatio non necessaria, ut animadversio.

accidit in monte Sina. Tacti autem a Domino montes fumigant, instar herbæ, quæ igni propinquior sit facta. Illud vero animadvertendum est, ne verba illa, *qui respicit*, et, *qui tangit*, humano more, sed digne Deo intelligamus.

VERS. 33. *Cantabo Domino in vita mea*. Donec vixero.

Psallam Deo meo, quandiu sum. Eumdem repetit sermonem, clarioris intelligentiæ gratia.

VERS. 34. *Jucundum sit ei eloquium meum*. Placebit ei sermo meus, quem offeram in psalmis et canticis; vel, Sermo meus et conversatio mea illi erit grata.

Ego vero lætabor in Domino. Quod sermo meus ac conversatio mea, ut diximus, ei placeat.

VERS. 35. *Deficiant peccatores a terra, et iniqui, ita ut non sint*. Deficiant, inquam, effecti pro peccatoribus justi, pro iniquis æqui, ita ut amplius non sint quales fuere, sed mutentur. Optat itaque Propheta, non ut homines, sed ut vitia deleantur. Vel, iniquos et peccatores, ipsos appellat dæmones, aut eos qui immedicabili vitio laborant, quique alios non secus ac pestis quædam inficiunt et lædunt. (Illud prædictis addi potest, quod quemadmodum is qui preces ad Deum fundit, petens nullos esse ægrotos, nullos pauperes, non hominum, sed ægritudinum et paupertatis interitum cupit, ita et beatus David his verbis, non hominum, sed vitiorum ac scelerum expetivit interitum.)

Benedic, anima mea, Domino. Finem psalmo apponit consimilem principio. Non me latet præterea, quosdam allegorice hunc psalmum exposuisse: verum hujusmodi expositionem libenter omisi, tanquam violentam quodammodo, et quæ non facile ab omnibus recipiatur.

Alleluia.

PSALMUS CIV.

Abunde dictum est in Prooemio operis de psalmis, quibus inscriptum est, *Alleluia*. Significat autem hæc dictio, *Laudate eum qui est*, vel, *Laudate Dominum*. Hortatur itaque nos in præsenti psalmo Propheta, ut hymnos et laudes Deo concinamus. Privatim vero multa connumerat beneficia in priorem populum Dei olim collata, atque inter cætera, quomodo pro exiguo ac tenui populo, ut olim erant, amplum ac numerosissimum constituerit.

VERS. 1. *Confitemini Domino, et invocate nomen ejus*. Simile est dictum illud Prophetæ: *Confitemini ei, laudate nomen ejus*, quod exposuimus in psalmo XCIX.

Annuntiate in gentibus opera ejus. In psalmo XCV dixit: *Annuntiate in gentibus gloriam ejus*, idem æque dicens, quod nunc. Gloria enim Dei ea est, quam in consequentibus declarabit.

Cantate et psallite ei. In Prooemio operis, et multis aliis in locis abunde docuimus de differentia inter canticum et psalmum (quodque sæpenumero idem significant, quanquam hujusmodi dictiones geminatæ, aut invicem conjunctæ intentionem quamdam sermonis efficere soleant).

Narrate omnia mirabilia ejus. In prædicto etiam

A ἐπὶ τοῦ Σινᾶ. Καπνίζονται γὰρ δίκην χόρτου, πλησιάσαντος πυρί· θεοπρεπῶς δὲ νοητέον, καὶ τὸ *Ὁ ἐπιβλέπων*, καὶ τὸ *Ὁ ἁπτόμενος*.

Ἄσω τῷ Κυρίῳ ἐν τῇ ζωῇ μου. Ἕως ἂν ζῶ.

Ψαλῶ τῷ Θεῷ μου ἕως ὑπάρχω. Παλιλλογεῖ, σαφηνείας ἕνεκεν.

Ἡδυνθείη αὐτῷ ἡ διαλογή μου. Ἀρέσει αὐτῷ ἡ διάλεξίς μου, ἡ διὰ τῶν ᾠδῶν καὶ τῶν ψαλμῶν, ἤγουν, ἡ πρὸς αὐτὸν ὁμιλία μου, οἱ διαλογισμοί μου.

Ἐγὼ δὲ εὐφρανθήσομαι ἐπὶ τῷ Κυρίῳ. Ἡδυνθείσης αὐτῷ τῆς διαλογῆς μου, καθὼς εἴρηται.

B *Ἐκλίποιεν ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἄνομοι, ὥστε μὴ ὑπάρχειν αὐτούς*. Ἐκλίποιεν, γινόμενοι οἱ μὲν ἁμαρτωλοὶ δίκαιοι, οἱ δὲ ἄνομοι ἔννομοι, ὥστε μὴ ὑπάρχειν αὐτοὺς, οἷοί εἰσιν, ἀλλὰ μεταβληθῆναι. Εὔχεται οὖν οὐ τοὺς ἀνθρώπους ἀφανισθῆναι, ἀλλὰ τὴν κακίαν αὐτῶν. Ἢ ἁμαρτωλοὺς καὶ ἀνόμους τοὺς δαίμονάς φησιν, ἢ τοὺς ἀνιάτους τὴν κακίαν ἔχοντας, ὡς λύμην τῶν ὑγιαινόντων.

Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον. Ἐοικὸς τῇ ἀρχῇ τὸ τέλος ἐπέθηκεν. Οὐκ ἠγνόησα δὲ τάς τινων

C εἰς τὸν παρόντα ψαλμὸν ἀλληγορίας· ἀλλ' ἑκὼν παρῆκα ταύτας, ὡς βεβιασμένας τε καὶ δυσπαραδέκτους.

Ἀλληλούϊα.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΔ'.

Εἴρηται ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς βίβλου τῶν ψαλμῶν περὶ τῶν ἐχόντων ἐπιγραφὴν τὸ *ἀλληλούϊα*. Ἑρμηνεύει δὲ τοῦτο, *Αἰνεῖτε τὸν ὄντα*, ἤτοι *τὸν Κύριον*. Προτρέπεται δὲ ὁ ψαλμὸς ὑμνεῖν τὸν Θεὸν, καὶ διδάσκει τὰ ἔθνη περὶ ὧν εὐηργέτησεν ὁ Θεὸς τὸν πάλαι λαόν· καὶ οἷον ἀφ' οἵου τοῦτον ἐποίησεν.

D *Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐπικαλεῖσθε τὸ ὄνομα αὐτοῦ*. Ὅμοιόν ἐστι τὸ, *Ἐξομολογεῖσθε αὐτῷ, αἰνεῖτε τὸ ὄνομα αὐτοῦ*, ὅπερ ἡρμηνεύσαμεν ἐν τῷ Ϟθ' ψαλμῷ.

Ἀπαγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ἐν δὲ τῷ Ϟε' ψαλμῷ φησιν· *Ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὴν δόξαν αὐτοῦ*· τὸ αὐτὸ λέγων. Δόξα γὰρ αὐτοῦ, ἃ προϊὼν ἐρεῖ.

Ἄσατε αὐτῷ, καὶ ψάλατε αὐτῷ. Καὶ ἐν τῷ ῥηθέντι προοιμίῳ τῆς παρούσης βίβλου καὶ ἐν πολλοῖς τῶν ψαλμῶν εἴρηται περὶ διαφορᾶς ᾠδῆς καὶ ψαλμοῦ.

Διηγήσασθε πάντα τὰ θαυμάσια αὐτοῦ. Καὶ ἐν

τῷ προερμηνευθέντι ϞΕ' ψαλμῷ εἴρηκεν· *Ἐν πᾶσι* A *τοῖς λαοῖς τὰ θαυμάσια αὐτοῦ.*

Ἐπαινεῖσθε ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ. Μέγα φρονεῖτε καὶ καυχᾶσθε ἐν τῷ ὀνομάζεσθαι Χριστιανοί. Πρὸς γὰρ τοὺς ἀποστόλους ὁ λόγος, καὶ τοὺς διαδόχους αὐτῶν.

Εὐφρανθήτω καρδία ζητούντων τὸν Κύριον. Τῶν ἐπικαλουμένων αὐτὸν εἰς βοήθειαν· βοηθήσονται γάρ.

Ζητήσατε τὸν Κύριον, καὶ κραταιώθητε. Κραταιώθητε εἰς τὸ ζητῆσαι αὐτὸν, καὶ μὴ χαυνοῦσθε.

Ζητήσατε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ διὰ παντός. Τὸ B πρόσωπον αὐτοῦ, τουτέστιν αὐτὸν περιφραστικῶς· ἢ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ· ἢ τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, τὸν Χριστὸν, ὅς ἐστιν ἀπαράλλακτος εἰκὼν τοῦ Πατρὸς, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· *Ὁ ἑωρακὼς* γὰρ, φησὶ, *μὲ ἑώρακε καὶ τὸν Πατέρα.*

Μνήσθητε τῶν θαυμασίων αὐτοῦ, ὧν ἐποίησε. Μνήσθητε τούτων, διδάσκοντες τὰ ἔθνη, καὶ ἀναγγείλατε αὐτά.

Τὰ τέρατα αὐτοῦ καὶ τὰ κρίματα τοῦ στόματος αὐτοῦ. Μνήσθητε δηλονότι. Ἀδιάφορος δὲ ἡ σύνταξις. Τέρατα μὲν οὖν αἱ ὑπερφυεῖς θεοσημεῖαι, κρίματα δὲ αἱ ἀποφάσεις αὐτοῦ αἱ διὰ τοῦ νόμου C αὐτοῦ.

Σπέρμα Ἀβραὰμ, δοῦλοι αὐτου. Ὦ σπέρμα Ἀβραάμ. Καλεῖ δὲ τοὺς ἀποστόλους.

Υἱοὶ Ἰακὼβ ἐκλεκτοὶ αὐτοῦ. Οὐ τοιαῦτα πάντα (13). Καὶ δοῦλοι μὲν κατὰ τὸ, *Εἰ οὖν ἐγὼ ὁ Κύριος καὶ ὁ διδάσκαλος ἔνιψα ὑμῶν τοὺς πόδας·* ἐκλεκτοὶ δὲ κατὰ τὸ, *Οὐχ ὑμεῖς μὲν ἐξελέξασθε, ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς.*

Αὐτὸς Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν. Αὐτὸς ὁ Χριστός.

Ἐν πάσῃ τῇ γῇ τὰ κρίματα αὐτοῦ. Οὐκ ἐν Ἰου- D δαίοις μόνον· πανταχοῦ γὰρ διεδόθησαν.

Ἐμνήσθη εἰς τὸν αἰῶνα διαθήκης αὐτοῦ. Τῆς εἰς τὸν αἰῶνα διαθήκης αὐτοῦ, τῆς αἰωνίου, ἤτοι τῆς ἀμετακινήτου καὶ ἀναλλοιώτου. Καταλέγει δὲ λοιπὸν ἐντεῦθεν ὁ προφήτης τὰς εἰς Ἑβραίους εὐεργεσίας, ἄνωθεν ἀπὸ Ἀβραὰμ ἀρξάμενος.

Λόγου οὗ ἐνετείλατο εἰς χιλίας γενεάς. Τὸ αὐτὸ

psalmo XCV legimus : *In omnibus gentibus mirabilia ejus.*

VERS. 3. *Laudamini in nomine sancto ejus.* Exsultate, inquit, ac valde gloriamini in hoc Christiano nomine. Ad apostolos enim est sermo, et ad eorum successores.

Lætetur cor quærentium Dominum. Hoc est, invocantium eum in auxilium : præsto quippe eis aderit. Vel, lætetur cor hominum accedentium ad Deum per mandatorum semitam, quæ illuc perducit : invenient enim eum.

VERS. 4. *Quærite Dominum et roboramini.* Constantes estote et fortes in perquirendo eum, omnemque animi mollitiem ac languorem depellite.

Quærite faciem ejus. Per faciem Dei, Deum ipsum circumloquitur, vel divinam indicat custodiam ac protectionem erga homines : aut ipsum fortassis unigenitum Dei Filium, Christum intelligit, qui incommutabilis est imago Patris, et character substantiæ ejus : *Qui* enim, inquit, *vidit me, vidit et Patrem meum* [38].

VERS. 5. *Mementote mirabilium ejus quæ fecit.* Quando salutarem ejus doctrinam annuntiabitis, tunc admirabilia etiam cuncta quæ fecerit, prædicate.

Prodigia ejus et judicia oris ejus. Repete verbum, *Mementote.* Abutitur autem hic quarto casu, pro secundo; quem loquendi modum dictio etiam Græca servavit. Prodigia autem, ea sunt quæ a Deo præter omnem naturæ legem fiunt; judicia vero ea quæ Deus, data per Moysem lege, decrevit.

VERS. 6. *Semen Abrahæ servi ejus.* Vos, inquit, o semen Abrahæ, qui servi ejus estis. Ad apostolos autem sermo est.

Filii Jacob electi ejus. Apostoli nimirum, qui duobus his a Deo insigniti sunt nominibus. Nam et servi ex eo videri possunt, quod dixit ad eos Christus : *Si ego Dominus et magister lavi pedes vestros* [39]; et electi, quia idem alibi ait : *Non vos elegistis me, sed ego elegi vos* [40].

VERS. 7. *Ipse Dominus Deus vester.* Ipse scilicet Christus.

In omni terra judicia ejus. Non in Judæa tantum, sed ubique locorum divulgata sunt ejus judicia. Universo quippe orbi sunt tradita.

VERS. 8. *Memor fuit in sæculum testamenti sui.* Testamenti sui, quod in sæculum est, hoc est, æterni atque incommutabilis. Incipit autem Propheta ex hoc loco connumerare beneficia in Hebræorum populum collata, et ab ipso exorditur Abraham.

Verbi quod mandavit in mille generationes. Idem

[38] Joan. XIV, 9. [39] Joan. XIII, 14. [40] Joan. XV, 16.

Variæ lectiones.

(13) Græce *cujus sunt hæc omnia :* quæ porro ? an, *prodigia et judicia ?* Latina interpretatio fortasse minus exacta, certe commodior.

repetit. Per testamentum enim et per verbum, promissionem a Deo Abrahæ factam intelligit. Memor etiam, inquit, fuit Deus, sermonis quem mandavit in mille generationes, hoc est, qui ad multas nationes pervenit. *Mille* enim posuit pro Multis, et *Mandavit* pro Pollicitus est.

Vers. 9. *Quod disposuit ad Abraham.* Quod verbum scilicet.

Et juramenti sui ad Isaac. Memor item fuit juramenti sui, quod juravit filio Abrahæ Isaac. Eadem etenim promissio filio, quæ patri facta est, tam de regione, quam de multitudine seminis. Quid autem sit juramentum Dei, diximus in psalmo LXXXVIII, ibi : *Juravi David servo meo.*

Vers. 10. *Et statuit illud Jacob in præceptum.* Adeo ut ipse Jacob certus jam esset, mandatum illud Dei violari non debere.

Et Israel in testamentum æternum. Ut esset ipsi Israel incommutabile æque ac sempiternum testamentum.

Vers. 11. *Dicens : Tibi dabo terram Chanaan.* Palæstinam scilicet, quam Chananæi populi habitabant.

Funiculum hæreditatis vestræ. Hoc est mensuram ac portionem vestram.

Vers. 12. *Cum essent numero breves.* Hæc, inquam, ita disposuit et pollicitus est Deus, cum adhuc pauci essent, Abraham nimirum, Isaac et Jacob atque eorum liberi.

Paucissimi et peregrini in ea. Quin imo paucissimi cum essent et derelicto paulo ante patrio solo, in Chananæorum terra, veluti hospites atque extranei morarentur : *Abraham* enim, ut inquit Scriptura, *peregrinatus est in terra Chanaan* [41].

Vers. 13. *Et pertransierunt de gente in gentem.* Per multas nationes vagati sunt, et plurimas sedes commutarunt, quæ omnia in libro Geneseos exponuntur.

Et de regno in populum alterum. Aliæ enim regiones ad regis imperium administrabantur, aliæ vero communi populorum concilio, more reipublicæ.

Vers. 14. *Non permisit hominem nocere eis.* Neminem, inquit, permisit injuria eos afficere. Pharaonem quippe ob Sarram uxorem magnis cruciatibus torsit; ipsi quoque Abimelech, Palæstinorum regi, consimili de causa iratus, et noctu imminens, horrenda quædam comminatus est supplicia, nisi Sarram restitueret : illud etiam addens : *Quoniam propheta est Abraham, et si pro te oraverit, vives* [42]. Ab iratis prætereа atque infensis animis Esau, et Laban dilectum sibi protexit Jacob, multosque alios simili modo prohibuit, ne patriarchis injuriam inferrent.

Et redarguit pro eis reges. Redarguit eos, confuditque ac perterruit cum injusti essent, veluti Pharaonem Ægypti, et Abimelech Palæstinæ reges.

[41] Gen. XXXV, 27. [42] Gen. XX, 7

A λέγει πάλιν, διαθήκην ἢ λόγον τὴν ὑπόσχεσιν τῆς εἰρημένης γῆς ὀνομάζων. Ἐμνήσθη γὰρ, φησὶ, τοῦ λόγου, οὗ ἐνετείλατο, τοῦ εἰς χιλίας γενεὰς, τοῦ μέχρι πολλῶν γενεῶν ἐξικνουμένου· χιλίας γὰρ νῦν ἁπλῶς τὰς πολλὰς καλεῖ, καὶ τὸ *ἐνετείλατο* δὲ ἀντὶ τοῦ ἐπηγγείλατο τέθεικεν.

Ὃν διέθετο τῷ Ἀβραάμ. Ὃν λόγον δηλονότι.

Καὶ τοῦ ὅρκου αὐτοῦ τῷ Ἰσαάκ. Καὶ ἐμνήσθη πάλιν τοῦ ὅρκου αὐτοῦ τοῦ ὀμοσθέντος τῷ Ἰσαάκ. Τὸ αὐτὸ γὰρ καὶ τῷ Ἰσαὰκ ἐπηγγείλατο περί τε τῆς γῆς καὶ τοῦ πληθυσμοῦ τοῦ σπέρματος. Τί δέ ἐστιν ὅρκος Θεοῦ, εἴρηται ἐν τῷ πη' ψαλμῷ· ἔνθα τὸ, *Ὤμοσα Δαβὶδ τῷ δούλῳ μου.*

Καὶ ἔστησεν αὐτὸν τῷ Ἰακὼβ εἰς πρόσταγμα.
B Τὸ εἶναι πρόσταγμα ἀπαράβατον.

Καὶ τῷ Ἰσραὴλ εἰς διαθήκην αἰώνιον. Εἰς τὸ εἶναι διαθήκην ἀμετακίνητον, ἀναλλοίωτον, ὡς εἴρηται.

Λέγων· Σοὶ δώσω τὴν γῆν Χαναάν. Τὴν Παλαιστίνην, ἣν κατῴκουν οἱ Χαναναῖοι.

Σχοίνισμα κληρονομίας ὑμῶν. Μέτρημα, μέρισμα.

Ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἀριθμῷ βραχεῖς. Λέγων ταῦτα καὶ διατιθέμενος, καὶ ὑπισχνούμενος, ὅτε ἦσαν ἀριθμῷ βραχεῖς οἱ περὶ τὸν Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ.

C *Ὀλιγοστοὺς καὶ παροίκους ἐν αὐτῇ.* Μετανίσται γὰρ παρῴκησαν εἰς τὴν γῆν τῶν Χαναναίων οἱ περὶ τὸν Ἀβραάμ· καὶ *Ὁ Ἀβραὰμ* γὰρ, φησὶ, *παρῴκησεν ἐν γῇ Χαναάν.*

Καὶ διῆλθον ἐξ ἔθνους εἰς ἔθνος. Πολλὰ ἔθνη διερχόμενοι, καὶ τόπους ἐκ τόπων ἀμείβοντες, περὶ ὧν ἁπάντων ἡ βίβλος τῆς Γενέσεως ἱστορεῖ.

Καὶ ἐκ βασιλείας εἰς λαὸν ἕτερον. Τινὲς μὲν γὰρ χῶραι ἐβασιλεύοντο, τινὲς δὲ ἐδημοκρατοῦντο.

Οὐκ ἀφῆκεν ἄνθρωπον ἀδικῆσαι αὐτούς. Ἄνθρωπον, ἤτοι τινά· τὸν μὲν γὰρ Φαραὼ ἤτασεν
D ἐτασμοῖς μεγάλοις καὶ πονηροῖς, καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ διὰ Σάῤῥαν γυναῖκα Ἀβραάμ· τῷ δὲ Ἀβιμέλεχ ἐπιστὰς νυκτὸς, εἶπεν ἄλλα τε φοβερὰ, καὶ ὅτι Ἀπόδος τὴν γυναῖκα τῷ ἀνθρώπῳ. Εἶτα ἐπήγαγεν ὅτι *Προφήτης ἐστὶ, καὶ εὔξεται περὶ σοῦ, καὶ ζήσῃ.* Τὸν Ἡσαῦ δὲ καὶ τὸν Λάβαν οὐκ ἀφῆκεν ἀδικῆσαι τὸν Ἰακὼβ, καὶ ἄλλους πολλοὺς οὐ συνεχώρησε βλάψαι τοὺς εἰρημένους τρεῖς πατριάρχας.

Καὶ ἤλεγξεν ὑπὲρ αὐτῶν βασιλεῖς. Ἤλεγξεν αὐτοὺς τοὺς ἀδίκους, ᾔσχυνεν, ἐφόβησεν· ὡς τὸν Φαραὼ βασιλέα Αἰγύπτου, καὶ τὸν Ἀβιμέλεχ βασιλέα Γεράρων.

Μὴ ἅπτεσθε τῶν χριστῶν μου, καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονηρεύεσθε. Λέγων καὶ ταῦτα δηλονότι. *Χριστοὺς* μὲν αὐτοὺς ὠνόμασεν, ὡς κεχρισμένους τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, ἢ τῷ προφητικῷ χαρίσματι· προφήτας δὲ, ὡς πολλὰ προφητεύσαντας. Καὶ γὰρ καὶ πρὸς τὸν Ἀβιμέλεχ εἶπεν ὁ Θεὸς, ὡς εἴρηται, περὶ τοῦ Ἀβραὰμ, ὅτι προφήτης ἐστίν. Ῥητῶς μὲν οὐ κεῖνται ταῦτα ἐν τῇ προῤῥηθείσῃ βίβλῳ, τὸ *Μὴ ἅπτεσθε τῶν χριστῶν μου*, καὶ τὰ ἑξῆς· ἕτερα δὲ εἰς τὴν αὐτὴν διάνοιαν τείνονται.

A VERS. 15. *Nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari.* Redarguit, inquam, eos, dicens hujusmodi verba. *Christos* autem patriarchas appellavit, veluti sancto Spiritu vel gratia prophetandi unctos; prophetas vero, quia futura multa prædixerunt. Quocirca Deus ipse, cum loqueretur, ut diximus, ad Abimelech, attestatus est de Abraham, quod propheta esset. Quod si quis dicat verba præsentis versiculi, ut hic jacent, in libro Geneseos non haberi satis esse arbitramur, quod quæ ibi dicuntur ad hujusmodi sensum tendant.

Καὶ ἐκάλεσε λιμὸν ἐπὶ τὴν γῆν. Ἔταξεν, ἔπεμψε, προοδοποιῶν εὐμηχάνως περὶ τὸν Ἰακὼβ εἰς τὴν Αἴγυπτον κάθοδον, ὅτε τὰ ἑπτὰ ἔτη τῆς εὐθηνίας ἑπτὰ ἕτερα διεδέξαντο.

VERS. 16. *Et vocavit famem super terram.* Hoc est, ordinavit, seu misit, summo ipse artificio iter præparans Jacob et filiis ejus, ut descenderent B in Ægyptum, quando septem fertilitatis annos, et totidem famis sustinuerunt.

Πᾶν στήριγμα ἄρτου συνέτριψε. Πᾶσαν ἰσχὺν τροφῆς συνέτριψε, πᾶσαν ὑπόστασιν βρώσεως ἠφάνισεν.

Et omne firmamentum panis contrivit. Esculenta omnia consumpsit, et quidquid famis solatium est, delevit.

Ἀπέστειλεν ἔμπροσθεν αὐτῶν ἄνθρωπον. Ἔμπροσθεν τῶν περὶ τὸν Ἰακὼβ τὸν Ἰωσὴφ, τῇ πονηρίᾳ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ χρησάμενος εἰς δέον, καὶ τὴν εἰς δουλείαν ἀπαγωγὴν ἀποστολὴν ποιησάμενος. Διότι καὶ πρὸς αὐτοὺς εἴρηκεν· ὅτι *Εἰς ζωὴν ἀπέσταλκέ με ὁ Θεὸς ἔμπροσθεν ὑμῶν.*

VERS. 17. *Misit ante eos hominem.* Fecit Deus ut Joseph præiret familiam Jacob, et impiorum fratrum malignitate ipse usus est in bonum. Unde nefarium eorum delictum, quo ille in servitutem actus est, Propheta hic mitiori vocabulo Dei missionem atque apostolatum nuncupat, dicens quod Deus eum præmiserit. Quamobrem ipse etiam Joseph fratribus suis dicebat : *In vitam misit me Deus ante vos* [13].

Εἰς δοῦλον ἐπράθη Ἰωσήφ. Παρὰ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ τοῖς Ἰσμαηλίταις, καὶ παρὰ τῶν Ἰσμαηλιτῶν αὖθις εἰς Αἴγυπτον τῷ Πεντεφρῇ.

In servum venundatus est Joseph. A fratribus venundatus est Ismaelitis, et ab Ismaelitis rursus in C Ægypto, Pentephræ Pharaonis eunucho.

Ἐταπείνωσαν ἐν πέδαις τοὺς πόδας αὐτοῦ. Ἐκάκωσαν οἱ περὶ τὸν κύριον αὐτοῦ, βάλλοντες εἰς τὸ δεσμωτήριον.

VERS. 18, 19. *Humiliaverunt in compedibus pedes ejus.* Afflictus quippe fuit Joseph a domino suo in Ægypto, missusque ab eo in carcerem.

Σίδηρον διῆλθεν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. Τουτέστιν αὐτός. Σίδηρον δὲ λέγει τὸν σιδηροῦν κλοιόν· ἢ σίδηρον, ἤτοι τὸ ξίφος διέφυγεν, ἄχρι τοῦ ἐλθοῦσα.

Ferrum pertransiit anima ejus. — *Anima ejus*, hoc est, ipse Joseph pertransiit ferrum. Per ferrum vero ferreum quoddam supplicii genus intelligit. Vel, *Pertransiit ferrum*, pro Effugit gladiu. Ad ipsum enim pene gladium devenerat.

Μέχρι τοῦ ἐλθεῖν τὸν λόγον αὐτοῦ. Ἢ τὴν σοφίαν αὐτοῦ, καθ' ἣν ἔλυσε τοὺς ὀνείρους τῶν συνδεσμίων· ἢ τὴν φροντίδα, ἣν ἐφρόντισεν αὐτοῦ ὁ Θεὸς, θέλων αὐτὸν δοξάσαι, καὶ τὸ γένος αὐτοῦ.

Donec veniret verbum ejus. Hoc est, donec veniret sapientia illa, qua somnia convinctorum comitum dissolvit ; vel, donec veniret consilium, quod disposuerat Deus de Joseph, volens eum et genus ejus clarum ac celebre reddere apud omnes.

Τὸ λόγιον (14) *Κυρίου ἐπύρωσεν αὐτόν.* Ὁ ἐνδιάθετος λόγος ὁ παρὰ Θεοῦ δοθεὶς ἡμῖν, καθ' ὃν λογικοὶ λεγόμεθα. Ὁ φυσικὸς νόμος πυρωθῆναι αὐτὸν παρεσκεύασεν ἐν τῇ καμίνῳ τῶν πειρασμῶν, καὶ ἔδειξε καθαρὸν καὶ δόκιμον, ὡς χρυσόν· ἐδίδασκεν γὰρ αὐτὸν ὁ λόγος οὗτος, ὅτι οὐ χρὴ γυναικὸς ἀλλοτρίας ἅπτεσθαι.

D *Eloquium Domini inflammavit eum.* (Græca lectio pro *eloquio*, λόγιον habet, quæ dictio a dictione λόγος, deducitur, quæ non verbum tantum aut sermonem, sed rationem etiam significat. Unde et λόγιον non *eloquium* simpliciter, sed *rationale eloquium* significabit.) Sensus erit igitur quod intima illa atque innata cuique homini ratio, quam Deus nobis largitus est, ut per eam rationales et dicamur, et simus, quod hæc, inquam, natura homini

[13] Gen. XLV, 5.

Variæ lectiones.

(14) Ad verbum : *Ingenita ratio quæ a Deo nobis data est unde rationales dicimur, naturalis nimirum lex, effecit ut is se velut igne explorandum præberet in tentationum fornace, utque inde purus probatusque, tanquam aurum egrederetur. Edocuit enim eum hæc ipsa ratio, nefas esse alienam mulierem contingere.* Latinus interpres explicuit dictionem λόγιον, in qua vis est, sensumque concinniorem reddidit. Quod satagit fere semper.

insita rationis flammula, cum in afflictionum, et calamitatum fornace tentatum, constantem atque invictum reddidit, ac veluti igne examinatum purgatissimi auri instar summa eum munditia et puritate conspicuum demonstravit, atque effecit ut castitatis zelo succensus, non modo alienam uxorem non appeteret, sed ut dominæ eum etiam appetentis, laqueos relicta veste præterfugeret.

VERS. 20. *Misit rex, et solvit eum.* Pharao scilicet, quemadmodum in libro Geneseos omnia aperte sunt tradita.

Princeps populi et dimisit eum. Idem repetit, ut facit sæpenumero.

VERS. 21. *Constituit eum dominum domus suæ et principem omnis possessionis suæ, ut erudiret principes ejus sicut seipsum, et seniores ejus sapientiam doceret.* Deo scilicet omnia hæc ita dispensante.

VERS. 23. *Et ingressus est Israel in Ægyptum.* Per modum autem compendii, brevibus verbis historiam narrat.

Et Jacob peregrinatus est in terra Cham. Idem rursus repetit. Per terram vero Cham, Ægyptum intelligit: Ægyptus enim fuit filius Cham: unde ab utroque eorum nomen desumpsit.

VERS. 24. *Et auxit populum suum vehementer.* Deus nimirum, qui auxit populum Israel. Populum vero Dei ideo eos appellavit, quia soli Judæi rite Deum colere videbantur.

Et roboravit eum super inimicos ejus. Supra Ægyptios scilicet, qui Israelitas pariter, et ipsum Deum oderant.

VERS. 25. *Convertit cor ejus, ut odio haberet populum ejus.* Cor scilicet Pharaonis, non illius dico qui amabat Joseph, sed alterius qui eum non noverat. *Induravit* enim inquit, *Deus cor Pharaonis* [44], hoc est, obdurari permisit ut afflicti scilicet Israelitæ cum ardore animi ad Ægypti exitum contenderent, et acerbissimam Ægyptiorum pressuram evaderent.

Et dolum faceret in servis ejus. Ut scilicet strueret insidias. Dixit enim Pharao Ægyptiis: *Ecce nunc gens ista valde multiplicatur, et invalescit super nos* [45]. Quapropter universos, qui ex Judæis mares nascerentur, occidi jussit, aut necari.

VERS. 26. *Misit Moysem servum suum.* Deus scilicet misit.

Aaron, quem elegit sibi. Fratrem Moysi.

VERS. 27. *Posuit in eis verba signorum suorum.* Mandata scilicet divina, quibus efficerent miracula. Vel, docuit eos causas signorum suorum, atque eorum modos. (Græca enim dictio λόγους, ut diximus, non solum verba sed rationes etiam et causas significat.)

Et prodigiorum suorum in terra Cham. De signis et prodigiis dictum est psalmo LXXVII ibi: *Quem-*

A *Ἀπέστειλεν βασιλεὺς καὶ ἔλυσεν αὐτόν.* Ὁ Φαραώ. Ἐν τῇ δηλωθείσῃ δὲ βίβλῳ τῆς Γενέσεως πάντα σαφῶς ἱστόρηται.

Ἄρχων λαοῦ καὶ ἀφῆκεν αὐτόν. Τὸ αὐτὸ λέγει πάλιν, ὡς εἴωθε πολλάκις ποιεῖν.

Κατέστησεν αὐτὸν κύριον τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ ἄρχοντα πάσης τῆς κτήσεως αὐτοῦ, τοῦ παιδεῦσαι τοὺς ἄρχοντας αὐτοῦ, ὡς ἑαυτὸν, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους αὐτοῦ σοφίσαι. Τοῦ Θεοῦ ταῦτα οἰκονομοῦντος.

Καὶ εἰσῆλθεν Ἰσραὴλ εἰς Αἴγυπτον. Κατ' ἐπιτομὴν τὴν ἱστορίαν διέξεισι.

Καὶ Ἰακὼβ παρῴκησεν ἐν γῇ Χάμ. Τὸ αὐτὸ
B λέγει πάλιν· γῆ γὰρ Χὰμ ἡ Αἴγυπτος· ἐπεὶ ὁ Αἴγυπτος ἔκγονος ἦν τοῦ Χάμ, ὧν καὶ ἄμφω τὰς κλήσεις αὕτη ἔσχεν ἡ γῆ.

Καὶ ηὔξησε τὸν λαὸν αὐτοῦ σφόδρα. Τοῦ Ἰσραὴλ ὁ Θεὸς, ἢ, τὸν ἑαυτοῦ (15)· μόνοι γὰρ οὗτοι τὸν Θεὸν ἐσέβοντο.

Καὶ ἐκραταίωσεν αὐτὸν ὑπὲρ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. Ὑπὲρ τοὺς Αἰγυπτίους, οἵτινες ἐμίσουν καὶ τοὺς Ἰσραηλίτας καὶ τὸν Θεόν.

Μετέστρεψε τὴν καρδίαν αὐτοῦ, τοῦ μισῆσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ. Τὴν καρδίαν τοῦ Φαραὼ, οὐ τοῦ φιλοῦντος τὸν Ἰωσὴφ, ἀλλ' ἑτέρου μὴ εἰδότος αὐτόν· *Ἐσκλήρυνε* γὰρ, φησὶν, *ὁ Θεὸς τὴν καρδίαν Φαραώ*· τουτέστι σκληρυνθῆναι παρεχώρησεν, ἵνα,
C κακούμενοι οἱ Ἰσραηλῖται, θερμῶς ἐπιθυμήσωσιν ἐξελθεῖν ἐκ τῆς Αἰγύπτου, καὶ φυγεῖν τὴν λύμην αὐτῶν.

Τοῦ δολιοῦσθαι ἐν τοῖς δούλοις αὐτοῦ. Τοῦ ἐπιβουλεύειν. Εἴρηκε γὰρ ὁ Φαραὼ πρὸς τοὺς Αἰγυπτίους· *Ἰδοὺ νῦν πολυπληθεῖ τὸ ἔθνος, καὶ ἰσχύει ὑπὲρ ἡμᾶς*· καὶ λοιπὸν προσέταξεν ἀναιρεῖσθαι τὰ ἄῤῥενα τῶν τικτομένων βρεφῶν.

Ἐξαπέστειλε Μωϋσῆν τὸν δοῦλον αὐτοῦ. Ὁ Θεός.

Ἀαρὼν ὃν ἐξελέξατο ἑαυτῷ. Τὸν ἀδελφὸν Μωϋσέως.

Ἔθετο ἐν αὐτοῖς τοὺς λόγους τῶν σημείων αὐτοῦ. Τὰ προστάγματα τὰ περὶ τῶν σημείων αὐτοῦ, ὥστε διὰ αὐτῶν ἐνεργεῖσθαι ταῦτα· ἢ ἐγνώ-
D ρισεν αὐτοῖς τὰς αἰτίας τῶν σημείων αὐτοῦ, καὶ τοὺς τρόπους αὐτῶν.

Καὶ τῶν τεράτων αὐτοῦ ἐν γῇ Χάμ. Περὶ σημείων καὶ τεράτων εἴρηται ἐν τῷ οζ' ψαλμῷ· ἔνθα

[44] Exod. IX, 12 et passim. [45] Exod. I, 10.

Variæ lectiones.

(15) Fidelius *auxit Deus populum ejus, hoc est populum suum* (αὐτοῦ pro ἑαυτοῦ) *soli enim Judæi Deum colebant.*

τὸ, *Ὃς ἔθετο ἐν Αἰγύπτῳ τὰ σημεῖα αὐτοῦ, καὶ τὰ τέρατα αὐτοῦ ἐν πεδίῳ Τάνεως*· καὶ ἐν ἐκείνῳ γὰρ τῷ ψαλμῷ τὰς εἰς τοὺς Ἰσραηλίτας εὐεργεσίας ἱστόρησεν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἐξόδου μόνον ἀρξάμενος τῆς ἐξ Αἰγύπτου καὶ τρόπον ἕτερον.

Ἐξαπέστειλε σκότος καὶ ἐσκότασεν. Καὶ μὴν πρὸ τοῦ σκότους ἑτέρας πληγὰς τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπήγαγε· τίθεικε δὲ τοῦτο πρῶτον ὁ Δαβὶδ ἀδιαφόρως. Ἢ καὶ ἐπεὶ κάλλιστον ὁμοῦ καὶ ἀναγκαιότατον τοῖς ἀνθρώποις τὸ φῶς, τὴν διὰ τοῦ σκότους τιμωρίαν ὡς βαρυτάτην προέταξε. Καὶ ἐν τῷ οζ' ψαλμῷ ἀπαρατηρήτως διηγεῖται τὰς τοιαύτας μάστιγας, ὡς εἰρήκαμεν· ἔνθα τὸ, *Ἐξαπέστειλεν εἰς αὐτοὺς κυνόμυιαν.*

Ὅτι παρεπίκραναν τοὺς λόγους αὐτοῦ. Ὅτι, φησὶν, οἱ Αἰγύπτιοι παρώξυναν τὰ προστάγματα αὐτοῦ, κελεύσαντος ἀπολῦσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ· παρεπίκραναν δὲ αὐτοὺς ἀπειθοῦντες. Καταχρηστικὸν δὲ ἐπὶ τῶν λόγων τὸ *παρεπίκραναν.* Ἢ καὶ ἄλλως· διὰ τῶν λόγων τὸν λαλήσαντα ἐνέφηνε. Τινὲς δὲ τὸ *παρεπίκραναν*, παρέβησαν ἑρμηνεύουσιν, ὡς καὶ τοῦτο δηλούσης παρ' Ἑβραίοις ἔστιν ὅτε τῆς τοιαύτης λέξεως. Ἔνια δὲ τῶν ἀντιγράφων *οὐ παρεπίκραναν* γράφουσιν, ὡς ἀναφέρεσθαι τοῦτο πρὸς Μωϋσῆν καὶ Ἀαρών.

admodum *posuit in Ægypto signa sua, et prodigia sua in campo Taneos;* in quo psalmo etiam beneficia Dei in Israeliticum populum commemoravit, quanquam illic ab exitu Ægypti tantum initium faciat, et diverso ordine ea prosequatur.

VERS. 28. *Misit tenebras, et obscuravit.* Atqui ante tenebras, alias Ægyptiis plagas intulit : sed beatus David indifferenter hanc plagam primo loco commemorat. Vel, ut gravissimam omnium præposuit, cum lux, quæ per tenebras aufertur, rerum omnium sit pulcherrima et in hominibus maxime opportuna. In prædicto etiam psalmo LXXVII, nullo ordine hujusmodi plagas commemoravit, ut ibi diximus, in versiculo : *Misit cynomyiam.*

Quoniam exacerbaverunt sermones ejus. Quoniam, inquit, Ægyptii irritaverant ejus mandata, eo tempore, quo jusserat dimitti eorum populum. Exacerbaverunt autem sermones Dei, eis non credentes. Improprie autem atque abusive dictum est de sermonibus Dei, quod exacerbaverint eos. Vel aliter, per sermones ejus illum significat, qui sermones protulerat. Aliqui etiam verbum *Exacerbaverunt*, exponunt pro *Transgressi sunt*, quod apud Hebræos aliquando hujusmodi significationem habeat. Quædam vero exemplaria negandi dictionem habent : *Et non exacerbaverunt*, ita ut referatur ad Moysem et Aaron.

Μετέστρεψε τὰ ὕδατα αὐτῶν εἰς αἷμα. Καὶ ἀπέκτεινε τοὺς ἰχθύας αὐτῶν. Ζήτησον ἐν τῷ εἰρημένῳ ψαλμῷ· *Καὶ μετέστρεψεν εἰς αἷμα τοὺς ποταμοὺς αὐτῶν.*

VERS. 29. *Convertit aquas eorum in sanguinem, et occidit pisces eorum.* Vide in prædicto psalmo, ibi : *Et convertit in sanguinem flumina eorum.*

Ἐξεῖρψεν ἡ γῆ αὐτῶν βατράχους (16). Ἐν ἐκείνῳ καὶ περὶ τούτων ἡρμήνευται· *Ἐξεῖρψε*, ἀντὶ ἐξέδωκεν ἑρπυστικά. Ἢ καὶ ἄλλως· ἐκ τῶν ὑδάτων μὲν οἱ βάτραχοι γεγόνασιν, ὡς ἡ βίβλος τῆς Γενέσεως παρίστησι· τὸ δὲ *ἐξεῖρψεν ἡ γῆ*, ἀντὶ τοῦ Ἐξειρφθη, ἐκαλύφθη κατὰ βατράχους· ἐνεργητικὸν παθητικὴν ἔχον σημασίαν· ἢ καὶ βατράχους ἀντὶ τοῦ βατράχοις ἀντίπτωσις.

VERS. 30. *Et ebullivit terra eorum ranas.* Ibi etiam de hoc dictum est. *Ebullivit* autem, hoc est, Repente ranas edidit. Ex aquis enim ortæ sunt ranæ ut in Genesi legimus [44], quarum tanta fuit copia, ut ranarum quasi fontes emittere terra videretur : et quanquam Græca dictio, ἐξεῖρψεν, quæ hoc in loco habet, proprie, non tam *ebullire*, quam *repentes edere* significet, quod verbum reptili ranarum naturæ convenientissimum fuit : tamen hoc pacto, satis commode sensum reddi arbitrati sumus, postquam unico Latino verbo, ut par erat, sensum apte reddere non sperabamus.

Ἐν τοῖς ταμείοις τῶν βασιλείων αὐτῶν. Οὐ μόνον ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις τόποις, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς εἰς τὰ βασίλεια ταμείοις, ἔνθα πολλὴ φυλακὴ καὶ ἀσφαλής.

In penetralibus regiarum ipsorum. Non tantum omnibus aliis in locis sed in ipsis quoque regiis domibus, atque in penitioribus eorum locis, quo tutissimum solet esse confugium.

Εἶπε καὶ ἦλθε κυνόμυια καὶ σκνῖπες ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῶν. Ἐκεῖ καὶ περὶ τούτων ἐῤῥέθη, ἔνθα τὸ, *Ἐξαπέστειλεν εἰς αὐτοὺς κυνόμυιαν.*

VERS. 31. *Dixit et venit cynomyia et sciniphes in omnibus finibus eorum.* Illic etiam de his dictum est, ibi : *Misit in eos cynomyiam.*

Ἔθετο τὰς βροχὰς αὐτῶν χάλαζαν, πῦρ καταφλέγον ἐν τῇ γῇ αὐτῶν. Καὶ ἐπάταξε τὰς ἀμπέλους αὐτῶν καὶ τὰς συκᾶς αὐτῶν, καὶ συνέτριψε πᾶν ξύλον ὁρίου αὐτῶν. Εἶπε καὶ ἦλθεν ἀκρὶς καὶ βροῦχος, οὗ οὐκ ἦν ἀριθμός· καὶ

VERS. 32-36. *Posuit pluvias eorum grandinem, ignem comburentem in terra ipsorum, et percussit vineas eorum, et ficulneas eorum, et contrivit omne lignum finium eorum. Dixit et venit locusta, et bruchus cujus non erat numerus : et comedit omnem*

[44] Gen. I, 20

Variæ lectiones.

(16) Græca interpretatio pendet ab ipso versiculo, cujus verba ita sonant : *Prorepsit terra eorum ranas.* His autem verbis Græcus interpres consonam animadversionem addidit, Grammaticum agens, more suo. Latinus, retento sensu, aptissime reddidit *Ebullivit;* quocirca Græca animadversione nihil opus habuit.

herbam in terra eorum, et comedit omnem fructum terræ eorum. Et percussit omne primogenitum in terra eorum, primitias omnis laboris eorum. De his etiam illic dictum est.

Vers. 37. *Et eduxit eos in argento et auro.* Quod mutuo acceperant ab Ægyptiis, Deo id jubente, et reputatum est hoc in mercedem ministerii, quod impenderant fabricando lateres, et aliis operibus inserviendo.

Et non erat in tribubus eorum infirmus. Ea autem ratione ita a Deo provisum est, ne aliquis ob ægritudinem in itinere relinqueretur, et quanquam Moyses id specialiter non scripserit, satis tamen ex eo intelligi potest, quod aliquem eorum ægrotasse nusquam traditur; et fortassis beatus David aliunde hoc didicit. Vel aliter: Qui Deum sequuntur, non infirmantur; quin imo omnia possunt in Christo, qui eis vires ac robur suggerit. Potuit etiam beatus David id scivisse, ex aliquo non celebrato libro, veluti ex his quos apocryphos nominant, aut ex seniorum sermone, aut etiam a divino Spiritu edoctus, a quo multa perdidicit

Vers. 38. *Lætata est Ægyptus in profectione eorum, quia incubuit timor eorum super eos.* Incubuerat timor, ob flagella a Deo Ægyptiis immissa, Judæorum gratia. Per Ægyptum autem, Ægyptios homines intelligit. Cum autem hujusmodi flagella compendio quodam percurrerit, redit rursum ad beneficia in Hebræos collata.

Vers. 39-41. *Expandit nubem in protectione eorum, et ignem ut luceret eis per noctem: petierunt et venit coturnix, et pane cœli saturavit eos: dirupit petram, et fluxerunt aquæ, et abierunt in sicco flumina.* De his omnibus etiam in prædicto psalmo dictum est. Abiisse autem dicit in sicco flumina, quia aquæ, quæ a petra manarunt, per aridas regiones devolutæ sunt. Hujusmodi vero aquæ rivulos, flumina appellavit, ob aquarum copiam.

Vers. 42. *Quoniam memor fuit verbi sui, quod habuit ad Abraham puerum suum.* Illius nimirum promissionis, quod multiplicaturus esset semen ejus, et quod daturus eis esset terram Chanaan, hoc est, Palæstinam regionem.

Vers. 43. *Et eduxit populum suum in exsultatione.* Gaudentem, scilicet, et lætantem post Ægyptiorum demersionem.

Et electos suos in lætitia. Eumdem populum electos appellat, tanquam Deo dicatum.

Vers. 44. *Et dedit illis regiones gentium.* Eorum quæ incolebant Palæstinam.

Et labores populorum hæreditarunt. Gentium nimirum illarum quas jam commemoravimus.

Vers. 45. *Ut custodiant justificationes ejus, et legem ejus exquirant.* Hæc autem fecit exhortans ad observationem mandatorum suorum, atque ad exquisitionem legis suæ. Per exquisitionem autem, summum desiderium intellige. Nam quod quis valde desiderat, illud etiam summo studio exquirit.

A *κατέφαγε πάντα χόρτον ἐν τῇ γῇ αὐτῶν, καὶ κατέφαγε πάντα καρπὸν τῆς γῆς αὐτῶν. Καὶ ἐπάταξε πᾶν πρωτότοκον ἐν τῇ γῇ αὐτῶν, ἀπαρχὴν παντὸς πόνου αὐτῶν.* Ὁμοίως καὶ περὶ τούτων ἐκεῖ.

Καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐν ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ. Ἃ ἐχρήσαντο παρὰ τῶν Αἰγυπτίων, οὕτω τοῦ Θεοῦ κελεύσαντος, ὥστε λογισθῆναι ταῦτα μισθὸν τῆς πλινθοποιίας καὶ τῆς ἄλλης ὑπηρεσίας.

Καὶ οὐκ ἦν ἐν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν ὁ ἀσθενῶν. Ἵνα μηδεὶς ἀπολειφθείη διὰ νόσον. Μωσῆς μὲν ῥητῶς οὐκ ἀνέγραψεν, νοεῖται δὲ διὰ τὸ μηδαμοῦ μνημονευθῆναί τινα νοσήσαντα. Καὶ ἑτέρως δέ· Οἱ ἀκολουθοῦντες τῷ Θεῷ οὐκ ἀσθενοῦσι, πάντα ἰσχύ-
B οντες ἐν τῷ δυναμοῦντι αὐτοὺς Χριστῷ· Ἴσως δὲ καὶ ἑτέρωθεν ἐδιδάχθη περὶ τοῦ Δαβὶδ, ἢ ἐξ ἀποκρύφου βιβλίου, ἢ ἐκ παραδόσεως, ἢ ἐκ τοῦ θείου Πνεύματος, ὡς περὶ ἑτέρων πολλῶν.

Εὐφράνθη Αἴγυπτος ἐν τῇ ἐξόδῳ αὐτῶν, ὅτι ἐπέπεσεν ὁ φόβος αὐτῶν ἐπ' αὐτούς. Ἐπέπεσεν ὁ φόβος αὐτῶν διὰ τὰς ὑπὲρ αὐτῶν θεηλάτους μάστιγας. Αἴγυπτον δὲ λέγει τοὺς ὑπολειφθέντας Αἰγυπτίους. Διεξελθὼν δὲ τὰς κατὰ τῶν Αἰγυπτίων πληγὰς ἐπιτομώτερον, ἤδη μεταβαίνει καὶ ἐπὶ τὰς εἰς τοὺς Ἑβραίους εὐεργεσίας.

Διεπέτασεν νεφέλην εἰς σκέπην αὐτοῖς, καὶ πῦρ τοῦ φωτίσαι αὐτοῖς τὴν νύκτα. Ἤτησαν καὶ
C *ἦλθεν ὀρτυγομήτρα, καὶ ἄρτος οὐρανοῦ ἐνέπλησεν αὐτούς. Διέῤῥηξε πέτραν, καὶ ἐῤῥύησαν ὕδατα, καὶ ἐπορεύθησαν ἐν ἀνύδροις ποταμοί.* Ἐν ἐκείνῳ τῷ ψαλμῷ καὶ περὶ τούτων ἐῤῥέθη. Ἐπορεύθησαν, φησὶν, ἐν ἀνύδροις τόποις ποταμοὶ ῥέοντες ἀπὸ τῆς διαῤῥαγείσης ἐκείνης πέτρας. Ποταμοὺς δὲ τοὺς ὀχετοὺς ἐκάλεσε διὰ τὸ πλῆθος τῶν ὑδάτων.

Ὅτι ἐμνήσθη τοῦ λόγου τοῦ ἁγίου αὐτοῦ, τοῦ πρὸς Ἀβραὰμ τὸν δοῦλον αὐτοῦ. Τοῦ λόγου τῆς ἐπαγγελίας, ὅτι πληθυνεῖ τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ ὅτι δώσει αὐτῷ τὴν γῆν Χαναὰν, ἤτοι τὴν Παλαιστίνην.

Καὶ ἐξήγαγε τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν ἀγαλλιάσει.
D Χαίροντα μετὰ τὴν τῶν Αἰγυπτίων καταπόντισιν.

Καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐν εὐφροσύνῃ. Τὸν αὐτὸν λαὸν λέγει καὶ ἐκλεκτοὺς, ὡς ἐξῃρημένον τῷ Θεῷ.

Καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς χώρας ἐθνῶν. Τῶν κατοικούντων τὴν Παλαιστίνην.

Καὶ πόνους λαῶν κατεκληρονόμησαν. Τῶν εἰρημένων ἐθνῶν.

Ὅπως ἂν φυλάξωσι τὰ δικαιώματα αὐτοῦ, καὶ τὸν νόμον αὐτοῦ ἐκζητήσωσι. Ταῦτα δὲ ἐποίησεν αὐτοῖς, προτρεπόμενος αὐτοὺς εἰς φυλακὴν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ, ἤτοι πρὸς ἐκζήτησιν τοῦ νόμου αὐτοῦ. Ὡς ἐκζήτησιν δὲ νόει τὸν πόθον· ὃ γάρ τις ποθεῖ, τοῦτο καὶ ἐκζητεῖ.

A

'Αλληλούϊα.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΕ'.

Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς ὅμοιος τῷ προλαβόντι, τὰ τοῦ Θεοῦ θαυμάσια διηγούμενος· ἔτι δὲ καὶ τὴν τῶν Ἑβραίων μὲν ἀχαριστίαν καὶ πονηρίαν, αὐτοῦ δὲ μακροθυμίαν καὶ φιλανθρωπίαν, ὁμοίαν ἐκείνῳ φέρει καὶ τὴν ἐπιγραφήν.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ, ὅτι χρηστός. Ἐξομολογεῖσθε αὐτῷ τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν, ὅτι ἀγαθὸς καὶ ἀμνησίκακος τοῖς ἐξομολογουμένοις.

B

Ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦτον τὸ ἔλεος αὐτοῦ, τοῖς μετανοοῦσιν· εἰς δὲ τὸν μέλλοντα ἡ κρίσις αὐτοῦ· διὸ χρὴ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦτον ἐξομολογεῖσθαι. Ἢ ὅτι ἀεὶ ἐλεεῖ, καὶ προσῆκον ἀεὶ ἐξομολογεῖσθαι· ἢ ὅτι αἰώνιον τὸ ἔλεος αὐτοῦ τοῖς ἀξίοις.

Τίς λαλήσει τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου; Τὰς μεγαλοδυνάμους εὐεργεσίας, τὰς εἰς τὸν λαὸν αὐτοῦ· ὄντως οὐδείς, ὡς ἀνεφίκτους· ἢ ἁπλῶς τὰς μεγαλουργίας· *Ὁ Θεὸς* γάρ, φησίν, *ἡμῶν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ πάντα ὅσα ἠθέλησεν, ἐποίησεν.* Ἢ τὰς θεοπρεπεῖς δυνάμεις, ἃς ἐργάσεται πολιτευόμενος ἐν σαρκί, ὡς εἶναι τοῦτο προφητείαν περὶ αὐτῶν.

C

Ἀκουστὰς ποιήσει πάσας τὰς αἰνέσεις αὐτου; Τίς ἐπαγγελεῖ τὰς ἐφ' ἑκάστῳ τούτων ἁρμοζούσας αἰνέσεις;

Μακάριοι οἱ φυλάσσοντες κρίσιν. Οἱ τηροῦντες νόμον Θεοῦ· ἢ οἱ ἔχοντες κρίσιν εἰς τὸ κρίνειν ὀρθῶς, μὴ μόνον ἑτέροις, ἀλλὰ καὶ πρὸ τούτων ἑαυτοῖς· ὥστε μὴ παραχωρεῖν κατεξανίστασθαι τὸ χεῖρον ὑπὸ τοῦ κρείττονος, μηδὲ νικᾶσθαι τὸ καλὸν ὑπὸ τοῦ κακοῦ.

Καὶ ποιοῦντες δικαιοσύνην ἐν παντὶ καιρῷ. Ἑαυτοῖς, ὡς εἴρηται, καὶ ἑτέροις

D

Μνήσθητι ἡμῶν, Κύριε, ἐν τῇ εὐδοκίᾳ τοῦ λαοῦ σου. Προϊδὼν ὁ Δαβὶδ τὰ κατὰ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν, καὶ τὸν νέον λαόν, ἱκετεύει μνημονευθῆναι τότε καὶ αὐτόν, εὐδοκίαν λέγων τὴν ἐκλογὴν τοῦ τοιούτου λαοῦ· Μνήσθητι, φησίν, ἡμῶν εἰς τὸ συντάξαι καὶ ἡμᾶς ἐκείνῳ· ἢ εὐδοκίαν, περὶ ἧς ἔλεγον οἱ ἄγγελοι· *Ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία.*

Ἐπίσκεψαι ἡμᾶς ἐν τῷ σωτηρίῳ σου. Τὸ αὐτὸ λέγει πάλιν ἐπιτείνων τὴν αἴτησιν. Ἐν τῷ σωτηρίῳ, φησί, τῷ παρὰ σοῦ γενησομένῳ ἐν τῷ κόσμῳ, ὅπερ ἐστὶν ἡ ἐνανθρώπησις· *Αὐτὸς* γάρ, φησί, *σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ.*

Τοῦ ἰδεῖν ἐν τῇ χρηστότητι τῶν ἐκλεκτῶν

Alleluia.

PSALMUS CV.

Hic Psalmus similiter, ut proxime præcedens, mirabilia Dei opera narrat, multaque in Judæorum populum collata a Deo beneficia: rursusque summam istorum ingratitudinem ac malignitatem, Deique ineffabilem longanimitatem et misericordiam exponit: similemque priori inscriptionem sortitus est.

VERS. 1. *Confitemini Domino, quoniam bonus.* Gratias agite ei, ut alibi dictum est. Vel confitemini ei peccata vestra, quoniam bonus est, injuriarumque ac delictorum immemor, si, qui ea perpetrarunt, scelus illi suum fateantur.

Quoniam in sæculum misericordia ejus. In præsenti sæculo misericordia ejus pœnitentibus præsto est, in futuro autem judicium reservatur: atque ideo oportet in hoc sæculo ei confiteri. Vel: Quia Deus semper miseretur, decet, ut nos etiam semper ei confiteamur. Vel: In sæculum misericordia ejus est, quia iis qui ea digni sunt, misericordia Dei semper patet.

VERS. 2. *Quis loquetur potentias Domini?* Hoc est, maxima ac potentissima ejus beneficia, quæ in populum suum contulit. Nemo quippe ea unquam narrabit. Ineffabilia enim sunt. Vel, simpliciter potentias expone, pro *Magna ejus opera. Deus* enim *noster*, alibi inquit, *in cœlo, omnia, quæcunque voluit, fecit* [47]. Vel potentias ejus divinas, quas operatus est, cum versaretur in carne, ita ut sit prophetia de operibus Christi.

Auditas faciet omnes laudes ejus? Quis in unaquaque re meritas ejus laudes annuntiabit?

VERS. 3. *Beati qui custodiunt judicium.* Qui servant legem Dei: vel, qui habent judicium ad recte judicandum, non solum aliis, sed sibi ipsis in primis, ita ut non permittant ea quæ deteriora sunt insurgere adversus potiora, neque bonum vinci a malo.

Et faciunt justitiam in omni tempore In seipsis, ut dixi, et in aliis.

VERS. 4. *Memento nostri, Domine, in beneplacito populi tui.* Prævidens beatus David incarnationis dispensationem, et futurum novum populum, supplicat sui tunc memoriam haberi, beneplacitum appellans hujusmodi populi electionem a Deo faciendam. Memor esto, inquit, nostri, ut cum eligendo illo a te populo, nos simul conjungas. Vel beneplacitum appellat bonam voluntatem, de qua angeli dicebant: *Hominibus bona voluntas* [48].

Visita nos in salutari tuo. Idem rursus repetit, petitionem suam magis intendens. In salutari, inquit, quod per te in mundo futurum est, hoc est, in incarnatione tua: *Ipse* enim inquit *salvabit populum suum* [49].

VERS. 5. *Ut videamus in bonitate electorum tuo-*

[47] Psal. cxiii, 3. [48] Luc. ii, 14. [49] Isa. xxxiii 22

rum. Ut videamus et nos in beneficiis populi tui, ea scilicet, quæ illi vident. Verum ad discipulos suos Christus dicebat : *Multi prophetæ et justi optaverunt videre, quæ vos videtis* [80].

Ut lætentur in lætitia gentis tuæ. Gentis Christianorum scilicet, de qua rursum angelus dixit : *Ecce evangelizo vobis gaudium magnum* [81].

Ut laudemur cum hæreditate tua. Per hæc omnia supplicat communionem et participationem quamdam habere in sorte atque in hæreditate novi populi : quasi et ipse beatus David jam omnia crederet, quæ de Christo credenda erant, et magnitudine fidei jam esset insignis.

VERS. 6. *Peccavimus cum patribus nostris, inique egimus, injustitiam fecimus*. Intelligi possunt verba hæc, et quæ sequuntur, prolata esse veluti in persona eorum qui ex circumcisione credituri erant in Christum, ita ut beatus David revelatione sancti Spiritus futura prænoscens, illorum, ut diximus, personam inducens, confiteatur peccata, quæ ante hujusmodi fidem commiserant.

VERS. 7. *Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua*. Non intellexerunt miracula, quæ illic facta sunt.

Et non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ. Quæ in eos tunc facta est. Non intellexerunt autem, et memores non fuerunt, hoc est, omnium obliti sunt. Id vero accidit, quando appropinquantes mari Rubro, viderunt post se Ægyptiorum exercitum : *Tunc* enim, inquit, *perterriti valde, dixerunt ad Moysem : Quia sepulcra non erant in Ægypto, eduxisti nos ut occideremur in deserto?* item : *Dimitte nos, ut serviamus Ægyptiis, satius enim est eis servire, quam in deserto occumbere* [82].

Et exacerbaverunt ascendentes in mari Rubro. Hujusmodi verba dicentes, irritaverunt eum, secus mare Rubrum, cui vicinum est desertum : ubi castrametati murmurabant, vel ascendentes ad mare Rubrum. Ascendentes autem dixit, quia Ægypti regio unde ascendebant in Palæstinam, humilior est.

VERS. 8. *Et salvavit eos propter nomen suum*. Non conclusit eos in manus Ægyptiorum persequentium, ne blasphemaretur Deus, quasi infirmus esset, aut fallax. Nam alio qui ob propriam ingratitudinem indigni erant salute.

Ut notam faceret potentiam suam. Ut summas, inquit, vires suas, non Hebræis tantum, aut Ægyptiis, sed omnibus etiam nationibus notas redderet.

VERS. 9. *Et increpavit mare Rubrum, et exsiccatum est*. Statim ut præcepit, continuo in mar' medium quoddam iter exaruit.

Et deduxit eos in abysso, tanquam in deserto. Quasi

A *σου*. Τοῦ ἰδεῖν καὶ ἡμᾶς ἐν τῇ εὐεργεσίᾳ τοῦ λαοῦ σου, ἃ κἀκεῖνοι. Διὸ καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγε πρὸς αὐτοὺς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ· ὅτι *Πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν, ἃ εἴδετε*.

Τοῦ εὐφρανθῆναι ἐν τῇ εὐφροσύνῃ τοῦ ἔθνους σου. Τοῦ τῶν Χριστιανῶν. Περὶ ἧς εὐφροσύνης εἶπεν πάλιν ὁ ἄγγελος, ὅτι *Ἰδοὺ εὐαγγελίζομαι ἡμῖν χαρὰν μεγάλην*.

Τοῦ ἐπαινεῖσθαι μετὰ τῆς κληρονομίας σου. Διὰ τῶν εἰρημένων πάντων ἱκετεύει κοινωνίαν ἔχειν καὶ αὐτὸν ἐν τῷ κλήρῳ τοῦ νέου λαοῦ, ὡς ἤδη πιστεύσαντα.

Ἡμάρτομεν μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν, ἠνομή-
B *σαμεν, ἠδικήσαμεν*. Νοηθεῖεν ἂν τά τε ῥηθέντα, τά τε προκείμενα, καὶ προσώπῳ τῶν ἐκ περιτομῆς μελλόντων πιστεῦσαι εἰς Χριστὸν, ὡς ἀπὸ τούτων τοῦ Δαβὶδ ταῦτα φθεγγομένου κατὰ τὴν ὑφήγησιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τὰς πρὸ τοῦ πιστεῦσαι αὐτοῦ ἁμαρτίας ἐξομολογουμένου.

Οἱ πατέρες ἡμῶν οὐ συνῆκαν τὰ θαυμάσιά σου. Οὐ συνῆκαν τὰ ἐκεῖ τερατουργηθέντα.

Οὐκ ἐμνήσθησαν τοῦ πλήθους τοῦ ἐλέους σου. Τοῦ εἰς αὐτοὺς γενομένου τότε. Οὐ συνῆκαν δὲ καὶ οὐκ ἐμνήσθησαν, τουτέστιν, ἐπελάθοντο πάντων τότε· ὅτι δηλαδὴ, πλησιάσαντες τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσ-
C σῃ, εἶδον τοὺς Αἰγυπτίους στρατοπεδεύσαντας ὀπίσω αὐτῶν. *Τότε γὰρ*, φησὶν, *φοβηθέντες σφόδρα, εἶπον πρὸς Μωϋσῆν· Παρὰ τὸ μὴ ὑπάρχειν μνήματα ἐν Αἰγύπτῳ, ἐξήγαγες ἡμᾶς ἀποκτεῖναι ἐν τῇ ἐρήμῳ;* Καὶ ἔτι· *Πάρες ἡμᾶς ὅπως δουλεύσωμεν τοῖς Αἰγυπτίοις· κρεῖσσον γὰρ ἦν ἡμᾶς δουλεύειν τοῖς Αἰγυπτίοις ἢ ἀποθανεῖν ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ*.

Καὶ παρεπίκραναν ἀναβαίνοντες ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Καὶ τοιαῦτα λέγοντες, παρώργισαν αὐτὸν παρὰ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν· πλησίον γὰρ αὐτῆς ἡ ἔρημος· ὅπου στρατοπεδεύσαντες τοιαῦτα ἐγόγγυζον, ἢ ἀναβαίναντες πρὸς τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν. Ἀναβαίνοντες δὲ εἶπε, διότι χθαμαλή ἐστιν ἡ Αἴγυπτος, ὅθεν ἀνέβαινον.

D *Καὶ ἔσωσεν αὐτοὺς ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ*. Οὐ συνέκλεισεν αὐτοὺς εἰς τὰς χεῖρας τῶν καταδιωκόντων Αἰγυπτίων, ἵνα μὴ βλασφημηθῇ, ὡς ἀσθενὴς ἢ ἀπατεών· αὐτοὶ γὰρ ἀνάξιοι ἦσαν σωτηρίας, ὡς ἀγνώμονες.

Τοῦ γνωρίσαι τὴν δυναστείαν αὐτοῦ. Τοῦ γνωσθῆναι τὸ μεγαλοδύναμον αὐτοῦ οὐ μόνον Ἑβραίοις καὶ Αἰγυπτίοις, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν.

Καὶ ἐπετίμησε τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, καὶ ἐξηράνθη. Ἐπάταξεν αὐτῇ, καὶ ἐξηράνθη κατὰ τὸ μέσον.

Καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς ἐν ἀβύσσῳ ὡς ἐν ἐρήμῳ.

[80] Matth. XIII, 17. [81] Luc. II, 10. [82] Exod. XIV, 11, 12.

Ὡς ἐν ξηρᾷ. *Ἐν ἀβύσσῳ* δὲ εἶπε, διὰ τὸ ὁδεύειν A μέσον τῆς θαλάσσης.

Καὶ ἔσωσεν αὐτοὺς ἐκ χειρὸς μισοῦντος. Τοῦ Φαραώ.

Καὶ ἐλυτρώσατο αὐτοὺς ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν. Τῶν Αἰγυπτίων.

Ἐκάλυψεν ὕδωρ τοὺς θλίβοντας αὐτοὺς, εἷς ἐξ αὐτῶν οὐχ ὑπελείφθη. Ὕδωρ τὸ τῆς θαλάσσης.

Καὶ ἐπίστευσαν τῷ λόγῳ αὐτοῦ. Ταῖς ἐπαγγελίαις αὐτοῦ.

Καὶ ᾖσαν τὴν αἴνεσιν αὐτοῦ. Ἦσαν τὴν ἐπινίκιον ᾠδὴν, ἣν ὑπηγόρευσεν αὐτοῖς Μωϋσῆς.

Ἐτάχυναν, ἐπελάθοντο τῶν ἔργων αὐτοῦ. Ταχέως ἐπελάθοντο πάλιν τῶν εἰς αὐτοὺς εὐεργεσιῶν· ὅτε, πεινάσαντες καὶ μνησθέντες τῶν λεβήτων B τῶν κρεῶν, καὶ τῆς πλησμονῆς τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἄρτων, διεγόγγυζον.

Οὐχ ὑπέμειναν τὴν βουλὴν αὐτοῦ. Οὐκ ἀνέμειναν τὴν βουλὴν αὐτοῦ, βουλομένου οἰκονομῆσαί τι, καὶ διὰ τοῦτο παραχωρήσαντος πεινάσαι αὐτούς.

Καὶ ἐπεθύμησαν ἐπιθυμίαν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ἐπιθυμίαν, ὡς εἴρηται, κρεῶν καὶ ἄρτων.

Καὶ ἐπείρασαν τὸν Θεὸν ἐν ἀνύδρῳ. Ζήτησον ἐν τῷ οζʹ ψαλμῷ τὸ, *Παρεπίκραναν τὸν Ὕψιστον ἐν ἀνύδρῳ, καὶ ἐξεπείρασαν τὸν Θεὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν.*

Καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς τὸ αἴτημα αὐτῶν. Τὸ περὶ βρωμάτων· ἔτι δὲ καὶ τὸ περὶ ὕδατος. Αἴτημα δὲ C λέγει τὴν ἐπιθυμίαν· οὐ γὰρ ᾐτήσαντο, ἀλλ' ἐπεθύμησαν καὶ ἐγόγγυσαν.

Ἐξαπέστειλε πλησμονὴν εἰς τὰς ψυχὰς αὐ-. Οὐχ ἁπλῶς αὐτοῖς ἔδωκε κρέας μὲν τὴν ὀρτυγομήτραν, ἄρτον δὲ τὸ μάννα, ὕδωρ δὲ τὸ ἐν μεῤῥᾷ γλυκανθὲν καὶ τὸ ἐκ πέτρας ῥυὲν, ἀλλ' ἄχρι κόρου.

Καὶ παρώργισαν τὸν Μωϋσῆν ἐν τῇ παρεμβολῇ. Τῇ περὶ Δαθὰν καὶ Ἀβειρών· ἀντέστησαν γὰρ αὐτῷ, ὡς ἡ τῶν Ἀριθμῶν βίβλος ἱστορεῖ.

Τὸν Ἀαρὼν τὸν ἅγιον Κυρίου. Τὸν καθιερωμένον Κυρίῳ. Οἱ περὶ Κορὲ Λευῖται, φιλονεικοῦντες ἱερατεύειν. D

Ἠνοίχθη ἡ γῆ, καὶ κατέπιε Δαθάν. Ζῶντα.

Καὶ ἐκάλυψεν ἐπὶ τὴν συναγωγὴν Ἀβειρών. Καὶ ἐκάλυψε τὴν συναγωγὴν Ἀβειρών. Περιττὴ γὰρ ἡ πρόθεσις. Ἡ μὲν οὖν εἰρημένη βίβλος ἅμα καὶ τὸν Δαθὰν καὶ τὸν Ἀβειρὼν, καὶ τὴν περὶ αὐτοὺς συναγωγὴν, καὶ τὰ κτήνη αὐτῶν, καὶ τὰς σκηνὰς αὐτῶν, καὶ πάντα ὅσα ἦν αὐτοῖς, φησὶ συγκαταποθῆναι· Δαβὶδ δὲ διεῖλεν αὐτοὺς, αὔξων τὴν συμφορὰν αὐτῶν.

Καὶ ἐξεκαύθη πῦρ ἐπὶ τῇ συναγωγῇ αὐτῶν. Τῶν περὶ Κορέ· πῦρ γὰρ ἐξελθὼν παρὰ Κυρίου κατέκαυσε τοὺς διακοσίους καὶ πεντήκοντα ἄνδρας τοὺς προσφέροντας τὸ θυμίαμα.

in arido aliquo solo. In *abysso*, autem dixit, quod per medium maris iter facerent.

Vers. 10. *Et salvavit eos de manu inimici.* Pharaonis scilicet, persequentis odio.

Et redimit eos de manu inimicorum. Ægyptiorum scilicet.

Vers. 11. *Et operuit aqua tribulantes eos, unus ex eis non remansit.* Aqua maris scilicet.

Vers. 12. *Et crediderunt verbo ejus.* Id est, promissionibus divinis.

Et laudaverunt laudem ejus. Cecinerunt enim canticum pro victoria, quod mandavit illis Moyses.

Vers. 13. *Acceleraverunt, obliti sunt operum ejus.* Cito iterum obliti sunt beneficiorum, quæ contulerat in eos Deus. Quando scilicet esurientes et reminiscentes lebetum, carnium, et saturitatis panum, quos in Ægypto habuerant, murmurarunt.

Non sustinuerunt consilium ejus. Non exspectarunt exitum divini consilii, quo mira providentia, ob eorum salutem auxilium a Deo serius demittebatur, et esurire permittebantur.

Vers. 14. *Et concupierunt concupiscentiam in deserto.* Concupiscentiam carnium et panum, ut dictum est.

Et tentaverunt Deum in inaquoso. Vide in psalmo LXXVII, ibi: *Exacerbaverunt in inaquoso, et tentaverunt Deum in cordibus suis.*

Vers. 15. *Et dedit illis petitionem ipsorum.* Cibos quippe, et aquam largissime præbuit. Per petitionem vero, desiderium hic intellige. Nihil enim aperte petierunt, sed secum taciti murmurantes ea concupiscebant.

Misit saturitatem in animas eorum. Non tenuiter eos aluit, sed ad satietatem alimentum exhibuit, pro carnibus quidem coturnices, et pro panibus manna: aquam præterea, tum eam quæ ex amara dulcis effecta est, tum eam quæ ex petra defluxit.

Vers. 16. *Et irritaverunt Moysem in castris.* Dathan nimirum et Abiron, qui restiterunt ei, ut in libro Numerorum traditur.

Aaron sanctum Domini. Sanctificatum et dedicatum Deo. Irritaverunt autem eum Core, et alii ambientes fungi sacerdotio.

Vers. 17. *Aperta est terra, et deglutivit Dathan.* Eum quippe vivum absorbuit.

Et operuit super congregationem Abiron. Et operuit congregationem ipsius Abiron, superflua enim est præpositio *super*. In Numerorum autem libro ipsum Dathan, pariter et Abiron congregationemque et jumenta eorum et tabernacula, et omnia denique eorum bona una absorpta fuisse scriptum est: quæ beatus David disjunxisse arbitror, ut eorum calamitatem magis amplificaret.

Vers. 18. *Et exarsit ignis in congregatione eorum.* In congregatione Core scilicet et complicum. Ignis enim egressus a Domino, incendit CCL viros, qui offerebant incensum.

Flamma combussit peccatores. Superius commemoratos: atque hoc, quia indigne sacerdotium arripere conabantur.

Vers. 19. *Et fecerunt vitulum in Choreb.* Ut traditur in Exodo. Ordinem autem historiæ Propheta nullum servavit, sed omnia antiqui illius populi scelera atque impietates, ut sese offerebant, narravit.

Et adoraverunt sculptile. Ipsum scilicet vitulum.

Vers. 20. *Et commutaverunt gloriam ejus in similitudinem vituli comedentis fenum.* Commutaverunt honorem Dei in similitudinem vituli, hoc est, in simulacrum atque in idolum vituli. Addidit autem *Comedentis fenum* (seu *herbam*, ut Græca dictio χόρτος verius significat), carpens Judæorum amentiam, qui irrationalia colerent animantia, cum ipsi ratione præditi viderentur. Quædam vero exemplaria habent: *Gloriam suam*, ita ut gloria eorum intelligatur Deus esse, qui per beneficia superius connumerata, eos glorificaverat; ut sit sensus, quod verum Deum deserentes, loco ejus assumpserant vituli simulacrum.

Vers. 21-23. *Obliti sunt Dei, qui salvavit eos, qui fecit magnifica in Ægypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari Rubro, et dixit, ut exterminaret eos.* Dixit enim Deus ad Moysem: *Dimitte me, et indignatus conteram eos* [53].

Nisi Moyses electus ejus stetisset in confractione in conspectu ejus, ut averteret iram ejus, ne exterminaret eos. Quando scilicet placaturus Dominum dicebat: *Precor, Domine, peccavit populus hic peccatum grande, et fecit sibi deos aureos: et nunc, si quidem dimittis eis peccatum, dimitte, si minus, dele me de libro quem scripsisti* [54]. Et aliqui dicunt, quod licet Scriptura de uno tantum vitulo loquatur, quod tamen plures tunc vitulos confecerant: quodque ideo Hebræi dicebant: *Hi sunt dii tui, Israel, qui deduxerunt te de terra Ægypti* [55]; et Moyses autem etiam deos dixit, ut dictum est. Alii vero pluralem numerum positum etiam dicunt pro singulari, more Hebraici idiomatis.

Vers. 24. *Et spreverunt terram desiderabilem.* Promissam regionem spreverunt, quamvis optima esset, ut in libro Numerorum legitur. Deinde narrat, quo pacto eam spreverint. Verum, dices non sprevisse eos hanc terram, quin imo admiratos esse, sed Propheta intelligit quod, dum molles ac languidi fuere, et laborare noluerunt ut illam reciperent, sprevisse eam videantur.

Vers. 25. *Non crediderunt verbo ejus.* Quod daturus eam esset populo, quemadmodum promiserat.

Et murmuraverunt in tabernaculis suis. Omnis enim, inquit, congregatio dedit vocem, et flebat populus nocte illa et murmurabant [56]: quoniam scilicet exploratores reversi sunt, et annuntiarunt, quod

A *Φλὸξ κατέφλεξεν ἁμαρτωλούς.* Τοὺς ῥηθέντας, ὡς ἀναξίως ἁρπάζειν τὴν ἱερωσύνην ἐπιχειροῦντας.

Καὶ ἐποίησαν μόσχον ἐν Χωρήβ. Ὡς ἡ βίβλος τῆς Ἐξόδου παρίστησιν. Οὐ κέχρηται δὲ τάξει περὶ τὴν ἱστορίαν· ἀλλ' ὡς ἔτυχε, καταλέγει τὰς ἁμαρτίας καὶ ἀσεβείας αὐτῶν.

Καὶ προσεκύνησαν τῷ γλυπτῷ. Τῷ μόσχῳ δηλονότι.

Καὶ ἠλλάξαντο τὴν δόξαν αὐτοῦ ἐν ὁμοιώματι μόσχου ἐσθίοντος χόρτον. Καὶ μετέστησαν τὴν τιμὴν τοῦ Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι μόσχου, εἰς εἴδωλον μόσχου. Τὸ δὲ *ἐσθίοντος χόρτον* προσέθηκε, διασύρων μάλιστα τὴν ἄνοιαν αὐτῶν· ὅτι λογικοὶ ὄντες,
B ξόανα ἀλόγων ἐδόξαζον. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων *τὴν δόξαν αὐτῶν* γράφουσιν, ὡς νοεῖσθαι δόξαν αὐτῶν τὸν Θεὸν, τὸν δοξάσαντα αὐτοὺς διὰ τῶν προειρημένων εὐεργεσιῶν. Ἠλλάξαντο οὖν, φησὶ, τὸν Θεὸν εἰς ὁμοίωμα μόσχου.

Ἐπελάθοντο τοῦ Θεοῦ, τοῦ σώζοντος αὐτοὺς, τοῦ ποιήσαντος ἐν Αἰγύπτῳ μεγάλα, θαυμάσια ἐν γῇ Χὰμ, φοβερὰ ἐπὶ θαλάσσης Ἐρυθρᾶς, καὶ εἶπε, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι αὐτούς. Εἶπεν ὁ Θεὸς δηλονότι περὶ τοῦ ἐξολοθρεῦσαι αὐτούς. Εἶπεν γὰρ πρὸς Μωϋσῆν· *Ἔασόν με, καὶ θυμωθεὶς ὀργῇ εἰς αὐτοὺς, ἐκτρίψω αὐτούς.*

Εἰ μὴ Μωϋσῆς ὁ ἐκλεκτὸς αὐτοῦ εστη εν τη
C *θραύσει ἐνώπιον αὐτοῦ, τοῦ ἀποστρέψαι τὸν θυμὸν αὐτοῦ, τοῦ μὴ ἐξολοθρεῦσαι αὐτούς.* Ὅτε δυσωπῶν ἔλεγε· *Δέομαι, Κύριε· ἡμάρτηκεν ὁ λαὸς οὗτος ἁμαρτίαν μεγάλην· καὶ ἐποίησαν ἑαυτοῖς θεοὺς χρυσοῦς· καὶ νῦν εἰ μὲν ἀφῇς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μὴ· ἐξάλειψόν με ἐκ τῆς βίβλου ἧς ἔγραψας.* Φασὶ δέ τινες ὅτι, εἰ καὶ μόσχον ἕνα φησὶν ἡ Γραφὴ, ἀλλ' οὖν πλείονες γεγόνασι· διὸ καὶ οἱ Ἑβραῖοι ἔλεγον· *Οὗτοι οἱ θεοί σου, Ἰσραὴλ, οἵτινες ἀνεβίβασάν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου·* καὶ ὁ Μωϋσῆς δὲ χρυσοῦς θεοὺς εἴρηκεν, ὡς εἴρηται. Ἄλλοι δὲ πάλιν καθ' Ἑβραΐδα συνήθειαν τὸ πληθυντικὸν ἀντὶ ἑνικοῦ ἐνόησαν.

Καὶ ἐξουδένωσαν γῆν ἐπιθυμητήν. Ἀπεπέμ-
D ψαντο τὴν ἀγαθὴν γῆν τὴν τῆς ἐπαγγελίας, ὡς εὑρήσεις ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Ἀριθμῶν. Εἶτα λέγει, πῶς αὐτὴν ἐξουδένωσαν. Καὶ μὴν ἐθαύμαζον αὐτὴν, ἀλλὰ τῷ μαλακισθῆναι καὶ μὴ θελῆσαι πόνους ὑπὲρ αὐτῆς ἀναδέξασθαι, τούτῳ πάντως ἐξουδένωσαν.

Οὐκ ἐπίστευσαν τῷ λόγῳ αὐτοῦ. Ὅτι δώσει αὐτοῖς αὐτήν· τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ἐπηγγείλατο.

Καὶ ἐγόγγυσαν ἐν τοῖς σκηνώμασιν αὐτῶν. Ἐν ταῖς σκηναῖς αὐτῶν. *Πᾶσα* γὰρ, φησὶν, *ἡ συναγωγὴ ἔδωκε φωνὴν, καὶ ἔκλαιεν ὁ λαὸς τὴν νύκτα ἐκείνην, καὶ διεγόγγυζον.* Ὅτε δηλονότι οἱ ἀπο-

[53] Exod. xxxii, 10. [54] Ibid. 31, 32. [55] Ibid. 4. [56] Num. xiv, 1.

σταλέντες εἰς τὴν εἰρημένην γῆν κατάσκοποι ὑποστρέψαντες ἀνήγγειλαν περὶ τῆς ἰσχύος τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ διαφόρων ἐθνῶν.

Οὐκ εἰσήκουσαν τῆς φωνῆς Κυρίου. Τῆς, ὅτι δίδωσιν αὐτοῖς την εἰρημένην γῆν. Οὐκ ἐπίστευσαν τῇ τοιαύτῃ φωνῇ.

Καὶ ἐπῆρε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' αὐτούς. Ἐκίνησε τὴν χεῖρα αὐτοῦ κατ'. αὐτῶν, ἤτοι τὴν κολαστικὴν δύναμιν.

Τοῦ καταβαλεῖν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ. Τοῦ θανατῶσαι αὐτούς.

Καὶ τοῦ καταβαλεῖν τὸ σπέρμα αὐτῶν ἐν τοῖς ἔθνεσι. Τοῦ καταφυτεῦσαι τὰ τέκνα αὐτῶν ἐν τῇ γῇ τῶν ἐθνῶν, τῶν Χαναναίων καὶ τῶν ἄλλων. *Εἶπε* γάρ, φησὶ, *Κύριος πρὸς Μωϋσῆν, ὅτι Πάντες οἱ ἄνδρες οἱ ἐπείρασάν με τοῦτο τὸ δέκατον, καὶ οὐκ εἰσήκουσαν τῆς φωνῆς μου, ἦ μὴν οὐκ ὄψονται τὴν γῆν, ἣν ὤμοσα τοῖς πατράσιν αὐτῶν, ἀλλ' ἢ τὰ τέκνα αὐτῶν ἅ ἐστι μετ' ἐμοῦ ὧδε.*

Καὶ διασκορπίσαι αὐτοὺς ἐν ταῖς χώραις. Ταῖς τῶν εἰρημένων ἐθνῶν.

Καὶ ἐτελέσθησαν τῷ Βεελφεγώρ. Τελετὴ γεγόνασι καὶ οἷον ἑορτὴ τῷ Βεελφεγώρ. Ἢ ἐμυνήθησαν τῷ Βεελφεγὼρ, εἰδώλῳ τῶν Μωαβιτῶν, ἤτοι τῶν Μαδιανιτῶν· ὡς ἐν τῇ προμνημονευθείσῃ βίβλῳ τῶν Ἀριθμῶν ἱστόρηται, ὅτε, ἐπιθυμήσαντες τῶν θυγατέρων Μωάβ, ἀνεπείσθησαν ὑπ' αὐτῶν τοῦ προσκυνῆσαι τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν.

Καὶ ἔφαγον θυσίας νεκρῶν. Νεκρὰ λέγει τὰ εἴδωλα, ὡς ἀναίσθητα καὶ ἀνενέργητα.

Καὶ παρώξυναν αὐτὸν ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν. Ἐν τοῖς τοιούτοις ἔργοις αὐτῶν.

Καὶ ἐπληθύνθη ἐν αὐτοῖς ἡ πτῶσις. Ἀποθνησκόντων πολλῶν.

Καὶ ἔστη Φινεὲς καὶ ἐξιλάσατο, καὶ ἐκόπασεν ἡ θραῦσις. Ἀνέστη ἐκ μέσου τῆς συναγωγῆς, καὶ ἐξιλεώσατο τὸν Θεὸν, ἐν τῷ λαβεῖν σειρομάστην, εἴτουν δόρυ, καὶ ἀποκεντῆσαι τὸν Ἰσραηλίτην ἅμα καὶ τὴν Μαδιανίτιν· καὶ ἐκόπασεν ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ, εἴτουν ἡ πτῶσις τοῦ λαοῦ. Ἦν δὲ Φινεὲς υἱὸς Ἐλεαζάρου τοῦ υἱοῦ Ἀαρών.

Καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. Εἰς ἀρετήν. Διὸ καὶ ἆθλον ἔλαβεν ἀπὸ Θεοῦ τὴν ἱερωσύνην, αἰώνιον ἑαυτῷ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ.

Εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἕως τοῦ αἰῶνος. Ἀεὶ γὰρ διὰ τὸν φόνον ἐκεῖνον εὐφημεῖται, τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας γενόμενον.

Καὶ παρώργισαν αὐτὸν ἐπὶ ὕδατος ἀντιλογίας. Ἐν τῇ ἐρήμῳ Κάδης. Ἐκεῖ γὰρ διψήσας ὁ λαὸς, ἐδεινοπάθει, καὶ διεγόγγυζε, καὶ ἀντέλεγε. Διὸ τὸ ἐκ πέτρας καὶ τότε ῥυὲν ὕδωρ ἐκλήθη ὕδωρ ἀντιλογίας.

Καὶ ἐκακώθη Μωϋσῆς δι' αὐτούς. Παρὰ Θεοῦ γὰρ κελευσθεὶς λαβεῖν τὴν ῥάβδον αὐτοῦ καὶ ἐκκλη-

A potentissimi essent illi populi, qui promissionis terram incolerent.

Non exaudierunt vocem Domini. Vocem illam scilicet, qua dixerat daturum se eis illam terram. Hujusmodi quippe voci non crediderunt.

VERS. 26. *Et elevavit manum suam super eos.* Movit manum suam adversus eos, hoc est, puniendi ac castigandi potentia in eos commotus est.

Ut destrueret eos in deserto. Ut eos scilicet occideret.

VERS. 27. *Ut constitueret semen eorum in gentibus.* Ut plantaret filios eorum in terra gentium. Chananæorum scilicet et aliorum populorum: *Dixit* enim, inquit, *Dominus ad Moysem: Omnes viri,* B *qui jam decies tentaverunt me, et non audiverunt vocem meam, certe non videbunt terram, quam juravi patribus eorum, sed filii eorum, qui sunt mecum hic*[87].

Et dispergeret eos in regionibus. Prædictarum gentium.

VERS. 28. *Et initiati sunt Beelphegor.* Beelphegor Moabitarum seu Madianitarum idolo, initiasse sese Judæi ac dicasse visi sunt, dum solemnes ac festivos ei dies celebrarent, ut in Numerorum libro traditur, quando Moabitidarum puellarum pulchritudine deliniti, persuasi sunt, ut illorum colerent simulacra.

C VERS. 29. *Et comederunt sacrificia mortuorum.* Mortua appellat idola, tanquam quæ sine sensu sunt, et sine aliqua operandi potestate.

Et irritaverunt eum in adinventionibus suis. In hujusmodi eorum operibus.

Et multiplicata est in eis ruina. Multi quippe eorum perierunt

VERS. 30. *Et stetit Phinees et placavit, et cessavit quassatio.* Surrexit de media congregatione, et placavit Deum, quando accepto jaculo Israelitem, virum, una cum Madianitide muliere transfixit: quam ob causam cessavit ira Dei, id est, populi ruina. Erat autem Phinees filius Eleazari, filii Aaron.

VERS. 31. *Et reputatum est ei ad justitiam.* Hoc D est, in virtutem. Atque ideo præmium a Deo ei et semini ejus datum est, sacerdotium æternum.

In generationem et generationem usque in sæculum. Perpetuo quippe ab omnibus laudatur, pro illata illa nece, quam religionis ac pietatis zelo patravit.

VERS. 32. *Et irritaverunt eum ad aquas contradictionis.* In deserto Cades. Illic enim populus sitim perpeti ægre tulit. Quocirca murmuravit, et contradixit: unde aqua, quæ de petra illa effluxit, contradictionis aqua appellata est.

Et afflictus est Moyses propter eos. A Deo enim jussus est accipere virgam suam et congregare

[87] Num. XIV, 22.

populum, petramque alloqui, quæ illic erat, et jubere ut aquam daret : *Accepta itaque Moyses virga, et congregato populo, dixit : Audite me, o increduli, numquid ex hac petra educemus vobis aquam? deinde virga petram bis percussit, et emanavit aqua* [58]. Quia igitur non allocutus est Moyse petram, ut jusserat Deus, in gloriam suam, sed pusillanimitate ductus, ad populum cum indignatione verba direxit, idcirco afflictus est a Deo, qui ei postmodum, ac fratri Aaron dixit : *Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me coram filiis Israel, propterea non inducetis vos congregationem hanc in terram, quam dedi vobis* [59]. *Sanctificaretis* enim dixit, pro Glorificaretis.

VERS. 33. *Quia exacerbaverunt spiritum ejus.* Animum Moysi Israelitæ exacerbaverunt, murmurantes et maledicentes ei. Docemur autem his verbis, quemadmodum ipse etiam Moyses, angustiis pressus, pusillanimis effectus est.

VERS. 34. *Et distinxit in labiis suis.* Ambiguo quippe ac flexiloquo sermone locutus est, hæsitans, an aqua flueret. Puto etenim quod ob frequentes Judæorum ingratitudines adversus Deum, qui tanta eis præstiterat beneficia, suspicatus sit Moyses, aquas emanaturas non esse.

Non exterminarunt gentes, quas dixit illis. Hoc traditur in libro Judicum.

VERS. 35, 36. *Et commisti sunt in gentibus, et didicerunt opera eorum, et servierunt sculptilibus eorum.* Opera iniqua nimirum et impia. Vide in psalmo LXXVII, ibi : *Et aversi sunt, et spreverunt quemadmodum et patres eorum.*

Et factum est illis in scandalum. Hoc quod servierint sculptilibus factum est eis in impedimentum divinæ protectionis, in offendiculum et in ruinam.

VERS. 37, 38. *Et immolaverunt filios suos, et filias suas dæmoniis, et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum et filiarum, quas immolaverunt sculptilibus Chanaan.* Veluti eos fecisse par est, qui opera gentium didicerant. Gentes enim aliquando olim hæc agebant.

VERS. 39. *Et infecta est terra in sanguinibus, et contaminata est in operibus eorum.* Contaminata hoc in loco idem est, quod cæde infecta.

Et fornicati sunt in adinventionibus suis. Recedentes enim a Deo, dæmonibus adhæserunt : quod delictum Prophetæ adulterium, aut fornicationem appellant. Intelligi etiam possunt hæc verba de eorum intemperantia.

VERS. 40-43. *Et iratus est furore Dominus in populum suum, et abominatus est hæreditatem suam : et tradidit eos in manus gentium.* Quemadmodum Judicum liber docet.

Et dominati sunt eorum, ii qui oderant eos, et tribulaverunt eos inimici eorum, et humiliati sunt sub manibus eorum. Sæpe liberavit eos, ipsi autem exacerbaverunt eum in consilio suo. Maligna quippe, atque ingrata mente sua Deum provocaverunt.

[58] Num. XX, 10, 11. [59] Ibid. 12.

A σιάσαι τὴν συναγωγὴν, καὶ λαλῆσαι πρὸς τὴν ἀπέναντι πέτραν, ὅπως δώσει ὕδωρ, *λαβὼν τὴν ῥάβδον, καὶ ἐκκλησιάσας εἶπεν· Ἀκούσατέ μου οἱ ἀπειθεῖς· μὴ ἐκ τῆς πέτρας ταύτης ἐξάξομεν ὑμῖν ὕδωρ; εἶτα ἐπάταξε τὴν πέτραν τῇ ῥάβδῳ δὶς, καὶ ἐξῆλθεν ὕδωρ πολύ.* Ἐπεὶ οὖν οὐκ ἐλάλησε πρὸς τὴν πέτραν, ὡς εἶπεν αὐτῷ ὁ Κύριος εἰς δόξαν Θεοῦ, ἀλλὰ πρὸς τὸν λαὸν μετ' ἀγανακτήσεως κατ' ὀλιγωρίαν, ἐκακώθη παρὰ Θεοῦ εἰπόντος πρὸς τὸν Ἀαρὼν καὶ αὐτόν· *Ἐπεὶ οὐκ ἐπιστεύσατέ μοι, ἁγιάσαι με ἐναντίον τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, διὰ τοῦτο οὐκ εἰσάξετε ὑμεῖς τὴν συναγωγὴν ταύτην εἰς τὴν γῆν, ἣν ἔδωκα αὐτοῖς.* Ἁγιάσαι λέγων τὸ δοξάσαι.

Ὅτι παρεπίκραναν τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. Τὴν ψυ- B χὴν τοῦ Μωσέως οἱ Ἰσραηλῖται, γογγύζοντες καὶ λοιδορούμενοι αὐτῷ. Δείκνυσι δὲ ὅτι ἀναγκασθεὶς ὠλιγώρησε.

Καὶ διέστειλεν ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ. Διέστειλεν, ἤτοι διστακτικῶς ἐλάλησεν. Ἀμφιβόλως εἶπε, καὶ οὐ πιστεύων ὅτι ῥυήσεται ὕδωρ. Οἶμαι γὰρ ὑπέλαβεν ὅτι, διὰ τὸ συνεχῶς αὐτοὺς ἀγνωμονεῖν τὸν πυκνῶς εὐεργετοῦντα, οὐκ ἐξενεχθήσεται ὕδωρ.

Οὐκ ἐξωλόθρευσαν τὰ ἔθνη, ἃ εἶπεν αὐτοῖς Κύριος. Περὶ τούτων ἡ βίβλος τῶν Κριτῶν ἱστορεῖ.

Καὶ ἐμίγησαν ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἔμαθον τὰ ἔργα αὐτῶν, καὶ ἐδούλευσαν τοῖς γλυπτοῖς αὐ- C *τῶν.* Ἔργα τὰ παράνομα καὶ ἀσεβῆ. Ζήτησον ἐν τῷ οζʹ ψαλμῷ τὸ, *Καὶ ὑπέστρεψαν, καὶ ἠθέτησαν, καθὼς καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν.*

Καὶ ἐγενήθη αὐτοῖς εἰς σκάνδαλον. Ἐγενήθη τὰ γλυπτὰ, ἢ τὸ δουλεῦσαι τοῖς γλυπτοῖς αὐτοῖς, εἰς ἐμπόδιον τῆς θείας ἐπισκοπῆς, εἰς πρόσκομμα καὶ πτῶσιν.

Καὶ ἔθυσαν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν τοῖς δαιμονίοις. Καὶ ἐξέχεαν αἷμα ἀθῷον, αἷμα υἱῶν αὐτῶν καὶ θυγατέρων, ὧν ἔθυσαν τοῖς γλυπτοῖς αὐτῶν Χαναάν. Ὡς τοὺς μανθάνοντας τὰ ἔργα τῶν ἐθνῶν εἰκός. Εἰργάζοντο γὰρ καὶ τοῦτο τὰ ἔθνη κατά τινας καιρούς.

Καὶ ἐφονοκτονήθη ἡ γῆ ἐν τοῖς αἵμασι, καὶ ἐμιάνθη ἐν τοῖς ἔργοις αὐτῶν. Ἑρμηνευτικὸν τοῦ *ἐμιάνθη*, τὸ, *ἐφονοκτονήθη*.

D *Καὶ ἐπόρνευσαν ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν.* Ἀποστάντες τοῦ Θεοῦ, ἐκολλήθησαν τοῖς δαίμοσι· τοῦτο γὰρ καὶ ἄλλοι προφῆται πορνείαν καὶ μοιχείαν ὠνόμασαν. Νοεῖται δὲ καὶ περὶ τῆς ἀκολασίας αὐτῶν ὁ λόγος.

Καὶ ὠργίσθη θυμῷ Κύριος ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἐβδελύξατο τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ, καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς χεῖρας ἐχθρῶν. Ὡς ἡ τῶν Κριτῶν βίβλος διδάσκει.

Καὶ ἐκυρίευσαν αὐτῶν οἱ μισοῦντες αὐτοὺς, καὶ ἔθλιψαν αὐτοὺς οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν, καὶ ἐταπεινώθησαν ὑπὸ τὰς χεῖρας αὐτῶν. Πλεονάκις ἐῤῥύσατο αὐτούς· αὐτοὶ δὲ παρεπίκραναν αὐτὸν ἐν τῇ βουλῇ αὐτῶν. Ἐν τῇ βουλῇ αὐτῶν, τῇ πονηρᾷ· ἐν τῇ γνώμῃ αὐτῶν, τῇ ἀχαρίστῳ καὶ ἀγνώμονι.

Καὶ ἐταπεινώθησαν ἐν ταῖς ἀνομίαις αὐτῶν. Κατεπτώθησαν, ἠσθένησαν.

Καὶ εἶδε Κύριος ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτοὺς, ἐν τῷ εἰσακοῦσαι τῆς δεήσεως αὐτῶν, καὶ ἐμνήσθη τῆς διαθήκης αὐτοῦ. Τῆς πρὸς Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ.

Καὶ ἐμελετήθη κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους αὐτοῦ. Μετέβαλε τὴν ὀργὴν εἰς οἶκτον, ὡς πολυέλεος.

Καὶ ἔδωκεν αὐτοὺς εἰς οἰκτιρμούς. Ὤκτειρεν αὐτούς.

Ἐναντίον πάντων τῶν αἰχμαλωτευσάντων αὐτούς. Περιφραστικῶς, ὥστε πάντας τοῦτο μαθεῖν τοὺς αἰχμαλωτεύσαντας αὐτούς. Διάφορα γὰρ ἔθνη κατὰ διαφόρους καιροὺς ᾐχμαλώτευσαν αὐτοὺς, ὡς ἡ δηλωθεῖσα βίβλος ἱστορεῖ. Γέγονε δὲ τοῦτο ἐπὶ Κύρου, καὶ Δαρείου, καὶ Ἀρταξέρξου τῶν βασιλέων, ὡς Ἔσδρας ἔγραψε.

Σῶσον ἡμᾶς, Κύριε, ὁ Θεὸς ἡμῶν. Εἰς τὴν προτέραν αὖθις ἀνέδραμε ἱκεσίαν.

Καὶ ἐπισυνάγαγε ἡμᾶς ἐκ τῶν ἐθνῶν. Οἶμαι προσώπῳ τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας ἡ παράκλησις· ἴσως δὲ καὶ τῶν διασπαρέντων μετὰ τὴν παρὰ Βαβυλωνίων αἰχμαλωσίαν.

Τοῦ ἐξομολογήσασθαι ἐν τῷ ὀνόματί σου τῷ ἁγίῳ. Τοῦ εὐχαριστῆσαι, ὡς Σωτῆρι καὶ ἐλευθερωτῇ.

Τοῦ ἐγκαυχᾶσθαι ἐν τῇ αἰνέσει σου. Μέγα γὰρ τὸ αἰνεῖν σε· καὶ καύχησις τοῖς αἰνοῦσιν ὄντως, ὅτι ἀξιοῦνται ὑμνολόγοι γενέσθαι τοιούτου Θεοῦ.

Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος. Εὐφημητὸς, αἰνετὸς ἀεί.

Καὶ ἐρεῖ πᾶς ὁ λαός· Γένοιτο, γένοιτο. Ἐρεῖ τὸ, Εὐλογητὸς ὁ Κύριος· ἢ τὸ, Γένοιτο εὐλογητός.

Ἀλληλούϊα.

ΨΑΛΜΟΣ ΡϚ'.

Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς, διεξιὼν εὐεργεσίας τοῦ Θεοῦ, τὴν αὐτὴν τῷ προλαβόντι δικαίως ἔλαχεν ἐπιγραφήν.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ ὅτι χρηστὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Τοιοῦτον ἔχει προοίμιον καὶ ὁ πρὸ τούτου ψαλμός.

Εἰπάτωσαν οἱ λελυτρωμένοι ὑπὸ Κυρίου. Εἰπάτωσαν ὅτι χρηστὸς καὶ τὰ ἑξῆς.

Οὓς ἐλυτρώσατο ἐκ χειρὸς ἐχθροῦ. Τοῦ διαβόλου. Περὶ γὰρ τῶν πιστευσάντων εἰς Χριστὸν ὁ λόγος, εἰ καὶ Ἰουδαῖοι φιλονεικοῦσι νοεῖσθαι τὸν ψαλμὸν περὶ τῶν μετὰ τὴν παρὰ Βαβυλωνίων αἰχμαλωσίαν ἀνακληθέντων. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, *ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν*, γράφουσιν, ἤτοι τῶν δαιμόνων.

A *Et humiliati sunt in iniquitatibus suis.* Deciderunt enim ab adeptis viribus, infirmique ac debiles effecti sunt.

VERS. 44, 45. *Et vidit Dominus cum tribularentur, dum exaudivit orationem eorum, et memor fuit testamenti sui.* Testamenti, inquam, ad Abraham, Isaac et Jacob.

Et pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ. Commutavit enim iram in misericordiam. Est etenim valde misericors.

VERS. 46. *Et dedit eos in misericordias.* Eorum misertus est.

In conspectu omnium, qui ceperant eos. Adeo palam atque adeo manifeste eorum misertus est, ut omnes, qui fecerant eos captivos, perspicue id
B cognoverint. Variæ enim gentes, variis temporibus eos in servitutem redegerunt, quemadmodum in prædicto Judicum libro traditur. Factum est autem hoc, tempore Cyri, Darii et Artaxerxis, ut Esdras scribit.

VERS. 47. *Salvos fac nos, Domine Deus noster.* Iterum ad preces recurrit.

Et congrega nos de nationibus. Puto petitionem hanc proferri ex persona Ecclesiæ, quæ de gentibus congregata est : vel forte ex persona Judæorum, qui post Babylonicam captivitatem dispersi sunt.

Ut confiteamur nomini tuo sancto. Ut gratias tibi agamus, tanquam Salvatori ac liberatori nostro.

C *Et gloriemur in laude tua.* Magnum etenim quid est, Deum laudare. Vera etiam ac summa gloriatio est omnibus, qui eum laudant : ea ratione videlicet, quod digni effecti sunt tanto ministerio.

VERS. 48. *Benedictus Dominus Deus Israel, a sæculo et usque in sæculum.* Benedicendus enim semper est, et laudandus.

Et dicet omnis populus : Fiat, fiat. Dicet omnis populus : Benedictus Dominus ; vel dicet omnis populus : Fiat, inquam, fiat benedictus Dominus.

Alleluia.

PSALMUS CVI.

Cum hic psalmus simili modo beneficia Dei narret in humanum genus collata, eamdem me-
D rito cum præcedentibus psalmis inscriptionem sortitus est.

VERS. 1. *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.* Eisdem verbis Propheta in præcedenti psalmo exorsus est.

VERS. 2. *Dicant qui redempti sunt a Domino.* Dicant, inquam, quod bonus est, et quæ sequuntur.

Quos redemit de manu inimici. Diaboli scilicet. Est enim sermo de fidelibus Christianis; quanquam Judæi contendant psalmum hunc intelligi debere de iis qui ex Babylonica captivitate revocati sunt in patriam. Quædam vero exemplaria habent : *De manu inimicorum*, hoc est, De potestate dæmonum.

Et de regionibus congregavit eos. De regionibus gentium congregatos, in unam Ecclesiam, atque in unicam fidem conjunxit.

Vers. 3. *A solis ortu, et occasu, ab aquilone, et mari.* Ex quatuor enim mundi partibus in unum congregati sunt : quia *in omnem terram exivit sonus* apostolorum, *et in fines orbis terræ verba eorum* [69].

Vers. 4. *Erraverunt in solitudine, in inaquoso.* Errabant olim gentes omnes ambulantes in conversatione quadam deserta solitariaque ac viduata virtutum fructibus, et omni sacræ doctrinæ potu prorsus carente.

Viam civitatis habitaculi non invenerunt. Civitas habitaculi proprie cœlum est : cujus viam non invenerant, veluti errabundi : vel ipsa etiam cognitio Dei, virtusque, et religio.

Vers. 5. *Esurientes et sitientes.* Erant scilicet : neque enim cognitionem Dei aut doctrinam ullam habebant, qua cibum aut potum animabus suis præstarent.

Anima eorum in ipsis defecit. In peccatis nimirum contrita, atque imo etiam effecta debilis et infirma.

Vers. 6. *Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur.* Clamabant prophetæ ad Dominum, salutem ac redemptionem gentium optantes ; ipsique angeli pariter, qui universis sortito nationibus præsunt.

Et de omnibus necessitatibus eorum eripuit eos. De multiplici scilicet dæmonum tyrannide.

Vers. 7. *Et deduxit eos in viam rectam.* Quæ ad cœlum ducit, quam antea non invenerunt, cum in errore degerent : incarnatus vero Deus docuit eos omnem veritatem.

Ut irent in civitatem habitaculi. De qua paulo superius diximus.

Vers. 8. *Confiteantur Domino misericordiæ ejus.* Annuntient, inquit, misericordias Dei erga se.

Et mirabilia ejus filiis hominum. Et narrent, inquit, filiis hominum id nescientibus, mirabilia Dei opera in eos, seu propter eos facta.

Vers. 9. *Quia satiavit animam inanem.* Vacuas ac esurientes animas divino pane implevit potuque vivifico : evangelica nimirum doctrina.

Et animam esurientem satiavit bonis. Idem repetit aliis verbis.

Vers. 10. *Sedentes in tenebris et umbra mortis.* Hoc est in tenebris erroris. Error etenim umbra est, atque imago corporeæ hujus mortis, dum a vera ac perpetua cœlesti vita nos separat, quemadmodum illa a præsenti.

Vinctos in mendicitate et ferro. In mendicitate, hoc est, inopia virtutum in forti præterea ac gravi catena peccatorum : *Catenis* enim, inquit, *peccatorum suorum unusquisque constringitur.*

Vers. 11. *Quia exacerbaverunt eloquia Dei.* Hoc

[69] Psal. xviii, 5.

A *Καὶ ἐκ τῶν χωρῶν συνήγαγεν αὐτούς.* Ἐκ τῶν χωρῶν τῶν ἐθνῶν εἰς μίαν Ἐκκλησίαν καὶ πίστιν.

Ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ δυσμῶν, καὶ βοῤῥᾶ, καὶ θαλάσσης. Ἐκ τῶν τεσσάρων γὰρ περάτων τοῦ κόσμου συνήχθησαν. *Εἰς πᾶσαν* γὰρ, φησὶ, *τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος* τῶν ἀποστόλων, *καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν.*

Ἐπλανήθησαν ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐν ἀνύδρῳ. Ἐπλανήθησαν πρότερον ἐν τῇ πολιτείᾳ τῇ ἐρήμῳ καρπῶν ἀρετῆς, μὴ ἐχούσῃ πόμα διδασκαλίας θείας.

Ὁδὸν πόλεως κατοικητηρίου οὐχ εὗρον. Πόλις κατοικητηρίου ὁ οὐρανὸς, οὗ τὴν ὁδὸν οὐχ εὗρον οἱ
B πλανώμενοι· εἴη δ' ἂν ἡ θεογνωσία, καὶ ἡ εὐσέβεια, καὶ αἱ ἀρεταί.

Πεινῶντες καὶ διψῶντες. Ἦσαν δηλονότι· οὐκ εἶχον γὰρ θεογνωσίαν ἢ διδασκαλίαν τρέφουσαν καὶ ποτίζουσαν ψυχάς.

Ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἐν αὐτοῖς ἐξέλιπεν. Ἐν ἁμαρτίᾳ κατετρίβη, ἐξησθένησε.

Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτούς. Ἐκέκραξαν οἱ προφῆται ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ οἱ θεῖοι ἄγγελοι, οἱ προεστηκότες τῶν ἐθνῶν.

Καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἐῤῥύσατο αὐτούς.
C Ἐκ τῶν τυραννίδων τῶν δαιμόνων.

Καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς εἰς ὁδὸν εὐθεῖαν. Τὴν ἀνάγουσαν πρὸς τὸν οὐρανὸν, ἣν πρότερον οὐχ εὗρον ἐν πλάνῃ διάγοντες· ἐνανθρωπήσας γὰρ ἐδίδαξεν αὐτοὺς τὴν ἀλήθειαν.

Τοῦ πορευθῆναι εἰς πόλιν κατοικητήριον. Περὶ οὗ μικρὸν ἀνωτέρω διελάβομεν.

Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ Κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ. Ἐξαγορευσάτωσαν τὰ εἰς αὐτοὺς ἐλέη αὐτοῦ.

Καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. Τὰ εἰς αὐτοὺς ἢ δι' αὐτοὺς θαυμάσια διηγησάσθωσαν τοῖς ἀγνοοῦσιν αὐτά.

Ὅτι ἐχόρτασε ψυχὴν κενήν. Ψυχὰς πεινώσας ἐνέπλησε θείου ἄρτου καὶ πόματος ζωηῤῥύτου· λέγω δὴ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας.

D *Καὶ ψυχὴν πεινῶσαν ἐνέπλησεν ἀγαθῶν.* Τὸ αὐτὸ λέγει πάλιν.

Καθημένους ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου. Ἐν σκότει πλάνης, ἥτις ἐστὶν εἰκὼν θανάτου, χωρίζουσα τῆς ἀληθινῆς ζωῆς, ὡς ὁ θάνατος τῆς παρούσης.

Πεπεδημένους ἐν πτωχείᾳ καὶ σιδήρῳ. Ἐν πτωχείᾳ ἀρετῶν, καὶ κλοιῷ ἰσχυρῷ καὶ βαρεῖ ἁμαρτημάτων. *Σειραῖς* γὰρ, φησὶν, *ἕκαστος ἑαυτῶν ἁμαρτημάτων περισφίγγεται.*

Ὅτι παρεπίκραναν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ. Ἤτοι

τὸν λέγοντα περὶ τῆς σωτηρίας αὐτῶν Θεόν· λέγοντα δὲ διὰ τοῦ ἐμφύτου λόγου πᾶσιν ἀνθρώποις, καὶ νόμου τοῦ δοθέντος Ἰουδαίοις, καὶ προφητῶν, καὶ εὐεργεσιῶν, καὶ ἀπειλῶν, καὶ πληγῶν, καὶ λοιπῶν, ὑφ' ὧν ἐκτριβῆναι τὴν κακίαν τὸ σπουδαζόμενον ἦν, ὡς ὁ Θεολόγος φησὶ Γρηγόριος.

Καὶ τὴν βουλὴν τοῦ Ὑψίστου παρώξυναν. Ἤγουν τὸν βουλόμενον τὴν σωτηρίαν αὐτῶν Ὕψιστον· λόγια γὰρ Θεοῦ τὸν Θεὸν, κατὰ περίφρασιν, καὶ βουλὴν Ὑψίστου τὸν Ὕψιστον ἐνταῦθα χρὴ νοεῖν.

Καὶ ἐταπεινώθη ἐν κόποις ἡ καρδία αὐτῶν. Ἐταλαιπώρησεν ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἐν κόποις τῆς ἁμαρτίας.

B *Ἠσθένησαν, καὶ οὐκ ἦν ὁ βοηθῶν.* Ὁ ῥυόμενος αὐτοὺς τῆς τυραννίδος τοῦ διαβόλου.

Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς Κύριον, ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτοὺς, καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἔσωσεν αὐτούς. Εἴρηται περὶ τούτων ἀνωτέρω. Τετράκις γὰρ ἐν ὅλῳ τῷ ψαλμῷ ταῦτα τέθεικεν, ἐμφαίνων τὸ μέγεθος τῆς εὐεργεσίας.

Καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐκ σκότους καὶ σκιᾶς θανάτου. Εἴρηται περὶ τοῦ σκότους καὶ τῆς σκιᾶς τοῦ θανάτου.

Καὶ τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν διέῤῥηξεν. Τοὺς δεσμοὺς τῆς ἁμαρτίας, οὓς ἐπέβαλεν αὐτοῖς ὁ διάβολος, τοὺς δεσμοὺς τῆς δουλείας τῶν δαιμόνων.

C *Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ Κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων.* Ἐῤῥήθη καὶ περὶ τούτων· ὁμοίως γὰρ τετράκις ἐν ὅλῳ τῷ ψαλμῷ καὶ ταῦτα τέθεικεν, ἐπιτείνων τὴν εὐχαριστίαν.

Ὅτι συνέτριψε πύλας χαλκᾶς. Πύλας ἰσχυρὰς, πύλας ἀῤῥήκτους, τὰς τοῦ ᾅδου· κατέλυσε γὰρ αὐτὰς ἐκεῖ κατελθὼν, καὶ τὰς κατεχομένας ψυχὰς ἐξήγαγε.

Καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνέθλασεν. Τοὺς τῶν τοιούτων πυλῶν· εἶεν δ' ἂν πύλαι ᾅδου καὶ μοχλοὶ τὸ ἄφυκτον αὐτοῦ καὶ ἀδιεξέλευτον.

D *Ἀντελάβετο αὐτῶν ἐξ ὁδοῦ ἀνομίας αὐτῶν.* Ἔτι ὁδευόντων ἐν ἀνομίᾳ.

Διὰ γὰρ τὰς ἀνομίας αὐτῶν ἐταπεινώθησαν. Ἐταλαιπώρησαν, καὶ ἐφάνησαν ἐλέους καὶ ἀντιλήψεως ἄξιοι.

Πᾶν βρῶμα ἐβδελύξατο ἡ ψυχὴ αὐτῶν. Πᾶν βρῶμα ψυχικὸν, λογικὸν, διδασκαλικόν· δι' ὑπερβολὴν κακεξίας. Καὶ αὐτοῖς γὰρ τοῖς Ἑλληνικοῖς δόγμασιν δυσηρεστοῦντο.

Καὶ ἤγγισαν ἕως τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου. Τοῦ ψυχικοῦ, τοῦ παραδιδόντος ταῖς αἰωνίοις κολάσεσι. Πύλας δὲ θανάτου λέγει τὰς μεγάλας καὶ χαλεπὰς ἁμαρτίας τὰς εἰσαγούσας εἰς αὐτόν· ἢ

A est, Deum ipsum loquentem de eorum salute, loquentem, inquam, per eam rationem, quæ omnibus hominibus insita est: vel per legem datam, per prophetas, per beneficia, per minas, per plagas, et per cætera omnia, quibus, ut inquit Gregorius Theologus, studuit Deus vitia hominum conterere.

Et consilium Altissimi irritaverunt. Ipsum scilicet Altissimum, eorum saluti consulentem, per eloquia enim Dei, et per consilium Altissimi, Deum ipsum circumloquitur.

VERS. 12. *Et humiliatum est in laboribus cor eorum.* Afflicta est miseriis anima eorum in malis et peccatis.

Infirmati sunt, et non erat, qui adjuvaret. Qui eriperet eos a tyrannide diaboli.

VERS. 13. *Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur et de necessitatibus eorum salvavit eos.* Hæc verba, quibus Propheta divinorum beneficiorum magnitudinem exprimere satagens, in præsenti psalmo sæpius, hoc est, quater repetit, jam a nobis superius exposita sunt.

VERS. 14. *Et eduxit eos de tenebris, et umbra mortis.* Atque hæc verba etiam superius exposuimus.

Et vincula eorum dirupit. Vincula videlicet peccati, quibus dæmon eos involverat, vel vincula servitutis dæmonum.

VERS. 15. *Confiteantur Domino misericordiæ ejus, et mirabilia ejus filiis hominum.* Hæc verba, quæ ut sermonem de gratiarum actionibus intensionem redderet, simili modo a Propheta quater in hoc psalmo de industria repetuntur, paulo superius a nobis satis declarata sunt.

VERS. 16. *Quia contrivit portas æreas.* Occlusas diu olim, et valide obfirmatas inferni januas infregit Dominus, quoniam illuc descendens carceri emancipatos patres eripuit.

Et vectes ferreos confregit. Vectes, inquam, hujusmodi portarum. Per portas etiam æreas, et per vectes ferreos intelligere possumus significari, quam difficile esset evadere loca illa.

VERS. 17. *Adjuvit eos in via iniquitatis eorum.* Hoc est, cum adhuc in iniquis ac pravis eorum operibus perseverando procederent.

Propter iniquitates enim suas humiliati sunt. Valde enim afflicti sunt, ob quod misericordia et auxilio divino dignos se ostenderunt.

VERS. 18. *Omnem cibum abominata est anima eorum.* Omnem, inquam, cibum animæ rationabilem et omnem doctrinam. Adeo enim depravatis erant animis, ut ipsa etiam gentilium studia fastidirent.

Et appropinquarunt usque ad portas mortis. Mortem animæ intelligit, quæ perpetuis suppliciis hominem obnoxium reddit. Per portas autem mortis, magna ac gravia nuncupat delicta quæ morti

hominem addicunt : vel ipsam circumloquitur mortem. Est autem sermo de fidelibus.

VERS. 19. *Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, et de necessitatibus eorum salvavit eos.* Dictum est superius.

VERS. 20. *Misit Verbum suum, et sanavit eos.* His verbis personarum distinctio in divinitate demonstratur, dum dicitur : *Misit Verbum suum* [61]. Hoc est, Filium suum. Neque enim dicere possumus missum, nisi missi persona subsistat, et vivat. Unde consona prophetæ nostro Dominus loquens, dicebat, quod Pater eum misit. Hoc igitur Verbum quod a Patre missum est, omnem languorem, atque omnem infirmitatem sanavit. B

Et eripuit eos de corruptionibus eorum. Hoc est, a peccatis.

VERS. 21. *Confiteantur Domino misericordiæ ejus, et mirabilia ejus filiis hominum.* De his verbis superius dictum est.

VERS. 22. *Et sacrificent ei sacrificium laudis.* Sacrificium, inquam, rationabile atque evangelicum, laudantes, benedicentes, et gratias agentes.

Et annuntient opera ejus in exsultatione. Scientes ignorantibus annuntient, senes junioribus. Per opera autem Dei, illius beneficia, misericordiam et incarnationem intellige, et cætera omnia quæ ad salutarem dispensationem pertinent.

VERS. 23, 24. *Qui descendunt in mare navibus,* C *facientes operationem in aquis multis, ipsi viderunt opera Domini.* Sermo est de apostolis, qui antea piscatores fuere : qui in mare navibus descenderunt, et piscatorum munus in aquis maris exercentes, præcipue, ac supra omnes viderunt opera Domini nostri Jesu Christi.

Et mirabilia ejus in profundo. Sed quænam sint hæc mirabilia, audi ex sequentibus.

VERS. 25. *Dixit, et stetit spiritus procellæ, et exaltati sunt fluctus ejus.* Dixit et surrexit procella; *Facta est* enim, inquit, *tempestas venti magna et fluctus irruebant in navim, ita ut operiretur* [62].

D

VERS. 26. *Ascendunt usque ad cœlos, et descendunt usque in abyssos.* Fluctus maris qui tempore illius procellæ excitati sunt, tollebantur modo quasi in cœlos, modo autem in ima descendebant. Quemadmodum in hujusmodi fluctuationibus, atque atrocibus tempestatibus fieri solet. Est autem sermo hyperbolicus, quo loquendi modo sæpenumero Scriptura utitur ; ut illud est : *Super nivem dealbabuntur* [63] ; item illud : *Civitates munitæ erant usque ad cœlum* [64], et cætera hujusmodi.

Anima eorum in malis tabescebat. In timore atque in periculis defecerat. Ipse enim Dominus dormiebat, apostoli vero accedentes excitaverunt, eum dicentes : *Domine, salva nos, quia perimus* [65].

A περιφραστικῶς τὸν θάνατον. Περὶ δὲ τῶν πιστευσάντων ὁ λόγος.

Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτούς, καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἐῤῥύσατο αὐτούς. Εἴρηται καὶ περὶ τούτων.

(*Hujus et sequentis versiculi Græca interpretatio non apparet in Codice.*)

B

Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ Κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. Εἴρηται καὶ περὶ τούτων.

Θυσάτωσαν αὐτῷ θυσίαν αἰνέσεως. Θυσίαν λογικὴν, εὐαγγελικὴν, αἰνοῦντες, εὐλογοῦντες, εὐχαριστοῦντες αὐτῷ.

Καὶ ἐξαγγειλάτωσαν τὰ ἔργα αὐτοῦ. Οἱ γινώσκοντες τοῖς ἀγνοοῦσιν, οἱ παλαιότεροι τοῖς νεωτέροις. Ἔργα δὲ νόει τὰς εὐεργεσίας, τὸν ἔλεον, τὴν ἐνανθρώπησιν, καὶ τὰ ἑξῆς τῆς σωτηρίου οἰκονομίας.

C *Οἱ καταβαίνοντες εἰς θάλασσαν ἐν πλοίοις, ποιοῦντες ἐργασίαν ἐν ὕδασι πολλοῖς, αὐτοὶ εἶδον τὰ ἔργα Κυρίου.* Περὶ τῶν ἀποστόλων ὁ λόγος, τῶν πρὶν ἁλιέων. Οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ καταβαίνοντες εἰς θάλασσαν ἐν πλοίοις, καὶ ποιοῦντες ἐργασίαν ἁλιείαν ἐν ὕδασι πολλοῖς τῆς θαλάσσης· οἱ καὶ εἶδον μᾶλλον τὰ ἔργα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ ἐν τῷ βυθῷ. Ποῖα; Διὰ τῶν ἑξῆς ἄκουσον.

Εἶπε, καὶ ἔστη πνεῦμα καταιγίδος, καὶ ὑψώθη καὶ κύματα αὐτῆς. Προσέταξε, καὶ ἠγέρθη κλύδων. *Γίνεται* γὰρ, φησὶ, *λαῖλαψ ἀνέμου μεγάλη· τὰ δὲ κύματα ἐπέβαλε εἰς τὸ πλοῖον, ὥστε καὶ αὐτὸ ἤδη γεμίζεσθαι.*

D *Ἀναβαίνουσιν ἕως τῶν οὐρανῶν, καὶ καταβαίνουσιν ἕως τῶν ἀβύσσων.* Τὰ τότε κύματα, νῦν μὲν λίαν ἀνυψούμενα, νῦν δὲ σφόδρα ταπεινούμενα, καθὼς καὶ ἐπὶ τῶν σάλων εἴωθε γίνεσθαι. Καθ' ὑπερβολὴν δὲ ὁ λόγος· ὡς τὸ, *Ὑπὲρ χιόνα λευκανθήσομαι·* καὶ τὸ, *Αἱ πόλεις δὲ τετειχισμέναι ἦσαν ἕως τοῦ οὐρανοῦ.* Καὶ πολλὰ παρὰ τῇ Γραφῇ παραδείγματα τοιούτου τρόπου.

Ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν κακοῖς ἐτήκετο. Ἐν φόβοις, ἐν κινδύνοις ἐξελίμπανεν, ὅτε αὐτὸς μὲν ἐκάθευδεν, αὐτοὶ δὲ, προσελθόντες, ἤγειραν αὐτὸν λέγοντες· Κύριε, σῶσον ἡμᾶς, ἀπολλύμεθα.

[61] Act. x, 36. [62] Matth. VIII, 24. [63] Isa. I, 18. [64] Deut. I, 28. [65] Matth. VIII, 25.

Ἐταράχθησαν, ἐσαλεύθησαν ὡς ὁ μεθύων. A Ἐσαλεύθησαν τὰς φρένας. Ἀλλ' ὁ μὲν μεθύων σαλεύεται ἀπὸ οἴνου, οὗτοι δὲ, ὑπὸ φόβου.

Καὶ πᾶσα ἡ σοφία αὐτῶν κατεπόθη. Ἡ περὶ τὸ θαλαττεύειν σοφία, ἡ περὶ τὸ πλεῖν ἐμπειρία ἠφανίσθη τότε.

Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτούς. Ἐν τῷ χειμάζεσθαι, ὡς εἴρηται.

Καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἐξήγαγεν αὐτούς. Ἐκ τῶν φόβων ἐκείνων, ἐκ τοῦ κινδύνου· εἶτα λέγει καὶ τὸ πῶς.

Καὶ ἐπέταξε τῇ καταιγίδι, καὶ ἔστη εἰς αὔραν, καὶ ἐσίγησε τὰ κύματα αὐτῆς. — *Ἐπετίμησε* γὰρ, φησὶ, *τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσσῃ,* B *καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη.* Αὔρα γὰρ τὸ πρᾶον καὶ γαληναῖον πνεῦμα.

Καὶ εὐφράνθησαν, ὅτι ἡσύχασαν. Ὅτι ἡσύχασαν τὰ κύματα.

Καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς ἐπὶ λιμένα θελήματος αὐτοῦ. Λιμὴν γὰρ ὄντως αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ, παντὸς ναυαγίου τηροῦσαι τὸν ἐν αὐταῖς (17) ἀνώτερον.

Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ Κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ· καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. Κηρυξάτωσαν πάντα οἱ ἀπόστολοι.

Ὑψωσάτωσαν αὐτὸν ἐν Ἐκκλησίᾳ λαῶν. Ἐν συναγωγῇ λαῶν.

Καὶ ἐν καθέδρᾳ πρεσβυτέρων, αἰνεσάτωσαν C *αὐτόν.* Ἐν συνεδρίῳ ὑπερεχόντων.

Ἔθετο ποταμοὺς εἰς ἔρημον. Ἔθετο τοὺς ποταμηδὸν εὐῤῥοοῦντας ἐν λόγοις Ἕλληνας, εἰς ἐρημίαν σοφίας· ἐπιστομιζόντων αὐτοὺς τῶν ἁλιέων, καὶ ἀγραμμάτων ἀποστόλων.

Καὶ διεξόδους ὑδάτων εἰς δίψαν. Καὶ τὰς πλημμύρας τῶν λόγων αὐτῶν εἰς ξηρανσίαν.

Τὴν καρποφόρον εἰς ἅλμην, ἀπὸ κακίας τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ. Καὶ τὴν γῆν τῶν Ἰουδαίων τὴν καρποφοροῦσαν τοὺς προφήτας, εἰς ἀκαρπίαν· ἄκαρπος γὰρ ἡ ἁλμυρὰ γῆ. Αἴτιον δὲ ἡ κακία τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ, δι' ἣν οὐκ ἔτι τοιούτους ἄνδρας καρποφορεῖ.

D *Ἔθετο ἔρημον εἰς λίμνας ὑδάτων.* Τὴν πρὶν ἔρημον καρπῶν ἀρετῆς Ἐκκλησίαν, εἰς λίμνας ὑδάτων τοῦ θείου βαπτίσματος. Εἰς τὸ λιμνάζειν ὕδασι τοιούτοις.

Καὶ γῆν ἄνυδρον εἰς διεξόδους ὑδάτων. Τὴν Ἐκκλησίαν τῶν πιστῶν αὖθις τὴν πρὶν ἄνυδρον ἐν ἀγονίᾳ λόγου θείου, ἔθετο εἰς τὸ πηγάζειν ὕδατα δογμάτων ζωήῤῥητα.

VERS. 27. *Turbati sunt, et commoti sunt sicut ebrius.* Commoti sunt in præcordiis suis : quanquam ebrius quidem a vino commovetur, apostoli vero timore perturbati sunt.

Et omnis sapientia eorum devorata est. Sapientia, hoc est, peritia remigandi, tunc omnis defecerat.

VERS. 28. *Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur.* Dum tempestate agitarentur, ut diximus.

Et de omnibus necessitatibus eorum eduxit eos. Ex timore illo videlicet atque ex periculo. Deinde, quo pacto id factum fuerit, narrat.

VERS. 29. *Et mandavit procellæ, et stetit in auram, et siluerunt fluctus ejus. Increpavit* enim, inquit, *Dominus ventos et mare: et facta est tranquillitas magna* [66]. Aura quippe, mitis ac placida est et tranquilla quædam spiratio.

VERS. 30. *Et lætati sunt, quoniam quieverunt.* Vastissimi scilicet illi fluctus.

Et deduxit eos in portum voluntatis suæ. Per portum divina mandata intellige, quæ illic commorantem ab omni animæ naufragio tutum servant.

VERS. 31. *Confiteantur Domino misericordiæ ejus, et mirabilia ejus filiis hominum.* Hæc omnia apostoli annuntiabunt.

VERS. 32. *Extollent eum in Ecclesia populorum.* In nationum omnium congregatione.

Et in cathedra seniorum laudent eum. Eorum scilicet qui cæteris in concilio supereminent.

VERS. 33. *Posuit flumina in desertum.* Græcos et gentiles scilicet qui cum eloquentiæ quasi fluminibus, et omnis generis disciplinis redundarent, omni demum sapientia deserti esse visi sunt, cum illiterati ac piscatores homines eos represserint.

Et exitus aquarum in sitim. Dum hujusmodi redundantiam ariditate damnavit.

VERS. 34. *Terram fructiferam in salsuginem, a malitia habitantium in ea.* Judæa regio quæ prophetis, quasi speciosissimis fructibus, olim referta erat, in omnimodam sterilitatem versa est. Salsuginosa enim humus, est frugibus prorsus infecunda. Incolarum autem vitio, id effectum est, ut scilicet ejusmodi viros ea terra amplius non produceret.

VERS. 35. *Posuit desertum in stagna aquarum.* Ecclesiam de gentibus congregatam, quæ prius virtutum frugibus vacua erat, sacri baptismatis fluentis esse fecit irriguam : quæ abunde adeo effluxerunt, ut ingentis stagni speciem præ se tulerint.

Et terram inaquosam in exitus aquarum. Eamdem Ecclesiam fidelium, quæ antea inaquosa fuerat, et arida, divinique Verbi inops, effecit, ut vitæ dogmata scaturiret.

[66] Matth. VIII, 26.

Variæ lectiones.

(17) Corrupta, ut apparet, lectio : sensus postularet ἐνοικοῦντα, aut ἐμμένοντα, aut quid simile ; quæ verba cum ἀνώτερον nulla cognatione junguntur.

VERS. 36. *Et collocavit illic esurientes.* Eos qui spirituali cibo diu olim caruerant.

Et constituit civitates habitaculi. Habitationis, inquam, spiritualis. Intelligit autem varias ac particulares ecclesias fidelium, quæ per universum orbem constitutæ sunt : tam aperte adeo omnia prædicit.

VERS. 37. *Et seminaverunt agros.* Evangelicæ prædicationis semine seminarunt apostoli hominum animas, quæ antea agrestes erant atque incultæ.

Et plantaverunt vineas. Rursus per vineas, animas fidelium intelligit, ferentes virtutum racemos.

Et fecerunt fructum germinis. Germinis, inquam, mystici, Christo Domino oblati eumque lætificantis.

VERS. 38. *Et benedixit eis.* Ait enim Lucas de apostolis, quod *extollens Dominus manus suas benedixit eis* [67]. Manifestum est igitur, quod propter apostolos, et eorum successores hoc dictum est.

Et multiplicati sunt valde. Nam ex duodecim, et septuaginta viris, in numerosissimum populum propagati sunt.

Et pecora eorum non sunt minorata. Per pecora eos intellige, qui inter Christianos simpliciores sunt, nec tam solerti ingenio sunt præditi. Vel aliter : pecora apostolorum, discipuli eorum sunt, qui instar pecorum, eos sequuntur, quocunque duxerint, quique veluti rationales oves cibum ab eis capiunt, et numerosissimi etiam fuerunt. Cum autem Ecclesiæ augmenta prædixerit, futuras etiam illius persecutiones, et calamitates annuntiat.

VERS. 39. *Et pauci facti sunt, et afflicti sunt, a tribulatione malorum et dolore.* Pauci facti sunt fideles, cum multa millia eorum pro Christo variis cruciatibus interierint. Afflicti autem sunt a tribulatione tentationum et dolore, dum præsentibus bonis spoliati, expulsi, verberati atque innumerabilia alia passi sunt.

VERS. 40. *Effusa est contemptio super principes eorum.* Per principes, fidelium reges ac duces illos intelligit, quibus suberant, et a quibus multas persecutiones sustinuerunt : qui principes tanquam inutiles a Christo contempti sunt.

Et errare fecit eos in invio, et non in via. Seduci eos permisit tanquam immedicabiles. Est modus hic loquendi frequens apud Scripturam, ut facere quempiam dicat, qui permittit. *Invium* vero et *Sine via* appellat, perversa atque impia eorum dogmata.

VERS. 41. *Et adjuvit pauperem ex inopia.* Populum qui pauper erat adjuvit, ex inopia quæ est propter Christum.

Et posuit quasi oves familias. Eas quippe ut proprias oves, in ordinem redegit. Per familias autem (quas, juxta Græci nominis significationem,

[67] Luc. XXIV, 50

A *Καὶ κατῴκησεν ἐκεῖ πεινῶντας.* Τοὺς πρὶν ἐνδεεῖς βρώσεως πνευματικῆς.

Καὶ συνεστήσατο πόλεις κατοικεσίας. Πόλεις κατοικίας πνευματικῆς· λέγει δὲ, τὰς κατὰ τόπους Ἐκκλησίας. Οὕτως ἐναργῶς προφητεύει πάντα.

Καὶ ἔσπειραν ἀγρούς. Ἔσπειραν οἱ ἀπόστολοι τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων τῷ σπόρῳ τοῦ κηρύγματος, ἠγριωμένας πρότερον.

Καὶ ἐφύτευσαν ἀμπελῶνα. Τὰς ψυχὰς αὖθις νόησον ἀμπελῶνας, καρποφορούσας βότρυον ἀρετῶν.

Καὶ ἐποίησαν καρποὺς γεννήματος. Γεννήματος μυστικοῦ, προσφερομένου τῷ Δεσπότῃ Χριστῷ,
B καὶ τοῦτον εὐφραίνοντας.

Καὶ εὐλόγησεν αὐτούς. Φησὶ γὰρ ὁ Λουκᾶς περὶ τῶν ἀποστόλων, ὅτι, *Ἐπάρας τὰς χεῖρας αὐτοῦ, εὐλόγησεν αὐτούς·* δῆλον δὲ ὅτι δι' αὐτῶν ἄρα καὶ τοὺς διαδόχους τῆς πίστεως αὐτῶν.

Καὶ ἐπληθύνθησαν σφόδρα. Ἀπὸ δώδεκα γὰρ καὶ ἑβδομήκοντα, εἰς ἀναριθμήτους μυριάδας ἐξήνθησαν.

Καὶ τὰ κτήνη αὐτῶν, οὐκ ἐσμίκρυνε. Κτήνη νόησον, τοὺς ἀλογωτέρους ἐν αὐτοῖς· ἢ καὶ ἄλλως, κτήνη τῶν ἀποστόλων, οἱ μαθηταὶ αὐτῶν, ὡς δίκην κτηνῶν ἑπόμενοι τούτοις ὅποιπερ ἄγουσι, καὶ τροφὴν πνευματικὴν παρ' αὐτῶν λαμβάνοντες, ὡς
C πρόβατα λογικά· οἳ καὶ αὐτοὶ πολλοὶ γεγόνασι. Προαγορεύσας δὲ τὴν προκοπὴν καὶ αὔξησιν τῆς Ἐκκλησίας, ἔτι προλέγει καὶ τοὺς ἐπισυμβῆναι μέλλοντας αὐτῇ διωγμούς.

Καὶ ὠλιγώθησαν καὶ ἐκακώθησαν ἀπὸ θλίψεως κακῶν καὶ ὀδύνης. Ὠλιγώθησαν μὲν οἱ εὐσεβεῖς, μυριάδων πολλῶν ποικίλοις τρόποις ἀναιρεθεισῶν ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ· ἐκακώθησαν δὲ ὑπὸ θλίψεως πειρασμῶν καὶ ὀδύνης τῆς ἐντεῦθεν, ἀφαιρούμενοι τὰς οὐσίας, ἐλαυνόμενοι, μαστιζόμενοι, καὶ μυρία πάσχοντες.

Ἐξεχύθη ἐξουδένωσις ἐπ' ἄρχοντας αὐτῶν. Ἄρχοντες αὐτῶν οἱ βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνες, ὑφ' οὓς ἐτέλουν, καὶ ὑφ' ὧν ἐδιώκοντο, οἵτινες ἐξουδενώθησαν τῷ Θεῷ ὡς ἀχρεῖοι.

D

Καὶ ἐπλάνησεν αὐτοὺς ἐν ἀβάτῳ, καὶ οὐχ ὁδῷ. Πλανηθῆναι παρεχώρησεν αὐτούς· ἰδίωμα δὲ τοῦτο τῆς Γραφῆς, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν. Ἄβατον δὲ καὶ *Οὐχ ὁδὸς*, τὰ δυσσεβῆ δόγματα, καὶ ὀλέθρια.

Καὶ ἐβοήθησε πένητι ἐκ πτωχείας. Τῷ πένητι λαῷ, τῷ πένητι ἐκ πτωχείας τῆς διὰ Χριστόν.

Καὶ ἔθετο ὡς πρόβατα πατριάς. Ὡς πρόβατα οἰκεῖα τὰς πατριάς· ἤγουν ἔταξεν ὡς πρόβατα ἑαυτοῦ, τὰς ἐν ταῖς χώραις πατριάς· πατριὰς δὲ λέγει

νῦν, τὰ συστήματα ἑκάστης Ἐκκλησίας· πατριὰς δὲ, διὰ τὴν ἐκ πίστεως συγγένειαν, ἕνα πατέρα τὸν Θεὸν ἐχούσας· ἐπεὶ καὶ *Ποιμὴν* ὀνομάζεται *καλὸς, καὶ τὴν ψυχὴν τιθεὶς ὑπὲρ τῶν προβάτων.*

Ὄψονται εὐθεῖς, καὶ εὐφρανθήσονται. Ὄψονται τὰ ἤδη προφητευθέντα· εὐθεῖς δὲ, οἱ τὴν εὐθεῖαν ὁδεύοντες, εὐσεβεῖς.

Καὶ πᾶσα ἀνομία ἐμφράξει τὸ στόμα αὐτῆς. Τοῦ κηρύγματος πλατυνθέντος ἄχρι βασιλέων· ἀνομία δὲ, οἱ ἄνομοι καὶ ἀσεβεῖς.

Τίς σοφὸς καὶ φυλάξει ταῦτα; καὶ συνήσουσι τὰ ἐλέη τοῦ Κυρίου. Τίς σοφὸς παρατηρήσει ταῦτα, πιστεύων ὅτι γενήσονται, καὶ συνήσουσι τὰ ἐλέη τοῦ Κυρίου· γνώσονται ταῦτα, ὅταν λάβωσι πέρας.

Ὠδὴ Ψαλμοῦ τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΖ'.

Περὶ τῆς ἐπιγραφῆς ταύτης καὶ ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς παρούσης βίβλου, καὶ ἐν ψαλμοῖς ἑτέροις εἰρήκαμεν.

Ἑτοίμη ἡ καρδία μου, ὁ Θεὸς, ἑτοίμη ἡ καρδία μου, ᾄσομαι καὶ ψαλῶ ἐν τῇ δόξῃ μου. Ἐξεγέρθητι ἡ δόξα μου, ἐξεγέρθητι ψαλτήριον καὶ κιθάρα, ἐξεγερθήσομαι ὄρθρου. Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν λαοῖς, Κύριε· ψαλῶ σοι ἐν ἔθνεσιν, ὅτι μέγα ἐπάνω τῶν οὐρανῶν τὸ ἔλεός σου, καὶ ἕως τῶν νεφελῶν ἡ ἀλήθειά σου. Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ὁ Θεὸς, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου. Ταῦτα πάντα καθεξῆς καὶ ἐν τῷ νς' ψαλμῷ κείμενα τῆς καθηκούσης ἐξηγήσεως τετυχήκασιν ἐν ἐκείνῳ· ταὐτὸν δὲ τὸ, *Ἐμεγαλύνθη ἕως τῶν οὐρανῶν*, καὶ τὸ, *Μέγα ἐπάνω τῶν οὐρανῶν τὸ ἔλεός σου.* Νοηθεῖεν δ' ἂν ταῦτα τὰ ῥητὰ, καὶ τὸ *Ἐξεγέρθητι*, καὶ τὸ *Ἐξεγερθήσομαι*, καὶ περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου· τοῦ μὲν Δαβὶδ (18) ἱκετεύοντος, τοῦ δὲ Χριστοῦ ὑπισχνουμένου καὶ προτιθέντος· καὶ τὸν καιρόν· ὄρθρου γὰρ βαθέος ἐξηγέρθη, κατὰ τὸν Λουκᾶν. Δόξα δὲ αὐτοῦ ὁ Χριστὸς, ὡς ἐκ σπέρματος αὐτοῦ γεννηθείς.

Ὅπως ἂν ῥυσθῶσιν οἱ ἀγαπητοί σου. Ὁ νέος λαός. Ἀγαπήσας γὰρ, φησὶ, τοὺς ἰδίους, τοὺς ἐν κόσμῳ, εἰς τέλος ἠγάπησεν αὐτούς.

Σῶσον τῇ δεξιᾷ σου, καὶ ἐπάκουσόν μου. Ὁ Θεὸς ἐλάλησεν ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ· Ὑψωθήσομαι καὶ διαμεριῶ Σίκιμα, καὶ τὴν κοιλάδα τῶν σκηνῶν διαμετρήσω. Ἐμός ἐστι Γαλαὰδ, καὶ ἐμὸς Μανασσῆς, καὶ Ἐφραῒμ ἀντίληψις τῆς κεφαλῆς μου. Ἰούδας βασιλεύς μου, Μωὰβ λέβης τῆς ἐλπίδος μου. Ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἐπιβαλῶ τὸ ὑπόδημά μου, ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ὑπετάγησαν· τίς ἀπάξει με εἰς πόλιν περιοχῆς; ἢ τίς ὁδηγήσει με ἕως τῆς Ἰδουμαίας; Οὐχὶ σὺ ὁ Θεὸς ὁ ἀπω-

A parentelas quis melius dixerit), universas ecclesiarum congregationes intelligit, tum propter congregationem fidei, tum quia unum Christum verum patrem familias habent, qui et *pastor bonus* appellatur, et *animam suam posuit pro ovibus* [68].

VERS. 42. *Videbunt recti, et lætabuntur.* Fideles, qui per rectam viam semper incedunt, videbunt ea quæ superius dicta sunt.

Et omnis iniquitas obturabit os suum. Dilatata nimirum prædicatione ad ipsos usque reges. Per iniquitatem autem iniquos ipsos homines intelligit.

VERS. 43. *Quis sapiens et custodiet hæc? et intelligent misericordias Domini.* Quis sapiens erit, et observabit hæc, credens quod futura sint? et B intelligent misericordias Domini, hoc est, cognoscent hæc, ubi finem habuerint.

Canticum Psalmi ipsi David.

PSALMUS CVII.

Tituli hujus ratio, in prooemio operis, et alibi etiam explicata est.

VERS. 1-6. *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum; cantabo et psallam in gloria mea. Exsurge, gloria mea; exsurge psalterium et cithara. Exsurgam diluculo. Confitebor tibi in populis, Domine, psallam tibi in nationibus, quoniam magna est supra cœlos misericordia tua, et usque ad nubes veritas tua. Exaltare super cœlos, Deus, et super omnem terram gloria tua.* Hæc omnia eodem ordine habentur in C psalmo LVI, ubi ea exposuimus. Idem enim significat: *Magna est supra cœlos*, quod, *Magnificata est usque ad cœlos.* Illa autem verba: *Exsurge gloria mea*, item illa: *Exsurgam diluculo*, intelligi possunt de resurrectione Domini, ipso scilicet David aliud supplicante, et Christo aliud promittente, et certum etiam resurrectionis suæ tempus præsignante. Profundo quippe diluculo surrexit, ut Lucas tradit [69]. Gloriam vero suam beatus David Christum appellat, veluti, qui ex ejus semine nasciturus erat, et summam ei gloriam paraturus.

Ut liberentur dilecti tui. Novus populus nimirum: *Cum dilexisset* enim, inquit, *suos Jesus in mundo, in finem dilexit eos* [70].

D VERS. 7-14. *Salvum fac dextera tua, et exaudi me. Deus locutus est in sancto suo. Exaltabor, et dividam Sicima, et vallem tabernaculorum dimetiar. Meus est Galaad, et meus est Manasses, et Ephraim defensio capitis mei: Judas rex meus, Moab lebes spei meæ. In Idumæam immittam calceamentum meum. Mihi alienigenæ subditi sunt. Quis deducet me in civitatem munitam? quis deducet me usque in Idumæam? Nonne tu, Deus, qui repulisti nos? Et non egredieris in virtutibus nostris? Da nobis auxilium*

[68] Joan. x, 14, 15. [69] Luc. xxiv, 1. [70] Joan. xiii, 1.

Variæ lectiones.

(18) Imo vero, idem David orabat, et idem Christus pollicebatur. Expungenda itaque dictio *aliud*, quæ sensum contrarium efficit.

de tribulatione, et vana salus hominis. In Deo faciemus virtutem, et ipse ad nihilum deducet inimicos nostros. Hæc omnia etiam eodem ordine reperies in psalmo LIX, ubi ea exposuimus. Et licet in aliquibus dictionibus modicum quid hæc ab illis differant, eumdem tamen sensum habent. Nec admireris, si eadem verba, atque easdem sententias Propheta sæpius repetit in aliis psalmis, cum hic mos apud Hebræos habeatur, et apud prophetas præcipue.

σώμενος ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἐξελεύσῃ ὁ Θεὸς ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν; Δὸς ἡμῖν βοήθειαν ἐκ θλίψεως, καὶ ματαία σωτηρία ἀνθρώπου. Ἐν τῷ Θεῷ ποιήσομεν δύναμιν, καὶ αὐτὸς ἐξουδενώσει τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν. Καὶ ταῦτα πάντα καθεξῆς εὑρήσεις ἐν τῷ νθ' ψαλμῷ. Καὶ ζήτησον ἐκεῖ· εἰ δὲ κατά τινας λέξεις μικρόν τι παραλλάττουσιν, ἀλλά γε τὴν αὐτὴν ἔχουσι διάνοιαν. Μὴ θαυμάσῃς δὲ, εἰ τὰ αὐτὰ καὶ ἐν ἑτέροις τίθησι πολλάκις ψαλμοῖς· ἔθος γὰρ καὶ τοῦτο τοῖς Ἑβραίοις, καὶ μάλιστα τοῖς προφήταις.

In finem ipsi David.

PSALMUS CVIII.

Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΕ'.

De hac inscriptione sæpe alibi dictum est. Illud animadvertendum est, quod Propheta in hoc psalmo imprecantis quidem personam induere videtur : revera tamen prophetiam eorum malorum contexit, quæ proditorem Judam, atque ejus complices manebant. Est enim hic dicendi motus frequens in prophetis, et plurima exempla apud Scripturam inveniri possunt. Unde et Jesus Nave duodecim tribus dividens, quando in terram promissionis ingressi sunt, visus est jussu Dei quibusdam benedicere, et quibusdam mala imprecari. Benedictiones autem illæ, et maledictiones, futurorum prophetias continebant.

Καὶ περὶ ταύτης τῆς ἐπιγραφῆς εἴρηται διαφόρως ἐν ἑτέροις ψαλμοῖς. Ὁ δὲ παρὼν ψαλμὸς ἐσχημάτισται μὲν εἰς ἀρὰν, ἔστι δὲ προφητεία μελλόντων καταλήψεσθαι κακῶν τόν τε προδότην Ἰούδαν, καὶ ἑτέρους τινάς. Καὶ γάρ ἐστι καὶ τοιοῦτον εἶδος ἐν ταῖς προφητείαις, καὶ μυρία τούτου παρὰ τῇ Γραφῇ παραδείγματα. Καὶ γὰρ καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ διαιρῶν τὰς δώδεκα φυλὰς ὅτε εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἰσῄεισαν, ἐκελεύσθη παρὰ τοῦ Θεοῦ τὰς μὲν εὐλογῆσαι, τὰς δὲ ἀράσασθαι· καὶ ἦσαν προφητεῖαι καὶ τὰ τῶν εὐλογιῶν, καὶ τὰ τῶν ἀρῶν.

VERS. 2. *Deus, laudem meam ne tacueris.* Præsentem psalmum in persona Christi supplicantis credimus fuisse conscriptum : qui cum hominis personam induisset, omnium hominum more, diutius etiam vivere cupiebat. Deum igitur alloqui introducitur Christus, in hoc psalmo, et dicere : Noli, Deus, exstinguere aut silentio tradere laudem illam, quæ propter me, Filium tuum, tibi jugiter offertur ab iis qui mirabilia opera mea inspicientes, summis te propterea glorificant laudibus. Vel : Noli Deus, exstinguere laudem meam, qua assidue te laudo. Quæcunque enim operor, tibi ascribo, atque ad gloriam tuam refero. Silentio itaque non prætereas preces meas, quascum laude offero (20).

Ὁ Θεὸς, τὴν αἴνεσίν μου μὴ παρασιωπήσῃς. Τὸν παρόντα ψαλμὸν εἰς πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ συντεθεῖσθαι λέγομεν, ἱκετεύοντος ὡς ἀνθρώπου ζῆν ἔτι, καὶ τὰ προκείμενα λέγοντος· Ὁ Θεὸς, τὴν αἴνεσιν τὴν δι' ἐμοῦ μὴ παρασιωπήσῃς, σοὶ (19) παρὰ τῶν ὁρώντων ἃ ἐργάζομαι θαυμάσια, καὶ δοξαζόντων σε, μὴ καταπαύσῃς· ἢ, Τὴν αἴνεσίν μου, ἣν αἰνῶ σε αὐτὸς, πάντα ὅσα κατορθῶ σοι ἐπιγραφόμενος εἰς δόξαν σήν· ἢ, Τὴν μετὰ αἰνέσεως δέησίν μου μὴ παρέλθῃς ἐν σιωπῇ.

Quia os peccatoris, et os dolosi super me apertum est. Peccatorem et dolosum, Judam intellige, qui os suum adversus Salvatorem aperuit, quando cum principibus sacerdotum, et senioribus populi locutus est, ut Christum proderet.

Ὅτι στόμα ἁμαρτωλοῦ, καὶ στόμα δολίου ἐπ' ἐμὲ ἠνοίχθη. Τὸν Ἰούδαν νόησον ἁμαρτωλὸν καὶ δόλιον, ὃς ἤνοιξε στόμα, κατὰ τοῦ Σωτῆρος, ὅτε συνελάλησε τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ πρεσβυτέροις τοῦ λαοῦ περὶ τῆς προδοσίας.

VERS. 3. *Locuti sunt adversum me lingua dolosa.* Judas nimirum et principes sacerdotum, ac seniores populi, dolos, atque insidias adversum me simul struentes.

Ἐλάλησαν κατ' ἐμοῦ γλώσσῃ δολίᾳ. Οὗτός τε κἀκεῖνοι ῥάπτοντες δόλους καὶ ἐπιβουλάς.

Et sermonibus odii circumdederunt me. Plena odio in me verba vomentes. Sæpenumero enim Judæi, qui Christo circumaderant, hujusmodi sermones proferebant, summo studio contendentes, ut ei aliquo pacto detraherent : quippe qui aut expresse contumelia eum afficiebant, aut perverse interrogabant.

Καὶ λόγοις μίσους ἐκύκλωσάν με. Λέγοντες ῥήματα μίσους· πολλάκις γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι, κυκλοῦντες αὐτὸν, ἔλεγον τοιαῦτα, διασύροντες, ὑβρίζοντες, ἐρωτῶντες κακοήθως.

Et impugnaverunt me gratis. Hoc est temere, et absque ulla causa.

Καὶ ἐπολέμησάν με δωρεάν. Μάτην, ἀνευλόγως,

Μνησθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα διαθήκης αὐτοῦ. Ἰουδαῖοι μὲν φασιν· Ἐμνήσθη διαθήκης αὐτοῦ, ἐνήργησεν ἀμετάβλητον διαθήκην αὐτοῦ, τὴν περὶ τοῦ πληθυσμοῦ τοῦ σπέρματος Ἀβραὰμ, καὶ τὴν περὶ τῆς ἐπαγγελθείσης γῆς· ἡμεῖς δὲ λέγομεν, ὅτι προφητεία ἐστὶ περὶ τοῦ Χριστοῦ. Μνησθήσεται γὰρ, φησὶν, εἰς τὸν αἰῶνα τὸν πρέποντα τῆς πρὸς τοὺς πατριάρχας διαθήκης, ὅτι τὰ σπέρματα αὐτῶν, εὐλογηθήσεται, πάντα τὰ ἔθνη, καὶ πληρώσει αὐτήν.

Ἰσχὺν ἔργων αὐτοῦ ἀνήγγειλε τῷ λαῷ αὐτοῦ. B Τῷ μὲν παλαιῷ λαῷ ἔδειξεν ἰσχὺν ἔργων αὐτοῦ, τουτέστι δύναμιν ἐν ἔργοις, διὰ τῶν τότε γεγονότων τεραστίων· τῷ δὲ νέῳ, διὰ τῶν μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν αὐτοῦ, τελουμένων ἑκάστοτε.

Τοῦ δοῦναι αὐτοῖς κληρονομίαν ἐθνῶν. Τοῖς μὲν Ἰουδαίοις, τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ἣν ἔθνη κατῴκουν πρότερον· ἡμῖν δὲ ταύτην τε καὶ τὴν τῶν ἄλλων, ὅσης ἐκυρίευσαν οἱ πιστοί.

Ἔργα χειρῶν αὐτοῦ ἀλήθεια, καὶ κρίσις. Χεῖρας τοῦ Πατρός τινες τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα νενοήκασιν, ὡς δημιουργούς, ὧν φασιν ἔργα τοῦ μὲν ἁγίου Πνεύματος ἀλήθεια. *Ἐκεῖνος* γὰρ, φησὶν, *ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν*· C τοῦ δὲ Υἱοῦ κρίσις· *Πᾶσαν* γὰρ, φησὶν, *τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ Υἱῷ.* Ταῦτα δὲ μάλιστα τούτοις ἡ Γραφὴ πολλάκις προσανατίθησιν. Ἢ τὰ ἔργα φησὶν τοῦ Χριστοῦ ἀληθινὰ, καὶ οὐ κατὰ φαντασίαν, καὶ δίκαια, ἢ διακριτικὰ, καὶ οἰκονομικά. Ὁ δὲ Χρυσόστομος ἑρμηνεύων τὸ προκείμενον ῥητὸν, λέγει τὴν Γραφὴν πολλάκις ἀλήθειαν ὀνομάζειν τὴν φιλανθρωπίαν, καθ' ὃ σημαινόμενον χρὴ νοεῖν, ὅτι τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας μεστὰ, καὶ δικαιοσύνης, πανταχοῦ μιγνύντος ἀμφοτέρας· εἴτε γὰρ φιλανθρωπίᾳ μόνον ἐκέχρητο, πάντες ἂν ἐῤῥαθυμήσαμεν· εἴτε δικαιοσύνῃ μόνῃ, πάντες ἂν ἀπολώλεισαν.

Deus servos suos admirande admodum, et præter spem multorum pascit, quemadmodum Eliam, Danielem, et complures alios.

Memor erit in sæculum testamenti sui. Judæi dicunt memorem Deum fuisse testamenti sui, quia fecit illud esse immutabile: illud, inquam, testamentum quod de multitudine seminis Abrahæ, et de promissione terræ disposuerat. Nos vero affirmamus verba hæc de Christo prophetiam continere. Memor erit, inquit, Deus in sæculum, hoc est, in debito et convenienti tempore testamenti sui, quod ad patriarchas disposuit, promittens quod in semine eorum benedicendæ essent omnes gentes, et quod hoc testamentum adimplebit Deus.

VERS. 6. *Virtutem operum suorum annuntiabit populo suo.* Antiquo quidem populo ostendit Deus vires operum suorum, hoc est, potentiam in suis operibus, quam omnes cognoverunt per ea miracula, quæ tunc facta sunt: novo autem populo, per ea quæ post resurrectionem suam ubique operatus est.

VERS. 7. *Ut det illis hæreditatem gentium.* Judæis quidem terram promissionis, quam gentes olim habitabant: nobis vero universam illam terram, cujus fideles efficient erant domini.

Opera manuum ejus veritas, et judicium. Per manus Patris aliqui Filium et Spiritum sanctum intelligunt, tanquam cooperatores atque una pariter opifices, quorum opera, veritatem esse dicunt, et judicium: veritatem quidem, sancto Spiritui tribuentes, de quo scriptum est: *Ille inducet vos in omnem veritatem* [93]; judicium autem Filio, de quo alibi legimus dictum a Domino, quod *Pater omne judicium dedit Filio* [94]: quocirca Scriptura sæpenumero prædicta nomina illis respective attribuit. Vel aliter: Dic quod opera Christi vera sunt, et non imaginaria, et simili modo, justa sunt: vel quod recto judicio, et congrua administrandi norma, a Deo omnia dispensantur. Chrysostomus vero versiculum hunc exponens dicit, quod apud Scripturam sæpenumero veritatis nomen reperitur pro misericordia: justa quam significationem dicit, quod Dei opera misericordia ac justitia plena sunt cum utramque semper una Deus commisceat. Nam si misericordia perpetuo uteretur, negligentes omnino redderemur: rursus si sola justitia, jamdiu olim omnes perissent.

Πισταὶ πᾶσαι αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ. D Πιστεύεσθαι ἄξιαι. Ἢ ἐπειδὴ *πᾶσαι* εἶπε, νόει μοι πρῶτον μὲν, τὰ τῆς κτίσεως, ἃς διατηροῦσι φυσικῶς, ὁ οὐρανὸς, καὶ ὁ ἥλιος, καὶ ἡ σελήνη, καὶ τὰ ἄστρα, καὶ ἡ ἡμέρα, καὶ ἡ νὺξ, καὶ αἱ ὧραι, καὶ ἡ γῆ, καὶ ποταμοὶ, καὶ λίμναι, καὶ πηγαὶ, καὶ φυτὰ, καὶ βοτάναι, καὶ ἁπλῶς ὅσα τε τῆς ἀψύχου φύσεως, καὶ ὅσα τῆς ἐμψύχου μὲν, ἀλόγου δέ. Ἔπειτα καὶ τὰς συγκαταληφθείσας ἐξ ἀρχῆς τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων, ἃς φυλάττουσι, καὶ οἱ μὴ νόμον ἔγγραφον εἰληφότες· εἶθ' οὕτως καὶ τὰς γραπτὰς ἐντολὰς, τοῦ διὰ Μωσέως δοθέντος νόμου· καὶ τελευταῖον, τὰς εὐαγγε-

VERS. 8. *Fidelia omnia mandata ejus.* — *Fidelia*, hoc est, fide digna. Et quia omnia dixit mandata, primo ea intellige, quæ ad creationem spectant, quæque natura duce, omnia observant elementa, cœlum nimirum, sol, luna, sidera, dies, nox, horæ, terra, flumina, stagna, fontes, plantæ, herbæ, et omnia denique, quæ tam ad naturam animæ prorsus expertem quam ad animatam, sed ratione carentem, pertinent. Deinde omnia etiam mandata, quæ ab initio humano generi data sunt, quæque ab iis observabantur, qui legem scriptam non habuerant. Tertio loco ea etiam,

[93] Joan. xvi, 13. [94] Joan. v, 22.

quæ per legem Moysi scriptis tradita sunt. Postremo vero ipsa præcepta evangelica, quæ mandata omnia fidelia sunt, hoc est, firma, atque inconcussa. Nam, etsi quædam Mosaicæ legis mandata soluta sint, verum non tam soluta, quam in melius disposita, atque intellecta dici possunt. Nemo igitur ea poterit delere : *Cœlum* enim, inquit, *et terra transibunt, verba autem mea non transibunt* [95].

A γελικά;, αἱ πᾶσαι, φησὶ, πισταὶ, τουτέστι βέβαιαι, ἀμετακίνητοι. Εἰ γὰρ καί τινα τοῦ Μωσαϊκοῦ νόμου κατεβλήθησαν, ἀλλ' ἐπὶ τὸ βέλτιον, ἐπὶ τὸ ὑψηλότερον. Οὐδεὶς οὖν δύναται ταύτας ἀναφανίσαι· *Ὁ οὐρανὸς γὰρ*, φησὶ, *καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται· οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσιν.*

Confirmata in sæculum sæculi. Stabilia, inquam, et perpetuo mansura.

Ἐστηριγμέναι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Ἑδραῖαι, διηνεκεῖς, μόνιμοι.

Facta in veritate, et rectitudine. Nihil enim, inquit, in eis falsum est, nihil obliquum. Vel aliter, per veritatem, claritatem intellige, per rectitudinem vero, rectum judicium. Omnia enim ejus mandata vera sunt, et clara, ac recte incedere nos docent.

Πεποιημέναι ἐν ἀληθείᾳ, καὶ εὐθύτητι. Οὐδὲν, φησὶν, ἐν αὐτοῖς ψευδὲς, οὐδὲ σκολιόν· ἢ καὶ ἄλλως, ἀλήθειαν μὲν νόησον, τὴν σαφήνειαν· εὐθύτητα δὲ, τὴν ὀρθοτομίαν, ὅτι πᾶσαι ἀληθεῖς, καὶ σαφεῖς καὶ ὀρθὰ βαίνειν διδάσκουσαι.

B

VERS. 9. *Redemptionem misit populo suo.* Pater misit Filium suum, *Misit* enim *me*, inquit, *prædicare captivis remissionem* [96]. Et rursus de eo scriptum est : *Ipse salvum faciet populum suum* [97]. Item qui datus est nobis a Deo redemptio [98], secundum Apostolum.

Λύτρωσιν ἀπέστειλε τῷ λαῷ αὐτοῦ. Ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν, ἤτοι τὸν Χριστόν· *Ἀπέστειλε* γάρ *με*, φησὶ, *κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν*· καὶ πάλιν· *Αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ.* Καὶ ὃς ἐδόθη ἡμῖν τά τε ἄλλα ἀπὸ Θεοῦ καὶ ἀπολύτρωσις, κατὰ τὸν Ἀπόστολον.

Mandavit in sæculum testamentum suum. In sæculum, inquam, conveniens, ac si diceret : Testamentum suum Deus in apto et convenienti tempore hominibus tradidit. Vel *in sæculum*, pro in æternum, ipsum Evangelium, æternum appellans Testamentum, de quo alibi scriptum legimus : *Dabo vobis testamentum æternum* [99]. Testamentum enim Mosaicum temporarium fuit, si exteriorem ejus sensum, si figuras, et umbras in eo contentas aspiciamus et occidentem litteram : secus vero si interiorem spectemus sensum ac res sub hujusmodi umbris, ac figuris designatas.

Ἐνετείλατο εἰς τὸν αἰῶνα διαθήκην αὐτοῦ (27-28). Ἐνετείλατο εἰς τὸν αἰῶνα διαθήκην αὐτοῦ, τὴν νέαν, ἢ αἰώνιον διαθήκην αὐτοῦ, τὴν εὐαγγελικήν· *Δώσω* γὰρ, φησὶν, *ὑμῖν διαθήκην αἰώνιον.* Ἡ γὰρ Μωσαϊκὴ πρόσκαιρος ἦν τό τε φαινόμενον (29), αὐτῆς, καὶ ὅσον τυπικὸν καὶ σκιῶδες.

Sanctum et terribile nomen ejus. Christi nomen sanctum quidem est, veluti quo innumerabilia effecta sunt miracula, terribile vero (seu, ut proprius signat Græca dictio, φοβερὸν, *timendum*), quia dæmones expellit, et ægritudines. Quod si Christi nomen sanctum est, oportet ipsa etiam ora, ac linguas, quæ illud laudatura sunt, sancta esse.

C *Ἅγιον καὶ φοβερὸν τὸ ὄνομα αὐτοῦ.* Τὸ Χριστός· ἅγιον μὲν, ὡς μυρία θαύματα ἐργαζόμενον· φοβερὸν δὲ, ὡς ἐλαῦνον δαίμονας, καὶ νόσους. Εἰ δὲ ἁγίων ἄρα δεῖται στομάτων εἰς ὑμνολογίαν.

VERS. 10. *Initium sapientiæ timor Domini.* Est enim hujusmodi timor fons ac radix sapientiæ. Ubi enim est timor, illic et mandatorum observatio ; ubi autem observatio mandatorum, illic et splendor.

Ἀρχὴ σοφίας φόβος Κυρίου. Πηγὴ σοφίας, ῥίζα, ὑπόθεσις. Οὗ γὰρ φόβος ἐντολῶν τήρησις, οὗ δὲ αὕτη, κάθαρσις. Οὗ δὲ κάθαρσις, ἔλλαμψις. munditia ; ubi vero munditia, ibi etiam et

Prudentia autem bona omnibus facientibus eam. Hoc est operantibus secundum prudentiam, bona accrescit prudentia. Est enim quædam prudentia mala, de qua scriptum est : *Prudentes ut malefaciant.* Vel aliter : Prudentia bona est, et utilis non iis simpliciter qui eam habent, sed iis qui ea utuntur in sermone, atque in operibus.

Σύνεσις δὲ ἀγαθὴ, πᾶσι τοῖς ποιοῦσιν αὐτήν. Τοῖς ποιοῦσι τὴν σοφίαν, τοῖς ἐργαζομένοις ταύτην, τοῖς εὐποροῦσιν αὐτῆς, σύνεσις ἀγαθὴ προσγίνεται. Ἔστι γὰρ, καὶ σύνεσις πονηρά· *Σοφοὶ* γὰρ, φησὶ, *τοῦ κακοποιῆσαι.* Ἢ καὶ ἑτέρως· ἡ σύνεσις ἀγαθή D ἐστιν, εἴτουν, ὠφέλιμος, οὐ τοῖς ἁπλῶς ἔχουσιν αὐτὴν, ἀλλὰ καὶ τοῖς χρωμένοις αὐτῇ, πρὸς ἔργα καὶ λόγους·

Laudatio ejus manet in sæculum sæculi. Christi laus sine fine apud angelos manet, et apud ho-

Ἡ αἴνεσις αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Ἡ αἴνεσις τοῦ Χριστοῦ μένει ἀτελεύτη-

[95] Matth. XXIV, 35. [96] Luc. IV, 19. [97] Matth. I, 21. [98] I Cor. I, 30. [99] Baruch II, 35.

Variæ lectiones.

(27-28) Græce ad verbum : *Mandavit in sæculum testamentum suum.* Latina explanatio tota est ab interprete (nisi forte deest aliquid) eaque apta.

(29) Et laxius, et minus fideliter. Græce : *Tum quoad exteriorem ejus sensum ; tum quod figura erat et umbra alterius.*

τος παρά τε ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις· δεῖ οὖν αἰνεῖν αὐτὸν καὶ εὐχαριστεῖν, διὰ παντός.

A mines. Decet igitur ut nos illum semper laudemus, et summas illi semper gratias agamus.

Ἀλληλούϊα.

Alleluia.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΙΑ'.

PSALMUS CXI.

Σφόδρα μοι δοκεῖ τῷ τέλει τοῦ πρὸ τούτου ψαλμοῦ ἕπεσθαι τὸ τοῦ παρόντος προοίμιον· διὸ τὴν αὐτὴν καὶ οὗτος εἶχεν ἐπιγραφὴν, ὡς ἐκείνου μέρος. Ἐκεῖ μὲν γάρ φησιν, *Ἀρχὴ σοφίας, φόβος Κυρίου*· ἐνταῦθα δὲ, *Μακάριος ἀνὴρ ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον*. Φασὶ δέ τινες τὸν προκείμενον ψαλμὸν, δύο τε καὶ εἴκοσι στίχους ἔχειν κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν Ἑβραϊκῶν γραμμάτων, καὶ τὰς ἀρχὰς τῶν στίχων ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, τὰς ἀρχὰς τῶν Ἑβραϊκῶν φέρειν γραμμάτων.

Principium hujus psalmi maximam mihi videtur consequentiam habere ad finem superioris: qua ratione eamdem cum illo inscriptionem sortitum puto. Est etenim veluti quædam illius pars. Ibi enim legimus: *Initium sapientiæ est timor Domini*, hic autem: *Beatus vir, qui timet Dominum*; ferunt autem hunc psalmum constare ex duobus et viginti versiculis, juxta Hebraicarum litterarum numerum. Ipsaque versiculorum principia, apud Hebræos omnia hujusmodi litterarum signare elementa.

B

Μακάριος ἀνὴρ ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον. Ἐν τῷ προλαβόντι ψαλμῷ τὸν φόβον τοῦ Κυρίου, σοφὸν εἶπε ποιεῖν· ἐν τούτῳ δὲ, μακάριον. Μακάριος ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον, οὐχ ἁπλῶς, καθάπερ οἱ δαίμονες, ἀλλ' ὥστε φυλάττειν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ, φόβος ψιλός· τοῦτο δὲ, φόβος ἐνεργός.

VERS. 1. *Beatus vir qui timet Dominum.* In præcedenti psalmo dictum est quod timor Domini sapientem hominem reddit, in hoc vero, quod etiam beatum: Beatus vir, inquit, qui timet Dominum, non tamen qui simpliciter timet (nam et dæmones etiam Deum timent), sed qui timet, ut servet mandata. Ille enim timor levis atque inanis est: iste autem efficax et potens.

Ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ θελήσει σφόδρα. Ὁ τοιοῦτος ἐν ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Κυρίου αὐτοῦ χαιρήσει, εὐφρανθήσεται· τοῦτο γὰρ, τὸ *Θελήσει σφόδρα*· καὶ ἀλλαχοῦ γὰρ δεικνὺς τὴν ἡδονὴν, ἣν ἔχει περὶ τὰ προστάγματα τοῦ Θεοῦ, φησίν· *Ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου! ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου*.

In mandatis ejus volet valde. Hujusmodi vir, in mandatis Domini sui gaudebit et lætabitur. Ita enim significant illa verba: *Volet valde.* Hanc autem delectationem, quam ex divinis mandatis Propheta consequebatur, alibi etiam manifestius exprimens ait: *Quam dulcia faucibus meis eloquia* C *tua, super mel ori meo* [1].

Δυνατὸν ἐν τῇ γῇ ἔσται τὸ σπέρμα αὐτοῦ. Δυναμούμενον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κατὰ τῶν ἐπηρεαζόντων. Σπέρμα δὲ αὐτοῦ οἱ μαθηταὶ καὶ μιμηταὶ, καὶ τὴν ὁμοιότητα καὶ τὸ γνήσιον, ἀπὸ τῶν χαρακτήρων τῆς πολιτείας σώζοντες, καὶ καθάπερ τινὰ κλῆρον τὰς ἀρετὰς τοῦ διδασκάλου δεξάμενοι.

VERS. 2. *Potens in terra erit semen ejus.* Reddetur enim potens ac validum, adversus omnes, qui lædere eos voluerint. Semen vero Domini discipuli sunt, et imitatores Christi. Qui similitudinem ac germanitatem vitæ ac conversationis Christi servantes, eamque veluti paternam quamdam hæreditatem suscipientes, robore ac viribus semper augentur.

Γενεὰ εὐθέων εὐλογηθήσεται. Ὑπὸ τῆς γενεᾶς τῶν μὴ διεστραμμένων, ἀλλ' ὀρθὰ φρονούντων εὐλογηθήσεται.

Generatio rectorum benedicetur. A generatione scilicet consimilium hominum, qui non perversa sentiunt, sed recta.

Δόξα καὶ πλοῦτος ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. Δόξα παρὰ Θεοῦ, καὶ πλοῦτος ἐν ἀγαθοῖς ἔργοις· ἢ καὶ δόξα παρὰ ἀνθρώπων τιμώντων αὐτὸν διὰ τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ, καὶ πλοῦτος τῷ εὐπορεῖν ὧν βούλοιτο, ὅτε καὶ θελήσει διὰ τὴν εἰς Θεὸν πίστιν, καὶ παῤῥησίαν αὐτοῦ.

VERS. 3. *Gloria et divitiæ in domo ejus.* Gloria, inquit, a Deo erit viro timenti eum, et cum gloria etiam divitiæ; divitiæ, inquam, bonorum D operum. Vel gloria ei erit ab hominibus, quia ob hujusmodi virtutem eum honorabunt. Simili modo etiam ei aderunt divitiæ, quia rebus omnibus affluet, quas optabit; juxta quem sensum intellige, quod volet valde in mandatis Dei, ob suam videlicet summam in Deum fiduciam, ac fidem.

Καὶ ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ, μένει εἰς τὸν αἰῶνα. Ἡ ἀρετὴ ἡ δικαιοῦσα αὐτὸν, μένει ἀνώλεθρος εἰς τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα, συναποδημοῦσα τούτῳ.

Et justitia ejus manet in sæculum sæculi. Virtus, quæ eum justificavit incorrupta permanebit in futurum sæculum. Quippe quæ post hanc vitam, illum semper comitabitur.

Ἐξανέτειλεν ἐν σκότει φῶς τοῖς εὐθέσιν. Ἐξανέτειλεν ὁ Θεὸς τοῖς ἐν σκότει πειρασμῶν καὶ θλίψεων φῶς ἀπαλλαγῆς, καὶ ψυχαγωγίας. Ἢ ἐκ γῆς ἀνέτειλεν ἐν σκότει τῆς πλάνης φῶς ἀληθείας ὁ

VERS. 4. *Exortum est in tenebris lumen rectis.* Exortus est, inquit, Deus hominibus, qui in tentationum, atque afflictionum tenebris jacebant. Ille, inquam, Deus, qui lumen, seu lux est vera

[1] Psal. cxvii, 3.

liberationis, ac veri refrigerii, vel lumen veritatis, quod apparuit in Christo, exortum est e terra in tenebris erroris: *Ego* enim, inquit, *sum lux mundi* [1]. Rectis autem exortam esse dicit hanc lucem, id est iis qui recta sentire possunt, lumenque illud oculis intueri. (Nam perversi omnes ad hujusmodi lucem oculos occludunt.)

Misericors, miserator et justus. Hoc de Deo etiam dictum est, qui misericors et miserator est, tanquam qui bonus est: et justus, tanquam omnium judex. Vide in psalmo C, ibi: *Misericordiam et judicium cantabo tibi, Domine.*

VERS. 5. *Benignus homo qui miseretur et commodat.* Miseretur quidem eorum qui in angustiis sunt, commodat autem iis qui mutuo indigent. Scriptum est enim alibi in psalmo XLVI: *Tota die miseretur, et commodat justus.*

Disponet sermones suos in judicio. Hujusmodi vir timens Dominum, bene etiam utetur sermonibus suis, nec fortuito, aut inconsiderate loquetur, sed cum judicio, et discretione verba sua dispensabit, ubi opus fuerit. Vel (quia Græca dictio λόγου; non tantum verba, et sermones, sed rationes etiam significat), dic quod vir iste, qui timet Dominum, recto ac sano judicio, rationes et negotia sua omnia semper disponet, quemadmodum etiam Symmachus reddidit. Vel, quod bene disponet defensiones suas in futuro judicio, easque antea summo cum examine ac studio præparabit, non secus ac facere consuevit fidelis quis ac sapiens administrator.

A Χριστός· *Ἐγὼ γάρ*, φησὶν, *εἰμὶ τὸ φῶς τοῦ κόσμου.* Ἐξανέτειλε δὲ τοῖς εὐθέσι, τοῖς ὀρθὰ φρονεῖν δυναμένοις· οὗτοι μὲν γὰρ εἶδον αὐτό.

Ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων, καὶ δίκαιος. Παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦτο, ἐλεήμων μὲν γὰρ καὶ οἰκτίρμων ἐστὶν, ὡς ἀγαθός· δίκαιος δὲ, ὡς κριτής. Ζήτησον καὶ ἐν τῷ ρ' ψαλμῷ τὴν ἐξήγησιν τοῦ, *Ἔλεον καὶ κρίσιν ᾄσομαί σοι, Κύριε.*

Χρηστὸς ἀνὴρ ὁ οἰκτείρων καὶ κιχρῶν. Ὁ οἰκτείρων μὲν τοὺς ἐν ἀνάγκαις, κιχρῶν δὲ τοῖς δανείου χρῄζουσι. Γέγραπται δὲ καὶ ἐν τῷ λς' ψαλμῷ· *Ὅλην τὴν ἡμέραν ἐλεεῖ καὶ δανείζει ὁ δίκαιος.*

B *Οἰκονομήσει τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐν κρίσει.* Οὗτος εὐχαριστήσεται τοῖς λόγοις αὐτοῦ, ἐν διακρίσει λέγων, καὶ οὐχ ὡς ἔτυχεν, οὐδ' ἀπερισκέπτως. Ἢ εὖ διαθήσει τὰ κατ' αὐτὸν πράγματα, μετὰ διακρίσεως· οὕτω γὰρ ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκεν· ἢ εὖ διαθήσει τὰς ἀπολογίας αὐτοῦ ἐν κρίσει, τῇ μελλούσῃ, τουτέστι, συνηγορήσεις ἑαυτοῦ παρασκευάσει, κατὰ τὸν πιστὸν καὶ φρόνιμον οἰκονόμον.

VERS. 6. *Quia in sæculum non commovebitur.* In hoc sæculo tentationes aliquæ eum non commovebunt, veluti eum qui ædificatus est supra solidam fidei, dilectionis, et spei petram; quique propriam conscientiam tutissimam anchoram habet. Nec dicit Propheta quod hujusmodi homo nullas passurus sit insidias, *multæ enim tribulationes justorum* [2]; sed quod ab eis non commovebitur. Hoc etenim valde admirandum est, quod sancti qui innumerabilia passi sunt pericula, adeo constantes atque immobiles adversus ea permanserint, et sententiam usque ad extremum finem firmam ac stabilem semper servaverint. Hæc celeberrima est eorum victoria: hoc dignissimum præstantium hujusmodi virorum præconium. Vel, in futurum sæculum non commovebitur, juxta id quod alibi legimus: *Paratus sum et non sum turbatus* [4], quia scilicet nullius mihi sceleris conscius sum.

Ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα οὐ σαλευθήσεται. Εἰς τὸν αἰῶνα τοῦτον οὐ σαλευθήσεται πειρασμοῖς, ἀσφαλῶς τεθεμελιωμένος ἐπὶ τὴν πέτραν τῆς εἰς Θεὸν πίστεως, καὶ ἀγάπης, καὶ ἐλπίδος, καὶ τὸ συνειδὸς C ἔχων ἀπερίτρεπτον ἄγκυραν. Οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι οὐκ ἐπιβουλευθήσεται· *Πολλαὶ* γὰρ, φησὶν, *αἱ θλίψεις τῶν δικαίων*· ἀλλ' ὅτι, οὐ σαλευθήσεται. Τοῦτο γὰρ τὸ θαυμαστὸν, ὅτι μυρία πάσχοντες οἱ ἅγιοι, οὐ περιετρέποντο, ἀλλ' ἀκλινὲς ἄχρι τέλους ἔσωζον τὸ φρόνημα. Τοῦτο περιφανὴς νίκη, τοῦτο λαμπρὰ τῶν ἀριστέων ἀνάῤῥησις. Ἢ καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα οὐ σαλευθήσεται· *Ἡτοιμάσθην* γὰρ, φησὶ, *καὶ οὐκ ἐταράχθην*· οὐδὲν ἑαυτῷ φαῦλον συνειδώς.

VERS. 7. *In memoria æterna erit justus.* Ob proprias scilicet virtutes, nec tantum vivens erit in memoria, sed post mortem.

Ab auditione mala non timebit. Non formidabit, inquit, licet terribile, atque horrendum aliquid ei fuerit annuntiatum. Nec dixit quod non audiet, sed quod non timebit. Deposuit enim antea divitias suas tuto in loco, atque ideo eis semper magis propior fieri festinat. *Ubi enim*, inquit, *est thesaurus tuus, illic et cor tuum erit* [5]. Eadem enim ratione eos non timet, qui corpus occidunt, et animam occidere non possunt.

Paratum cor ejus sperare in Domino. Hoc est, stabile atque inconcussum permanet cor ejus in

D *Εἰς μνημόσυνον αἰώνιον ἔσται δίκαιος.* Διὰ τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ μνημονευόμενος οὐ μόνον ζῶν, ἀλλὰ καὶ θανών.

Ἀπὸ ἀκοῆς πονηρᾶς οὐ φοβηθήσεται. Ἀπὸ ἀγγελίας φοβερᾶς, οὐ δειλιάσει. Οὐκ εἶπε δὲ καὶ νῦν, ὅτι, οὐκ ἀκούσεται, ἀλλ' ὅτι, οὐ φοβηθήσεται· προαπέθετο γὰρ αὐτοῦ τὸν πλοῦτον ἐν ἀσύλῳ χωρίῳ· καὶ σπεύδει μᾶλλον ἀπελθεῖν ἐκεῖ. *Ὅπου γάρ ἐστι*, φησὶ, *θησαυρὸς ἡμῶν, ἐκεῖ ἔσται καὶ ἡ καρδία ἡμῶν*· καὶ διὰ τοῦτο οὐ φοβεῖται, οὐδὲ τοὺς ἀποκτείνοντας τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένους ἀποκτεῖναι.

Ἑτοίμη ἡ καρδία αὐτοῦ ἐλπίζειν ἐπὶ Κύριον. Ἑδραία ἐλπίζειν, ἀμετακίνητος, ἀπὸ τῆς εἰς Κύ-

[1] Joan. VIII, 12. [2] Psal. XXXIII, 20. [4] Psal. CXVIII, 60. [5] Matth. VI, 21.

ριον ἐλπίδος, ἐλπίζων ὅτι νικήσει δι' αὐτοῦ, καὶ τεύξεται σωτηρίαν.

A illa spe, quam habet in Domino, confidens, quod ope illius salutem ac victoriam consecuturus sit.

Ἐστήρικται ἡ καρδία αὐτοῦ, οὐ μὴ φοβηθῇ. Ὡς ἀνωτέρω δεδήλωται.

VERS. 8. *Confirmatum est cor ejus, non timebit.* Ut superius declaratum est.

Ἕως οὗ ἐπίδῃ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. Κυρίως τοὺς δαίμονας· ἕως οὗ ἐπίδῃ ἐπ' αὐτοὺς ἃ βούλεται, οἷα πείσονται· εἰ δ' οὐ μὴν φοβηθῇ μέχρι τῆς πτώσεως τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον οὐδὲ μετὰ ταύτην. Περὶ γὰρ τοῦ ἀμφιβόλου διδάξας, τὸ ἑξῆς ὡς ἀναμφίβολον, παρεσιώπησεν· ἰδίωμα δὲ καὶ τοῦτο τοῦ, Ἕως οὗ.

Donec aspiciat super inimicos suos. Per inimicos, dæmones proprie intellige: Donec, inquit, aspiciat super illos ea quæ vult, aut quæ illi patientur. Quod si formidaturus non est, quousque ruant inimici, multo minus postea ei timendum erit. Asserens quippe id quod ambiguum magis videri poterat, tacuit quod sequitur tanquam minus ambiguum, minusque incertum. Atque hoc pacto dictio, *Donec*, sæpe sumitur apud Hebræos.

Ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν. Ἐσκόρπισε τὰ ὄντα. Διὰ δὲ τοῦ, *Ἐσκόρπισε*, τὴν δαψίλειάν τε τοῦ παρέχοντος ἐνέφηνε, καὶ σπόρον τινὰ τὸ πρᾶγμα ὑπεδήλωσε· σκορπίζουσι γὰρ οἱ σπείροντες.

VERS. 9. *Dispersit, dedit pauperibus.* Dispersit scilicet bona sua. Dispersionis autem vocabulo B liberalitatem donantis expressit; quam etiam veint semen, aut sationem quamdam esse significavit. Spargere enim solent, qui seminant.

Ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα ἕως τοῦ αἰῶνος. Ἀνωτέρω περὶ ταύτης εἴρηκε· παλιλλογεῖ γὰρ εἰς βεβαίωσιν τῶν τοιούτων λόγων. Ἢ καὶ ἰδικῶς δικαιοσύνην ἐνταῦθα λέγει τὴν ἐκ τῆς ἐλεημοσύνης.

Justitia ejus manet in sæculum sæculi. Repetit verba jam superius dicta, ad majorem sententiæ suæ confirmationem. Vel per justitiam hoc in loco eam intelligit, quæ a misericordia proficiscitur, hoc est, ab eleemosyna. (Et de qua scriptum est: *Attendite, ne justitiam vestram faciatis coram hominibus* [5*].)

Τὸ κέρας αὐτοῦ ὑψωθήσεται ἐν δόξῃ. Ἡ τιμὴ αὐτοῦ μεγαλυνθήσεται. Περὶ δὲ τοῦ μεταφορικοῦ κέρατος εἴρηται σαφῶς ἐν τῷ πε' ψαλμῷ, ἔνθα· *Καὶ ἐν τῷ ὀνόματί σου ὑψωθήσεται τὸ κέρας αὐτοῦ.*

Cornu ejus exaltabitur in gloria. Per cornu, honorem intelligit. Est enim sermo metaphoricus: Honor ac gloria ejus, inquit, magnificabitur. De hoc autem cornu, dictum est in psalmo LXXXVIII, ibi: *Et in nomine tuo exaltabitur cornu nostrum.*

Ἁμαρτωλὸς ὄψεται καὶ ὀργισθήσεται. Ἔλεγχον τῆς ἀπανθρωπίας αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ δικαίου νομίζων. Τοιοῦτον γὰρ ἡ ἀρετή, φορτικὴ καὶ ἐπαχθὴς ἀεὶ τῇ κακίᾳ.

C VERS. 10. *Peccator videbit et irascetur.* Irascetur peccator existimans, quod justi hujus viri misericordia suam convincat ac carpat sævitiam. Talis enim est virtus, molesta nimirum semper, et gravis pravis omnibus.

Τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ βρύξει, καὶ τακήσεται. Βρύξει μέν, τὴν ἔνδον ὀδύνην διὰ τῶν ὀδόντων ἐπιδεικνύμενος, οὐ τολμήσει δὲ φθέγξασθαι, τῆς ἀρετῆς ἐμφραττούσης αὐτοῦ τὸ στόμα· διὸ καὶ τακήσεται δακνόμενος τοῖς ἐκείνου κατορθώμασι, καὶ κατατηκόμενος τῷ φθόνῳ· καὶ δήμιος αὐτὸς ἑαυτῷ γινόμενος.

Dentibus suis frendet, et tabescet. Stridebit quidem atque interiorem mœrorem dentibus suis demonstrabit; attamen non audebit, quia justi hujus viri virtus os ei obstruet: quin imo ob summam ejus virtutem, et ob præclara ejus gesta, invidia ac livore tabescet, ipse nimirum sui sævissimus effectus carnifex.

Ἐπιθυμία ἁμαρτωλοῦ ἀπολεῖται. Ἀπολλυμένων καὶ φθαρτῶν πραγμάτων ἐπιθυμοῦντος, ὧν ἀπολλυμένων συναπόλλυται καὶ αὐτή. Τινὲς δὲ καὶ τὸ *Ἐξανέτειλεν ἐν σκότει φῶς τοῖς εὐθέσι*, τῷ μακαρισθέντι ἀνδρὶ προσνέμουσι, ὅτι φωτίσει τὰς ἐσκοτισμένας ψυχὰς τῶν ἀπειθῶν. Ὁμοίως, καὶ τὸν ἐφεξῆς στίχον, ὅτι ἐλεεῖ, καὶ οἰκτείρει, καὶ δίκαια κρίνει.

Desiderium peccatoris peribit Peccatoris dico amantis ac concupiscentis pereuntes, atque corD ruptibiles res: quibus deperditis desiderium una cum illis perditur. Verum verba illa: *Exortum est in tenebris lumen rectis* [6], quidam applicant illi viro, quem Propheta in præcedentibus beatum dixit, et sensum esse dicunt quod hujusmodi vir timens Dominum, illuminabit infidelium animas antea errore obtenebratas: et simili modo ei applicant proxime subsequentem versiculum, dicentes, quod hujusmodi vir misericors est, et miseretur, et quod justa judicat. Superius vero nos rumque versiculum Deo accommodavimus.

Ἀλληλούϊα.

Alleluia.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΙΒ'.

PSALMUS CXII.

Εὐχαριστήριος καὶ οὗτος, διὸ τοιαύτην ἔσχεν ἐπιγραφήν.

Hic psalmus in gratiarum etiam actiones conscriptus est, unde similem cum præcedentibus inscriptionem retulit.

[5*] Matth. VI, 1. [6] Psal. CXI, 4.

VERS. 1. *Laudate, pueri, Dominum, laudate nomen Domini.* Per pueros hoc in loco servos significat, nam et in psalmo CXXXIV, ait : *Laudate nomen Domini, laudate servi Dominum;* eamdem sententiam exprimens, præpostero versiculorum ordine. Aliqui vero per pueros, intellexerunt puros, ac simplices homines, vel Christi, aut apostolorum discipulos. Laudate autem eum, non sermonibus tantum, sed etiam operibus, juxta illud : *Ut videant bona vestra opera, et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est* [7].

VERS. 2. *Sit nomen Domini benedictum, ex nunc et usque in sæculum.* Benedicatur, inquit, et non blasphemetur nomen Domini, vobis illud assidue benedicentibus, ac perpetuo laudantibus, opere ac verbis, ut superius diximus. Nam et si nomen Domini per se ipsum satis semper benedictum sit, fit tamen in nobis etiam benedictum, quando non solis verbis, sed operibus etiam benedicimus. Deum quippe omnes glorificant, quando virtutum opera ab aliquibus fieri vident.

VERS. 3. *A solis ortu usque ad occasum, laudabile nomen Domini.* Non in Palæstina tantum, sed ubique terrarum laudandum est nomen Domini. Prædicit autem his verbis Propheta evangelicæ prædicationis vocem, in universum orbem perventuram.

VERS. 4. *Excelsus super omnes gentes Dominus.* Excelsus erit in gentibus, non quod tunc efficiendus sit excelsus, sed quia tunc demum excelsus apparebit, quando erunt, qui alta ac sublimia de Deo tradent dogmata, quique contemplationibus et studiis suis, quantum poterunt, ea extollent.

Super cœlos gloria ejus. Quia in cœlis ab angelis glorificatur. Possunt etiam hæc de Christo intelligi, et de angelis, qui nato Christo cecinerunt : *Gloria in excelsis Deo* [8].

VERS. 5, 6. *Quis sicut Dominus Deus noster?* Hæc a Propheta dicta sunt, ut falsos illos deos carperet, qui a gentibus colebantur.

VERS. 7. *Qui in altis habitat, et humilia respicit.* Atqui si commensuravit Deus cœlum palmo, et terram pugno, ut alibi legimus, item si cœlum et terram implet, et ubique adest, si incomprehensibilis est, et incircumscriptus, quomodo in cœlo habitat et terram aspicit? Patet igitur ita loqui Prophetam, ut Judæorum aut aliorum hebetudini consentiret, tametsi illorum mentem paulatim elevans addidit, dicens :

In cœlo, et in terra. Et superius, inquit, et inferius habitat, hoc est, ubique locorum. Vide, quæ diximus, in II psalmo, ibi : *Qui habitat in cœlis irridebit eos.* Alii vero aliter construunt, dicentes : *Quis sicut Deus noster in cœlo et in terra?*

Erigens a terra inopem, et de stercore elevans

A *Αἰνεῖτε, παῖδες, Κύριον, αἰνεῖτε τὸ ὄνομα Κυρίου.* Παῖδας ἐνταῦθα τοὺς δούλους ὠνόμασε, καὶ γὰρ ἐν τῷ ρλδ' ψαλμῷ φησιν· *Αἰνεῖτε τὸ ὄνομα Κυρίου· αἰνεῖτε, δοῦλοι, Κύριον·* τὸ αὐτὸ λέγων κατ' ἐναλλαγὴν τῶν στίχων. Τινὲς δὲ παῖδας ἐνόησαν, τοὺς ἀκάκους, ἢ τοὺς μαθητὰς τοῦ Χριστοῦ, ἢ τοὺς τῶν ἀποστόλων. Αἰνεῖτε δὲ αὐτὸν, οὐ διὰ λόγων μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ἔργων· *Ὅπως γὰρ,* φησὶν, *ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.*

Εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος. Εἴη εὐλογημένον ἐν ἡμῖν, καὶ μὴ βεβλασφημημένον, ἀεὶ εὐλογούντων ὑμῶν αὐτὸ, διὰ παντὸς ὑμνούντων, πάντοτε δοξαζόντων καὶ
B λόγοις, καὶ ἔργοις, ὡς ἀνωτέρω δεδήλωται. Καθ' ἑαυτὸ μὲν γὰρ, εὐλογημένον, ἐστί· γίνεται δὲ καὶ ἐν ὑμῖν εὐλογημένον, ὅταν μὴ λόγοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργοις εὐλογῶμεν αὐτό· τῶν ὁρώντων αὐτὰ, δοξαζόντων τὸν Δεσπότην ἡμῶν.

Ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν, αἰνετὸν τὸ ὄνομα Κυρίου. Οὐκ ἐν Παλαιστίνῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης, αἰνετὸν τὸ ὄνομα Κυρίου. Προαγορεύει δὲ, τὸν εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξελθόντα φθόγγον τοῦ κηρύγματος.

Ὑψηλὸς ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη ὁ Κύριος. Ὑψηλὸς ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἔσται, οὐ τότε τοῦτο γινόμενος, ἀλλὰ τότε τοῦτο φαινόμενος αὐτοῖς· ὑψηλὰ περὶ
C αὐτοῦ δογματιζόντων, καὶ ὑψούντων αὐτὸν ταῖς θεοπρεπέσι δοξολογίαις.

Ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ἡ δόξα αὐτοῦ. Ἐν τοῖς οὐρανοῖς δοξαζομένου παρὰ τῶν ἀγγέλων. Νοηθεῖεν δ' ἂν ταῦτα καὶ ἰδικῶς περὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἀγγέλων, τῶν ἐπὶ τῇ γεννήσει αὐτοῦ αἰνούντων τὸν Θεὸν καὶ λεγόντων, *Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ,* καὶ τὰ ἑξῆς.

Τίς ὡς ὁ Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν; Τοῦτο πρὸς διασυρμὸν καὶ χλεύην εἶπε τῶν παρὰ τοῖς ἔθνεσι ψευδωνύμων θεῶν.

Ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν. Καὶ μὴν ἐμέτρησε τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ
D τὴν γῆν δρακὶ, καὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν πληροῖ, καὶ πανταχοῦ πάρεστι· καὶ ἀχώρητός ἐστι, καὶ ἀπερίγραπτος. Καὶ πῶς ἐν οὐρανῷ κατοικεῖ, καὶ τὴν γῆν ἐφορᾷ; Ἢ δῆλον ὅτι συγκαταβὰς πρῶτον ὁ Δαβὶδ τῇ παχύτητι τῶν Ἰουδαίων, εἶτα κατὰ μικρὸν ἀνάγει τὴν διάνοιαν αὐτῶν· ἐπήγαγε γάρ·

Ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ. Καὶ ἄνω καὶ κάτω ὢν δηλαδὴ, τουτέστι, πανταχοῦ. Ζήτησον καὶ ἐν τῷ β' ψαλμῷ, *Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς.* Ἄλλοι δὲ συντάττουσι, *Τίς ὡς ὁ Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ;*

Ὁ ἐγείρων ἀπὸ γῆς πτωχὸν, καὶ ἀπὸ κοπρίας

[7] Matth. V, 16. [8] Luc. II, 14.

ἀνίστων πένητα. Γῆν καὶ κοπρίαν τὴν εὐτέλειαν ὀνομάζει· καὶ ὑμνεῖ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ, ῥᾳδίως μεταβάλλουσαν ἃ βούλεται.

A *pauperem.* Per terram et stercus, tenuitatem ac paupertatem intelligit. Laudat autem, atque admiratur Propheta Dei potentiam, qui de facili immutat quæcunque vult.

Τοῦ καθίσαι αὐτὸν μετὰ ἀρχόντων, μετὰ ἀρχόντων λαοῦ αὐτοῦ. Οὐ μόνον πλουτίζων αὐτὸν καὶ δοξάζων, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄρχουσι τοῦ λαοῦ αὐτοῦ συγκαθίζων, καὶ εἰς ἀρχὴν καὶ τοῦτον ἄγων. Νοεῖται δὲ καὶ ὁ ἐξ ἐθνῶν λαὸς, πτωχὸς καὶ πένης, ὃν ὁ Χριστὸς ἀπὸ τῆς ἀτιμίας τῶν παθῶν ἐγείρας, καὶ ὑψώσας διὰ τοῦ Εὐαγγελίου, ἰσότιμον ἐποίησε τοῖς ἀποστόλοις, οὓς καὶ κατέστησεν ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, ὡς ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ δεδήλωται. Εἶτα ὑμνεῖ καὶ μείζονα δύναμιν αὐτοῦ, μεταβάλλοντος οὐ πράγματα μόνον ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ φύσεις.

VERS. 8. *Ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui.* Non solum divitem et gloriosum facit, sed cum populi sui principibus eum etiam collocat, hoc est, ad principatum atque ad imperium eum etiam provehit. Per inopem vero et pauperem, fidelem populum ex gentibus congregatum intellige, quem a turpibus, atque inhonestis affectibus erigens Christus per Evangelium in altum evexit, eumdem ei quem populis honorem impertitus: Apostolis, inquam, quos *principes super omnem terram constituerat*, ut vidimus in psalmo XLIV. Postremo majorem quamdam ac potiorem potentiam Dei admiratur qui non ipsas tantum res immutare possit, sed ipsam etiam eorum naturam. Unde ait:

Ὁ κατοικίζων στεῖραν ἐν οἴκῳ, μητέρα ἐπὶ τέκνοις εὐφραινομένην. Τὴν στεῖραν ποιῶν οἰκεῖν ἐν οἴκῳ μητέρα ἐπὶ τέκνοις εὐφραινομένην· ὡς καὶ ἐπὶ πολλῶν γέγονε. Τινὲς δὲ οἶκον τὴν φαμιλίαν τῶν παίδων ἐνόησαν.

B VERS. 9. *Qui habitare facit sterilem in domo matrem de filiis lætantem.* Efficiens ut mulier sterilis, facta mater, inhabitet in domo, super filiis lætata, quemadmodum sæpenumero effecit. Quidam domum hic pro puerorum familia intellexerunt.

Ἀλληλούϊα.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΙΓ΄.

Εὐχαριστήριος καὶ οὗτος, τὰς Ἰουδαίοις παρὰ Θεοῦ πάλαι παρασχεθείσας εὐεργεσίας διεξιὼν, καὶ τὴν θείαν δύναμιν ἀνυμνῶν, καὶ τῶν εἰδώλων κατακωμῳδῶν τὴν ἀσθένειαν.

Ἐν ἐξόδῳ Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου, οἴκου Ἰακὼβ ἐκ λαοῦ βαρβάρου, ἐγενήθη Ἰουδαία ἁγίασμα αὐτοῦ, Ἰσραὴλ ἐξουσία αὐτοῦ. Ἰσραὴλ μὲν καὶ οἶκον Ἰακὼβ, τὸ γένος λέγει τῶν Ἰσραηλιτῶν· Αἴγυπτον δὲ καὶ λαὸν βάρβαρον, τὸ τῶν Αἰγυπτίων· τουτέστι. Μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τοὺς Ἑβραίους ἐξ Αἰγύπτου, ἐγένετο ἡ νῦν Ἰουδαία χώρα ἁγίασμα αὐτοῦ, ἀφωρισμένον ἀνάθημα, καὶ ὁ Ἰσραηλίτης λαὸς κλῆρος αὐτοῦ, ἐξουσιαζόμενος, καὶ στρατηγούμενος, καὶ προσταττόμενος ὑπ' αὐτοῦ· οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες, κατὰ φύσιν ἦσαν ἐξουσία αὐτοῦ· οὗτοι δὲ μόνοι, κατ' οἰκείωσιν, ὡς περιώνυμος λαός.

Alleluia.

PSALMUS CXIII.

Et hic psalmus in gratiarum actionem conscriptus est, beneficia a Deo Judæis olim collata connumerat, divinam pariter potentiam laudat, et infirmitatem idolorum carpit.

VERS. 1, 2. *In exitu Israel de Ægypto, domus* C *Jacob de populo barbaro, facta est Judæa sanctificatio ejus, Israel potestas ejus.* Per Israelem, et per domum Jacob, Israelitarum genus significat; per Ægyptum autem, et populum barbarum, ipsos Ægyptios. In exitu, inquit, populi Israelitici, atque in recessu domus, seu familiæ Jacob ab Ægyptiorum gentibus, hoc est, ubi discesserunt Hebræi ex Ægypto, tunc regio illa, quam modo Judæam appellamus, facta est sanctificatio Dei: eo quod veluti res quædam Deo oblata, ac dicata sanctior quodammodo effecta est. Tunc etiam Israelitarum populus effectus est hæreditas Dei, et sub ejus potestate manifestius cœpit constitui, atque ab eo dirigi. Nam etsi omnes alii populi natura ipsa, et creationis jure sub divina semper fuerint potestate, nullus tantam necessitatem, aut familiaritatem habuisse videtur, quantam Israeliticus populus: qui propterea, peculiaris Dei populus appellatus est. (Ex iis autem, quæ diximus, patet, dictionem, ejus, utrobique ad Deum esse referendam.)

Ἡ θάλασσα εἶδε καὶ ἔφυγεν. Ἔγνω τὴν δύναμιν αὐτῆς· ᾔσθητο καθάπερ τις λογικὴ ἀπορρήτως τοῦ θείου θελήματος, καὶ διαιρεθεῖσα, ἔφυγεν ἐκ τοῦ μέσου, καὶ παρέσχε δίοδον ξηρὰν τοῖς Ἰσραηλίταις· λέγει δὲ περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς, ὁπότε Μωϋσῆς ἐξῆγε τὸν λαόν. Ἔφυγε δὲ εἰπὼν, τὸν φόβον καὶ τὸ τάχος τῆς διαιρέσεως αὐτῆς ἐνέφηνεν.

D VERS. 3. *Mare vidit et fugit.* Ipsum etiam mare divinam novit potentiam, et ineffabili quodam modo divinam etiam agnovit voluntatem, non secus ac si rationalis fuisset creatura: unde divisum e medio refugit alveo, liberumque ac tutum transeunti populo iter præbuit. Mare autem Rubrum intelligit, cum Moyses Hebræum populum eduxit; fugisse vero dicit ipsum mare, ut non tantum formidasse illud a conspectu Dei ostenderet, sed ut celeritatem etiam illius divisionis demonstraret.

Ὁ Ἰορδάνης ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω. Ἐπὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, ὅτε ἀνεχαίτισε τὸ ῥεῦμα ἑαυτοῦ, παρέ-

Jordanis conversus est retrorsum. Hoc accidit tempore Jesu Nave, quando Jordanis fluvius cur-

sum suum detinuit, præbens et ipse siccum transitum arcæ Dei. Hæc duo miracula una etiam recensentur per Prophetam in psalmo LXV, ibi : *Qui convertit mare in aridam, et in flumine pertransibunt pede.*

Vers. 4. *Montes exsultaverunt quasi arietes, et colles quasi agni ovium.* Summum atque ineffabile quoddam populi gaudium, quod illis fuit temporibus, describere nobis volens Propheta, ipsa etiam inanimata elementa, montes nimirum et colles Judææ fingit gaudio exsultasse, ac lætatos fuisse, non secus atque arietes et agni faciunt, qui quando lætantur lætitiam suam saliendo demonstrant; solent enim Prophetæ aliquando inanimatis rebus humanos affectus ascribere, ut diximus in psalmo XCV, ibi : *Lætentur cœli, et exsultet terra, commoveatur mare, etc., gaudebunt campi, etc. Tunc exsultabunt omnia ligna silvarum, a facie Domini quando venit ;* ubi vide.

Vers. 5, 6. *Quid est tibi, mare, quod fugisti? et tu, Jordanis, quod conversus es retrorsum? Montes, quod exsultastis, quasi arietes, et colles, quasi agni ovium?* Ex quadam prosopopœia Propheta nunc ipsa alloquitur elementa, rationem expostulans, cur sic fecerint, tanquam admirandum aliquid id fuerit, et supra naturam : et deinde ipse pro eis respondet, seu interrogationi suæ illos respondere introducit et dicere :

Vers. 7. *A facie Domini mota est terra.* A præsentia, inquit, et conspectu Domini exsultavit terra, ipsi montes nimirum et colles. Præsentiam autem Domini intellige adventum Domini in Judæam. Alio modo etiam expone juxta ea quæ dicta sunt in psalmo XCV, ibi : *Tunc exsultabunt omnia ligna silvarum.* Et de mari quidem ac de Jordane nihil amplius dixit, tanquam causa fugæ, aut detentionis in utroque satis jam nota sit.

A facie Dei Jacob. Scriptum est enim alibi : *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob* [*].

Vers. 8. *Qui convertit petram in stagna aquarum.* A facie illius Dei, inquam, qui a naturali duritie petram commutat, adeo ut ex ea deinceps aquæ scaturiant : de quo diximus in psalmo LXXVII.

Et rupem in fontes aquarum (In Græco hic, non rupem legimus, sed ἀκρότομον, quæ dictio tametsi pro rupe accipiatur, proprie tamen de re aliqua dici potest, quæ extrema ac summa in parte truncata sit, aut incisa). Ita igitur hanc petram Propheta appellavit, veluti quæ ob summam ejus duritiem, etiam in summa, atque in extrema sui parte vix ferro secari posset, hujusmodi loquendi modo usus, ut miraculum magis augeret. Enarratis autem antiquis beneficiis pro præsentibus rebus supplicat.

Vers. 1. *Non nobis, Domine, non nobis.* Non propter nos misericordiam te facturum confidimus. Sumus quippe ea indigni, quemadmodum et majores nostri, qui superius commemorata receperunt a te beneficia.

[*] Exod. III, 6 et alibi.

A χων καὶ αὐτὸς δίοδον ἄβροχον τῇ κιβωτῷ τοῦ Θεοῦ. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τῷ ξε' ψαλμῷ τὰ δύο ταῦτα ὁμοῦ θαύματα τέθειται· *Ὁ μεταστρέφων* γάρ, φησί, *τὴν θάλασσαν εἰς ξηράν, ἐν ποταμῷ διελεύσονται ποδί.*

Τὰ ὄρη ἐσκίρτησαν ὡσεὶ κριοί, καὶ οἱ βουνοὶ ὡς ἀρνία προβάτων. Τὴν ὑπερβολὴν τῆς τηνικαῦτα χαρᾶς ἐμφῆναι βουλόμενος, περιτίθησι καὶ τοῖς ἀψύχοις αὐτοῖς αἴσθησιν καὶ ἀγαλλίασιν λέγων, ὅτι καὶ αὐτὰ τὰ ὄρη καὶ οἱ βουνοὶ τῆς Ἰουδαίας ἐσκίρτησαν, ἤγουν ἐχάρησαν. Οἱ κριοὶ γὰρ καὶ τὰ ἀρνία ὅτε εὐφραίνονται, τοῖς σκιρτήμασι δηλοῦσι τὴν ἡδονήν. Εἴρηται δὲ ἡμῖν καὶ ἐν τῷ ϟε' ψαλμῷ, περὶ χαρᾶς τῶν ἀψύχων· ἔνθα τό, *Ἀπὸ προσώπου Κυρίου, ὅτι*
B *ἔρχεται*· ἐν ἐκείνῳ γὰρ γέγραπται, τό, *Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοί*, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα.

Τί σοί ἐστι, θάλασσα, ὅτι ἔφυγες, καὶ σύ, Ἰορδάνη, ὅτι ἐστράφης εἰς τὰ ὀπίσω; τὰ ὄρη, ὅτι ἐσκιρτήσατε ὡσεὶ κριοί, καὶ οἱ βουνοί, ὡς ἀρνία προβάτων; Προσωποποιῶν, διαλέγεται τοῖς στοιχείοις, ἐρωτῶν, Διατί τοῦτο πεποιήκατε; ὡς παραδόξου καὶ ὑπερφυοῦς πράγματος γεγονότος· εἶτα αὐτὸς ἀντ' ἐκείνων ἀποκρίνεται λέγων·

Ἀπὸ προσώπου Κυρίου ἐσαλεύθη ἡ γῆ. Ἀπὸ τῆς ἐπιφανείας τοῦ Κυρίου ἐσκίρτησεν ἡ γῆ· τὰ
C ὄρη δηλαδή, καὶ οἱ βουνοί. Ἐπιφάνειαν δὲ νόει μοι, τὴν ἐν Ἰουδαίᾳ παρουσίαν τοῦ Θεοῦ· ἢ τοῦτο νοήσεις, κατὰ τὸ λεχθὲν ἐν τῷ ϟε' ψαλμῷ, τό, *Τότε ἀγαλλιάσονται πάντα τὰ ξύλα τοῦ δρυμοῦ*, καὶ τὰ ἑξῆς. Περὶ μέντοι τῆς θαλάσσης καὶ τοῦ Ἰορδάνου οὐδὲν εἶπε πλέον, ὡς ἐγνωσμένης τῆς αἰτίας.

Ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ. Τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ· γέγραπται γάρ, ὅτι *Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραάμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαάκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ.*

Τοῦ στρέψαντος τὴν πέτραν εἰς λίμνην ὑδάτων. Τοῦ μεταβάλλοντος τὴν πέτραν ἀπὸ τῆς κατὰ φύσιν σκληρότητος, εἰς τὸ λιμνάζειν ὕδασιν, ὡς ἐν τῷ οζ' ψαλμῷ δεδήλωται.

Καὶ τὴν ἀκρότομον εἰς πηγὰς ὑδάτων. Τὸ αὐτὸ
D λέγει πάλιν. Ἀκρότομον δὲ τὴν πέτραν εἶπεν ὡς ἐκ τῶν ἄκρων μόλις ἀποθραυομένην σιδήρῳ, διὰ τὴν ἄγαν ἀντιτυπίαν· ἵνα τὸ θαῦμα πλέον ἐπιτείνῃ. Διηγησάμενος οὖν τὰς πάλαι εὐεργεσίας, δεῖται καὶ ὑπὲρ τῶν παρόντων.

Μὴ ἡμῖν, Κύριε, μὴ ἡμῖν. Μὴ δι' ἡμᾶς ποιήσεις ἔλεος· ἀνάξιοι γάρ ἐσμεν ὥσπερ καὶ οἱ τῶν εἰρημένων εὐεργεσιῶν ἀπολαύσαντες.

Ἀλλ' ἢ τῷ ὀνόματί σου δὸς δόξαν. Ἀλλὰ τὸ A ὄνομά σου δὸς δοξάσαι.

Ἐπὶ τῷ ἐλέει σου καὶ τῇ ἀληθείᾳ σου. Δόξασον αὐτὸ ἐν τῷ ἐλέει σου, καὶ τῷ ἀληθεῖ σου ἐλέει, τουτέστιν, ἐλέησας ἡμᾶς, καὶ ἀληθῶς ἐλέησας. Ἔλεος γὰρ καὶ ἀλήθειαν πολλάκις τὸν ἔλεον τὸν ἀληθῆ φησιν ὁ προφήτης, τὸν κυρίως ὅσον πρὸς τὸν ἀνθρώπινον.

Sed nomini tuo da gloriam. Tu tamen, inquit, nomen tuum glorifica.

VERS. 2. *In misericordia tua et veritate tua.* Glorifica illud, inquit, in misericordia tua et veritate tua, hoc est, misertus nostri, et vere misertus. Misericordiam enim et veritatem, sæpenumero Propheta conjunctim ponit, pro vera misericordia. Nam divina misericordia proprie ac vere et est, et dicitur misericordia; humana autem, divinæ comparata, non vera est, sed umbra quædam misericordiæ.

Μήποτε εἴπωσι τὰ ἔθνη· Ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν; Μή ποτε, κατακυριευθέντων ἡμῶν, ἀσθένειαν ὀνειδίσωσι τὰ ἔθνη.

Nequando dicant gentes: Ubi est Deus eorum? Nequando, inquit, gentes nostri dominentur, et tuam nobis postmodum exprobrent infirmitatem.

Ὁ δὲ Θεὸς ἡμῶν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, πάντα ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησε. Τὰ ἔθνη μὲν ἴσως τοιαῦτα ληρήσουσιν· ὁ δὲ Θεὸς ἡμῶν, πάντα ὅσα B ἠθέλησεν ἐποίησε· μακροθυμεῖ δὲ πολλάκις, καὶ ἀνεξικακεῖ κατ' οἰκονομίαν.

VERS. 3. *Deus autem noster in cœlo, et in terra. Omnia, quæcunque voluit, fecit.* Gentes quidem hujusmodi fortassis verba blatterabunt: at nos contra clamabimus quod in cœlo atque in terra Deus noster omnia potest, quot voluerit; quanquam certis, atque ei soli cognitis quibusdam rationibus, ex dispensatione sæpenumero longanimis sit et patiens.

Τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων. Στόμα ἔχουσι, καὶ οὐ λαλήσουσιν· ὀφθαλμοὺς ἔχουσι, καὶ οὐχ ὄψονται. Ὦτα ἔχουσι, καὶ οὐκ ἀκούσονται· ῥῖνας ἔχουσι, καὶ οὐκ ὀσφρανθήσονται· χεῖρας ἔχουσι, καὶ οὐ ψηλαφήσουσι· πόδας ἔχουσι, καὶ οὐ περιπατήσουσιν· οὐ φωνήσουσιν ἐν τῷ λάρυγγι αὐτῶν. Πάντα αὐτῶν ἔπεισι τὰ μέρη, πλατύνων τὴν κωμῳδίαν. Καὶ πρῶτα μὲν τοὺς τύπους τῶν αἰσθητηρίων, εἶτα τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν διέβαλεν εἰς C ἀναισθησίαν, ὡς ὕλην ἄψυχον. Ζητήσαι δ' ἄν τις, πῶς οὐκ ἐπὶ στόματος αὐτῶν εἶπεν ὅτι οὐ γεύσονται· ἵνα κἀνταῦθα τῆς καταλλήλου αἰσθήσεως ἐπιμνησθῇ. Δοκεῖ μοι γάρ, διότι τὸ μὲν ὁρᾷν, καὶ ἀκούειν καὶ ὀσφραίνεσθαι, καὶ τὰ λοιπά, λέγονται πολλάκις ἐπὶ Θεοῦ· τὸ δὲ ἐσθίειν, οὐ λέγεται· διὸ ἀντὶ τῆς γεύσεως τὸν λόγον παρέλαβε· καὶ πρῶτον καὶ ὕστερον, ὡς ἀπόδειξιν ζωῆς ἐναργεστάτην.

VERS. 4-7. *Idola gentium argentum, et aurum, opera manuum hominum: os habent, et non loquentur: oculos habent, et non videbunt: aures habent, et non audient: nares habent, et non odorabunt: manus habent, et non palpabunt: pedes habent, et non ambulabunt: non loquentur in gutture suo.* Omnia idolorum membra, atque omnes eorum partes percurrit, aliquid semper amplius in eis carpens: et primo quidem sensuum organa, deinde etiam manus, et pedes insensibilitatis accusat, ostendens nihil aliud esse ea simulacra, quam materiam quamdam anima prorsus atque spiritu carentem. Quæret aliquis fortasse, cur Propheta cæteros sensus corporis ordine percensendo, de sensu oris non dixit, quod ore suo non gustabunt, sed dixit, quod ore suo non loquentur. Et videtur mihi ea ratione id dictum non fuisse, quia audire quidem, videre, odorare, et reliqua, dici videmus sæpenumero de Deo, sed quod Deus comedat, nusquam legimus. Verum loco gustus, ipsum sermonem semel atque iterum ori attribuit, quo quis vivere potissimum probatur.

Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτά, καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς. Ὅμοιοι αὐτοῖς, κωφοί, καὶ ἀναίσθητοι, καὶ ἀνενέργητοι. Ἀλλὰ τὰ μὲν εἴδωλα τῶν ἐθνῶν τοιαῦτα, καὶ οἱ τιμῶντες τὰ αὐτὰ οὕτως ἀνόητοι, μηδεμιᾶς ἐπι- D κουρίας αὐτῶν ἀπολαύοντες· ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτως.

VERS. 8. *Similes fiant eis, qui faciunt ea, et omnes, qui confidunt in eis.* Similes eis fiant: surdi scilicet ac sine efficacia. Verum idola quidem gentium hujusmodi sunt, et qui ea colunt, hoc pacto, ut diximus, sunt fatui, ut ea venerentur, a quibus nihil opis capiunt: nos vero non sic.

Οἶκος Ἰσραὴλ ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον· βοηθὸς καὶ ὑπερασπιστὴς αὐτῶν ἐστιν. Οἶκος Ἀαρὼν ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον· βοηθὸς καὶ ὑπερασπιστὴς αὐτῶν ἐστιν. Οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον ἤλπισαν ἐπὶ Κύριον· βοηθὸς καὶ ὑπερασπιστὴς αὐτῶν ἐστι. Οὐ μάτην, φησίν, ἠλπίσαμεν ἐπὶ Κύριον, βοηθεῖ γὰρ καὶ ὑπερασπίζει ἡμῶν. Διαιρεῖ δὲ τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ, εἴς τε τὸν ἁπλῶς Ἰσραήλ, καὶ εἰς τὸ ἱερατικὸν γένος, καὶ εἰς τοὺς προσηλύτους· οἶκον μὲν Ἰσραὴλ ὀνομάζων, τοὺς ἁπλῶς Ἰσραηλίτας, οὓς καὶ προτάττει, διὰ τὸ πλῆθος αὐτῶν· οἶκον δὲ Ἀαρών, τὸ ἱερατικὸν γένος· πρὸ πάντων γὰρ αὐτὸς ἱεράτευσε, καὶ γέγονε ῥίζα τῶν μετ' αὐτόν·

VERS. 9-11. *Domus Israel speravit in Domino, adjutor, et protector eorum est: domus Aaron speravit in Domino, adjutor, et protector eorum est: qui timent Dominum speraverunt in Domino, adjutor, et protector eorum est.* Non frustra, inquit, speravimus in Domino, qui opem assidue nobis suam præstat, qui fovet nos. In triplicem autem ordinem universum Dei populum distinxit, in ipsum scilicet Israel, in sacerdotale genus, atque in proselytos: per domum quidem Israel in universum, Judæorum populum significans: et Levitas, per domum Aaron, qui primus omnium sacerdotium administravit, et cæterorum post se sacerdotum

prima fuit radix : per timentes autem Dominum, proselytos expressit undecunque venientes ex gentibus, et colentes Dominum.

Vers. 12, 13. *Dominus, memor nostri, benedixit nobis.* Hoc est a primis progenitoribus ad hæc usque tempora gentem nostram summis semper Deus affecit beneficiis.

Benedixit domui Israel, benedixit domui Aaron, benedixit iis qui timent Dominum. Eadem, qua paulo ante, utitur divisione.

Pusillis cum majoribus. Hæc in universum de omnibus parvis, et magnis, non ætate solum, aut statura, intelligenda sunt : sed etiam de parvis et magnis imbecillitate et viribus, paupertate et divitiis, ignominia et gloria, servitute et libertate.

Vers. 14. *Adjiciat Dominus super nos, super nos, et super filios nostros.* Augeat, inquit, nos Dominus, et filios nostros. Vel adjiciat super nos, bona scilicet. Quædam exemplaria habent : *Super vos, et super filios vestros*, ita ut Prophetam dicamus preces fundere pro Christianis, qui postea magis aucti sunt, et quibus ea adjecta sunt bona, cœlestia nimirum, quæ vera ac proprie bona dici possunt.

Vers. 15. *Benedicti vos a Domino, qui fecit cœlum et terram.* Hæc verba etiam de iis intelligenda sunt, quibus Christus in cœlum ascensurus benedixit, ut Lucas tradit [10]. Benedicens enim apostolis, per eos cæteris fidelibus benedixit.

Vers. 16. *Cœlum cœli Domino.* Primum cœlum scilicet, ubi habitare dicitur Deus. Vide in superiori psalmo, quæ diximus in versiculo : *Qui in altis habitat.*

Terram autem dedit filiis hominum. Ut ea fruerentur, ut illic habitarent. Propter homines enim eam creaverat.

Vers. 17, 18. *Non mortui laudabunt te, Domine, neque omnes qui descendunt in infernum. Sed nos, qui vivimus, benedicimus Domino, ex nunc, et usque in sæculum.* Huic dicto simile illud videtur : *Numquid confitebitur tibi pulvis, aut annuntiabit veritatem tuam* [11] ? Item : *Numquid narrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam* [12] ? Mortuos autem, si paulo altius consideres, intelligas eos esse, qui ante naturalem corporis mortem, virtutum operationibus mortui sunt, occisi scilicet a peccatis : viventes vero eos, qui comite vivunt virtute, et ab hac vita ad altiorem etiam, atque ad diviniorem transcendunt. Neque enim peccatores in præsenti vita Deum laudant, cum scriptum sit : *Non esse pulchram laudem Dei in ore peccatoris* [13]; neque etiam in futura, ubi perpetuis affligendi sunt cruciatibus. At justos contra decet, ut in utraque vita divinas canant laudes ; et ideo dicit : *Ex nunc et usque in sæculum.* Et illi quidem descendere dicuntur in infernum, hi vero ascendere in cœlum. Illud etiam animadverte quod, dum Propheta, in

A φοβουμένους δὲ τὸν Κύριον τοὺς προσηλύτους, ὡς ἐξ ἐθνῶν προσελθόντας, καὶ φοβουμένους αὐτόν.

Κύριος, μνησθεὶς ἡμῶν, εὐλόγησεν ἡμᾶς. Τί ἐστιν *Εὐλόγησεν ἡμᾶς*; Μυρίων ἐνέπλησεν ἀγαθῶν, ἄνωθεν ἐκ προγόνων καὶ μέχρις ἡμῶν, εὐεργετῶν τὸ ἔθνος ἡμῶν.

Εὐλόγησε τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, εὐλόγησε τὸν οἶκον Ἀαρών. Εὐλόγησε τοὺς φοβουμένους τὸν Κύριον. Τῇ αὐτῇ διαιρέσει καὶ νῦν ἐχρήσατο.

Τοὺς μικροὺς μετὰ τῶν μεγάλων. Τοῦτο κοινῶς περὶ πάντων. Μικροὺς δὲ καὶ μεγάλους, μὴ καθ' ἡλικίαν μόνον ὑποληπτέον, ἀλλὰ καὶ κατὰ ἀδυναμίαν, καὶ δύναμιν, καὶ πενίαν, καὶ πλοῦτον, καὶ ἀδοξίαν, καὶ δόξαν, καὶ δουλείαν καὶ ἐλευθερίαν.

B

Προσθείη Κύριος ἐφ' ἡμᾶς, ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς ἡμῶν. Αὐξήσει Κύριος ἡμᾶς καὶ τοὺς υἱοὺς ἡμῶν· προσθείη ἀγαθά. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, *Ἐφ' ὑμᾶς καὶ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς ὑμῶν* γράφουσιν, ὡς εἶναι δῆλον ἐντεῦθεν, ὅτι τῶν Χριστιανῶν ὑπερεύχεται καὶ τοῦ γένους αὐτῶν, οἳ καὶ μᾶλλον ηὐξήθησαν, καὶ οἷς προσετέθη τὰ ὄντως ἀγαθὰ, τὰ οὐράνια.

Εὐλογημένοι ὑμεῖς τῷ Κυρίῳ, τῷ ποιήσαντι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Καὶ τοῦτο περὶ τούτων ὑποληπτέον, οὓς εὐλόγησεν ὁ Χριστὸς, μέλλων εἰς οὐρανοὺς ἀναληφθῆναι, καθὼς ἱστόρησεν ὁ Λουκᾶς· διὰ γὰρ τῶν ἀποστόλων πάντας εὐλόγησεν.

C *Ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ τῷ Κυρίῳ.* Ὁ πρῶτος οὐρανὸς, οἰκητήριον δηλονότι τῷ Κυρίῳ. Ζήτησον ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ τὴν ἐξήγησιν τοῦ, *Ἐν οὐρανοῖς κατοικῶν.*

Τὴν δὲ γῆν ἔδωκε τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. Εἰς κατοικίαν καὶ ἀπόλαυσιν, δι' οὓς καὶ πεποίηκεν αὐτήν.

Οὐχ οἱ νεκροὶ αἰνέσουσί σε, Κύριε, οὐδὲ πάντες οἱ καταβαίνοντες εἰς ᾅδου· ἀλλ' ἡμεῖς οἱ ζῶντες εὐλογήσομεν τὸν Κύριον ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος. Ὅμοιον τοῦτο δοκεῖ τῷ· *Μὴ ἐξομολογήσεταί σοι χοῦς, ἢ ἀναγγελεῖ τὴν ἀλήθειάν σου;* καὶ τῷ· *Μὴ διηγήσεταί τις ἐν τάφῳ τὸ ἔλεός σου;* Τοῖς δὲ βαθύτερον ἐπισκεπτομένοις, D νεκροὺς μὲν λέγει, τοὺς νεκρωθέντας εἰς ἐργασίαν ἀρετῆς, καὶ πρὸ τοῦ φυσικοῦ θανάτου φθαρέντας ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας· ζῶντας δὲ, τοὺς ζῶντας ἐναρέτως, καὶ ἀπὸ τῆς ζωῆς ταύτης, εἰς τὴν ὑψηλοτέραν καὶ θείαν, μεταβαίνοντας. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἐνταῦθα οὔτε αἰνέσουσιν· *Οὐδὲ γὰρ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ*· οὐδ' ἐκεῖ, ὡς διηνεκῶς βασανιζόμενοι. Οὗτοι δὲ ὧδε κἀκεῖ· ἀπὸ τοῦ νῦν γὰρ, φησὶ, καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος· κἀκεῖνοι μὲν, καταβαίνουσιν εἰς ᾅδου, οὗτοι δὲ ἀναβαίνουσιν εἰς οὐρανόν. *Ἡμεῖς* δὲ εἰπὼν, ὑπεδήλωσε κατ' αὐτὸν τοὺς ἐναρέτους.

[10] Luc. xxiv 51. [11] Psal. xxix 10 [12] Psal. lxxxvii 12. [13] Eccli. xv. 9.

prima persona dixit : *Nos qui vivimus*, illos significare voluit, qui sui instar claris essent prædili virtutibus.

Ἀλληλούϊα.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΙΔ'.

Εὐχαριστήριος καὶ οὗτος ὁ ψαλμός.

Ἠγάπησα, ὅτι εἰσακούσεται Κύριος τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου. Εὐφράνθην ἐν τούτῳ.

Ὅτι ἔκλινε τὸ οὖς αὐτοῦ ἐμοί. Περὶ κλίσεως ὠτὸς εἰρήκαμεν ἐν τῷ ις' ψαλμῷ, ἔνθα τὸ, *Κλῖνον τὸ οὖς σου ἐμοί.*

Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις μου ἐπικαλέσομαι. Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις πάσαις τῆς ζωῆς μου.

Περιέσχον με ὠδῖνες θανάτου, κίνδυνοι ᾅδου εὕροσάν με, θλίψιν καὶ ὀδύνην εὗρον, καὶ τὸ ὄνομα Κυρίου ἐπεκαλεσάμην. Ὑπολαμβάνω συνῳδὰ τοιαῦτα εἶναι τοῖς ἐν τῷ ιζ' ψαλμῷ ῥηθεῖσι· φησὶ γὰρ ἐκεῖ μὲν, *Ἀγαπήσω σε, Κύριε·* εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν προστίθησι δι' ἣν αὐτὸν ἀγαπήσει· λέγει γάρ· *Ὅτι ἐνισχύεις με, ὅτι στερεοῖς με, ὅτι καταφυγή μου εἶ*, καὶ τὰ τοιαῦτα. Ἔπειτα ἐπάγει, ὅτι καὶ ἔτι *Ἐπικαλέσομαι τὸν Κύριον.* Εἶθ' οὕτως διηγεῖται τὰς συμφορὰς, αἷς περιπεσὼν καὶ θλιβεὶς, ἐπεκαλέσατο τὸν Κύριον, καὶ εἰσηκούσθη. Ἐνταῦθα δὲ τὰ αὐτὰ πάλιν· *Ἠγάπησα ὅτι εἰσακούσεται*, ἀντὶ τοῦ *Εἰσήκουσε*, δεηθέντος μου· ἢ ὅτι εἰσακούσεται καὶ ἔτι· εἰσήκουσε γὰρ νῦν· αἰτία δὲ τῆς ἀγάπης, τὸ, ὅτι εἰσακούσεται. Ἔπειτα ὁμοίως ἐπάγει ὅτι *Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις μου*, ταῖς ἑξῆς, *ἐπικαλέσομαι.* Εἶθ' οὕτως, καθάπερ ἐποίησεν ἐκεῖ, διηγεῖται τὰς συμφορὰς, αἷς περιπεσὼν καὶ θλιβεὶς, ἐπεκαλέσατο πάλιν τὸν Κύριον, καὶ ἐῤῥύσθη δηλονότι· διὰ τοῦτο γὰρ εἶπεν, ὅτι *Ἠγάπησα·* ὀνομάσας δὲ ὠδῖνας θανάτου καὶ κινδύνους ᾅδου, ἑρμήνευσεν αὐτὰ, ἐπάγων· *Θλίψιν καὶ ὀδύνην εὗρον.* Εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν πλατύτερον ἐν τῷ ῥηθέντι ψαλμῷ.

Ὦ Κύριε, ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου. Ἔτι καὶ ἔτι, ἀπὸ τῶν μελλόντων κακῶν.

Ἐλεήμων ὁ Κύριος καὶ δίκαιος, καὶ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐλεεῖ. Ὅρα πῶς παιδεύει τὸν ἀκροατήν. *Ἐλεήμων*, φησὶ, μὴ ἀπογνῷς ἁμαρτήσας· ἀλλὰ καὶ δίκαιος, μὴ, τῷ ἐλέει αὐτοῦ θαῤῥήσας, ἀναπέσῃς. Εἶτα δεικνὺς τὸν Θεὸν, ἐπιῤῥεπέστερον εἰς φιλανθρωπίαν, προσέθηκεν, ὅτι *Καὶ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐλεεῖ.* Τὸ δὲ *Ὁ Θεὸς ἡμῶν*, πρὸς ἀντιδιαστολὴν εἴρηται τῶν παρὰ τοῖς ἔθνεσι θεῶν.

Φυλάσσων τὰ νήπια ὁ Κύριος. Συνεξακούεται τὸ *ἐστίν*. Ὑμνεῖ γὰρ καὶ ταύτην αὐτοῦ τὴν πρόνοιαν. Εἰ γὰρ μὴ αὐτὴ ἐφύλαξεν ἕκαστον, ῥᾳδίως ἂν καὶ ὄφις ἀνεῖλε, καὶ σκορπίος, καὶ πολλὰ τῶν ἑρπετῶν ἰοβόλων, καὶ ταχέως ἂν ἀπολώλεισαν εἰς βόθρους καὶ κρημνοὺς καὶ πολλὰ τοιαῦτα κατενεχθέντα. Τινὲς δὲ περὶ τῶν ἐμβρύων ἐνόησαν τὸν λόγον, ἅπερ ἐν σκοτεινοῖς καὶ ὑγροῖς τόποις, δίκην ἰχθύων,

Alleluia.

PSALMUS CXIV.

Hic psalmus simili modo in gratiarum actionem fuit compositus.

VERS. 1. *Dilexi quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ.* Hac de causa, inquit, lætatus sum, quia exaudiet, etc.

VERS. 2. *Quia inclinavit aurem suam mihi.* De inclinatione auris Dei, diximus in psalmo XVI, ibi : *Inclina aurem tuam mihi.*

Et in diebus meis invocabo. Cunctis scilicet diebus vitæ meæ.

VERS. 3, 4. *Circumdederunt me dolores mortis, et pericula inferni invenerunt me, tribulationem et dolorem inveni, et nomen Domini invocavi.* Videntur hæc consentanea esse iis quæ habentur in psalmo XVII, ubi ait Propheta : *Diligam te, Domine;* et deinde addit causam, cur dilecturus sit, dicens : *Quoniam tu fortificas et confirmas me : Tu enim*, inquit, *fortitudo mea, et firmamentum meum, et refugium meum*, et alia hujusmodi. Et paulo post : *Laudans invocabo Dominum.* Et narrat calamitates, in quas olim inciderat, et quarum mole afflictus, invocasse se Dominum dicit, et exauditum esse. In præsenti igitur psalmo Propheta consimili utitur loquendi modo, dicens : *Dilexi quoniam me orantem Dominus exaudiet*, pro, exaudivit; vel, quia imposterum exaudiet, nam et nunc etiam exaudivit. Hanc enim dilectionis suæ causam reddit. Deinde post verba illa : *Et in diebus meis invocabo*, quemadmodum in prædicto psalmo, narrat calamitates, ob quas dicit se invocasse Dominum, et liberatum fuisse, et cujus liberationis gratia dixit : *Dilexi*, etc., et quia doloribus mortis, et inferni periculis dixit se fuisse circumdatum, ad hujusmodi verborum declarationem addidit, dicens : *Tribulationem et dolorem inveni.* Sed de his plenius in sæpe dicto psalmo dictum est.

VERS. 5. *O Domine, libera animam meam.* Amplius a futuris malis eam libera.

Misericors Dominus et justus est, et Deus noster miseretur. Vide quomodo auditorem instruit. *Misericors*, inquit, *est Dominus;* si peccasti, non idcirco desperes, verum quia etiam justus est, cave, ne summa illius fretus misericordia, iterum cadas Ostendens tamen ad misericordiam illum semper magis inclinare, quam ad justitiam, addidit : *Et Deus noster miseretur.* Quod vero ait : *Deus noster*, ad deorum distinctionem dictum est, quos gentes falso colunt.

VERS. 6. *Custodiens parvulos Dominus.* Subintellige verbum *est*. Laudat enim Propheta summam Domini providentiam, qua nisi universos ac singulos custodiret, de facili, aut scorpio interemisset, aut aliud venenosum animal : aut alio pacto celeriter omnes perissent, in foveam aut in præceps aliquod, aut in aliud quodpiam periculum delapsi. Quidam vero intelligunt loqui Prophetam de infan-

tibus adhuc in utero exsistentibus : qui in obscuris illis, atque humidis locis, instar piscium feruntur, nec cæterorum hominum more respirare queunt, quique ab illo demum matricis calore, ad frigidum hunc, atque eis insuetum aerem provenientes, ne modico quidem tempore in hac vita superesse possent, nisi a divina servarentur providentia. Vel aliter, parvulos eos intellige, qui nuper in virtute stabiliti sunt, quos Dominus inexperientia adhuc circumdatos conservat, donec adversus inimicos magis idonei ad pugnam efficiantur.

A φερόμενα, καὶ μηδὲ ἀναπνεῖν κατ' ἄνθρωπον ἔχοντα· εἶτα ἀπὸ τῆς ἐν μήτρᾳ θερμότητος ἐπὶ τὸν ἀέρα τὸν ψυχρὸν καὶ ἀσυνήθη τοῦτον ἐξολισθαίνοντα, οὐδὲ παρὰ βραχὺ διήρκεσαν ἄν, εἰ μὴ παρὰ τῆς θείας προνοίας ἐφυλάττετο· ἢ καὶ ἑτέρως, νήπια νοήσεις, τοὺς ἀρτιπαγεῖς εἰς ἀρετὴν, οὓς φυλάσσει διὰ τὴν αὐτῶν ἀπειρίαν, μέχρι ἂν γένωνται πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ἀξιόμαχοι.

Humiliatus sum, et salvavit me. Afflictum me variis calamitatibus liberavit. Permisit quidem prius affligi, ut prudentior fierem, sed hujusmodi postea afflictiones dissolvit : ut ejus gratiam et donum agnoscerem, et utrinque in me beneficus fuit. Et aliter : Deus salvare eos solet, qui humilitatis noverint amplecti virtutem, et per illam semper magis proficere.

Ἐταπεινώθην, καὶ ἔσωσέ με. Ἐταλαιπωρήθην τοῖς πειρασμοῖς, καὶ ἔσωσέ με, ἤτοι ἐῤῥύσατό με τούτων. Εἴασε μὲν γάρ με κακοπαθῆσαι, ἵνα φιλο-B σοφώτερος γένωμαι· ἔλυσε δέ μου τοὺς πειρασμοὺς, ἵνα γνῶ τὴν χάριν αὐτοῦ, καὶ ἑκατέρωθεν εὐηργέτησε· καὶ ἄλλως δὲ, τὸν κατορθώσαντα τὴν ἀρετὴν τῆς ταπεινώσεως, οἶδε σώζειν ὁ Θεός.

VERS. 7, 8. *Convertere, anima mea, in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi, quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lacrymis, et pedes meos a lapsu.* Quidam Prophetam putant, his verbis ad quietem seipsum exhortari, tanquam qui divinum auxilium jam sit consecutus, atque ereptus ab afflictionibus, et ab exspectata morte, hoc est, a disjunctione animæ et corporis liberatus: et simili modo liberatus a lacrymis, quas antea effundebat, ob insidias nimirum et laqueos, quos inimici adversus eum struxerant, et in quos sæpenumero lapsus inciderat. Juxta anagogen vero, per requiem, animæ discessum intellige a præsenti vita: animæ, inquam, alicujus viri, cujus anima ab omni molestia liberatur. Talis enim discessus, beneficio Dei ascribi debet. Liberantur enim hujusmodi justi viri, tam ab hujus corporis onere, quam etiam ab omnibus ejus malis; quia, ut ait Paulus : *Nos, qui sumus in hoc tabernaculo, gemimus gravati* [16]; unde alibi idem Apostolus *cupere se dissolvi* dixit *et esse cum Christo* [18]. Sed multo etiam magis, præsentis psalmi verba congruere videntur probis ac religiosis viris omnibus, qui ex hoc corpore jam egressi sunt. Et cum dixisset Propheta : *Benefecit tibi*, addidit etiam : *Quia eripuit animam meam a peccato.* Peccatum quippe mors merito dici potest : quia omnes animæ ad virtutem operationes mortificat. Item, quia eripuit oculos meos a lacrymis, nam ereptus ab hujusmodi ærumnis lacrymas amplius non effundam. Item, qui eripuit pedes meos, non a visibilium tantummodo, sed ab invisibilium etiam inimicorum insidiis, qui gressus meos supplantare conabantur.

Ἐπίστρεψον, ψυχή μου, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, ὅτι Κύριος εὐηργέτησέ σε, ὅτι ἐξείλετο τὴν ψυχήν μου ἀπὸ θανάτου, τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀπὸ δακρύων, καὶ τοὺς πόδας μου ἀπὸ ὀλισθήματος. Δοκεῖ μέν τισι προτρέπειν ἑαυτὸν εἰς ἀνάπαυσιν καὶ ἐλευθερίαν τῶν ἄχρι τότε πειρασμῶν, ὡς εὐεργετηθέντα ἤδη, καὶ ἐξαιρεθέντα τοῦ προσδοκωμένου θανάτου, ἤτοι τῆς διαζεύξεως, καὶ τῶν ἀπὸ τῆς θλίψεως δακρύων, καὶ τῶν παγίδων ἃς ἔπηξαν αὐτῷ οἱ ἐχθροὶ, εἰς ἃς πολλάκις ὠλίσθη-C σεν. Εἰ δέ τις κατὰ ἀναγωγὴν ἐκλάβοι ταῦτα, ἀνάπαυσιν μὲν ἐρεῖ, τὴν ἐντεῦθεν τῆς τοῦ δικαίου ψυχῆς ἐκδημίαν, ἀπαλλάττουσαν παντὸς ἀνιαροῦ λοιπὸν, ἣ εὐεργεσία Θεοῦ τούτοις ἐστὶν, ἐλευθερουμένοις τοῦ βάρους τοῦ σώματος, καὶ τῶν ἐκ τούτου κακῶν· φησὶ γὰρ ὁ Παῦλος, ὅτι *Οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει τούτῳ, στενάζομεν βαρούμενοι·* καὶ πάλιν· *Τῷ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι.* Πολλῷ μᾶλλον δὲ κρεῖσσον ἁρμόζουσι ταῦτα τὰ ῥητὰ τοῖς ἐξερχομένοις ἤδη τοῦ σώματος δικαίοις. Εἰπὼν γοῦν ὅτι *Κύριος εὐηργέτησέ σε*, προσέθηκεν ὅτι *Ἐξείλετο* λοιπὸν *τὴν ψυχήν μου τῆς ἁμαρτίας* μου, ἥτις ἐστὶ θάνατος, νεκροῦσα τὰς εἰς ἀρετὴν ἐνεργείας τῆς ψυχῆς, τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀπὸ δακρύων, μηκέτι δακρυόντων ὑπὸ τῶν συνεχῶν D θλίψεων, καὶ τοὺς πόδας μου ἀπὸ ὑποσκελίσματος τοῦ παρὰ τῶν ἐπιβουλευόντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν.

VERS. 9. *Delectabor coram Domino in regione viventium.* Regio viventium, cœlum est, vel futurus mundus, ubi nullus est, qui moriatur. Præsens enim mundus, non viventium, sed morientium regio dicenda est, ubi nullus est, qui non moriatur. Delectabor, inquit, in illa regione, versans simul cum angelis, et Deum colens absque ullo prorsus

Εὐαρεστήσω ἐνώπιον Κυρίου ἐν χώρᾳ ζώντων. Χώρα ζώντων, ὁ οὐρανὸς, ἢ ὁ μέλλων κόσμος ἔνθα οὐδείς ἐστιν ἀποθνήσκων, ὁ δὲ παρὼν κόσμος, χώρα ἐστὶν ἀποθνησκόντων. Εὐαρεστήσω, φησὶν, ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ μετὰ τῶν ἀγγέλων, λατρεύων ἀνεμποδίστως, οὐδενὸς ἐνεδρεύοντος· ἢ *Εὐαρεστήσω*, ἀντὶ τοῦ Εὐάρεστος κριθήσομαι· τὰ παρόντα δὲ

[16] II Cor. v, 4. [18] Philipp. i, 23.

ῥητὰ, ἐν τῷ νε' ψαλμῷ, καθ' ἑτέραν ἔννοιαν ἡρμηνεύθησαν.

A impedimento, nullo hoste illic mihi amplius tendente insidias. Vel, juxta aliam litteram : Placebo Domino, hoc est, ejusmodi esse censebor qui Deo placere possim. (Græca enim dictio εὐαρεστήσω exponi potest, pro *Delectabor*, et pro *Placebo*.) Simile dictum exposuimus in psalmo LV, juxta alium tamen sensum.

Ἀλληλούϊα.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΙΕ'.

Εὐχαριστήριος καὶ ὁ παρὼν ψαλμός.

Ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα. Φησὶν ὁ μέγας Βασίλειος, ὅτι εἰπὼν ὁ προφήτης ἐν τῷ τέλει τοῦ προλαβόντος ψαλμοῦ, *Εὐαρεστήσω ἐνώπιον Κυρίου ἐν χώρᾳ ζώντων*, αὖθις ἐν ἀρχῇ τοῦ παρόντος, λέγει· *Ἐπίστευσα*, περὶ οὗ προεφήτευσα ἐκεῖ, ὅτι *Εὐαρεστήσω ἐνώπιον Κυρίου ἐν χώρᾳ ζώντων*· διὸ καὶ ἐλάλησα τοῦτο· καὶ γὰρ ἐν τῷ κς' ψαλμῷ, πάλιν εἴρηκε· *Πιστεύω τοῦ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ Κυρίου ἐν γῇ ζώντων*· εἰ καὶ καθ' ἑτέραν ἐπιβολὴν τοῦτο ἐκεῖ διηρμήνευται.

Ἐγὼ δὲ ἐταπεινώθην σφόδρα. Τυχὼν προγνώσεως τοιαύτης, ἐταπεινώθην σφόδρα, ἀνάξιον ἐμαυτὸν ἡγησάμενος, ἵνα μὴ ἐπαρθεὶς ἀπολέσω τὴν χάριν.

Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου· Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης. Ἔκστασιν τὴν ἔκπληξιν, ὑποληπτέον. Ἐκπλαγεὶς, φησὶ, τὴν χώραν ἐκείνην τῶν ζώντων, ἣν ἐφαντάσθην διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, εἶπον διαῤῥήδην, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης ἐνταῦθα, κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην μακαριότητα, ἣν καὶ ὁ μέγας Γρηγόριος ψευδομένην εὐημερίαν ὠνόμασεν, ὡς μὴ παραμένουσαν, ἀλλὰ δίκην ὀνείρων ταχέως ἀφιπταμένην. Πάντα γὰρ τὰ ἀνθρώπινα ματαιότης ματαιοτήτων, μεταβαλλόμενα, καὶ φθειρόμενα· τὰ δὲ τῶν ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ, ἀληθῆ ὄντως, ὡς μόνιμα, καὶ ἀμετάβλητα καὶ ἄφθαρτα.

Τί ἀνταποδώσω τῷ Κυρίῳ, περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι; Μυρίων γὰρ ἄλλων ἐμπλήσας εὐεργεσιῶν, ἔτι καὶ τὴν εἰρημένην χάριν ἐχαρίσατο· τὸ δὲ *Ἀνταπέδωκεν*, ἀντὶ τοῦ *Ἔδωκεν* ἁπλῶς, ὡς καὶ ἐν τῷ ζ' ψαλμῷ· *Εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακὰ*, παρεσημειωσάμεθα. Εἶτα μηδὲν ὀντάξιον εὑρὼν, φησίν·

Ποτήριον σωτηρίου λήψομαι. — *Ποτήριον σωτηρίου*, τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ θάνατον ὠνόμασε, τὸν διὰ μαρτυρίου· καὶ γὰρ καὶ ὁ Χριστὸς, ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις, ποτήριον αὐτὸν ὠνόμασε· *Δύνασθε* γὰρ, φησὶ πρὸς τοὺς υἱοὺς Ζεβεδαίου, *πιεῖν τὸ ποτήριον ὃ ἐγὼ πιῶ. Σωτήριον* δὲ τοῦτο εἶπεν οὗτος, ὡς σώζοντα καὶ ζωοποιοῦντα, πολλῷ κρεῖττον, τοὺς ἀποθνήσκοντας δι' αὐτόν. Ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, φησὶν, ἀποθανοῦμαι, διψῶν τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ θάνατον, τοῦ τοσούτων εὐεργεσιῶν με καταξιώσαντος, ὡς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.

Καὶ τὸ ὄνομα Κυρίου ἐπικαλέσομαι. Καὶ αὐτὸν ἐπικαλέσομαι δωρήσασθαί μοι καὶ τοῦτο· λοιπὸν

Alleluia.

PSALMUS CXV.

Præsens etiam psalmus gratiarum actiones continet.

VERS. 10. *Credidi, propterea locutus sum.* Ait Magnus Basilius, quod cum Propheta in superiori psalmo dixerit : *Placebo*, seu, *delectabor, coram Domino in regione viventium*, modo in hujus psalmi principio, ait, credidisse se, ea scilicet quæ ibi B prædixit, quod placebit seu delectabitur in regione viventium : Et propterea, inquit, ita locutus sum. Nam et alibi in psalmo XXVI, dixit : *Credo videre bona Domini in terra viventium*, tametsi aliam ibi tradiderimus expositionem.

Ego autem humiliatus sum valde. Cum tanta mihi prævidere datum sit, humiliatus tamen sum valde, et indignum me putavi, ne dono elatus, hujusmodi gratiam amitterem.

VERS. 11. *Ego autem dixi in extasi mea : Omnis homo fallax.* Per exstasim, stuporem quemdam intelligere debemus. Stupefactus enim, inquit, ob admirationem illius regionis viventium, cujus, per sancti Spiritus gratiam, visionem habui, dixi palam ac manifeste quod omnis homo in hac vita C fallax est, juxta humanam hanc beatitudinem, quam magnus Gregorius falsi nominis felicitatem appellavit, veluti non permanentem, sed somnii instar cito avolantem. Omnia enim humana, vanitas vanitatum sunt; mutantur enim et corrumpuntur : sed quæ in illa sunt viventium regione, non fallacia, sed vera sunt omnia, veluti perpetua, immutabilia, atque incorruptibilia.

VERS. 12. *Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi?* Nam cum innumeris me affecerit beneficiis, prædictam etiam gratiam ad cumulum addidit. *Retribuit* autem, hoc in loco, expone, pro Tribuit, quemadmodum etiam diximus in psalmo VII, ibi : *Si reddidi retribuentibus mihi mala* D Cum autem nihil invenisset condignum quod Deo redderet, ait :

VERS. 13. *Calicem salutaris accipiam.* Per calicem salutaris, mortem ac martyrium pro Christo intelligit. Nam et ipse Dominus in Evangelio : *Potestis*, inquit, *bibere calicem, quem ego bibam* [16]? Salutaris autem ideo dixit, quia salvat, imo eos qui mortui fuerant, ad meliorem vitam vivificat. Pro Christo, inquit, moriar : sitio enim ut pro eo mortem patiar, qui me tantis cumulavit beneficiis.

Et nomen Domini invocabo. Et ipsum, inquit, Dominum invocabo, ut calicem mihi istum præstet.

[16] Matth. XX, 22.

Proinde si propositum et mentem animadvertas beati David, manifeste perspicies illum, quod in se fuit, sæpenumero pro Christo mortuum esse.

Vers. 14. *Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus.* Reddam, inquit, quidquid Deo pollicitus sum, antequam e præsenti vita excedam.

Vers. 15. *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.* Lætor, inquit, moriens. Honorata enim est apud Deum illorum mors, qui ei dicati ac sanctificati fuerint. Nam si illorum vita honorata est, multo etiam magis mors, quæ ad ipsum Dominum eos provehit, sanctorum angelorum comitatu ac societate honoratos.

Vers. 16. *O Domine, ego servus tuus.* Dedicatus scilicet atque oblatus tuo imperio,

Ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ. Repetit nomen servi, gaudens ita appellari. Rejecto enim omni pudore, servitutem hanc libere fatetur et prædicat. *Filium autem ancillæ tuæ*, dixit, ostendens se servum Dei, etiam ab ipsis progenitoribus. Indifferenter autem matris tantum meminit; vel quod servi qui ex ancillis nati erant, majore in pretio a dominis habebantur.

Vers. 17. *Dirupisti vincula mea.* Tu vincula, inquit, peccatorum dirupisti, gladio nimirum pœnitentiæ.

Tibi sacrificabo hostiam laudis. Hostiam et sacrificium rationale, quod verum ac proprium est sacrificium, fetusque ac germen spiritualis ventris mei. Hanc, inquam, hostiam laudis tibi sacrificabo in altari animæ meæ.

Et in nomine Domini invocabo. Et invocabo nomen Domini in subministrationem, atque in auxilium hujus sacrificii.

Vers. 18. *Vota mea Domino reddam, coram omni populo ejus.* Repetit verba paulo ante dicta, ad majorem sermonis sui confirmationem.

In aulis domus Domini, in medio tui, Jerusalem. Apponit et locum, ubi redditurus est vota. *In aulis*, inquit, *domus Domini;* varias enim aulas habuit tabernaculum illud, quod beatus David fabricari jusserat in medio Jerusalem. Et hæc quidem juxta præcedentis psalmi consequentiam exposuimus: verum Chrysostomi etiam expositionem addamus dicentis, quod, cum prævidisset beatus David quæcunque passuri erant Judæi in obsidione, et captivitate Babylonica, et mente etiam revolvisset eos illinc postmodum revocandos esse, atque in patriam restituendos, prorupit in hæc verba, dicens: Credidi, quod scilicet captivi erunt Judæi, et quod in patriam etiam restituentur; credidi vero, ita edoctus a prophetica gratia: et propterea locutus sum de hac re, variis scilicet in psalmis. *Ego autem humiliatus sum valde*, dum affligor scilicet et doleo captivorum vicem: *Ego dixi in exstasi mea: Omnis homo fallax.* Summo ego, inquit, dolore correptus, quo, ut assolet sæpenumero, extra me quodammodo ad tempus effectus sum, et pene redditus

A οὖν, τόγε εἰς αὐτὸν ἧκον, ὑπὲρ Χριστοῦ τέθνηκεν, ὅσον ἐπὶ τῇ προαιρέσει.

Τὰς εὐχάς μου τῷ Κυρίῳ ἀποδώσω, ἐναντίον παντὸς τοῦ λαοῦ. Τὰς ὑποσχέσεις, ἃς ὑπεσχόμην, μᾶλλον δὲ, ὅσας ὑπεσχόμην· ὅσον οὔπω γὰρ ἐκδημήσω τοῦ παρόντος βίου.

Τίμιος ἐναντίον Κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ. Χαίρω, φησὶν, ἀποθνήσκων· τίμιος γὰρ παρὰ Θεῷ ὁ θάνατος τῶν ὡσιωμένων αὐτῷ· εἰ γὰρ ἡ ζωὴ τούτων τιμία, πολλῷ μᾶλλον ὁ θάνατος, ὡς εἰς τὸν Δεσπότην αὐτὸν διαβιβάζων αὐτοὺς τιμωμένους διὰ προπομπῆς ἁγίων ἀγγέλων.

B *Ὦ Κύριε, ἐγὼ δοῦλος σός.* Ὡσιωμένος σοὶ, ἀνακείμενος τῇ σῇ δεσποτείᾳ.

Ἐγὼ δοῦλος σὸς, καὶ υἱὸς τῆς παιδίσκης σου. Ἐδιττολόγησε μὲν ἐμφαίνων, ὅτι χαίρει τοῦτο καλούμενος, καὶ ἀνεπαισχύντως ὁμολογεῖ τοῦτο, καὶ κηρύσσει· *Υἱὸς* δὲ, φησὶ, *τῆς παιδίσκης σου*, δηλῶν ὅτι ἐκ προγόνων δοῦλός ἐστι τοῦ Θεοῦ. Ἀδιαφόρως δὲ τῆς μητρὸς μόνον ἐμνημόνευσεν· ἢ καὶ διότι, τότε τὰ ἐκ τῶν θεραπαινίδων οἰκογενῆ, τιμιώτερα τοῖς δεσπόταις ἦσαν.

Διέῤῥηξας τοὺς δεσμούς μου. Τοὺς ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, τῷ ξίφει τῆς μετανοίας.

Σοὶ θύσω θυσίαν αἰνέσεως. Θυσίαν λογικὴν, θυσίαν αἰνέσεως, γεννήματα τῆς ἐμῆς κοιλίας, σοὶ C θύσω, ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς.

Καὶ ἐν ὀνόματι Κυρίου ἐπικαλέσομαι. Καὶ τὸ ὄνομα Κυρίου ἐπικαλέσομαι, εἰς χορηγίαν τῆς τοιαύτης θυσίας, καὶ συνεργίαν.

Τὰς εὐχάς μου τῷ Κυρίῳ ἀποδώσω ἐναντίον παντὸς τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. Εἶπε τοῦτο καὶ ἀνωτέρω, καὶ παλιλλογεῖ, βεβαιῶν τὸν λόγον αὐτοῦ.

Ἐν αὐλαῖς οἴκου Κυρίου, ἐν μέσῳ σου, Ἱερουσαλήμ. Λέγει καὶ τὸν τόπον ἔνθα τὰς εὐχὰς ἀποδώσει, ὅτι *Ἐν αὐλαῖς οἴκου Κυρίου*· διαφόρους γὰρ εἶχεν αὐλὰς ἡ σκηνὴ, ἥτις τότε ἦν ἐν μέσῳ τῆς Ἱερουσαλήμ. Ταῦτα μὲν κατὰ τὴν ἀκολουθίαν ἡρμηνεύσαμεν τοῦ προλαβόντος ψαλμοῦ· λοιπὸν οὖν D παραθώμεθα καὶ τὴν ἑρμηνείαν τοῦ Χρυσοστόμου. Λέγει γὰρ ὅτι προϊδὼν ὁ Δαβὶδ ὅσα μέλλουσι παθεῖν οἱ Ἰουδαῖοι πολιορκηθέντες καὶ ἀπαχθέντες εἰς Βαβυλῶνα, αἰχμάλωτοι, εἶτα μνησθεὶς καὶ περὶ τῆς ἀνακλήσεως αὐτῶν καὶ αὖθις ἀποκαταστάσεως, φησὶν ἐν τῷ παρόντι ψαλμῷ· Ἐπίστευσα ὅτι καὶ αἰχμαλωτισθήσονται καὶ ἐπανελεύσονται, διδαχθεὶς ταῦτα, διὰ τοῦ προφητικοῦ χαρίσματος· διὸ ἐλάλησα περὶ τούτων ἐν διαφόροις ψαλμοῖς. *Ἐγὼ δὲ ἐταπεινώθην σφόδρα*· ἐκακώθην σφόδρα περιαλγήσας ἐπὶ τῇ αἰχμαλωσίᾳ. *Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου· Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης.* Ἐν τῇ λύπῃ μου ἐκείνῃ· ἐξίστησι γὰρ τοῦ καθεστηκότος πολλάκις ἡ λύπη, σφοδροτέρως δὲ κατασχεθεῖσα, καὶ ἀναισθησίαν ἐργάζεται. Ἰδὼν γὰρ μάλιστα τὸ ἀβέβαιον τῆς ἀνθρωπίνης εὐημε-

ρίας ἐν τῇ μεταβολῇ τῆς εὐημερίας τῶν Ἰουδαίων, εἶπον ὄντως ὅτι πᾶν ἀνθρώπινον ἀγαθὸν, ψευδὲς, μὴ πεφυκὸς παραμένειν, ἀλλ' ἐπεὶ πάλιν ἀνάκλησιν ἐλπίζω εὑρεῖν, ὑπερχαίρω, διὸ καὶ λέγω· *Τί ἀνταποδώσω τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων, ὧν ἀνταπέδωκέ μοι;* Οἰκείαν εὐεργεσίαν τοῦτο λογίζεται, διὰ τὸ γένος· Πολλὰ μὲν, φησὶν, εὐηργέτησεν ὁ Κύριος, τί οὖν ἀντὶ πάντων ἀνταποδώσω αὐτῷ; Πολλῆς περιχαρείας, καὶ εὐγνωμοσύνης ὁ λόγος. *Ποτήριον σωτηρίου λήψομαι*, σπονδεῖον λήψομαι· σπείσω τῷ Θεῷ ὑπὲρ σωτηρίας τοῦ λαοῦ. Ἦσαν γὰρ παρὰ Ἰουδαίοις τρόποι διάφοροι θυσιῶν, ὧν εἷς ἦν, *σπονδὴ σωτηρίου*, σπονδεῖον δὲ τὸ ποτήριον, δι' οὗ ἔσπενδον. *Καὶ τὸ ὄνομα Κυρίου ἐπικαλέσομαι·* εἰς σωτηρίαν τοῦ λαοῦ. *Τὰς εὐχάς μου τῷ Κυρίῳ ἀποδώσω ἐναντίον παντὸς τοῦ λαοῦ αὐτοῦ.* Τὰς ὑποσχέσεις ἃς ἐν περιστάσεσιν ὢν, ὑπὲρ σωτηρίας ἐπηγγειλάμην· *Τίμιος ἐναντίον Κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ.* Τοῦτο καθοδηγητικὴ διδασκαλία, περὶ τοῦ τιμᾶσθαι παρὰ Θεοῦ, καὶ τὸν θάνατον τῶν δούλων αὐτοῦ, διὰ παρουσίας ἀγγέλων πολλάκις, καὶ πολλῶν ἁγίων, εἰς πολλὴν τιμὴν τῶν ἀποθνησκόντων. Ὧν δὲ ὁ θάνατος τίμιος, τούτων καὶ ἡ ζωὴ τιμιωτέρα· ἐν ᾗ τὰς ἀρετὰς ἐργαζόμενοι, τὸν ἑαυτῶν ἐθεράπευον δεσπότην. *Ὦ Κύριε, ἐγὼ δοῦλος σὸς, καὶ υἱὸς τῆς παιδίσκης σου·* οὐ τὴν κοινὴν λέγων δουλείαν, καθ' ἣν πάντες δοῦλοί εἰσι Θεοῦ (*Τὰ σύμπαντα* γὰρ, φησὶν, *δοῦλα σά*), ἀλλὰ τὴν ἐκ προαιρέσεως καὶ πόθου, καὶ στοργῆς· τίθησι δὲ τοῦτο, ἀντὶ παντὸς ἀξιώματος, ἐγκαλλωπιζόμενος τῇ τοιαύτῃ δουλείᾳ μᾶλλον ἢ τῇ βασιλείᾳ. Τὸ δὲ, *Υἱὸς τῆς παιδίσκης σου*, κατὰ τὴν παραδοθεῖσαν ἐξήγησιν. *Διέῤῥηξας τοὺς δεσμούς μου*, τοὺς τῆς λύπης, τοὺς ἀπὸ τῶν πειρασμῶν, οἳ σφόδρα με συνεῖχον, καὶ συσφίγγοντες ἐπίεζον. Ἢ καὶ κατὰ τὴν ἀνωτέρω ῥηθεῖσαν ἑρμηνείαν· *Σοὶ θυσίαν θύσω αἰνέσεως*, ὑπὲρ τῆς διαῤῥήξεως αὐτῶν, οὓς διέῤῥηξας τῷ ξίφει τῆς φιλανθρωπίας. Θυσίαν δὲ αἰνέσεως λέγει τὴν ὑμνολογίαν καὶ εὐχαριστίαν. *Καὶ ἐν ὀνόματι Κυρίου ἐπικαλέσομαι*, ἀντὶ, Ὄνομα Κυρίου ἐπικαλέσομαι, καὶ εἰς τοὺς ἑξῆς πειρασμοὺς πεῖραν λαβὼν τῆς δυνάμεως τοῦ τοιούτου ὀνόματος. Τὰ δὲ λοιπὰ κατὰ τὴν προεξηγηθεῖσαν διάνοιαν. Ἐνώπιον δὲ παντὸς τοῦ λαοῦ ἀπεδίδου τὰς εὐχὰς, οὐχ ἐπιδεικνύμενος, ἀλλὰ πάντας εἰς τὸν ἑαυτοῦ ζῆλον ἀνάγων, καὶ κοινωνοὺς λαμβάνων τοῦ πράγματος. Πάσης δὲ θυσίας εὐαποδεκτοτέρα Θεῷ ἡ εὐχαριστία, καὶ πρᾶγμά ἐστιν εὐπόριστον, καὶ οὗπερ εὐπορεῖ κατὰ πάντα καιρὸν καὶ ὁ πάντων ἀπορώτατος.

A sine sensu, eo quod maximam humanæ felicitatis inconstantiam cernerem, atque in specie mutationem status Judæorum præviderem, dixi : Vere humanum omne bonum fallax est, quia propriæ naturæ ratione permanens non est. Verum quia illos rursus in patriam revocandos perspexi, et non mediocri propterea gaudio affectus sum, dico : *Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi?* Sibi enim Propheta atque in rationem suam acceptum refert omne beneficium, quod in Judæos cognatos suos fuerit collatum. Multa mihi, inquit, beneficia contulit Dominus. Quid igitur pro omnibus his illi retribuam? Animi valde grati atque hilaris sunt verba : *Calicem salutaris accipiam*, hoc est, vas libaminum. Libabo, inquit, Deo pro sa- B lute populi. Erant enim apud Judæos varii sacrificiorum modi : quorum unus *libamen salutaris* dicebatur. Vas autem illud, quo libabant, calicis figuram habebat. *Et nomen Domini invocabo* : ad salutem populi. *Vota mea Domino reddam, in conspectu omnis populi ejus*, hoc est, promissiones illas persolvam, quas feci pro salute mea cum essem in periculis. *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.* Docemur ex hoc loco, mortem servorum Dei, angelorum ac cæterorum sanctorum præsentia persæpe honorari. Quorum autem mors honorata est, illorum vita etiam est honoratior : in qua, sectantes virtutum opera, Dominum suum colebant. *O Domine, ego servus tuus, et filius an-* C *cillæ tuæ.* Non communem hanc servitutem Propheta intelligit, juxta quam omnes sunt servi Dei (*Omnia* enim, inquit, *serviant tibi* [17]), sed aliam servitutem electione, desiderio, atque amore susceptam : quam cæteris omnibus præponit dignitatibus, exsultans et se magis jactans in hujusmodi servitute, quam in regia sua corona. Quod vero ait : *Et filius ancillæ tuæ*, consimili modo intellige. *Diripuisti vincula mea :* vincula, inquam, tristitiæ, quibus ob assiduas calamitates constringebar. Vel juxta expositionem prædictam : *Tibi sacrificabo hostiam laudis*, pro diruptione scilicet hujusmodi vinculorum ; dirupisti enim ea gladio misericordiæ. Per sacrificium autem laudis, hymnos et gratiarum actiones intelligit. *Et in nomine* D *Domini invocabo*, pro, Nomen Domini invocabo. Summa enim mihi est fiducia in hujus divini nominis invocatione, postquam illius vires ac potentiam ipse etiam experimento cognovi. Quæ sequuntur, intellige, juxta ea quæ superius declarata sunt. Reddidit etiam vota sua, beatus David coram omni populo, non ut quasi gloriabundus aliquis se ostentaret, sed ut cæteros ad sui imitationem adduceret, et operis sui faceret participes. Ipsa autem gratiarum actio acceptior est omni sacrificio. Facillima præterea res est, et qua is etiam qui omnium indigentissimus fuerit, quocunque tempore potest abundare.

Ἀλληλούϊα.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΙϚ'.

Εὐχαριστήριος καὶ οὗτος ὁ ψαλμός· καλεῖ γὰρ

Alleluia.

PSALMUS CXVI.

Hic psalmus gratiarum etiam actiones continet.

[17] Psal. CXVIII, 91.

convocat enim universas gentes ad Christi laudes, et ad gratias ei agendas, pro tantis in nos collatis beneficiis.

VERS. 1. *Laudate Dominum omnes gentes.* Universas, inquit, gentes appello, quæ ab erroris tenebris ad lucem veritatis adductæ sunt.

Laudate eum omnes populi. Sub aliis verbis eamdem repetit sententiam, laudationis exhortationem magis intendens. Vel, per populos, Judæos illos intellige, qui fideles effecti sunt: vel omnes etiam populos in universum. Oportet enim omnes homines communiter Deo gratias agere, quia pro omnium salute misericorditer carnem assumpsit, et salutares passiones subiit. Ipsos tamen Judæos præcipue decet, ut Christum laudent, qui dixit: *Non sum missus, nisi ad oves quæ perierunt domus Israel* [18].

VERS. 2. *Quoniam roborata est super nos misericordia ejus.* Valida ac fortis effecta est misericordia Dei. Ampla enim ac vehemens in omnes defluxit, tametsi multi a se eam repulerint. Seipsum vero nobis Propheta hoc in loco conjungit: quemadmodum sæpe alibi facere consuevit, unum se ex iis reputans, qui in Christum credunt.

Et veritas Domini manet in æternum. Veritas, inquam, Evangelii, quæ apostolis per Christum data est. Nam quæ in lege scripta sunt, non veritatem, sed umbram continebant veritatis. Adveniente autem evangelica veritate umbra illa legis cessavit, non secus atque adumbratio aliqua picturæ exstinguitur, quando veri colores super eam immittuntur. Gratia enim, inquit, et veritas, per Jesum Christum facta est [19].

Alleluia.

PSALMUS CXVII.

Et hic psalmus etiam gratiarum actiones continet pro receptis beneficiis.

VERS. 1. *Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.* Hujusmodi verba habentur etiam in psalmo CV, ubi ea exposuimus.

VERS. 2-4. *Dicat sane domus Israel quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus. Dicat sane domus Aaron quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus. Dicant sane omnes qui timent Dominum, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.* Omnes enim hi bonitate et misericordia Dei, multis modis potiti sunt. In triplicem autem ordinem Propheta distinxit populum Dei, quemadmodum et alibi fecit in psalmo CXIII, ibi: *Domus Israel speravit in Domino*, cumque omnes populi ordines in unum chorum convocaverit, jusseritque debitas Deo gratias agere, et dicere quod bonus est, et quod in sæculum misericordia ejus, narrat ea postmodum quæ ad se pertinent. Decebat namque universum populum condignas Deo

[18] Matth. XV, 24. [19] Ephes. IV, 15.

A πάντα τὰ ἔθνη πρὸς ὑμνολογίαν, καὶ εὐχαριστίαν Χριστοῦ, τηλικαῦτα τούτους εὐεργετήσαντος.

Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, πάντα τὰ ἔθνη. Ἀπὸ τοῦ σκότους τῆς πλάνης, ἐπὶ τὸ φῶς τῆς ἀληθείας ὁδηγηθέντα δι' αὐτοῦ.

Ἐπαινέσατε αὐτὸν, πάντες οἱ λαοί. Τὸ αὐτὸ λέγει, τὴν αἴνεσιν ἐπιτείνων· ἢ λαοὺς νόει τοὺς Ἰουδαίους, ὅσοι προσῆλθον τῇ πίστει, ἢ καὶ πάντας ἁπλῶς. Δεῖ γὰρ κοινῶς πάντας ἀνθρώπους εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, ὡς ὑπὲρ τῆς πάντων σωτηρίας φιλανθρώπως ἐνανθρωπήσαντι, καὶ τὰ σωτήρια πάθη καταδεξαμένῳ· μάλιστα δὲ πάντων Ἰουδαίους πάντας· *Οὐκ ἀπεστάλην* γὰρ, φησὶν, *εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ.*
B

Ὅτι ἐκραταιώθη τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς. Ἰσχυρὸν γέγονε, στερεὸν, πολὺ ἐῤῥύη, σφοδρὸν ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους, δι' ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας, εἰ καί τινες ἀπώσαντο τοῦτο. Καὶ ἑαυτὸν δὲ συντάττει, καθὼς ἐν πολλοῖς εἴωθε ποιεῖν, ἕνα καὶ αὐτὸν ἡγούμενος τῶν πεπιστευκότων εἰς Χριστόν.

Καὶ ἡ ἀλήθεια τοῦ Κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα. Ἡ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου· ἡ διὰ τοῦ Χριστοῦ παραδοθεῖσα τοῖς ἀποστόλοις. Τὰ μὲν γὰρ τοῦ νόμου, σκιαγραφία τις ἦσαν ἀληθείας· διὸ, ταύτης ἐλθούσης, ἐπαύθη, καθάπερ ἡ σκιαγραφία τῶν ζωγράφων,
C τῶν ἀληθινῶν χρωμάτων ἐπιβληθέντων αὐτῇ· ἡ χάρις δὲ, φησὶ, καὶ ἡ ἀλήθεια, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο.

Ἀλληλούϊα.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΙΖ'.

Καὶ οὗτος πάλιν εὐχαριστήριος ὑπὲρ ὧν ἀπήλαυσεν εὐεργεσιῶν.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ, ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Εἶπε ταῦτα ἐν τῷ ρε' ψαλμῷ καὶ ἡρμηνεύθη ἐκεῖ.

Εἰπάτω δὴ οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Εἰπάτω δὴ οἶκος Ἀαρὼν,
D *ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Εἰπάτωσαν δὴ πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον, ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.* Πάντες γὰρ διαφόρως ἀπήλαυσαν τῆς χρηστότητος καὶ τοῦ ἐλέους αὐτοῦ. Ἐποιήσατο δὲ κἀνταῦθα τὴν διαίρεσιν τοῦ ἔθνους τῶν Ἰουδαίων, οἵαν καὶ ἐν τῷ ριγ' ψαλμῷ· ἔνθα τὸ, *Οἶκος Ἰσραὴλ ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον*, καὶ τὰ ἑξῆς· ἕνα δὲ χορὸν πάντας ἀπεργασάμενος, καὶ παρακελευσάμενος εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, καὶ λέγειν, ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ, διηγεῖται τὰ καθ' ἑαυτόν. Ἔδει γὰρ αὐτοὺς τοῦτο ποιεῖν ὑπὲρ τοῦ βασιλέως αὐτῶν ὑπὲρ αὐτῶν πολεμοῦντος, καὶ

πειρασμοῖς περιπίπτοντος, καὶ παραδόξως ῥυομένου παρὰ Θεοῦ.

A gratias agere pro rege suo, qui pro eis certaverat, quique in tentationes et calamitates inciderat, et mirabiliter fuerat ab eo liberatus.

Ἐκ θλίψεως ἐπεκαλεσάμην τὸν Κύριον, καὶ ἐπήκουσέ μου εἰς πλατυσμόν. Οὐχ ἁπλῶς, ἔφησεν, ἐπήκουσέ μου, ἀλλὰ καὶ εἰς πλατυσμὸν, τουτέστιν εἰς ἐλευθερίαν ἀπὸ στενοχωρίας καταστήσας. Εἴρηται δὲ καὶ ἐν τῷ δ' ψαλμῷ· *Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς με*· καὶ ζήτησον καὶ τὴν ἐκείνου ἐξήγησιν.

Vers. 5. *De tribulatione invocavi Dominum, et exaudivit me in latitudine.* Non simpliciter, inquit, exaudivit me, sed in latitudine, hoc est, in libertate, ab arcta et angusta in latam atque amplam regionem me deducens. Dictum est etiam iv psalmo, *In tribulatione dilatasti me* : ubi vide, quæ exponendo dicta sunt.

Κύριος ἐμοὶ βοηθὸς, καὶ οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος. Ὅμοιον δὲ τοῦτο τῷ ἐν τῷ κϛ' ψαλμῷ· *Κύριος φωτισμός μου καὶ σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι;* Σκόπει δὲ πῶς οὐκ εἶπεν, ὅτι Οὐδὲν ὑπὸ ἀνθρώπου πάθω, ἀλλ' ὅτι *Οὐ φοβηθήσομαι*, εἴ τι καὶ πάθω· καὶ γὰρ εἰ πάθω, οὐκ ἐξ ἀσθενείας ἔσται τοῦ βοηθοῦντός μοι, ἀλλὰ κατὰ παραχώρησιν, εἰς παίδευσιν ἐμὴν καὶ διόρθωσιν.

Vers. 6. *Dominus mihi adjutor, et non timebo quid faciat mihi homo.* Habentur et hæc verba in psalmo xxvi, ibi : *Dominus illuminatio mea, et salus mea, quem timebo?* Illud considera, quomodo non hoc dicit, quod ab homine nihil passurus sit, sed
B quod tantum negat se timere, tametsi pati aliquid contigerit : quod si patiar, inquit, id accidet, non ob imbecillitatem Dei, quasi opem ille suam mihi afferre non possit, sed ob illius permissionem, qui hac ratione me erudire constituit, ac dirigere.

Κύριος ἐμοὶ βοηθὸς, κἀγὼ ἐπόψομαι τοὺς ἐχθρούς μου. Ἐκεῖνος πολεμήσει, κἀγὼ ἐπόψομαι τοὺς ἐχθρούς μου πίπτοντας· τοὺς μὲν αἰσθητοὺς ἐπόψομαι τοῖς αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς· τοὺς δὲ νοητοὺς τοῖς νοητοῖς. Ἁρμόζουσι δὲ ταῦτα τὰ ῥητὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἀδιστάκτοις ἐλπίζουσιν ἐπὶ Κύριον.

Vers. 7. *Dominus mihi adjutor, et ego respiciam inimicos meos.* Ille pugnabit pro me, et ego inimicos meos respiciam, cadentes scilicet : et visibiles quidem corporeis, invisibiles vero, animi atque intellectus oculis, intuebor. Accommodari etiam possunt hæc verba iis omnibus, qui certam ac stabilem in Domino spem habuerint.

Ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ Κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον· ἀγαθὸν ἐλπίζειν ἐπὶ Κύριον, ἢ ἐλπίζειν ἐπ' ἄρχουσι. — *Μακάριος* γὰρ, φησὶν, *ὁ ἐλπίζων ἐπὶ Κύριον.* Καὶ ἀλλαχοῦ· *Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ ἐλπίζων ἐπ' ἄνθρωπον.* Καὶ ἄλλος δέ τις λέγει σοφός· *Ἐμβλέψατε εἰς τὰς ἀρχαίας γενεὰς, καὶ ἴδετε τίς ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον, καὶ κατῃσχύνθη.* Εἰ δὲ κατῃσχύνθη τις, οὐκ ἤλπισεν ὡς ἐχρῆν. Διὸ Παῦλος, βεβαιῶν τὸν λόγον, εἴρηκεν· *Ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει*· οὐ συγκρίνων δὲ εἶπεν, ἀγαθὸν τόδε παρὰ τόδε· ἀλλὰ συγκαταβατικῶς λέγων πρὸς τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀκροωμένων.

Vers. 8, 9. *Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine : bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus. Beatus* enim, inquit,
C *qui sperat in Domino.* Et alibi etiam, *Maledictus omnis, qui sperat in homine* [20]. Item alius sapiens dicit : *Respicite in antiquas generationes, et videte, quisnam speraverit in Domino, et confusus sit* [21]. Quod si aliquis confusus esse videtur, ille in Domino, ut oportebat, non speravit. Atque ideo Paulus hujusmodi sermonem confirmans, dixit : *Spes autem non confundit* [22]. Illud etiam animadverte, quod Propheta hic, non dixit bonum seu melius hoc esse, comparando scilicet illa ad hoc summum bonum, sed auditorum imbecillitati condescendens, humanum in morem sic locutus est.

Πάντα τὰ ἔθνη ἐκύκλωσάν με, καὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου ἠμυνάμην αὐτούς· κυκλώσαντες ἐκύκλωσάν με, καὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου ἠμυνάμην αὐτούς. Πάντα τὰ ἔθνη τὰ περὶ τῆς Παλαιστίνης ὁμοῦ ποτὲ συνεπιθέμενα, καὶ ὥσπερ ἐν σαγήνῃ ἐναπολαβόντα· ἢ καὶ τὰ διάφορα πλήθη τῶν δαιμόνων δηλοῖ. Ἔστιν ὅτε γὰρ ὁμοῦ πάντες ἐπιστρατεύουσι καθ' ἑνὸς δικαίου, παντοίως αὐτὸν πολεμοῦντες, καὶ διηνεκῶς ἐκδειματοῦντες. Πολλάκις δὲ καὶ περὶ τῆς κυκλώσεως καὶ τῆς ἀμύνης εἰπὼν, ἔδειξε τοῖς μὲν τὸ ἄφυκτον, τοῖς δὲ τὸ παράδοξον, καὶ οἵαν ἔχει δύναμιν τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ.

Vers. 10, 11. *Omnes gentes circumdederunt me, et nomine Domini ultus sum eos : circumdantes circumdederunt me, et nomine Domini ultus sum eos.*
D Omnes gentes, quæ in circuitu sunt Palæstinæ regionis in unum congregatæ simul in me irruentes impetum fecerunt, ac veluti in sagena me comprehenderunt. Vel varias dæmonum copias fortassis significat, quæ una aliquando justum aliquem adoriuntur, variisque, ac multiplicibus modis ei pavorem incutiunt. Repetens autem Propheta sæpius, se circumdatum fuisse, et sæpius ultum inimicos suos, hujusmodi repetitione, et inevitabilis periculi magnitudinem ostendit, et admirandam fuisse liberationis rationem constituit, et summam denique divini nominis fuisse potentiam docet, quo tanta potuit efficere.

Ἐκύκλωσάν με, ὡσεὶ μέλισσαι κηρίον, καὶ ἐξεκαύθησαν ὡς πῦρ ἐν ἀκάνθαις, καὶ τῷ ὀνόματι

Vers. 12. *Circumdederunt me, sicut apes favum, et exarserunt sicut ignis in spinis, et nomine Domini*

[20] Jerem. xvii, 5. [21] Eccli. ii, 11. [22] Rom. v, 5.

ultus sum eos. Periculorum magnitudinem describit. Et per apum quidem similitudinem, vehementiam et promptitudinem inimicorum significat, per ignem vero effrenatam iram. Apes siquidem favo mellis invento, summa promptitudine, ac vehementia illum circumdant, ac mellis succum exsugunt: ignis etiam ubi rubum aliquem aut spinetum apprehenderit, retineri non potest.

VERS. 13. *Impulsus, eversus sum, ut caderem, et Dominus adjuvit me.* Impulsus, inquit, ab hostibus, veluti jamjam casurus declinavi, hoc est, parum abfuit, quin caderem, et Dominus adjuvit me, ut vires suas, et studium suum in me magis demonstraret. Eripiens ex ore mortis hominem omni humana ope destitutum.

VERS. 14. *Fortitudo mea et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem.* Fortitudo mea, inquit, et laus mea Dominus est. In eo etenim vires meas omnes habeo: propter eum etiam ab omnibus laudor, et glorificor, quod talem adjutorem sortitus sum. Vel, ipsum Deum semper laudo, qui factus est Salvator meus.

VERS. 15. *Vox exsultationis, et salutis in tabernaculis justorum.* Et rursum factus est mihi Dominus, vox exsultationis, et salutis: hoc est, factus est causa vocis exsultationis, et vocis salutis, quæ canitur in tabernaculis justorum, cum ob admirabiliter mihi præstitam salutem, impulsus sim ut exsultationem, et salutem illam laudarem, quam mihi tribuit. Vel impulsus sum ad laudandum eum in exsultatione, et salute. Per tabernacula autem justorum tuguria prædicere, in quibus Davidici psalmi præcipue decantantur: vel varias, ac particulares, quæ per orbem sunt, Ecclesias.

VERS. 16. *Dextera Domini fecit virtutem.* Dextera Domini, id est, divinum auxilium, quod tribuit nobis victoriam, et tropæum erexit.

Dextera Domini exaltavit me. Erexit me jam penitus inclinatum. Vel, Glorificavit me, postquam inimicos meos in fugam convertit.

Dextera Domini fecit virtutem. Eamdem rursus sententiam repetit, et præ lætitia in gratiarum actione extenditur. Vel ter nominans Dei dexteram, triplex trium personarum auxilium in Divinitate denotavit.

VERS. 17. *Non moriar, sed vivam, et narrabo opera Domini.* Non moriar deinceps, nec perdar ab iis qui circumdederunt me, quemadmodum ipsi sperabant, cum illi contra potius perierint: sed vivam, et laudabo mirabilia Dei. Vel, Non moriar animæ morte, sed vivam ea vita quæ est secundum Deum. Vel, Non moriar, sed vivam, hoc est, immortalis ero, quia mea cantica canentur perpetuo, et illorum cantus nullo unquam tempore deficiet. Possumus etiam hunc versiculum intelligere, ut sermo sit de resurrectione, et asserat Propheta se non moriturum ea conditione, ut nulla ei amplius resurrectionis sit spes. Quinimo si moriar, inquit,

A *Κυρίου ἠμυνάμην αὐτούς.* Διαγράφει τὸ μέγεθος τῶν δεινῶν· καὶ διὰ μὲν τῆς εἰκόνος τῶν μελισσῶν τὸ σφοδρὸν τῆς προθυμίας αὐτῶν αἰνίττεται, διὰ δὲ τοῦ πυρὸς τὸ ἀκάθεκτον τῆς ὀργῆς. Αἱ μέλισσαι μὲν γὰρ εὑροῦσαι κηρίον μέλιτος, μετὰ σφοδρᾶς προθυμίας κυκλοῦσιν αὐτὸ, τὴν ἰκμάδα τοῦ μέλιτος ἐκμυζῶσαι· καὶ τὸ πῦρ ἀκανθῶν δραξάμενον ἀκάθεκτον γίνεται.

Ὠσθεὶς, ἀνετράπην τοῦ πεσεῖν, καὶ ὁ Κύριος ἀντελάβετό μου. Ὠσθεὶς παρ' αὐτῶν, ἔκλινα τοῦ πεσεῖν, τουτέστιν, ἐγγὺς ἐγενόμην τοῦ πεσεῖν, καὶ ὁ Κύριος ἀντελάβετό μου, ἵνα καὶ μᾶλλον δείξῃ τὴν αὐτοῦ ἰσχὺν καὶ κηδεμονίαν, ἀφαρπάσας ἐκ στόματος τοῦ θανάτου τὸν ἀπεγνωσμένον πανταχόθεν ἐπέρωθεν.

B *Ἰσχύς μου καὶ ὕμνησίς μου ὁ Κύριος, καὶ ἐγένετό μοι εἰς σωτηρίαν.* Καὶ ἰσχύς μού ἐστιν· ἐν αὐτῷ γὰρ ἰσχύω· καὶ ὕμνησίς μου· δι' αὐτοῦ γὰρ ὑμνοῦμαι, καὶ δοξάζομαι παρὰ πάντων, ὡς τοιοῦτον βοηθὸν πεπλουτηκώς, ἢ καὶ αὐτὸν ὑμνῶ διὰ παντὸς, καὶ ἐγένετό μοι Σωτήρ.

Φωνὴ ἀγαλλιάσεως καὶ σωτηρίας ἐν σκηναῖς δικαίων. Καὶ ἐγένετό μοι πάλιν φωνὴ ἀγαλλιάσεως καὶ σωτηρίας, ᾀδομένης ἐν σκηναῖς δικαίων, παραδόξως γὰρ ὑπ' αὐτοῦ σωθεὶς, ἐκινήθην εἰς τὸ ὑμνεῖν τὴν ἀγαλλίασιν καὶ τὴν σωτηρίαν, ἥν μοι δεδώρηται· ἢ εἰς τὸ ὑμνεῖν αὐτὸν ἐν ἀγαλλιάσει καὶ σωτηρίᾳ. Σκηνὰς δὲ δικαίων οἶμαι προφητικῶς λέγειν αὐτὸν, τὰς καλύβας τῶν ἀσκητῶν ἐν αἷς
C μᾶλλον ᾄδονται τὰ Δαβιδικά· ἢ τὰς κατὰ τόπον Ἐκκλησίας.

Δεξιὰ Κυρίου ἐποίησε δύναμιν. Ἡ δεξιὰ τοῦ Κυρίου, ἤτοι ἡ συμμαχία, εἰργάσατο τὴν νίκην καὶ ἔστησε τὸ τρόπαιον.

Δεξιὰ Κυρίου ὕψωσέ με. Ἀνέστησε κλιθέντα, ἢ ἐδόξασε τροπωσάμενον τοὺς ἐχθρούς.

Δεξιὰ Κυρίου ἐποίησε δύναμιν. Τὸ αὐτὸ λέγει πάλιν, ὑφ' ἡδονῆς ἐπιτείνων τὴν εὐχαριστίαν· ἢ καὶ τρεῖς δεξιὰς εἰπὼν Κυρίου, τὴν τριπλῆν συμμαχίαν
D τῆς τρισυποστάτου θεότητος ἐνέφηνεν.

Οὐκ ἀποθανοῦμαι, ἀλλὰ ζήσομαι, καὶ διηγήσομαι τὰ ἔργα Κυρίου. Οὐκ ἀποθανοῦμαι λοιπὸν ἀπὸ τῶν κυκλωσάντων με, καθὼς ἐκείνοις ἐδόκει, τοὐναντίον μᾶλλον αὐτῶν ἀπολωλότων· ἀλλὰ ζήσομαι, καὶ ὑμνήσω τὰ θαυμάσια τοῦ Θεοῦ. Ἢ οὐκ ἀποθανοῦμαι τὸν ψυχικὸν θάνατον, ἀλλὰ ζήσομαι τὴν κατὰ Θεὸν ζωήν. Ἢ οὐκ ἀποθανοῦμαι, ἀλλὰ ζήσομαι, τουτέστιν, ἀθάνατος ἔσομαι, διὰ τὸ διηνεκῶς ᾄδειν παρὰ τοῖς ψάλλουσι τὰς ἐμὰς ᾠδὰς, καὶ μηδέ ποτε παύεσθαι, μέχρι παντὸς αἰῶνος. Ἢ καὶ περὶ τῆς ἀναστάσεως προφητεύοντος ὁ λόγος, ὅτι οὐκ ἀποθανοῦμαι εἰς τὸ μηκέτι ἀναστῆναι, ἀλλὰ ζήσομαι πάλιν μετὰ πάντων ἀνθρώπων· διὸ καὶ διηγήσομαι

τὰ ἔργα τοῦ Κυρίου μετὰ τῶν ἄλλων, καὶ τὴν ἀνά- A
στασίν μοι χαρισαμένου.

Παιδεύων ἐπαίδευσέ με ὁ Κύριος, τῷδε θανάτῳ οὐ παρέδωκέ με. Ἐπαίδευσέ με συγχωρήσας ἐμπεσεῖν τοῖς δεινοῖς, ἵνα τῷ φόβῳ τοῦ χαλεποῦ κινδύνου, καὶ τῆς ἀνάγκης ἐκείνης βελτιωθῶ, καὶ σωφρονέστερος γένωμαι. Οὐκ ἀφῆκε δὲ ἀποθανεῖν, ἐξαρπάσας, καθὼς ἀνωτέρω διδήλωται, ἵνα δείξῃ τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ, καὶ κηδεμονίαν.

Ἀνοίξατέ μοι πύλας δικαιοσύνης. Τὰς τῆς σκηνῆς, ἐν ᾗ ἐπέκειτο ἡ νομικὴ δικαιοσύνη, τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου.

Εἰσελθὼν ἐν αὐταῖς ἐξομολογήσομαι τῷ Κυρίῳ. B
Εἰσελθὼν ἔνδον αὐτῶν εὐχαριστήσω τῷ Κυρίῳ, ὑμνολογήσω αὐτὸν, ὡς ἐπηγγειλάμην. Νοήσεις δὲ πύλας δικαιοσύνης, καὶ τὰς τῶν ἀνωτέρω ῥηθεισῶν σκηνῶν δικαίων, καὶ τὰς τῶν πανταχοῦ Ἐκκλησιῶν, ἐν αἷς καὶ δικαιοσύνη, καὶ πᾶσα ἀρετὴ πολιτεύεται, ὧν ἔνδον γενόμενος διὰ τῶν ψαλμῶν ἀντευχαριστήσει τῷ Κυρίῳ.

Αὕτη ἡ πύλη τοῦ Κυρίου, δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ. Δοκεῖ μοι τὴν στενὴν λέγειν, περὶ ἧς εἴρηκεν ὁ Χριστὸς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· *Εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης*· διὸ καὶ προϊδὼν αὐτὴν οὗτος ἐβόησεν· Αὕτη ἡ πύλη τοῦ Κυρίου, περὶ ἧς ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς διδάξει, ἡ πρὸς Κύριον C
ἄγουσα. Εἶτα προσέθηκε, Δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ, ἤτοι δι' αὐτῆς. Καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς εἶπεν· ὅτι *Ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν.*

Καὶ ἐξομολογήσομαί σοι, ὅτι ἐπήκουσάς μου, καὶ ἐγένου μοι εἰς σωτηρίαν. Πάλιν εὐχαριστεῖν ἐπαγγέλλεται τῷ Σωτῆρι.

Λίθον, ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. Τοῦτο προφητεία περὶ τοῦ Χριστοῦ· τὸ συνεχὲς γὰρ τοῦ λόγου διακόπτουσιν ἐν πολλοῖς αἱ προφητεῖαι, διὰ τὸ δεῖν αὐτὰς συσκιάζεσθαι τέως, ἵνα μὴ καὶ τὰ βιβλία παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἐξαλειφθῶσι. Καὶ οἰκοδομοῦντας μὲν λέγει τοὺς ἀρχιερεῖς, τοὺς γραμματεῖς, τοὺς D
διδασκάλους τῶν Ἰουδαίων, ὡς προκεχειρισμένους οἰκοδομεῖν καὶ καταρτίζειν τὸν λαὸν, ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τοῦ νόμου· λίθον δὲ ἀποδοκιμασθέντα τὸν Χριστόν· λίθον μὲν, διὰ τὸ στεῤῥὸν, καὶ ἀνένδοτον πρὸς κακίαν· *Ἁμαρτίαν* γὰρ, φησὶν, *οὐκ ἐποίησεν*· Ἀπεδοκίμασαν δὲ αὐτὸν, ὡς ἄχρηστον, εἰς οἰκοδομήν· ἔλεγον γὰρ ὅτι, *Σαμαρείτης εἶ σύ*· καὶ ὅτι, *Οὗτος ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ, — ἀλλὰ πλανᾷ τὸν ὄχλον.* Ἀλλ' ὅμως οὗτος ὁ παρ' αὐτῶν ἀποδοκιμασθεὶς οὕτως ἐφάνη δόκιμος, ὡς γενέσθαι εἰς κεφαλὴν γωνίας, ἤγουν, ὡς ἀκρογωνιαῖος. Οὐ πᾶς δὲ λίθος γίνεται ἀκρογωνιαῖος, ἀλλ' ὁ τῶν ὅλων δοκιμώτερος,

A perpetua mihi tamen non erit mors : atque ideo non vere moriar, sed una cum cæteris hominibus rursum vivam, et propterea narrabo opera Domini, qui mihi simul cum aliis bonis resurrectionem hanc largitus est.

Vers. 18. *Castigans castigavit me Dominus, et morti non tradidit me.* Castigavit autem, dum in varias me permisit calamitates incidere, ea nimirum ratione, ut periculorum atque afflictionum timore, de cætero melior ac prudentior fiam. Nec tamen permisit me mori, quinimo eripuit a periculis, ea ratione ut vires suas et studium suum erga me ostenderet, ut diximus

Vers. 19. *Aperite mihi portas justitiæ.* Tabernaculi portas, ubi legalis jacebat justitia, justificationes scilicet legis.

B *Ingressus in eas confitebor Domino.* Introingressus in eas, inquit, agam gratias Domino et laudabo eum, sicuti pollicitus sum. Per portas autem justitiæ, tabernaculi, ut diximus, portas intellige, seu Ecclesiarum, quæ ubique locorum sunt, in quibus justitia una cum reliquis virtutibus colitur, et intra quas beatus David ingressus, per psalmos suos condignas pro tantis beneficiis Domino gratias agit.

Vers. 20. *Hæc porta Domini, justi intrabunt in eam.* Videtur mihi Propheta, arctam illam atque angustam portam signare, de qua Dominus in Evangeliis ait : *Intrate per angustam portam* [23]. Hanc etenim propheticis oculis cernens beatus David, clamat, dicens : Hæc est porta Domini : hæc est
C illa porta, de qua Dominus Jesus Christus docebit vos; vel, illa porta, quæ ad Christum ducit; et deinde addidit quod justi tantum intrabunt in eam, hoc est, per eam. Quamobrem ipse etiam Christus dixit, *quod pauci sunt, qui inveniunt eam* [24].

Vers. 21. *Confitebor, quia exaudisti me, et factus es mihi in salutem.* Rursus pollicetur se gratias acturum Deo.

Vers. 22. *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.* Hæc est etiam prophetia, quæ ad Christum pertinet. Animadvertendum vero est, prophetas persæpe sermonem inceptum intercidere : ea nimirum ratione, ut ipsæ prophetiæ, umbra quadam ac velamine
D obtegantur, ne si apertius traderentur, majus sacris Libris immineret ab inimicis periculum. Delerent enim eos omnes fortassis. Per ædificantes autem, sacerdotum principes intelligit ac scribas et doctores Judæorum, quibus cura commissa fuerat ædificandi et perficiendi populum in fundamento legis. Lapis vero reprobatus, sine dubio Christus est; lapis quidem ob summam soliditatem ac constantiam adversus omnia vitia : *Peccatum* enim, inquit, *non fecit* [25]; reprobatus vero ab ædificantibus, ut inutilis : quia Judæi Samaritanum eum dicebant, et negabant eum esse a Deo. Quinimo populi seductorem appellabant. Verum lapis

[23] Matth. VII, 13. [24] Ibid. 14. [25] I Petr. II, 22.

iste, qui ab illis reprobatus est, ita postmodum approbatus fuit, ut factus sit in caput anguli, effectus nimirum angularis lapis. Neque enim omnis lapis esse potest angularis lapis, sed ille tantum, qui aliis probabilior est, et ex utroque latere potest in unum angulum duos parietes colligare. Christus vero effectus est lapis angularis, quia in seipso duos populos in unam fidem conjunxit: fidelem nimirum populum ex circumcisione, et illum qui ex gentibus. Quocirca apostolus Paulus de eo dixit: quod *Christus est pax vestra, qui fecit ex utroque unum* [26]. Præterea ipse etiam Dominus ad Judæos dicebat, se *alias oves habere quæ non erant ex illo ovili, et quas adauci etiam oportebat, ut fieret unum ovile, atque unus pastor* [27]. Vel per angulum intelligit Ecclesiam fidelium: quia quemadmodum angulus facit duos parietes in se conjungi, ita etiam Ecclesia duorum populorum, ut diximus, conjunctionem, atque unitatem operatur. Hujus autem Ecclesiæ, quam lapidi angulari comparari diximus, Christus caput est, tanquam unius corporis præcipuum ac principale membrum, nec tantum caput, sed conjunctio, et vinculum, et fundamentum.

A ἐξ ἑκατέρας αὐτοῦ πλευρᾶς συνδῆσαι τοὺς δύο τοίχους εἰς μίαν γωνίαν δυνάμενος. Πῶς δὲ ὁ Χριστὸς ἐγένετο ἀκρογωνιαῖος; ὡς ἐφ' ἑαυτοῦ συνάψας τοὺς δύο λαοὺς εἰς μίαν πίστιν· τόν τε ἐκ περιτομῆς πιστεύσαντα, καὶ τὸν ἐξ ἐθνῶν. Φησὶν ὁ Παῦλος, ὅτι *Αὐτός ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν*. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Χριστὸς εἴρηκε· *Καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης*· κἀκεῖνά μοι δεῖ ἀγαγεῖν, *Καὶ γενήσεται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν*· ἢ γωνίαν λέγει τὴν Ἐκκλησίαν τῶν πιστῶν. Ὥσπερ γὰρ ἡ γωνία δύο τοίχων δι' ἑαυτῆς ποιεῖται εἰς μίαν συνάφειαν, οὕτω καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία δύο λαῶν, τοῦτε ἐξ Ἰουδαίων, καὶ τοῦ ἐξ ἐθνῶν ἕνωσιν ἀπεργάζεται· ταύτης δὲ κεφαλὴ ὁ Χριστὸς, ὡς ἑνὸς λοιπὸν σώματος· καὶ οὐ B κεφαλὴ δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ σύνδεσμος καὶ θεμέλιος.

VERS. 23. *A Domino factus est iste, et est mirabilis in oculis nostris.* Iste angulus nimirum, hoc est, ita duorum parietum, seu potius duorum populorum conjunctio a Deo ipso, et non a simplici quopiam homine, facta est; et est mirabilis in oculis nostris, eo quod digni effecti sumus, ut conjunctionem hanc oculis nostris videamus. Quomodo igitur opus hoc non est admirabile?

Παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔστη θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. Αὕτη ἡ γωνία, αὕτη ἡ σύνοδος τῶν δύο λαῶν. Οὗτος ὁ σύνδεσμος παρὰ Θεοῦ ἐγένετο, καὶ οὐ παρὰ ἀνθρώπου ψιλοῦ. Καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, τῶν ἰδεῖν αὐτὴν ἀξιωθέντων· καὶ πῶς γὰρ οὐ θαυμαστὸν τοιοῦτον ἔργον;

VERS. 24. *Hæc dies quam fecit Dominus.* Per diem, mundi felicitatem intelligit. Nam quemadmodum Scriptura sæpe diem malum dicit, non ut solarem diei cursum aliquem malum designet, sed mala illa quæ in eo die sunt, ita etiam per bonum diem, bona illa intelligit, quæ in eo die perfici contingit. Prædicare vult igitur Propheta hoc in libro, summa illa bona, quæ in die resurrectionis Domini futura erant, et quæ Christus ipse operatus est. Nam et iratum hominibus Deum conciliavit et dæmonis tyrannidem dissolvit, et mortis potentiam exinanivit, eos qui vel ipsius terræ habitatione indigni erant, fecit esse dignos cœlo, erroris tenebras dissolvit, fugavit peccata, plantavit virtutes, et innumerabilibus denique bonis mundum replevit.

Κατ' ἀρχὰς ἔγνων ἐκ τῶν μαρτυρίων σου, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ἐθεμελίωσας αὐτά. Ἐν προοιμίοις ἔγνων ἐκ τῶν μαρτυρίων σου, ὅτι αἰώνια ἥδρασας αὐτά. Ἀρξάμενος συνιέναι ταῦτα, ἔγνων ὅτι ἀσάλευτα πεποίηκας αὐτά, καὶ οὐδεὶς αὐτὰ καταλύσει. Εἰ γὰρ καὶ δοκοῦσι τὰ πλείω καταλυθῆναι παρὰ τοῦ Εὐαγγελίου, ἀλλ' οὐ κατὰ τὸν ἐγκεκρυμμένον νοῦν, ἀλλὰ κατὰ τὸ φαινόμενον καὶ σκιῶδες, ὡς προδιείληπται.

Ἴδε τὴν ταπείνωσίν μου, καὶ ἐξελοῦ με, ὅτι τοῦ νόμου σου οὐκ ἐπελαθόμην. Ἴδε τὴν κακοπάθειάν μου, καὶ ἐξελοῦ με τῶν πειρασμῶν, ὅτι, διὰ τὸν νόμον σου κακοπαθῶν, οὐκ ἐπελαθόμην αὐτοῦ, οὐδ' ἠνεσχόμην παρανομῆσαι, οὐδὲ μιμήσασθαι τοὺς ἐπιβουλεύοντας. Ἢ, Ἴδε τὴν ἐνάρετον ταπείνωσίν μου, καὶ ἐξελοῦ με, ὅτι τοῦ νόμου σου οὐκ ἐπελαθόμην, τοῦ κελεύοντος ταπεινοφρονεῖν.

Κρῖνον τὴν κρίσιν μου, καὶ λύτρωσαί με. Τὴν κρίσιν μου μετὰ τῶν πολεμούντων μοι.

Διὰ τὸν λόγον σου ζῆσόν με. Διὰ τὸν νόμον σου ζωοποίησόν με, δι' ὃν ἀποθανεῖν κινδυνεύω, ἤδη καταπονούμενος ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν.

Μακρὰν ἀπὸ ἁμαρτωλῶν σωτηρία, ὅτι τὰ δικαιώματά σου οὐκ ἐξεζήτησαν. Μακρὰν ἀπὸ τῶν παρανόμων ἡ σωτηρία· κινδυνεύουσι γάρ, ὅτι τῶν ἐντολῶν σου κατεφρόνησαν· ἐγγὺς δὲ ἐμοῦ· ῥυσθήσομαι γὰρ τῆς ἐπιβουλῆς αὐτῶν, ὅτι αὐτὰ ἐξεζήτησα. Ἢ καὶ διδασκαλικὸς ὁ λόγος, ὅτι οὐ σωθήσονται οἱ ἁμαρτωλοί, κἂν εὐημερῶσιν ἐνταῦθα· ἢ ὅτι οὐχ ἕξουσι παρὰ Θεοῦ βοήθειαν, ὡς ὑπερόπται τῶν δικαιωμάτων αὐτοῦ.

Οἱ οἰκτιρμοί σου πολλοί, Κύριε· κατὰ τὸ κρίμα σου ζῆσόν με. Πολυέλεος εἶ. Κατὰ τὴν κρίσιν σου τὴν παγκόσμιον ζῆν με ποίησον τὴν μακαρίαν ζωήν, ὅτε ἀπελεύσονται οἱ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον·

[38] Psal. CXLIV, 14. [39] Jerem. XXIII, 23. [40] Ibid. 24. [41] Isa. LVIII, 9. [42] Psal. LXXII, 27.

ἢ καὶ ἐνταῦθα ζῆν με ποίησον κατὰ τὸν νόμον σου, συνεργῶν μοι προθυμουμένῳ.

Πολλοὶ οἱ ἐκδιώκοντές με, καὶ θλίβοντές με, ἐκ τῶν μαρτυρίων σου οὐκ ἐξέκλινα. Πολλοὶ ὁρατοὶ καὶ ἀόρατοι ζητοῦντες ἑλεῖν με, καὶ πᾶν εἶδος ἐπεγείροντες πειρασμῶν· ἀλλ' ἐγώ σοι μόνῳ θαῤῥῶν ἐκ τῶν μαρτυρίων σου οὐκ ἐξέκλινα. Διαφόρως δὲ λέγει τὰ προῤῥηθέντα, ἃ καὶ κατὰ διαφόρους εἴρηκε καιρούς.

Εἶδον ἀσυνετοῦντας καὶ ἐξετηκόμην, ὅτι τὰ λόγιά σου οὐκ ἐφυλάξαντο. Καὶ ἀνωτέρω εἴρηκεν· *Ἐξέτηξέ με ὁ ζῆλός σου, ὅτι ἐπελάθοντο τῶν λόγων σου οἱ ἐχθροί μου.*

B *Ἴδε ὅτι τὰς ἐντολάς σου ἠγάπησα, Κύριε, ἐν τῷ ἐλέει σου ζῆσόν με.* Ποτὲ μὲν ἱκετεύει ζωοποιηθῆναι διὰ τὴν φυλακὴν τῶν ἐντολῶν σου, ποτὲ δὲ διὰ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ· ἐκεῖνο μὲν δικαιολογούμενος, τοῦτο δὲ μετριοφρονῶν· τελειότερον δὲ τὸ δεύτερον. *Οὐδεὶς γὰρ ἐξ ἔργων νόμου δικαιοῦται.* Ζήτησον καὶ ἐν τῷ ρβ' ψαλμῷ τὴν ἐξήγησιν τοῦ, *Τὸν στεφανοῦντά σε ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς.*

Ἀρχὴ τῶν λόγων ἀλήθεια. Βούλεται λέγειν ὅτι Οἱ λόγοι σου ἀληθεῖς. Εἰ γὰρ ἡ ἀρχὴ αὐτῶν ἀλήθεια, καὶ τὰ ἑξῆς πάντως ἀλήθεια, ἑπόμενα τῇ ἀρχῇ. Ἴσως δὲ περὶ τοῦ πρώτου λέγει τοῦ λαληθέντος πρὸς τὸν Ἀδάμ· *Ἀπὸ παντὸς γὰρ*, φησὶ, *ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ, βρώσει φάγου, ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν, οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ. Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγησθε, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε.* Ἀρχή τε γὰρ οὗτος ὁ λόγος πάντων τῶν πρὸς τὸν ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ λόγων· καὶ τοσοῦτον ἀληθὴς, ὥστε καὶ κατὰ παντὸς τοῦ γένους ἡμῶν κατὰ διαδοχὴν ἐκράτησεν ὁ θάνατος. C

Καὶ εἰς τὸν αἰῶνα πάντα τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου. Αἰώνια, ἀσάλευτα. Καὶ ἀνωτέρω γὰρ εἶπεν· *Ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ἐθεμελίωσας αὐτά.*

Ἄρχοντες κατεδίωξάν με δωρεὰν, καὶ ἀπὸ τῶν λόγων σου ἐδειλίασεν ἡ καρδία μου. Οὐκ ἐδειλίασεν ἀπ' ἐκείνων τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, D ἀλλὰ ἀπὸ τῶν λόγων σου, τῶν δυναμένων καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ. Τουτέστι, Τὰς σὰς ἐντολὰς πλέον ἐφοβήθην ἢ ἐκείνους, καὶ οὐ διὰ τὸν φόβον ἐκείνων ἔπραξά τι παρὰ ταύτας. Νοοῦνται δὲ ἄρχοντες καὶ οἱ περὶ τὸν Σαοὺλ, ὃν πολλάκις δυνάμενος ἀνελεῖν ἐφείσατο, εὐλαβηθεὶς τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ. *Ἄρχοντα γὰρ*, φησὶ, *τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς.* Εἰ δ' οὐ κακολογήσεις, πολλῷ μᾶλλον οὐκ ἀποκτενεῖς.

Ἀγαλλιάσομαι ἐγὼ ἐπὶ τὰ λόγιά σου, ὡς εὑρί-

A tam abibunt æternam. Vel, Fac me in hac vita vivere secundum legem tuam, adjuvans promptitudinem meam, et simul cooperans.

VERS. 157. *Multi qui persequuntur me, et tribulant me, a testimoniis tuis non declinavi.* Complures visibiles atque invisibiles persecutores sunt, qui quærunt me comprehendere, et omne tentationum genus excitant; verum ego in te solo fretus a testimoniis tuis aversus non sum. Variis autem modis repetit Propheta ea quæ sæpe ab eo dicta sunt, et diversis prolata temporibus.

VERS. 158. *Vidi insipientes et tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt.* Superius etiam dixisse eum legimus : *Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei.*

VERS. 159. *Vide quoniam mandata tua dilexi, Domine, in misericordia tua vivifica me.* Aliquando vivificari petit propter mandatorum observantiam, et aliquando, propter misericordiam Dei : illud quidem ut se justificet, hoc vero ut modestiam atque humilitatem suam in exemplum cæteris proponat. Perfectioris autem animæ est quod secundo loco eum facere diximus : *Nemo* enim, ut inquit Apostolus, *ex operibus legis justificatur* [42]. Vide psalmo cii quæ dicta sint in illo versiculo : *Qui coronat te misericordia et miserationibus.*

VERS. 160. *Principium verborum tuorum veritas.* Omnia, inquit, verba tua veritate nituntur, nam si earum principia sunt vera, consequenter et reliqua etiam vera sunt, et principio suo correspondent. Fortasse etiam de primis verbis loquitur, quæ locutus est Dominus ad Adam : *Ab omni*, inquiens, *ligno, quod in paradiso est, comede, de ligno autem scientiæ boni et mali non comedetis. In quacunque autem die comederitis, morte moriemini* [44]. Principium enim est hic sermo verborum omnium, quæ a Deo ad hominem dicta sunt : qui adeo etiam fuit verus, ut in universum humanum genus mors imperium sumpserit.

Et in sæculum omnia judicia justitiæ tuæ. Hoc est, æterna sunt atque inconcussa. Nam et superius dixit : *Quia in sæculum fundasti ea.*

VERS. 161. *Principes persecuti sunt me gratis, et a verbis tuis formidavit cor meum.* Non ab illis formidavit qui occidunt corpus, sed a verbis tuis : quia tu non corpus tantum, sed animam occidere potes in gehenna. Hoc est, Mandata ego tua magis timui, quam sæculi hujus principes, ob quorum timorem nunquam ego aliquid adversus tua commisi mandata. Intelligere etiam possumus principum nomine, ipsum Saul regem, quem cum beatus David occidere sæpius potuisset, ob venerationem tamen mandatorum Dei abstinuit. *Principi* enim, inquit, *populi tui non maledices* [45]. Quod si maledicere prohibemur, quanto magis lædere, aut occidere?

VERS. 162. *Exsultabo ego super eloquia tua, sic-*

[42] Rom. iii, 20. [44] Gen. ii, 16, 17. [45] Exod. xxii, 28.

ut qui invenit spolia multa. Quemadmodum, inquit, quis dives efficitur spoliis, ita eloquia tua mentem illuminantia, et scientiæ thesaurum præstantia, me divitem faciunt.

Vers. 163. *Injustitiam odio habui et abominatus sum, legem autem tuam dilexi.* Non simpliciter odio habui, sed etiam abominatus sum. Est autem abominatio major quædam odii intentio. De odio enim jam superius dixerat: *Iniquos odio habui, et legem tuam dilexi.*

Vers. 164. *Septies in die laudem dixi tibi, super judicia justitiæ tuæ.* — *Septies* apud Hebræos sæpenumero ponitur pro *Pluries.* Sæpe, inquit, in die laudavi te, propter judicia justitiæ tuæ, hoc est, propter legem tuam, vel propter dispensationes atque administrationes tuas, quæ cum judicio a te fiunt, cum juste omnia et decenter facias. Quod si *septies* referri dicamus ad numerum, diem hic intelliges perfectum, hoc est, diem et noctem. Et connumera hoc pacto mediam noctem, diluculum, mane, tertiam horam, sextam, nonam, et vesperas.

Vers. 165. *Pax multa diligentibus legem tuam, et non est illis scandalum.* Diligentibus legem tuam pax est, non cum invisibilibus inimicis, sed cum Deo; et non est illis offendiculum aliquod. Lex etenim omnem illis viam virtutis explanat, et omne peccati impedimentum aufert. Vel illis est pax cum iis qui ejusdem sunt fidei, tametsi hi sæpenumero pacem habere cum eis nolint.

Vers. 166. *Exspectabam salutare tuum, Domine, et mandata tua dilexi.* Et dilexi ea, ut adinvenirem, quod exspectabam.

Vers. 167. *Custodivit anima mea testimonia tua, et dilexit ea vehementer.* Non solum custodivit, sed etiam dilexit; nec tantum dilexit, sed dilexit vehementer.

Vers. 168. *Servavi mandata tua et testimonia tua.* Quæ superius divisit, nunc conjungit.

Quia omnes viæ meæ in conspectu tuo, Domine. Causa, inquit, hujus observationis meæ viæ, et omnis actio mea in conspectu tuo perficitur, et te teste, vitæ me semitam ambulo. *Prævidebam* enim, inquit, *Dominum in conspectu meo semper.* Unde timens te, qui omnia mea semper vides, observo etiam mandata tua, et testimonia tua.

Vers. 169. *Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo, Domine.* Non avertatur, nec repudietur a te, tanquam quæ admittenda non sit. Quænam autem fuerit hæc deprecatio, audi.

Juxta eloquium tuum da mihi intellectum. Ecce prophetæ nostri deprecationem. Fac, inquit, me non juxta humanas artes, aut mundi scientias sapere, sed juxta rationem tuam, ut et sermones tuos intelligam, et legem tuam ad plenum cognoscam.

Vers. 170. *Intret postulatio mea in conspectu tuo, Domine.* Postulationem Aquila *Orationem* dixit, et Symmachus *Supplicationem.* Et superius

A *σκων σκῦλα πολλά.* Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνον τὰ λάφυρα ἐκεῖνα πλουτίζουσιν, οὕτω κἀμὲ τὰ λόγιά σου, φωτίζοντά μου τὸν νοῦν, καὶ θησαυρὸν γνώσεως χαριζόμενα.

Ἀδικίαν ἐμίσησα καὶ ἐβδελυξάμην, τὸν δὲ νόμον σου ἠγάπησα. Οὐχ ἁπλῶς ἐμίσησα, ἀλλὰ καὶ ἐβδελυξάμην· ἐπίτασις δὲ τοῦτο τοῦ μίσους. Καὶ ἀνωτέρω δὲ εἴρηκε· *Παρανόμους ἐμίσησα, τὸν δὲ νόμον σου ἠγάπησα.*

Ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ᾔνεσά σε ἐπὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου. Τὸ *Ἑπτάκις* ἐστὶν ὅτε παρ' Ἑβραίοις τὸ *πολλάκις* δηλοῖ. Πολλάκις τῆς ἡμέρας, φησὶν, ὑμνήσω σε διὰ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου, διὰ τὸν νόμον σου· ἢ διὰ
B τὰς μετὰ διακρίσεως οἰκονομίας σου, τοῦ δικαίως πάντα καὶ πρεπόντως ποιοῦντος. Εἰ δὲ κατ' ἀριθμὸν ἑπτάκις λάβοιμεν, ἡμέραν μὲν νόησον τὸ ἡμερονύκτιον. Ἀριθμεῖ δὲ μεσονύκτιον, καὶ ὄρθρον, καὶ πρωῒ, καὶ ὥρας γ', καὶ ς', καὶ θ', καὶ ἑσπέραν.

Εἰρήνη πολλὴ τοῖς ἀγαπῶσι τὸν νόμον σου, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτοῖς σκάνδαλον. Εἰρήνη οὐ πρὸς τοὺς ἀοράτους ἐχθροὺς, ἀλλὰ πρὸς τὸν Θεόν· καὶ οὐκ ἔστιν αὐτοῖς πρόσκρουσμα. Ἐξομαλίζει γὰρ τούτοις ὁ νόμος τὴν ὁδὸν τῆς ἀρετῆς, πᾶν σκῶλον ἁμαρτίας ἐξαίρων. Ἢ εἰρήνη πρὸς τοὺς τῆς αὐτῆς πίστεως· εἰ καὶ ἐκεῖνοι πολλάκις εἰρηνεύειν
C πρὸς τούτους οὐ βούλονται.

Προσεδόκων τὸ σωτήριόν σου, Κύριε, καὶ τὰς ἐντολάς σου ἠγάπησα. Καὶ ἠγάπησα ταύτας, ἵνα ἔλθῃ τὸ προσδοκώμενον.

Ἐφύλαξεν ἡ ψυχή μου τὰ μαρτύριά σου, καὶ ἠγάπησεν αὐτὰ σφόδρα. Οὐ μόνον ἐφύλαξεν, ἀλλὰ καὶ ἠγάπησεν, καὶ οὐχ ἁπλῶς ἠγάπησεν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα.

Ἐφύλαξα τὰς ἐντολάς σου καὶ τὰ μαρτύριά σου. Ἃ διέστειλε, νῦν ἥνωσεν.

Ὅτι πᾶσαι αἱ ὁδοί μου ἐναντίον σου, Κύριε. Αἴτιον δὲ τῆς φυλακῆς τούτων, ὅτι πᾶσαι αἱ ὁδοὶ τῆς πολιτείας μου καὶ πᾶσα πρᾶξίς μου ἐνώπιόν σου τελεῖται, καὶ ὑπὸ σοὶ μάρτυρι ὁδεύω τὸν βίον.
D *Προωρώμην* γὰρ, φησὶ, *τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διὰ παντός*· ὅθεν καὶ, φοβούμενός σε τὰ ἐμὰ βλέποντα, φυλάσσω τὰς ἐντολάς σου καὶ τὰ μαρτύριά σου.

Ἐγγισάτω ἡ δέησίς μου ἐνώπιόν σου, Κύριε. Μὴ ἀποστραφείη, ὡς ἀπρόσδεκτος. Τίς δέ; Αὕτη.

Κατὰ τὸ λόγιόν σου συνέτισόν με. Αὕτη ἐστὶν ἡ δέησις, ὅτι Συνέτισόν με μὴ κατὰ τέχνην ἀνθρωπίνην ἢ ἐπιστήμην βιωτικὴν, ἀλλὰ κατὰ τὸν λόγον σου, ἵνα συνῶ τοὺς λόγους σου, ἵνα γνῶ ἀκριβῶς τὸν νόμον σου.

Εἰσέλθοι τὸ ἀξίωμά μου ἐνώπιόν σου, Κύριε. Τὸ ἀξίωμα ὁ μὲν Ἀκύλας *Δέησιν* ἐξέδωκεν, ὁ δὲ Σύμμαχος *Ἱκεσίαν.* Ἀνωτέρω μὲν οὖν εἶπεν, Ἐγγι-

σάτω, νῦν δὲ, *Εἰσέλθοι*· ἐὰν γὰρ ἐγγίσῃ, πάντως καὶ εἰσελεύσεται.

Κατὰ τὸ λόγιόν σου ἐξελοῦ με. Κατὰ τὴν σοφίαν σου ῥῦσαί με τῶν πειρασμῶν, ἢ κατὰ τὴν ὑπόσχεσίν σου, καθὼς ἀνωτέρω διαφόρως εἴρηται. Καὶ ἰδικῶς γὰρ αὐτῷ ὁ Θεὸς ἐπηγγείλατο βοήθειαν.

Ἐξερεύξαιντο τὰ χείλη μου ὕμνον, ὅταν διδάξῃς με τὰ δικαιώματά σου. Ἐξενέγκοι ὕμνον εὐχαριστήριον, ὅταν διδάξῃς με τὰ δικαιώματά σου συνετώτερον, ὕμνον ἰδικῶς εὐχαριστήριον, ὑπὲρ τῆς εὐεργεσίας ταύτης. Εὔχεται δὲ τοῦτο τὴν ἐπιθυμίαν ἐμφαίνων.

Φθέγξοιτο ἡ γλῶσσά μου τὰ λόγιά σου. Ἀεὶ ταῦτα φθέγξαιτο, τοῦτο μὲν μελετῶσα, τοῦτο δὲ ἑτέρους διδάσκουσα καὶ μηδὲν ἕτερον ἀσχολουμένη.

Ὅτι πᾶσαι αἱ ἐντολαί σου δικαιοσύνη. Εὐθύτης εὐθυνοῦσα τὸν βίον, καὶ ῥυθμίζουσα τὸν ἄνθρωπον. Καὶ προλαβὼν δὲ εἶπε· *Δικαιοσύνη τὰ μαρτύριά σου.*

Γενέσθω ἡ χείρ σου τοῦ σῶσαί με, ὅτι τὰς ἐντολάς σου ᾑρετισάμην. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τοῦτο, οἷον καὶ τὸ *Γενοῦ μοι εἰς Θεὸν ὑπερασπιστήν*. Παραγενέσθω ἐπὶ τῷ σῶσαί με· γενέσθω εἰς τὸ σῶσαί με.

Ἐπεπόθησα τὸ σωτήριόν σου, Κύριε, καὶ ὁ νόμος σου μελέτη μού ἐστι. Ἐπεπόθησα τὴν παρὰ σοῦ σωτηρίαν, οὐ τὴν παρ' ἀνθρώπου βοήθειαν. Διὸ καὶ ὁ νόμος σου μελέτη μού ἐστιν, ἵνα διὰ ταύτην ῥύσῃ με τῶν ἐχθρῶν. Ἴσως δὲ καὶ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Σωτῆρος λέγει· αὕτη γὰρ σωτήριον τοῦ κόσμου παρ' αὐτοῦ· *Ἐτέχθη* γὰρ, φησὶν, *ὑμῖν σήμερον Σωτήρ*· ὅπερ σωτήριον ἐπεπόθησα ἰδεῖν, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν· καὶ *Ὁ νόμος σου μελέτη μού ἐστιν*, ὡς τὰ περὶ τοῦ σωτηρίου τούτου σκιαγραφῶν καὶ ὑπαινιττόμενος.

Ζήσεται ἡ ψυχή μου, καὶ αἰνέσει σε, καὶ τὰ κρίματά σου βοηθήσει μοι. Ζήσεται τὴν ὄντως ζωὴν, ὅτε ἀπελεύσονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ αἰνέσει τότε ὑψηλότερόν τε καὶ τελειότερον· καὶ τὰ κρίματά σου τὰ νοητὰ βοηθήσει μοι φυλάξαντι ταῦτα, καὶ παῤῥησίαν προξενήσει. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, *ζήσαιτο*, γράφουσι, καὶ *βοηθῆσαι*, εὐχομένου τοῦ προφήτου ζῆσαι ζωὴν ἐνάρετον· αὕτη γὰρ κύριος ζωή· καὶ βοηθηθῆναι εἰς τοῦτο παρὰ τοῦ νόμου ἰθύνοντος, καὶ ῥυθμίζοντος αὐτὸν, ὡς προείρηται.

Ἐπλανήθην ὡς πρόβατον ἀπολωλός· ζήτησον τὸν δοῦλόν σου, ὅτι τὰς ἐντολάς σου οὐκ ἐπελαθόμην. Ἐπλανήθην, οὐχ ἀπολέσας τὴν ὁδὸν τῶν ἐν-

A quidem dixit *Appropinquet*, modo vero *Intret*. Nam si appropinquaverit, omnino etiam intrabit.

Secundum eloquium tuum eripe me. Juxta sapientiam tuam libera me ab afflictionibus. Vel: Juxta promissionem tuam, quemadmodum et superius dictum est. Nam privatim Dominus ei pollicitus fuerat, auxilium atque opem suam se illi præstiturum esse.

VERS. 171. *Eructent labia mea hymnum cum docueris me justificationes tuas.* Simul ac justificationes tuas sapientius me docueris, hymnum aliquem in gratiarum actionem, mea efferant labia: hymnum, dico privatum aliquem qui pro hujusmodi acceptis beneficiis in laudem tuam, atque in gratiarum actionem conscriptus sit. Hoc autem orationis et precum genere suum Propheta omnibus ardentissimum demonstrat desiderium.

B VERS. 172. *Pronuntiat lingua mea eloquia tua.* Assidue ea loquatur, ita ut semper eadem, aut mediter, aut alios doceam, et nulli rei alii vacem.

Quia omnia mandata tua justitia. Hoc est, rectitudo, seu directio; mandata, inquam, tua humanam vitam moderantia. Hujusmodi autem sermone superius etiam usus est, dicens. *Judicia, testimonia tua.*

VERS. 173. *Fiat manus tua, ut salvet me, quia mandata tua elegi.* Adveniat, ut salvet me. Hujusmodi illud est, quod alibi legimus: *Esto mihi in Deum protectorem* [46].

VERS. 174. *Concupivi salutare tuum, Domine,* C *et lex tua meditatio mea est.* Salutem eam concupivi, quæ a te est, et non humanum aliquod auxilium: atque ideo lex tua meditatio mea est, ut per eam ab inimicorum insidiis me eripias. Possunt hæc etiam intelligi dicta esse de Salvatoris nostri incarnatione, quæ quoddam mundi salutare a Deo missum merito appellatur (*Natus est* enim, inquit, *nobis hodie Salvator* [47]), quod salutare, Propheta noster videre optabat: quemadmodum alibi diximus. Unde merito subdit: *Lex tua meditatio mea est*, veluti quæ de hujusmodi sæpenumero loquitur salutari: tametsi adumbrate atque obscure admodum illud nobis significet.

VERS. 175. *Vivet anima mea, et laudabit te, et judicia tua adjuvabunt me.* Vivet anima mea veram vitam, quando qui bona fecerunt, ibunt in vitam D æternam; et laudabit te tunc sublimius et perfectius. Et judicia tua legalia adjuvabunt me, quia ea servavi, et non mediocrem mihi fiduciam præstabunt. Quædam vero exemplaria habent optantis in modum: *Vivat et adjuvent*, ita ut precetur Propheta vivere vitam ex virtute, quæ proprie vita est: et adjuvari ad hoc a lege, quæ dirigat eum et moderetur, ut prædictum est.

VERS. 176. *Erravi sicut ovis perdita: quære servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.* Erravi, non deperdita aut relicta via mandatorum

[46] Psal. xxx, 3. [47] Luc. ii, 11

tuorum, sed erravi in montibus, errabundus illic degens, huc atque illuc pertransiens, dum persecutionem sustineo. Quære igitur me, et iterum ad priorem habitationem reducito, persecutores meos compescens, quia mandata tua non neglexi. Vel sermo est ex novi populi persona : Erravi, inquit, quasi ovis perdita per rectam religionis semitam non ambulans, sed per obliquas quasdam atque ambiguas vias, quæ ad perditionem ferunt. Quære servum tuum : *Omnia enim*, inquit, *serviunt tibi*. Quære eum igitur tu, o pastor bone, qui juxta evangelicam deperditæ ovis parabolam, animam posuisti pro ovibus tuis, et me perditam ovem ad ovile tuum congrega. Verum quod sequitur, adversari videtur huic sensui. Neque enim oblivisci dicitur mandatorum Dei is qui nondum ea didicit, sed qui ea olim edoctus est, nisi quis fortasse tempus hoc in loco positum esse dicat pro tempore : Non sum oblitus, hoc est, Non obliviscar.

τολῶν σου, ἀλλ' ἐν τοῖς ὄρεσι διαιρόμενος, καὶ τῇ κἀκεῖσε μεταβαίνων, ἐν τῷ καταδιώκεσθαι. Ζήτησόν με, καὶ ἐπανάγαγε εἰς τὴν προτέραν κατοικίαν, φιμώσας τοὺς καταδιώκοντας, ὅτι οὐκ ἠμέλησα τῶν ἐντολῶν σου. Ἢ καὶ προσώπῳ τοῦ νέου λαοῦ ποιεῖται τὸν λόγον· Ἐπλανήθην ὡς πρόβατον ἀπολωλὸς, μὴ τὴν ὀρθὴν τρίβον τῆς εὐσεβείας βαδίζων, ἀλλὰ σκολιάς τινας καὶ πολυσχιδεῖς καὶ φερούσας εἰς ὄλεθρον ἐμαυτῷ τεμνόμενος. Ζήτησον τὸν δοῦλόν σου· *Τὰ σύμπαντα* γὰρ, φησὶ, *δοῦλα σά*. Ζήτησον, ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ τιθεὶς τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων, κατὰ τὴν ἐν Εὐαγγελίοις παραβολὴν τοῦ ἀπολωλότος προβάτου, καὶ συνάγαγε εἰς τὴν μάνδραν σου. Τὸ δὲ ἑξῆς ἀντιλέγειν δοκεῖ. Ἐπιλανθάνεται γὰρ οὐχ ὁ μήπω μαθὼν τὰς ἐντολὰς, ἀλλ' ὁ πάλαι ταύτας μεμαθηκὼς, εἰ μή τις ἀντιχρονικῶς ἑρμηνεύῃ τὸ ῥητὸν. Οὐκ ἐπελαθόμην, ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐπιλήσομαι.

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXIX.

Quindecim hæc cantica eamdem prorsus inscriptionem habent, videlicet *Canticum ascensuum* vel juxta alium interpretem, *Canticum ascensionum*. Hujusmodi autem incriptionem sortita sunt, quia captivos in Babylone Judæos ascensuros esse prædicunt in Jerusalem. Continent namque hujusmodi materiam, et tradunt quomodo illi tunc in captivitate constituti, Deum rogaverint, ac tandem ab eo exauditi, suam patriam receperint. Et incipiunt quidem a clamore atque a precibus, quas ad Deum fundebant, cum ea calamitate premerentur : finem vero habent qui ad illud tempus pertinet, quo integre in patriam restituti fuerunt. Et hoc quidem secundum historiam. Juxta anagogen vero, hujusmodi inscriptionem habent hæc cantica, quia inter cæteros psalmos hujusmodi præcipue, Dei populum a Babylone, hoc est, a sæculi hujus confusione, ubi in passionum atque in affectuum servitute captivus detinebatur, ad supernam deducunt Jerusalem. Quicunque enim legerit atque intellexerit, quanto antiquus ille populus terrestris Jerusalem teneretur desiderio, et quomodo lamentabatur, et quales ad Deum emittebat voces, quænam etiam diceret verba, cum illuc reduceretur, atque ea denique omnia, quæ in his canticis continentur : ardentior profecto et ipse reddetur, et vehementiori amore flagrabit supernæ ac cœlestis Jerusalem.

Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΙΘ΄.

Πεντεκαίδεκα μὲν αὗται αἱ ᾠδαί. Μίαν δὲ πᾶσαι τὴν ἐπιγραφὴν ἔχουσιν· *Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν*, ἢ καθ' ἕτερον ἑρμηνευτὴν, *Ὠδὴ τῶν ἀναβάσεων*· τινὲς δὲ *τῶν ἀναβαθμῶν* ἀναγινώσκουσι, περισπῶντες. Ἔλαχον δὲ τὴν αὐτὴν ἐπιγραφὴν, ὅτι περὶ τῆς ἐκ Βαβυλῶνος πρὸς Ἱερουσαλὴμ ἀναβάσεως τῶν ἐκεῖ κατασχεθέντων αἰχμαλώτων προφητεύουσι· πῶς ἐν θλίψει ὄντες ἱκέτευσαν τὸν Θεὸν· καὶ εἰσακουσθέντες ἀπέλαβον τὴν ἑαυτῶν πατρίδα. Καὶ ἄρχονται μὲν ἀπὸ τῆς ἐν τῷ θλίβεσθαι κραυγῆς καὶ δεήσεως πρὸς Θεόν· συμπερατοῦνται δὲ ἐπὶ τὴν τελείαν εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀποκατάστασιν. Καὶ οὕτω μὲν καθ' ἱστορίαν· κατὰ δὲ ἀναγωγὴν, ἔσχον τοιαύτην ἐπιγραφὴν, ὡς μάλιστα τῶν ἄλλων ψαλμῶν ἀνάγουσαι τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τῆς Βαβυλῶνος, ἤτοι τῆς τοῦ παρόντος βίου συγχύσεως, αἰχμάλωτον, εἰς δουλείαν τῶν παθῶν ἐνταῦθα κατεχόμενον, πρὸς τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ. Ἀναγινώσκων γὰρ ταύτας καὶ διαγινώσκων, οἷον εἶχεν ἐκεῖνος ὁ λαὸς ἔρωτα τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὅπως ἐθρήνει, καὶ οἵας ἠφίει πρὸς Θεὸν φωνὰς, καὶ οἷα ἔλεγεν ἀναγόμενος, καὶ ὅσα τῶν ᾠδῶν τούτων, διαθερμαίνεται καὶ αὐτὸς πρὸς ἔρωτα σφοδρὸν τῆς ἄνω Ἱερουσαλήμ.

Vers. 1. *Ad Dominum cum tribularer clamavi, et exaudivit me.* In captivitatis scilicet calamitate, quam in Babylone sustinui. Clamorem autem non oris intelligit, sed animæ valde dolentis, et contritæ, atque ad solum Deum intentæ, qui solus eripere hominem potest a periculis. Hujusmodi etenim animæ clamorem statim exaudit Deus. Verba autem hæc ex fidelium etiam persona dicta esse possunt.

Πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαί με ἐκέκραξα, καὶ εἰσήκουσέ μου. Ἐν τῇ θλίψει τῆς αἰχμαλωσίας καὶ τῆς ἐκεῖθεν κακοπαθείας. Κραυγὴν δὲ λέγει τὴν ἐκ κατωδύνου ψυχῆς καὶ συντετριμμένης καὶ τεταμένης πρὸς μόνον τὸν δυνάμενον ῥύεσθαι, ἧς εὐθέως ἐπακούει Θεός. Προσώπῳ δὲ τοῦ εὐσεβεστέρου μέρους οἱ λόγοι.

Ver. 2. *Domine, eripe animam meam a labiis injustis, et a lingua dolosa.* Hoc est, quod a Deo petiit cum clamaret. Vel hoc una cum aliis, quæ inferius postulasse eum videbimus. Per labia au-

Κύριε, ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου ἀπὸ χειλέων ἀδίκων καὶ ἀπὸ γλώσσης δολίας. Κράζων τοῦτο ηὔξατο· ἢ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο. Χείλη δὲ ἄδικα τὰ ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος λαλοῦντα, ὡς ἐν τῷ οβ'

ψαλμῷ γέγραπται, ἔνθα τὸ Ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος ἐλάλησαν, καὶ τὰ τῶν συκοφαντῶν, καὶ ἁπλῶς τῶν παρανόμων πάντων. Γλῶσσα δὲ δολία ἢ αὐτῶν τούτων, ἢ τῶν ἐπιβουλευόντων.

A tem injusta, ea intelligit, quæ injustitiam in alto loquuntur, quemadmodum in LXXII psalmo scriptum est; vel calumniantium, et iniquorum hominum labia. Linguam etiam dolosam eorumdem linguam appellat, vel speciatim insidiatorum linguam

Τί δοθείη σοι, καὶ τί προστεθείη σοι πρὸς γλῶσσαν δολίαν; Ἕτερος δέ φησιν ἑρμηνευτής, *Τί δοθήσεταί σοι, καὶ τί προστεθήσεταί σοι πρὸς γλῶσσαν δολίαν;* Πρὸς γὰρ τὸν ἱκετεύοντα ὁ προφήτης ἀποκρίνεται πυνθανόμενος· Τί δοθήσεταί σοι καὶ τί προστεθήσεταί σοι ἀμυντήριον πρὸς γλῶσσαν δολίαν; Ἐμφαίνει δὲ ὁ λόγος ἢ ὅτι δυσκαταγώνιστος αὕτη διὰ πονηρίας ὑπερβολήν, ἢ ὅτι οὐ χρεία σοι ἀμυντηρίου· αὕτη γὰρ ἡ δολιότης ἀρκοῦσα τοῦ δολίου τιμωρία.

VERS. 3. *Quid detur tibi et quid apponatur tibi ad linguam dolosam?* Alius interpres reddidit: *Quid dabitur tibi, et quid apponetur?* Ad ipsum enim supplicantem Propheta sermonem convertit interrogans, quænam ei defensio, seu quænam dabitur vindicta adversus dolosam linguam illam. Et significare nobis videtur hoc sermone, vel quod hujusmodi lingua ob summam suam malignitatem difficillime poterit superari, vel quod nulla ei defensione aut B vindicta adversus talem linguam opus est: cum doloso homini dolus ipse satis ampla sit pœna.

Τὰ βέλη τοῦ δυνατοῦ ἠκονημένα σὺν τοῖς ἄνθραξι τοῖς ἐρημικοῖς. Καὶ τοῦτο πρὸς παρηγορίαν τοῦ ἱκετεύοντος, μὴ ἀθυμεῖν ὑποτιθέμενον. Καὶ γὰρ τὰ βέλη τοῦ δυνατοῦ Θεοῦ ἠκονημένα κατὰ παρανόμων καὶ δολίων μετὰ ἀνθράκων ἐρημοποιῶν, ὥστε τέμνειν, καὶ καίειν, καὶ ἀφανίζειν αὐτούς. Βέλη δὲ καὶ ἄνθρακας τὰς διαφόρους τιμωρίας ὠνόμασεν. Ἐνόησαν δέ τινες δυνατὸν μὲν τὸν διάβολον, ὡς κατισχύοντα τῶν ῥᾳθυμούντων· βέλη δὲ αὐτοῦ ἠκονημένα μετ' ἀνθράκων ἀφανιστικῶν τοὺς ἐμπαθεῖς λογισμούς, ὀξέως εἰσδύνοντας, καὶ ἐμπιμπρῶντας, καὶ ἀφανίζοντας τὴν ἀρετήν· οὓς καὶ ὁ Ἀπόστολος βέλη πεπυρωμένα ἐκάλεσεν. Εἶτα πάλιν ὁ λόγος ἀπὸ τοῦ ἱκετεύοντος.

VERS. 4. *Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis.* Hoc etiam a Propheta ad supplicantis populi consolationem dictum est, cui his verbis suadere nititur, tristandum ei minime esse, cum potentis Dei sagittæ acutæ effectæ sint adversus iniquos et dolosos, et cum desolatoriis pariter carbonibus paratæ, ita ut iniqui ferro cædendi, atque igne exurendi, et penitus delendi sint. Per sagittas autem et carbones varia suppliciorum ac pœnarum genera intelligit. Quidam vero per potentem hoc in loco diabolum significari dixerunt, tanquam invalescentem adversus negligentes atque C inertes, et per sagittas cum carbonibus desolatoriis, cogitationes quascunque passionum atque affectuum plenas. Nam et cito sagittarum instar penetrant, et carbonum, hoc est, ardentium prunarum instar incendunt, et virtutem delent: quasque ipse etiam Apostolus carbones ignis appellavit [48]. Deinde rursus sermo est ex persona supplicantis populi (sequitur enim):

Οἴμοι, ὅτι ἡ παροικία μου ἐμακρύνθη. Ἡ ἐν Βαβυλῶνι, ἢ ἐν αἰχμαλωσίᾳ· ἀποδύρεται γὰρ τὸ πολυετὲς αὐτῆς.

VERS. 5. *Heu mihi, quia peregrinatio mea prolongata est.* In Babylone nimirum, seu in captivitate, cujus nunc diuturnitatem deplorat.

Κατεσκήνωσα μετὰ τῶν σκηνωμάτων Κηδάρ. Μέσον τῶν σκηνωμάτων Κηδάρ· ἀποκλαίεται γὰρ καὶ τοῦτο. Κηδὰρ δὲ χώρα τίς ἐστι παρακειμένη Βαβυλωνίοις, οἰκήτορας ἔχουσα βδελυρούς· ἐν οἷς καὶ αὐτοὺς οἱ Βαβυλώνιοι σκηνοῦν ἔταξαν. Ἐπεὶ δὲ Κηδὰρ σκοτασμὸς ἑρμηνεύεται, εἰκότως θρηνοῦσιν οἱ κατασκηνοῦντες ἐν τοῖς σκηνώμασι τοῦ σκοτασμοῦ. Σκηνώματα δὲ σκοτασμοῦ ἡ ἐν τοῖς πάθεσι διατριβή, τοῖς σκοτίζουσι τὸν νοῦν.

Habitavi cum tabernaculis Cedar. Habitavi, inquit, in medio tabernaculorum Cedar. Hanc etenim miseriam etiam deplorat. Cedar autem regio quædam est Babyloni proxima, quæ habitatores pravos habebat. Inter hos vero Babylonii Judæos habitare statuerant. Et quia Cedar interpretatur *obtenebratio*, merito ii qui inter tenebrarum tabernacula habi- D tant, lamentantur. Possumus autem tenebrarum tabernaculum appellare, moram illam, ac consuetudinem, quam quis inter animi affectus et passiones ducit, quæ mentem obtenebrant.

Πολλὰ παρῴκησεν ἡ ψυχή μου. Πολλὰ ἔτη, πολὺν παρῴκησεν καιρὸν ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ.

Multum peregrinata est anima mea. Multis annis ac longo tempore in captivitate peregrina fuit.

Μετὰ τῶν μισούντων τὴν εἰρήνην, ἤμην εἰρηνικός. Μετὰ τῶν φιλονείκων ἐκείνων, τῶν τῆς Κηδὰρ εἰρήνευον, οὐκ ἀνθιστάμενος αὐτοῖς περὶ βιωτικοῦ τινος πράγματος, ἀλλὰ παραχωρῶν, ὡς αἰχμάλωτος. Παιδεύει δὲ καὶ ἡμᾶς ὁ λόγος τοιούτους γίνεσθαι, καὶ μετὰ πάντων εἰρηνεύειν· εἰ γὰρ μετὰ τῶν μισούντων τὴν εἰρήνην, πολλῷ μᾶλλον

VERS. 6. *Cum iis qui oderant pacem, eram pacificus.* Cum contentiosis illis hominibus Cedar, pacem agebam, nec pro mundana aut temporali re ulla eis adversabar: quinimo, ut captivus omnia illis permittebam. Docemur autem his verbis tales fieri et nos, cum omnibus scilicet pacem habere. Nam si cum iis etiam, qui pacem ipsam oderunt, pacificos

[48] Rom. XII, 20.

nos esse decet, quanto magis cum iis qui pacem amaverint! Erimus autem tales, si veluti hospites atque exteri in hoc mundo vixerimus, si tanquam peregrini conversabimur, non contendentes pro præsentibus hujus sæculi rebus, neque animum in eis quasi in permanentibus ac perpetuis rebus ponentes.

A μετὰ τῶν ἀγαπώντων αὐτήν. Ἐσόμεθα δὲ τοιοῦτοι, ἐὰν ὡς ξένοι διατρίβωμεν, ἐὰν ὡς πάροικοι πολιτευώμεθα, μὴ σφόδρα τῶν παρόντων ἀντεχόμενοι, μηδ' ὡς παραμένουσι προστρέχοντες τούτοις.

Cum loquebar illis, oppugnabant me gratis. — *Gratis* dixit pro *sine causa*, nullam nimirum occasionem habentes, sed temere omnia administrantes: quod ex eo perspicere licet, quod nec tunc parcebant mihi, quando ego pacifice agebam cum eis.

Ὅταν ἐλάλουν αὐτοῖς, ἐπολέμουν με δωρεάν. Ὅταν ἐλάλουν αὐτοῖς εἰρηνικά, ἐπολέμουν με μάτην, μηδεμίαν ἀφορμὴν ἔχοντες, καὶ οὐδὲ τότε ἐφείδοντο· ἐγὼ δὲ καὶ οὕτως εἰρήνευον.

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXX.

Ὠδὴ τῶν Ἀναβαθμῶν.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚ'.

Vers. 1. *Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi.* Hoc cantico ea verba prædicuntur a Propheta, quæ dicturi erant Judæorum captivi, cum ex Babylone discessuri essent, et ascensuri in Jerusalem. Per montes autem cœlos intelligit, ob summam scilicet eorum altitudinem. Illinc etenim sperabant adventurum sibi esse consuetum Dei auxilium, quo ducente illæsi in patriam pervenirent. Deinde sermonem suum magis declarat, dicens:

B *Ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου εἰς τὰ ὄρη, ὅθεν ἥξει ἡ βοήθειά μου.* Αὕτη ἡ ᾠδὴ προφητεύει ἃ ἔλεγον, ἀρξάμενοι ἀναβαίνειν. Ὄρη δὲ λέγει τοὺς οὐρανούς· διὰ τὸ ὕψος. Ἐκεῖθεν γὰρ ἤλπιζον ἐλθεῖν αὐτοῖς τὴν συνήθη βοήθειαν, παραπέμπουσαν ἀβλαβεῖς. Εἶτα καὶ σαφηνίζει τὸν λόγον.

Vers. 2. *Auxilium meum a Domino, qui fecit cœlum et terram.* Ab eo qui vere Dominus est. Proprium enim Dei est, ut omnium creator dicatur, cum ipse solus sit, qui possit creare. Et nos igitur si animæ oculos in cœlum levaverimus, eosque a terrenis rebus omnibus dimoverimus, divinum simili modo consequemur auxilium.

Ἡ βοήθειά μου παρὰ Κυρίου τοῦ ποιήσαντος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Τοῦ ἀληθῶς Κυρίου. Ἴδιον γὰρ τὸ δημιουργικὸν τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἡμῖν οὖν, ἐὰν ἄρωμεν τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς εἰς τὸν οὐρανὸν, ἀποστήσαντες αὐτοὺς τῶν γηΐνων πραγμάτων, ἡ βοήθεια παρὰ Κυρίου ἔσται.

Vers. 3. *Ne des in commotionem pedem tuum, neque dormitet qui custodit te.* Hoc ad fraternum amorem pertinet, ut unusquisque pro altero effundere ad Deum preces addiscat. Ne des, inquit, pedem tuum in commotionem, hoc est, in fluctuationem: neque a recta virtutum via avertaris, ne idcirco ipse etiam Deus, qui te custodire solebat, dormitet, hoc est, ne ipse etiam negligens videri possit in iis quæ ad custodiam tuam pertinent: eo quod inadvertenter sis lapsus. Vel, ne des iter tuum in fluctuantia et lubrica negotia, sed tutam legis ac mandatorum semitam conscende, quæ rectum iter incedentibus præstat.

C *Μὴ δῴης εἰς σάλον τὸν πόδα σου, μηδὲ νυστάξῃ ὁ φυλάσσων σε.* Τοῦτο φιλαδελφίας, ἕκαστον ἑκάστου ὑπερεύχεσθαι. Μὴ δῴης εἰς παρατροπὴν τὸν πόδα σου, μηδὲ παρατραπείης τῆς εὐθείας, ἥτις ἐστὶν ἡ ἐνάρετος ὁδός· μηδὲ διὰ τοῦτο νυστάξαι ὁ φυλάσσων σε Θεὸς, μὴ διὰ τοῦτο ῥᾳθυμῆσαι περὶ τὴν φυλακήν σου, ὡς ἐξ ἀπροσεξίας ὀλισθήσαντος. Ἢ, μὴ δῴης εἰς σαλευόμενα καὶ ὀλισθηρὰ πράγματα τὴν πορείαν σου, ἀλλ' ἐπιβαίνοις τρίβου ἀσφαλοῦς, ἥτις ἐστὶν ἡ ἔννομος, εὐθυπορεῖν σε παρασκευάζουσα.

Vers. 4. *Ecce non dormitabit, neque soporabitur, qui custodit Israel.* Deus cum non negliget, nec negligenter aliquid erga illum aget, qui per tutam, quam diximus, viam incesserit, et a lubrico sæculi calle abstinuerit. Possumus et nos fideles omnes, dici novus Israel, quemadmodum sæpe alibi diximus, præcipue in psalmo xliii, ibi: *Exsurge, quare obdormis, Domine?*

Ἰδοὺ οὐ νυστάξει, οὐδὲ ὑπνώσει ὁ φυλάσσων τὸν Ἰσραήλ. Εἰ ἀπέχεται δηλονότι τῶν ὀλισθηρῶν, εἰ ἀσφαλῶς βαίνει, οὔτε ῥᾳθυμήσει, οὔτε
D ἀμελήσει (32). Ἰσραὴλ δὲ καὶ ἡμεῖς νέος, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν. Ζήτησον καὶ ἐν τῷ μγ' ψαλμῷ, *Ἐξεγέρθητι, ἵνα τί ὑπνοῖς, Κύριε;*

Vers. 5. *Dominus custodiet te, Dominus protectio tua ad manum dexteram tuam.* Dominus te hoc pacto incedentem custodiet, Dominus protectio tibi erit, juxta manum dexteram tuam, hoc est,

Κύριος φυλάξει σε, Κύριος σκέπη σοι, ἐπὶ χεῖρα δεξιάν σου. Κύριος φυλάξει σε οὕτω βαδίζοντα, Κύριος σκέπη σοι παρὰ τὴν δεξιάν σου χεῖρα, τουτέστι παραστάτης, σκεπαστής, σκέπων σε πρακ-

Variæ lectiones.

(32) Nimirum Θεὸς, εἰ ἀπέχεται Ἰσραήλ.

τοντα ἀγαθά· ἤ, σκέπη σοι διὰ πράξεις σου δεξιάς.

A adjutor tibi erit in bello. (Solent enim, qui aliquem protegunt illius dexteræ assistere.) Vel : Protectio tua ad dexteras actiones tuas : protegens nimirum te bona opera facientem.

Ἡμέρας ὁ ἥλιος οὐ συγκαύσει σε, οὐδὲ ἡ σελήνη τὴν νύκτα. Τοσαύτην σου ποιήσεται πρόνοιαν, ὡς μηδὲ ταῦτα ἐᾶσαι παρενοχλῆσαί σοι. Πρὸς ἔμφασιν δὲ τοῦτο εἶπε τῆς ἄκρας ἐπιμελείας. Εἰκὸς δὲ αὐτοὺς καὶ τοιαύτης ἀπολαῦσαι χάριτος. Συγκαίειν δὲ λέγουσι καὶ τὴν σελήνην τὰ σώματα, οὐ μόνον ὑγρὰν οὖσαν, ἀλλὰ καὶ θερμήν· ἤ, ὁ ἥλιος οὐ συγκαύσει σε, οὐδὲ ἡ σελήνη, βλάψει δηλονότι.

Vers. 6. *Per diem sol non uret te, neque luna per noctem.* Tantam tui curam habebit, ut neque solem, aut lunam permittat tibi perturbationem aliquam inferre : quod dixit, ut summum erga hominem Dei studium esse demonstraret. Verisimile est autem antiquum populum prædicto tempore hanc gratiam a Deo fuisse consecutum. Lunam autem urere dixit, juxta aliquos, eo quod non humida sit tantum, sed etiam calida. Vel sol non uret te, neque etiam luna lædet te. Urere enim dixit pro lædere.

Κύριος φυλάξει σε ἀπὸ παντὸς κακοῦ, φυλάξει τὴν ψυχήν σου ὁ Κύριος. Πολλάκις τοῦτο λέγει, βεβαιῶν τὸν λόγον καὶ ὑποτρεπόμενος εἰς τὸ βαίνειν ὀρθῶς πόθῳ τῆς ἐκ Θεοῦ φυλακῆς· ἤ, φυλάξει τὸ σῶμά σου ἀπὸ παντὸς κινδύνου, καὶ τὴν ψυχήν σου.

Vers. 7. *Dominus custodiet te ab omni malo, custodiet animam tuam Dominus.* Eamdem sæpius repetit sententiam, sermonem confirmans, et divinæ protectionis desiderio nos exhortans, ut per rectam, quam diximus, virtutum semitam incedamus. Vel : Custodiet corpus tuum et animam tuam ab omni periculo.

Κύριος φυλάξει τὴν εἴσοδόν σου καὶ τὴν ἔξοδόν σου. Τὴν ἀναστροφήν σου, τὴν πολιτείαν σου, τὸν βίον σου· ἢ καὶ ἄλλως, τήν τε εἰς τὸν βίον τοῦτον εἴσοδον, καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ ἔξοδον· ἢ καὶ πάντα τὸν βίον. Ἐν εἰσόδοις γὰρ οὗτος καὶ ἐξόδοις καθορᾶται.

Vers. 8. *Dominus custodiet introitum tuum et exitum tuum.* Hoc est, conversationem et vitam tuam. Vel ingressum in hanc vitam, et exitum ex ea. Vel omnem vitam, quæ in ingressu atque in exitu perspicitur.

Ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος. Καὶ εἰς τὸ ἑξῆς· ἢ καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος τῆς ζωῆς σου.

Ex nunc et usque in sæculum. Hoc est et in futurum vel usque in sæculum vitæ tuæ.

Ὠδὴ τῶν Ἀναβαθμῶν.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΑ'.

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXXI.

Εὐφράνθην ἐπὶ τοῖς εἰρηκόσι μοι, Εἰς οἶκον Κυρίου πορευσόμεθα. Τοῦτο ἔλεγον ὁδεύοντες, καὶ προκόπτοντες μετὰ περιχαρείας.

Vers. 1. *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, In domum Domini ibimus.* Hujusmodi verba dicebant, cum incederent, et proficiscerentur cum gaudio.

Ἑστῶτες ἦσαν οἱ πόδες ἡμῶν ἐν ταῖς αὐλαῖς σου, Ἱερουσαλήμ. Ἀκουσάντων ἡμῶν, εὐθὺς ἑστῶτες ἦσαν ἐν ταῖς αὐλαῖς σου τῇ δοκήσει· ἔδοξα μὲν γὰρ ἑστάναι ἐν αὐταῖς, οὕτω τῆς σφοδρᾶς ἐπιθυμίας παρασκευασθείσης.

Vers. 2. *Stantes erant pedes nostri in aulis tuis, Jerusalem.* Cum prædicta audissemus verba, pedes nostri illico stantes erant in aulis Jerusalem, opinione scilicet, seu reputatione nostra. Visus enim mihi sum illic consistere, ita animo imaginatus, ob vehemens patriæ desiderium.

Ἱερουσαλὴμ οἰκοδομουμένη ὡς πόλις. Ὦ Ἱερουσαλὴμ οἰκοδομουμένη ὡς πόλις πάλαι κυρίως.

Vers. 3. *Jerusalem ædificata, ut civitas.* O Jerusalem, quæ olim, ut vera civitas constructa es.

Ἧς ἡ μετοχὴ αὐτῆς ἐπὶ τὸ αὐτό. Καθ' ἕτερον δὲ ἑρμηνευτήν, *Ἧς ἡ συνάφεια ὁμοῦ,* τουτέστιν, Ἧς τὰ μετόχια, τὰ συναφῆ οἰκοδομήματα ὁμοῦ, διὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκούντων.

Cujus participatio ejus in idipsum. Vel juxta alium interpretem : *Cujus contiguitas simul est,* hoc est, Cujus participationes atque habitationes ob inhabitantium multitudinem contiguæ atque in unum connexæ sunt. (Nam quod ait : *in idipsum,* idem est, quod *una,* aut *simul.*)

Ἐκεῖ γὰρ ἀνέβησαν αἱ φυλαί, φυλαὶ Κυρίου. Τοῦτο μέγιστον ἐγκώμιον αὐτοῦ ποιεῖται. Οὐχ οὕτω γὰρ ἐκοσμεῖτο τῷ μεγέθει καὶ τοῖς οἰκοδομήμασιν, ὡς τῷ πάσας τὰς φυλὰς Ἰσραὴλ τρὶς ἐκεῖ συλλέγεσθαι ἑκάστου ἔτους ἐν ταῖς δημοτελέσι πανηγύρεσιν, ἐν τῷ Πάσχα, ἐν τῇ Πεντηκοστῇ, καὶ ἐν τῇ Σκηνοπηγίᾳ. Ἐκεῖ γάρ, φησίν, ἀνέβησαν πάλαι πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας, ἐκεῖ συνελέγοντο. Φυλὰς δὲ Κυρίου

Vers. 4. *Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini.* Hoc ad maximam Jerusalem laudem dictum est. Neque enim adeo magnitudine sua, aut ædificiorum structuris ornata erat, quantum una hac re, quod universæ tribus populi Israel, ter in anno, illuc congregabantur, quando totus populus in unum conveniebat ; in Paschate nimirum, in Pentecoste, atque in Scenopegiis. Illuc igitur olim

ante captivitatem ascenderunt tribus Israel, illuc congregabantur. Domini autem tribus eas appellavit, tanquam peculiarem Dei populum, vel tanquam tribus a Deo ordinatas.

Testimonium ipsi Israel. Quæ res, inquit, demonstratio quædam est non vulgaris ipsi Israelitico populo, divinæ promissionis, quæ finem suum jam est consecuta. Nam et multiplicatum est semen Abraham, et promissionis terram obtinuit. Vel contestatio hæc fuit populo Israel. Contestatus est autem Deus, quod aliquando, et certis temporibus illic essent congregandi. Ordo est: *Illuc ascenderunt tribus*, et quæ sequuntur, ita ut abundet dictio *enim* (et quod ait: *Testimonium ipsi Israel*, defectivus est sermo. Subintelligenda enim est dictio, *juxta*), ut sit sensus, quod illuc ascenderunt juxta contestationem et divinum mandatum, a Deo olim factum ipsi populo.

Ad confitendum nomini Domini. Hoc est, ut per divinum cultum a lege ordinatum, condignas Deo gratias agerent.

VERS. 5. *Quia illic collocatæ sunt sedes in judicium.* Ecce alia laus urbis Jerusalem: Illic etenim stabiliti sunt, inquit, regales throni ad populum judicandum.

Sedes super domum David. Hoc est, In domo, seu in palatio David; vel primo loco sedes sacerdotum dixit, secundo autem loco regias sedes.

VERS. 6. *Interrogate quæ ad pacem sunt ipsam Jerusalem.* Ad ipsam, inquit, Jerusalem pacifica loquimini verba. Pax scilicet sit tibi; pax populo. Deinceps etenim immensam, atque, ut ita dicam, profundam pacem habebit et gaudium. Alius vero interpres: *Salutate eam*, dixit.

Et abundantia diligentibus te. Et abundabunt non tui tantum cives, sed vicinæ etiam gentes, quæ te diligunt. Prophetiam autem continent hæc verba.

VERS. 7. *Fiat pax in virtute tua.* Alius autem interpres in futuro dixit, *Fiet*. Per virtutem autem, ipsos Judaici populi milites intelligit, quibus certissima erit pax, si bellum, aut hostem nullum habuerint.

Et abundantia in turribus tuis. Alius etiam interpres, *Et divitiæ in regiis tuis*, dixit; et alius: *In septis tuis*. Illud etiam sciendum est, quod in Græca lectione] non *in turribus* simpliciter legimus, sed in πυργοβάρεσι: qua dictione hoc in loco mœnia turribus circumsepta ac munita intelligimus.

VERS. 8. *Propter fratres meos, et proximos meos loquebar pacem de te.* Prophetæ verba sunt ad ipsam Jerusalem. Propter cognatos, inquit, meos Israelitas, et propter tribus ejusdem populi, rogabam pacem pro te: ut illi nimirum in pace degentes et Deum suum colerent, et pro acceptis beneficiis condignas ei gratias agerent.

VERS. 9. *Propter domum Domini Dei nostri, quæsivi bona tibi.* Propter sacrum Dei templum, quod in te constructum est, tranquillitatem atque abundantiam tibi studiose quæsivi: ut proprium scilicet atque antiquum decorem recuperares et vinum cultum lege constitutum.

A ταύτας ὠνόμασεν, ὡς λαὸν αὐτοῦ, ὡς ὑπ' αὐτοῦ τεταγμένας.

Μαρτύριον τῷ Ἰσραήλ. Ἀπόδειξις τῷ λαῷ τῆς περατωθείσης ὑποσχέσεως τοῦ λαοῦ, ὅτι ἐπληθύνθη τὸ σπέρμα τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ἐκληρονόμησεν. Ἡ διαμαρτυρία τῷ λαῷ. Διεμαρτύρατο γὰρ αὐτῷ ὁ Θεὸς ἐκεῖσε συλλέγεσθαι κατὰ τοὺς εἰρημένους καιρούς. Ἡ δὲ σύνταξις οὕτως· *Ἐκεῖ ἀνέβησαν φυλαί*, περιττεύοντος τοῦ *γάρ*. Ἀνέβησαν, φησὶν, διὰ μαρτύρια καὶ κέλευσιν, ἤγουν, κατὰ κέλευσιν θείαν.

B *Τοῦ ἐξομολογήσασθαι τῷ ὀνόματι Κυρίου.* Ἐπὶ τῷ εὐχαριστῆσαι διὰ τῆς νενομοθετημένης λατρείας.

Ὅτι ἐκεῖ ἐκάθισαν θρόνοι εἰς κρίσιν. Ἰδοὺ καὶ ἄλλο τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐγκώμιον. Ἐκεῖ γὰρ, φησὶν, ἱδρύνθησαν θρόνοι βασιλείας, εἰς τὸ κρίνειν τὸν λαόν.

Θρόνοι ἐπ' οἶκον Δαβίδ. Ἐν τῷ οἴκῳ Δαβὶδ, ἐν τοῖς ἀνακτόροις Δαβίδ· ἢ τὸ πρῶτον μὲν θρόνοι ἱερέων, τὸ δεύτερον δὲ θρόνοι βασιλέων.

Ἐρωτήσατε δὴ τὰ εἰς εἰρήνην τὴν Ἱερουσαλήμ. Προσαγορεύσατε αὐτὴν εἰρηνικὰ, ὅτι Εἰρήνη σοι, εἰρήνη τῷ λαῷ σου· τοῦ λοιποῦ γὰρ εἰρήνην ἕξει βαθεῖαν καὶ χαράν. Ἕτερος δὲ ἑρμηνεὺς, *Ἀσπάσασθε αὐτήν*, εἶπε.

C *Καὶ εὐθηνία τοῖς ἀγαπῶσί σε.* Καὶ εὐθηνήσουσιν οὐχ οἱ πολῖταί σου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν πέριξ ἐθνῶν οἱ ἀγαπῶντές σε. Προφητεία δὲ καὶ τοῦτο.

Γενέσθω δὴ εἰρήνη ἐν τῇ δυνάμει σου. Καθ' ἕτερον ἑρμηνευτὴν, *Γένοιτο* ἢ *γενήσεται*. Δύναμιν δὲ αὐτῆς λέγει τοὺς στρατιώτας αὐτῆς, ὧν εἰρήνη τὸ μὴ μάχεσθαι, μηδὲ ἔχειν πολέμιον.

Καὶ εὐθηνία ἐν τοῖς πυργοβάρεσί σου. Ἕτερος δέ φησι. *Καὶ πλοῦτος ἐν τοῖς βασιλείοις σου*· ἄλλος δὲ, *Ἐν τοῖς περιβόλοις σου*. Πυργόβαρις γὰρ τὸ ὀχυρώτατον τείχισμα.

D *Ἕνεκα τῶν ἀδελφῶν μου καὶ τῶν πλησίων μου ἐλάλουν δὴ εἰρήνην περὶ σοῦ.* Τοῦτο πρὸς αὐτὴν ὁ προφήτης φησίν· ὅτι Διὰ τοὺς συγγενεῖς μου τοὺς Ἰσραηλίτας, διὰ τὰς φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ, ηὐχόμην εἰρήνην ὑπὲρ σοῦ· ἵνα, ἐν εἰρήνῃ διάγοντες, λατρεύωσι καὶ εὐχαριστῶσι τῷ Θεῷ.

Ἕνεκα τοῦ οἴκου Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐξεζήτησα ἀγαθά σοι. Διὰ τὸν ναὸν τὸν ἐν σοὶ ἐξεζητησάμην σοι γαλήνην καὶ εὐετηρίαν· ἵνα τὴν οἰκείαν ἀπολάβῃς εὐπρέπειαν, καὶ νενομισμένην λατρείαν.

Ὠδὴ ἀτῶν ναβαθμῶν. A

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΒ'.

Πρὸς σὲ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου, τὸν κατοικοῦντα ἐν τῷ οὐρανῷ. Καὶ οὗτοι ἔτι ὁδευόντων οἱ λόγοι. Κατοικεῖν δὲ ὁ Θεὸς ἐν τῷ οὐρανῷ λέγεται, ὡς ταῖς ἐκεῖ καθαραῖς καὶ ἁγίαις δυνάμεσιν ἐπαναπαυόμενος. Καὶ γὰρ καὶ περὶ τῶν ἐπὶ γῆς ἁγίων εἴρηκεν· *Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω.*

Ἰδοὺ ὡς ὀφθαλμοὶ δούλων εἰς χεῖρας τῶν κυρίων αὐτῶν, ὡς ὀφθαλμοὶ παιδίσκης εἰς χεῖρας τῆς κυρίας αὐτῆς· οὕτως οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, ἕως οὗ οἰκτειρῆσαι ἡμᾶς. Διὰ τοῦ τοιούτου παραδείγματος τῶν δούλων καὶ τῆς δούλης τοῦτο δηλοῦσιν, ὅτι καὶ πρὸς αὐτὸν B ὁρῶσι, καὶ διηνεκῶς, καὶ οὐδαμόθεν ἑτέρωθεν ἔχουσιν ἀντιλήψεως ἐλπίδα, καὶ οὐκ ἀποστήσονται ἕως οὗ οἰκτειρηθῶσι. Τὸ δὲ, *Οἰκτειρῆσαι* εὐκτικοῦ μὲν ἔχει σχῆμα, σημασίαν δὲ μέλλοντος, ἀντὶ τοῦ *Οἰκτειρήσῃ*. Τινὲς δέ φασι προσπαρειλῆφθαι τῆς δούλης τὸ παράδειγμα εἰς ἐπίτασιν διαθέσεως· πλέον γὰρ τῶν δούλων αἱ δοῦλαι τοῦτο ποιοῦσιν, ὡς ἀσθενέστεραι.

Ἐλέησον ἡμᾶς, Κύριε, ἐλέησον ἡμᾶς, ὅτι ἐπὶ πολὺ ἐπλήσθημεν ἐξουδενώσεως. Φαυλισμοῦ, ὀνειδισμοῦ, παρά τε τῶν αἰχμαλωτευσάντων, καὶ τῶν γειτόνων ἡμῖν, πονηρῶν, ἐφηδομένων ταῖς συμφοραῖς ἡμῶν· ἢ τῶν ἄλλων ἐθνῶν δι' ὧν ἐβάδιζον· C θερμότητος δὲ ὁ διπλασιασμὸς τοῦ *Ἐλέησον*. Ἱκετεύουσιν οὖν ἐλεηθῆναι διὰ τοῦτο, καὶ τάχιον ἀποκατασταθῆναι εἰς τὴν πατρίδα.

Ἐπὶ πλεῖον ἐπλήσθη ἡ ψυχή μου. Τῆς εἰρημένης ἐξουδενώσεως.

Τὸ ὄνειδος τοῖς εὐθηνοῦσι, καὶ ἡ ἐξουδένωσις τοῖς ὑπερηφάνοις. Ἀντιστραφείη, δηλονότι, εἰς ταπείνωσιν καὶ παίδευσιν, ἵνα μὴ διὰ τὸ εὐπραγεῖν καὶ ὑπερηφανεύεσθαι κατεπαίρωνται τῶν δυσπραγούντων, καὶ τεταπεινωμένων. Ἁρμόζει δὲ ὁ ψαλμὸς καὶ τοῖς ὁδεύουσι πρὸς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐπηρεαζομένοις ὑπὸ ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ἐχ- D θρῶν.

Ὠδὴ ὁμοίως.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΓ'.

Εἰ μὴ ὅτι Κύριος ἦν ἐν ἡμῖν, εἰπάτω δὴ Ἰσραὴλ, εἰ μὴ ὅτι Κύριος ἦν ἐν ἡμῖν· ἐν τῷ ἐπαναστῆναι ἀνθρώπους ἐφ' ἡμᾶς, ἄρα ζῶντας ἂν κατέπιον ἡμᾶς. Ταῦτα ἤδη ἐπανελθόντων εἰς τὴν πατρίδα τὰ ῥήματα· εὐχαριστοῦντες γὰρ παρακελεύονται τῷ λαῷ λέγειν· ὅτι ἐν τῷ ἐπαναστῆναί τινας καθ' ἡμῶν ἐπανελθόντων· τὰ πλησιόχωρα γὰρ

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXXII.

VERS. 1. *Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cœlo.* Ex ejusdem populi persona proficiscentis in patriam, legenda sunt hæc verba. Habitare autem Deus dicitur in cœlo, veluti qui in sanctis ac mundissimis angelicis virtutibus, illic in cœlo habitantibus, requiescit. Nam et de sanctis, qui in terra sunt, dictum legimus: *Inhabitabo in eis, et inambulabo*[49].

VERS. 2. *Ecce sicut oculi servorum ad manus dominorum suorum, sicut oculi ancillæ ad manus dominæ suæ, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.* Hac servorum atque ancillarum comparatione, seu exemplo, illud significare volunt, quod ad Deum assidue et constanter aspiciunt, quodque nullam aliunde habent auxilii spem, quinimo et quod nunquam desistent, donec misericordiam consequentur. Verbum autem, *Misereatur*, tametsi optantis modum teneat, futuri tamen significationem habet pro, *Miserebitur*. Quidam etiam dicunt ancillæ comparationem ideo appositam fuisse, ut majorem affectionis intensionem in Deum ostenderent. Magis etenim id fieri solet ab ancillis, utpote infirmiori sexu, quam a servis.

VERS. 3, 4. *Miserere nostri, Domine, miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione.* Contemptu, inquit, atque opprobrio ab iis afficimur, qui nos fecere captivos, atque a pravis etiam vicinis, qui calamitatibus nostris delectantur: vel ab aliis gentibus per quarum regiones in patriam incedebant. Repetitio autem illa verbi *Miserere*, ardorem quemdam animi demonstrat; supplicant igitur ea ratione misericordiam a Deo consequi, et celerius in patriam restitui.

Amplius repleta est anima nostra. Prædicta scilicet despectione.

Opprobrium abundantibus, et despectio superbis. Subaudi verbum *Obveniat*. Obveniat igitur opprobrium et despectio ad humiliationem scilicet atque eruditionem eorum, ne, dum prospere omnia eis succedunt et superbi sunt, extollantur inde, atque eleventur adversus humiliores atque infortunatos homines. Congruit etiam hic psalmus iis omnibus qui ad supernam ambulant Jerusalem, quique a visibilibus atque ab invisibilibus læduntur inimicis.

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXXIII.

VERS. 1-4. *Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat sane Israel, nisi quia Dominus erat in nobis, cum exsurgerent homines in nos, sane vivos deglutissent nos.* Hæc verba ex eorum persona prolata sunt, qui jam reversi erant in Jerusalem. Agunt enim gratias Deo, atque hortantur universum populum, ut cum eis dicat: quod cum quidam ho-

[49] Levit. XXVI, 12; II Cor. VI, 16.

stes adversus eos, modo ex captivitate reversos, consurrexissent (vicinæ enim gentes contra eos bellum moverant, cum nondum munita esset Jerusalem), Nisi erepti, inquiunt, fuissemus a periculo, ea ratione quia Dominus erat in nobis, præ summa sane tunc invidia, vivos nos omnes deglutissent. Hoc autem figurato sermone Propheta summam imminentis ruinæ celeritatem denotavit. Quidam etiam aiunt dictionem, *quia*, hoc in loco abundare.

A ἔθνη τούτων ἐπεστράτευσαν, μήπω τειχισθείσης τῆς Ἱερουσαλήμ· ει! μὴ, διότι Κύριος ἦν ἐν ἡμῖν, ἐῤῥύσθημεν, ἄρα ζῶντας ἂν ἡμᾶς κατέπιον ὑπὸ φθόνου. Ἐμφαίνει δὲ ὁ λόγος τὴν ἄγαν ταχύτητα τῆς πανωλεθρίας· τινὲς δὲ τὸ, *ὅτι* παρέλκον ἑρμηνεύουσιν.

Cum irasceretur furor eorum in nos, sane aqua demersisset nos. Per aquam vehementem hostium impetum intelligit, qui idcirco ira ac furore perciti erant, quod Judæorum populus fuisset in patriam restitutus. Dictionem autem *sane*, posuit, pro *cæterum*, seu etiam pro *vere*.

Ἐν τῷ ὀργισθῆναι τὸν θυμὸν αὐτῶν ἐφ' ἡμᾶς, ἄρα τὸ ὕδωρ ἂν κατεπόντισεν ἡμᾶς. Ὕδωρ λέγει τὴν ῥύμην αὐτῶν, καὶ σφοδρὰν κίνησιν ὀργισθέντων, διότι πάλιν ἀπέλαβον τὴν πατρίδα. Τὸ δὲ *ἄρα*, συλλογιστικὸν ἀντὶ τοῦ *λοιπὸν*, ἢ *ὄντως*.

VERS. 5. *Torrentem pertransivit anima nostra.* Vehementem atque inordinatum hostium impetum momentaneumque et omne obvium secum rapientem, turgido torrenti comparat, quemadmodum et superius aquæ comparavit. *Pertransisse* autem dixit pro Prætergressam esse atque effugisse. *Anima* etiam *nostra* dixit, pro Ipsi nos, veluti a parte totum significans.

Χείμαῤῥον διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν. Χειμάῤῥῳ B παρεικάζει τὴν ὀξεῖαν καὶ ἄτακτον καὶ πᾶν τὸ προστυχὸν παρασύρουσαν καὶ πρόσκαιρον φθορὰν αὐτῶν, ὥσπερ καὶ ἀνωτέρω ὕδατι. *Διῆλθε δὲ*, ἀντὶ *Διεπέρασε*, διέφυγεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν, ἤγουν ἡμεῖς, ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον.

Sane pertransiit anima nostra aquam intolerabilem. Vere eam prætergressi sumus, atque in securitate nunc consistimus.

Ἄρα διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν τὸ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον. Ὄντως διεπεράσαμεν, ἐν ἀσφαλεῖ γεγόναμεν.

VERS. 6. *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in prædam dentibus eorum.* Per dentes, et feritatem et potentiam hostium denotavit; quasi avidi viderentur, ut ipsos etiam vivos homines deglutirent.

Εὐλογητὸς Κύριος, ὃς οὐκ ἔδωκεν ἡμᾶς εἰς θήραν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν. Διὰ τῶν ὀδόντων τὴν θηριωδίαν καὶ δύναμιν αὐτῶν ἐνέφηνε, μονονουχὶ καταπιεῖν ζῶντας γλιχομένων.

VERS. 7. *Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium : laqueus contritus est, et nos liberati sumus.* Quemadmodum hostium vires ac feritatem denotavit, indignationeque et potentia armatos eos esse docuit, ita etiam populi debilitatem declarat, passeri illum comparans. Est etenim passer infirmissimum quoddam animal, et captu facillimum. Per laqueos vero insidias eorum varias, ac machinationes intelligit, quas omnes contritas esse dicit ac dissolutas.

C *Ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὡς στρουθίον ἐῤῥύσθη ἐκ τῆς παγίδος τῶν θηρευόντων· ἡ παγὶς συνετρίβη, καὶ ἡμεῖς ἐῤῥύσθημεν.* Ὥσπερ ἐκείνων ἐνέφηνε τὴν ἰσχὺν, καὶ θηριωδίαν, θυμῷ καὶ δυνάμει καθωπλισμένων, οὕτω καὶ τὴν τούτων ἀσθένειαν. Ἀσθενὲς γὰρ καὶ εὐάλωτον τὸ στρουθίον. Παγίδα δὲ λέγει τὰς ἐνέδρας καὶ μηχανὰς αἳ συνετρίβησαν, καὶ διελύθησαν.

VERS. 8. *Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum et terram.* — Non in curribus, neque in equis, aut in hujusmodi viribus, quemadmodum in psalmo XIX prædictum est, sed *in nomine Domini*, qui vere Deus est. Hoc est, adjutorium nostrum in sola Dei invocatione consistit : dum scilicet vel Deum illum appellamus, aut alio modo eum invocamus. Vel, *in nomine Domini* circumloquendo dixit, pro In Domino. Congruit etiam hic psalmus iis omnibus qui divina providentia a tentationibus et a calamitatibus fuerint liberati.

Ἡ βοήθεια ἡμῶν ἐν ὀνόματι Κυρίου, τοῦ ποιήσαντος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Οὐκ ἐν ἅρμασι, καὶ ἵπποις, καὶ τοιαύτῃ δυνάμει, ὡς ἐν τῷ ιϛ' ψαλμῷ προείρηται, ἀλλ' ἐν τῷ ὀνόματι Θεοῦ, τοῦ D ὄντως Θεοῦ, ἐν τῷ ὀνομάζειν καὶ ἐπικαλεῖσθαι αὐτόν· ἢ *ἐν τῷ Κυρίῳ* κατὰ περίφρασιν. Ἁρμόζει δὲ ὁ ψαλμὸς καὶ πᾶσι τοῖς κατὰ θείαν πρόνοιαν ἐλευθερουμένοις πειρασμῶν.

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXXIV.

VERS. 1, 2. *Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion.* Hic psalmus optime consequitur ad præcedentes, et gratiarum actiones continet, pro liberatione ab inimicis. Ii, inquit, qui confidunt in Domino, erunt sicut mons Sion : constantes nimirum, incommutabiles, et securi.

Non commovebitur in sæculum, qui habitat in

Ὠδὴ ὁμοίως.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΔ'.

Οἱ πεποιθότες ἐπὶ Κύριον, ὡς ὄρος Σιών. Ἀκόλουθα τοῖς προλαβοῦσι τὰ τοῦ π:ρόντος ψαλμοῦ καὶ ὑπὲρ τῆς ἀπαλλαγῆς τῶν πολεμίων εὐχαριστήρια. Ὡς τὸ ὄρος τὸ Σιὼν, ἀπερίτρεπτοι, ἀκαθαίρετοι, ἀσφαλεῖς.

Οὐ σαλευθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα ὁ κατοικῶν

Ἱερουσαλήμ. Οὐ περιτρατήσονται, οὐκ ἐκπεσοῦνται οἱ κατοικοῦντες Ἱερουσαλὴμ εἰς τὸν αἰῶνα, ἀντὶ τοῦ, παρ' ὅλον τὸν αἰῶνα τὸν ἀφωρισμένον. Κυρίως δὲ λέγει περὶ τῶν κατοικούντων τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ· ἐκεῖνοι γὰρ οὐδέποτε σαλευθήσονται· ἕως δὲ τοῦ αἰῶνος τοῦ ὁρισθέντος εἰς σωτηρίαν αὐτῆς, ὡς εἴρηται.

Ὄρη κύκλῳ αὐτῆς, καὶ ὁ Κύριος κύκλῳ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος.

Deest in MS. Græca ad versiculum animadversio.

Ὅτι οὐκ ἀφήσει Κύριος τὴν ῥάβδον τῶν ἁμαρτωλῶν ἐπὶ τὸν κλῆρον τῶν δικαίων. Αἰτίαν λέγει τῆς ἐκ Θεοῦ φυλακῆς. Ἁμαρτωλοὺς δὲ λέγει τοὺς ἀσεβεῖς καὶ παρανόμους, ὁποῖοί εἰσι καὶ οἱ δαίμονες· ῥάβδον δὲ αὐτῶν τὴν βασιλείαν αὐτῶν, ἢ τὰ ὅπλα· δικαίους δὲ τοὺς ἐν νόμῳ βιοῦντας.

Ὅπως ἂν μὴ ἐκτείνωσιν οἱ δίκαιοι ἐν ἀνομίαις χεῖρας αὐτῶν. Ἵνα, τοιαύτης ἀπολαύοντες παρὰ Θεοῦ φυλακῆς, μὴ ἅψωνται παρανομίας, ἀλλὰ θεραπεύωσι τὸν εὐεργέτην.

Ἀγάθυνον, Κύριε, τοῖς ἀγαθοῖς καὶ τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ. Εἰς εὐχὴν τὸν λόγον ὁ προφήτης κατέκλεισε λέγων· Ἀγαθὰ ποίησον, Κύριε, ἀγαθὰ δὸς τοῖς ἀγαθοῖς ἀνθρώποις, καὶ τοῖς ἀδιαστρόφοις τὴν καρδίαν, τοῖς ἀδόλοις, καὶ ἀπονήροις.

Τοὺς δὲ ἐκκλίνοντας εἰς τὰς στραγγαλιὰς ἀπάξει Κύριος μετὰ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν. Εἰς διεστραμμένα, εἰς σκολιότητας· τοὺς τοιούτους ἀπάξει εἰς κόλασιν· παραδώσει τιμωρίᾳ· ἢ ἀπώσεται ὡς ἴσους τοῖς παρανομοῦσι.

Εἰρήνη ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ. Εἴη δηλονότι. Ἁρμόζει δὲ καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς τοῖς κατοικοῦσι τὴν ὑψηλὴν καὶ ἀκαθαίρετον Ἐκκλησίαν, ἧς κύκλῳ οἱ ὑψηλοὶ διδάσκαλοι τειχίζοντες αὐτήν, καὶ φυλάττοντες, καὶ ὁ Χριστὸς κύκλῳ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ.

Ὠδὴ ὁμοίως.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΕ'.

Ἐν τῷ ἐπιστρέψαι Κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν Σιών, ἐγενήθημεν ὡσεὶ παρακεκλημένοι. Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς ἀκόλουθα τῷ πρὸ αὐτοῦ φθέγγεται· ἐπιστροφὴν μὲν λέγων, τὴν εἰς τὴν πατρίδα Σιών, ἀποκατάστασιν αὐτῆς τῶν τέκνων· οὗτοι γὰρ ἡ αἰχμαλωσία αὐτῆς· παράκλησιν δὲ τὴν ἀνάκλησιν καὶ ψυχαγωγίαν. Ἐπιστραφέντες, φησίν, εἰς τὴν πατρίδα, ἐγενόμεθα λίαν παρακεκλημένοι· τὸ γὰρ ὡσεὶ ἐπίτασίς ἐστι τῆς παρακλήσεως· ὡς τὸ, Ὡς ἀγαθὸς ὁ Θεὸς τῷ Ἰσραήλ. Ἢ ἐγενήθημεν ὥσπερ οἱ παρακεκλημένοι, τουτέστιν ἐν εὐθυμίᾳ.

A *Jerusalem.* Qui habitant in Jerusalem, in sæculum, hoc est per totum sæculum determinatum, non evertentur, nec decident. Proprie autem hæc Prophetæ verba ad eos pertinent, qui in superna ac cœlesti habitant Jerusalem. Illi etenim nunquam commovebuntur.

Montes in circuitu ejus, et Dominus in circuitu populi sui, ex nunc et usque in sæculum. Maximam etiam, inquit, securitatem habet ob montes qui in circuitu ejus sunt, verum illa præcipua est omnium securitas, quod Dominus eam custodit. Idcirco, qui illic habitant non commovebuntur, usque in sæculum. *In sæculum*, inquam, quod ad ipsius Jerusalem salutem jam a Deo determinatum est, ut
B diximus.

VERS. 3. *Quia non dimittet Dominus virgam peccatorum super sortem justorum.* Causam reddit divinæ custodiæ. Per peccatores autem, impios atque iniquos omnes intelligit, quales etiam ipsi sunt dæmones. Per virgam vero, eorumdem regnum aut potentiam intelligit; justos vero eos appellat, qui secundum legem vivunt.

Ne extendant justi ad iniquitatem manus suas. Justos Deus sua hac custodia et protectione frui voluit, ut iniquum aliquid non attingant, sed benefactorem colant.

VERS. 4. *Benefac, Domine, bonis, et rectis corde.* Sermonem suum Propheta in orationem conclusit. Bona, inquit, facito, Domine, et bona dato homi-
C nibus bonis et rectis, qui non perverso aut doloso, sed simplici sunt corde.

VERS. 5. *Declinantes autem in tortuositates, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem.* In tortuositates, hoc est, in perversa atque obliqua. Hujusmodi enim homines adducet Deus ad pœnas, et perpetuis eos tradet suppliciis; vel repellet eos tanquam iniquis hominibus similes.

Pax super Israel. Subaudiendum est verbum, *sit.* Congruit etiam hic psalmus iis qui in excelsa atque incommutabili Ecclesia habitant, in cujus circuitu sunt sublimes doctores, munientes nimirum et custodientes eam, et Christus etiam in circuitu populi sui.

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXXV.

VERS. 1. *Cum converteret Dominus captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati.* Hic psalmus etiam consequentem ad præcedentes materiam continet. Per conversionem enim Propheta reditum ac restitutionem intelligit in patriam, : cujus patriæ filios, hoc est, cujus populum in captivitate olim constitutum, captivitatem Sion appellavit. Per consolationem vero, refrigerium intelligit. Reversi, inquit, in patriam valde refrigerati sumus. Nam Græca dictio ὡσεί, pro qua interpres reddidit, *sicut*, non solum hanc significationem habet, sed interdum ponitur pro *quam*, id est, pro *valde*, quemadmodum et alibi : *Quam bonus Deus Israel* [80-81],

[80-81] Psal. LXXII, 1.

utrobique enim eadem habetur dictio. Vel, Facti sumus quemadmodum consolati, hoc est, in gaudio fuimus atque in lætitia.

VERS. 2. *Tunc repletum est gaudio os nostrum.* Hoc est, jucundis ac lætis verbis, quæ summum animæ gaudium significabant.

Et lingua nostra exsultatione. Idem repetit; prædicit autem quæ futura erant, veluti jam facta.

Tunc dicent inter gentes. Tunc ii qui in gentibus sunt, dicent; vel simpliciter, gentes visa admiranda populi restitutione cum admiratione dicent:

Magnificavit Dominus facere cum eis. Hæc sunt verba quæ finitimæ gentes dicent, loquentes de nobis Judæis: *Magnificavit Dominus facere cum eis*, eo quod magnam in eis fecit misericordiam. Deinde iterum sermonem profert ex populi persona, dicens:

VERS. 3. *Magnificavit Dominus facere nobiscum.* Verum magnificavit, ut diximus; est etiam proprium hoc idioma Hebraicæ linguæ, dicere: *Dominus fecit cum illo*; subintelligitur enim dictio, *misericordiam*.

Facti sumus lætantes. Et quia restituti sumus in patriam, et quia Dei potentia nota facta est vicinis gentibus.

VERS. 4. *Converte, Domine, captivitatem nostram sicut torrentes in Austro.* Supplicant deinceps pro iis qui in captivitate remanserant; multi enim in Babylone relicti fuerant, quibus pari modo reditum in patriam præstari petunt: Converte, inquit, Domine, reliquias nostræ captivitatis, ipsamque captivitatem urge atque impelle, non secus ac urgere atque impellere soles torrentem per Austrum. Solet enim hic ventus, disjecta ac liquefacta nubium densitate, pluviam adducere, et torrentes magno cum impetu movere. Vel hujusmodi metaphora usus est, optans captivitatem, torrentis instar, cito ferri, ita ut quam primum cesset, et tota prorsus evacuetur, Judæorum nemine in Babylone amplius relicto. Cito etenim exsiccantur torrentes. Vel per Austrum, seu Notum, ipsam intelligit Jerusalem, hoc nomine a prophetis persæpe alibi appellatam, tanquam situ suo vergentem ad Austrum. Converte, inquit, eam captivitatem in Austro, hoc est, in Jerusalem.

A *Τότε ἐπλήσθη χαρᾶς τὸ στόμα ἡμῶν.* Χαρμοσύνων ῥημάτων, δηλούντων τὴν χαρὰν τῆς ψυχῆς.

Καὶ ἡ γλῶσσα ἡμῶν ἀγαλλιάσεως. Τὸ αὐτὸ λέγει· προαγορεύει δὲ τὰ μέλλοντα, ὡς ἤδη γενόμενα.

Τότε ἐροῦσιν ἐν τοῖς ἔθνεσι. Ἐροῦσιν οἱ ἐν τοῖς ἔθνεσιν. Ἢ ἁπλῶς ἐροῦσι τὰ ἔθνη, ἑωρακότα τὴν παράδοξον ἀποκατάστασιν ἡμῶν, καὶ θαυμάσαντα.

Ἐμεγάλυνε Κύριος τοῦ ποιῆσαι μετ' αὐτῶν. Ἐροῦσιν ὅτι *Ἐμεγαλούργησεν ὁ Θεός*, διὰ τοῦ *ποιῆσαι ἔλεος ἐν αὐτοῖς*· περὶ ἡμῶν ταῦτα λέγοντες· εἶτα τρέπει τὸν λόγον προσώπῳ τῶν τὰ προῤῥηθέντα λεγόντων.

B *Ἐμεγάλυνε Κύριος τοῦ ποιῆσαι μεθ' ἡμῶν.* Ὄντως ἐμεγαλούργησεν, ὡς εἰρήκαμεν· ἰδίωμα δὲ τοῦτο τῆς Ἑβραΐδος, τὸ λέγειν· *Ἐποίησαν μετὰ τοῦ δεῖνος*· λείπει γὰρ τὸ ἔλεος.

Ἐγενήθημεν εὐφραινόμενοι. Ὅτι ἀποκατέστημεν εἰς τὴν πατρίδα, καὶ ὅτι ἐγνώσθη τοῖς πέριξ ἔθνεσιν ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις.

Ἐπίστρεψον, Κύριε, τὴν αἰχμαλωσίαν ἡμῶν, ὡς χειμάῤῥους ἐν τῷ Νότῳ. Περὶ τῶν ἐναπομεινάντων τῇ αἰχμαλωσίᾳ λοιπὸν ἡ δέησις. Πολλοὶ γὰρ ὑπελείφθησαν, οὓς καὶ αὐτοὺς ἐπανελθεῖν ἱκετεύουσιν· Ἐπίστρεψον, Κύριε, τὴν ὑπολειφθεῖσαν αἰχμαλωσίαν ἡμῶν, οὕτως ὠθῶν καὶ κατεπείγων αὐτὴν, C ὡς τοὺς χειμάῤῥους διὰ τοῦ Νότου. Οὗτος γὰρ ὁ ἄνεμος τήκων τὰς παχύτητας τῶν νεφῶν, καὶ ὑετοὺς κατάγων, κινεῖ τοὺς χειμάῤῥους μετὰ πολλῆς ῥύμης καὶ σφοδρότητος. Ἢ ὡς χειμάῤῥους εἶπεν, εὐχόμενος χειμάῤῥοις αὐτὴν φέρεσθαι παραπλησίως, ἵνα καὶ ταχέως παυθῇ, πᾶσα ἐκκενωθεῖσα, μηδενὸς ἔτι ὑπολειφθέντος ἐν Βαβυλῶνι· ταχέως γὰρ οἱ χείμαῤῥοι ξηραίνονται. Ἢ Νότον λέγει τὴν Ἱερουσαλὴμ, οὕτω πολλάκις ὑπὸ προφητῶν καλουμένην, ὡς ἐν τῷ Νότῳ κειμένην. Ἐπίστρεψον αὐτὴν, φησὶν, ἐν τῷ Νότῳ, ἤγουν εἰς Ἱεροσόλυμα.

VERS. 5. *Qui seminant in lacrymis, in exsultatione metent.* Qui seminant spem salutis in orationum lacrymis, hujusmodi spei fructum metent in exsultatione. Fructus autem erit liberatio a pressura. Totus autem hic sermo iis congruit, qui in tentationibus sunt.

VERS. 6. *Euntes ibant, et flebant, mittentes semina sua.* Ab universalibus ad particularia pertransiit, de iis loquens, qui in captivitate fuerant, et dicit, quod, cum irent in captivitatem, in itinere ibant, et flebant, spem illam seminantes, ut diximus.

Venientes autem venient in exsultatione, tollentes manipulos suos. Verum in eorum reditu venient

D *Οἱ σπείροντες ἐν δάκρυσιν ἐν ἀγαλλιάσει θεριοῦσι.* Οἱ σπείροντες ἐλπίδα σωτηρίας ἐν δάκρυσιν ἱκεσίας ἐν ἀγαλλιάσει θεριοῦσι τὸν καρπὸν αὐτῆς, ὅστις ἐστὶν ἡ ἀπαλλαγὴ τοῦ πιέζοντος. Καθολικὸς δὲ ὁ λόγος, πᾶσι τοῖς ἐν πειρασμοῖς ἁρμόζων.

Πορευόμενοι ἐπορεύοντο, καὶ ἔκλαιον βάλλοντες τὰ σπέρματα αὐτῶν. Ἀπὸ τοῦ καθολικοῦ πρὸς τὸ μερικὸν μετέβη, περὶ τῶν ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ λέγων, ὅτι, πορευόμενοι εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν, ἐπορεύοντο, καὶ ἔκλαιον, σπείροντες, ὡς εἴρηται, τὴν ἐλπίδα.

Ἐρχόμενοι δὲ ἥξουσιν ἐν ἀγαλλιάσει, αἴροντες τὰ δράγματα αὐτῶν. Ἐρχόμενοι δὲ ἐκεῖθεν, ἥξουσιν

ἐν ἀγαλλιάσει, κομιζόμενοι τὸ θέρος, ἤτοι τὸν εἰρημένον καρπὸν τῆς καταβληθείσης ἐλπίδος. Ὥσπερ γὰρ τὸ σπέρμα τοῦ σίτου δεῖται ὑετῶν, οὕτως καὶ τὸ σπέρμα τῆς ἐλπίδος χρήζει δακρύων εἰς καρπογονίαν. Καὶ καθάπερ ἄρουρα χρείαν ἔχει τοῦ τέμνεσθαι, καὶ ἀναῤῥήγνυσθαι, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ δεῖται πειρασμῶν καὶ θλίψεων, ἵνα μαλαχθῇ τὸ σκληρὸν αὐτῆς, καὶ μὴ βλαστήσῃ ἀκάνθας καὶ τριβόλους, καὶ τοιαύτας βλαβερὰς βοτάνας.

A illinc exsultantes, et messem, hoc est, seminatæ spei fructum ferentes : quem ideo in lacrymis seminarunt, quia quemadmodum frumenti semen indiget pluviis, ita et hujusmodi spei semen ad ferendos fructus indiget lacrymis : et quemadmodum terrenus ipse ager aratri ferro indiget, ut concreta terra scindatur atque incidatur, ita et anima afflictionibus indiget et tentationibus, quæ majori quadam duritie illius duritiem molliant, ne spinas germineat, aut tribulos, aut hujusmodi alias noxias herbas.

Ὠδὴ ὁμοίως.
ΨΑΛΜΟΣ ΡΚϚ'.

Ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες. Ἐπανελθόντες οἱ ἐν αἰχμαλωσίᾳ, καὶ οἰκοδομεῖν ἀρξάμενοι τὸν ναὸν καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν, ἐκωλύοντο παρὰ τῶν γειτόνων ἐθνῶν, φθονούντων ἅμα καὶ δεδοικότων τὴν εἰς αὖθις εὐημερίαν αὐτῶν. Καὶ πολὺς ἐτρίβη χρόνος, ἄχρι καὶ τεσσαράκοντα ἐτῶν, τῶν μὲν προθύμως ἐπιχειρούντων κτίζειν, τῶν δὲ πᾶσι τρόποις ἐμποδιζόντων· οὓς παιδεύων ὁ προφήτης ἐπὶ τὸν Θεὸν καταφεύγειν, καὶ αὐτὸν ἐπικαλεῖσθαι συνεργὸν, ταῦτα διέξεισιν· Ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον διὰ συνεργίας τῆς παρ' αὐτοῦ, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες. Ἀνεβάλλετο δὲ ἐν τοσούτοις ἔτεσι τὴν συνεργίαν, ἵνα κατὰ μικρὸν ἀφυπνίζωνται, καὶ μὴ τῇ ἀνέσει ῥαθυμότεροι γένωνται, καὶ πρὸς τὴν προτέραν πάλιν δραμήσωσι πονηρίαν, τῇ ταχίστῃ τῶν κακῶν ἀπαλλαγῇ· ἔλαβε μὲν οὖν ὁ λόγος οὗτος τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως ταύτης. Εἴρηται δὲ καθολικωτέρως ἐπὶ πᾶσιν ἁρμόζων λέγεσθαι πράγμασιν.

Canticum ascensuum.
PSALMUS CXXVI.

VERS. 1. *Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui ædificant eam.* Cum reversi B essent Judæi ex captivitate, templumque et civitatem rursum ædificare cœpissent, prohibebantur a vicinis gentibus ob invidiam pariter et timorem, ne eorum res prospere ac feliciter succederent. Et multum quidem temporis fuit, annorum ferme quadraginta, quo et Judæi ædificare, et illi contra modis omnibus impedire eos nitebantur. Hos igitur erudiens Propheta noster docet, ut ad Deum confugiant, et coadjutorem incepto operi invocent, atque in hanc prorumpit sententiam : Nisi Dominus cooperatione sua astiterit, et domum ipse construendam ædificaverit, frustra omnes ædificantes laborant. Distulerat autem aliquot annis Deus suum Judæis auxilium impendere, ut paulatim a somno, C ut ita dicam, excitarentur, et ne diuturna quiete inertiores fierent, atque ad priorem redirent pravitatem, veluti quos celeriter ac de facili Deus liberasset a malis. In universum etiam hic sermo multis potest casibus ac propositis accommodari.

Ἐὰν μὴ Κύριος φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων. Καὶ τί λέγω περὶ οἰκοδομῆς; Ἀλλ' οὐδὲ οἰκοδομηθεῖσαν καὶ ἀπαρτισθεῖσαν πόλιν φυλάξαι δυνήσεταί τις, μὴ συνεργοῦντος ἐκείνου.

Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Sed quid dico, inquit, de civitatis ædificatione, cum neque constructam ac jam perfectam civitatem custodire, aut conservare quis possit, absque illius auxilio?

Εἰς μάτην ὑμῖν ἐστι τὸ ὀρθρίζειν· ἐγείρεσθε μετὰ τὸ καθῆσθαι οἱ ἐσθίοντες ἄρτον ὀδύνης. Λοιπὸν, ὦ ἐσθίοντες ἄρτον ὀδύνης, οἱ μηδὲ τὸν ἄρτον χωρὶς ὀδύνης ἐσθίοντες, οἱ ζῶντες ἐν θλίψεσιν, εἰς μάτην ὑμῖν γίνεται τὸ ὀρθρίζειν εἰς τὴν οἰκοδομὴν, καὶ ἐγείρεσθαι εὐθὺς, μετὰ τὸ καθῆσθαι, καὶ ταχύνειν εἰς τὸ ἔργον, καὶ μήτε ἐν νυκτὶ ὕπνου κορέννυσθαι, μήτε ἐν ἡμέρᾳ ἀπολαύειν ἀνέσεως. Ὀδυνηροὺς δὲ αὐτοὺς εἶπε διά τε ταῦτα, καὶ διότι οὐ μόνον ἐκοπίων οὕτως, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ἐμάχοντο· καὶ ᾠκοδόμουν ὡπλισμένοι, καὶ ἔκτιζον ἅμα, καὶ ἐπολέμουν τοῖς διακωλύουσι, καὶ διπλῆν ὑφίσταντο ταλαιπωρίαν.

VERS. 2. *Vanum est vobis ante lucem vigilare, surgite postquam sedistis, qui manducatis panem doloris.* Cæterum, inquit, vos, o Judæi, qui doloris panem manducatis, hoc est, qui nec panem ipsum D absque dolore comeditis, qui in afflictionibus vitam ducitis, admoneo, frustra id a vobis fieri, ut ante lucem summo mane operi atque ædificationi incumbatis. Frustra etiam a vobis fit ut, postquam sedistis, statim ad accelerandum ipsum opus surgatis, hoc est, quod et noctu somno non vacatis, et interdiu nulla fruimini quiete. Quibus verbis dolore illos atque angustiis plenos esse ostendit, ea nimirum ratione, quia non solum fatigabantur laborando, sed etiam adversus hostes eis pugnandum erat. Armati etenim mœnia construebant, et adversus impedientes pariter bellum gerebant, duplicem hoc pacto ærumnam sustinentes.

Ὅταν δῷ τοῖς ἀγαπητοῖς αὐτοῦ ὕπνον. Ἰδοὺ ἡ κληρονομία Κυρίου, υἱοί. Ὅταν ὁ Θεὸς δῷ τοῖς ἀγαπητοῖς αὐτοῦ ὕπνον ἡδὺν, ὕπνον φροντίδος ἀπηλλαγμένον, ἤγουν ἄνεσιν καὶ ἐλευθερίαν τῶν ἐνοχλούν-

VERS. 3. *Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini, filii.* Cum dilectis suis Deus suavem somnum dederit, somnum dico curis ac sollicitudinibus vacuum, hoc est, cum quietem a

perturbationibus præstiterit. Dabit autem hanc A quietem tunc cum utile ac bonum fuerit eam dari. Tunc non templum tantum, aut civitatis mœnia ædificari vobis concedetur, sed dabuntur etiam et filii, qui ita Deo grati erunt, ut illius hæreditas atque illius populus appellari mereantur. Hoc autem dixit tanquam bonorum omnium caput. Liberorum enim procreationi Judæi studebant quam maxime. Verum hæc nostra expositio ad Judæos tantum, et privatim pertinet; ut autem magis in universum dicam, cum Deus dederit dilectis suis somnum, ut prædiximus, tunc non tantum ea perficientur, quæ cum studio acta fuerint, sed addentur etiam perpetui, ut ita dixerim, quidam filii: filii, inquam, hæreditas Domini. Ac si diceret hæredes studiorum, hæredes virtutum, hæredes dati a Domino.

των. Δίδωσι δὲ ταύτην ὅτε συμφέρει· τότε οὐ μόνον οἰκοδομηθήσεται καὶ ὁ ναὸς καὶ ἡ πόλις, ἀλλὰ καὶ οἱ υἱοὶ ὑμῖν ἔσονται ὁ κλῆρος Κυρίου. Κλῆρος γὰρ αὐτοῦ χρηματίσουσι, καὶ λαὸς οἰκεῖος· ὡς κεφάλαιον δὲ τῶν ἀγαθῶν τοῦτο τέθεικε· περισπούδαστον γὰρ Ἑβραίοις ἡ παιδοποιία. Ἀλλ' οὕτω μὲν ἰδικῶς περὶ αὐτῶν· καθολικωτέρως δὲ εἰπεῖν, ὅταν δῷ τοῖς ἀγαπητοῖς αὐτοῦ ὕπνον, ὡς προειρήκαμεν, τότε οὐ μόνον τὰ σπουδαζόμενα ἀπαρτίζονται, ἀλλὰ καὶ ἀδιάδοχοι προσγίνονται υἱοί· ἡ κληρονομία ἡ παρὰ Κυρίου· κληρονόμοι τῆς σπουδῆς καὶ ἀρετῆς οἱ παρὰ Κυρίου δοθέντες.

Merces fructus ventris. Merces illa, quæ de ven- B tris provenit fecunditate, pietatis est merces. Retributio siquidem illa quæ in liberorum, ac prolis datur copia, retributio plerumque solet esse virtutum. Juxta anagogen vero, ii qui a Deo in filios per regenerationis lavacrum adoptantur, merces sunt incarnationis Christi: Christi, inquam, qui vere ac proprie est fructus ventris beatæ Virginis, veluti qui ex ea absque ullo viri semine natus est.

Μισθὸς τοῦ καρποῦ τῆς γαστρός. Ὁ μισθὸς τῆς θεοσεβείας ὁ ἀπὸ τῆς καρπογονίας τῆς γαστρός· ἡ ἀμοιβὴ τῆς ἀρετῆς ἡ ἀπὸ τῆς πολυτοκίας δοθεῖσα. Κατὰ ἀναγωγὴν δὲ οἱ υἱοθετηθέντες τῷ Θεῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος τῆς παλιγγενεσίας μισθοὶ ἦσαν τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ, ὅς ἐστι κυρίως καρπὸς γαστρὸς τῆς Θεομήτορος, ὡς ἐκ μόνης αὐτῆς, ἄνευ σπέρματος ἀνδρὸς, γεννηθείς.

Vers. 4. *Sicut sagittæ in manu potentis, ita filii excussorum*. Quemadmodum, inquit, sagittæ quæ in manu robusti alicujus viri sunt, ob illius vires ac fortitudinem, terribiliores esse videntur, ita et filii eorum, qui a Babylonica excussi fuerint captivitate, hostibus suis timendi ac terribiles videbuntur, propter insuperabilem nimirum adjutoris Dei C potentiam. Tales etiam sunt spirituales fidelium doctorum filii, qui a dæmonum captivitate excussi sunt: ipsis scilicet dæmonibus terribiles, ac timendi.

Ὡσεὶ βέλη ἐν χειρὶ δυνατοῦ, οὕτως οἱ υἱοὶ τῶν ἐκτετιναγμένων. Ὥσπερ τὰ βέλη ἐν τῇ χειρὶ τοῦ δυνατοῦ φαίνεται φοβερὰ διὰ τὴν ἐκείνου ῥώμην, οὕτως ἄρα καὶ οἱ υἱοὶ τῶν ἐκτετιναγμένων ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἔσονται φοβεροὶ τοῖς ἐχθροῖς διὰ τὴν ἄμαχον ἰσχὺν τοῦ Θεοῦ. Τοιοῦτο δὲ καὶ οἱ κατὰ πνεῦμα υἱοὶ τῶν ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας τῶν δαιμόνων, ἐκτετιναγμένων διδασκάλων ἡμῶν, φοβεροὶ τοῖς δαίμοσιν.

Vers. 5. *Beatus vir, qui implebit desiderium suum ex eis*. Sed quibusnam *eis*? Ex eis dico bonis, quæ superius commemoravimus. Ex hoc videlicet, quod perficiatur templi et civitatis constructio; quod requies detur, et liberatio ab omnibus perturbationibus; quod multam ac pulchram prolem suscipiant; quodque alia hujusmodi Dei dona consequantur.

Μακάριος, ὃς πληρώσει τὴν ἐπιθυμίαν αὐτοῦ ἐξ αὐτῶν· Ἐξ αὐτῶν· ποίων, δηλαδὴ τῶν προειρημένων· ἤγουν, ἐκ τοῦ ἀπαρτισθῆναι τὸν ναὸν καὶ τὴν πόλιν· ἐκ τοῦ δοθῆναι ἄνεσιν καὶ ἐλευθερίαν τῶν ἐνοχλούντων, ἐκ τῆς πολυτεκνίας, ἐκ τῆς καλλιτεκνίας, καὶ τῶν τοιούτων ἐκ Θεοῦ χαρίτων.

Non confundentur cum loquentur inimicis suis in portis. Ii qui desiderium suum impleverint, ut di- D ctum est, non confundentur quasi imbecilles, cum in portis civitatis hostes suos allocuti fuerint. Omnes etenim eorum res, ac negotia bene se habebunt. Vel non confundentur quasi infirmum ac debilem habeant Deum, quemadmodum ante civitatis instaurationem, hostes eis exprobrabant, sed multa loquentur cum libertate. Antiquis autem mos fuit, ut hostium nuntiis, aut legatis, ante portas civitatis loquerentur.

Οὐ καταισχυνθήσονται, ὅταν λαλῶσι τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν ἐν πύλαις. Οἱ πληρώσαντες τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῶν ἐκ τούτων, ὡς εἴρηται, οὐ καταισχυνθήσονται ἐπὶ ἀσθενείᾳ τινὶ, ὅταν διαλέγωνται τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν ἐν πύλαις τῆς πόλεως, ὡς πάντων αὐτοῖς εὖ ἐχόντων· ἢ οὐ καταισχυνθήσονται ἔτι, ὡς ἀσθενῆ Θεὸν ἔχοντες, ὅπερ ὠνειδίζοντο, πρὸ τοῦ ἀπαρτισθῆναι τὴν πόλιν, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς παῤῥησίας διαλεχθήσονται. Ἔθος δὲ ἦν πρὸ τῶν πυλῶν τῆς πόλεως διαλέγεσθαι τοῖς τῶν ἐχθρῶν ἀγγελιαφόροις.

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXXVII.

Vers. 1. *Beati omnes, qui timent Dominum*. Recte consequitur hic psalmus ad præcedentem. Nam cum illic beatum eum dixerit Propheta qui imple-

Ὠδὴ ὁμοίως.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΖ'.

Μακάριοι πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον. Ἀκολουθεῖ τῷ πρὸ αὐτοῦ καὶ οὗτος ὁ ψαλμός. Μακαρίσας γὰρ ἐκεῖ τὸν πληρώσαντα τὴν ἐπιθυμίαν

αὐτοῦ, ὡς προδεδήλωται, νῦν καθολικώτερον καὶ τελειότερον ποιεῖται τὸν μακαρισμόν. Μακάριοι γὰρ κυρίως καὶ ἀληθῶς οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον. Τὸ *Πάντες* δὲ προσέθηκεν, ἐμφαίνων καὶ δούλους καὶ πένητας, καὶ ἀναπήρους τοὺς φοβουμένους τὸν Κύριον, οὐδὲν ἐμποδίζειν πρὸς μακαρισμόν. Ὁ μὲν γὰρ μὴ φοβούμενος τὸν Κύριον, κἂν πάντα ἔχῃ τὰ παρ' ἀνθρώποις μακαριστά τε καὶ ζηλωτά, πάντων ἐστὶν ἀθλιώτερος· ὁ δὲ φοβούμενος αὐτὸν, κἂν πάντα ἔχῃ τὰ παρ' ἀνθρώποις ἀπευκτὰ καὶ βδελυκτά, πάντων ἐστὶ μακαριώτερος. Καὶ ἕτερον δέ· κάλλος, καὶ ῥώμη, καὶ πλοῦτος, καὶ δόξα, καὶ εὐπαιδία, καὶ καλλιτεκνία, καὶ τὰ τοιαῦτα, οὐκ εἰσὶ κυρίως μακαριστὰ διὰ τὸ ἄστατον αὐτῶν καὶ ῥευστόν. Εἶτα σαφηνίζει καὶ τίνες εἰσὶν οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον, λέγων·

A verit desiderium suum ex eis, ut declaratum est, hoc in loco universalem magis et perfectiorem beatitudinem describit. Beati enim vere sunt, qui timent Dominum. Universalem autem dictionem addidit dicens : *Beati omnes*, ut denotaret pauperes, aut servos, aut alioqui mancos, aut membris mutilatos hac beatitudine non privari, modo Deum timuerint. Nam si hoc unum adfuerit, nihil ejusmodi impedimento illis esse potest ad beatitudinem. Contra, qui Deum non timet, tametsi omnibus potiatur bonis, quæ alioquin hominibus amanda atque appetenda esse videntur et beata, omnium tamen est miserrimus : cum tamen is qui Deum timet, si omnia ei adversa contingant, quæ abominabilia hominibus, atque exsecranda esse videntur, B omnium beatissimus sit. Et aliter : Pulchritudo, fortitudo, divitiæ, gloria, multorum item atque elegantium filiorum copia, et alia hujusmodi, non proprie beatum quem faciunt, ob hujusmodi scilicet bonorum incertitudinem, atque instabilitatem. Deinde declarat quinam ii sint qui Dominum timent, dicens :

Οἱ πορευόμενοι ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ. Ταῖς νενομοθετημέναις, ταῖς ὑποδειχθείσαις διὰ τῶν ἐντολῶν.

Qui ambulant in viis ejus. In viis ab eo statutis et per divina præcepta demonstratis.

Τοὺς κόπους τῶν καρπῶν σου φάγεσαι. Διδάξας τίς ἐστι κυρίως μακάριος, καὶ δείξας τίς ἐστιν ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον, κἀντεῦθεν τὸν λαὸν εἰς τὸ πορεύεσθαι ἐν ταῖς ὁδοῖς τοῦ Θεοῦ προτρεψάμενος, λοιπὸν τείνει τὸν λόγον, πρὸς τὸν φοβούμενον τὸν Θεὸν, προφητεύων αὐτῷ ἀγαθά. Τινὲς μὲν οὖν καρποὺς τὰς χεῖρας ἐνόησαν ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν· μέρος γὰρ τῆς χειρὸς ὁ καρπός· ἑρμηνεύοντες, ὅτι τοὺς πόνους τῶν χειρῶν σου δρέψῃ· κερδανεῖς, μηδενὸς κωλύοντος. Οὕτω γὰρ Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος ἐξεδεδώκεισαν· ἕτεροι δὲ ἀντισημασίαν τὸ ῥητὸν τοῦτο, οἷον *Τοὺς καρποὺς τῶν πόνων σου φάγεσαι.*

Vers. 2. *Labores palmarum tuarum manducabis.* Cum docuerit quisnam vere sit beatus, et ostenderit illum vere beatum dici, qui Deum timet, atque ex hoc adhortatus fuerit populum ad ambulandum in viis Dei, deinceps ad hunc timentem Deum sermonem dirigit, futura ei bona prædicens. Quidam vero palmas dici intellexerunt pro manibus, veluti a parte totum. Est etenim palma pars C manus. Et sensum hujusmodi esse dicunt : quod timens Deum, manuum suarum labores percipiet, et nullo impediente lucrum componet. Atque hoc pacto Aquila et Symmachus reddidere. Aliqui vero figuram hic contineri dixerunt quam Græce ἀντισημασίαν, vocant, hoc est, *significationem contrariam.* (Ad cujus declarationem animadvertendum est primo, quod Græca dictio καρπός non solum *palmam*, seu potius *juncturam manus* significat, sed etiam *fructum*. Juxta quem sensum, præsentis versiculi littera legenda esset : *Labores fructuum tuorum manducabis.*) Exponunt igitur hoc pacto ut *labores fructuum*, dictum esse affirment, pro, Fructus laborum, et sensus sit, quod manducabit fructus laborum suorum quisquis timuerit Dominum.

Μακάριος εἶ. Εἰ φοβῇ τὸν Θεόν. Πάλιν δὲ τοῦτο λέγει, βεβαιῶν τὸν λόγον.

Beatus es. Si times scilicet Deum. Ad majorem enim sermonis sui confirmationem, iterum repetit beatitudinem.

Καὶ καλῶς σοι ἔσται. Καὶ εὐπραγήσεις.

Et bene tibi erit. Et prospere tibi cuncta succedent.

Ἡ γυνή σου, ὡς ἄμπελος εὐθηνοῦσα, ἐν τοῖς κλίτεσι τῆς οἰκίας σου. Ὡς ἄμπελος εὐθηνοῦσα βότρυσιν, οὕτως εὐθηνοῦσα τέκνοις. *Εὐθηνοῦσα* δὲ, ἀντὶ Κομῶσα, βρίθουσα. Κλίτη δὲ οἰκίας τὰ μέρη· τουτέστιν ἐν τῇ περιοχῇ τῆς οἰκίας σου. Ἄλλος ἑρμηνεὺς, *Ἐν τοῖς ἐσωτάτοις τοῦ οἴκου σου*, ἐξέδωκεν, ἤγουν, Ἐν τοῖς θαλάμοις· ἔνθα τὸ κλίνεσθαι πρὸς ἀνάπαυσιν.

D Vers. 3. *Uxor tua, sicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ.* Quemadmodum vitis abundat racemis, ita et ipsa filiis abundabit. Abundantem autem eam filiis dixit, hoc est, ornatam ac stipatam. Latera autem, seu potius, ut in Græca lectione habetur, κλίτη, pars quædam domus sunt. Quo sermone idem sibi vult ac si diceret : In circuitu domus tuæ. Alius vero interpres reddidit : *In penetralibus domus*, hoc est, in thalamis, ubi recumbere ac requiescere solemus.

Οἱ υἱοί σου, ὡς νεόφυτα ἐλαιῶν, κύκλῳ τῆς τραπέζης σου. Εὐθαλεῖς, ὡς νεόφυτα ἐλαιῶν.

Filii tui, sicut novellæ olivarum, in circuitu mensæ tuæ. Florentes nimirum atque in summo vigore, tanquam novæ olivarum plantæ.

VERS. 4. *Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum.* Hujuscemodi divina benedictione fruetur. Per benedictionem vero gratiam et beneficium intelligit, tanquam laude dignum, et de quo bene ab omnibus dicendum sit. Quod si quis quæstionem moveat, dicens, Quomodo iis qui timent Deum, non majora promittantur bona, sed hæc tantum temporalia, illud in primis dicendum est, Prophetam ad eos sermonem suum dirigere, qui talium bonorum amore detinentur : deinde illud etiam addemus, quod ex abundanti, Propheta hæc etiam bona pollicetur, veluti una cum æternis bonis Deus hæc temporalia etiam sit præstiturus ; secundum quod alibi scriptum legimus : *Quærite primum regnum Dei, et hæc omnia adjicientur vobis* [32]. Juxta anagogen vero, uxor pii ac religiosi viri est anima, quæ conjugis instar corpori conjuncta, virtutibus iis delectatur, quæ corpori insunt ; filii vero illius animæ, discipuli sunt, et ejusdem religionis imitatores, seu successores ; qui etiam in spiritualis ætatis augmento florent, ac vigent, et ipsum doctorem circumdant, rationalibus eos cibis pascentem.

Ἰδοὺ οὕτως εὐλογηθήσεται ἄνθρωπος, ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον. Τοιαύτης εὐλογίας ἀπολαύσει παρὰ Θεοῦ. Εὐλογία δὲ νῦν τὴν χάριν καλεῖ, τὴν εὐεργεσίαν, ὡς εὐφημίας ἀξίαν. Τί λέγεις, τοιαύτης χάριτος ἀπολαύσει; Ναὶ, φησὶ, πρὸς γὰρ ἐρῶντας ἔτι τοιούτων ἀγαθῶν διαλέγομαι. Ἄλλως τε δὲ καὶ ἐκ περιουσίας ὁ λόγος, ὅτι μετὰ τῶν ἰδίων ἀγαθῶν καὶ ταῦτα δώσει· *Ζητεῖτε γὰρ,* φησὶν, *τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν.* Κατὰ δὲ ἀναγωγὴν γυνὴ μὲν τοῦ θεοσεβοῦς ἡ σύζυγος ψυχὴ κομῶσα ταῖς ἀρεταῖς ἐν τῷ σώματι· υἱοὶ δὲ αὐτοῦ οἱ μαθηταὶ καὶ μιμηταὶ, καὶ διάδοχοι τῆς εὐσεβείας, θάλλοντες ἐν αὐξήσει πνευματικῆς ἡλικίας, καὶ κυκλοῦντες αὐτὸν διδάσκοντα, καὶ ἑστιῶντα αὐτοὺς ἐδέσμασι λογικοῖς.

VERS. 5. *Benedicat te Dominus ex Sion.* Laudet te, et gratias etiam tibi tribuat. Quem enim suscipit Deus, eum etiam laudat, et quem laudat, eumdem gratiis ac donis multiplicibus solet cumulare : *Dominum* vero dixit *ex Sion*, pro Qui habitat in Sion, hoc est, in ea domo, seu in templo, quod est in Sion. Illic etenim habitare dicebatur Deus, eo quod ibidem sacerdotibus responsum dabat, atque ad eos loquebatur.

Εὐλογήσαι σε Κύριος ἐκ Σιών. Ἐπαινέσαι, χαριτώσαι· ὃν γὰρ ἀποδέχεται, ἐπαινοῖ· καὶ ὃν ἐπαινοῖ, χαριτοῖ. Κύριος δὲ ὁ ἐν Σιὼν οἰκῶν, ἐν τῷ οἴκῳ τῷ ἐν Σιών. Ἐκεῖσε γὰρ οἰκεῖν ἐλέγετο, διὰ τὸ ὁμιλεῖν ἐν τῷ ναῷ τοῖς ἱερεῦσι.

Et videas bona Jerusalem omnibus diebus vitæ tuæ. Bona quidem inferioris ac terrestris hujus Jerusalem hæc sunt : opes, divitiæ, potentia, exercitus, victoria de inimicis, gloria apud omnes, atque alia hujusmodi : bona vero supernæ ac cœlestis Jerusalem ea sunt, quæ *nec oculus vidit, neque auris audivit,* et quæ *in cor hominis non ascenderunt* [33].

Καὶ ἴδοις τὰ ἀγαθὰ Ἱερουσαλὴμ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου. Ἀγαθὰ τῆς μὲν κάτω Ἱερουσαλὴμ πλοῦτος ἐν χρήμασι, δύναμις ἐν στρατεύμασι, νίκη κατ' ἐχθρῶν, δόξα παρὰ πᾶσι, καὶ τὰ τοιαῦτα· τοῖς δὲ ἄνω, *ἃ οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη.*

VERS. 6. *Et videas filios filiorum tuorum.* Juxta historiam quidem generis tui successores ; juxta anagogen vero per filios filiorum, hæredes ac successores in religione ac pietate intelligit : te nimirum eos docente, et spiritualiter regnante.

Καὶ ἴδοις υἱοὺς τῶν υἱῶν σου. Αἰσθητῶς μὲν διαδόχους γένους σου· ἀναγωγικῶς δὲ διαδόχους εὐσεβείας· τούτους ἐκείνου διδάσκοντος καὶ πνευματικῶς ἀναγεννῶντος.

Pax super Israel. Hujusmodi etiam verba habuimus in psalmo CXXIV. Per Israelem vero, non solum antiquum populum, sed novum etiam intelligimus, ut alibi sæpe dictum est. Quod si pax intercisa est aliquando, id illorum gratia effectum est, qui se indignos præstiterunt. Neque enim comminante Deo desperandum nobis est, sed per pœnitentiam confitendum, ut illius a nobis iram avertamus, sicuti fecerunt Ninivitæ : nec rursus eodem Deo bona pollicente, nobis pigrescendum est : quinimo majori tunc studio nobis est contendendum, ut promissiones illius ad finem perducamus. Siquidem et Judæ Dominum promisisse novimus quod simul cum aliis apostolis consessurus esset super thronum, et judicaturus duodecim tribus Israel : verumtamen promissionem hujusmodi tandem repulit, et se ea indignum esse omnibus probavit.

Εἰρήνη ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ. Τοῦτο εἶπε καὶ ἐν τῷ τέλει τοῦ ρκδʹ ψαλμοῦ. Ἰσραὴλ δὲ οὐ μόνον ὁ παλαιὸς λαὸς, ἀλλὰ καὶ ὁ νέος, ὡς διαφόρως εἰρήκαμεν. Εἰ δὲ διεκόπη τὰ τῆς εἰρήνης, ἀλλὰ παρὰ τὴν αἰτίαν τῶν φανέντων ἀναξίων αὐτῆς· καὶ γὰρ οὔτε ἀπειλοῦντος τοῦ Θεοῦ χρὴ ἀπογινώσκειν, ἀλλὰ διὰ μετάνοιαν τὴν ὀργὴν ἀποκρούεσθαι, καθάπερ οἱ Νινευῖται· οὔτε ἀγαθὰ ἐπαγγελλομένου προσήκει ἀναπίπτειν, καὶ ῥαθυμεῖν, ἀλλὰ πλεῖον ἐπιμελείᾳ βίου εἰς ἔργον προκαλεῖσθαι τὰς ἐπαγγελίας. Καὶ γὰρ καὶ τὸν Ἰούδαν ὁ Χριστὸς ἐπηγγείλατο, ὅτι καθιεῖται ἐπὶ θρόνου, καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν ἀμώμων μαθητῶν καὶ κρινεῖ τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ· ἀλλ' αὐτὸς διεκρούσατο τὴν ἐπαγγελίαν ἀνάξιον αὐτῆς ἑαυτὸν παρασχόμενος.

[32] Matth. VI, 33. [33] Isa. LXIV, 4 ; I Cor. II, 9.

Ὠδὴ ὁμοίως.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΗ'.

Πλεονάκις ἐπολέμησάν με ἐκ νεότητός μου. Προσώπῳ τοῦ λαοῦ καὶ ταῦτα, πολλάκις πολεμηθέντος παρὰ τῶν πλησιοχώρων ἐθνῶν, ὡς προείρηται, κωλυόντων τὴν οἰκοδομήν. Νεότητα δὲ λέγει τὴν ἀρχὴν τῆς ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπανόδου· εἰ δὲ περὶ τοῦ τῶν δαιμόνων πολέμου λάβῃς τὸ ῥητὸν, νεότητα νοήσεις τὴν καθ' ἡλικίαν· εὐθὺς ἐκ πρώτης ἡλικίας ἐπιθεμένων ἡμῖν.

Εἰπάτω δὴ Ἰσραήλ· Πολλάκις ἐπολέμησάν με ἐκ νεότητός μου. Εἰπάτω δὴ τοῦτο διαῤῥήδην, B ὅπως γνῶσι πάντες ἀφ' οἵων κινδύνων ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ὁ Θεός.

Καὶ γὰρ οὐκ ἠδυνήθησάν μοι. Οὐκ ἠδυνήθησαν ἐν ἐμοί· οὐ κατίσχυσάν μου τέλεον, τοῦτο τοῦ Θεοῦ μὴ συγχωροῦντος. Διὸ καὶ συνεχέστερον ἐπολέμουν με, ἐκτρῖψαί με φιλονεικοῦντες.

Ἐπὶ τὸν νῶτόν μου ἐτέκταινον οἱ ἁμαρτωλοί. Ἐπὶ τὸν νῶτόν μου κατεσκεύαζον τὰ κακὰ οἱ ἀσεβεῖς, οἱ πονηροί· τουτέστιν, οὐ μόνον ἔμπροσθέν μου, ἀλλὰ καὶ ὄπισθεν, οὐ μόνον φανερῶς, ἀλλὰ καὶ ἀφανῶς μηχανώμενοι· ἢ σύνεγγύς μου, ἢ καὶ αὐτῶν ἁπτόμενοι τῶν σαρκῶν μου.

Ἐμάκρυναν τὴν ἀνομίαν αὐτῶν. Ἐπὶ μακρὸν C χρόνον πολεμοῦντές μοι.

Κύριος δίκαιος. Ὄντως δίκαιος, ἐμὲ μὲν πάσχειν παραχωρῶν, ἵνα σωφρονέστερος γένωμαι, ἐκείνους δὲ κολάζων, ὡς ἀδίκως ἐπιθεμένους, καὶ φθονερῶς.

Συνέκοψεν αὐχένας ἁμαρτωλῶν. Διέκοψε τὴν ὑψαυχενίαν τῶν πολεμίων, ἀφεῖλε τὴν ἔπαρσιν αὐτῶν, ἐπικρατεστέρους ἡμᾶς ποιήσας.

Αἰσχυνθήτωσαν, καὶ ἀποστραφήτωσαν πάντες οἱ μισοῦντες Σιών. Ἡ εὐχτικῶς, ἀντὶ τοῦ *Αἰσχυνθείησαν*, ἢ προφητικῶς ἀντὶ τοῦ *Αἰσχυνθήσονται*, καὶ τὰ ἑξῆς ὁμοίως. Ἁρμόζουσι δὲ τὰ τοῦ ψαλμοῦ νοεῖσθαι καὶ λέγεσθαι καὶ περὶ τῆς νέας Σιὼν τῆς Ἐκκλησίας τῶν πιστῶν.

Γενηθήτωσαν ὡσεὶ χόρτος δωμάτων. Μὴ ὡς D χόρτος ἁπλῶς, ἀλλ' ὡς χόρτος ἐπὶ δωμάτων φυόμενος· εὐμαραντότερος γὰρ οὗτος, καὶ ταχὺ διαφθειρόμενος. Γενηθήτωσαν εὐκατάπτωτοι, ὠκύμοροι, ἄκαρποι. Εἶτα ἐνδιατρίβει τῇ εἰκόνι τοῦ τοιούτου χόρτου, καταλέγων, ὅσα τούτῳ παρακολουθεῖ.

Ὃς πρὸ τοῦ ἐκσπασθῆναι ἐξηράνθη. Ἄωρος ἐξηράνθη. Ὁ γὰρ ἄλλος χόρτος μετὰ τὸ καρποφορῆσαι ξηραίνεται, εἶτα ἀνασπᾶται.

Οὗ οὐκ ἐπλήρωσε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ὁ θερίζων. Ἤγουν, ὃν οὐκ ἐθέρισέ τις, ὡς προδιαφθαρέντα.

A *Canticum ascensuum.*

PSALMUS CXXVIII.

VERS. 1, 2. *Sæpe oppugnaverunt me a juventute mea.* Hæc verba etiam ex populi persona dicta sunt, cui sæpenumero, ut diximus, bellum illatum est a finitimis illis gentibus, quæ et templi et civitatis instaurationem impedire nitebantur. Per juventutem vero, hoc in loco Propheta primum illud tempus intelligit, quo populus e Babylone in patriam reversus est. Quod si hæc verba de dæmonum impugnatione intelligenda esse dicas, per juventutem expones primam ætatem; in ea etenim a dæmonibus statim nobis bellum infertur.

Dicat sane Israel, Sæpe oppugnaverunt me a juventute mea. Aperte hoc et palam dicat, ut omnibus innotescat, a quantis nos Deus liberavit periculis.

Etenim non potuerunt mihi. In me aliquid non potuerunt, seu non prorsus prævaluerunt adversum me, Deo scilicet illud non permittente. Atque ideo frequentius me impugnabant contendentes subvertere.

VERS. 3. *Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores.* Impii, inquit, ac pravi homines multa mala machinati sunt supra dorsum meum, hoc est, non tantum coram me, atque in conspectu meo aut palam, sed retro etiam et clam, ac latenter plurima in me moliti sunt: vel mihi appropinquantes corpori meo et carnibus meis etiam non parcentes.

Prolongaverunt iniquitatem suam. Dum diu scilicet me impugnant.

VERS. 4. *Dominus justus.* Vere justus est, me quidem pati permittens, ut moderatior fiam, illos vero injuste in me irruentes, tanquam invidos castigans.

Concidit cervices peccatorum. Elatas hostium cervices, hoc est, arrogantiam et superbiam illorum abstulit, dum illis nos superiores facit.

VERS. 5. *Confundantur et convertantur retrorsum, omnes qui oderunt Sion.* Optantis sunt verba (tametsi, ut ex Græca lectione manifeste dignoscitur, imperantis modum habeant). Vel prophetico more imperativo modo usus est, pro futuro, ac si diceret: Confundentur et convertentur, quam loquendi figuram in sequentibus etiam observabis. Possumus etiam hunc psalmum de nova Sion, et de futura fidelium Ecclesia intelligere.

VERS. 6. *Fiant sicut herba tectorum.* Non simpliciter dixit, *Sicut herba*; sed, Sicut herba quæ supra domos in tectis nascitur. Tabescit enim hæc facilius, et citius deperditur. Fiant igitur caduci et faciles ad ruinam; cito etiam pereant, ac sine fructu. Deinde in hac herbæ similitudine immoratur, narrans quænam ei accidant.

Quæ priusquam evellatur, exaruit. Immatura, atque intempestiva exaruit. Aliæ etenim non prius arescunt, quam fructum dederint, et post datum fructum evelluntur.

VERS. 7. *De qua non implevit manum suam qui metit.* Id est, quam nemo metit, eo quod jam antea periit.

Nec sinum suum, qui manipulos colligit. Et sinum suum non implevit, quemadmodum fieri solet in tempestiva ac matura herba.

A *Καὶ τὸν κόλπον αὐτοῦ, ὁ τὰ δράγματα συλλέγων.* Καὶ οὗ πάλιν οὐκ ἐπλήρωσε τὸν κόλπον αὐτοῦ, ἅπερ γίνονται ἐπὶ τοῦ ὡρίμου χόρτου, καὶ καρποφόρου.

VERS. 8. *Et non dixerunt prætereuntes : Benedictio Domini super vos.* Et super qua herba viatores non benedixerunt, ut benedici solet metentibus. Per benedictionem vero, ut diximus, divinam gratiam intelligit.

Καὶ οὐκ εἶπον οἱ παράγοντες· Εὐλογία Κυρίου ἐφ' ὑμᾶς. Καὶ ἐφ' οὗ χόρτου οὐκ εὐλόγησαν, ὡς ἔθος τοὺς θερίζοντας, οἱ παροδεύοντες. Εὐλογίαν δὲ λέγει τὴν χάριν.

Benediximus vobis in nomine Domini. Ista etiam verba ex prætereuntium viatorum persona dicta sunt. *Benediximus* autem *vobis* dixit, pro Benedictionem vobis precati sumus, *In nomine Domini*, pro Invocando ipsum Dominum.

Εὐλογήκαμεν ὑμᾶς ἐν ὀνόματι Κυρίου. Καὶ οὗτος τῶν παροδευόντων ὁ λόγος. *Εὐλογήκαμεν* δὲ, ἀντὶ τοῦ Εὐλογίαν ὑμῖν ηὐξάμεθα, ἐν τῷ ὀνομάσαι τὸν Κύριον, ἐν τῷ ἐπικαλέσασθαι αὐτόν.

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXXIX.

VERS. 1. *De profundis clamavi ad te, Domine.* Hunc psalmum conscripsit Propheta, modum narrans, quem ipse servabat quando in tentationibus atque in calamitatibus constitutus ad Deum orabat; et docet eos pariter, qui ex Babylonica captivitate in patriam reversuri erant, se imitari, et sperare in Domino : Ex profundo, inquit, corde clamavi ad te, non ex summis labiis. Alter enim clamor ardentissimus est, et alter frigidissimus. Et ille quidem inferne intensus ex intimo corde ascendit, et cum labore; hic vero superne ab ore et remissus ac maxima cum facilitate. Ille etiam orantem prorsus trahit ad Deum, alter vero sola vocis organa commovet. Per clamorem igitur, emissam vocem intelligit, non cum exteriori hac spirationis vehementia, sed cum interiori affectus intentione.

B *Ὠδὴ ὁμοίως.*

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΘ'.

Ἐκ βαθέων ἐκέκραξά σοι, Κύριε. Τὸν παρόντα ψαλμὸν ἔγραψεν ὁ προφήτης, διεξιὼν μὲν, ὅπως ἐν πειρασμοῖς προσηύχετο, καὶ οἷα προσηύχετο· παιδεύει δὲ καὶ τοὺς ἐκ Βαβυλῶνος ἐπανελθόντας μιμεῖσθαι αὐτὸν ἐν τοῖς ὁμοίοις, καὶ ἐλπίζειν ἐπὶ τὸν Κύριον. Ἐκ βάθους, φησὶ, τῆς καρδίας ἐκέκραξά σοι, καὶ οὐκ ἐξ ἄκρων χειλέων. Τὸ μὲν γὰρ θερμοτάτης ἐστὶ κραυγῆς, τὸ δὲ ψυχροτάτης. Καὶ τὸ μὲν, κάτωθεν εὐτόνως ἅμα καὶ ἐμπόνως ἀνιούσης, τὸ δὲ ἄνωθεν ἀτόνως καὶ ἀπόνως. Καὶ τὸ μὲν ὅλον τὸν εὐχόμενον κατατεινούσης· τὸ δὲ μόνα τὰ τῆς φωνῆς ὄργανα συγκινούσης. Κραυγὴν δὲ λέγει τὴν μεγάλην βοὴν οὐ τῇ σφοδρότητι τοῦ πνεύματος,
C ἀλλὰ τῇ συντονίᾳ τῆς διαθέσεως.

VERS. 2. *Domine, exaudi vocem meam.* Ex profundo scilicet emissam.

Κύριε, εἰσάκουσον τῆς φωνῆς μου. Ἐκ βάθους ἀναπεμφθείσης.

Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ. — *Aures*, dixit, pro Audiendi potentia. Intende, inquit, ad preces meas, veluti rationabiles et decenter factas, ex ardentissimo nimirum atque intentissimo corde.

Γενηθήτω τὰ ὦτά σου προσέχοντα εἰς τὴν φωνὴν τῆς δεήσεώς μου. Ἡ ἀκουστική σου δύναμις προσέχουσα εἰς ταύτην, ὡς εὔλογον, θερμῶς καὶ εὐτόνως.

VERS. 3. *Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit?* Si exquisiveris, et diligenter investigare volueris delicta omnia, quis, quæso, inquisitionem hujusmodi tuam sustinere poterit? Vel : Quisnam inultus relinquetur? Certe nullus. *Quis* enim, inquit, *gloriabitur mundum se habere cor? vel quis vere dicere poterit se mundum esse a peccato* [31]? *Omnes*, inquit Paulus, *peccaverunt* [32]. Et rursus de seipso : *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum* [33]. Illud autem : *Domine, Domine*, admirantis in modum dictum est : admirantis dico summam Dei misericordiam et benignitatem.

Ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃς, Κύριε, Κύριε, τίς ὑποστήσεται; Ἐὰν ἀνομίας πάσας ἐξετάσῃς καὶ ἀκριβῶς ἐρευνήσῃς, τίς ὑπομενεῖ τὴν ἐξέτασιν ταύτην; Ἢ τίς ὑπολειφθήσεται; Ὄντως οὐδείς. *Τίς* γὰρ,
D φησὶ, *καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν καρδίαν; ἢ τίς παῤῥησιάσεται καθαρὸς εἶναι ἀπὸ ἁμαρτίας;* καὶ, *Πάντες ἥμαρτον*, φησὶν ὁ Παῦλος. Καὶ αὖθις περὶ ἑαυτοῦ· *Οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα, ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι.* Τὸ δὲ, *Κύριε, Κύριε*, θαυμάζοντός ἐστι τὴν πολλὴν φιλανθρωπίαν, καὶ ἀγαθότητα.

VERS. 4. *Quia apud te propitiatio est.* Vere, inquit, apud te vera illa est propitiatio et misericordia : quoniam, parcendo ac remittendo semper exquiris.

Ὅτι παρὰ σοὶ ὁ ἱλασμός ἐστιν. Ὄντως παρὰ σοί ἐστιν ὁ Κύριος ἱλασμὸς, ὁ ἀληθὴς ἔλεος· διὸ μετὰ φειδοῦς ἐξετάζεις.

Propter nomen tuum sustinui te, Domine. Non ob mea virtutum opera, salvatorem te mihi adfu-

Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου ὑπέμεινά σε, Κύριε. Οὐ διὰ τὰ κατορθώματά μου προσεδόκησά σε σω-

[31] Prov. xx, 9. [32] Rom. iii, 23. [33] I Cor. iv, 4.

A τῆρα· ἁμαρτωλὸς γάρ εἰμι καὶ αὐτὸς, ὡς εἴρηται· ἀλλὰ διὰ τὸ ὄνομά σου, ἵνα μὴ ἐξουδενωθῇ παρὰ τῶν πολεμίων, ὡς μὴ δυναμένου σου σώζειν τὸν λαόν σου. Λέγει γὰρ καὶ διὰ τοῦ Ἰεζεκιήλ· *Οὐ δι' ὑμᾶς ἐγὼ ποιῶ, ἀλλὰ διὰ τὸ ὄνομά μου, ἵνα μὴ βεβηλωθῇ ἐν τοῖς ἔθνεσιν.*

turum speravi: peccator etenim ipse etiam sum, ut dictum est; sed id futurum speravi propter nomen tuum, ne scilicet contemneretur nomen tuum ab inimicis, quasi qui populum tuum a calamitatibus eripere ac salvare non posses. Unde dixisse Deum legimus apud Ezechielem: *Non propter vos hæc facio, sed propter nomen meum, ne despiciatur in gentibus* [87].

Ὑπέμεινεν ἡ ψυχή μου εἰς τὸν λόγον σου. Προσεδόκησεν, ἤλπισεν εἰς τὴν ἐπαγγελίαν σου, τὴν πρὸς τοὺς πατριάρχας, τὴν πρὸς τοὺς προγόνους ἡμῶν, ὅτι κληρονομήσομεν τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας· καὶ ὅτι ἐὰν εἰσακούσωμέν σου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φαγόμεθα· ἢ καὶ τὴν ὑπόσχεσιν τὴν ὅτι σώσεις τοὺς εὐαρεστοῦντάς σοι, καὶ τοὺς μετανοοῦντας.

Sustinuit anima mea in verbo ejus. Exspectavi et speravi in divina illa promissione, quæ ad patriarchas et progenitores nostros facta est, quod scilicet promissionis terram hæreditabimus: et quod si audiverimus te, bona terræ comedemus. Vel etiam promissionem illam, quod tu eos omnes salvabis, qui placere tibi studuerint, atque eos qui B pœnitentiam egerint peccatorum.

Ἤλπισεν ἡ ψυχή μου ἐπὶ τὸν Κύριον. Εἰς τὸν Κύριον μόνον, οὐκ εἰς ἄλλο τι τῶν ἁπάντων.

VERS. 5. *Speravit anima mea in Domino.* In solo scilicet Deo, et nulla alia in re.

Ἀπὸ φυλακῆς πρωΐας μέχρι νυκτὸς, ἀπὸ φυλακῆς πρωΐας ἐλπισάτω Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸν Κύριον. Τὸν μόνον δυνάμενον ῥύεσθαι καὶ σώζειν. Φυλακὰς δὲ τὰ μέρη τῆς νυκτὸς ἐκάλουν οἱ παλαιοί· εἰς τέσσαρα γὰρ ταύτην διαιροῦντες οἱ νυκτοφύλακες ἐν τοῖς στρατοπέδοις, τὸ τεταρτημόριον αὐτῆς, ἤτοι τὴν ὄρθριον φυλακὴν, πρωΐας ὠνόμαζον, ὡς τὴν πρωΐαν ἤδη μηνῦον. Παραινεῖ τοίνυν ὁ προφήτης πάντα Ἰσραὴλ ἐλπίζειν ἐπὶ τὸν Κύριον μόνον παρ' ὅλην ζωήν· διὰ γὰρ τοῦ ἡμερονυκτίου πᾶσαν τὴν ζωὴν ὑπεδήλωσεν, ἀρξάμενος ἀπὸ φυλακῆς πρωΐας, καὶ μέχρι νυκτὸς ἐλθών. Εἶτα πάλιν εἰς C τὴν φυλακὴν τῆς πρωΐας καταντήσας, τὴν κυκλοφορικὴν ἐμιμήσατο τοῦ ἡμερονυκτίου περίοδον, ἀπὸ πρωΐας εἰς πρωΐαν ἐπανερχομένην.

VERS. 6. *A custodia matutina usque ad noctem, a custodia matutina speret Israel in Domino.* In eo nimirum, qui a periculis solus eripere eum potest, et salvare. Custodias autem antiqui certas noctis partes appellabant, eo quod milites in exercitibus noctem in quatuor solent partes dividere, quibus alternatim vigilantes reliquum exercitum ab hostium insidiis custodiunt. Quartam igitur noctis vigiliam, matutinam custodiam appellabant, veluti quæ mane ipsum jamjam adfore significaret. Admonet igitur Propheta universum populum Israel, ut toto vitæ tempore, in solo Domino spem suam collocet. Per diem enim et noctem, omnem prorsus vitam significavit. Nam qui inceperit a matutina custodia et pervenerit ad noctem, et rursum ad matutinam redierit custodiam, hic circularem dici et noctis ambitum peraget; a mane etenim incipiens redibit ad mane.

Ὅτι παρὰ τῷ Κυρίῳ τὸ ἔλεος. Τὸ ἀληθῶς ἔλεος, τὸ ταχινὸν, καὶ ἰσχυρὸν καὶ ἀδιάπτωτον, εἰς τοὺς ἀξίους αὐτοῦ.

Καὶ πολλὴ παρ' αὐτῷ λύτρωσις. Πηγὴ γὰρ παρ' αὐτῷ λυτρώσεως, πέλαγος σωτηρίας.

Καὶ αὐτὸς λυτρώσεται τὸν Ἰσραὴλ ἐκ πασῶν τῶν ἀνομιῶν αὐτοῦ. Εὐαρεστοῦντα δηλονότι, καὶ κατὰ νόμους πολιτευόμενον. Ἁρμόζει δὲ ψαλμὸς καὶ τῷ νέῳ Ἰσραήλ.

VERS. 7. *Quia apud Dominum misericordia.* Vera nimirum misericordia quam et celerem et validam et illabantem iis omnibus præstat, qui Deo digni sunt.

Et multa apud eum redemptio. Enim Fons apud eum redemptionis, pelagus salutis.

VERS. 8. *Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus ejus.* Populum Israel, Deo scilicet placere studentem, ac juxta legis præcepta conversantem. Congruit autem hic psalmus novo etiam D populo Israel.

Ὠδὴ ὁμοίως.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛ'.

Κύριε, οὐχ ὑψώθη ἡ καρδία μου, οὐδὲ ἐμετεωρίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί μου. Καὶ τοῦτον τὸν ψαλμὸν εἰς ἑαυτὸν μὲν ἔγραψε, διεξιὼν οἵαν εἶχεν ἐν ἀνέσει καὶ ἀπαλλαγῇ τῶν πειρασμῶν μετριοφροσύνην. Παιδεύει δὲ τὸν ἐπανελθόντα ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας λαὸν ὁμοίως ταπεινοφρονεῖν, καὶ μὴ θαῤῥεῖν ἐπὶ κατορθώμασιν, ἀλλ' ἐλπίζειν ἐπὶ Κύριον. Οὐχ ὑψώθη, φησὶν, ἡ καρδία μου τῇ ἐπάρσει τῆς οἰήσεως, οὐδὲ μετεωρίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί μου τῷ νοσήματι τῆς ὑπερηφανίας· τί οὖν; καυχᾶται νῦν ὁ Προφήτης; Ναί· καιροῦ γὰρ καλοῦντος χρεία καυ-

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXXX.

VERS. 1. *Domine, non exaltatum est cor meum, neque elevati sunt oculi mei.* Hunc psalmum etiam conscripsit in seipsum beatus David, narrans qualem animi moderationem haberet, quando a tentationibus atque a calamitatibus liberatus, quietam vitam agebat. Instruit tamen et populum e Babylonica reversum captivitate, eamdem secum humilitatem, atque animi moderationem sectari; docens in factis etiam atque virtutibus propriis non confidere, sed in unico tantum Deo sperare. Non exaltatum est, inquit, cor meum, elatione

[87] Ezech. xx, 9, 14, 22.

aliquis, aut temeraria existimatione; neque oculi mei superbiæ morbo elevati sunt. Sed dicet aliquis: Nonne hoc in loco Propheta gloriatur? quod elationis ac superbiæ vitium est. Profecto gloriatur. Verum, exigente id tempore, gloriari etiam nos decet de virtute: quando nimirum non ad ostentationem gloriamur, sed ad audientium commodum, hoc est, quando illi hujuscemodi gloriatione ad virtutum imitationem invitantur. Et cum dixerit: *Non exaltatum est cor meum*, atque addiderit: *Neque elevati sunt oculi mei*, docuisse videtur quod ubi primum cor exaltatum in nobis fuerit, oculi etiam deinceps elevantur.

A χᾶσθαι τοῖς κατορθώμασιν· ὅταν μὴ δι' ἐπίδειξιν, ἀλλὰ δι' ὠφέλειαν τῶν ἀκροωμένων τὸ πρᾶγμα γίνεται, πρὸς μίμησιν ἐνάγον αὐτούς. Εἰπὼν δὲ ὅτι *Οὐχ ὑψώθη ἡ καρδία μου*, καὶ προσθεὶς, *Οὐδὲ μετεωρίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί μου*, ἔδειξεν ὅτι ταύτης πρῶτον ὑψουμένης, εἶτα οὗτοι μετεωρίζονται.

Neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me. Non ambulavi, inquit, cum hominibus majoribus, et supra me admirandis. Cum hujuscemodi enim viris conversatus non sum, indignum me illorum conversatione esse reputans; nisi illi fortassis me invitum coegissent. Vel per magnos et admirandos, eos forte intelligit, qui sibi ipsis magni atque admirabiles esse videbantur, hoc est, qui animo elati essent, et superbi. Ac si diceret: Non tantum ego superbiam evitavi, sed cum hominibus eo vitio laborantibus etiam non conversabar.

Οὐδὲ ἐπορεύθην ἐν μεγάλοις, οὐδὲ ἐν θαυμασίοις ὑπὲρ ἐμέ. Οὐδὲ ἐπορεύθην μετὰ ἀνδρῶν μειζόνων καὶ θαυμασιωτέρων μου· οὐ συνανεστράφην τοῖς ὑπὲρ ἐμὲ, ἀνάξιον ἐκείνων ἐμαυτὸν ἡγούμενος· εἰ μή που ἄκοντα κατηνάγκασαν. Ἢ μεγάλους καὶ B θαυμασίους λέγει τοὺς δοκοῦντας τοιούτους παρ' ἑαυτοῖς, ἤτοι τοὺς ἐπηρμένους καὶ ὑψαύχενας, ὡσανεὶ λέγων, ὅτι οὐ μόνον ἔφευγον τὸ νόσημα τῆς ὑπερηφανίας, ἀλλ' οὐδὲ συνεδιαιτώμην τοῖς νοσοῦσιν αὐτό.

VERS. 2. *Si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam, sicut ablactatus in matrem suam, ita retribues animæ meæ.* Si humilia, inquit, non sum sectatus, sed animo elevatus sum, cum humilis tamen atque abjectus essem, et veluti infans, qui a matris papilla abstinuit. Vel, quia Græca dictio, ὡς, non solum *ita*, sed *valde* etiam significat, alio modo expone: Tu valde retribues animæ meæ. Utitur etiam hoc in loco Propheta futuro indicativi, pro optativo, quemadmodum sæpe hujuscemodi abusus apud Scripturam reperimus. Vel vere retribues, retributionem scilicet superbiæ. Quidam vero ita construunt: *Si non humiliter sentiebam, tanquam ablactatus erga matrem suam*, etc.

Εἰ μὴ ἐταπεινοφρόνουν, ἀλλὰ ὕψωσα τὴν ψυχήν μου, ὡς τὸ ἀπογεγαλακτισμένον ἐπὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, ὡς ἀνταποδώσεις ἐπὶ τὴν ψυχήν μου. Εἰ μὴ ἐταπεινοφρόνουν, ἀλλὰ ἐπήρθην ὡς ταπεινὸς, καὶ ὡς τὸ νήπιον εὐθὺς τὸ ἀποσχόμενον δὴ τῆς θηλῆς παρὰ τῇ μητρὶ αὐτοῦ, οὕτως ἀνταποδώσεις. Ἢ λίαν ἀνταποδώσεις εἰς τὴν ψυχήν μου. Μέλλοντι δὲ ἐχρήσατο εὐχτικὴν ἔχοντι σημασίαν· C πολλὰ γὰρ τοιαῦτα τοῖς παλαιοῖς. Ἢ ὄντως ἀποδώσεις ἀμοιβὴν τῆς ὑπερηφανίας. Τινὲς δὲ οὕτω συνάπτουσιν· *Εἰ μὴ ἐταπεινοφρόνουν, ὡς τὸ ἀπογεγαλακτισμένον ἐπὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ.*

VERS. 3. *Speret Israel in Domino ex nunc, et usque in sæculum.* Me scilicet imitatus qui in calamitatibus, in otio et quiete, et in omni denique tempore in Deum spero. Congruit etiam hic psalmus novo populo Israel. Fortasse etiam beatus David et præsentem et proxime præcedentem psalmum ex eorum persona conscripsit, qui, inter reversos e Babylonica captivitate, pii magis et religiosi erant: narrans scilicet quas inter afflictiones emitterent ad Deum preces, et qualem, postquam ab eis liberati sunt, animi moderationem haberent: atque hoc ad utilitatem et eruditionem nostram qui a sæviori dæmonum captivitate liberati sumus.

Ἐλπισάτω Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸν Κύριον ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος. Ἐμὲ μιμούμενος τὸν ἐν θλίψει καὶ ἐν ἀνέσει, καὶ κατὰ πάντα καιρὸν, ἐλπίζοντα ἐπὶ Κύριον. Ἁρμόζει δὲ καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς τῷ νέῳ Ἰσραήλ. Ἴσως δὲ καὶ τὸν προλαβόντα ψαλμὸν καὶ τὸν παρόντα προσώπῳ τοῦ εὐσεβεστέρου μέρους τῶν ἐπανελθόντων, συνέγραψεν ὁ Προφήτης, διεξιόντος, οἷα μὲν προσηύχετο ἐν πειρασμοῖς, οἵαν δὲ μετριοφροσύνην εἶχεν ἐν ἀπαλλαγῇ πειρασμῶν, D εἰς ὠφέλειαν καὶ παίδευσιν ἡμῶν τῶν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τῶν δαιμόνων ἐπανελθόντων.

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXXXI.

VERS. 1. *Memento, Domine, David, et omnis mansuetudinis ejus.* Hunc etiam psalmum Propheta ex populi persona conscripsit supplicantis templi constructionem exsurgere, atque id impetrare optantis, si non propter se, saltem propter illud studium, quod eorum progenitor David rex in Deum habuisse perspicitur: utpote qui ante primam templi constructionem, locum ei idoneum multa

Ὠδὴ ὁμοίως

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΑ'.

Μνήσθητι, Κύριε, τοῦ Δαβὶδ, καὶ πάσης τῆς πραότητος αὐτοῦ. Προσώπῳ τοῦ ῥηθέντος λαοῦ καὶ τὸν παρόντα ψαλμὸν ἀνέγραψε, ἱκετεύοντος, ἀναστῆναι τὸν ναόν· εἰ καὶ μὴ δι' αὐτοὺς, ἀλλά γε διὰ τὴν σπουδὴν, ἣν εἶχε ὁ Δαβὶδ, ὁ πρόγονος βασιλεὺς αὐτῶν, ἐκζητῶν πρὸ τῆς οἰκοδομῆς τὸν τόπον τοῦ τοιούτου ναοῦ ἐπιμελῶς. Πραότητα δὲ λέγει τὴν ἀνεξικακίαν, ἣν ἐνεδείκνυτο εἰς τὸν Σαοὺλ, καὶ

τοὺς περὶ αὐτόν· ἔτι δὲ καὶ εἰς τὸν Σεμεεὶ, τὸν A ὑβρίζοντα αὐτὸν, καὶ εἰς πολλοὺς ἄλλους. Περὶ μόνης δὲ τῆς πραότητος αὐτοῦ λέγουσιν, ὡς ταύτην διαφερόντως κατορθώσαντος· ἢ καὶ ὡς διὰ ταύτης δηλουμένων καὶ τῶν λοιπῶν. Μνήσθητι τοῦ Δαβὶδ, τοῦ πραοτάτου, τοῦ διὰ τῆς πραότητος εὐαρεστήσαντός σοι.

cum diligentia perquisivit. Per mansuetudinem vero, patientiam intelligit, quam beatus David erga Saulem et socios, erga Semei qui contumelia eum affecerat, atque erga omnes alios hostes suos summam ostendit. Solius autem mansuetudinis meminit, quia in hac virtute præ cæteris excelluit. Vel per hanc virtutem cæteras quoque intellexit. Memento, inquit, David mitissimi hominis, atque ob mansuetudinem suam tibi olim charissimi.

Ὡς ὤμοσε τῷ Κυρίῳ, ηὔξατο τῷ Θεῷ Ἰακώβ. Μνήσθητι αὐτοῦ πῶς ἐνώμοτος ὑπέσχετο Κυρίῳ τῷ Θεῷ τὰ ῥηθησόμενα.

Vers. 2. *Quomodo juravit Domino, et vovit Deo Jacob.* Memento ejus, inquit, quemadmodum cum juramento ea Deo pollicitus sit, quæ inferius dicentur.

Εἰ εἰσελεύσομαι εἰς σκήνωμα οἴκου μου, εἰ ἀναβήσομαι ἐπὶ κλίνης στρωμνῆς μου, εἰ δώσω ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμὸν, καὶ ἀνάπαυσιν τοῖς κροτάφοις μου, ἕως οὗ εὕρω τόπον τῷ Κυρίῳ, σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ (33). Πῶς ποτε ζηλώσας ὑπὲρ τοῦ φέρεσθαι τῇδε κἀκεῖσε τὴν κιβωτὸν, ἐνωμότως ὑπέσχετο, ὅτι Οὐ ποιήσω ἢ τόδε ἢ τόδε, ἕως οὗ εὕρω τὸν τόπον τῷ Κυρίῳ ἄξιον, ἤγουν οἰκητήριον, τουτέστι τόπον ναοῦ· καὶ οὐκ ἀνεπαύσατο, ἕως εὗρεῖν ὡς ἡ βίβλος τῶν Βασιλειῶν ἡ πρώτη διαλαμβάνει. Τὸ *εἰ* δὲ, τὸ *οὐ* σημαίνει, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν. Σκήνωμα δὲ καὶ οἶκος τοῦ Θεοῦ λέγοιτο, διὰ τὸ ἐκεῖθεν χρηματίζειν καὶ ὁμιλεῖν τοῖς ἀξίοις, ὡς καὶ προλαβόντες εἰρήκαμεν.

Vers. 3-5. *Si introibo in tabernaculum domus meæ, si ascendam super lectum strati mei, si dabo somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem, et requiem temporibus meis, donec invenero locum Domino, tabernaculum Deo Jacob.* Memento, inquit, quemadmodum ipse olim zelo quodam correptus est, cum Domini arcam huc atque illuc errabundam ac vagam circumferri videret, et cum juramento pollicitus sit, dicens : Non faciam ego hoc, neque illud, donec invenero locum Domino dignum, hoc est, locum templi, et habitationem arcæ ac tabernaculi. Et revera etiam non quievit, donec illum invenerit, quemadmodum in primo Regum libro traditur. Dictio autem *si*, hoc in loco, idem significat quod *non*, quemadmodum sæpe alibi diximus. Tabernaculum vero et domus Dei, dicebatur locus ille, ubi responsa atque oracula dabantur a Deo ; ubi etiam ad probos et ad virtute præditos homines loquebatur, ut in superioribus diximus. (Nam alioqui Deus nulla habitatione seu domo indiget, aut tabernaculo.)

Ἰδοὺ ἠκούσαμεν αὐτὴν ἐν Εὐφραθᾷ. Ἐπειδὴ C παρὰ τῶν πατέρων ἡμῶν, ἢ παρὰ τῶν βίβλων ἠκούσαμεν ἐνεχθῆναι τὴν κιβωτὸν, ἐν τῷ τόπῳ τῷ καλουμένῳ Εὐφραθᾷ. Καὶ τὴν Ῥαχὴλ δὲ θάπτει Ἰακὼβ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ τοῦ Εὐφραθᾶ· Αὕτη, φησὶν, *ἐστὶ Βηθλεέμ*· ἔφερε γὰρ ὁ τόπος τοῦ προκατόχου τὸ ὄνομα.

Vers. 6. *Ecce audivimus eam in Ephrata.* Quoniam, inquit, a patribus nostris, vel etiam aliunde ex sacris Libris audivimus eam, arcam nimirum in Ephratæ locum delatam fuisse. Est autem Ephrata eadem, quæ et Bethleem. Legimus enim alibi apud Scripturam : *Bethleem domus Ephrata* [a]. Item Jacob uxorem Rachel sepelivit in Hippodromo Ephratæ : *Hæc*, inquit, *est Bethleem.* Appellabatur namque olim locus ille primi possessoris nomine.

Εὕρομεν αὐτὴν ἐν τοῖς πεδίοις τοῦ δρυμοῦ. Εὕρομεν αὐτὴν ἀπὸ τῶν εἰρημένων· παρὰ τούτων ἐμάθομεν αὐτὴν αὐλιζομένην ἐν τοῖς πεδίοις τοῦ δρυμοῦ, τουτέστιν, ὧδε κἀκεῖσε περιφερομένην, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν τόπον ἀφωρισμένον. Ταῦτα δὲ λέγουσι συνιστῶντες ὅτι ἀναγκαίως ἐζήλωσεν, ὑπὲρ D αὐτῆς ὁ Δαβὶδ, καὶ τὸν τόπον εὗρεν, ὑπὲρ οὗ καὶ νῦν ἱκετεύουσιν.

Invenimus eam in campis silvæ. Invenimus eam, hoc est, eo modo didicimus, ut supra dictum est, a majoribus nimirum nostris, seu ex divinis libris : didicimus, inquam, eam commoratam fuisse in campis silvæ, hoc est, huc atque illuc errantis in morem circumlata, utpote quæ certum ac destinatum locum aliquem non haberet. Hoc autem dicunt, demonstrare contendentes, quod beatus David necessario admodum pro ea zelo correptus est, ut locum illum inveniret, pro quo ipsi in præsentia ad Deum supplicant.

Εἰσελευσόμεθα εἰς τὰ σκηνώματα αὐτοῦ, προσκυνήσωμεν εἰς τὸν τόπον, οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ. Ταῦτα προσώπῳ τῶν ἐν αὐτοῖς ἁγίων, προφητευόντων αὐτοῖς, ὅτι ἀναστήσεται ὁ ναὸς, καὶ εἰσελεύσονται καὶ προσκυνήσουσι καὶ λα-

Vers. 7. *Introeamus in tabernacula ejus, adoremus in loco, ubi steterunt pedes ejus.* Hæc verba ex sanctorum persona dicta sunt, qui populo ex captivitate in patriam restituto aderant. Prædicitur autem his verbis, quemadmodum templum

[a] Mich. v 2.

Variæ lectiones.

(33) Supple Μνήσθητι.

denuo erigendum erat, et quemadmodum ipsi illuc ingressuri erant, et adoraturi ibi Deum, ut antea. Tabernacula autem, templi aulas appellavit, vel ipsum templum, plurali usus numero Hebræorum more, ut sæpe diximus. Præterea Dei tabernacula, ac pedes Dei, et stetisse Deum, humano more dixit, ut auditorum hebetudini condescenderet. Illinc etenim horrendæ illæ voces exibant, quæ obscura atque ambigua quælibet de Judæorum rebus declarabant, et futura prædicebant.

VERS. 8. *Exsurge, Domine, in requiem tuam.* Hoc est in templum tuum atque ad ejus ædificationem, in quo antea requiescebas : hoc est, veni ad illud templum, atque ad illius loci auxilium, quod refrigerium, ita ut dicam, præstare tibi solebat, et requiem.

Tu et arca sanctificationis tuæ. Exsurge, inquit, tu una cum sanctificationis tuæ arca. Potest enim et illa, quemadmodum olim, admiranda nunc etiam multa perficere, propter divinam gratiam, quæ in ea est. Divinæ etenim gratiæ domus merito poterat appellari. Sanctificationis etiam arcam dixit, tanquam sanctificatione plenam, et per quam multa sanctificari dicebantur. Nam et omnia quæ in ea reponebantur sancta erant, et præsertim lex, quæ quoslibet ad se accedentes sanctificabat. Vel per sanctificationem templum ipsum intelligit, tanquam Deo sanctificatum, et quod in psalmo LXXIII sanctuarium appellavit, dicens : *Incenderunt in igne sanctuarium tuum.*

VERS. 9. *Sacerdotes tui induentur justitia.* Si hoc factum fuerit, sacerdotes tui instar vestis justitiam induent, cultus nimirum divinos. Vel, Omni justitia induentur, hoc est, universa virtute, utpote jam Deum colentes, atque in dies magis virtutis ipsius studium amplexuri.

Et sancti tui exsultabunt. Et reliqui, inquit, homines, qui tibi sanctificati ac dedicati sunt, exsultabunt, hoc est, universus populus tuus lætitia afficietur. Vel per sanctos, eos intelligit, qui præ cæteris excellebant virtutibus. Deinde rursus ad memoriam confugiunt beati David, se ipsos indignos esse judicantes, qui gratiam a Deo possint impetrare.

VERS. 10. *Propter David servum tuum non avertas faciem Christi tui.* Hoc est, cum non respuas, qui, ut princeps foret super nos, a te in regem unctus est. *Tuum* autem dixit, ut Dei benevolentiam erga eum ostenderet; vel unctum a te per legem tuam. Non avertas autem eum nobiscum pro templi, civitatis, et regni erectione supplicantem, nec inanes illius preces fore permittito.

VERS. 11. *Juravit Dominus ipsi David veritatem.* Hoc est, stabilem ac veram promissionem fecit.

Et non contemnet eam. Cum verax sit, quinimo et ipsa veritas. Quænam autem fuerit hæc promissio, audi :

De fructu ventris tui, ponam super thronum tuum.

A τρεύσουσιν, ὡς τὸ πρότερον. Σκηνώματα δὲ ἢ τὰς αὐλὰς αὐτοῦ ὠνόμασεν, ἢ αὐτὸν δὴ τὸν ναὸν, πληθυντικῶς εἰπὼν, ὡς πολλάκις ἔθος Ἑβραίοις. Σκηνώματα δὲ καὶ πόδας καὶ στάσιν εἶπε Θεοῦ ἀνθρωποπρεπῶς διὰ τὴν παχύτητα τῶν ἀκροωμένων. Ἐκεῖθεν γὰρ ἐφέροντο αἱ φρικταὶ φωναὶ περὶ τῶν ἐν Ἰουδαίοις πραγμάτων, λύουσαι τὰ ἀσαφῆ, καὶ περὶ τῶν μελλόντων προλέγουσαι.

Ἀνάστηθι, Κύριε, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου. Εἰς τὸν ναόν σου, εἰς οἰκοδομὴν αὐτοῦ, ἐν ᾧ ἀνεπαύου, τουτέστιν, εἰς τὸν ἀναπαύοντά σε ναὸν, εἰς συνεργίαν αὐτοῦ.

B

Σὺ καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ ἁγιάσματός σου. Ἀνάστηθι σὺ καὶ ἡ κιβωτὸς τῆς ἁγιωσύνης σου. Δύναται γὰρ καὶ αὐτὴ, ὡς πολλὰ πολλάκις τερατουργήσασα, διὰ τῆς ἐν αὐτῇ χάριτος· καὶ ὅτι καὶ ταύτης οἶκος ἦν οὗτος· κιβωτὸς δὲ τῆς ἁγιωσύνης, ὡς πεπλησμένης ἁγιωσύνης, δι' ἧς ἡγίαζε· τά τε γὰρ ἐναποκείμενα αὐτῇ, ἅγια ἦσαν, καὶ τούτων μᾶλλον ὁ νόμος ἡγίαζε τοὺς μετιόντας αὐτόν. Ἢ ἁγίασμα τὸν ναὸν λέγει, ὡς ἡγιασμένον τῷ Θεῷ, καὶ ἁγιάζοντα, καὶ τῶν ἁγίων παρεκτικὸν, ὃν καὶ ἐν τῷ ογ' ψαλμῷ, ἁγιαστήριον ὠνόμασεν· *Ἐνεπύρισαν γὰρ τὸ ἁγιαστήριόν σου*, φησὶν, *ἐν πυρί.*

C *Οἱ ἱερεῖς σου ἐνδύσονται δικαιοσύνην.* Εἰ τοῦτο γένηται, οἱ ἱερεῖς σου ἐνδύσονται, δίκην ἱματίου, τὴν δικαιοσύνην τῆς λατρείας· ἢ δικαιοσύνην πᾶσαν, εἴτουν παντοίαν ἀρετὴν, ἤδη λατρεύοντες, καὶ μᾶλλον ἀρετῆς φροντίζειν ὀφείλοντες.

Καὶ οἱ ὅσιοί σου ἀγαλλιάσονται. Οἱ λοιποὶ, οἱ καθωσιωμένοι σοι, τουτέστιν ὁ λαός σου, ἀγαλλιάσονται· ἢ ὁσίους λέγει τοὺς ἐναρετωτέρους. Εἶτα πάλιν ἐπὶ τοῦ Δαβὶδ καταφεύγουσιν, ἀναξίους ἑαυτοὺς ἡγούμενοι.

Ἕνεκεν Δαβὶδ τοῦ δούλου σου, μὴ ἀποστρέ-
D *ψῃς τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ σου.* Τουτέστι τὸν χρισθέντα εἰς τὸ ἄρχειν ἡμῖν. Τὸ *σοῦ* δὲ, οἰκειώσεώς ἐστιν· ἢ τὸν χρισθέντα διὰ σοῦ διὰ τοῦ νόμου σου. Μὴ ἀποστρέψῃς αὐτὸν ἄπρακτον, δεόμενόν σου μεθ' ἡμῶν ὑπέρ τε τοῦ ναοῦ καὶ τῆς πόλεως, καὶ τῆς βασιλείας.

Ὤμοσε Κύριος τῷ Δαβὶδ ἀλήθειαν. Βεβαίως ἐπηγγείλατο, ἀληθινὴν ἐπαγγελίαν.

Καὶ οὐ μὴ ἀθετήσει αὐτήν. Ἀληθὴς ὢν καὶ αὐτοαλήθεια. Τίς δὲ ἡ ἐπαγγελία, ἄκουσον.

Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ

θρόνου σου. Ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς βασιλείας σου. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερα. Τίνα δὲ ταῦτα, ἄκουσον.

A Hoc est, In throno, atque in sede regni tui. Nec tantum hoc dixit, sed et alia quæ sequuntur.

Ἐὰν φυλάξωνται οἱ υἱοί σου τὴν διαθήκην μου, καὶ τὰ μαρτύριά μου, ἃ διδάξω αὐτούς, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῶν ἕως τοῦ αἰῶνος καθιοῦνται ἐπὶ τοῦ θρόνου σου. Ἐὰν τηρήσωσι τὸν νόμον μου οἱ υἱοί σου, ἐκ διαδοχῆς βασιλεύοντες· τοῦτον γὰρ ἐκάλεσε διαθήκην· ἔτι δὲ καὶ μαρτύρια, ὡς ἐν τῷ ριη' ψαλμῷ, πολλάκις δεδήλωται. Ταῦτα δέ, φησίν, ἃ διδάξω αὐτοὺς διὰ τῆς ἀναγνώσεως αὐτῶν, οὐχ αὐτοὶ μόνον βασιλεύσουσιν, ἀλλὰ καὶ οἱ τούτων υἱοὶ ἀεὶ βασιλεύσουσι κατὰ διαδοχήν. Τοιαῦτα μὲν τὰ τῆς ἐπαγγελίας· ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐφύλαξαν, ἐξέπεσον. Ταῦτα δὲ λέγουσιν οἱ δυσωποῦντες ὥσπερ
B ἀναμιμνήσκοντες τὸν Θεὸν τῆς τοιαύτης ἐπαγγελίας, καὶ εἰς ἀποπλήρωσιν αὐτῆς παρακαλοῦντες, ἢ καὶ ἀλλήλους παραμυθούμενοι, καὶ τῷ λαῷ χρηστὰς ἐλπίδας ἐντιθέντες. Εἶτα καὶ τὰ ἑξῆς ἐπισυνάπτουσιν, ὡς καὶ αὐτὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ τότε ῥηθέντα πρὸς τὸν Δαβίδ.

VERS. 12. *Si custodierint filii tui testamentum meum, et testimonia mea hæc, quæ docebo eos, et filii eorum in sæculum sæculi sedebunt super thronum tuum.* Si filii tui, inquit, qui per successiones regnabunt, legem meam observaverint. Per testamentum enim et per testimonia, legem ipsam intelligit, quemadmodum et sæpe alibi, præsertim in psalmo CXVIII, ubi etiam diximus. Si observaverint, inquit, testimonia, quæ ego eos docebo, si lectioni legis meæ vacaverint, non ipsi solum regnabunt, sed illorum etiam filii perpetuam regni successionem consequentur. Et hæc quidem a Deo eis promissa sunt: verum postquam ipsi pacta non observaverunt, jure etiam a promissis deciderunt. Possunt etiam hæc verba intelligi, ut ab eis dicta sint, ea ratione ut Deum sibi magis conciliarent, revocantes ei in memoriam antiquas pollicitationes, et rogantes quodammodo ut eas adimpleret, vel ut mutuo sese consolarentur, et bonam populo spem præstarent. Deinde addunt etiam sequentia verba, veluti et quæ a Deo olim dicta etiam fuissent ad beatum David.

Ὅτι ἐξελέξατο Κύριος τὴν Σιών, ᾑρετίσατο αὐτὴν εἰς κατοικίαν ἑαυτῷ. Καθιοῦνται, φησίν, ἐπὶ τοῦ θρόνου σου, διότι καὶ τὴν Σιὼν ἐν ᾗ ὁ θρόνος τῆς βασιλείας σου ἐξελέξατο ὁ Κύριος, ὁ ταῦτα ἐπαγγελλόμενος, ἤγουν ἐγώ.

VERS. 13. *Quoniam elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi.* Sedebunt, inquit, filii tui in throno tuo, quoniam Dominus elegit Sion, in qua sedes est regni tui. Ille, inquam, Dominus, qui hæc tibi nunc loquitur verba: Ego videlicet qui Dominus sum.

Αὕτη ἡ κατάπαυσίς μου εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Ἡ κατοικία μου.

VERS. 14. *Hæc requies mea in sæculum sæculi.*
C Hoc est, Hæc habitatio mea.

Ὧδε κατοικήσω, ὅτι ᾑρετισάμην αὐτήν. Καὶ ταῦτα καὶ τὰ ἑξῆς λέγουσιν ὡς ἐπηγγελμένα καὶ αὐτά.

Hic habitabo, quoniam elegi eam. Hæc et sequentia dicunt tanquam etiam sibi promissa.

Τὴν θήραν αὐτῆς εὐλογῶν εὐλογήσω. Θήραν ὠνόμασε τὸν πορισμὸν καὶ τὴν συγκομιδὴν τῆς τροφῆς. Εὐλογῶν εὐλογήσω, τουτέστι χαριτώσω εἰς δαψίλειαν καὶ ἀφθονίαν.

Τοὺς πτωχοὺς αὐτῆς χορτάσω ἄρτων. Πλουτήσω.

Τοὺς ἱερεῖς αὐτῆς ἐνδύσω σωτηρίαν. Ὑγείαν, ἀσφάλειαν.

Καὶ οἱ ὅσιοι αὐτῆς ἀγαλλιάσει ἀγαλλιάσονται. Εἴρηται περὶ τῶν ὁσίων. Τὸ δὲ *Ἀγαλλιάσει ἀγαλλιάσονται*, καὶ τὸ *Εὐλογῶν εὐλογήσω*, καὶ τὰ τοι-
D αῦτα, τινὲς μὲν ἰδίωμα φασὶ τῆς Γραφῆς, τινὲς δὲ ἐπίτασιν ἐμφαίνειν, ἢ βεβαίωσιν.

VERS. 15. *Venationem ejus benedicens benedicam.* Per venationem, ciborum atque eduliorum suppeditationem intelligit. Hæc, inquit, benedicens benedicam, hoc est, Præstabo magna cum abundantia.

Pauperes ejus saturabo panibus. Hoc est, divites reddam.

VERS. 16. *Sacerdotes ejus induam salute.* Hoc est, securitate, ac bona valetudine.

Et sancti ejus exsultatione exsultabunt. Quinam sint sancti Dei, jam sæpe alibi dictum est. Quod autem ait: *Exsultatione exsultabunt*, item: *Benedicens benedicam*, et alia hujusmodi, quidam idioma esse dicunt Hebraicæ linguæ; quidam vero hujusmodi sermone uti dicunt Scripturam, ad majorem intensionem, et ad validiorem sententiæ confirmationem.

Ἐκεῖ ἐξανατελῶ κέρας τῷ Δαβίδ. Ἐν τῇ Σιών· ἐκ τοῦ γένους τοῦ Δαβὶδ αὐτῷ ἀνατελῶ κέρας, ὕψος, τιμήν, δοξαζομένῳ παρὰ τῶν μετέπειτα, καὶ διὰ τὸ βασιλεῦον ἀεὶ γένος αὐτοῦ.

Ἡτοίμασα λύχνον τῷ χριστῷ μου. Ἡτοίμασα λύχνον τῷ βασιλεῖ μου Δαβίδ. Οἰκειώσεως δὲ τὸ *μου* κἀνταῦθα· Λύχνον δὲ λέγει τὴν εὔκλειαν τοῦ σπέρματος αὐτοῦ, δίκην λύχνου μηνύουσαν ἅπασι τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ τρόπον φωτὸς ὑποδεικνύουσαν ταῖς ἐφεξῆς γενεαῖς τὸν πρόγονον τοῦ τοιούτου γένους·

VERS. 17. *Illic oriri faciam cornu ipsi David.* In Sion scilicet, in qua oriri ei faciam gloriam, ac celsitudinem ex genere David, quia et a posteris glorificabitur, et illius generatio semper regnavit.

Paravi lucernam christo meo. Christo meo, hoc est, regi meo David. Meum autem ideo dixit, ut benevolentiam suam erga eum ostenderet, ut diximus. Per lucernam vero gloriam posterorum ejus intelligit, quæ, lucernæ instar, gloriæ ejus splendorem omnibus demonstrat, et hujuscemodi genera-

tionis progenitorem, veluti quoddam lumen futuris generationibus illucere facit. Vel per lucernam, generis sui splendorem ideo intelligit, quia splendet inter gentes. Verum hæc omnia ea conditione illis promissa sunt, si testamentum Dei custodierint, ut dictum est.

VERS. 18. *Inimicos ejus induam confusione.* Inimicos scilicet David aut generis ejus.

Super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.— *Super ipsum* David, seu super ejus semen. Super *ipsum* autem, hoc est, tempore ipsius David, vel tempore seminis ejus, quo tempore templum meum summo cum splendore florebit, hoc est, eo regnante. Quidam vero per cornu, et per lucernam, regem intelligunt Zorobabel, cujus hostes aiunt fuisse confusos, et quo regnante templum Domini, quod diu olim profanatum, dirutum, atque (ut ita dicam) tabefactum fuerat, effloruit. Quidam etiam verba illa : *Quia elegit Dominus Sion*, et quæ sequuntur omnia, prophetiam continere dicunt, de iis qui in Judæorum populo digni fuerunt, ut propheticam gratiam consequerentur. Et quoniam juxta historiæ sensum psalmum jam exposuimus, restat ut tradamus etiam quæcunque de Salvatore nostro in eo tractantur. *Introibimus*, inquit, *in tabernacula ejus, adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus;* hæc verba ex fidelium persona prophetice dicta sunt, qui mutuo inter sese consultant, quidnam facturi sint. Et per tabernacula, loca intelligunt, quæ in Palæstina sunt, ubi habitavit aut conversatus est Christus. Per locum autem *ubi steterunt pedes ejus*, vel eadem intellige tabernacula et loca in quibus Dominus ambulavit; vel ipsam crucem, cui Christi pedes confixi sunt, et quam, in psalmo XCVIII, *scabellum pedum ejus* appellavit. Ex universis siquidem mundi partibus illuc confluunt homines, atque in ea sancta loca ingrediuntur, et adorant illic Dominum. *Exsurge*, inquit, *Domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuæ*, hoc est, tuæ divinitatis tabernaculum, tuum scilicet sacratissimum corpus. Quemadmodum enim arca illa sancta Dei ex incorruptibilibus lignis fabricata erat, et purissimo insuper auro inaurata, ita etiam assumpta Christi humanitas ex incorrupto ejus corpore erat compacta, ex ipsaque vera ac sanctissima divinitate (ut ita dicam) erat deificata, per unionem nimirum illam ineffabilem veri Dei. *Sacerdotes tui induentur justitia*, evangelica nimirum, vel omni virtutum genere ornabuntur ; *et sancti tui exsultabunt*, et quicunque cum sacerdotibus amatores fuerint virtutum, angelicam peragentes conversationem, illorum etiam more exsultabunt. *Propter David servum tuum, ne avertas faciem Christi tui.* Si nullam aliam ob causam, propter me saltem servum tuum, quæso, ne Christi tui præsentiam avertas, qui per incarnationem suam hominibus apparebit; quinimo rogo te ut cito appareat. Veritas etiam quæ jurata fuit ipsi David quod ejus semen consessurum esset super thronum regni ejus, ad ipsum etiam Christum pertinet. Hic etenim

A ἢ λύχνον τὴν λαμπρότητα τοῦ γένους αὐτοῦ, λάμπουσαν ἐν τοῖς ἔθνεσιν. Ἀλλὰ ταῦτα πάντα, ἐὰν φυλάξωνται τὴν δικαιοσύνην, ὡς εἴρηται.

Τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ἐνδύσω αἰσχύνην. Τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ, ἤτοι τοῦ γένους αὐτοῦ.

Ἐπὶ δὲ αὐτὸν ἐξανθήσει τὸ ἁγίασμά μου. Ἐπὶ Δαβὶδ, ἤγουν ἐπὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ φαιδρυνθήσεται θάλλων ὁ ναός μου. Τὸ *Ἐπ' αὐτὸν* δὲ, ἀντὶ τοῦ Κατ' αὐτὸν, ἤτοι κατὰ τὴν γενεὰν αὐτοῦ, ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ. Τινὲς δὲ κέρας καὶ λύχνον τὸν Ζοροβάβελ φασί· καὶ τούτου λέγουσι τοὺς ἐχθροὺς αἰσχυνθῆναι, καὶ ἐπὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐξανθῆσαι τὸν ἀπομαρανθέντα πάλαι ναόν· ἕτεροι δὲ πάλιν
B τὸ *ὅτι ἐξελέξατο Κύριος τὴν Σιὼν*, καὶ τὰ ἐφεξῆς ἅπαντα ῥητὰ, προφητείαν εἶναι λέγουσι τῶν ἐν τῷ δηλωθέντι ναῷ προφητικοῦ χαρίσματος ἠξιωμένων. Ἐπεὶ δὲ καθ' ἱστορίαν ὁ ψαλμὸς ἡρμήνευται, μεταχειριστέον ἤδη καὶ ὅσα τούτου περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ διαλαμβάνουσιν· *Εἰσελευσόμεθα*, φησὶν, *εἰς τὰ σκηνώματα αὐτοῦ, προσκυνήσωμεν εἰς τόπον οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ.* Προφητεία τοῦτο περὶ τῶν Χριστιανῶν, ἀλλήλοις ταῦτα συμβουλευόντων, καὶ σκήνωμα μὲν λεγόντων· τοὺς ἐν Παλαιστίνῃ τόπους, ἔνθα ἀνεστρέφετο, καὶ κατῴκει· τόπον δὲ ὅπου ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ, ἢ αὐτὰ τὰ σκηνώματα ἔνθα περιεπάτει, ἢ τὸν σταυρὸν, ᾧ προσηλώθησαν οἱ πόδες αὐτοῦ, ὃν καὶ *ὑποπόδιον* ὠνόμασεν ἐν τῷ ϟη' ψαλμῷ. Καὶ μέντοι πανταχόθεν
C συῤῥέοντες εἰσέρχονται εἰς τοὺς τόπους ἐκείνους, καὶ προσκυνοῦσιν ἑκάστοτε. *Ἀνάστηθι*, φησὶ, *Κύριε, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, σὺ καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ ἁγιάσματός σου· ἀνάστηθι ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀνάβηθι εἰς τὸν θρόνον τῆς ἐν οὐρανῷ βασιλείας σου, σὺ ὁ Θεὸς, καὶ τὸ πρόσλημμά σου.* Τοῦτο γὰρ κιβωτὸς τῆς ἁγιωσύνης, ἤτοι σκήνωμα τῆς θεότητος· ὥσπερ γὰρ ἡ κιβωτὸς ἐκ ξύλων μὲν ἀσήπτων κατεσκεύαστο, κεχρύσωτο δὲ καθαρῷ χρυσῷ, οὕτω καὶ τὸ πρόσλημμα ἐκ σώματος μὲν ἀδιαφθόρου συμπέπηκτο. Ἐτεθέωτο δὲ ἐκ θεότητος φυσικῆς, κυρίως θεότητος, ἤγουν ἐκ τῆς ἑνώσεως τοῦ ὄντως Θεοῦ. *Οἱ ἱερεῖς*, φησὶν, *ἐνδύσονται δικαιοσύνην* τὴν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον, ἤτοι κοσμηθήσονται ἀρετῇ
D πάσῃ· *καὶ οἱ ὅσιοί σου ἀγαλλιάσονται·* καὶ οἱ μετὰ τοὺς ἱερεῖς σου φιλάρετοι ἀγαλλιάσονται, πολιτευόμενοι ἀγγελικῶς. *Ἕνεκεν*, φησὶ, *Δαβὶδ τοῦ δούλου σου, μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ σου.* Εἰ καὶ μὴ δι' ἄλλο τι, ἀλλά γε δι' ἐμὲ τὸν δοῦλόν σου, μὴ ἀποστρέψῃς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Χριστοῦ σου, μέλλοντος ἐπιφανῆναι τοῖς ἀνθρώποις διὰ ἐνανθρωπήσεως· ἀλλ' ἐπιφανήτω. Ἡ ὁμοσθεῖσα δὲ τῷ Δαβὶδ ἀλήθεια, ἤτοι τὸ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ καθίσαι εἰς τὸν θρόνον τῆς βασιλείας αὐτοῦ, τὸν Χριστὸν ᾐνίττετο. Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ κυρίως βασιλεὺς τοῦ Ἰσραὴλ, ἐκ σπέρματος τοῦ Δαβὶδ μὲν ὢν, κατὰ τὴν μητέρα ἐκ γένους Δαβὶδ καταγομένην, βασιλεὺς δὲ κατὰ τὸ νομοθετεῖν τοῖς ὑπηκόοις αὐτοῦ, καὶ ῥυθμίζειν, καὶ περιέπειν, καὶ ὑπεραποθνήσκειν

αὐτῶν, ἃ μάλιστα χαρακτηρίζουσι τὸν ἀληθῶς βασιλέα. *Ἐὰν φυλάξωνται*, φησὶν, *οἱ υἱοί τὴν διαθήκην σου* τὴν εὐαγγελικὴν, *καὶ τὰ μαρτύριά μου ταῦτα, ἃ διδάξω αὐτοὺς* διὰ σοῦ. Ἀπὸ τοῦ Πατρὸς δὲ ὁ λόγος πρὸς τὸν ἐκ Δαβὶδ Χριστὸν, τὸν μονογενῆ Υἱὸν, περὶ τῶν μαθητῶν καὶ ἀποστόλων, οὓς τεκνία ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὠνόμασεν, ὡς ἐκ διδασκαλίας καὶ πίστεως υἱοθετηθέντας αὐτῷ· Ἐὰν τοῦτο ποιήσωσιν, οὐχ αὐτοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ τούτων αὖθις μαθηταὶ καὶ μιμηταὶ καθιοῦνται ἐπὶ τοῦ θρόνου τοῦ ποιμαντικοῦ καὶ διδασκαλικοῦ. *Καταστήσεις* γὰρ, φησὶν, *αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν γῆν*· ἢ ἐπὶ τῆς ἀναπαύσεως καὶ ἀπολαύσεως τῆς οὐρανίου βασιλείας σου· ὃ δὴ καὶ πέρας λαμβάνει, φυλαξάντων, ὡς εἴρηται. Κατάπαυσις δὲ τοῦ Θεοῦ αἰώνιος, ἡ Ἐκκλησία, ἧς *πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσι*· θήρα δὲ αὐτῆς, ἡ σαγήνη τοῦ κηρύγματος, δι' ἧς θηρεύει τοὺς ἐννηχομένους τῇ ἅλμῃ τῆς πλάνης· ἡ θήρευσις, καθ' ἣν οἱ ἁλιεῖς ἀπόστολοι ἐξήγρευον τὰ πλήθη. Πτωχοὶ δὲ αὐτῆς οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, οὓς χορτάσει ἄρτου οὐρανίου· ἤτοι τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· τοὺς ἱερεῖς δὲ αὐτῆς ἐνδύσει σωτηρίαν αἰώνιον· ἐνδυσαμένους πρῶτον δικαιοσύνην, ὡς προείρηται, ἧς *οἱ ὅσιοι, ἀγαλλιάσει αἰωνίᾳ ἀγαλλιάσονται*, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν δηλαδή· κἀκείνων ἐνδυομένων, καὶ τῶν οὕτως ἀγαλλιωμένων. Ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ δὲ *ἐξανέτειλεν ὕψος, καὶ τιμὴν τῷ Δαβὶδ*, εὐφημουμένῳ καὶ δοξαζομένῳ, ὡς προγόνῳ τοῦ Χριστοῦ· ἢ καὶ ἐν τῇ Σιὼν ἐξανέτειλε κέρας βασιλείας τῷ Δαβὶδ, ὑψηλόν τε καὶ ἰσχυρὸν, κερατίζον καὶ καταβάλλον πάντας τοὺς ἀνθισταμένους αὐτῷ, ὅ ἐστιν ἡ βασιλεία Χριστοῦ. Λύχνος δὲ ἑτοιμασθεὶς τῷ Χριστῷ ἡ κατασκευασθεῖσα αὐτῷ παναγία σὰρξ, ἡ φωτεινὴ διὰ τὴν λαμπρότητα τῆς ἀναμαρτησίας· ἢ τὸ Εὐαγγέλιον φωτίζον τοὺς ἐν σκότει πλάνης, καὶ ὁδηγοῦν εἰς ἀρετήν· *Λύχνος* γὰρ, φησὶν, *τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου*, ἢ ὁ Πρόδρομος· *Ἐκεῖνος* γὰρ, φησὶν, *ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος*· ἐχθροὶ δὲ αὐτοῦ οἱ δαίμονες, καὶ πάντες οἱ ἐχθροὶ τῆς ἀληθείας, οἱ σύμπαντες αἰσχυνθήσονται, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν παγκόσμιον ἀνάστασιν· εἰς αὐτὸν δὲ ἐξανθήσει ἡ ἁγία Ἐκκλησία, ἡ ἁγιάζουσα τοὺς ὀρθῶς προσερχομένους· αὐτὸν ἕξει ἄνθος καὶ εὐπρέπειαν.

vere ac proprie illius semen fuit; quia ex semine quidem fuit Davidico, propter matrem, quæ a beato David genus ducebat. Fuit etiam vere rex, eo quod subditis suis fidelibus legem imposuit, et summam eorum curam habens, veri regis et directoris amorem atque officium docuit, cum pro eis mortuus sit : quæ omnia veri regis characterem ac figuram exprimunt : *Si custodierint*, inquit, *filii ejus testamentum meum*, Evangelicum nimirum : *et testimonia mea, hæc, quæ docebo eos;* te scilicet prædicante. Est etenim hic sermo ex persona Patris ad Christum natum ex semine David unigenitum Filium; sermo, inquam, de apostolis et discipulis, quos in Evangelio etiam Christus filios suos appellavit, tanquam per doctrinam et fidem sibi adoptatos. Si igitur hi filii tui hæc fecerint, quæ dico, non ipsi tantum, sed eorum etiam discipuli sedebunt super thronum tuum, super thronum inquam pastoris et doctoris : *Constitues* enim *eos*, inquit, *principes super omnem terram* [59]. Vel in fruitione et requie æterni regni. Quæ promissio sane tunc demum adimplebitur, si custodierint legem, ut dictum est. *Hæc requies mea in sæculum sæculi :* æterna Dei requies Ecclesia est fidelium, in qua Deus quiescit; *Portæ* enim, inquit, *inferni non prævalebunt adversum eam* [60]. Per *venationem* autem ejus, (seu ut Græca dictio θήρα, aliter significat, per *capturam*,) prædicationis sagenam ac rete intelliges, per quam Christus venatur et capit eos qui in hac natant, ita ut dicam, erroris salsugine. Vel, venationem et capturam illam, juxta quam piscatores apostoli, non amplius vivos pisces capiebant ut occiderent, sed mortuos peccatis homines irretiebant ut vivificarent. Per pauperes etiam ejus pauperes spiritu intellige, quos cœli pane, hoc est; cœlesti regno, Christus erat saturaturus. Sacerdotes autem ejus, æterna Christus tunc demum induet salute, si antea justitia induti fuerint, ut prædictum est. Ejus etiam *sancti exsultatione exsultabunt*, post discessum scilicet ex hac vita; tunc etenim et sacerdotes ita induti erunt, ut diximus, et sancti exsultabunt. In Ecclesia etiam *oriri fecit cornu ipsi David*, hoc est, gloriam, atque honorem Davidici nominis celebrari, atque exaltari, dum laudatur scilicet et glorificatur ab omnibus, tanquam progenitor Christi. Vel oriri fecit, validum et sublime cornu regni ipsi David, in Sion, feriens scilicet, atque dejiciens quoscunque sibi adversantes. Hoc autem est regnum Christi. Lucerna vero, quæ Christo fuit parata, caro illa sanctissima est, quæ a Deo fabricata, et divinitati fuit conjuncta : quæ lucentissima erat, propter vitæ splendorem (fuit etenim sine peccato), et quia in ea requievit, septemplicis illius fulgentissimæ lucernæ instar, lucentissima septemplicis spiritus potentia. Vel per lucernam, Evangelium intellige, per quod omnes qui constituti erant in tenebris, illuminati sunt, et ad clarissimam deducti virtutem. *Lucerna* enim, inquit, *pedibus meis verbum tuum* [61]. Vel ipsum etiam Domini Præcursorem, de quo scriptum est : *Ille erat lucerna ardens* [62]. Inimici vero dæmones sunt, et reliqui omnes veritatis inimici : qui etiam omnes pariter confundentur, sed præcipue in die resurrectionis universæ carnis : et super ipsum denique efflorebit illius sanctificatio, sancta nimirum Ecclesia, quæ omnes ad se accedentes sanctificat, quæque ipsum Christum tanquam florentissimam coronam in decorem, atque in ornamentum erat habitura.

[59] Psal. XLIV, 17. [60] Matth. XVI, 18. [61] Psal. CXVIII, 105. [62] Joan. V, 35.

A

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXXXII.

VERS. 1. *Ecce sane quid bonum, aut quid jucundum, quam habitare fratres in unum.* Integram atque plenam captivorum restitutionem prospiciens beatus David, et quomodo a perturbationibus atque ab ærumnis liberati, templum et civitatem iterum ædificaturi erant, et sub uno principe vitam acturi, admonet eos, ne rursus dividantur, ne in diversas ac varias scindantur partes, ut antea, quando decem tribus proprium habebant ducem, et reliquæ duæ alterum imperatorem : quæ res transgressionum legis contentionumque, et calamitatum persæpe illis causa fuit. Admonet igitur eos, ut una, atque sub eodem degant principe, dicens : Ecce sane quid tam bonum, aut quid tam jucundum est, quam ut fratres eodem habitent in loco, atque eisdem animis, summa cum concordia et consensu? Et multa quidem bona sunt, quæ non sunt jucunda, et rursum jucunda multa, quæ non bona : fratrum autem concordia et communis eorum habitatio, utrumque hoc in se bonum continet. Nemini enim dubium esse puto, quod fraterno consensui utrumque hoc conveniat bonum. Deinde hujuscemodi bonum, similitudine atque exemplo quodam describit, dicens :

Ὠδὴ ὁμοίως.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΒʹ.

Ἰδοὺ δὴ τί καλὸν, ἢ τί τερπνὸν, ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν ἀδελφοὺς ἐπὶ τὸ αὐτό; Τὴν τελείαν αὐτῶν ἀποκατάστασιν προϊδὼν ὁ Δαβὶδ, ὅπως ἀπαλλαγέντες τῶν ἐνοχλούντων ᾠκοδόμησαν καὶ τὸν ναὸν, καὶ τὴν πόλιν, καὶ ὑφ' ἕνα ἀρχηγὸν ἐπολιτεύοντο, παραινεῖ μὴ διασχισθῆναι, καθάπερ τὸ πρότερον· ἡνίκα αἱ δέκα μὲν φυλαὶ ἴδιον εἶχον ἡγεμόνα· αἱ δύο δὲ πάλαι ἴδιον, ὃ πολλῆς αὐτοῖς παρανομίας, καὶ στάσεως, καὶ συμφορῶν αἴτιον ἐγένετο· ἀλλ' ὁμοῦ κατοικεῖν καὶ ὑφ' ἕνα ἡγεμόνα τάττεσθαι. Ἰδοὺ δὴ, τί καλὸν, ἢ τί τερπνὸν οὕτως, εἰ μὴ κατοικεῖν ἀδελφοὺς ἅμα; ἢ τῷ τόπῳ ἢ τῇ ὁμονοίᾳ· πολλὰ γὰρ καλὰ μὲν, οὐ τερπνὰ δέ· καὶ αὖθις τερπνὰ μὲν, οὐ καλὰ δέ· B ἡ δὲ ὁμοσκηνία καὶ ὁμόνοια τῶν ἀδελφῶν ἀμφότερα κέκτηται, ἅπερ ὁμοῦ συνελθεῖν ὡς σφόδρα εὔπορον. Εἶτα τοῦτο τὸ ἀγαθὸν παρεικάζει παραδείγματι.

VERS. 2. *Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.* Hoc quod diximus, adeo bonum est et jucundum, sicut legale illud unguentum, quo sacerdotes ungebantur, quodque super eorum capita effundi solebat. Nam quemadmodum hujuscemodi unguentum bonum est, utpote sanctum, et jucundum etiam, veluti odoriferum : ita et illa communis fratrum habitatio, atque concordia, summum quoddam bonum est, veluti quod, et natura ipsa, et lege etiam divina commendatur. Et jucundum bonum est, eo quia utile est, et commodum. Et quoniam a sacerdotum capite unguentum in barbam descendebat, addidit : *Quod descendit in barbam*, et deinde, in cujusnam barbam descenderet, expressit dicens : *In barbam ipsius Aaron.* Hic etenim sacerdotum omnium primus, unguento unctus est. Vel per Aaron, quemcunque sacerdotem intelligit, tanquam omnes ab eo descenderent, et quoniam unguentum hoc a barba in sacerdotalis indumenti oram rursus descendebat, iterum addidit, dicens :

Ὡς μύρον ἐπὶ κεφαλῆς τὸ καταβαῖνον ἐπὶ πώγωνα, τὸν πώγωνα τὸν Ἀαρών. Οὕτως ἐστὶ τὸ πρᾶγμα καλὸν καὶ τερπνὸν, ὡς τὸ νομικὸν ἐκεῖνο μύρον, τὸ χρίον τοὺς ἱερεῖς, τὸ ἐπὶ κεφαλῆς τοῦ ἱερέως χεόμενον. Καθάπερ τοῦτο καλὸν μέν ἐστιν ὡς ἅγιον, τερπνὸν δὲ ὡς εὐῶδες, οὕτω καὶ ἐκεῖνο· καλὸν μὲν, ὡς φύσει καὶ νόμῳ ἀπαιτούμενον· C τερπνὸν δὲ, ὡς ὠφέλιμον· ἐπεὶ δὲ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐπὶ τὸν πώγωνα τὸ μύρον κατέβαινε, φησὶ, τὸ *Καταβαῖνον ἐπὶ πώγωνα*, εἶτα προστίθησι, καὶ τίνος πώγωνα· ὅτι, *τὸν τοῦ Ἀαρών.* Οὗτος γὰρ πρῶτος αὐτῷ ἐχρίσθη. Ἢ καὶ Ἀαρὼν λέγει, πάντα ἱερέα, ὡς ἐκ τοῦ Ἀαρὼν καταγόμενον· ἐπεὶ δὲ ἀπὸ τοῦ πώγωνος, καὶ ἐπὶ τὴν ὤαν τοῦ ἱερατικοῦ ἐνδύματος αὖθις τοῦτο κατέβαινεν, ἐπήγαγε καὶ τοῦτο, λέγων·

Quod descendit in oram vestimenti ejus. Oram seu marginem vestimenti, reliqui interpretes *Os vestimenti* reddiderunt. Eo usque enim descendebat.

Τὸ καταβαῖνον ἐπὶ τὴν ὤαν τοῦ ἐνδύματος αὐτοῦ. Τὴν ὤαν οἱ ἄλλοι ἑρμηνευταὶ, *στόμα ἐνδύματος*, ἐξέδωκαν· ἄχρι γὰρ τούτου κατήρχετο.

D

VERS. 3. *Sicut ros Ærmon, qui descendit in montes Sion.* Ærmon mons est Libano adjacens, ubi multa nivium copia conservatur, unde vapores generantur, qui aerem montium Sion crassiorem atque hebetiorem reddunt, ac rorem æstatis tempore non modicum efficiunt : quem bonum quidem esse dicemus, veluti terræ arescenti necessarium, jucundum vero eo quod æquabiliter et cum delectatione superne in terram defertur. Quia igitur ros iste causam atque originem habet ex monte Ærmon, idcirco rorem Ærmon eum appellavit.

Ὡς δρόσος Ἀερμὼν, ἡ καταβαίνουσα ἐπὶ τὰ ὄρη Σιών. Ἀερμὼν ὄρος ἐστὶ, παρακείμενον τῷ Λιβάνῳ, χιόνα πολλὴν συνάγον, καὶ φυλάττον, ἀφ' ἧς ἀτμοὶ ἀναδιδόμενοι καὶ τὸν ἀέρα τὸν ὑπεράνω τῆς Σιὼν παχύνοντες, δρόσον ἀποτελοῦσιν ἐν θέρει. καλὴν μὲν, ὡς ἀναγκαίαν τῇ γῇ, τερπνὴν δὲ, ὡς ἡδέως καὶ ὁμαλῶς καταφερομένην. Ἐπεὶ οὖν ἡ δρόσος αὕτη ἐκ τοῦ Ἀερμὼν ἔχει τὴν αἰτίαν, δρόσον τοῦ Ἀερμὼν αὐτὴν ἐκάλεσεν.

Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem. Illic, id est, in communi habitatione, in concordia, in amore fraterno, atque in dilectione, quæ est

Ὅτι ἐκεῖ ἐνετείλατο Κύριος τὴν εὐλογίαν. Ἐκεῖ· ποῦ; Ἐν τῇ ὁμοσκηνίᾳ, ἐν τῇ φιλαδελφίᾳ, ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἥτις ἐστὶ τὸ κεφάλαιον τῶν ἀρετῶν· εὐ-

λογία δὲ παρὰ Θεοῦ μὲν εἰς ἀνθρώπους ἡ χάρις, παρὰ δὲ ἀνθρώπων εἰς Θεὸν ἡ ὑμνολογία καὶ εὐφημία, παρὰ δὲ ἀνθρώπων εἰς ἀνθρώπους ἡ ὑπὲρ τούτων εὐχή.

A virtutum omnium caput. Cæterum Dei benedictio erga homines idem est, quod divina gratia, et benedictio ab hominibus in Deum divina laus est, seu gratiarum actio. Benedictio vero ab hominibus in homines, humana esse dicitur ad Deum oratio, quando nimirum pro aliis preces effundimus ad Deum.

Ζωὴν ἕως τοῦ αἰῶνος. Καὶ αὖθις ἐκεῖ ἐνετείλατο, καὶ ἀπέστειλε ζωὴν μακρὰν ἕως τοῦ ὡρισμένου αἰῶνος, παρ' ὅλον τὸν ἀποκεκληρωμένον βίον. Ὥσπερ γὰρ ἡ στάσις θανάτους ἐργάζεται, οὕτως ἡ εἰρήνη ζωὴν, οὔτε ἀλλήλους ἀναιρούντων, οὔτε παρ' ἐχθρῶν φθειρομένων, διὰ τὸ συμπεφράχθαι καὶ ὠχυρῶσθαι. Ἁρμόζει δὲ καὶ ἡμῖν ὁ ψαλμός.

Vitam usque in sæculum. Et rursus Dominus mandavit et misit in concordes homines diuturnam vitam usque ad sæculum ab eo determinatum, hoc est, per universum, ac præstitutum vitæ tempus. Nam quemadmodum contentio mortes operatur, ita et pax vitam, cum unanimes, ac pacifici homines neque mutuo sese occidant, neque ab hostibus lædi possint, quia conjuncti sunt, et muniti. Congruit etiam hic psalmus fidelibus omnibus Christianis.

Ὠδὴ ὁμοίως.

B

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΓ'.

Ἰδοὺ εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πάντες οἱ δοῦλοι Κυρίου. Ἐνταῦθα κατέλυσε τὰς ᾠδὰς τῶν ἀναβάθρων, ἢ ἀναβαθμῶν, εἰς εὐχαριστίαν κατακλείσας τὸν λόγον. Κελεύει γὰρ εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, τῆς αἰχμαλωσίας ἀπαλλάξαντι, καὶ διὰ τοσούτων ἐθνῶν ἀβλαβεῖς ἐπανελθεῖν εἰς τὴν πατρίδα παρασκευάσαντι, καὶ τοῦ συνεχοῦς πολέμου τῶν πλησιοχώρων ἐλευθερώσαντι, καὶ τὸν ναὸν καὶ τὴν πόλιν ἀνοικοδομῆσαι δόντι, καὶ κατοικεῖν ἀδεῶς ἤδη, καὶ πολιτεύεσθαι χαρισαμένῳ. Λοιπὸν εὐχαριστεῖτε, φησὶν, οἱ δοῦλοι, οἱ θεράποντες. Δοῦλος δὲ Θεοῦ ὁ πειθόμενος τοῖς προστάγμασιν αὐτοῦ, καὶ θεραπεύων αὐτόν.

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXXXIII.

Vers. 1. *Ecce sane benedicite Dominum omnes servi Domini.* Cantica ascensionum, seu (ut diximus) ascensuum in hoc psalmo finem accipiunt: quem Propheta in gratiarum actionem desinere voluit. Jubet enim hic condignas Deo gratias agi, qui et captivitate populum liberaverat, et ei præstiterat ut per tot inimicas gentes illæsus atque tutus in patriam rediret, et ab assiduis finitimarum gentium bellis quiesceret; qui etiam civitatem et templum rursum ædificari permiserat, feceratque ut securi jam conversarentur, atque habitarent in patria. De cætero enim, inquit, vos o servi et cultores Dei, condignas Deo gratias agite. Servus autem Dei dicitur, qui eum colit, atque illius paret mandatis.

C

Οἱ ἑστῶτες ἐν οἴκῳ Κυρίου, ἐν αὐλαῖς οἴκου Θεοῦ ἡμῶν. Οἱ λοιπὸν ἑστῶτες ἐν τῷ ναῷ, οἱ ἀπὸ τοῦ νῦν εἰσερχόμενοι ἀπαρτισθέντι, καὶ ἀπολαβόντι καὶ τὴν εὐπρέπειαν καὶ τὴν λατρείαν αὐτοῦ.

Qui statis in domo Domini, in aulis domus Dei nostri. Vos, inquam, Deo benedicite, qui assidue in templo commoramini, qui templum a modo perfectum, suoque decore et cultu jam recepto ingredimini.

Ἐν ταῖς νυξὶν ἐπάρατε τὰς χεῖρας ὑμῶν εἰς τὰ ἅγια, καὶ εὐλογεῖτε τὸν Κύριον. Μὴ τὴν νύκτα πᾶσαν εἰς ὕπνον δαπανᾶτε, ἀλλὰ καὶ ἐν ταύτῃ ἐπάρατε τὰς χεῖρας ὑμῶν εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων, ὅπου ὁ Θεὸς κατοικεῖν ἐλέγετο διὰ τὴν ἐκεῖσε χάριν· καὶ εὐφημεῖτε τὸν Θεὸν, ἐν ταῖς νυξὶ μᾶλλον, ὅτε καὶ κουφότερος ὁ νοῦς, καὶ πλείων ἡ σχολή. Εἰ δὲ ἐν νυκτὶ παραγίνεσθαι πρὸς τὸν ναὸν κελεύει τῆς κλίνης ἀνισταμένους, ποίας τεύξεται συγγνώμης ὁ μηδὲ οἴκοι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον εὐχὰς ἐπιτελῶν; Εἶτα ὑπερεύχεται τοῦ λαοῦ.

Vers. 2. *In noctibus extollite manus vestras in sancta, et benedicite Dominum.* Nolite, inquit, universam noctem somno perdere, sed in ea, manus vestras ad Sancta sanctorum extollite, ubi propter divinam illam gratiam, quæ illic erat, habitare Deus dicebatur; atque in noctibus præcipue Deum laudate, quando mens a sollicitudinibus et curis magis vacua est, quando vobis majus otium adest. Quod si noctu eos jubet e lecto surgere, atque in templum accedere, quamnam unquam veniam ii

D consequentur qui tempore illo, neque etiam domi ad preces, neque ad orationem consurgunt? Deinde rogat pro populo dicens:

Εὐλογήσαι σε Κύριος ἐκ Σιὼν, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Εἴρηται περὶ τούτου ἐν τῷ ρκζ' ψαλμῷ, καὶ οὗτος δὲ ὁ ψαλμὸς ἁρμόδιος πᾶσι.

Vers. 3. *Benedicat tibi Dominus ex Sion, qui fecit cœlum et terram.* De hujuscemodi verbis alibi etiam dictum est, videlicet in psalmo CXXVII. Hic psalmus præterea omnibus potest accommodari.

Ἀλληλούϊα.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΔ'.

Εἰρήκαμεν προλαβόντες ὅτι εὐχαριστήριοι ψαλμοὶ, τοιαύτην ἔσχον ἐπιγραφήν.

Alleluia.

PSALMUS CXXXIV.

Jam in superioribus dictum est, quod psalmi, qui hujuscemodi habent inscriptionem gratiarum actiones continent.

Vers. 1. *Laudate nomen Domini, laudate, servi, Dominum.* De his verbis diximus in psalmo cii.

A *Αἰνεῖτε τὸ ὄνομα Κυρίου, αἰνεῖτε, δοῦλοι, Κύριον.* Εἴρηται περὶ τούτου ἐν τῷ ρβ' ψαλμῷ.

Vers. 2. *Qui statis in domo Domini, in aulis domus Dei nostri.* Hæc verba ad unguem habentur in proxime præcedenti psalmo, ubi ea exposuimus: verum hic non universum populum alloquitur Propheta, sed eos qui in templum frequentius accedebant. Vos, inquit, qui statis in templo, laudate Deum. Iis etenim, qui in templo non manebant, non licebat Deum laudare, neque alio in loco ad Deum orare: ea nimirum ratione ut templum cernentes, atque ea quæ erant in templo, divinæ majestatis nunquam oblivi scerentur.

Οἱ ἑστῶτες ἐν οἴκῳ Κυρίου, ἐν αὐλαῖς οἴκου Θεοῦ ἡμῶν. Εἴρηται ἐν τῷ προλαβόντι ψαλμῷ· ἀλλὰ καὶ νῦν περὶ τῶν ἑκάστοτε φοιτώντων εἰς τὸν ναὸν διαλαμβάνει. Αἰνεῖτε, φησὶν, οἱ ἑστῶτες ἐν τῷ ναῷ· τοῖς γὰρ μὴ ἑστῶσιν ἐν τούτῳ οὐκ ἐξῆν ὑμνολογεῖν αὐτὸν, οὐδὲ ἑτέρῳ τόπῳ προσεύχεσθαι, ἵνα τὸν ναὸν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ βλέποντες, μὴ ἐπιλάθωνταί ποτε τοῦ Θεοῦ.

Vers. 3. *Laudate Dominum, quoniam bonus est Dominus.* Quoniam misericors, ac beneficentissimus est in omnes: sed in illos præsertim qui eum laudant.

Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, ὅτι ἀγαθὸς Κύριος. Ὅτι φιλάνθρωπος, ὅτι εὐεργετικώτατος, καὶ μάλιστα τοῖς αἰνοῦσιν αὐτόν.

Psallite nomini ejus, quoniam pulchrum est. Pulchrum est ei psallere. Ex psalmis etenim et canticis, divinorum dogmatum excellentiam addiscimus. Psalmi etiam et cantica psallentium mentes protendunt ad Deum, humanos affectus sedant, animam cantu delectant, et cum delectatione conjunctam quoque utilitatem afferunt. Vide quæ dicta sint in psalmo ix in eo versiculo: *Psallam nomini tuo, Altissime.*

B *Ψάλατε τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, ὅτι καλόν.* Ὅτι καλὸν τὸ ψάλλειν αὐτῷ· παιδεύουσι γὰρ αἱ ᾠδαὶ δογμάτων ἀκρίβειαν, καὶ τείνουσι τὸν νοῦν τοῦ ψάλλοντος πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ κοιμίζουσι τὰ πάθη, καὶ ἡδύνουσι τὴν ψυχὴν τῷ μέλει, καὶ μετὰ τῆς ὠφελείας ἔχουσι καὶ τὸ τερπνόν. Ζήτησον καὶ ἐν τῷ θ' ψαλμῷ τὴν ἐξήγησιν τοῦ, *Ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου, Ὕψιστε.*

Vers. 4. *Quoniam Jacob elegit sibi Dominus.* Quoniam Dominus ex omnibus nationibus Israeliticum sibi populum elegit, ac sibi reposuit, veluti eum populum a quo solo coleretur.

Ὅτι τὸν Ἰακὼβ ἐξελέξατο ἑαυτῷ ὁ Κύριος. Ὅτι τὸν Ἰσραηλίτην λαὸν ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν ἐξελέξατο, καὶ ἀνέθηκεν ἑαυτῷ ὡς μόνον αὐτῷ λατρεύοντα.

Israel in peculium sibi. Populum Judæorum descendentem ex Jacob, duplici nomine appellavit, Jacob nimirum et Israel: quemadmodum ipse etiam patriarcha Jacob utroque hoc nomine fuit appellatus. Eumdem, inquit, populum elegit sibi Deus in hæreditatem, atque in sortem; et ideo peculiarem populum illum persæpe appellavit, ea nimirum ratione, quod non secus illum amaret, summoque studio custodiret, quam divitias quasdam non vulgares, et peculium quoddam pretiosissimum.

C *Ἰσραὴλ εἰς περιουσιασμὸν ἑαυτῷ.* Τὸν ἐξ Ἰακὼβ λαὸν καλεῖ καὶ Ἰσραήλ· ἀμφότερα γὰρ ὁ Ἰακὼβ ὠνομάζετο. Τὸν αὐτὸν, φησὶν, ἐξελέξατο εἰς περιουσιασμὸν ἑαυτῷ, εἰς κλῆρον· διὸ καὶ λαὸν περιούσιον προσηγόρευσεν αὐτὸν, ἤγουν ὡς περιουσίαν, ὡς πλοῦτον λογιζόμενον, καὶ στεργόμενον, καὶ ἐπιμελείας ἀξιούμενον.

Vers. 5. *Quoniam ego cognovi quod magnus est Dominus.* Ecce quod aliam divinæ laudis causam apponit, dicens: Quoniam ego amplius quam vos cognovi; vel, quia id exactissime novi, quod Dominus magnus est. Cognovi autem id a divina gratia, et quia illius opera, multa cum prudentia consideravi.

Ὅτι ἐγὼ ἔγνωκα, ὅτι μέγας ὁ Κύριος. Ἰδοὺ καὶ ἄλλην αἰτίαν τοῦ αἰνεῖν τίθησιν· Ὅτι, φησὶν, ἐγὼ πλέον ὑμῶν ἔγνωκα, ἢ ἀκριβῶς ἔγνωκα, ὅτι μέγας ὁ Κύριος· ἀπό τε τῆς θείας χάριτος, ἀπό τε τοῦ συνετῶς ὁρᾷν τὰ ἔργα αὐτοῦ, τοῦτο γνούς.

Et Dominus noster præ omnibus diis. Hic siquidem est; illi vero non sunt. Hic etiam vere Dominus; illi autem non vere dii. Nam et si comparationis verba, hæc esse videantur, non tamen falsos deos vero Deo comparant, sed ex dispensatione quadam propter populi hebetudinem Propheta sic loquitur: quippe qui alibi Deum deorum appellat, et nunc etiam auditorem pedetentim erigit, mirabilium rerum ipsum Deum operatorem esse demonstrans, ac deinceps paulo post gentium deos subsannans. Dictum est etiam in psalmo xcvi: *Nimis exaltatus es super omnes deos*; ibi vide quæ in expositione diximus.

D *Καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν παρὰ πάντας θεούς.* Ὁ μὲν γάρ ἐστιν, οἱ δὲ οὐκ εἰσί. Καὶ ὁ μὲν Κύριος ὄντως, οἱ δὲ θεοὶ οὐκ ὄντως. Δοκεῖ δὲ τοῦτο συγκριτικὸν οἰκονομικῶς διὰ τὴν παχύτητα τοῦ λαοῦ· ἀλλαχοῦ γὰρ Θεὸν τῶν θεῶν ὀνομάζει τοῦτον· καὶ νῦν δὲ κατὰ μικρὸν ἀνάγων τοὺς ἀκροατὰς, ἐργάτην αὐτὸν δείκνυσι θαυμασίων, καὶ προϊὼν δὲ διαμυκτηρίζει, καὶ φαυλίζει τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν· εἴρηται δὲ καὶ ἐν τῷ ϟς' ψαλμῷ· *Σφόδρα ὑπερυψώθης ὑπὲρ πάντας τοὺς θεούς*· καὶ ζήτησον τὴν ἐξήγησιν ἐκεῖ.

A *Πάντα ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησεν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ.* Εἶπε τοῦτο καὶ ἐν τῷ ριγʹ ψαλμῷ· *Ὁ δὲ Θεὸς ἡμῶν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ πάντα ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησεν.*

Ἐν ταῖς θαλάσσαις καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἀβύσσοις. Θαλάσσας μὲν λέγει τοὺς διαφόρους κόλπους· τὰ συστήματα γὰρ τῶν ὑδάτων ἐκάλεσε θαλάσσας, ἀβύσσους δὲ, τὰ ὑποκάτω τῆς γῆς, τὰ ἀνεξερεύνητα, ἐν οἷς πᾶσι πάντα ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησεν· εἶτα ὑμνεῖ τοῦ Θεοῦ ἔργα τινὰ ἀξιοθαύμαστα, παραδραμὼν τὰ μείζονα, ἵνα καὶ ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων δείξῃ τὸ μεγαλεῖον καὶ ἀξιύμνητον αὐτοῦ.

Ἀνάγων νεφέλας ἐξ ἐσχάτων τῆς γῆς. Ὁ ἐξ αὐτοῦ τοῦ κατωτάτου βάθους τῆς γῆς ἀνάγων νεφέλας· καὶ τοσοῦτον αὐτὰς μετεωρίζων βαρείας οὔσας, καὶ τὸ κατωφερὲς ὑγρὸν ἄνω φέρεσθαι ποιῶν. B

Ἀστραπὰς εἰς ὑετὸν ἐποίησεν. Εἰς καιρὸν ὑετοῦ· ἢ ἐν τῷ ὑετῷ, καὶ δι' ἀλλήλων ἀβλαβῶς φέρεσθαι τὰ φθαρτικὰ ἀλλήλων παρεσκεύασεν, ὡς μήτε τὴν ἀστραπὴν πυρωδεστάτην οὖσαν ἀναλίσκειν τὸ ὑέτιον ὕδωρ, μήτ' ἂν τοῦτο ῥαγδαῖον φερόμενον σβεννύειν ἐκείνην.

Ὁ ἐξάγων ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ. Θησαυροὺς αὐτοῦ νῦν λέγει τοὺς ἀποκρύφους τόπους, ὅθεν ἐξέρχονται· κεκρυμμένος γὰρ ὁ θησαυρὸς, τὸ ἄγνωστον τῆς γενέσεως αὐτῶν· ἢ ἐξάγων ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ, ὡς ἐντεῦθεν δηλοῦσθαι τὸ εὐχερὲς τῆς ἐξαγωγῆς αὐτῶν, καὶ πρόχειρον, ὅτε βούλεται· C θαυμαστὸν γὰρ τὸ νῦν μὲν τοῦτον εὐχερῶς, νῦν δὲ ἐκεῖνον ἐπιπέμπειν, ἄλλοτε δὲ τοῦτον κἀκεῖνον ἅμα. Ἔστι δ' ὅτε καὶ πλείονας ἐν ταὐτῷ, καὶ πολλάκις οὐδένα· καὶ πάντα κατὰ χρείαν, καὶ οὐδὲν ἀλόγως, καθάπερ ἐν θησαυροῖς τισι κατακεκλεισμένων, καὶ ὁπηνίκα βούλεται, καὶ ῥᾳδίως ἐξαγομένων.

VERS. 6. *Omnia quæcunque voluit, fecit in cælo et in terra.* Eadem verba habentur in psalmo CXIII, ibi. *Deus autem noster in cælo et in terra omnia quæcunque voluit fecit.*

In maribus et omnibus abyssis. Maria quidem varios maris sinus appellat: *Congregationes*, inquit, *aquarum appellavit maria* [63]. Abyssos autem subterranea loca, quæ imperscrutabilia sunt: in quibus tamen fecit omnia Deus, quæ voluit. Deinde privata quædam Dei opera admiratione digna laudat, majora præteriens, ut ex minoribus, magnitudinem ejus summis esse laudibus dignam ostenderet.

VERS. 7. *Educens nubes ab extremo terræ.* Qui ex ipsa inferiori terræ profunditate nubes educit, easque tametsi graves sint, in altum extollit, et illarum humorem, qui natura sua deorsum fertur, in sublime elevari facit.

Fulgura in pluviam fecit. In tempus scilicet pluviæ, vel in pluvia. Effecitque ut quæ suapte natura mutuó sese perdunt, una, ac pariter sine alterius læsione conjuncta deferantur, ita ut neque fulgur, quod natura ignitum est, pluvialem aquam consumat, neque aqua rursum magna vi delata fulgur exstinguat.

Qui educit ventos de thesauris suis. Per thesauros Dei, hoc in loco Propheta occulta illa loca intelligit, unde exeunt venti. Occultus enim esse dicitur thesaurus: eo quod et generatio et locus ejus ignoratur. Thesauri nomine præterea, non tantum pecuniæ aut occulta alia bona intelliguntur, sed et ipsa etiam loca, ubi thesauri recondi solent. Vel qui educit ventos tanquam e thesauris suis, ut subintelligatur dictio illa, *Tanquam*, vel, *quasi* · ita ut ex his verbis educendi facilitas denotetur, et quod eos Deus semper in promptu habet, cum voluerit. Illud autem quam maxime admirandum est, quod modo hunc, modo illum Deus ventum emittat, et aliquando una utrumque; persæpe etiam plures uno atque eodem tempore; persæpe etiam nullum prorsus; atque hæc omnia ex utilitate, et nihil sine ratione, illis scilicet interea inclusis, veluti in quibusdam thesauris: atque illinc quoties Deo libuerit, maxima cum facilitate eductis.

Ὃς ἐπάταξε τὰ πρωτότοκα Αἰγύπτου ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους. Εἴρηται ἐν τῷ οζʹ ψαλμῷ· καὶ ζήτησον ἐκεῖ τὴν ἐξήγησιν τοῦ, *Ὡδοποίησε τρίβον τῇ ὀργῇ αὐτοῦ.* Ἕως δὲ κτήνους, εἰς ἐπίτασιν τῆς συμφορᾶς. D

Ἐξαπέστειλε σημεῖα καὶ τέρατα ἐν μέσῳ σου, Αἴγυπτε, ἐν Φαραὼ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς δούλοις αὐτοῦ. Εἴρηται περὶ τούτων ἐκεῖ· *Ὃς ἔθετο ἐν Αἰγύπτῳ τὰ σημεῖα αὐτοῦ, καὶ τὰ τέρατα αὐτοῦ ἐν πεδίῳ Τάνεως*· μνημονεύσας δὲ τῆς βαρυτέρας πληγῆς, εἶτα συλλήβδην εἶπε, σημεῖα καὶ τέρατα.

Ὃς ἐπάταξεν ἔθνη πολλά. Εἴτε τὰ ἀποτειχίζοντα τοῖς Ἰουδαίοις τὴν πάροδον, εἴτε τὰ ἐν Παλαιστίνῃ· ἐπιτόμως δὲ πάντα λέγει, καὶ κατὰ παραδρομήν.

Καὶ ἀπέκτεινε βασιλεῖς κραταιούς. Τοὺς ἡγεμόνας αὐτῶν.

VERS. 8. *Qui percussit primogenita Ægypti ab homine usque ad pecus.* De hoc diximus in psalmo LXXVII. Vide ibi, in versiculo: *Fecit semitam iræ suæ. — Usque ad pecus* vero dixit, ut calamitatem augeret.

VERS. 9. *Emisit signa et prodigia in medio tui, Ægypte, in Pharaonem, et in omnes servos ejus.* Ibidem etiam dictum est, quod *posuit in Ægypto signa, et prodigia sua in campo Taneos*: cumque gravissimæ omnium plagæ meminerit, collectim postmodum signa dixit, et prodigia.

VERS. 10. *Qui percussit gentes multas.* Sive eas quæ transitum Judæis prohibebant, seu gentes quæ in Palæstina erant. In compendio etenim omnia narrat et cursim.

Et occidit reges fortes. Illarum scilicet gentium duces.

[63] Gen. I, 10.

VERS. 11. *Seon regem Amorrhæorum et Og regem Basan.* Seon quidem rex, divitiis ac militum copiis erat celeberrimus; Og vero magnitudine ac fortitudine corporis conspicuus, in omnium hominum ore ferebatur. Aiunt enim eum lecto usum fuisse ferreo, novem cubitorum in longitudine, et quinque in latitudine.

Et omnia regna Chanaan. Hoc est Palæstinæ provinciæ: cujus populi magis particulariter præ cæteris Chananæi dicebantur.

VERS. 12. *Et dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatem Israel populo suo.* Bis hæreditatem dixit, ut illius provinciæ ubertatem denotaret, ac si diceret: Hæreditatem, dico, ac vere hæreditatem.

A *Τὸν Σηὼν βασιλέα τῶν Ἀμοῤῥαίων, καὶ τὸν Ὤγ βασιλέα τῆς Βασάν.* Σηὼν μὲν γὰρ πλούτῳ καὶ στρατοπέδοις περιβόητος ἦν· Ὤγ δὲ μεγέθει καὶ ῥώμῃ σώματος πολυθρύλλητος· φασὶ γὰρ αὐτὸν καὶ κλίνῃ σιδηρᾷ κεχρῆσθαι, ἐννέα μὲν πηχῶν τὸ μῆκος, πέντε δὲ τὸ εὖρος ἐχούσῃ.

Καὶ πάσας τὰς βασιλείας Χαναάν. Τῆς Παλαιστίνης ἐν ᾗ ἔθνος ἰδικῶς παρὰ τ' ἄλλα Χαναναῖοι καλούμενον.

Καὶ ἔδωκε τὴν γῆν αὐτῶν κληρονομίαν, κληρονομίαν Ἰσραὴλ λαῷ αὐτοῦ. Δὶς εἶπε κληρονομίαν, τὸ δαψιλὲς αὐτῆς ἐμφαίνων, κληρονομίαν, ὄντως κληρονομίαν.

VERS. 13. *Domine, nomen tuum in sæculum, et memoriale tuum in generationem et generationem.* Propterea, inquit, nomen tuum, ac memoria tua in sæculum atque in omnes generationes perpetua erit: apud eas nimirum, qui hujuscemodi a te beneficiis donati sunt.

VERS. 14. *Quia judicabit Dominus populum suum.* — *Judicabit* eum pro Ulciscetur eum, quoties ab inimicis læsus fuerit, hoc est, justum ei reddet judicium.

Et in servis suis exorabitur. Hoc est, ad orantes et placantes eum servos suos flectetur. Vel populum quidem peccantem judicabit, et pœnas ab eo exiget, a pœnitentibus vero exorabitur, atque eos adjuvabit.

B *Κύριε, τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τὸ μνημόσυνόν σου εἰς γενεὰν καὶ γενεάν.* Διὰ ταῦτα, φησὶ, τὸ ὄνομά σου καὶ ἡ μνήμη σου ἀΐδια ἔσονται, εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς πάσας γενεὰς, παρὰ τοῖς τούτῳ εὐεργετηθεῖσιν.

Ὅτι κρινεῖ Κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ. Κρινεῖ αὐτὸν, ἤγουν ἐκδικήσει βλαπτόμενον παρ' ἐχθροῖς.

Καὶ ἐπὶ τοῖς δούλοις αὐτοῦ παρακληθήσεται. Ἱλουμένοις αὐτὸν, ἐπικαμφθήσεται· ἢ κρινεῖ μὲν τὸν λαὸν ἁμαρτάνοντα, καὶ δικαίως ἀπαιτήσει· μετανοοῦντος δὲ παρακληθήσεται, καὶ ἀντιλήψεται αὐτῶν.

VERS. 15. *Idola gentium argentum et aurum, opera manuum hominum.* Hujuscemodi verba habes etiam in psalmo CXIII. Atqui apud nos sunt etiam sanctorum imagines, quæ et aurum, atque argentum sunt et opera manuum hominum; verum enimvero idola non sunt: quoniam idolorum quidem, primæ species, ac prima eorum argumenta, falsa sunt: fabulæ nimirum, quæ nulla rei veritate subsistunt. Deos etenim sibi ascribunt gentes, qui dei non sunt, sed dæmones falso sibi divinitatem arrogantes; verum sanctorum nostrorum imagines primas suas species veras habent, ac prima eorum argumenta, vera sunt: quoniam secundum veram rerum historiam, vere id fuerunt quod appellantur, et vera etiam quæcunque de illorum vita ac conversatione traduntur. Unde idola scelestorum ac nequissimorum hominum aut dæmonum sunt simulacra: nostræ autem, sanctorum et clarissimorum hominum, imagines.

C *Τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων.* Εἶπε τοῦτο καὶ ἐν τῷ ριγ' ψαλμῷ· καὶ μὴν καὶ αἱ παρ' ἡμῖν ἅγιαι εἰκόνες ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐκ εἴδωλα, ὅτι ἐκείνων μὲν τὰ πρωτότυπα ἀνυπόστατα καὶ ψευδῆ. Θεοὺς γὰρ ἐπεφήμιζον οὐκ ὄντας, ἀλλὰ δαίμονας ψευδομένους τὴν θεότητα· τῶν δὲ παρ' ἡμῖν εἰκόνων τὰ πρωτότυπα ὄντα, καὶ ἀληθεύοντα, ὃ καλοῦνται· κἀκεῖνα μὲν εἴδωλα μιαρῶν, ταῦτα δὲ, εἰκόνες ἁγίων.

VERS. 16, 17. *Os habent et non loquentur, oculos habent et non videbunt, aures habent et non audient.* Hæc verba pari modo illic etiam habentur.

Neque enim est spiritus in ore eorum. Reddit rationem Propheta, et docet, quomodo idola omnia sensibus careant. Et delectatur, dum in eorum accusatione atque reprehensione sermonem suum magis extendit.

VERS. 18. *Similes fiant eis, qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis.* Ibidem etiam hujuscemodi habentur verba.

VERS. 19, 20. *Domus Israel benedicite Domino, domus Aaron benedicite Domino, domus Levi benedicite Domino: qui timetis Dominum benedicite Do-*

D *Στόμα ἔχουσι, καὶ οὐ λαλήσουσιν, ὀφθαλμοὺς ἔχουσι, καὶ οὐκ ὄψονται, ὦτα ἔχουσι, καὶ οὐκ ἐνωτισθήσονται.* Εἶπε καὶ ταῦτα ἐκεῖ.

Οὐδὲ γάρ ἐστι πνεῦμα ἐν τῷ στόματι αὐτῶν. Τοῦτο αἰτία τῆς ἀναισθησίας· ἐμφιλοχωρεῖ δὲ τῇ κωμῳδίᾳ, ἐπιτείνων τὴν διαβολὴν αὐτῶν.

Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς. Ἐκεῖ καὶ ταῦτα ἐν τῷ ριγ' ψαλμῷ.

Οἶκος Ἰσραὴλ, εὐλογήσατε τὸν Κύριον· οἶκος Ἀαρὼν, εὐλογήσατε τὸν Κύριον· οἶκος Λευὶ, εὐλογήσατε τὸν Κύριον· οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον,

εὐλογήσατε τὸν Κύριον. Ἐν ἐκείνῳ καὶ ταύτην ἐποιήσατο τὴν διαίρεσιν τῶν πραγμάτων. Καὶ ζήτησον τὴν ἐκεῖ ῥηθεῖσαν ἐξήγησιν· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν, *Ἤλπισε* γέγραπται, ἐνταῦθα δὲ, *Εὐλογήσατε*, διὰ τὰς δηλωθείσας εὐεργεσίας. Εἰπὼν δὲ τὸν Ἀαρὼν, ἀνέδραμεν εἰς τὸν φύλαρχον, καθολικώτερον καὶ φανερώτερον τὸν λόγον ποιῶν.

Εὐλογητὸς Κύριος ἐκ Σιών. Εἴρηται καὶ ἐν τῷ ρκζ' ψαλμῷ.

Ὁ κατοικῶν Ἱερουσαλήμ. Ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἱερουσαλήμ.

Ἀλληλούϊα.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΕ'.

Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς τῷ πρὸ αὐτοῦ συνᾴδων, ὁμοίαν ἔχει τὴν ἐπιγραφήν.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ, ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Εὐχαριστεῖτε αὐτῷ ὑπὲρ τῶν ὁμοίων εὐεργεσιῶν. Ἑρμηνεύεται δὲ οὗτος ὁ στίχος καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ ρε' ψαλμοῦ τρόπον ἕτερον, καὶ ἐν ὅλοις δὲ τοῖς ἐφεξῆς στίχοις ἀκροτελεύτιον τὸ, ὅτι *Εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ*, πρὸς ἐπίτασιν τοῦ ὕμνου τοῦ τοιούτου ἐλέους, ἢ καὶ πρὸς ἔκπληξιν.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ Θεῷ τῶν θεῶν. Τῶν ψευδωνύμων· εἰ γὰρ καὶ ἠτιμωμένοι καὶ προσκεκρουκότες οἱ δαίμονες, ἀλλὰ δοῦλοι καὶ ὑποκύπτοντες ἐξ ἀνάγκης.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ τῶν κυρίων. Τῶν προσκαίρων κυρίων· ἢ προσκαίρως τῶν οὐκ ὄντως κυρίων· *Ὁ Βασιλεὺς γὰρ τῶν βασιλευόντων, καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων.*

Τῷ ποιήσαντι θαυμάσια μεγάλα μόνῳ. Τὸ *Μόνῳ* πρὸς ἀντιδιαστολὴν κεῖται τῶν δαιμόνων. Κύριον γὰρ λέγει τὸν ἐν τρισὶ προσώποις ἕνα Θεόν.

Τῷ ποιήσαντι τοὺς οὐρανοὺς ἐν συνέσει. Ἐν σοφίᾳ· προσμαρτυρεῖ δὲ τῷ Θεῷ διὰ τῶν εἰρημένων ἀγαθότητα, καὶ ἐλεημοσύνην, καὶ κυριότητα πάντων, καὶ δύναμιν, καὶ σοφίαν.

Τῷ στερεώσαντι τὴν γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων. Εἴρηται καὶ ἐν τῷ κγ' ψαλμῷ· *Αὐτὸς ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτήν.* Καὶ ζήτει τὴν ἐκεῖ ἐξήγησιν.

Τῷ ποιήσαντι φῶτα μεγάλα μόνῳ, τὸν ἥλιον εἰς ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας, τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, εἰς ἐξουσίαν τῆς νυκτός. Καὶ ἐποίησε, φησὶν, ὁ Θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους· τὸν φωστῆρα τὸν μέγαν εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας

A *mino.* Illic etiam hujuscemodi ordinum divisionem fecit, ubi vide, quæ per nos in expositione dicta sunt. Quanquam ibi Propheta sperare jussit, hic autem benedicere, propter prædicta nimirum beneficia. Et cum Aaron meminerit, deinceps ad ipsius Leviticæ tribus principem patriarcham recurrit, ut sermonem suum clariorem redderet, et magis universalem.

VERS. 21. *Benedictus Dominus in Sion.* Dictum est in psalmo CXXVII.

Qui habitat in Jerusalem. Hoc est, in templo civitatis Jerusalem.

Alleluia.

PSALMUS CXXXV.

B Hic psalmus multa proxime præcedenti consona habens, similem etiam sortitus est inscriptionem.

VERS. 1. *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.* Gratias ei agite pro innumerabilibus beneficiis. Alio autem modo hunc versiculum exposuimus in principio psalmi CV. Apposuit etiam Propheta verba hæc: *Quoniam in sæculum misericordia ejus*, omnibus subsequentibus versiculis, ut majorem divinæ hujuscemodi misericordiæ laudem esse demonstraret, vel etiam ut lectorem in admirationem, ac stuporem divinæ majestatis adduceret.

VERS. 2. *Confitemini Deo deorum; quoniam*, etc. Falsorum scilicet deorum, vel deorum falsi nominis. Illorum etenim etiam Deus est. Nam etsi a Deo C inhonorati sunt dæmones, ipsique Deo pariter adversentur, verumtamen et illius servi sunt, et voluntati ejus necessario succumbunt.

VERS. 3. *Confitemini Domino dominorum, quoniam*, etc. Dominorum dico hujus sæculi, qui ad modicum tempus tantum, et non perpetuo sunt domini; atque ideo vere domini non sunt, tametsi ita appellentur: *Rex* enim, inquit, *regnantium, et Dominus dominantium* [64].

VERS. 4. *Ei qui fecit mirabilia magna solus, quoniam*, etc. Solum dixit, ad idolorum distinctionem. Nam alioqui per Dominum eum intelligit, qui in tribus personis unus Deus est.

VERS. 5. *Ei qui fecit cœlos in intelligentia, quo-* D *niam*, etc. In sapientia nimirum. Per prædicta autem, summam Deo esse attestatur bonitatem, et misericordiam, rerumque omnium dominium cum summa potentia et sapientia ei adscribit.

VERS. 6. *Ei qui stabilivit terram super aquas, quoniam*, etc. In psalmo XXIII dixit etiam Propheta: *Ipse super maria fundavit eam.* Vide quæ illic dicta sunt.

VERS. 7-9. *Ei qui fecit luminaria magna solus, quoniam*, etc. *Solem in potestatem diei, quoniam*, etc. *Lunam et stellas in potestatem noctis, quoniam*, etc. — *Et fecit*, inquit, *Deus duo luminaria magna: luminare magnum in præfecturas diei,*

[64] Deut. X, 17; I Tim. VI, 15; Apoc. XIX, 16.

et luminare minus, in præfecturas noctis : et posuit ea in firmamento cœli, ut lucerent super terram, et imperarent diei ac nocti [*].

A καὶ τὸν φωστῆρα τὸν ἐλάσσονα εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτός· καὶ ἔθετο αὐτοὺς ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς, ἄρχειν τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός.

VERS. 11. *Ei qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorum, quoniam*, etc. Ei dico, qui flagellis Ægyptum affecit.

Τῷ πατάξαντι Αἴγυπτον σὺν τοῖς πρωτοτόκοις αὐτῶν. Τῷ πλήξαντι Αἴγυπτον.

VERS. 11, 12. *Et eduxit Israel de medio eorum, quoniam*, etc., *in manu potenti et in brachio excelso, quoniam*, etc. Eorum scilicet Ægyptiorum. Per manum autem, et per brachium Dei, divinam intelligit potentiam. Magnæ autem potentiæ, prodigia illa fuerunt et signa, quæ in Ægypto facta sunt, magnæ etiam potentiæ quod captivum illinc populum eduxit.

Καὶ ἐξαγαγόντι τὸν Ἰσραὴλ ἐκ μέσου αὐτῶν ἐν χειρὶ κραταιᾷ καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ. Αὐτῶν δηλαδὴ τῶν Αἰγυπτίων. Χεῖρα δὲ καὶ βραχίονα, τὴν δύναμιν ὀνομάζει. Μεγάλης γὰρ δυνάμεως τὰ ἐν Αἰγύπτῳ σημεῖα, καὶ τέρατα, καὶ ἡ ἐκεῖθεν ἐξαγωγὴ τοῦ λαοῦ.

VERS. 13-15. *Ei qui divisit mare Rubrum in divisiones, quoniam*, etc., *et eduxit Israelem per medium ejus, quoniam*, etc., *et excussit Pharaonem et potentiam ejus in mari Rubro, quoniam*, etc. Per divisiones, aquarum sectiones intelligit. In duas etenim partes mare illud divisit, ut plane omnia traduntur in Exodo. Per excussionem vero projectionem et demersionem intelligit.

B *Τῷ καταδιελόντι τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν εἰς διαιρέσεις, καὶ διαγαγόντι τὸν Ἰσραὴλ διὰ μέσου αὐτῆς, καὶ ἐκτινάξαντι Φαραὼ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ εἰς θάλασσαν Ἐρυθράν.* Διαιρέσεις λέγει, τὰ τμήματα, διχῆ γὰρ διεῖλεν αὐτήν· περὶ ὧν ἁπάντων ἡ τῆς Ἐξόδου βίβλος διδάσκει. Ἐκτίναξιν δὲ λέγει τὴν καταπόντισιν, τὴν ῥίψιν.

VERS. 16. *Ei qui transduxit populum suum in deserto, quoniam*, etc. Atque hoc etiam non minori admiratione dignum est, quam quod per medium mare Rubrum deducti sint. Multa etenim populo adversa in deserto, et dura contigerunt, fames scilicet ac sitis, terræ siccitas, atque ipso igne ardentiores soles radii, ferarum præterea innumerabilis multitudo, ac multa denique alia gravia incommoda, quæ omnia tamen illæsi atque tuti superaverunt. Prætermisit autem Propheta in discursu multa, quæ colligi posse ex Mosaicis libris putavit.

Τῷ διαγαγόντι τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ. Καὶ τοῦτο γὰρ οὐκ ἔλαττον θαῦμα τοῦ διὰ μέσης τῆς Ἐρυθρᾶς διαγαγεῖν αὐτούς· πολλὰ γὰρ τὰ τρύχοντα ἐν τῇ ἐρήμῳ· λιμός, δίψα, αὐχμός, ἀκτὶς φλογωδεστέρα, θηρίων πληθύς, καὶ μυρία τοιαῦτα, ὧν ἁπάντων τῆς βλάβης ἀνωτέρους αὐτοὺς διήγαγε. Παρατρέχει δὲ τὰ πολλά, παραχωρῶν ἐκλέγεσθαι C πάντα κατὰ σχολὴν ἀπὸ τῆς βίβλου Μωσέως.

VERS. 17-21. *Ei qui percussit reges magnos, quoniam*, etc., *et occidit reges fortes, quoniam*, etc. *Seon regem Amorrhæorum, quoniam*, etc. *Et Og regem Basan, quoniam*, etc. *Et dedit terram eorum hæreditatem, quoniam*, etc. *Hæreditatem Israel servo suo, quoniam*, etc. Hæc omnia etiam habuimus in superiori psalmo.

Τῷ πατάξαντι βασιλεῖς μεγάλους, καὶ ἀποκτείναντι βασιλεῖς κραταιούς, τὸν Σηὼν βασιλέα τῶν Ἀμορραίων, καὶ τὸν Ὢγ βασιλέα τῆς Βασάν, καὶ δόντι τὴν γῆν αὐτῶν κληρονομίαν Ἰσραὴλ δούλῳ αὐτοῦ. Εἴρηται ταῦτα καὶ ἐν τῷ προλαβόντι ψαλμῷ.

VERS. 22-24. *Quia in humilitate nostra memor fuit nostri Dominus, quoniam*, etc. *et redemit nos de inimicis nostris, quoniam*, etc. Nobis scilicet humiliatis, atque afflictis. *Videns* enim, inquit, *vidi afflictionem populi mei, qui est in Ægypto* [**]. Illud vero animadverte, quomodo Propheta dixerit Deum memorem nostri fuisse, et redemisse nos, ipsum Judæorum genus universum sibi quodammodo vindicans, atque approprians, propter primos scilicet communes omnium progenitores. Deinde privata in Judæos beneficia omittens, ad universalem Dei providentiam convertitur, dicens :

Ὅτι ἐν τῇ ταπεινώσει ἡμῶν, ἐμνήσθη ἡμῶν ὁ Κύριος· καὶ ἐλυτρώσατο ἡμᾶς ἐχθρῶν ἡμῶν. Ταπεινομένων ἡμῶν, ἤτοι κακοπαθούντων· *Ἰδὼν* γάρ, φησίν, *εἶδον τὴν κάκωσιν τοῦ λαοῦ μου,* D *τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ.* Ἡμῶν δὲ καὶ ἡμᾶς εἶπε τοὺς προγόνους, οἰκειούμενος τὰ ἐκ τοῦ γένους· εἶτα ἀφεὶς τὰς εἰς Ἰουδαίους εὐεργεσίας, ἐπὶ τὴν καθολικὴν ἔρχεται πρόνοιαν τοῦ Θεοῦ.

VERS. 25. *Qui dat escam omni carni, quoniam*, etc. Omni nimirum naturæ necessaria æque distribuens.

Ὁ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκί. Κατάλληλον ἑκάστῃ φύσει.

VERS. 26. *Confitemini Domino cœli, quoniam*, etc. Factori scilicet ac Domino cœli. Quod si cœli Dominus est, omnino etiam et terræ. Vel cœli Deum

Ἐξομολογεῖσθε τῷ Θεῷ τοῦ οὐρανοῦ. Τῷ Ποιητῇ καὶ Δεσπότῃ τοῦ οὐρανοῦ· εἰ δὲ τοῦ οὐρανοῦ, πάντως καὶ τῆς γῆς· ἢ τοῦ οὐρανοῦ εἶπεν, ὡς ἐκεῖ

[*] Gen. I, 16-18. [**] Exod. III, 7.

λεγομένου κατοικεῖν. Δυνάμεθα δὲ καὶ τὸν προλαβόντα ψαλμὸν καὶ τὸν παρόντα προσαρμόσαι ἡμῖν καὶ προτρέπεσθαι ἀλλήλους εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, τῷ ποικίλως εὐεργετήσαντι τὸν πάλαι λαὸν αὐτοῦ, καταβαλόντι τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ, καὶ ποιήσαντι τάδε καὶ τάδε. Εἰ δὲ καὶ ἀναγωγικώτερον ἐπιχειροίημεν Ἰακὼβ μὲν καὶ Ἰσραὴλ ὀνομάζειν (34) τὸν ἐκλελεγμένον νέον λαὸν, Αἴγυπτον δὲ τὴν ἀσέβειαν καὶ ἁμαρτίαν· σημεῖα δὲ καὶ τέρατα ἐν μέσῳ αὐτῆς, τὰ διὰ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἀποστόλων καὶ λοιπῶν ἁγίων, γενόμενα· Φαραὼ δὲ, τὸν διάβολον· δούλους δὲ αὐτοῦ τοὺς δαίμονας, καὶ τοὺς λατρεύοντας αὐτοῖς· ἔθνη δὲ πολλὰ παταχθέντα, τὰ τῶν δαιμόνων· βασιλεῖς δὲ κραταιοὺς, τοὺς κυριωτέρους αὐτῶν ἢ καὶ ἡγεμονικωτέρους· Σηὼν δὲ καὶ Ὢγ αὐτὸν τὸν Σατανᾶν, καὶ τὸν μετ' ἐκεῖνον εὐθύς· βασιλεῖς δὲ Χαναὰν τὰς δυναστείας τῆς κακίας· γῆν δὲ αὐτῶν, δοθεῖσαν τῷ νέῳ Ἰσραὴλ, τὰς χώρας ὧν αὐτοὶ κυριεύσαντες ἀπηλλάχθησαν· οἶκον δὲ Ἰσραὴλ μὲν ἁπλῶς, τὸν σύμπαντα λαόν· Ἀαρὼν δὲ τοὺς ἱερεῖς· Λευῒ δὲ τοὺς διακόνους· φοβουμένους δὲ τὸν Κύριον τοὺς παρὰ τούτους ἐναρέτους· Σιὼν δὲ, τὴν Ἐκκλησίαν· πρωτότοκα δὲ Αἰγύπτου τὰ ἡδύτερα πάθη, ἢ τὰ περισπουδαστότερα τοῖς δαίμοσιν· Ἐρυθρὰν δὲ θάλασσαν, τὴν ἁλμυρίδα, καὶ πικρίαν τῶν ἀσεβῶν δογμάτων, ᾗ τινι ἐναπολαμβανόμενοι οἱ ἄπιστοι ἀποπνίγονται· ἔρημον δὲ τὴν ἀκαρπίαν τῆς πλάνης, ἣν διερχόμενοι οἱ εὐσεβεῖς εἰς τὴν καρποφόρον ἀλήθειαν καταντῶσι· ταπείνωσιν δὲ ἡμῶν ὑποληπτέον οὐ μόνον τὴν ἐκ πειρασμῶν, τὴν ἀκούσιον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐνάρετον, τὴν ἑκούσιον.

A dixit, quia illic fertur habitare. Possumus etiam tam præsentem quam proxime præcedentem psalmum nobis accommodare, et nos inter nos admonere atque exhortari ad agendas gratias Deo, qui variis beneficiis olim populum suum affecit, qui inimicos dissipavit, et omnia alia operatus est, quæ in superioribus dicta sunt. Quod si juxta anagogen exponere hæc voluerimus, prophetam dicemus per Jacob et per Israel, electum novum populum intelligere; per Ægyptum vero, impietatem et peccatum; per signa etiam ac prodigia, quæ in medio Ægypti facta sunt, ea intelligimus miracula, quæ per Christum, et per apostolos, ac reliquos sanctos effecta fuere. Similiter per Pharaonem et servos B ejus, ipsum dæmonem, ac omnes dæmonis cultores; per gentes etiam multas et per reges fortes, pari modo ipsos dæmones, atque illos magis privatim, qui inter eos majorem in alios potestatem habent; et per Seon et Og reges, ipsum Satanam, atque illum qui post eum statim inter omnes dæmones primus est; per regna quoque Chanaan, vitiorum tyrannides intellige; per terram vero eorum novo populo datam, regiones illas dices significari a quibus dæmones expulsi sunt, cum earum olim dominarentur; denique per domum Israel, universum fidelium populum; et per domum Aaron, ipsos sacerdotes; et per domum Levi, diaconos ac ministros; et per timentes Dominum, eos qui clariori quadam præditi sunt virtute; per Sion, Ec- C clesiam; et per Ægypti primogenita, voluptuosos animi affectus, ac passiones eas quæ præ cæteris dæmoni magis placerent; per mare Rubrum, amaram impiorum dogmatum (ut ita dixerim) salsuginem, in qua infideles detenti veluti quodam aquarum profundo suffocantur; per desertum, infructuosam errorum sterilitatem, per quod tamen pii ac fideles, illæsi pertranseunt, et in fertilem atque uberem tandem veritatem deveniunt; et per humilitatem nostram, non illam tantum intelligere debemus, quæ per afflictiones atque calamitates efficitur, quæque involuntaria est, sed eam etiam quæ virtute constat, et est voluntaria.

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛϚ'.

Προσώπῳ τῶν ἐν Βαβυλῶνι δορυαλώτων Λευϊτῶν καὶ ψαλτῳδῶν οὗτος ὁ ψαλμός. Ἅμα μὲν προλέγων τὰ ἐκεῖ γενησόμενα τούτοις, ἅμα δὲ καὶ διδάσκων αὐτοὺς τοιαῦτα ποιεῖν τότε, καὶ εἰς οἶκτον οὕτως ἐπισπᾶσθαι τὸν Θεόν. Ἀνεπίγραφος δὲ παρ' Ἑβραίοις καὶ οὗτος.

Ἐπὶ τῶν ποταμῶν Βαβυλῶνος, ἐκεῖ ἐκαθίσαμεν, καὶ ἐκλαύσαμεν ἐν τῷ μνησθῆναι ἡμᾶς τῆς Σιών. Αἰχμάλωτοι ὄντες, ἔξω τειχῶν καὶ πόλεων ηὐλίζοντο· διὸ καὶ παρὰ τὰς ὄχθας τῶν ποταμῶν πολλάκις φοιτῶντες, ἡσυχῇ καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἐθρήνουν. Ἐπεὶ γὰρ ἐν χερσὶ τὰ ἀγαθὰ ἔχοντες ἐξύβριζον, ἐξέπεσον αὐτῶν, ἵνα καταστῶσιν εἰς ἐπιθυμίαν αὐτῶν. Οὕτω γὰρ εἴωθεν ὁ Θεὸς τοὺς ἀναισθή-

Psalmus ipsi David.

PSALMUS CXXXVI.

Hic psalmus ex sacerdotum Levitarum, et cantorum, qui in Babylone captivi fuerant, persona conscriptus est: ita tamen ut quæ futura erant, antea prædixerit. Nos etiam docet, in hujuscemodi calamitatibus eadem agere, atque hoc pacto Deum D ad misericordiam incitare. Est autem hic psalmus apud Hebræos sine inscriptione.

VERS. 1. *Super flumina Babylonis, illic sedimus, et flevimus, dum recordaremur tui, Sion.* Captivi enim cum essent Judæi in Babylone, extra civitatis mœnia commorabantur; atque ideo secus fluminum ripas sæpenumero incedentes, privatim inter sese, cum silentio lamentabantur. Consilio autem divino factum est, ut postquam bona illa despexissent Judæi, quæ habebant in manibus, inviti

Variæ lectiones.

(34) Repete δυνάμεθα, aut lege ὀνομάζει, nimirum propheta.

deciderint ab eis, ut rursus ad eorum desiderium commoverentur. Hoc pacto enim solet Deus, ad sensum, atque ad cogitationem eos revocare, qui beneficia in se collata neglexerint, aut non cognoverint : dum illos nimirum a concessis donis permittit decidere.

A τους τῶν εὐεργεσιῶν εἰς συναίσθησιν αὐτῶν ἄγειν διὰ τῆς ἐκπτώσεως.

VERS. 2. *In salicibus in medio ejus suspendimus organa nostra.* In salicibus scilicet, quæ in illius regionis medio, secus fluminum ripas erant dispositæ. Per organa autem, musica illa instrumenta intelligit, cum quibus canere solebant cantica, vel uti psalterium, citharam, aut alia hujusmodi. Attulerant enim ea instrumenta, ad concinendas divinas laudes, verum cum ea in salicibus suspendissent attoniti rursum, ac mœsti ea spectabant, atque occasionem illinc lamentationum magnam sumebant, repetentes memoria divinum cultum, et conversationem illam laude dignam, quam habuerant in Sion. Juxta anagogen, in salicibus expone, pro in otio. Per salices enim, quæ infructuosæ arbores sunt, cessationem a cantibus significavit.

Ἐπὶ ταῖς ἰτέαις ἐν μέσῳ αὐτῆς ἐκρεμάσαμεν τὰ ὄργανα ἡμῶν. Ἐπὶ ταῖς ἰτέαις, ταῖς κατὰ τὰς ὄχθας τῶν ποταμῶν, τῶν ἐν μέσῳ τῆς χώρας τῆς Βαβυλῶνος. Ὄργανα δὲ λέγουσι τὰ τῶν ᾠδῶν, οἷον, ψαλτήριον, κιθάραν, καὶ τὰ τοιαῦτα. Καὶ γὰρ ὑπεφέροντο ταῦτα πρὸς ὑπόμνησιν θεοσεβείας, καὶ πολιτείας ὑπομιμνησκόμενοι. Ἢ ἀναγωγικῶς, ἐπὶ τῇ ἀργίᾳ· διὰ γὰρ ὀλιγοκάρπων καὶ ἀκάρπων ἰτεῶν τὸ ἐν ᾠδαῖς ἄπρακτον ἐδήλωσεν.

VERS. 3. *Quia illic interrogaverunt nos, qui captivarunt nos, verba canticorum, et qui abduxerunt nos, hymnum.* Interrogaverunt nos, ut responderemus verba canticorum, præterea et hymnum ; hoc est, jusserunt nos canere, cupientes nimirum cantu nostro delectari, vel etiam irridere ea volentes, quæ nos divina ac veneranda esse ducebamus.

B *Ὅτι ἐκεῖ ἐπηρώτησαν ἡμᾶς οἱ αἰχμαλωτεύσαντες ἡμᾶς, λόγους ᾠδῶν, καὶ οἱ ἀπαγαγόντες ἡμᾶς, ὕμνον.* Ἐπηρώτησαν ἡμᾶς ἀποκριθῆναι ῥήματα ᾠδῶν, ἔτι δὲ καὶ ὕμνων· τουτέστιν, ἐκέλευσαν ᾆσαι, τερφθῆναι ἁπλῶς βουλόμενοι, ἢ καὶ διαγελᾶσαι τὰ σεμνὰ ἡμῶν.

Cantate nobis de canticis Sion. Dicebant scilicet.

Ἄσατε ἡμῖν ἐκ τῶν ᾠδῶν Σιών. Λέγοντες δηλονότι.

VERS. 4. *Quomodo cantabimus canticum Domini, in terra aliena ?* Respondimus scilicet : Quomodo, inquam, cantabimus, divina lege id prohibente ? Vide quemadmodum captivitas illos jam meliores reddidisset. Nam cum in propria civitate ac regione legem essent transgressi, modo in aliena eam observant. Per alienam etiam terram, quodcunque humanum cor potest intelligi, quod a cultu atque a religione Dei alienum sit. Et consona sunt huic dicto illa Domini verba : *Nolite sancta dare canibus, et margaritas nolite projicere ante porcos* [67].

Πῶς ᾄσομεν τὴν ᾠδὴν Κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας; Ἀπεκρίθημεν δηλονότι· Πῶς ᾄσομεν τὴν ᾠδὴν, κωλύοντος ἡμᾶς τοῦ νόμου; Ὅρα πόσον ἐβελτίωσεν αὐτοὺς ἡ αἰχμαλωσία. Παραβαίνοντες C γὰρ τὸν νόμον ἐπὶ τῆς ἰδίας γῆς, φυλάττουσιν αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας· γῆ δὲ ἀλλοτρία καὶ πᾶσα καρδία ἀλλοτρία θεοσεβείας· ὡς συμβαῖνον ἐνταῦθα τὸ *Μὴ δῶτε τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μηδὲ ῥίπτετε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων.*

VERS. 5. *Si oblitus fuero tui, Jerusalem, oblivioni detur dextera mea.* Hoc est, potentia, seu efficacia mea. Paralyticus, inquit, reddar, vel arescat manus mea, ita ut in ea nihil amplius sensus relinquatur.

Ἐὰν ἐπιλάθωμαί σου, Ἱερουσαλὴμ, ἐπιλησθείη ἡ δεξιά μου. Ἡ δύναμίς μου, ἡ ἐνέργειά μου· τουτέστι παραλυτικὸς γενοίμην· ἢ ξηρανθείη ἡ δεξιά μου, ὡς μὴ ἐπαισθάνεσθαί με αὐτῆς.

VERS. 6. *Adhæreat lingua mea gutturi meo, si non meminero tui.* Detineatur vox mea, atque impediatur : vel omnis a me operationis, et sermonis potentia auferatur. Horum enim alterum per dexteram, et alterum per linguam significavit. Hæc etiam a nobis dicenda sunt de superna Jerusalem. Vel per dexteram quidem, opera virtutis intelligit; per linguam vero, scientiæ contemplationem. Lingua etenim sermonem profert, et sermo scientiam et contemplationis sensus explicat. Per guttur etiam, gulæ affectus intelligere possumus hoc est, ciborum voluptatem. Oblivioni, inquit, detur omnis mea operandi potentia, atque hoc per ipsam ignaviam. Et omnis similiter contemplandi virtus, ciborum adhæreat voluptati, ita ut ad divinæ scientiæ delectationem, de cætero immobilis fiat, et in ea amplius non versetur.

Κολληθείη ἡ γλῶσσά μου τῷ λάρυγγί μου, ἐὰν μή σου μνησθῶ. Ἐπισχεθείη ἡ φωνή μου· ἤγουν ἀφαιρεθείην καὶ πρᾶξιν, καὶ λόγον, ὧν τὸ μὲν διὰ D τῆς δεξιᾶς, τὸ δὲ διὰ τῆς γλώσσης ἐδήλωσε. Ταῦτα δὲ καὶ ἡμεῖς ὀφείλομεν λέγειν περὶ τῆς ἄνω Ἱερουσαλήμ. Ἢ δεξιὰν μὲν λέγει τὴν πρᾶξιν τῆς ἀρετῆς, γλῶσσαν δὲ, τὴν θεωρίαν τῆς γνώσεως. Ἡ μὲν γὰρ γλῶσσα λόγου σύμβολον, ὁ δὲ λόγος, θεωρίας καὶ γνώσεως, λάρυγγα δὲ, τὸ περὶ τὸν λαιμὸν πάθος, ἤτοι τὴν ἡδονήν. Ἐπιλησθείη μοι, φησὶν, ἡ πρακτικὴ μὲν ἐνέργεια τῇ ἀργίᾳ· ἡ δὲ θεωρητικὴ κολληθείη τῇ ἡδονῇ τῶν βρωμάτων, καὶ ἀκίνητος γένοιτο πρὸς τὴν ἡδονὴν τῶν θείων γνώσεων.

[67] Matth. VII, 6.

A *Ἐὰν μὴ προανατάξωμαι τὴν Ἱερουσαλὴμ, ὡς ἐν ἀρχῇ τῆς εὐφροσύνης μου.* Τάδε καὶ τάδε πάθοιμι, ἐὰν μὴ πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀνατάξωμαι ἐν τῇ μνήμῃ μου τὴν Ἱερουσαλὴμ, ὡς ἐν ἀρχῇ οὖσαν τῆς οἵας δήποτε εὐφροσύνης μου· ὡς κεφάλαιον χαρᾶς μου, ὡς πρώτην ἡδονήν.

Si non proposuero ipsam Jerusalem, in principio lætitiæ meæ. Hæc, inquit, atque illa patiar, si præ cæteris omnibus in mea memoria, ipsam Jerusalem non collocavero, tanquam illam, quæ inter omnes voluptates, ac delectationes meas, primum locum obtineat, et omnis meæ lætitiæ, ac gaudii præcipuum sit caput.

Μνήσθητι, Κύριε, τῶν υἱῶν Ἐδώμ, τὴν ἡμέραν Ἱερουσαλὴμ, τῶν λεγόντων, Ἐκκενοῦτε, ἐκκενοῦτε, ἕως τῶν θεμελίων αὐτῆς. Υἱοὺς Ἐδὼμ μὲν λέγει τοὺς Ἀραβίους, οἳ συνεμάχησαν τοῖς Βαβυλωνίοις κατὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ κατασκαπτομένης, ἤπειγον τούτους κατασκάπτειν καὶ αὐτὰ τὰ θεμέλια. Μνήσθητι, φησὶν, αὐτῶν, εἰς ἀνταπόδοσιν. ὅτι δίκαια συγγενείας ἔχοντες, ἐγένοντο πικρότεροι B τῶν πολεμίων, διὰ τὸν φθόνον. Εἰπὼν δὲ, *Τῶν υἱῶν Ἐδὼμ*, προσέθηκε *Τὴν ἡμέραν Ἱερουσαλὴμ*, τὴν ἡμέραν τῆς συμφορᾶς Ἱερουσαλὴμ· ἀπὸ γενικῆς δὲ εἰς αἰτιατικὴν ἀδιαφόρως μετέθηκε. Ἢ τῶν υἱῶν Ἐδὼμ, τῶν κατὰ τὴν συμφορὰν τῆς πόλεως.

VERS. 7. *Memento, Domine, filiorum Edom, diem Jerusalem, dicentium : Evacuate, evacuate usque ad fundamenta ejus.* Filios Edom Arabes appellat : qui una cum Babyloniis pugnaverant adversus Judæos, et Jerusalem : qui etiam cum ea civitas everteretur, ipsos urgebant eversores, ut usque ad fundamenta everterent. Memento, inquit, eorum ut condigna eorum meritis retribuas supplicia, eo quod cognati nostri erant, et nihilominus ob invidiam, cæteris omnibus inimicis sæviores, in nos fuerunt. Et cum dixerit : *Filiorum Edom*, addidit : *Diem Jerusalem :* hoc est, diem Hierosolymæ calamitatis. A secundo autem casu indifferenter ad quartum pertransit. Vel aliter : Memento filiorum Edom, qui fuerunt in die calamitatis Jerusalem. (Potest enim uterque sensus elici ex his verbis; quia Græcæ orationi in quarto casu subintelligi potest dictio κατά. Ita enim sæpenumero intelligitur, et sensus efficitur quem diximus : In die Jerusalem, hoc est, in die Hierosolymæ calamitatis.)

Θυγάτηρ Βαβυλῶνος ἡ ταλαίπωρος. Ὥσπερ υἱὸν ἀνθρώπου τὸν ἄνθρωπον σύνηθες Ἑβραίοις ὀνομάζειν, οὕτω καὶ θυγατέρα Βαβυλῶνος τὴν Βαβυλῶνα. Ὦ ἡ θυγάτηρ Βαβυλῶνος ἡ ταλαίπωρος· ὦ Βαβυλὼν ἀθλία διὰ τὰ συμβησόμενά σοι δεινά. Προαγορεύει δὲ καὶ ταύτης τὸν ὄλεθρον.

VERS. 8. *Filia Babylonis misera.* Quemadmodum Hebræis mos est, filium hominis, hominem appellare, ita et filiam Babylonis, Propheta ipsam Babylonem appellat : O filia, inquit, Babylonis misera : ob ea nimirum quæ tibi contingent. Prædicit enim C futuram illius civitatis ruinam.

Μακάριος ὃς ἀνταποδώσει σοι τὸ ἀνταπόδομά σου, ὃ ἀνταπέδωκας ἡμῖν. Ταῦτα ῥήματα τοῦ λαοῦ, σφόδρα γλιχομένου τῆς καταστροφῆς τῶν ἐχθρῶν· *Ἀνταπόδομα* δὲ *ὃ ἀνταπέδωκας ἡμῖν*, ἀντὶ τοῦ *Τὴν ἀνταπόδοσιν*, ἤτοι κάκωσιν, ἣν ἀπέδωκας ἡμῖν· περιττῆς κειμένης τῆς προθέσεως περὶ τούτων, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν.

Beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis. Verba hæc ex persona populi dicta sunt, inimicorum eversionem appetentis. *Retributionem* vero *quam retribuisti*, dixit, pro *afflictionem quam dedisti :* ita ut præpositiones illæ hoc in loco superfluæ sint, quemadmodum et alibi diximus.

Μακάριος ὃς κρατήσει, καὶ ἐδαφιεῖ τὰ νήπιά σου πρὸς τὴν πέτραν. Μέχρι τῆς ἀώρου ἡλικίας ἐκτείνουσιν τὴν ὀργὴν, μακαρίζοντες τὸν καὶ τοῖς νηπίοις αὐτοῖς ἀπανθρώπως καὶ ὠμῶς χρώμενον. Ἀλλ' οὐ τὰ ἡμέτερα τοιαῦτα τῶν πράου καὶ φιλανθρώπου Κυρίου μαθητῶν καὶ ἀγαπᾷν μάλιστα τοὺς D ἐχθροὺς, καὶ περιέπειν αὐτοὺς κελεύοντος. Ἀλλ' ἀνακτέον ἤδη καὶ ὅσα τοῦ ψαλμοῦ εὐμεταχείριστα πρὸς ἀναγωγήν. Υἱοὺς Ἐδὼμ νοήσεις τοὺς δαίμονας, ἐγκελευομένους ἀλλήλοις ἐκκενοῦν τὸν πλοῦτον τῆς ψυχῆς ἕως ἐσχάτου· ταύτην γὰρ Ἱερουσαλὴμ ἡγητέον· Βαβυλὼν δὲ ταλαίπωρος ἡ ἀσέβεια, ἡ ταλαιπωρήσασα καταδυναστευσάσης ἤδη τῆς εὐσεβείας, ἣν ὁ καθελὼν μακάριος· νήπια δὲ αὐτῆς, οἱ ἀρτιγέννητοι ἐμπαθεῖς λογισμοί· καὶ οἱ νηπιώδεις, καὶ ἀνόητοι, ὧν ὁ κυριεύων, καὶ προσαράσσων αὐτοὺς τῇ πέτρᾳ τῆς πίστεως (ἡ δὲ πέτρα ἦν, φησὶν, ὁ Χριστὸς) καὶ οὕτω διαφθείρων μακάριος.

VERS. 9. *Beatus, qui tenebit, et allidet parvulos tuos ad petram.* Iram suam populus ad immaturam etiam ætatem extendit, beatos eos dicens, qui vel ipsos Babyloniorum infantes, cum sævitia crudeliter occiderint. Verum non hujuscemodi sunt nostra fidelium vota, qui discipuli sumus mitissimi ac misericordis Domini, qui vel ipsos etiam inimicos diligi jussit et eorum curam haberi, sed ad anagogicum sensum reducenda sunt, quacunque recte accommodari possunt. Per filios igitur Edom, dæmones intellige, qui mutuo sese, fidelis cujuscunque animæ divitias, ad extremum usque fundamentum evacuare jubent. Per Jerusalem etenim, unamquamque hujuscemodi fidelem animam intelligimus significari. Per miseram vero Babylonem, ipsam impietatem miseria atque ærumnis circumdatam, veluti a pietate superatam, ac demum oppressam. Hanc etenim impietatem quisquis destruxerit, beatus erit. Per parvulos etiam ejus, cogitationes affectuum plenas ac nuper exortas intellige : vel pueriles etiam ac fatuas, quas qui opprimit, et allidit ad fidem, hoc est ad Christum, beatitudinem hanc

consequetur. (*Petra* etenim inquit, *erat Christus* [68].) Quicunque igitur eas, ut diximus, ad Christum alliserit, atque hoc pacto perdiderit, beatus erit.

A

Psalmus ipsi David.

PSALMUS CXXXVII.

VERS. 1. *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo.* Eadem verba habentur in principio psalmi noni, ubi exposita sunt.

Et in conspectu angelorum psallam tibi. Coram angelis, inquit, psallam tibi, hoc est, Ego inferius in terra, canam tibi simul cum angelis, quorum proprium ac peculiare opus est, ut te laudent. Vel per angelos sacerdotes intelligit; solet enim Scriptura aliquando sacerdotes angelos appellare, atque etiam deos: *Labia* enim, inquit, *sacerdotis custodient judicium, et ex ore ejus exquirent justitiam, quia angelus Domini omnipotentis est* [69]. Iterum alibi: *Diis non maledices, et principi populi tui non dices male* [70]. Coram, inquit, sacerdotibus canam tibi cantica in gratiarum actiones.}

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΖ'.

Ἐξομολογήσομαί σοι, Κύριε, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου. Εἴρηται τοῦτο, καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ θ' ψαλμοῦ.

Καὶ ἐναντίον ἀγγέλων ψαλῶ σοι. Ἐνώπιον ἀγγέλων, ἤγουν μετ' ἀγγέλων, ᾄσω σοι κάτωθεν, ὧν ἔργον ὑμνεῖν σε. Ἢ ἀγγέλους λέγει, τοὺς ἱερεῖς· εἴωθε γὰρ ἡ Γραφὴ καὶ ἀγγέλους καλεῖν τοὺς ἱερεῖς, καὶ θεούς· νῦν μὲν λέγουσα· *Χείλη ἱερέων φυλάξεται κρίσιν, καὶ ἐκ στόματος αὐτοῦ ζητήσουσι δικαιοσύνην, ὅτι ἄγγελος Κυρίου παντοκράτορός ἐστι.* Νῦν δὲ, *Θεοὺς οὐ κακολογήσεις, καὶ ἄρχοντας τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς.* Ἐνώπιον, φησὶ, τῶν ἱερέων, ᾄσω σοι εὐχαριστήρια.

B

Quoniam audisti omnia verba oris mei. Quoniam omnes preces meas exaudisti, quæ decenter tibi factæ sunt.

VERS. 2. *Adorabo ad templum sanctum tuum.* Reddam tibi gratiarum actiones.

Confitebor nomini tuo super misericordia tua, et veritate tua. Et gratias tibi agam, quia misertus es mei, et vere misertus es, ut alibi diximus: vel quia vere omnia adimplevisti, quæ mihi es pollicitus.

Quoniam magnificasti in omne nomen sanctum tuum. Quoniam sanctum nomen tuum, mirabile esse fecisti in omne opus, vel in omne tempus. Subaudienda enim est aliqua ejusmodi dictio, Omnia enim quæcunque fecisti, nominis tui magnificentiam prædicant. Alius vero interpres reddidit:

Ὅτι ἤκουσας πάντα τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου. Ὅτι ἐπήκουσας πάσης δεήσεώς μου κατὰ τὸ πρέπον γενομένης.

Προσκυνήσω πρὸς ναὸν ἅγιόν σου. Ἀποδώσω τὰ εὐχαριστήρια.

Καὶ ἐξομολογήσομαι τῷ ὀνόματί σου, ἐπὶ τῷ ἐλέει σου, καὶ τῇ ἀληθείᾳ σου. Καὶ εὐχαριστήσω ὅτι ἠλέησάς με· καὶ ἀληθῶς ἠλέησας, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν· ἢ καὶ ὅτι ἃ ὑπέσχου μοι, ἠλήθευσας.

Ὅτι ἐμεγάλυνας ἐπὶ πᾶν τὸ ὄνομα τὸ ἅγιόν σου. Καὶ ὅτι ἐθαυμάστωσας εἰς πᾶν ἔργον· ἢ ἐν παντὶ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον· πάντα γὰρ ὅσα ἐποίησας, κηρύττουσι τὴν μεγαλοσύνην τοῦ ὀνόματός σου. Ἕτερος δὲ ἑρμηνευτὴς ἐξέδωκεν, *Ὅτι ἐμεγάλυνας, ὑπὲρ πᾶν.*

C

Quia magnificasti super omne (et tunc, alio etiam modo intelligi potest, ut ordo, ac sensus sit: Quia magnificasti sanctum tuum super omne nomen).

VERS. 3. *In quacunque die invocavero te, velociter exaudi me.* Eadem hæc verba habentur in psalmo CVIII.

Magnipendes me in anima mea potentia tua. Hoc est, te animæ meæ non mediocrem rationem habebis; quinimo magnæ illa tibi erit curæ, præsertim cum hoc facere possis. Vel aliter: Tu, inquit, potentia tua animam meam extolles, hoc est, exaltabis, et facies eam calamitates atque ærumnas omnes superare. (Verbum autem *magnipendes*, pro quo in Græco hic habetur, πολυωρήσεις, idem significat, quod *rationem habere*, seu *magnificare*: quemadmodum et Græcum verbum, ὀλιγωρέω idem significat quod *parvipendo*, aut *negligo*,) ut diximus in fine psalmi XI, ibi: *Secundum altitudinem tuam magnipendisti filios hominum.*

Ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλέσωμαί σε, ταχὺ ἐπάκουσόν μου. Εἶπε τοῦτο, καὶ ἐν τῷ ρη' ψαλμῷ.

Πολυωρήσεις με ἐν ψυχῇ μου, δυνάμει σου. Πολλῆς ἐπιμελείας ἀξιώσεις με κατὰ ψυχὴν, ὡς δυνάμενος τοῦτο ποιῆσαι. Ἢ ἐν τῇ δυνάμει σου ἐπιπολὺ ἀρεῖς με κατὰ ψυχὴν, τουτέστιν ὑψώσεις τὴν ψυχήν μου· ὑπὲρ ἄνω ποιήσεις τῶν θλίψεων. Εἴρηκε δὲ καὶ ἐν τῷ τέλει τοῦ ια' ψαλμοῦ, *Κατὰ τὸ ὕψος σου, ἐπολυώρησας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων.*

D

VERS. 4. *Confiteantur tibi, Domine, omnes reges terræ.* Omnes nimirum pii, ac fideles. Deinde causam addidit, ob quam eos jubeat gratias agere.

Quia audierunt omnia verba oris mei. Verba, inquit, oris mei per legem dicta, per prophetas,

Ἐξομολογησάσθωσάν σοι, Κύριε, πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς. Οἱ εὐσεβεῖς· εἶτα ἡ αἰτία, δι' ἣν εὐχαριστεῖν κελεύονται.

Ὅτι ἤκουσαν πάντα τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου. Τὰ διὰ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν τὰ διὰ

[68] I Cor. x, 4. [69] Malach. II, 7. [70] Exod. XXII, 28.

τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τῶν ἀποστόλων. Οὐ τοσοῦτον A γὰρ διὰ τὰς ἄλλας εὐχαριστίας ὀφείλουσιν εὐχαριστεῖν, ὅσον διὰ τοῦτο, καὶ γὰρ ἐντεῦθεν ἡ εὐσέβεια, καὶ ὁ ἐνάρετος βίος· καὶ τοῦτο ἡ ἀληθὴς εὐεργεσία τῆς ψυχῆς.

Καὶ ᾀσάτωσαν ἐν ταῖς ᾠδαῖς Κυρίου. Ἀσάτωσάν σοι, διὰ τῶν ᾠδῶν, τῶν εἰς σὲ πεποιημένων· ᾠδαὶ γὰρ Κυρίου, αἱ παρὰ Μωσέως πεποιημέναι, καὶ αἱ παρὰ Δαβίδ. Εἶεν δ' ἂν ᾠδαὶ, καὶ αἱ ἁπλῶς ὑμνολογίαι Θεοῦ.

Ὅτι μεγάλη ἡ δόξα Κυρίου. Ἡ περὶ Θεοῦ ὑπόληψις μεγάλη· μέγαν αὐτὸν ὑπολαμβανόντων πάντων, ὅσοις αἴσθησις τῶν εὐεργεσιῶν αὐτοῦ. Ἢ, B Πολλὴ ἡ δόξα αὐτοῦ· *Πλήρης γὰρ*, φησὶν, *ὁ οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ*, δοξαζόντων αὐτὸν καὶ ἀγγέλων, καὶ ἀνθρώπων.

juxta quod scriptum est : *Plenum est cœlum, et terra* glorificent.

Ὅτι ὑψηλὸς Κύριος, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορᾷ. Ὅμοιον τοῦτο τῷ, *Ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν*, ἐν τῷ ριβ' ψαλμῷ. Ἢ Ὑψηλὸς μὲν τὴν φύσιν· τὰ ταπεινὰ δὲ ἐφορῶν, ὡς καὶ τῆς γῆς προνοούμενος, καὶ μέχρι τῶν εὐτελεστάτων ἐκτείνων τὴν πρόνοιαν. Ἢ καὶ τοὺς ταπεινόφρονας ἐφορῶν καὶ φυλάττων αὐτούς.

Καὶ τὰ ὑψηλὰ ἀπὸ μακρόθεν γινώσκει. Τὰ C μὲν γὰρ ταπεινὰ τῶν πράξεων, καὶ ἀνάξια τοῦ ὕψους αὐτοῦ, οὐδὲ ἐκ τοῦ σύνεγγυς ἀνέχεται ὁρᾷν· *Οὐκ οἶδα*, φησὶ, γὰρ *ὑμᾶς*. Τὰ δὲ ὑψηλὰ, καὶ ἄξια καὶ πόῤῥωθεν οἶδε· *Γινώσκει γὰρ*, φησὶν, *ὁδὸν δικαίων*. Ἐμφαντικὸν δὲ τοῦτο τῆς πολλῆς ἐπὶ τούτοις ἀρεσκείας αὐτοῦ. Ἢ περὶ προγνώσεως ὁ λόγος, ὅτι πόῤῥωθεν καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι οἶδεν αὐτά.

Ἐὰν πορευθῶ ἐν μέσῳ θλίψεως, ζήσεις με. Πειρασμοῖς ἐμπεσόντα, διασώσεις· κινδύνοις ἐναπειλημμένον ζωογονήσεις.

Ἐπ' ὀργὴν ἐχθρῶν μου ἐξέτεινας χεῖράς σου. D Ἐπὶ τὴν μανίαν καὶ λύτταν αὐτῶν ἐξέτεινας τὴν χεῖρά σου, καὶ κατέσβεσας αὐτήν.

Καὶ ἔσωσέ με ἡ δεξιά σου. Ἡ δύναμίς σου.

Κύριος ἀνταποδώσει ὑπὲρ ἐμοῦ. Ἀνταποδώσει τοῖς ἐχθροῖς μου· *Ἐμοὶ γὰρ*, φησὶν, *ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω*.

Κύριε, τὸ ἔλεός σου εἰς τὸν αἰῶνα. Ὅμοιον τοῦτο τῷ, *Ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ*, πολλάκις ῥηθέντι.

Τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου μὴ παρίδῃς. Καὶ ἐλεήμων, φησὶν, εἶ καὶ δημιουργός· δι' ἀμφοτέρων οὖν,

per Evangelium, per apostolos. Neque enim ita debemus ob reliqua a Deo accepta beneficia, ei gratias agere, quantum ob hoc spirituale divinorum eloquiorum donum, unde omnis defluxit pietas, et religio, et omnis denique vita, virtute prædita : quod verissimum est animæ beneficium.

Vers. 5. *Et cantent in canticis Domini.* Cantent, inquit, tibi cantica quæ in laudem tuam sunt composita. Cantica enim Domini omnia esse dicuntur, quæ tam a Moyse quam a beato David conscripta fuerunt. Possunt etiam cantica Domini appellari omnes laudationes in Deum.

Quoniam magna est gloria Domini. (In Græco pro *gloria*, δόξα legimus : quæ dictio non gloriam tantum sed opinionem etiam significat.) Magna est, inquit, opinio illa, quæ habetur de Deo, eo quod magnum eum esse opinantur, qui illius beneficia cognoverunt. Vel : Magna est gloria ejus, *gloria ejus* [71] ; cum homines una, atque angeli eum

Vers. 6. *Quoniam excelsus Dominus, et humilia respicit.* Simile est hoc illis verbis : *Qui in altis habitat, et humilia respicit in cœlo atque in terra*, quemadmodum habetur in psalmo cxii. Vel, Natura quidem excelsus est, humilia autem respicit, veluti, qui et terræ providentiam habet, et ad humiles ac tenues res providentiam etiam suam extendit. Vel : Qui humiles corde respicit, atque custodit.

Et alta a longe cognoscit. Humiles siquidem actiones et divina celsitudine indignas, neque etiam cum prope est, videre, aut tueri sustinet Deus, juxta quod scriptum est, ex Dei persona, ad impios dictum esse : *Non novi vos* [72]. Alta vero ac sublimia quæcunque, et divinitate ejus digna, etiam a longe pervidet : *Novit* enim, inquit, *Dominus viam justorum* [73]. His autem verbis multa Dei benignitas demonstratur. Vel de divina præscientia sermo est, quod Dominus scilicet omnia novit etiam antequam fiant [74].

Vers. 7. *Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me.* Me, inquit, in miserias atque ærumnas ruentem servabis, atque in periculis constitutum eripies, et vivificabis.

In iram inimicorum meorum extendisti manus tuas. Extendisti manus tuas ad furorem, et rabiem eorum, atque hoc pacto eam exstinxisti.

Et salvum me fecit dextera tua. Tua potentia.

Vers. 8. *Dominus retribuet pro me.* Inimicis meis scilicet : *Mihi* enim, inquit, *vindictam, et ego retribuam* [75].

Domine, misericordia tua in sæculum. Similia sunt verba illa : *Quoniam in sæculum misericordia ejus.*

Opera manuum tuarum ne despicias. Tu misericors es, inquit, tu opifex. Utraque igitur de causa beni-

[71] Isa. vi, 3. [72] Matth. vii, 23. [73] Psal. i, 6. [74] Dan. xiii, 42. [75] Deut. xxxii, 35 ; Hebr. x, 30.

A gne ac studiose respice ad nos, ne despicias nos dura oppressos tyrannide, ac jamjam perituros. Vel : Non despicias nos rogantes atque invocantes te.

ἐπίβλεψον ἐφ' ἡμᾶς εὐμενὲς καὶ κηδεμονικὸν, καὶ μὴ παρίδῃς τυραννουμένους, καὶ ἀπολλυμένους· ἢ καὶ δεομένους, καὶ ἐπικαλουμένους σε.

Psalmus ipsi David.

PSALMUS CXXXVIII.

VERS. 1. *Domine, probasti me, et cognovisti me.* Probasti me, inquit, tentationum, atque calamitatum probatione. Nec tamen hoc dicit beatus David, quasi ante hanc probationem Deus eum ignoraret. Novit etenim Deus omnia, etiam antequam fiant [76]. Sed probasti, inquit, ut ab iis qui me probatum esse ignorabant, cognoscerer, atque ut exsisterem eis in exemplum fortitudinis : et cognovisti me exactissime, qualis sum. *Vel probasti,* et *Cognovisti,* pro Diligenter nosti. Nam et Apostolus dicens, B quod *Deus scrutatur corda* [77], non significare voluit Deum ignorasse aliquando, antequam scrutaretur, sed exactissime atque apertissime illum omnia nosse.

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΗ'.

Κύριε, ἐδοκίμασάς με, καὶ ἔγνως με. Ἐδοκίμασάς με τῷ δοκιμίῳ τῶν πειρασμῶν, οὐχ ὡς ἀγνοῶν με πρὸ πείρας· πῶς γὰρ, ὁ πάντα εἰδὼς πρὶν γενέσεως αὐτῶν; ἀλλ' ἵνα γνωσθῶ τοῖς ἀγνοοῦσί με δόκιμος, καὶ γένωμαι τούτοις καρτερίας ὑπόδειγμα· καὶ ἔγνως με πρὸς ἀκρίβειαν, οἷός εἰμι· ἢ, *Ἐδοκίμασας,* καὶ *Ἔγνως με,* ἀντὶ Ἀκριβῶς *οἶδάς με.* Καὶ ὁ Ἀπόστολος γὰρ, λέγων ὅτι ἐρευνᾷ τὰς καρδίας, οὐκ ἄγνοιαν ἐμφαίνει πρὸ τῆς ἐρεύνης, ἀλλ' ἀκριβῆ γνῶσιν, καὶ σαφῆ.

VERS. 2. *Tu cognovisti cathedram meam, et surrectionem meam.* Hoc est, vitam meam universam. In his etenim humana vita consistit, in quiete nimirum atque in motu, in otio atque in negotio, in requie et in operatione.

Σὺ ἔγνως τὴν καθέδραν μου, καὶ τὴν ἔγερσίν μου. Τουτέστι, τὸν βίον μου· ἐν τούτοις γὰρ ὁ βίος, ἐν ἠρεμίᾳ, καὶ κινήσει, ἐν σχολῇ, καὶ ἀσχολίᾳ, ἐν ἡσυχίᾳ καὶ ἐνεργείᾳ.

VERS. 3. *Tu intellexisti cogitationes meas de longe.* Ne quis fortasse Deum suspicaretur per experientiam ac probationem hominum animos cognoscere, sermonem suum castigavit. Nam qui humanas cogitationes novit, ante earum motum ; imo vero qui multo tempore antea eas prævidit, nulla profecto experientia, aut probatione indigere putandus C est.

Σὺ συνῆκας τοὺς διαλογισμούς μου ἀπὸ μακρόθεν. Ἵνα μή τις ὑπολάβοι αὐτὸν δοκιμάζοντα γινώσκειν, ἐθεράπευσε τὸν λόγον. Ὁ γὰρ τοὺς διαλογισμοὺς εἰδὼς, καὶ τούτους πρὸ τοῦ κινηθῆναι αὐτοὺς, μᾶλλον δὲ πρὸ πολλοῦ χρόνου, πῶς ἂν δεηθείη δοκιμασίας;

Semitam meam, et funiculum meum investigasti. Omnem vitæ meæ rationem, ac modum, tu perscrutatus es, quantum scilicet vitæ tempus præcesserit, et quantum sit reliquum. Funis autem apud Ægyptios atque apud Persas itineris mensura est, et idem fere, quod apud nos dicitur stadium. Verba autem Probasti et Investigasti, in Deo veram et certam scientiam, et cognitionem denotant.

Τὴν τρίβον μου καὶ τὴν σχοῖνόν μου σὺ ἐξιχνίασας. Τὴν ὁδὸν τοῦ βίου μου πᾶσαν, καὶ τὸ μέτρον αὐτῆς, ὅσον μὲν προέβη, ὅσον δὲ λείπεται, σὺ λίαν ἐπίστασαι. Σχοῖνος γὰρ μέτρος ὁδοῦ παρ' Αἰγυπτίοις καὶ Πέρσαις. Ὁ γάρ ἐστι παρ' ἡμῖν τὸ στάδιον, τοῦτο παρ' ἐκείνοις, ἡ σχοῖνος. Τὸ δὲ Ἐδοκίμασας καὶ ἐξιχνίασας ἐπὶ Θεοῦ τὴν ἀσφαλῆ γνῶσιν ἐμφαίνουσι.

VERS. 4. *Et omnes vias meas prævidisti.* Actiones meas omnes, bonas et malas. Et non dixit, Vidisti, sed *Prævidisti,* antequam scilicet fierent.

Καὶ πάσας τὰς ὁδούς μου προεῖδες. Πάσας τὰς πράξεις μου, τὰς ἀγαθὰς καὶ τὰς πονηράς. Οὐχ εἶπεν ὅτι *Εἶδες,* ἀλλ' ὅτι *Προεῖδες* πρὸ τοῦ γενέσθαι αὐτάς.

Quod non est dolus in lingua mea. Hoc quoque D simul cum cæteris omnibus bene nosti, quod in sermonibus meis nullum vitium est, nulla perversitas, nullum scelus. Deinde magis universaliter dicit:

Ὅτι οὐκ ἔστι δόλος ἐν γλώσσῃ μου. Ἔγνως καὶ τοῦτο, μετὰ τῶν ἄλλων, ὅτι οὐκ ἔστι κακία ἐν τοῖς λόγοις μου, οὐκ ἔστι πανουργία ἢ σκολιότης· εἶτα λέγει καθολικωτέρως·

VERS. 5. *Ecce tu, Domine, cognovisti omnia, novissima, et antiqua.* Ultima et prima, hoc est, omnia prorsus : et nihil cognitionem tuam effugit. Nosti omnia, quæ futura sunt, et quæ fuerunt.

Ἰδοὺ, Κύριος, σὺ ἔγνως πάντα τὰ ἔσχατα, καὶ τὰ ἀρχαῖα. Τὰ τελευταῖα, καὶ τὰ πρῶτα, τουτέστι σύμπαντα, συλλήβδην, καὶ οὐδὲν διέφυγε τὴν σὴν γνῶσιν· ἔγνως, φησὶ, πάντα τὰ γενησόμενα, τά τε γεγονότα.

Tu formasti me, et posuisti super me manum tuam. Non solum formasti, sed conservas etiam, et tueris, ita ut alterum quidem ad creationem, alterum vero ad providentiam pertineat.

Σὺ ἔπλασάς με, καὶ ἔθηκας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου. Οὐ μόνον ἔπλασας, ἀλλὰ καὶ διακρατεῖς, καὶ σκέπεις, ὡς εἶναι τὸ μὲν τῆς δημιουργίας, τὸ δὲ τῆς προνοίας δηλωτικόν.

[76] Dan. XIII, 42. [77] Rom. VIII, 27.

Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ. Τὸ γνῶναί σε, ἐμεγαλύνθη ὑπὲρ ἐμέ · οὕτω γὰρ ἕτερος ἑρμηνεὺς ἐξέδωκεν· ὑπὲρ τὴν ἐμὴν γέγονε κατάληψιν. Ὁ καὶ διὰ τοῦ ἐφεξῆς ἐσαφήνισε στίχου, λέγων·

Ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτήν. Ἰσχυροτέρα γέγονεν, ἢ ὥστε καταληφθῆναι τοῖς ἐμοῖς λογισμοῖς· οὐ μὴ ἰσχύσω πρὸς αὐτήν, ὥστε περιδράξασθαι αὐτῆς. Γνῶσιν δὲ λέγει, τὴν κατὰ φύσιν, ὅτι μὲν γάρ ἐστιν, ἴσμεν· τὸ δὲ τί τὴν οὐσίαν, ἀγνοοῦμεν· ἀλλὰ καὶ ὅτι μὲν πανταχοῦ ἐστι, γινώσκομεν. Τὸ δὲ πῶς, οὐκ ἴσμεν, καὶ ὅτι μὲν ἀγαθὸς, καὶ φιλάνθρωπος, καὶ σοφὸς, καὶ συνετὸς, καὶ τὰ τοιαῦτα, οἴδαμεν. Τὸ δὲ πόσον, οὐκ οἴδαμεν. Τούτῳ δὲ συνᾴδει καὶ ὁ Ἐκκλησιαστὴς λέγων· *Εἶπα· Σοφισθήσομαι, καὶ αὐτὴ ἐμακρύνθη ἀπ' ἐμοῦ, ὑπὲρ ὃ ἦν· καὶ βαθὺ βάθος, τίς εὑρήσει αὐτήν;* καὶ ὁ Παῦλος δέ φησιν, *Ὢ βάθος πλούτου καὶ σοφίας, καὶ γνώσεως Θεοῦ· ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ.* Τινὲς δὲ, καὶ οὕτω νενοήκασιν· ἐθαυμαστώθη ἡ σοφία σου ἐκ τῆς ἐμῆς διαπλάσεως, ἐκ τῆς ἐμῆς κατασκευῆς ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτὴν, ὥστε ὑμνῆσαι αὐτὴν ἀξίως. Ἀλλ' εἰ μὴ οἶδας αὐτὴν ἀκριβῶς, πῶς θαυμάζεις αὐτήν; Δι' αὐτὸ τοῦτο πάντως, ὅτι ἀκατάληπτος. Καὶ τὴν ἡλιακὴν γὰρ ἀκτῖνα μὴ δυνάμενοι καταμαθεῖν, δι' αὐτὸ τοῦτο μάλιστα θαυμάζομεν. Εἶτα, καὶ ἑτέραν θαυμάζει δύναμιν τοῦ Θεοῦ τὸ πανταχοῦ παρεῖναι, τῇ δυνάμει, καὶ προνοίᾳ, καὶ πάντα τόπον πληροῦν.

Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου; καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω; Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ ἐκεῖ εἶ· ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει. Πνεῦμα καὶ πρόσωπον Θεοῦ, τὸν Θεὸν λέγει κατὰ περίφρασιν, ἢ πνεῦμα μὲν αὐτοῦ, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, πρόσωπον δὲ αὐτοῦ, τὸν Υἱὸν, ὡς εἰκόνα τοῦ Πατρὸς, καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. *Ὁ ἑωρακὼς γὰρ, φησὶν, ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα.* Διὰ μὲν τοῦ οὐρανοῦ, τὸν ἀνώτερον δεδήλωκε, διὰ δὲ τοῦ ᾅδου, τὸ κατώτατον. Εἶτα λέγει, καὶ τὴν ἄβυσσον, καὶ τὸν πυθμένα τῆς θαλάσσης· δι' ὧν ἁπάντων πάντα τόπον ἄβατον ἀνθρώπους συμπεριέβαλεν.

Ἐὰν ἀναλάβοιμι τὰς πτέρυγάς μου κατ' ὄρθρον, καὶ κατασκηνώσω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης, καὶ γὰρ ἐκεῖ ἡ χείρ σου ὁδηγήσει με, καὶ καθέξει με ἡ δεξιά σου. Πτέρυγες αὐτοῦ, ἡ κινητικὴ δύναμις τοῦ νοῦ. Ἐὰν ταῖς πτέρυξι τοῦ νοῦ μου, φησὶν, καταντήσω εἰς τὴν ἄβυσσον τῆς θαλάσσης, ὥστε κἂν ἐκεῖ δύνασθαι κρυβῆναι ἀπὸ σοῦ, ἐκεῖ ἡ δύναμίς σου ὁδηγήσει με, καὶ αὖθις καθέξει με· τουτέστιν, οὐδὲ ἐκεῖ ἄνευ αὐτῆς ἀπελεύσομαι, ἀλλὰ προπορεύσεταί μου, ἐνδιδοῦσα πο-

A VERS. 6. *Mirabilis facta est cognitio tua, ex me. Cognitio tua*, inquit, *magna facta est, super me* (ita enim alius interpres reddit) hoc est, Super capacitatem intellectus mei facta est. Quod etiam ex sequentibus magis declaravit, dicens:

Invaluit, et non potero ad eam. Fortior ac potentior facta est, quam ut comprehendi possit, cogitatione ac consideratione mea: et non potero ad eam, appropinquare nimirum, ita ut comprehendam. Per cognitionem autem Dei, nihil aliud significare voluit, quam scire et cognoscere eum qualis naturæ sit. Nam quod sit Deus, hoc proculdubio scimus, quid autem, aut qualis sit illius substantia, ignoramus. Similiter quod ubicunque Deus est, novimus, quomodo autem id fieri possit, ne-
B scimus. Pari etiam modo novimus, quod bonus est, quod misericors, quod sapiens et potens, sed bonitatis, misericordiæ, sapientiæ modus, aut qualitas a nostra cognitione procul est. His consona sunt, quæ habentur apud Ecclesiasten: *Dixi: Sapiens efficiar, et ipsa longius facta est a me, magis quam erat, et profunda profunditas, quis inveniet eam* [78]? Paulus etiam: *O profundum divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei* dixit; *quam imperscrutabilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus* [79]? Quidam vero ita intellexerunt: Mirabilis facta est scientia, ac sapientia tua ex creatione, et formatione mea: et ita invaluit, ut vere cognoscam, quod non potero ad eam pervenire ut condignis eam laudibus celebrem. Verum si plene atque exacte non novit eam beatus David, quomodo eam admiratur? Ob hoc ipsum, inquit, summe eam admiror, quia incomprehensibilis est. Nam et solares radios intueri, atque comprehendere non valemus, atque ob hoc ipsum eos plurimum admiramur. Deinde aliam Dei potentiam admirabundus narrat, quod providentia nimirum ac potentia sua, Deus ubique adest, atque omnem implet locum.

C VERS. 7, 8. *Quo ibo a spiritu tuo? et quo facie tua fugiam? si ascendero in cœlum tu illic es, si descendero in infernum, ades.* Per spiritum Dei, et per faciem Dei, Deum ipsum circumloquitur. Vel per spiritum Dei, sanctum Spiritum intellige. Per faciem vero, ipsum Filium, tanquam veram patris figuram, et certissimum illius divinæ naturæ characterem: *Qui enim*, inquit, *vidit me, vidit et patrem meum* [80]. Per cœlum autem superna, et per infernum, inferna loca denotavit. Deinde etiam abyssum dicit, et profundum maris: per quæ omnia inaccessa hominibus loca subsignavit.

VERS. 9, 10. *Si assumpsero alas meas diluculo, et habitavero in extremis maris: etenim illuc manus*
D *tua deducet me, et tenebit me dextera tua.* Per alas, potentiam illam mentis intelligit, qua humanus intellectus movetur. Si alis, inquit, intellectus mei in abyssum maris pervenero, eo consilio ut illic saltem possim a te abscondi, potentia tua nihilominus illuc etiam me deducet, et rursus detinebit me; hoc est: Neque illuc etiam sine tua potentia accedam; quinimo illa præibit me, illa iter

[78] Eccle. VII, 24. [79] Rom. XI, 33. [80] Joan. XIV, 9.

concedet, atque illic etiam me detinebit, ita ut illinc evadere non valeam. Per diluculum autem, illud tempus intelligit, quo potissimum humana mens sobria esse solet. Superflua est etiam dictio, *Enim*. Quidam præterea per diluculum, orientem intellexerunt; occasum vero, per extrema maris, ut sit sensus : Si intellectu meo, veluti alis quibusdam munitus, in oriente elevatus fuero, et pervenero usque in occidentem, potentia tamen tua illa erit, quæ et in oriente dux mihi erit, dum elevor : et in occidente me comprehendet, cum illuc pervenero.

A ῥεύεσθαι, καὶ καθέξει αὖθις ἐν ἀφύκτῳ, κατ' ὄρθρον δὲ εἶπε, δηλῶν τὸν καιρὸν ὅτε μάλιστα νηφαλέος ἐστὶν ὁ νοῦς. Περιττὸν δὲ τὸ *γάρ*. Τινὲς δὲ ὄρθρον μὲν τὴν ἀνατολὴν ἐνόησαν· ἔσχατα δὲ τῆς θαλάσσης, τὴν δύσιν· οἷον ἐὰν πτερύξωμαι τῷ νῷ μου κατὰ τὴν ἀνατολὴν, καὶ καταντήσω εἰς τὴν δύσιν, καὶ εἰς τὴν ἀνατολὴν, ἡ δύναμίς σου ὁδηγήσει με πτερυσσόμενον, καὶ εἰς τὴν δύσιν καταντῶντα αὐτή με καθέξει.

VERS. 11. *Et dixi, Numquid tenebræ conculcabunt me? et nox illuminatio in deliciis meis.* Cogitavi intra me, numquid si tenebras ingressus fuero, latere potero ita ut ab illis abscondar? ita enim significare volunt ea verba : *Numquid tenebræ conculcabunt me?* quod metaphorice dictum est. Nam ii qui solum pedibus conculcant, obtegere illud atque abscondere quodammodo etiam videntur. Deinde intellexi quod ipsa etiam nox in Deo lucida est, hunc etenim Deum Propheta delicias suas appellavit, cujus vel solam memoriam oblectamentum sibi summum esse arbitratur. *Memor* enim, inquit, *fui Dei, et delectatus sum* [81]. Cognovi igitur quod nec ipsæ tenebræ abscondere me poterunt a Deo.

Καὶ εἶπα· Ἄρα σκότος καταπατήσει με, καὶ νὺξ φωτισμὸς ἐν τῇ τρυφῇ μου. Ἐλογισάμην ἄρα σκότους ὑποδυσκρυβῆναι δυνήσομαι, ἄρα σκότος καταχρύψει με, εἶπα ἐν ἐμαυτῷ; τοῦτο γὰρ, τὸ *καταπατήσει*, δηλοῖ· κρύπτει γὰρ τὸ ἔδαφος ὁ
B πατῶν αὐτό. Εἶτα συνεῖχα, καὶ ἡ νὺξ αὐτὴ, φωτεινή ἐστιν, ἐν τῷ Θεῷ, ἤτοι παρὰ τῷ Θεῷ· τοῦτο γὰρ λέγει, τρυφὴν ἑαυτοῦ· οὗ καὶ τὴν μνήμην μόνον, εὐφροσύνην ἡγεῖται· *Ἐμνήσθην* γάρ, φησὶ, *τοῦ Θεοῦ, καὶ ηὐφράνθην*, ἔγνων ὅτι οὐδὲ τὸ σκότος κρύψαι με ἀπὸ τοῦ Θεοῦ δύναται.

VERS. 12. *Quia tenebræ non obscurabuntur a te.* — *A te*, dixit pro *Apud te*, quemadmodum alius etiam interpres reddidit. Nam quæ apud nos sunt tenebræ, apud te tenebræ non sunt; tibi etenim omnia lucent. Deinde magis declarat, dicens :

Ὅτι σκότος οὐ σκοτισθήσεται ἀπὸ σοῦ. Ἤγουν, *Παρὰ σοί*· οὕτω γὰρ ἕτερος ἐξέδωκεν, ὅτι τὸ παρ' ἡμῖν σκότος, οὐκ εἴη σκότος παρὰ σοί· ἀλλὰ καὶ αὐτὸ φαίνει· εἶτα σαφηνίζει τὸν λόγον.

Et nox sicut dies illuminabitur. Apud te scilicet.

Καὶ νὺξ ὡς ἡμέρα φωτισθήσεται. Παρὰ σοὶ δηλονότι.

Sicut tenebræ ejus, ita et lux ejus. Sicut tenebræ ejus noctis lucidæ sunt apud te, sic etiam et lux diei, hoc est duo hæc æque se habent apud te, æque lucent, æque splendescunt; juxta hoc, sensus est, quod omnia apud Deum manifesta sunt. Intelliguntur etiam hæc verba juxta alium sensum : Tentationum, inquit, atque afflictionum tenebris stipatus dixi : quod tentationes forsitan mei dominabuntur, verum te ita postmodum volente, nox illa nigroris, illuminatio lætitiæ mihi effecta est. Reliqua etiam consequenter prædictis interpretanda sunt. Gregorius vero Theologus aliter hoc dictum exposuit : Me, inquit, deliciis vacante, nox illa deliciarum, quæ mentem obtenebrat, visa mihi est quædam esse illuminatio : nox enim, inquit, undique mihi misero erat, et ignorabam. Arbitrabar enim delicias lucem esse.

Ὡς τὸ σκότος αὐτῆς, οὕτω καὶ τὸ φῶς αὐτῆς.
C Ὡς τὸ σκότος τῆς νυκτὸς παρὰ σοὶ φωτεινὸν, οὕτω καὶ τὸ φῶς τῆς ἡμέρας· τουτέστιν ἴσα παρὰ σοὶ ἄμφω, καὶ ὁμοίως φωτεινά. Ταῦτα μὲν περὶ τοῦ πάντα φανερὰ εἶναι παρὰ Θεῷ· νοοῦνται δὲ καὶ καθ' ἑτέραν διάνοιαν, ὅτι περιστοιχιθεὶς τῷ σκότει τῶν πειρασμῶν, εἶπα καθ' ἑαυτόν· Ἄρα καταχυριεύσει με; εἶτα σοῦ θελήσαντος, καὶ ἡ νὺξ τῆς ἀθυμίας φωτισμὸς εὐφροσύνης ἐγένετο· ἀκολούθως δὲ καὶ τὰ ἑξῆς ἑρμηνευτέον. Ὁ δὲ Θεολόγος Γρηγόριος ἑτέρως ἡρμήνευσε τὸ ῥητὸν, ὅτι τρυφῶντός μου, ἡ νὺξ τῆς τρυφῆς ἡ σκοτίζουσα τὸν νοῦν, φωτισμὸς ἐδόκει μοι· νὺξ γὰρ ἦν, φησὶ, περὶ ἐμὲ τὸν δείλαιον, καὶ ἠγνόουν· φωτισμὸν εἶναι τὴν τρυφὴν ὑπελάμβανον.

D

VERS. 13. *Quoniam tu possedisti omnes renes meos.* Per renes suos, seipsum Propheta, Chrysostomi sententia, circumloquitur, veluti a parte totum describens. Quoniam tu, inquit, possedisti me, hoc est, possessionem tuam me effecisti : dignum nimirum tua providentia. Nam qui aliquid possidet, illius etiam curam habet.

Ὅτι σὺ ἐκτήσω τοὺς νεφρούς μου. Φησὶν ὁ Χρυσόστομος, ὅτι νεφροὺς ἐνταῦθα ὁ προφήτης ὅλον ἑαυτὸν λέγει, ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν· ὅτι σὺ ἐκτήσω με, σὸν κτῆμα πεποίηκας, καὶ προνοίας ἀξιοῖς· ὁ γὰρ κτώμενός τι, καὶ προνοεῖται αὐτοῦ.

Adjuvisti me de ventre matris meæ. In septuagesimo etiam psalmo dixit : *De ventre matris meæ*

Ἀντελάβου μου ἐκ γαστρὸς μητρός μου. Καὶ ἐν τῷ ο' ψαλμῷ εἶπεν· *Ἐκ κοιλίας μητρός σύ μου*

[81] Psal. LXXVI, 4.

ει σκεπαστής· ἐξ αὐτῶν τῶν σπαργάνων, ἐκ πρώτης ἡλικίας.

A *tu es protector meus*, ex ipsis nimirum cunabulis, atque a prima et tenera ætate.

Ἐξομολογήσομαί σοι, ὅτι φοβερῶς ἐθαυμαστώθης. Πολλὰ θαυμάζομεν, ἀλλ' οὐ μετὰ φόβου· οἷον, κάλλη καὶ μεγέθη σωμάτων, καὶ οἰκοδομημάτων, καὶ σοφίαν τεχνῶν, καὶ τὰ τοιαῦτα· εἰς δὲ τὸ βάθος τῆς θαλάσσης κατακύψαντες, οὐχ ἁπλῶς αὐτὸ θαυμάζομεν, ἀλλὰ μετὰ φόβου. Λοιπὸν οὖν ὁ προφήτης εἰς τὸ ἀχανὲς πέλαγος, καὶ τὸν ἄπειρον βυθὸν τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως καὶ σοφίας, καὶ οἰκονομίας παρακύψας, καὶ ἰλιγγιάσας, καὶ μετὰ φόβου θαυμάσας, ἀνεχώρησεν πρὸς ἑαυτὸν, καὶ ἀνεβόησεν ὅτι, Εὐχαριστῶ σοι μόνῳ.

VERS. 14. *Confitebor tibi, quoniam terribiliter magnificatus es.* Multa sæpe admirari solemus, sed absque ullo timore, veluti pulchritudinem, ac magnitudinem corporum, ædificiorum etiam, et artium scientiam, atque alia hujusmodi; verum si maris profunditatem intuemur, non simpliciter admiramur, sed cum timore. Propheta igitur vastum pelagus atque immensum divinæ sapientiæ potentiæque et administrationis profundum intuitus, atque oculorum vertiginem passus, cum timore atque admiratione in seipsum reversus, clamavit dicens: Gratias tibi soli agam.

Θαυμάσια τὰ ἔργα σου. Πάντα γὰρ, φησὶν, ἐν σοφίᾳ ἐποίησας.

Mirabilia opera tua. Omnia enim, inquit, in sa-
B pientia fecisti.

Καὶ ἡ ψυχή μου γινώσκει σφόδρα. Γινώσκει ὅτι θαυμαστὰ ταῦτα.

Et anima mea cognoscit valde. Cognoscit quod hæc admiranda sunt.

Οὐκ ἐκρύβη τὸ ὀστοῦν μου ἀπὸ σοῦ, ὃ ἐποίησας ἐν κρυφῇ. Φανερά σοι καὶ ἡ διάπλασις τῶν ὀστέων μου, ἃ ἐποίησας ἀφανῆ ὑποκεχρυμμένα τῇ σαρκί. Καὶ ἄλλως· ὀστοῦν ἡ γυνὴ, ὅτε ἔφαγεν ἀπὸ τοῦ ξύλου· ὀστοῦν γὰρ αὐτὴ τοῦ Ἀδὰμ, ἥτις ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ πλαστουργηθεῖσα, ἣν ἐποίησας ἐν κρυφῇ, ἔκστασιν ἐπιβαλὼν τῷ Ἀδάμ.

VERS. 15. *Non est occultatum os meum abs te, quod fecisti in abscondito.* Nota ac manifesta etiam tibi est ossium meorum formatio, seu creatio. Ea etenim latere fecisti, atque ipsa carne contegi. Vel aliter: Os, hoc est, mulier ipsa, non est occultata, quando comedit de ligno. Eva etenim os dicitur viri sui Adam, eo quod ex illius costa creata est, juxta illud: *Hoc nunc os ex ossibus meis* [22], quam in occulto ideo fecisse Deus dicitur, quia extasim tunc immisit Deus in Adam.

Καὶ ἡ ὑπόστασίς μου ἐν τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς. Φανερά σοι καὶ ἡ οὐσία τοῦ σώματός μου, ἡ ἐν τῷ βάθει τῆς γῆς κρυπτομένη, καὶ λυομένη μετὰ τὸν θάνατον· τουτέστι καὶ συμπηγνύμενον τῇ γαστρὶ τῆς μητρὸς ὁρᾷς με, καὶ λυόμενον αὖθις ἐν κοιλίᾳ τῆς γῆς. Ἢ καὶ ἑτέρως· Φανερά σοι, καὶ ὑπόστασίς μου, ἡ πλάσις μου· ἢ, ὥσπερ ἐν τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς, ἐν τοῖς ἐγκάτοις τῆς μητρικῆς νηδύος ὑφαινομένη.

Et substantia mea in inferioribus terræ. Manifesta etiam tibi est corporis mei substantia, quæ
C post mortem meam in terræ profunditate abscondetur atque dissolvetur, hoc est, et compactum me vidisti in utero matris meæ, et dissolutum rursus videbis in utero terræ. Vel aliter: Nota tibi est subsistentia mea, et formatio mea, quæ in materni uteri visceribus, veluti in terræ inferioribus, contexta est.

Τὸ ἀκατέργαστόν μου εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου. Ἢ τὸ τοῦ ἐμβρύου ἀδιατύπωτον λέγει, μήπω ἐξεικονισθέντος ἐν τῷ ἐργαστηρίῳ τῆς φύσεως· ἢ τὴν τοῦ νοὸς ἀτελῆ κίνησιν. Οἶδας, φησὶν, κἀμὲ, πρὸ τοῦ διαμορφωθῆναί με· καὶ τοὺς λογισμούς μου, πρὸ τοῦ κινηθῆναι αὐτούς. Οἶδας πάντα πρὸ γενέσεως αὐτῶν.

VERS. 16. *Imperfectum me viderunt oculi tui.* Aut embrionem informem intelligit, qui in naturæ officina figuram adhuc nullam acceperat, aut imperfectum mentis motum. Nosti, inquit, me priusquam formarer, et cogitationes meas priusquam moverentur, hoc est, nosti omnia, antequam fiant. Unde alius interpres reddidit: *Informem me viderunt oculi tui.*

Καὶ ἐπὶ τὸ βιβλίον σου πάντες γραφήσονται. Βιβλίον Θεοῦ ἡ ἀκριβὴς γνῶσις· Γραφὴ δὲ αὐτοῦ, ἡ διηνεκὴς μνήμη. Ἐν μὲν οὖν τῷ βιβλίῳ τῆς ἁπλῆς γνώσεως γράφονται ἁπλῶς πάντες, καὶ δίκαιοι καὶ ἁμαρτωλοί· ἐν δὲ τῷ τῆς κατ' οἰκείωσιν γνώσεως γράφονται μόνοι οἱ δίκαιοι.

D *In libro tuo omnes scribentur.* Liber Dei est summa ejus scientia; Scriptura vero, perpetua memoria. In libro igitur divinæ scientiæ, omnes scribentur, tam justi quam peccatores. Verum hic divinæ scientiæ liber, magis est universalis. Est etenim alius liber scientiæ Dei magis privatus, in quo soli justi scribuntur: ea ratione, quod eos tantum cognoscere, hoc est, approbare dicitur; juxta id quod scriptum est: *Novit Dominus vias justorum* [23].

Ἡμέρας πλασθήσονται, καὶ οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς. Ἐν φωτὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, πλασθήσονται, πλάσιν τὴν ἀρίστην γε καὶ καθαρωτάτην, καὶ τῆς νυκτερινῆς, καὶ σωματικῆς ἀντίθετον· καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ὡς εἴρηται γραφομένοις, οὐδείς ἐστιν, ὡς ἂν ἤ-

Die formabuntur, et nemo in eis. Formabuntur in luce sancti Spiritus, formatione nimirum optima et mundissima, quæ formationi materiali, atque, ut ita dicam, nocturnæ est contraria: et in eis, qui in eo libro scripti sunt, ut diximus, nemo

[22] Gen. II, 23. [23] Psal. I, 6.

est, qui spiritualiter eo pacto formatus non sit : spiritualiter nimirum, ut diximus, concinnatus, ac directus. Nos igitur ut potuimus versiculum hunc declaravimus, sumpta expositionis occasione, ex Gregorio Theologo. Chrysostomus vero difficultatem atque obscuritatem hujus versiculi confessus, sensum tantummodo ex alio adducit interprete. Informem me, inquit; viderunt oculi tui; atque ita viderunt, ut eos vident, qui in libro tuo scripti sunt : eos, inquam, qui in tempore, hoc est, tempestive creati et nati sunt, ita ut ne una quidem dies ad perfectam eorum creationem deficiat.

A λωται, πνευματικῶς μὴ ῥυθμισθεὶς, καὶ ἀπευθυνθείς. Ἡμεῖς μὲν οὖν ἡρμηνεύσαμεν ὡς οἷόν τε τὸ ῥητὸν, ἐκ τοῦ Θεολόγου Γρηγορίου λαβόντες τὴν ἀφορμήν. Ὁ δὲ Χρυσόστομος ἀσαφὲς τοῦτο λέγει, καὶ μόνην ἔννοιαν ἐξ ἑτέρου ἑρμηνείας εἰσάγει· ὅτι ἀμόρφωτόν με εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου· οὕτω με εἶδον, ὡς τοὺς ἐπὶ τὸ βιβλίον σου γεγραμμένους, τοὺς εὐκαίρως πλασθέντας, καὶ οὐδεμίας ἡμέρας δεομένους, εἰς ἀπαρτισμὸν πλάσεως.

Vers. 17. *Mihi autem valde honorati sunt amici tui, Deus.* Amici Dei sunt, quicunque per virtutem, familiaritatem ac benevolentiam ejus adipiscuntur. *Vos enim*, inquit, *amici mei estis* [84]. Virtutis igitur non minima pars est, amicos Dei honorare.

Ἐμοὶ δὲ λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σου, ὁ Θεός. Φίλοι Θεοῦ ὅσοι δι' ἀρετῆς οἰκειοῦνται Θεῷ· ὑμεῖς γὰρ, φησὶν, φίλοι μου ἐστέ· οὐ μικρὸν δὲ καὶ τοῦτο μέρος ἀρετῆς, τὸ τιμᾷν τοὺς φίλους τοῦ Θεοῦ.

B

Valde prævaluerunt principatus eorum. Alius interpres, *Capita eorum* dixit, hoc est, ipsi amici Dei. Fortes enim, inquit, facti sunt virtute, adeo, ut a vitiis superari non possint. Vel per principatus, potentiam et facultatem intellige, quam eorum unusquisque adversus immundos spiritus sortitus est. Significare autem mihi videtur tam apostolos quam eorum successores, et alios omnes fideles, si qui illorum instar, virtute fuerint præditi.

Λίαν ἐκραταιώθησαν αἱ ἀρχαὶ αὐτῶν. Ἄλλος, *Αἱ κεφαλαὶ αὐτῶν*, ἤγουν αὐτοὶ, κατὰ περίφρασιν· ἰσχυροὶ, φησὶν, γεγόνασιν, εἰς ἀρετὴν· ἀήττητοι κακίαν. Ἢ ἀρχὰς νόει τὴν ἐξουσίαν, ἣν ἔλαβεν ἕκαστος κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων· αἰνίττεται δὲ τοὺς ἀποστόλους, καὶ τοὺς διαδόχους αὐτῶν, ἢ καὶ τοὺς κατ' αὐτῶν ὄντας ἐναρέτους.

Vers. 18. *Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur.* Utitur Propheta figura hyperbole. Conabor, inquit, eos dinumerare, et adeo immensæ erunt multitudinis, ut supra numerum esse reperiantur. Est autem hic quidam loquendi modus. Apud Deum vero non ipsi tantum numerabuntur, sed omnes etiam capilli capitis eorum.

Ἐξαριθμήσομαι αὐτοὺς, καὶ ὑπὲρ ἄμμον πληθυνθήσονται. Καθ' ὑπερβολὴν ὁ λόγος· Ἐξαριθμήσασθαι πειράσομαι καὶ ἀπειραπληθεῖς ἔσονται, ὑπὲρ ἀριθμὸν εὑρεθήσονται· πλὴν παρὰ Θεῷ οὐκ αὐτοὶ μόνον ἠρίθμηνται, ἀλλὰ καὶ αἱ τρίχες τῆς C κεφαλῆς αὐτῶν.

Exsurrexi et adhuc sum tecum. Erectus sum a calamitatibus, et tui tamen, ut multi in secunda faciunt fortuna, oblitus non sum.

Ἐξηγέρθην, καὶ ἔτι εἰμὶ μετὰ σοῦ. Ἀπηλλάγην τῶν δεινῶν, καὶ οὐκ ἐπελαθόμην τῆς ἀρετῆς, ὅπερ πολλοὶ πάσχουσιν ἐν εὐημερίᾳ.

Vers. 19. *Si occideris, Deus, peccatores.* Subintelligendum est : *Bene habet.* Per peccatores autem, ipsos dæmones intelligit, atque homines quoscunque legis transgressores. Occidi autem dicuntur dæmones, quando inefficax atque invalida redditur eorum potentia. Peccatores vero homines tunc interimuntur, quando necatis vitiis ipsi ad virtutem conversi fuerint. Vel in peccatoribus Propheta corpus occidi optat, quando delictorum vulnera immedicabilia sunt : atque hoc, ne aliis impedimento sint ad studia virtutum.

Ἐὰν ἀποκτείνῃς ἁμαρτωλοὺς, ὁ Θεός. Λείπει τὸ, *Εὖ ἔχει*· ἁμαρτωλοὺς μὲν οὖν λέγει τοὺς δαίμονας, καὶ τοὺς παρανόμους ἀνθρώπους· ἀναίρεσις δὲ τῶν μὲν δαιμόνων, ἡ ἀνενεργησία· τῶν δὲ παρανόμων ἀνθρώπων ἡ πρὸς ἀρετὴν μεταβολὴ, ἀναιρουμένης τῆς κακίας· ἢ καὶ ὁ σωματικὸς θάνατος ἀνιάτων φαινομένων, ἵνα μὴ ἐμποδίζωσι τῷ δρόμῳ τῆς ἀρετῆς.

Viri sanguinum declinate a me. Sanguinolenti scilicet et cæde lætantes, qui quoscunque occiditis, superiores estis. Hujuscemodi autem sunt diabolici omnes, qui factis partim, et partim sermone suo cæteros perdunt. Non minima etiam est virtus delinquentium commercia declinare.

D *Ἄνδρες αἱμάτων ἐκκλίνατε ἀπ' ἐμοῦ.* Οἱ φονικοὶ, οἱ αἱμοχαρεῖς, οἱ ἀναιροῦντες ὧν ἂν περιγένησθε· τοῦτοι δὲ πάντες, οἱ τοῦ διαβόλου, τοῦτο μὲν ἔργῳ, τοῦτο δὲ λόγῳ φθείροντες. Οὐ μικρὸν δὲ κατόρθωμα, τὸ φεύγειν τὴν συνουσίαν τῶν παρανόμων.

Vers. 20. *Quoniam contentiosi estis in colloquiis.* Quia litigiosi, inquit, estis in sermonibus, seu in pravis consultationibus vestris, ut alius interpres reddidit.

Ὅτι ἐρισταὶ ἐστε εἰς διαλογισμούς. Ὅτι μάχιμοί ἐστε καὶ φιλόνεικοι ἐν διαλογισμοῖς· ἐν κακοβουλείαις, ὡς ἕτερος ἐξέδωκε.

Accipient in vanitate civitates suas. Hoc est, in vanum ac frustra proprias habitabunt civitates.

Λήψονται εἰς ματαιότητας τὰς πόλεις σου. Οἰκήσουσι μάτην τὰς πόλεις σου. *Τοῦ Κυρίου* γὰρ,

[84] Joan. xv, 14.

φησίν, ἡ γῆ. Μένουσιν ἄκαρποι εἰς ἀρετὴν οἱ A τοιοῦτοι.

Οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε, Κύριε, ἐμίσησα, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου ἐξετηκόμην; Τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτοὺς, εἰς ἐχθροὺς ἐγένοντό μοι. Εἰπὼν ἀνωτέρω· *Ἐμοὶ δὲ λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σου, ὁ Θεός·* ἐνταῦθά φησιν· *Οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε, Κύριε, ἐμίσησα;* κἀκεῖ μεθ' ὑπερβολῆς ἡ τιμή· *Λίαν* γάρ· κἀνταῦθα μεθ' ὑπερβολῆς τὸ μῖσος· *Ἐξετήκετο* γὰρ, ἤγουν ἐπυρπολεῖτο τῷ κατ' αὐτῶν θυμῷ.

Δοκίμασόν με, ὁ Θεὸς, καὶ γνῶθι τὴν καρδίαν μου. Καὶ μὴν κατ' ἀρχὰς εἶπε· *Κύριος, ἐδοκίμασάς με, καὶ ἔγνως με.* Ἀλλὰ καὶ ἔτι δοκιμασθῆναι, B πρὸς πλείονα πληροφορίαν, ζητεῖ τῶν ἀγνοούντων αὐτόν.

Ἔτασόν με, καὶ γνῶθι τὰς τρίβους μου, καὶ ἴδε, εἰ ὁδὸς ἀνομίας ἐν ἐμοὶ, καὶ ὁδήγησόν με ἐν ὁδῷ αἰωνίᾳ. Τὸ αὐτὸ λέγει καὶ νῦν· ἢ τοίνυν, διὰ τοὺς ἀδικοῦντας αὐτὸν ὁ λόγος, βεβαιῶν, ὅτι οὐδὲν αὐτοὺς ἐκείνους ἠδίκησεν, ἢ καὶ ἔτι δοκιμασθῆναι ζητεῖ, ἵνα, εἰ μὴ οὕτως ἔχων ἐλεγχθῇ, διορθώσεται ἑαυτὸν πλανώμενον.

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΘ΄.

Ἐξελοῦ με, Κύριε, ἐξ ἀνθρώπου πονηροῦ. C Κακούργου. Πονηρὸν δὲ ἡ κακία, ὡς πόνον καὶ κάματον ἐπιφέρουσα τῷ κεκτημένῳ. Εἶτα σαφηνίζει τίνα λέγει πονηρόν.

Ἀπὸ ἀνδρὸς ἀδίκου ῥῦσαί με. Παρανόμου. Ἐπεὶ γὰρ τοιοῦτος ἄνθρωπος δυσφύλακτος, καλεῖ τὸν Θεὸν εἰς ἐπικουρίαν· ζήτησον καὶ ἐν τῷ D μβ' ψαλμῷ τὴν ἐξήγησιν τοῦ, *Ἀπὸ ἀνδρὸς ἀδίκου, καὶ δολίου ῥῦσαί με.* Ἐν τῷ προλαβόντι γοῦν ψαλμῷ εἰπών· *Ἄνδρες αἱμάτων, ἐκκλίνατε ἀπ' ἐμοῦ·* ἐν τῷ ς' δὲ φήσας, *Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ, πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν,* καὶ οἴκοθεν ἀποστραφεὶς καὶ φυγὼν αὐτοὺς, νῦν καὶ τὸν Θεὸν ἐπικαλεῖται συνεργόν· χρὴ γὰρ ἕκαστον τὸ παρ' ἑαυτοῦ εἰσάγειν πρότερον, εἶτα καὶ τὸν Θεὸν παρακαλεῖν. Οὔτε γὰρ ὁ Θεὸς συνεργεῖ σου μὴ σπουδάζοντος, οὔτε σὺ σπουδάζων ἀνύσεις, ἐκείνου μὴ συνεφαπτομένου.

A *Domini* enim, inquit, *est terra* [88]. Permanebunt enim hujuscemodi homines infructuosi et steriles ad virtutem.

VERS. 21, 22. *Nonne eos qui te oderant, Domine, oderam, et in inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos : inimici facti sunt mihi.* Cum superius dixerit : *A me autem valde honorati sunt amici tui, Deus*, nunc dicit : *Nonne eos qui te oderant, Domine, odi?* Et illic honoris magnitudinem significans, *Valde*, dixit; hic etiam pari modo summum odium exprimere volens, ait : *Tabescebam*, hoc est, indignatione maxima adversus eos æstuabam quodammodo, et consumebar.

VERS. 23, 24. *Proba me, Deus, et cognosce cor meum.* Atqui in principio psalmi dixit : *Domine*, B *probasti me, et cognovisti me.* Verum melius adhuc probari et cognosci cupit, non ut Deus ipse melius eum cognoscat, qui omnia novit, sed ut ii qui Prophetæ animum, ac mentem non noverant, illius magis certiores reddantur.

Examina me, et cognosce semitas meas, et vide si via injustitiæ in me est, et deduc me in via æterna. Eamdem repetit sententiam, aut propter eos qui sibi injuriam intulerant, confirmans nulla se eos affecisse injuria : aut etiam amplius probari cupit, ut si convictus fuerit, talem animum aut mentem non habere, emendari rursus possit, ac dirigi.

Psalmus ipsi David.

PSALMUS CXXXIX.

C VERS. 2. *Eripe me, Domine, ab homine maligno.* Hoc est, scelesto. Ipsum etenim scelus malignum esse quid dicitur : eo quod mala atque afflictiones auctori suo præstat. (Eripe me, inquit, non a dæmoniis, non a feris, aut draconibus, sed a maligno homine. Maligni etenim homines illis omnibus deteriores sunt. Nam et feras multas legimus, quæ sanctos viros veneratæ sunt, quibus contra maligni homines innumerabilia intulerunt mala. Feræ præterea aperte ac palam malignitatem suam exercent, atque ut ita dicam, ingenue: homines vero clam id faciunt, atque in occulto, et subdole. Dæmones item sancto crucis signo fugantur, et quoties a sanctis viris increpati fuerint, secedunt : homo vero malignus ipsi etiam Deo adversatur. Nam cum jubeat Deus inimicos etiam amari, ille contra, non inimicos tantum, sed ipsos etiam benefactores odit. Beatus etiam Paulus solo verbo dæmones expulit : Alexandri autem fabri malignitatem superare non potuit.) Deinde declarat quemnam dicat malignum.

A viro injusto eripe me. A legis transgressore. Vocat autem Deum Propheta in adjutorium, quia D difficillimum est ab hujuscemodi cavere hominibus. Vide in psalmo XLII expositionem illius versiculi : *A viro injusto et doloso eripe me.* Et cum in præcedenti psalmo dixerit : *Viri sanguinum, declinate a me*, item in psalmo XC, *Discedite a me : omnes qui operamini iniquitatem*, et sponte sua, pro viribus se ab eis averterit, nunc Deum adjutorem suum invocat. Oportet etenim unumquemque antea vires suas adferre, atque ita demum Deum invocare. Neque Deus tibi cooperabitur, nisi tu quoque studium adhibueris et diligentiam : sed nec tu studio, aut diligentia tua aliquid perficies, nisi ille suam tibi opem porrexerit.

[88] Psal. XXIII, 1.

VERS. 3. *Qui cogitaverunt injustitiam in corde.* Tales, inquit, injusta et noxia cogitaverunt, ac perversa.

A *Οἵτινες ἐλογίσαντο ἀδικίαν ἐν καρδίᾳ.* Οἱ τοιοῦτοι, φησὶν, ἐμελέτησαν ἄδικα, παράνομα, βλαβερά.

Tota die instruebant prælia. In tota vita sua bella paraverunt, modo adversus hunc, modo adversus alium. Inveteratum enim vitium quiescere eos non sinebat; quin imo persuadebat magis, ut modo clam, modo palam pugnarent. Per prælia autem, doli etiam intelliguntur atque insidiæ, et quodcunque aliud offensionis genus, quod cogitatione, verbo aut opere committi possit.

Ὅλην τὴν ἡμέραν παρετάσσοντο πολέμους. Ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ αὐτῶν, ἠὐτρεπίζοντο πολέμους, νῦν μὲν κατὰ τούτων, νῦν δὲ κατ' ἐκείνων· μὴ συγχωρούσης αὐτοῖς τῆς κακίας ἠρεμεῖν, ἀλλὰ ποτὲ μὲν, ἀσαφῶς ἐπιτίθεσθαι πειθούσης, ποτὲ δὲ φανερῶς. Πόλεμος δὲ νοεῖται, καὶ ὁ δόλος, καὶ ἡ ἐπιβουλὴ, καὶ πᾶσα ἐπήρεια ἐν διανοίᾳ καὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ θεωρουμένη.

VERS. 4. *Acuerunt linguam suam quasi serpentis.* Incitarunt eam, ut exitiale venenum emitteret: noxium nimirum ac pestilentem sermonem.

Ἠκόνησαν γλῶσσαν αὐτῶν, ὡς ὄφεως. Ὤξυναν αὐτὴν, εἰς τὸ ἐνιέναι ἰὸν φθοροποιὸν, ὅς ἐστιν οἱ βλαβεροὶ λόγοι.

Venenum aspidum sub labiis eorum. Hoc est, in lingua atque in ore eorum. Perniciosus autem sermo aspidis veneno comparatur, veluti valde nocuus, atque ad perdendum efficacissimus. Vides igitur, quo pacto vitium in hujuscemodi feritatem homines immutavit. Quod si eorum natura, quantum corporeis oculis cerni potest, immutata non videtur, immutatum est tamen propositum, immutata est mens: quo factum est, ut ad sævitiam, atque ad immanitatem sint deducti.

Ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν. Ἤγουν ἐν
B τῇ γλώσσῃ αὐτῶν, ἐν τῷ στόματι αὐτῶν λόγος ὀλέθριος, ἰῷ ἀσπίδος ἐοικὼς, κατὰ τὸ βλαπτικόν τι καὶ δραστήριον εἰς ἀπώλειαν. Ὁρᾷς πῶς εἰς θηριωδίαν τούτους ἡ κακία μετέστησεν, οὐ τὴν φύσιν αὐτῶν, ἀλλὰ τὴν προαίρεσιν εἰς ἀπανθρωπίαν καταγαγοῦσα.

VERS. 5. *Custodi me, Domine, de manu peccatoris, et ab hominibus injustis eripe me.* Quæ superius dicta sunt, rursus repetit, orationem intendens. Peccator autem, atque injustus, quicunque intelligendus est, qui delinquit, atque injuria vel seipsum, vel alienum afficit. Seipsum enim injuria afficere quis dicitur, quomodocunque quis peccet; alterum vero non semper. Et quemadmodum sæpenumero Scriptura justitiam in universum pro quacunque intelligit virtute, sic contra, injustitiam persæpe ponit pro omni vitio.

Φύλαξόν με, Κύριε, ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ, ἀπὸ ἀνθρώπων ἀδίκων ἐξελοῦ με. Τὰ προλαβόντα λέγει πάλιν, ἐπιτείνων τὴν δέησιν· ἁμαρτωλὸς γὰρ καὶ ἄδικος, πᾶς οἷος δήποτε ἁμαρτάνων καὶ ἀδικῶν ἑαυτὸν, ἢ ἕτερον· ἑαυτὸν μὲν γὰρ ἐν πάσῃ ἁμαρτίᾳ πάντως ἀδικεῖ, ἕτερον δὲ οὐ πάντως ἐν πάσῃ. Ὥσπερ δὲ πολλάκις δικαιοσύνην ἡ Γραφὴ τὴν καθόλου ἀρετὴν ὀνομάζει, οὕτω καὶ ἀδικίαν τὴν καθόλου
C κακίαν.

Qui cogitaverunt supplantare gressus meos. Cogitaverunt impedimentum præstare itineri, et conversationi meæ, quam ex lege moderor.

Οἵτινες διελογίσαντο τοῦ ὑποσκελίσαι τὰ διαβήματά μου. Ἐσκέψαντο ἐμποδίσαι τῇ κατὰ νόμον πορείᾳ μου· περιττὸν γὰρ νῦν τὸ τοῦ, καθ' Ἑβραϊκὸν ἰδίωμα.

VERS. 6. *Absconderunt superbi laqueum mihi.* Superbus est quilibet legis transgressor, veluti qui legem despicit, ut sæpe diximus. Legis autem transgressor est, quisquis delinquit.

Ἔκρυψαν ὑπερήφανοι παγίδα μοι. Ὑπερήφανος, πᾶς παράνομος, ὡς ὑπερόπτης τοῦ νόμου, καθὼς εἰρήκαμεν πολλάκις· παράνομος δὲ πᾶς ἁμαρτωλός.

Et funibus extenderunt laqueum pedibus meis. Multiplicibus, ac clandestinis insidiis, ac plagis, tetenderunt mihi laqueos.

Καὶ σχοινίοις διέτειναν παγίδα τοῖς ποσί μου. Πολυπλόκοις ἐπιβουλαῖς, θηράτροις λαθραίοις, ἥπλωσαν παγίδα μοι.

Juxta iter scandala posuerunt mihi. Hoc est, in iis locis quæ contigua erant ipsi viæ, seu prope viam. Hoc autem fecerunt, ut dum incautus illuc incedo, in ea scandala inciderem. Per scandalum autem offendiculum intelligit. Enarrat etiam et dilatat Propheta sermonem de insidiis: Absconderunt enim, inquit, insidias, et extenderunt eas etiam juxta semitam; quo sermone, et prava eorum studia denotare voluit, et scelera.

D *Ἐχόμενα τρίβου σκάνδαλα ἔθεντό μοι.* Ἀπτόμενα τῆς ὁδοῦ, ἢ ἔγγιον αὐτῆς, ὥστε βαδίζοντα περιπεσεῖν αὐτοῖς ἀφυλάκτως· σκάνδαλον δὲ τὸ πρόσκομμα. Ἐπεξηγεῖται δὲ καὶ πλατύνει τὸν περὶ τῆς ἐπιβουλῆς λόγον· Ἔκρυψαν γὰρ, φησὶ, καὶ διέτειναν καὶ ἐχόμενα τρίβου, ἵνα δείξῃ τὸ σπουδαῖον καὶ πανοῦργον τῆς κακομηχανίας αὐτῶν.

VERS. 7. *Dixi Domino: Deus meus es tu.* In hujuscemodi periculis exsistens, et capi jamjam exspectans, omnia alia auxilia omisi, solumque Deum invocavi, dicens: Deus meus es tu, ne despicias creaturam tuam.

Εἶπα τῷ Κυρίῳ· Θεός μου εἶ σύ. Ἐν τοιούτοις κινδύνοις γενόμενος, μόνον τὸν Θεὸν ἐπεκαλεσάμην, εἰπὼν, Θεός μου εἶ σύ· μὴ παρίδῃς τὸ δημιούργημά σου.

Ενώτισαι, Κύριε, τὴν φωνὴν τῆς δεήσεώς μου. Δεομένου ῥυσθῆναι.

A *Auribus percipe, Domine, vocem deprecationis meæ.* Qua liberari postulo.

Κύριε, Κύριε, δύναμις τῆς σωτηρίας μου, ἐπεσκίασας ἐπὶ τὴν κεφαλήν μου ἐν ἡμέρᾳ πολέμου. Κύριε, Κύριε, δύναμις σώζουσά με, ἐσκέπασάς με ἐν ἡμέρᾳ πολέμου, ἐφρούρησας, ἐν ἀσφαλείᾳ κατέστησας, μὴ μόνον ξιφῶν καὶ βελῶν ἀθιγῆ τηρήσας, ἀλλὰ καὶ ἡλιακῆς προσβολῆς παραλυπούσης. Εὐγνωμονεῖ δὲ καὶ ὁμολογεῖ τὰς προλαβούσας εὐεργεσίας, ἵνα καὶ ἔτι τοῦτον εἰς ἀντίληψιν ἐπισπάσηται.

Vers. 8. *Domine, Domine, virtus salutis meæ, obumbrasti super caput meum in die belli.* Domine, Domine, qui potentia illa es qua ego salvor, tu in die belli protexisti, et custodisti me; tu securum me fecisti, dum servas me, non tantum a sagittis et gladiis intactum, sed a solaris etiam impetus molestia. Beneficia vero accepta connumerat, tanquam eorum memor et homo grati animi: eo nimirum consilio, ut Deum deinceps magis ac magis ad suum auxilium trahat.

Μὴ παραδῷς με ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας μου ἁμαρτωλῷ. Μὴ παραχωρήσῃς με τῷ ἁμαρτωλῷ δαίμονι, διὰ τὴν ἐπιθυμίαν μου τὴν φαύλην. Εἰκὸς γὰρ ἐπιθυμῆσαί ποτε κακῶς, ἀλλὰ μὴ διὰ τοῦτο καταδικασθείην, μὴ διὰ τοῦτο ἀποῤῥιφείην. Ἁμαρτωλὸς δὲ, καὶ ὁ παράνομος ἄνθρωπος.

Vers. 9. *Ne tradas me a concupiscentia mea, peccatori.* Ne permittas me ob pravam meam concupiscentiam sub dæmonis pervenire potestate. Veri- B simile enim est concupiscere eum aliquando res pravas. Verum, inquit, precor, ne hac de causa me condemnes, ne projiciar, aut expellar a te. Per peccatorem autem, ut diximus, legis transgressorem intelligit.

Διελογίσαντο κατ' ἐμοῦ, μὴ ἐγκαταλίπῃς με. Ἐμελέτησαν κατ' ἐμοῦ οἱ ἁμαρτωλοί.

Cogitaverunt contra me, ne derelinquas me. Meditati sunt peccatores adversum me.

Μήποτε ὑψωθῶσιν. Μήποτε ἀλαζονικώτεροι, καὶ ἰταμώτεροι γένωνται, φυσηθέντες τῇ κατ' ἐμοῦ νίκῃ.

Ne quando exaltentur. Ne quando magis temerarii fiant, atque imprudentiores victoria sua inflati adversum me.

Ἡ κεφαλὴ τοῦ κυκλώματος αὐτῶν, κόπος χειλέων αὐτῶν καλύψει αὐτούς. Κύκλωμα λέγει, τὴν σαγήνην, τὴν ἐπιβουλήν. Τὸ κεφάλαιον, φησὶν, τῆς ἐπιβουλῆς αὐτῶν, ᾧ μάλιστα πεποίθασιν, αὐτὸ τούτους καλύψει, καὶ ἀφανίσει· τὸ αὐτὸ δὲ καὶ κόπον τῶν χειλέων αὐτῶν ὠνόμασε, κοπιασάντων ἐν τῷ μελετᾷν αὐτὸ, καὶ μετὰ πόνου τοῦτο εὑρόντων. Δι' οὗ προσδοκῶσι καθελεῖν, διὰ τούτου καθαιρεθήσονται. Ἢ κόπον τῶν χειλέων αὐτῶν λέγει, τὴν πονηρὰν μελέτην, τὴν μοχθηρὰν συμβουλήν· τοιοῦτον δὲ ἡ πονηρία· τῷ κεκτημένῳ γίνεται ὄλεθρος.

Vers. 10. *Caput circuitus eorum, labor labiorum suorum operiet eos.* Per circuitum, sagenam intelligit, aut rete, hoc est, insidias. Caput, inquit, insidiarum suarum, in quo potissimum confidunt, C idipsum erit, quod eos abscondet, ac perdet; quod alio etiam nomine, *laborem labiorum suorum* appellavit, eo quod, meditando in eo laborarunt, et cum labore invenerunt. Per eadem etenim ipsi destruentur arma, per quæ ipsi alios sperant destruere. Vel per laborem labiorum, pravas meditationes, et scelesta eorum consilia, intelligit. Hujusmodi enim est pravitas, ut auctori suo perniciem atque interitum afferat.

Πεσοῦνται ἐπ' αὐτοὺς ἄνθρακες ἐν πυρί. Οὐχ ἁπλῶς *ἄνθρακες*, ἀλλ' *ἐν πυρί*· τουτέστι, πολὺ πῦρ ἔχοντες, ἄγαν φλογίζοντες. Ἄνθρακας δὲ νόει, τὴν ἄνωθεν τιμωρίαν, δίκην ἀνθράκων πυρὸς κολάζουσαν· προφητεύει δὲ ταῦτα κατὰ τῶν τοιούτων· ἐπὶ πολλοὺς δὲ, καὶ πῦρ θεήλατον κατηνέχθη.

Vers. 11. *Cadent super eos carbones in igne.* Non simpliciter *carbones* dixit, sed *in igne*, hoc est, Multum ignem habentes, ac valde inflammati. Per carbones autem supplicia intellige, quæ a Deo desuper immittuntur, quæque carbonum instar ardentium acerbissimas infligunt pœnas. Prophetiam vero continent hæc verba, adversus hujusmodi insidiatores, in quorum multos, ignis a Deo immissus ac delatus est

Καταβαλεῖς αὐτοὺς ἐν ταλαιπωρίαις, καὶ οὐ μὴ ὑποστῶσιν. Ἐν ταλαιπωρούσαις αὐτοὺς κακώσεσι, καὶ οὐ μὴ ὑπενέγκωσι τὰς ταλαιπωρίας, ὅλως, ἀλλ' ἐκ πρώτης προσβολῆς καταβληθήσονται, διὰ τὴν τούτων σφοδρότητα.

D *Dejicies eos in miseriis, et non subsistent.* In afflictionibus, quæ miseros eos reddunt: nec miserias tantum sustinebunt, sed ob illarum immensitatem ex primo etiam impetu dejicientur.

Ἀνὴρ γλωσσώδης, οὐ κατευθυνθήσεται ἐπὶ τῆς γῆς. Ἀνὴρ γλωσσώδης, ἀκρατὴς, ἀδόλεσχος, προπετὴς, ἢ φιλόνεικος, οὐ κατευοδωθήσεται, ἀλλὰ περιτραπήσεται, καὶ κατενεχθήσεται.

Vers. 12. *Vir linguosus non dirigetur in terra.* Hoc est, incontinens, garrulus, nugax, immodestus, aut etiam contentiosus vir, non prosperabitur: quin imo evertetur, atque in præceps deferetur.

Ἄνδρα ἄδικον κακὰ θηρεύσει εἰς διαφθοράν. Καὶ ἄλλος δὲ σοφὸς εἶπε, *Παρανομίαι ἄνδρα ἀγρεύ-*

Virum injustum mala venabuntur in interitum. Et alius Sapiens dixit: *Iniquitates hominem venan-*

A tur [86]. Et quoniam venatores persæpe aliqui sunt ad salutem, hoc est qui feras capiunt, non ut perdant, sed ut servent, propterea addidit, *In interitum*, hoc est, In perditionem. Sunt autem hæc verba doctrina ac sensu referta non vulgari.

Vers. 13. *Cognovi quod faciet Dominus judicium inopum, et causam pauperum.* Licet tardus sit aliquando Dominus ad eorum vindictam, qui oppressi sunt, et quos hoc in loco inopum et pauperum nomine appellat, attamen novi, inquit, quod aut in præsenti aut in futura vita, faciet Dominus et judicium et causam eorum, hoc est, quod eos ulciscetur. Hoc autem dixit, ut injuria affectos quoscunque homines consolaretur, simulque, ut **B** ipsos injuriam inferentes perterreret, et moderatiores redderet.

Vers. 14. *Verumtamen justi confitebuntur nomini tuo.* Verum te, inquit, tardante, justi non scandalizabuntur, sed gratias agent, scientes, quod omnia cum ratione facis, et ad nostram utilitatem.

Et habitabunt recti cum vultu tuo. Per rectos rursum justos intelligit, qui habitabunt, inquit, tecum, hoc est, cum tui memoria : cum ea semper exsistentes, nec unquam recedentes. Vel, per rectos quidem, apostolos significat; per faciem vero Dei, Christum, veluti illius substantiæ characterem. *Volo enim*, inquit, *ut ubi ego sum, et ipsi sint mecum* [87]. Possunt etiam et aliter, justi quidem ii dici, qui per actiones virtutem operantur, **C** recti vero, qui per contemplationem; vel justi ii qui simpliciter virtutem amplectuntur, recti vero qui cum judicio et ratione. Et quoniam hic psalmus de futuro judicio pertractat, de Christoque et de apostolis, idcirco quidam ei inscriptionem apposuerunt : *In finem, psalmus ipsi David.*

Psalmus ipsi David.

PSALMUS CXL.

Vers. 1. *Domine, Domine, clamavi ad te, exaudi me.* Clamavi, inquit, ad te, clamore quodam igniti atque ardentissimi cordis. Quo clamore, et Moyses cum taceret a Deo audiebatur, et Anna etiam nihil loquens; non autem oris clamore, quo Judæi petitiones et preces suas multiplicantes, non **D** audiebantur, sed clamore animæ. Nam quemadmodum, qui ore clamat, totum prorsus corpus intendit : sic et qui corde clamat, totam animam et mentem ad Deum convertit; atque hoc pacto dignus efficitur, qui exaudiatur.

Intende voci orationis meæ, dum clamo ad te. Dum clamo, inquit, ut dictum est, quasi si non ita clamaverit, ad vocem deprecationis suæ Deus mentem adhibiturus non sit.

Vers. 2. *Dirigatur oratio mea, sicut incensum, in conspectu tuo, elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.* Duo altaria olim erant in templo, aureum quidem alterum, intra adita in Sanctis sanctorum; alterum vero æneum, quod exterius

ουσιν. Ἐπεὶ δὲ πολλάκις θηρεύεταί τις εἰς σωτηρίαν, προσέθηκεν, ὅτι, *Εἰς διαφθοράν*, ἤτοι εἰς ἀπώλειαν· Γνωμικὰ δὲ ταῦτα, καὶ διδασκαλικά.

Ἔγνων ὅτι ποιήσει Κύριος τὴν κρίσιν τῶν πτωχῶν, καὶ τὴν δίκην τῶν πενήτων. Εἰ καὶ βραδύνει πολλάκις ἡ ἐκδίκησις τῶν καταπονουμένων καὶ καταδυναστευομένων, τούτους γὰρ λέγει νῦν πτωχοὺς καὶ πένητας, ἀλλ' ὅμως εὖ οἶδ' ὅτι ἢ κατὰ τὸν παρόντα βίον, ἢ κατὰ τὴν μέλλουσαν ζωήν, ποιήσει Κύριος τὴν κρίσιν αὐτῶν, κατὰ τὴν δίκην αὐτῶν· ἃ καὶ ἄμφω, τὴν ἐκδίκησιν δηλοῦσι. Τοῦτο δὲ εἶπεν, ἅμα μὲν τοὺς ἀδικουμένους παραμυθούμενος, ἅμα δὲ τοὺς ἀδικοῦντας ἐκδειματῶν, καὶ σωφρονίζων.

Πλὴν δίκαιοι ἐξομολογήσονται τῷ ὀνόματί σου. Πλὴν καὶ τῆς ἐκδικήσεως βραδυνούσης, οἱ δίκαιοι οὐ σκανδαλισθήσονται, ἀλλ' εὐχαριστήσουσι, καὶ οὕτως εἰδότες ὅτι πάντα σὺν λόγῳ ποιεῖς, καὶ πρὸς τὸ συμφέρον.

Καὶ κατοικήσουσιν εὐθεῖς σὺν τῷ προσώπῳ σου. Εὐθεῖς, τοὺς δικαίους λέγει πάλιν, ὅτι κατοικήσουσι σὺν σοί· ἤγουν, σὺν τῇ μνήμῃ σου, πάντοτε συνόντες αὐτῇ, καὶ οὐδέποτε ταύτης ἀφιστάμενοι. Ἢ *εὐθεῖς* λέγει τοὺς ἀποστόλους· *πρόσωπον* δὲ *Θεοῦ*, τὸν Χριστόν, ὡς χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. *Θέλω* γάρ, φησίν, *ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγώ, καὶ αὐτοὶ ὦσι μετ' ἐμοῦ.* Εἶεν δ' ἂν καὶ ἄλλως δίκαιοι μέν, οἱ τὴν πρακτικὴν κατορθοῦντες, εὐθεῖς δέ, οἱ τὴν θεωρητικήν· ἢ δίκαιοι μέν, οἱ ἁπλῶς τὴν ἀρετὴν μετιόντες, εὐθεῖς δέ, οἱ μετὰ λόγου. Ἐπεὶ δὲ περὶ τῆς μελλούσης κρίσεως, ἔτι δὲ περὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἀποστόλων ὁ ψαλμὸς διαλαμβάνει, τινὲς ἐπιγραφὴν τούτῳ τεθείκασιν, *Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.*

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜ'.

Κύριε, ἐκέκραξα πρὸς σέ, εἰσάκουσόν μου. Ἐκέκραξα κραυγῇ καρδίας πεπυρωμένης, καθ' ἣν καὶ σιγῶν, ἠκούετο Μωϋσῆς, καὶ μηδὲν φθεγγομένη ἡ Ἄννα· οὐ κραυγῇ στόματος καθ' ἣν καὶ πληθύνοντες τὴν δέησιν Ἰουδαῖοι, οὐκ ἠκούοντο. Καθάπερ γὰρ ὁ στόματι βοῶν ὅλον τὸ σῶμα κατατείνει, οὕτω καὶ ὁ καρδίᾳ κράζων, ὅλην συστρέφει τὴν ψυχὴν καὶ τὸν νοῦν· καὶ ἄξιός ἐστιν εἰσακούεσθαι.

Πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου, ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς σέ. Ἐν τῷ κεκραγέναι, ὡς εἴρηται, ὡς τοῦγε μὴ οὕτω κράζοντος, οὐ προσέξει τῇ φωνῇ τῆς δεήσεως.

Κατευθυνθήτω ἡ προσευχή μου ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου· ἔπαρσις τῶν χειρῶν μου θυσία ἑσπερινή. Δύο βωμοὶ πάλαι ἦσαν ἐν τῷ ναῷ· ὁ μὲν χρυσοῦς, ἔνδον τῶν ἀδύτων ἐν τοῖς Ἁγίοις τῶν ἁγίων, ὁ δὲ χαλκοῦς ἔξω κείμενος. Καὶ ὁ μὲν

[86] Mich. VII, 2. [87] Joan. XVII, 24.

χρυσοῦ, τῷ θυμιάματι ἀνεῖτο, ὁ δὲ χαλκοῦς, ταῖς ἄλλαις θυσίαις· τὸ δὲ θυμίαμα κατεσκευάζετο πολυτελῶς καὶ καθαρῶς, κατὰ τὴν ὑφήγησιν τοῦ νόμου, καὶ ἦν εὐπρόσδεκτον Θεῷ, θυμιώμενον, διά τε ταῦτα καὶ ὡς εὐωδέστατον καὶ προτυποῦν τὴν καινὴν λατρείαν. Κατευθυνθήτω οὖν, φησίν, ἡ προσευχή μου, ὡς θυμίαμα, τὸ νομίμως θυόμενον, ἢ θυμιώμενον, ἐξαφθείσης ἐν ἐμοὶ τῆς καρδίας, τῷ πυρὶ τῆς προθυμίας, ὡς ἐσχάρας, καὶ ἀναπεμπούσης αὐτήν· ἀλλὰ τοσαῦτα μὲν περὶ τοῦ θυμιάματος. Νενομοθέτητο δὲ τοῖς ἱερεῦσιν ὅταν μηδεὶς προσφέρῃ θυσίαν, δύο τῆς ἡμέρας θυσιάζειν, παρ' ἑαυτῶν· ἕνα μὲν ἀμνὸν πρωΐας, ἕνα δὲ ἑσπέρας. Καὶ ἦσαν αὗται αἱ θυσίαι καθαραὶ καὶ δεκταί· τῶν ἄλλων πολλάκις μολυνομένων ἀπὸ τῆς προσαγόντων διαθέσεως. Ἡ μέν τοι ἑσπερινὴ τοιαύτη θυσία, τῆς ἑωθινῆς ἦν τιμιωτέρα. Ἐκείνη μὲν γὰρ, πρὸς ταύτην ἑώρα. Αὕτη δὲ συνεπλήρου τὴν ἱερουργίαν τῆς ἡμέρας, καὶ τὴν λειτουργίαν ἀπήρτιζε. Κατευθυνθήτω, φησί, πάλιν, ἡ ἔπαρσις τῶν χειρῶν μου, ὡς θυσία ἑσπερινή· τοῦ μὲν προσευχομένου στόματος, καθαρεύοντος ἀπὸ λόγων πονηρῶν, μᾶλλον δὲ τῆς προσευχομένης καρδίας ἀπὸ λογισμῶν μοχθηρῶν· τῶν δὲ ἀνατεινομένων χειρῶν, ἁγνευουσῶν ἀπὸ πλεονεξίας καὶ ἁρπαγῆς καὶ πάσης παρανόμου πράξεως.

A collocatum erat. Et in aureo quidem incensum adolebatur; æneum vero cæteris inserviebat sacrificiis. Incensum prætérea multa conficiebatur cum impensa atque munditia juxta legis mandatum, et gratissimus Deo esse videbatur is vapor, qui illinc ascendebat, eo quod odoratissimus esset, et quia novum alium Dei cultum præsignabat. Dirigatur igitur, inquit, oratio mea coram te, non secus atque illud legale incensum ad te in cœlum dirigitur: oratio, inquam, mea, quæ incensi instar ex corde meo evaporat. Cor etenim meum igne quodam promptitudinis, veluti focus, atque altare quoddam accensum est. Unde orationem suam, quasi odoratum aliquem vaporem emittit. Et hæc quidem de incenso dicta sint. Cæterum sacerdotes B legem habebant, quod ubi nullus sacrificium offerret, ipsi sponte sua bis in die sacrificarent, mane quidem agnum unum; et vespere alterum: erantque hæc sacrificia pura, munda, et Deo maxime grata: cum alia sæpenumero ab offerentium vitiis, minus pura viderentur. Vespertinum vero hujuscemodi, quod diximus, sacrificium, honoratius atque acceptius erat, quam matutinum. Nam quod mane offerebatur ad vespertinum respiciebat; vespertinum vero universum sacerdotale diei opus, officium ac ministerium perficiebat. Dirigatur igitur, inquit, Domine, manuum mearum elevatio, sicut vespertinum dirigitur sacrificium. Vel: Elevatio manuum mearum fiat sacrificium vespertinum, et sit ita acceptabile, quemadmodum illud tibi acceptum esse solet, ita ut os nostrum, unde preces emittuntur, purum sit ab omnibus pravis sermonibus: quinimo et ipsum etiam cor, a quo preces proveniunt, cogitationibus omnibus malis vacuum sit: et ipsæ pariter manus, quas elevamus ad te, mundæ efficiantur ab omni rapina, avaritia, et a quocunque illegitimo opere.

Θοῦ, Κύριε, φυλακὴν τῷ στόματί μου. Εἰδὼς ὅτι τὸ στόμα αἴτιόν ἐστι τῶν κακῶν, ἀμελούμενον, ὥσπερ καὶ τῶν ἀγαθῶν σπουδαζόμενον· τὰ μυρία γὰρ δεινὰ τῆς γλώττης ἡ εὐκολία, εἰργάσατο· καὶ ὅτι καθάπερ οὐδὲν ὄφελος οἰκίας ἢ πόλεως, οὐ πυλῶν, οὐ τειχῶν, εἰ μὴ ὦσιν οἱ φυλάσσοντες καὶ γινώσκοντες πότε μὲν κλείειν, πότε δὲ ἀνοίγειν καλόν· καὶ ὅτι πολλῆς ἐνταῦθα χρεία σπουδῆς καὶ ἀκριβείας, καὶ μᾶλλον τῆς ἄνωθεν ἐπικουρίας, εὔχεται καὶ καλεῖ τὸν Θεὸν εἰς βοήθειαν. Φυλακὴ δὲ στόματος, ἡ ἐπιστασία τοῦ νοῦ, προσέχοντος καὶ εἰδότος, τίνα μὲν ἐκφέρειν, τίνα δὲ κατέχειν ἔνδον χρεών· *Οὐ τοσοῦτοι γὰρ, φησὶν, ἔπεσον ἀπὸ μαχαίρας, ὅσοι ἀπὸ γλώσσης.*

C Vers. 3. *Pone, Domine, custodiam ori meo.* Sciens Propheta quod os malorum magna causa esse solet, si negligatur, quemadmodum contra, bonorum, si cura ejus habeatur (linguæ enim facilitas innumerabilia gignit mala); et quemadmodum nulla esse solet utilitas domus, aut civitatis, nec portarum, aut mœnium, nisi etiam adsint custodes, et norint quando aperire oporteat, et quando claudere, et quod multo hac in re opus est studio, ac multo magis etiam superno auxilio: sciens, inquam, hæc omnia, ex intimo corde preces fundit, et Dei opem invocat. Per oris autem custodiam, mentis præfecturam intellige, quæ animadvertere debet, et scire, quænam efferenda, et quænam etiam retinenda sint. *Neque enim, ut alibi dicitur, tot unquam homines a gladio quot a lingua ceciderunt* [88]. (Dedit autem linguæ Deus duo mœnia, dentium nimirum et labiorum, ut per ea irrationales illius motus coerceret. Verum Propheta aliam custodiam ad hæc implorat, timens adhuc, ne indecorum aliquid proloquatur.)

Καὶ θύραν περιοχῆς περὶ τὰ χείλη μου. Θύραν φυλακῆς, φυλάττουσαν τὸ στόμα· τὸ αὐτὸ δὲ καὶ τοῦτο δηλοῖ.

D *Et ostium munitionis circum labia mea.* Ostium custodiæ quæ os ipsum observet. Hæc autem verba idem æque significant quod illa quæ in præcedenti habuimus versiculo.

Μὴ ἐκκλίνῃς τὴν καρδίαν μου, εἰς λόγους πονηρίας. Μὴ παραχωρήσῃς ἐκτραπῆναι τὴν καρδίαν μου εἰς λόγους πονηρούς, εἰς ἐνθυμήσεις

Vers. 4. *Ne declines cor meum in verba malitiæ.* Ne converti permittas cor meum ad indecentes cogitationes. Nam si os meum custodia munitum

[88] Eccli. xxviii, 22.

fuerit, hoc, quod dico, consequens erit et factu facillimum.

Ut prætexam prætextus in peccatis. Ita ut non tantum non inclinet ad ea malitiæ verba, sed etiam ut non prætexam prætextus, atque excusationes in peccatis, quemadmodum primi parentes fecerunt, cum peccassent. Adam etenim in Evam, et Eva in serpentem, peccati causam prætexendo rejecere : pari modo homicida, iræ tyrannidem prætexit; adulter, concupiscentiæ vires; fur, inopiam et necessitatem ; et alius aliud quid. Verum hæc, quæ diximus, peccata non gignunt, sed humana negligentia. Et manifestum hoc tibi fiet, si bene animadverteris. Sciens enim diabolus, quod confessione Deus placatur, et negatione magis irritatur, persuadet peccatoribus prætexere, quod ipsi non peccaverint, sed quod aliquid peccati causa eis exstiterit.

Cum hominibus operantibus iniquitatem. Ne inclines, inquit, me, ut simul cum iniquis hominibus excusationes prætexam. Solent enim hujusmodi homines post peccatum, excusationes, et prætextus varios adducere.

Et non communicabo cum electis eorum. Quod si hoc factum fuerit, ut me adjuves, non conjungam me, nec communionem aliquam habebo cum illis; quinimo neque iniquorum eos tantum evitabo, qui infimi, atque abjectiores sunt : sed nec etiam cum iis commune aliquid habebo qui inter illos potentiores et clariores esse apparuerint.

VERS. 5. *Erudiet me justus in misericordia, et arguet me : oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Increpet me justus, coerceat, et reprehendat : humanitas autem peccatoris, mihi nunquam inserviat : ***Melius** enim **est flagellum justi, quam gratia peccatoris, et melior virga justi, quam honor pravi hominis*** [89]. In misericordia autem dixit, eo quod justus misericorditer castigat, dum castigando cavet, ne perdat.

VERS. 6. *Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum.* Simul fugiam, inquit, iniquos, eorumque operam, et obsequia rejiciam, atque una precabor adversus eorum beneplacita, hoc est, adversus eorum voluntates, ne scilicet eorum concupiscentiæ perficiantur. Has etenim beneplacita appellavit.

Absorpti sunt juxta petram judices eorum. Potentes ac principes illi, qui omnia pro arbitrio administrabant, deleti, ac perditi sunt, instar petræ, quæ demersa est et cujus nullum relinquitur vestigium. Hoc etiam de impio alibi dictum est : *Quæsivi* enim, inquit, *eum et non est inventus locus ejus* [90]. Hoc pacto nimirum describens, quomodo ab ipsis, ut ita dicam, radicibus illius memoria prorsus exstincta sit. *Demersi* autem *sunt*, dixit pro Demergentur, quæ futura erant, prophetiæ lege, narrans ut præterita.

A ἀπερπεῖς· τοῦ στόματος γὰρ φυλαττομένου, ἀκόλουθον τοῦτο, καὶ εὐκατόρθωτον.

Τοῦ προφασίζεσθαι προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις. Ὥστε μὴ μόνον ἐκκλίνεσθαι εἰς τούτους, ἀλλὰ καὶ προφασίζεσθαι προφάσεις ἐν τῷ ἁμαρτάνειν· καὶ οἱ πρωτόπλαστοι γὰρ ἁμαρτήσαντες, ὁ μὲν Ἀδὰμ τὴν Εὔαν ἐπροφασίσατο, ἡ δ' Εὔα τὸν ὄφιν. Καὶ πάλιν ὁ μὲν φονεὺς προφασίζεται τὴν τοῦ θυμοῦ τυραννίδα, ὁ δὲ μοιχεύσας, τὴν βίαν τῆς ἐπιθυμίας, ὁ δὲ κλέπτης, τὴν ἀνάγκην τῆς ἐνδείας, καὶ ἄλλως δὲ ἕτερον. Οὐ ταῦτα δὲ ποιοῦσι τὰς ἁμαρτίας, ἀλλ' ἡ ῥαθυμία· καὶ δῆλον ἀπὸ τῶν προσεχόντων. Εἰδὼς γὰρ ὁ διάβολος ὡς ἡ μὲν ὁμολογία τῆς ἁμαρτίας, ἱλεοῦται τὸν Δεσπότην, ἡ δ' ἄρνησις αὐτῆς παρο- B ξύνει μᾶλλον αὐτὸν, πείθει τοὺς ἁμαρτάνοντας προφασίζεσθαι, ὅτι οὐχ αὐτοὶ ἥμαρτον, ἀλλ' ἕτερόν τι γέγονεν αἴτιον.

Σὺν ἀνθρώποις ἐργαζομένοις τὴν ἀνομίαν. Τοῦ προφασίζεσθαι, φησὶν, μετὰ τῶν παρανόμων· τούτων γάρ ἐστι τὸ προφασίζεσθαι μετὰ τὴν ἁμαρτίαν.

Καὶ οὐ μὴ συνδιάσω μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτῶν. Καὶ εἰ τοῦτο γένηται, εἰ βοηθήσεις μοι, οὐ συναυλισθῶ, οὐ μὴ κοινωνήσω, οὐ μόνον τοῖς ὑποδεεστέροις παρανόμοις, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ὑπερέχουσιν ἐν αὐτοῖς.

C

Παιδεύσει με δίκαιος ἐν ἐλέει, καὶ ἐλέγξει με, ἔλαιον δὲ ἁμαρτωλοῦ μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλήν μου. Ἐπιπληξάτω, στυψάτω με δίκαιος, καὶ ἐλεγξάτω, φιλοφροσύνη δὲ ἁμαρτωλοῦ μὴ θεραπευσάτω με· *Κρεῖττον* γὰρ *μάστιξ δικαίου, ἡ χάρις ἁμαρτωλοῦ, καὶ ῥάβδος δικαίου, πλεῖον, ἡ τιμὴ κακοῦ.* Τὸ δὲ ἐν ἐλέει πρόσκειται, διότι φιλανθρωπευόμενος παιδεύει ὁ δίκαιος, ἵνα μὴ ἀπόληται.

Ὅτι ἔτι καὶ ἡ προσευχή μου ἐν ταῖς εὐδοκίαις αὐτῶν. Μετὰ τὸ φυγεῖν τοὺς παρανόμους, καὶ ἀπωθεῖσθαι τὴν θεραπείαν αὐτῶν, ἔτι καὶ προσεύχομαι κατὰ τῶν εὐδοκιῶν αὐτῶν, ἤτοι κατὰ τῶν θελημάτων αὐτῶν, ἵνα μὴ συντελεσθῶσιν αἱ βουλαὶ καὶ ἐπιθυμίαι D αὐτῶν. Ταῦτα γὰρ εὐδοκίας λέγει.

Κατεπόθησαν ἐχόμενα πέτρας οἱ κριταὶ αὐτῶν. Οἱ δυνάσται αὐτῶν, οἱ πάντα ἄγοντες καὶ φέροντες, ἠφανίσθησαν, παραπλησίως πέτραις, δίκην πέτρας καταποντιζομένης, ἧς οὐδ' ἴχνος ὑπολιμπάνεται. Τοῦτο καὶ περὶ τοῦ ἀσεβοῦς εἶπεν, ὅτι καὶ *Ἐζήτησαν αὐτὸν, καὶ οὐχ εὑρέθη ὁ τόπος αὐτοῦ*, τὸ πρόῤῥιζον καὶ ἀνώνυμον ἐντεῦθεν δηλῶν. Τὸ δὲ *Κατεπόθησαν*, ἀντὶ τοῦ Καταποθήσονται, προφητεύοντος τὴν καταστροφὴν αὐτῶν.

[89] Prov. xxvii, 5; Eccle. vii, 6. [90] Psal. xxxvi, 36.

Ἀκούσονται τὰ ῥήματά μου, ὅτι ἡδύνθησαν. A
Ὁ δὲ Σύμμαχος, *Ἀκούσονται ῥήσεις μου ἡδίστας.* Παραδέξονται, φησὶν, οἱ συνετοὶ τὰ ῥήματά μου, διότι, ἡδέα ταῦτα τοῖς εὐσεβέσιν, ὡς ἀληθῆ, καὶ ὠφέλιμα.

Ὡσεὶ πάχος γῆς ἐῤῥάγη ἐπὶ τῆς γῆς, διεσκορπίσθη τὰ ὀστᾶ αὐτῶν παρὰ τὸν ᾅδην. Καθάπερ πάχος γῆς ἀρότρῳ διατεμνόμενον, ῥήγνυται καὶ σκορπίζεται ἐπὶ τῆς ὑποκειμένης γῆς, οὕτω τὰ ὀστᾶ αὐτῶν διασκορπισθήσονται ἐν τῷ τάφῳ. Τοῦτο γὰρ ὠνόμασεν ᾅδην.

Ὅτι πρὸς σὲ, Κύριε, Κύριε, οἱ ὀφθαλμοί μου· ἐπὶ σοὶ ἤλπισα, μὴ ἀντανέλῃς τὴν ψυχήν μου. Μὴ ἀφέλῃς τὴν ψυχήν μου καταδιωκομένου παρὰ τῶν ἐχθρῶν, καὶ σφοδρῶς ἐπιβουλευομένου.
B
Φύλαξόν με ἀπὸ παγίδος, ἧς συνεστήσαντό με, καὶ ἀπὸ σκανδάλων τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν. Σκάνδαλα καὶ αὖθις τὴν παγίδα λέγει, καὶ τὴν ἐπιβουλήν.

Πεσοῦνται ἐν ἀμφιβλήστρῳ αὐτῶν οἱ ἁμαρτωλοί. Ἐμπεσοῦνται τῷ δικτύῳ αὐτῶν, ὅπερ ἥπλωσαν κατ' ἐμοῦ, σαγηνευθήσονται τῇ ἰδίᾳ σαγήνῃ· ἢ ἐν ἀμφιβλήστρῳ αὐτοῦ, δηλονότι τοῦ Θεοῦ.

Καταμμόνας εἰμὶ ἐγὼ, ἕως ἂν παρέλθω. Μεμονωμένος ἀπ' αὐτῶν εἰμι, πόῤῥω τῆς γνώμης τούτων ἐλαύνων· καὶ οὐ τοσοῦτον διαστάσει τόπων, ὅσον ἀλλοτριότητι προαιρέσεως ἀποκεχωρισμένος αὐτῶν, ἕως ἂν ἀποθάνω.

Συνέσεως τῷ Δαβὶδ, ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τῷ σπηλαίῳ προσευχόμενον. C

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΑ'.

Τί μὲν δηλοῖ τὸ *Συνέσεως*, ἐν διαφόροις ἄλλαις ἐπιγραφαῖς παραδεδώκαμεν. Σπήλαιον δὲ λέγει τὸ διπλοῦν, ἐν ᾧ Δαβὶδ ηὐλίσατο, φεύγων τὸν Σαούλ· ἐπεὶ γὰρ αὐτὸς μὲν ἐνδοτέρω ἐκέκρυπτο, Σαοὺλ δὲ παρερχόμενος ἐν τῷ ἐξωτέρῳ κατεσκήνωσεν, ἀγνοῶν τὸ πρᾶγμα· γνοὺς ὁ Δαβὶδ ὅτι συγκέκλεισται, προσηύξατο ταῦτα.

Φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα, φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐδεήθην. Καὶ μὴν οὐκ ἠδύνατο φωνεῖν, ἢ κράζειν, ἵνα μὴ γνωσθεὶς αὐτίκα συλληφθῇ. Λοιπὸν οὖν φωνὴν κράζουσαν λέγει νῦν, τὴν συντεταμένην διάθεσιν τῆς καρδίας, ἀλαλήτως κραζούσης, καὶ νοερῶς καθικετευούσης. D

Ἐκχεῶ ἐνώπιον αὐτοῦ τὴν δέησίν μου. Προθήσω.

Τὴν θλῖψιν μου ἐνώπιον αὐτοῦ ἀπαγγελῶ. Τὸ αὐτὸ λέγει πάλιν. *Τὴν θλῖψιν* ἀντὶ δεήσεως, προβαλοῦμαι, κάμψαι πρὸς ἀντίληψιν τὸν Κύριον, δυναμένην. Αὕτη γὰρ οὐ μόνον σπουδαιοτέρους καὶ προσεκτικωτέρους εἴωθε ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ παῤῥησίαν οὐ μικρὰν πρὸς Θεὸν, τῷ μετ' εὐχαριστίας φέροντι χαρίζεται. Καὶ μέγα δικαίωμα, πρὸς τὸ εἰσακουσθῆναι γίνεται.

VERS. 7, 8. *Audient verba mea, quoniam jucunda fuerunt.* Symmachus autem reddidit, *Audient locutiones meas jucundissimas.* Suscipient, inquit, sapientes viri verba mea, quoniam piis ac fidelibus hæc jucundissima sunt, veluti utilia ac vera.

Sicut crassitudo terræ erupta est super terram, dispersa sunt ossa eorum apud infernum. Quemadmodum terræ crassitudo aratro discissa rumpitur, et in proximam terram spargitur, sic et ossa eorum dispergentur in sepultura. Hanc etenim infernum appellavit.

Quia apud te, Domine, Domine, oculi mei: in te speravi, ne auferas animam meam. Ne auferas, inquit, animam meam, dum inimicorum persecutionem, et maximas insidias sustineo.

VERS. 9. *Custodi me a laqueo, quem constituerunt mihi, et a scandalis operantium iniquitatem.* Per scandala et per laqueos, insidias rursus intelligit.

VERS. 10. *Cadent in rete suum peccatores.* In proprium, inquit, rete incident, quod adversum me tetenderunt, et propria comprehendentur sagena. Vel juxta aliam litteram: *Cadent in rete ejus*, hoc est, ejus Dei.

Singularis sum ego, usquequo transeam. Segregatus nimirum ab eis, effectus solus, et procul ab eorum sententia: nec tantum loco separatus, quantum a proposito, et consilio eorum alienus. Separatus autem ab eis, usquequo moriar.

Intelligentiæ ipsi David, cum esset orans in spelunca.

PSALMUS CXLI.

Quid significet inscriptio *Intelligentiæ*, multis in locis declaravimus. Per speluncam vero illam intelligit, in qua beatus David latuit, dum Saulem fugeret. Cum autem eo illic latitante advenisset Saul, et facti ignarus exterius moraretur, resciens David, se illic ab hoste circumdatum, ac pene conclusum esse, orationem hanc ad Deum protulit.

VERS. 2. *Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea ad Dominum precatus sum.* Atqui nec loqui poterat, nec clamare, ne cognitus scilicet statim comprehenderetur, et periret. Restat igitur ut per vocem et clamorem, intensum cordis affectum intelligamus. Corde etenim et non voce clamabat, ipsaque mente ad Deum preces efferebat.

VERS. 3. *Effundam in conspectu ejus orationem meam.* Hoc est proponam.

Tribulationem meam ante ipsum pronuntiabo. Eamdem rursus sententiam repetit. Tribulationem, inquit, meam quæ ad auxilium Deum flectere poterit, pro oratione ei proponam. Ipsa siquidem tribulatio non solum attentiores homines reddere solet cum narratur, sed fiduciam etiam ei præstat non minimam, qui cum gratiarum actione eam protulerit. Unde maxima justificatio efficitur, ad hoc, ut quis exaudiatur.

VERS. 4. *Dum deficit in me spiritus meus.* Hæc, inquit, facio, quia in periculis sum, quia futurum est, ut moriar. Auxilio etenim ex omni parte desperato, seipsum penitus ad Deum convertit.

Et tu cognovisti semitas meas. Ego quidem in maximis constitutus periculis hæc faciam, tu autem, Domine, conversationis meæ semitas cognovisti; tu nosti quod nulla eos injuria effecerim, qui mihi insidiantur. Quocirca injuria ob solam eorum invidiam in periculis versos.

In via hac, qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi. In hac etiam via fugæ meæ occultarunt laqueum, clam insurgentes adversum me, atque exitum mihi non præmeditato præcludere studentes. Vel aliter de intellectualibus inimicis hæc dicta sunt, qui non tantum in vitiorum via occultos tendunt laqueos, sed quod gravius est, etiam in via virtutis: veluti in patientia superbiam, et in eleemosyna, inanem gloriam.

VERS. 5. *Considerabam ad dexteram, et respiciebam, et non erat qui agnosceret me.* In dextera etenim parte amici atque adjutores adesse solent. Spectabam igitur, inquit, ad dexteram, verum nullus mihi aderat adjutor.

Periit fuga a me. Hoc est, defecit etiam mihi fugæ remedium: cum in spelunca scilicet conclusus sim, atque effugere non valeam.

Et non est qui exquirat animam meam. Qui ulciscatur, qui liberet, qui defendat.

VERS. 6. *Clamavi ad te, Domine.* Cum de humano auxilio prorsus desperaverim.

Dixi: Tu es spes mea. Tu salus scilicet.

Portio mea in terra viventium. In terra viventium existens, nullam ego terrenam habeo hæreditatem, nullum sæculi hujus patrimonium, sed te unum in thesaurum possidens dives sum. Vel, Tu es sors mea, et divitiæ meæ, in cœlo nimirum, ubi vere est terra viventium, quia immortales sunt, qui illic habitant.

VERS. 7. *Intende ad deprecationem meam, quoniam humiliatus sum valde.* Afflictionem, et calamitatem suam Propheta proponit, ut Deum magis placet, atque ad suum flectat auxilium. Dictum est etiam alibi: *Afflictus sum, atque humiliatus sum valde* [81]; et rursus: *Vide humilitatem meam, et laborem meum, et dimitte omnia delicta mea* [82].

Libera me de persequentibus me, quoniam prævaluerunt supra me. Cum illic, inquit, conclusus sim, unde nulla datur fuga.

VERS. 8. *Educ de custodia animam meam, ut confiteatur nomini tuo.* Per custodiam conclusionem illam intelligit, qua conclusus erat in spelunca. Custodiam enim carcerem persæpe appellamus. Per animam etiam suam, seipsum circumloquitur. Educ, inquit, me ex hoc loco, ubi conclusus sum, ut gratias tibi agam. Juxta anagogen vero, custodia ipsum corpus dici potest, quod animam in se, quasi carcere quodam conclusam coercet.

Ἐν τῷ ἐκλείπειν ἐξ ἐμοῦ τὸ πνεῦμά μου. Ταῦτα, φησὶν, ποιήσω ἐν τῷ κινδυνεύειν ἤδη, ἐν τῷ μέλλειν ἀποθνήσκειν· πανταχόθεν γὰρ ἀπογνοὺς, ὅλον ἑαυτὸν, συνέτεινε πρὸς Θεόν.

Καὶ σὺ ἔγνως τὰς τρίβους μου. Ἐγὼ μὲν οὕτως ἐν ἐσχάτοις δεινοῖς γενόμενος, οὕτω ποιήσω. Σὺ δὲ, Κύριε, ἔγνως τὰς ὁδοὺς τῆς πολιτείας μου, καὶ οἶδας ὅτι μηδὲν ἠδικηκὼς τοὺς ἐπιβουλεύοντας μάτην κινδυνεύω διὰ φθόνον.

Ἐν ὁδῷ ταύτῃ, ᾗ ἐπορευόμην, ἔκρυψαν παγίδα μοι. Καὶ ἐν τῇ ὁδῷ ταύτῃ τῆς φυγῆς, ἔκρυψαν παγίδα μοι, κρυφίως ἐπελθόντες, καὶ ἀποκλείσαντές μοι τὴν ἔξοδον, μὴ προαισθανομένῳ· νοεῖται δὲ, καὶ περὶ τῶν νοητῶν πολεμίων, ὅτι οὐ μόνον ἐν ὁδῷ κακίας κρύπτουσι παγίδας, ἀλλ' ὃ μάλιστα χαλεπώτερον, καὶ ἐν ὁδῷ ἀρετῆς, ὡς ἐν ἀνεξικακίᾳ τὸν τῦφον, καὶ ἐν ἐλεημοσύνῃ τὴν κενοδοξίαν.

Κατενόουν εἰς τὰ δεξιὰ, καὶ ἐπέβλεπον, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐπιγινώσκων με. Ἐκ τοῦ δεξιοῦ γὰρ μέρους, εἰώθασιν οἱ σύμμαχοι, καὶ φίλοι παρίστασθαι. Ἀπεσκόπουν, φησὶν, εἰς τὰ δεξιὰ, καὶ οὐκ ἦν ὁ βοηθῶν.

Ἀπώλετο φυγὴ ἀπ' ἐμοῦ. Ἐξέλιπε καὶ ἡ φυγὴ ἀπ' ἐμοῦ, ἐν τῷ σπηλαίῳ συγκεκλεισμένου, καὶ μηδὲ φεύγειν δυναμένου.

Καὶ οὐκ ἔστιν ὁ ἐκζητῶν τὴν ψυχήν μου. Ὁ ἐκδικῶν, ὁ ῥυόμενος, ὁ ἀμύνων.

Ἐκέκραξα πρὸς σὲ, Κύριε. Πανταχόθεν ἀπελπίσας, καὶ πᾶσαν ἀνθρωπίνην ἐπικουρίαν ἀπογνούς.

Εἶπα, Σὺ εἶ ἡ ἐλπίς μου. Σὺ μόνος.

Μερίς μου εἶ ἐν γῇ ζώντων. Ἐν γῇ ζώντων ὢν, ἐν ζῶσιν ἐξεταζόμενος, οὐδένα γήϊνον ἔχω κλῆρον, ἀλλὰ σὲ μόνον πλουτῶ θησαυρόν· ἢ σύ μου εἶ κλῆρος καὶ πλοῦτος ἐν οὐρανῷ. Οὗτος γὰρ γῆ, ζώντων τῶν μὴ ἀποθνησκόντων.

Πρόσχες πρὸς τὴν δέησίν μου, ὅτι ἐταπεινώθην σφόδρα. Τὴν κακοπάθειαν εἰς ἱκεσίαν προβάλλεται, καὶ ταύτῃ κάμπτειν τὸν Δεσπότην ἐπιχειρεῖ· εἴρηται δὲ, καὶ ἐν ἄλλοις· *Ἐκακώθην καὶ ἐταπεινώθην ἕως σφόδρα.*

Ῥῦσαί με ἐκ τῶν καταδιωκόντων με, ὅτι ἐκραταίωσαν ὑπὲρ ἐμέ. Ἐν ἀφύκτῳ μέρει συγκλεισθέντος.

Ἐξάγαγε ἐκ φυλακῆς τὴν ψυχήν μου, τοῦ ἐξομολογήσασθαι τῷ ὀνόματί σου. Φυλακὴν λέγει, τὸν ἐν σπηλαίῳ συγκλεισμόν· ψυχὴν δὲ ἑαυτοῦ, ὅλον ἑαυτόν. Ἐξάγαγέ με, φησὶν, ὥστε εὐχαριστῆσαι σοι. Κατὰ δὲ ἀναγωγὴν εἴη ἂν φυλακὴ τὸ σῶμα, δεσμοῦν, καὶ καθεῖργον τὴν ψυχήν.

[81] Psal. XXXVII, 9. [82] Psal. XXIV, 18.

Ἐμὲ ὑπομενοῦσι δίκαιοι, ἕως οὗ ἀνταποδῷς μοι. Ὁ δὲ Ἀκύλας· Ἐμὲ περιμενοῦσι δίκαιοι, ἕως οὗ ἀμείψομαι. Ἀναμενοῦσί με, φησὶν, προσδοκῶντες, ἀπαλλαγῆναι μὲν τῶν δεινῶν, καὶ τοῦτο ποιήσουσιν, ἕως οὗ ἀμείψῃ με χάριν τῆς τοιαύτης κακοπαθείας, καὶ ταπεινώσεως. Τοιαῦται γὰρ αἱ τῶν ἁγίων ψυχαὶ, καὶ τοῖς κακῶς πάσχουσι συναλγοῦσαι, καὶ τοῖς εὐημεροῦσι συγχαίρουσαι.

A *Me sustinebunt justi, donec retribuas mihi.* Aquila vero reddidit : *Me exspectabunt justi donec remuneratus fueris me.* Sustinebunt, inquit, exspectantes me, donec ex calamitatibus liberatus fuero : atque hoc eo usque facient, donec tu pro hujusce modi afflictione atque humilitate mea, gratiam mihi retribueris. Tales vero sunt sanctorum animæ ; nam et cum afflictis simul dolent, et cum gaudentibus lætantur.

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ὅτε κατεδίωκεν αὐτὸν Ἀβεσαλὼμ ὁ υἱὸς αὐτοῦ.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΒ'.

Ἐν πολλοῖς μὲν ἀντιγράφοις, ἀνεπίγραφος ὁ παρὼν ψαλμὸς, ἁρμόζων τοῖς ἐξεταζομένοις ἐν πειρασμοῖς. Ἔν τισι δὲ ἐπιγέγραπται, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, *Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ὅτε κατεδίωκεν αὐτὸν Ἀβεσαλὼμ ὁ υἱὸς αὐτοῦ.* Ὁ μέν τοι τρίτος ψαλμὸς ἑτέραν ἔσχεν ἐπιγραφήν· *Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ὅτε ἀπεδίδρασκεν ἀπὸ προσώπου Ἀβεσαλὼμ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.*

Psalmus ipsi David, cum persequeretur eum filius ejus Absalon.

PSALMUS CXLII.

Accommodari potest hic psalmus iis qui per calamitates explorantur. In multis exemplaribus hunc B psalmum absque ulla inscriptione reperimus, tametsi in aliquibus ea inscriptio habeatur, quam præposuimus. Consimilem pene inscriptionem habet tertius psalmus, qui inscribitur : *Psalmus ipsi David, cum fugeret a facie Absalonis filii sui.*

Κύριε, εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου, ἐνώτισαι τὴν δέησίν μου ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. Ὡς ἀληθής. Ἐπηγγείλω γὰρ, εἰσακούειν τῶν ὀρθῶς ἐπικαλουμένων σε· κἀμοὶ δὲ πάλιν διὰ τοῦτο καθυπέσχου.

VERS. 1. *Domine, exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam, in veritate tua.* Exaudi tanquam verax. Pollicitus enim es te exauditurum eos qui nomen tuum recte invocaverint ; et mihi rursus privatim idem etiam promisisti.

Εἰσάκουσόν με ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου. Ὡς δίκαιος καὶ μὴ ἀνεχόμενος ἀδικεῖσθαι μὴ μόνον πατέρας ὑπὸ τέκνων, ἀλλ' οὐδὲ τὸν τυχόντα παρά τινος. Ὁ δὲ Χρυσόστομος ἀλήθειαν μὲν ἐνταῦθα λέγει τὸν ἀληθῆ ἔλεον, δικαιοσύνην δὲ τὴν φιλανθρωπίαν· μόνος γὰρ ὁ Θεὸς ἀληθῶς ἐλεεῖ, καὶ μόνη ἡ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνη φιλανθρωπίᾳ κεκέρασται· τὸ γὰρ παρ' ἀνθρώποις δίκαιον, ἀπεστέρηται τοῦ ἐλέους.

Exaudi me in justitia mea. Veluti justus, et qui non sustines quemquam ab altero affici injuria : nec tantum parentes vetas a filiis lædi, sed nec quemquam ab extraneo. Chrysostomus vero C pro veritate hic, misericordiam intelligit, et pro justitia, benignitatem. Solus enim Deus vere miseretur, et sola Dei justitia benignitate est permista. Humana enim justitia caret misericordia.

Καὶ μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου. Μὴ δικαιολογηθῇς μετ' ἐμοῦ. Δικαιωθήσῃ γὰρ ἐν τοῖς λόγοις σου. Καὶ νικήσεις ἐν τῷ κρίνεσθαί σε μετὰ τοῦ δούλου σου.

VERS. 2. *Et non intres in judicium cum servo tuo.* Non cupio, inquit, judicio tecum disceptare. Noli igitur et tu, quæso, judicio mecum contendere. Justificaberis enim in sermonibus tuis, et vinces quoties cum me servo tuo judicatus fueris.

Ὅτι οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν. Οὐκ εἶπεν ὅτι *Οὐ δικαιωθήσεται* ἁπλῶς, ἀλλ' ὅτι *ἐνώπιόν σου*, τουτέστι, πρὸς τὴν σὴν ἀκρίβειαν ἐξεταζόμενος, ἢ πρὸς τὰς σὰς εὐεργεσίας, ἢ πρὸς τὰς σὰς ἐντολάς. Διὸ καὶ ὁ μακάριος Ἰὼβ ἔλεγεν· *Ἐφαύλισα ἐμαυτὸν, καὶ ἐτάκην, ἥγημαι δὲ ἐμαυτὸν, γῆν καὶ σποδόν· χεῖρα θήσω ἐπὶ τῷ στόματί μου.* Ζήτησον καὶ ἐν τῷ ρκθ' ψαλμῷ τὴν ἐξήγησιν τοῦ, *Ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃς, Κύριε, Κύριε, τίς ὑποστήσεται; Πᾶς δὲ ζῶν*, ἤτοι πᾶς ἄνθρωπος ζωῆς μετασχὼν, ζήσας καὶ πολιτευσάμενος, ὥστε κατὰ τὸν Ἀπόστολον, *Δικαιούμεθα δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι, διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

Quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Non dixit simpliciter *Non justificabitur*, sed *In conspectu tuo non justificabitur*, hoc est, Si ad summam justitiam tuam comparetur, et juxta illam exquiratur ; vel, Si consideratio habeatur ad beneficia tua, aut ad mandata tua omnia. Atque ideo D beatus etiam Job dicebat : *Vilipendi me ipsum, et contabui, terramque me et cinerem putavi ; manum ponam ori meo* [91]. Vide etiam in psalmo CXXIX expositionem illius versiculi : *Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit?* Quod vero ait : *Omnis vivens*, idem est, quod Omnis homo vitæ particeps. Verum juxta Apostolum : *In hac vita justificamur gratis gratia Dei, quæ est per fidem Jesu Christi.*

Ὅτι κατεδίωξεν ὁ ἐχθρὸς τὴν ψυχήν μου. Τὸ μὲν προλαβὸν αἰτιολογικόν· τοῦτο δὲ, διηγηματικόν. Ἐχθρὸν δὲ καθ' ἱστορίαν λέγει τὸν Ἀβεσαλὼμ, κατὰ δὲ ἀναγωγὴν τὸν διάβολον.

VERS. 3. *Quia persecutus est inimicus animam meam.* Dictio, *quia*, in superiori versiculo rationem reddit : in præsenti vero, narrantis in modum ponitur. Per inimicum etiam juxta historiam Absalonem intelliges ; juxta anagogen vero ipsum dæmonem.

[91] Job. XXX, 19 ; XXXIX, 34.

Humiliavit in terra vitam meam. Dejecit ac prostravit me inimicus in terram, non tantum ea ratione, quod calamitatum pondere depressus sum, sed quia ipsam etiam humum pro sede ac strato meo habui, veluti, qui exsul eram a patria, ac semper in fuga. Juxta anagogen, invisibilis inimicus ad terrena me negotia deflexit, cum a cœlestibus me antea extraxisset. Nomen vero humilitatis, ut sæpe diximus, plura significat. Neque enim virtutis tantum nomen est, sed pro ea etiam ponitur humilitate, quæ a calamitatibus provenit, atque a peccatis. Accipitur etiam humilitas pro quodam vitio, quod ex avaritia nascitur, aut a pusillanimitate. Veluti cum quis obolum magni æstimat, aut quæ tenuia ac vilia sunt, digna studio: quemadmodum pueri faciunt, qui pilas, aut talos, esse aliquid magnum existimant.

A *Ἐταπείνωσεν εἰς γῆν τὴν ζωήν μου.* Κατέκαμψέ με εἰς γῆν, οὐ μόνον εἰς γῆν συγκεκυφότα διὰ τὸ βάρος τῶν συμφορῶν, ἀλλὰ καὶ γῆν ἔχοντα καθέδραν καὶ στρωμνὴν, ὡς φυγάδα. Ὁ μέντοι νοητὸς ἐχθρὸς, κατέκαμψέ με εἰς τὰ γήϊνα πράγματα καθελκύσας ἀπὸ τῶν οὐρανίων. Πολυσήμαντον δὲ, τὸ τῆς ταπεινώσεως ὄνομα· δηλοῖ γὰρ οὐ μόνον τὴν ἐξ ἀρετῆς, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπὸ συμφορῶν, καὶ τὴν ἀπὸ ἁμαρτημάτων, καὶ τὴν ἐξ ἐπάρσεως, καὶ τὴν ἐξ ἀπληστίας, ἥτις καὶ τὸν ὀβολὸν μέγα τι νομίζει, καὶ τὰ εὐτελῆ περισπούδαστα, καθάπερ τὰ παιδάρια τὰς σφαίρας, καὶ τοὺς ἀστραγάλους.

Vers. 4. *Collocavit me in obscuris sicut mortuos sæculi.* In afflictionis tenebras me immisit, et mentem meam veluti caligine quadam obduxit. Quod vero ait, *Mortuos sæculi,* dixit ad demonstrandam tenebrarum magnitudinem. Neque enim mortuos simpliciter, sed sæculi mortuos dixit, hoc est, antiquos seu antiquitus mortuos, augere nimirum volens sententiam, quam profert sublimiori, atque, ut ita dicam, tragico quodam sermone. Ii etenim quos sæculi mortuos dicit, in profundissimis jacent tenebris, multa nimirum humo obruti.

B *Ἐκάθισέ με ἐν σκοτεινοῖς, ὡς νεκροὺς αἰῶνος.* Ἐνέβαλέ με σκότει θλίψεως, ἐζόφωσε τὸν νοῦν μου. Τὸ δὲ, *Ὡς νεκροὺς αἰῶνος,* ἐπίτασίς ἐστι τῆς σκοτίσεως. Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς νεκροὺς εἶπεν, ἀλλ' αἰῶνος, ἤτοι παλαιοὺς, ὀγκῶσαι θέλων τὴν τραγῳδίαν· οὗτοι γὰρ, ἐν βαθεῖ κεῖνται σκότει, πολλῷ φορυτῷ καταχώμενοι.

Et contristatus est in me spiritus meus. Anima mea dolore affecta est, ob summam afflictionem.

Καὶ ἠκηδίασεν ἐπ' ἐμὲ τὸ πνεῦμά μου. Ἠθύμησεν ἐν ἐμοὶ ἡ ψυχή μου τῇ ὑπερβολῇ τῆς θλίψεως.

In me turbatum est cor meum. Tumultuatum est, inquit, cor meum in me et torsionibus affectum est.

Ἐν ἐμοὶ ἐταράχθη ἡ καρδία μου. Θορυβηθεῖσα, καὶ στροβηθεῖσα.

Vers. 5. *Memor fui dierum antiquorum.* In quibus Deo gratus eram, et prospero eventu res meæ omnes procedebant. Vel memor fui dierum quibus majores nostri, et secunda utebantur fortuna, et virtutibus excellebant. Vel dierum quibus per tentationes et calamitates exquirebantur. Solet enim hujuscemodi memoria non minimum afferre solamen.

Ἐμνήσθην ἡμερῶν ἀρχαίων. Ἐν αἷς εὐαρεστῶν Θεῷ καλῶς ἐφερόμην· ἢ ἐν αἷς οἱ πατέρες ἡμῶν C εὐωδοῦντο, καὶ κατόρθουν· ἢ τοὐναντίον, καὶ αὐταῖ συμφοραῖς καὶ πειρασμοῖς ἐξητάζοντο. Φέρει γὰρ οὐ μικράν τινα παράκλησιν ἡ τοιαύτη μνήμη.

Meditatus sum in omnibus operibus tuis. Revolvens mecum mirabilia tua, et omnes eos animo recensens, qui admirande a te ex calamitatibus liberati sunt.

Ἐμελέτησα ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις σου. Ἀνελίττων παρ' ἐμαυτῷ τὰ θαυμάσιά σου, καὶ λογιζόμενος τοὺς παραδόξως τῶν συμφορῶν ἀπαλλαγέντας.

In factis manuum tuarum meditabar. Memoria, inquit, versabar in universis opificiis tuis, eaque summa providentia tua plena esse inveniens, spem bonam accepi, quod non despicies me, tot calamitatibus oppressum, ac miseriis.

Ἐν ποιήμασι τῶν χειρῶν σου ἐμελέτων. Ἐν τοῖς δημιουργήμασί σου ἐδιέτριβον τῇ μνήμῃ, καὶ εὑρίσκων αὐτὰ προνοίας τῆς παρὰ σοῦ τυγχάνοντα, χρηστὰς ἐλάμβανον ἐλπίδας, ὡς οὐ περιόψῃ με τοιαῦτα πάσχοντα καὶ ταλαιπωρούμενον.

Vers. 6. *Expandi ad te manus meas.* Rogans scilicet, et supplicans.

Διεπέτασα πρὸς σὲ τὰς χεῖράς μου. Παρακαλῶν, D καὶ δεόμενος.

Anima mea sicut terra inaquosa tibi. Anima mea ad te tota respicit, tuum non secus auxilium sitiens, atque inaquosa terra et sitibunda pluviam desiderat.

Ἡ ψυχή μου ὡς γῆ ἄνυδράς σοι. Ἡ ψυχή μου πρὸς σὲ διψῶσα βοηθείας, ὡς γῆ ἄνυδρος πρὸς ὑετὸν διψῶσα ὕδατος.

Vers. 7. *Velociter exaudi me, Domine, defecit spiritus meus.* Defecit, ita ut nunquam adeo. Dimittet autem me spiritus, nisi tu cito exaudiveris.

Ταχὺ εἰσάκουσόν μου, Κύριε, ἐξέλιπε τὸ πνεῦμά μου. Ἐξέλιπεν, ὅσον οὔπω, ἀφῆκέ με, εἰ μὴ ταχέως εἰσακούσεις μου.

Ne avertas faciem tuam a me, et similis ero descendentibus in lacum. Ne derelinquas me et statim moriar. Mortui enim sunt, qui in lacum descendunt. Hoc pacto etiam mortuus videtur, quantum ad virtutis opera, ille qui auxilio tuo privatus est.

Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον. Μὴ ἐγκαταλίπῃς με, καὶ αὐτίκα ἀποθανοῦμαι. Νεκροὶ γὰρ οἱ καταβαίνοντες εἰς λάκκον· καὶ ὄντως νεκρὸς, ὁ τῆς παρὰ σοῦ βοηθείας ἐστερημέ-

νος. Ἀποστρέφει δὲ τὸ πρόσωπον, ἤτοι τὴν ἐπισκοπὴν ἀπὸ τῶν πονηρῶν· *Καθαρὸς γὰρ ὁ ὀφθαλμός σου, τοῦ μὴ ὁρᾷν πονηρά.*

Ἀκουστὸν ποίησόν μοι τὸ πρωῒ τὸ ἔλεός σου, ὅτι ἐπὶ σοὶ ἤλπισα. Μήνυσόν μοι ταχὺ τὸ ἔλεός σου, ἵνα καὶ πρὸ τῆς πείρας, τῇ ἐπαγγελίᾳ ψυχαγωγηθῶ. Εἶτα καὶ ἡ δικαιολογία τοῦ τυχεῖν, ὅτι ἐπὶ σοὶ ἤλπισα· τοῦτο γὰρ οἶδεν ἐπισπᾶσθαι τὸν Θεόν.

Γνώρισόν μοι, Κύριε, ὁδὸν ἐν ᾗ πορεύσομαι, ὅτι πρὸς σὲ ἦρα τὴν ψυχήν μου. Καὶ μὴν καὶ ὁ φυσικὸς νόμος, καὶ ὁ γραπτὸς διδάσκουσι τὴν εὐθεῖαν ὁδόν. Ἢ τοίνυν τοῦτο, φησὶν, κατεχώσθη μου τὸ συνειδὸς ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἢ ὅτι πολλὰ τοῖς ἀνθρώποις ἠγνόηται. Διὸ καὶ Παῦλος ἔλεγε· *Τὸ γὰρ τί προσευξώμεθα, καθὸ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν.* Πρὸς σὲ, φησὶ, κέχηνα, γνώρισόν μοι ὁδὸν, ἐν ᾗ βαδίσω πρὸς σέ.

Ἐξελοῦ με ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου, Κύριε, πρὸς σὲ κατέφυγον· δίδαξόν με τοῦ ποιεῖν τὸ θέλημά σου, ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεός μου. Οὐκ εἶπεν Δίδαξόν με τὸ θέλημά σου, ἀλλὰ Τοῦ ποιεῖν. Μακάριος γὰρ οὐχ ὁ εἰδὼς μόνον, ἀλλ' ὁ καὶ ποιῶν αὐτό. Καὶ γὰρ τὸ μὲν εἰδέναι, ῥᾴδιον, τὸ δὲ ποιεῖν δυσχερές· καὶ μάλιστα τῆς ἄνωθεν διδασκαλίας, καὶ βοηθείας δεόμενον.

Τὸ πνεῦμα τὸ ἀγαθὸν ὁδηγήσει με ἐν γῇ εὐθείᾳ. Ἐν ὁδῷ ὀρθῇ, καὶ ὁμαλῇ. Τοιαύτη δὲ, ἡ τῆς ἀρετῆς, ὀρθὴ μὲν, ὡς ἀπλανής, ὁμαλὴ δὲ, ὡς ἀπηλλαγμένη σκώλων, καὶ προσκομμάτων· ἅπερ εἰσὶ τὰ πάθη τῆς ἁμαρτίας.

Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου, Κύριε, ζήσεις με. Οὐ διὰ τὴν ἐμὴν ἀρετὴν, ἀλλὰ διὰ τὸ ὄνομά σου· φιλάνθρωπος γὰρ ὀνομάζῃ, καὶ ἐλεήμων. Εἴρηται δὲ καὶ ἐν τῷ ριγ' ψαλμῷ, *Μὴ ἡμῖν, Κύριε, μὴ ἡμῖν, ἀλλ' ἢ τῷ ὀνόματί σου δὸς δόξαν.*

Ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ἐξάξεις ἐκ θλίψεως τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐν τῷ ἐλέει σου ἐξολοθρεύσεις τοὺς ἐχθρούς μου, καὶ ἀπολεῖς πάντας τοὺς θλίβοντας τὴν ψυχήν μου. Ἥνπερ εἶπεν ἐν ἀρχῇ τοῦ ψαλμοῦ δικαιοσύνην, ταύτην λέγει καὶ νῦν, καὶ ἣν ἐκάλεσεν ἀλήθειαν ἐκεῖ, ὠνόμασεν ἐνταῦθα ἔλεος· ἐξολόθρευσις δὲ καὶ ἀπώλεια τῶν νοητῶν ἐχθρῶν, ἡ ἀπέλασις αὐτῶν, καὶ ὁ ἀφανισμὸς, ὅσον πρὸς τὸν ταῦτα λέγοντα· τὸ δὲ *Ζήσεις καὶ ἐξάξεις, ἐξολοθρεύσεις,* καὶ *ἀπολεῖς,* εἰσὶ μὲν, καὶ προφητικοῦ τύπου, καὶ εὐκτικοῦ.

Ὅτι ἐγὼ δοῦλός σου εἰμί. Δοῦλος, ὡς θεραπεύειν ἐπειγόμενος, καὶ φυλάττειν τὰ δεσποτικὰ προστάγματα.

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ πρὸς Γολιάθ.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΓ'.

Τινὰ τῶν ἀντιγράφων, οὐκ ἔχουσι τὸ *Πρὸς τὸν Γολιάθ.* Οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ τοῦτο προκεῖσθαι τοῦ ψαλμοῦ, μετά γε τὸ μετ' ἐκείνου τρόπαιον, καὶ

A Avertit autem Deus faciem, hoc est, protectionem et custodiam suam ab hominibus pravis : *Mundus enim, inquit, est oculus tuus ne videat prava* [84].

VERS. 8. *Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, quia in te speravi.* Significa mihi, inquit, cito misericordiam tuam, ut ante experientiam, promissione tua refrigerer. Deinde rationem apponit, cur præstanda ei sit misericordia. Quia scilicet in te speravi. Hujuscemodi enim spes magnopere solet Deum conciliare.

Notam fac mihi, Domine, viam, in qua ambulabo, quia ad te levavi animam meam. Atqui, tam naturalis lex quam scripta, docent rectam viam. Verum nunc, vel illud dicere intendit, quod conscientia sua peccatis esset inquinata : vel quod plurima B ab hominibus ignorantur. Atque ideo Paulus dicebat : *Quod oremus, et quemadmodum oportet, nescimus* [85]. Ad te igitur, inquit, oscitabundus specto, indica mihi viam per quam ambulem ad te.

VERS. 9. *Eripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.* Non dixit : Doce me voluntatem, sed Doce ut faciam eam. Beatus enim, inquit, qui non novit tantum, sed facit eam. Cognoscere enim facilius est, operari vero difficilius, iis præsertim qui superna doctrina atque ope indigent.

VERS. 10. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* In viam rectam et planam, qualis est C via virtutis. Recta quidem, veluti sine errore ; plana vero, tanquam periculis et scandalis libera : quæ dicere possumus esse peccandi affectus.

Propter nomen tuum, Domine, vivificabis me. Non ob meam virtutem, sed propter tuum nomen. Misericors etenim appellaris, ut dictum est, in psalmo CXIII, ibi : *Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.*

VERS. 11, 21. *In justitia tua, educes de tribulatione animam meam, et in misericordia tua exterminabis inimicos meos, et perdes omnes qui tribulant animam meam.* Quam illic justitiam hic quoque justitiam dicit, et quam illic veritatem dixit, nunc dicit misericordiam. Exterminabis autem et perdes invisibiles inimicos, hoc est, expelles et delebis eos, quantum D scilicet pertinet ad ipsum, qui hoc petit. Quod vero ait : *Vivificabis, exterminabis, et perdes,* non tantum in eo sensu intelligi potest, ut verba futuri sint temporis, et prophetiam contineant, sed intelligi etiam possunt, ut in optantis modum sint dicta.

Quia ego servus tuus sum. Eo quod et inservire tibi festino, et præcepta tua, tanquam Domini jussa observare satago.

Psalmus ipsi David adversus Goliath.

PSALMUS CXLIII.

Quædam exemplaria non habent verba illa : *Adversus Goliath.* Nihil tamen impedimento est quin adesse possint : quasi compositus fuerit hic psal-

[84] Habac. I, 13. [85] Rom. VIII, 26.

mus in gratiarum actionem, post tropæum illud de A gigante reportatum, et post multas alias victorias. Dicere etiam possumus compositum fuisse hunc psalmum adversus invisibilem, atque intellectualem Goliath, communem nimirum omnium inimicum, diabolum.

VERS. 1. *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas in aciem, et digitos meos ad bella.* Laudandus Deus est, qui manus et digitos meos in acie prosperat, et in bello: et qui mihi tribuit, ut hostes meos superem, et præclara hujuscemodi erigam tropæa. Prosperari etiam dicuntur manus in invisibili adversus dæmones prælio, dum extendimus eas ad virtutes, et dum ad Deum eas puro corde elevamus. Possumus etiam dicere, quod beatus David edoctus sit a Domino movere manus in acie et digitos in bello: quia et corporeis membris B visibiles inimicos, et animæ membris invisibiles dæmones superabat. Nos etiam docemur a Christo tollere manus in acie et digitos ad Deum, ita ut crucis figuram exprimant.

VERS. 2. *Misericordia mea, et refugium meum, adjutor meus, et liberator meus, protector meus, et in ipso speravi.* Misericors enim, inquit, est, et quæ sequuntur.

Qui subdit populum meum sub me. Neque enim in sola inimicorum subjectione superno nobis opus est auxilio, sed etiam in benevoli, atque amici populi regimine: et quemadmodum victoriæ, quæ de inimicis parantur, a divino proveniunt auxilio, ita C etiam familiarium ac benevolorum subjectiones.

VERS. 3. *Domine, quid est homo, quod cognitus ei es? aut filius hominis, quoniam reputaris ab eo?* Hujuscemodi pene verba habuimus in psalmo octavo, ubi expositionem videre poteris. Quia, inquit, donasti ei, ut cognoscat te Deum esse, et quia reputaris ab eo, hoc est, cognosceris Deum esse. Et quia in cogitationibus et considerationibus atque in animo illius versaris. Magnum etenim hoc est, et supra humanæ naturæ tenuitatem.

VERS. 4. *Homo vanitati similis factus est.* Hoc dicit propter corporis infirmitatem, et quia humanum nihil est stabile, sed corruptibilia omnia, et quæ cito transeunt. Per vanitatem autem inania D ac fatua hominum studia significavit.

Dies ejus sicut umbra prætereunt. Cito pertranseunt, umbræ instar, quæ modicum apparet, et videtur esse et cito avolat.

VERS. 5. *Domine, inclina cælos, et descende, tange montes, et fumigabunt.* Atqui descendere Deus non potest, cum ubique adsit, et impleat universa: verum humano more Propheta nunc hujuscemodi protulit verba, ut per ea (terribilia enim admodum videntur) illos perterreat, qui magna sapiunt, et tument superbia, utque eorumdem comprimat temeritatem. Nam etsi tangere montes et fumigare, horrenda quædam videantur verba, inferiora tamen sunt, ac valde distant a

μετὰ πολλὰς τὰς ἄλλας νίκας συντεθέντος ὑπὲρ εὐχαριστίας. Ἔστι δὲ καὶ Γολιὰθ νοητὸς, ὁ κοινὸς ἐχθρὸς ὁ διάβολος.

Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεός μου, ὁ διδάσκων τὰς χεῖράς μου εἰς παράταξιν, καὶ τοὺς δακτύλους μου εἰς πόλεμον. Αἰνετὸς ὁ Θεὸς ὁ εὐοδώσας ἐν παρατάξει καὶ πολέμῳ τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς δακτύλους μου, καὶ δούς μοι περιγενέσθαι τῶν ἐχθρῶν, καὶ στῆσαι τοιαῦτα τρόπαια. Εὐοδοῦνται δὲ καὶ ἐν τῷ νοητῷ πολέμῳ, χεῖρες εἰς ἀρετὴν ἐκτεινόμεναι, καὶ πρὸς Θεὸν ἐπαιρόμεναι. Ἔστιν εἰπεῖν καὶ οὕτως· Ὁ μὲν Δαβὶδ, εἰς παράταξιν τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς δακτύλους εἰς πόλεμον ὑπὸ Κυρίου διδασκόμενος, διὰ μὲν τῶν σωματικῶν μελῶν τούτων, κατηγωνίζετο τοὺς αἰσθητοὺς πολεμίους, διὰ δὲ τῶν ψυχικῶν τοὺς νοητούς· ἡμεῖς δὲ ὑπὸ Χριστοῦ διδασκόμεθα τὰς χεῖρας μὲν εἰς παράταξιν, τῷ αἴρειν αὐτὰς πρὸς Θεόν· τοὺς δακτύλους δὲ, τῷ ἐκτυποῦν τὸν σταυρόν.

Ἔλεός μου, καὶ καταφυγή μου, ἀντιλήπτωρ μου, καὶ ῥύστης μου, ὑπερασπιστής μου, καὶ ἐπ' αὐτῷ ἤλπισα. Ἐλεήμων ἐστὶ, καὶ τὰ λοιπά.

Ὁ ὑποτάσσων τὸν λαόν μου ἐπ' ἐμέ. Οὐ γὰρ ἐν τῇ τῶν ἐχθρῶν ὑποταγῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ τῶν οἰκειῶν, πολλῆς ἡμῖν τῆς ἄνωθεν δεῖ ῥοπῆς· καὶ καθάπερ ἀπὸ ταύτης αἱ νίκαι τῶν ἐχθρῶν, οὕτω πάλιν καὶ αἱ τῶν οἰκείων ὑποταγαί.

Κύριε, τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι ἐγνώσθης αὐτῷ; ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι λογίζῃ αὐτῷ. Τοιαῦτα εἶπε, καὶ ἐν τῷ η' ψαλμῷ· Τί ἐστιν ἄνθρωπος ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν, καὶ ζήτει ἐκεῖ τὴν ἐξήγησιν· ὅτι, φησὶν, ἐχαρίσω αὐτὸν τὸ γινώσκειν σε Θεόν· καὶ ὅτι λογίζῃ αὐτῷ· ἤτοι γνωρίζῃ αὐτῷ Θεὸς, ὅτι λογισμοῖς αὐτοῦ ὑποπίπτεις· μέγα γὰρ τοῦτο καὶ ὑπὲρ τὴν εὐτέλειαν αὐτοῦ τῆς φύσεως.

Ἄνθρωπος ματαιότητι ὡμοιώθη. Διὰ τὸ σῶμα λέγει ταῦτα, καὶ τὸ μηδὲν τῶν ἀνθρωπίνων εἶναι στάσιμον ἢ βέβαιον· ἀλλ' ἐπίκηρα πάντα, καὶ ταχὺ παρερχόμενα· ματαιότης δέ ἐστιν, ἡ ἀνόητος σπουδὴ, καὶ τὸ οὐδαμινόν.

Αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ὡσεὶ σκιὰ παράγουσι. Ταχέως παρέρχονται, δίκην σκιᾶς βραχύ τι φαινομένης, καὶ δοκούσης εἶναί τι, καὶ θᾶττον ἀφιπταμένης.

Κύριε, κλῖνον οὐρανοὺς, καὶ κατάβηθι, ἅψαι τῶν ὀρέων, καὶ καπνισθήσονται. Καὶ μὲν ὁ Θεὸς, οὐ καταβαίνει· πῶς γὰρ ὁ πανταχοῦ παρὼν, καὶ τὰ πάντα πληρῶν; Ἀλλ' ἀνθρωποπρεπῶς φθέγγεται ταῦτα νῦν ὁ Δαβὶδ, ἵνα διὰ τῶν φοβερῶν τούτων ῥημάτων, καταπλήξῃ τοὺς μεγαλοφρονοῦντας, καὶ φλεγμαίνοντας εἰς ἀπόνοιαν, καὶ συστείλῃ τὴν ἀλαζονείαν αὐτῶν. Καὶ γὰρ τὸ, ἅψασθαι καὶ καπνίζειν, εἰ καὶ φρικτὸν, ἀλλὰ πολὺ τῆς τοῦ Θεοῦ ἀξίας καταδεέστερον. Λέγει τοίνυν· Τότε κατάβηθι καὶ ἅψαι

τῶν ὀρέων, ἵνα κολάσῃς τοὺς μὴ συνορῶντας οἴκοθεν τὸ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως εὐτελὲς, καὶ ἐπίχηρον, μηδὲ σωφρονιζομένους ἐντεῦθεν, ἀλλὰ τοὐναντίον διακειμένους. Καὶ γὰρ ἐν τῷ Σινᾷ πάλαι τοιαῦτα δείματα γενόμενα, τὸν λαὸν εἰς φόβον μέγαν ἐνέβαλον, καὶ σωφρονέστερον ἀπειργάσαντο.

Ἄστραψον ἀστραπὴν, καὶ σκορπιεῖς αὐτοὺς, ἐξαπόστειλον τὰ βέλη σου, καὶ συνταράξεις αὐτούς. Ἀστραπὴν ἐνταῦθα, καὶ βέλη, τὰς θεηλάτους τιμωρίας καλεῖ, οἷον, λιμοὺς, λοιμοὺς, καὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ ἀπὸ τῶν γνωρίμων καὶ φοβερῶν, τὸν καταφρονητὴν καὶ ἀναπεπτωκότα τρέμειν καὶ διεγείρεσθαι ποιῶν. Νοοῦνται δὲ τὰ ῥηθέντα, καὶ περὶ τῆς πρώτης τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας. Καὶ γὰρ ἐν τῷ ιζ' γέγραπται ψαλμῷ, περὶ μὲν τῆς κλίσεως τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι *Ἔκλινεν οὐρανοὺς καὶ κατέβη.* Περὶ δὲ τῶν ὀρέων, καὶ τοῦ καπνοῦ, ὅτι καὶ τὰ *θεμέλια τῶν ὀρέων ἐταράχθησαν*, καὶ ὅτι *Ἀνέβη καπνὸς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ.* Περὶ δὲ τῆς ἀστραπῆς καὶ τῶν βελῶν, ὅτι *Ἐξαπέστειλε βέλη, καὶ ἐσκόρπισεν αὐτούς· καὶ ἀστραπὰς ἐπλήθυνε, καὶ συνετάραξεν αὐτούς·* καὶ ἀνάγνωθι τὰς ἐξηγήσεις τῶν τοιούτων ῥητῶν· οὐκ ἀπὸ δὲ σκοποῦ, καὶ περὶ τῆς δευτέρας τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, τὰ προρρηθέντα νοεῖν.

Ἐξαπόστειλον τὴν χεῖρά σου ἐξ ὕψους. Τὴν ἀντιληπτικήν σου δύναμιν, τὴν συμμαχικήν σου βοήθειαν.

Ἐξελοῦ με καὶ ῥῦσαί με ἐξ ὑδάτων πολλῶν. Ὕδατα λέγει τοὺς πολεμίους, δίκην ὑδάτων σφοδρῶς καὶ ἀτάκτως καὶ μετὰ ῥύμης φερομένους, καὶ τὸ προστυχὸν παρασύροντες. Ἀνάγνωθι δὲ καὶ ἐν τῷ ξη' ψαλμῷ, τὴν ἐξήγησιν τούτου.

Ἐκ χειρὸς υἱῶν ἀλλοτρίων. Ἀνθρώπων ἀλλοτρίων μου, ἢ ἀλλοτρίων Θεοῦ, διὰ τὰς παρανομίας αὐτῶν.

Ὧν τὸ στόμα ἐλάλησε ματαιότητα. Ψεύδους καὶ λόγους ἀνωφελεῖς, ἔτι δὲ καὶ βλαβερούς.

Καὶ ἡ δεξιὰ αὐτῶν, δεξιὰ ἀδικίας. Ὧν, φησὶν, καὶ τὰ ἔργα πονηρὰ, καὶ οἱ λόγοι κάκιστοι.

Ὁ Θεὸς, ᾠδὴν καινὴν ᾄσομαί σοι. Εὐχαριστήριον. Ὥσπερ γὰρ ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τοῦ εὐεργετηθέντος πένητος οὐδὲν ἕτερον ἐπιζητεῖ, ἢ μόνον εὐγνωμοσύνην καὶ εὐφημίαν, οὕτω καὶ ὁ Θεός. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν, ἵνα χαλεπώτερος (35) γένηται, ὁ δὲ Θεὸς, ἵνα λαμπρότερον ποιήσῃ τὴν εὐχαριστίαν αὐτῷ προσάγοντα.

Ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ ψαλῶ σοι. Πάλαι μὲν δι' ὀργάνων τοιούτων ᾖδοντο Θεῷ οἱ ψαλμοί· νῦν δὲ ψαλτήριον δεκάχορδον, πᾶς ἄνθρωπος, κατὰ τὰς

A divina dignitate. Ait igitur : Descende, quæso, et tange montes, ut eos punias, qui humanæ naturæ imbecillitatem ex se ipsis non cernunt, et nihilo sapientiores fiunt, quinimo contra potius desipiunt. In monte etenim Sina olim hujuscemodi terrores facti sunt; unde populus magno timore affectus est, castigatiorque ac moderatior redditus.

VERS. 6. *Fulgura fulgurationem et disperdes eos, mitte sagittas tuas et conturbabis eos.* Per fulgurationem et sagittas, flagella ac supplicia appellat, veluti famem, pestem, et alia hujusmodi. Notioribus enim, et terribilibus hisce vocabulis resupinum et contemptorem hominem, veluti a somno excitans, exsurgere eum facit, et tremere. B Possunt etiam hæc verba de primo Salvatoris adventu intelligi. Nam et in psalmo XVII de inclinatione cœli scriptum legimus : *Inclinavit cœlos, et descendit.* Similiter de montibus et de fumo, quod *fundamenta montium turbata sunt*, et quod *ascendit fumus in ira ejus.* De fulgure etiam et de sagittis, quod *Misit sagittas suas, et dissipavit eos, fulgura multiplicavit, et conturbavit eos;* ubi vide quæ exponendo dicta sunt. Nec tamen abs re fuerit, eadem hæc verba de secundo Christi adventu intelligere.

VERS. 7. *Emitte manum tuam ex alto.* Tuam scilicet adjuvandi potentiam.

C *Eripe me, et libera me de aquis multis.* Per aquas allegorice inimici intelliguntur, eo quod aquarum, seu torrentis instar, multo cum impetu, ac vehementia, et nullo ordine ferantur, et quodcunque obvium est, pertrahant. Vide in psalmo LXVIII expositionem primi versiculi.

De manu filiorum alienorum. Hoc est, de manu hominum, qui a me alieni sunt, vel qui a Deo alieni sunt, propter summa nimirum eorum scelera.

VERS. 8. *Quorum os locutum est vanitatem.* Mendacia scilicet, atque inutiles et noxios sermones.

Et dextera eorum dextera injustitiæ. Quorum, inquit, et sermones mali sunt, et opera pessima.

D VERS. 9. *Deus, canticum novum cantabo tibi.* In gratiarum scilicet actionem. Nam quemadmodum rex a paupere, quem beneficiis affecerit, nihil aliud quærit quam gratum animum, et laudem ; ita etiam Deus a nobis nihil aliud poscit. Verum ille laudes quærit, ut clarus ac celebris fiat, Deus vero, ut clariorem eum reddat, qui hujuscemodi laudes obtulerit.

In psalterio decachordo psallam tibi. Olim psalmi hujuscemodi organis Deo canebantur, nunc fidelis quilibet tunc demum psalterium decachordum ef-

Variæ lectiones.

(35) Græce χαλεπώτερος, sensu non satis commodo; hujus tamen dictionis vim propius attigisse interpres, vertendo *ut inde elatior fiat.*

ficitur, si quinque corporis sensus, et quinque animi potentias, in se apte atque concinne dispositas habuerit. Quoties igitur oculus recta videt, et auris spiritualibus superne intendit vocibus, et reliqui omnes ac singuli sensus, et potentiæ prædictæ irreprehensibiliter, et digne Deo, id operantur, quod decet : tunc in decachordo psalterio Deo canimus, eique gratias agimus, et illius nomen glorificamus.

Vers. 10. *Qui das salutem regibus.* Neque enim exercitus, aut humanæ vires, salvare eos solent, sed Dei potentia.

Qui redimis David servum tuum de gladio maligno. Ex gravi scilicet prælio, atque ex acerba morte.

Vers. 11. *Eripe me, et erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem, et dextera eorum dextera injustitiæ.* Hæc verba etiam superius dicta sunt, verum eadem nunc repetit Propheta, orationem ac preces suas magis intendens.

Vers. 12. *Quorum filii eorum sicut novellæ plantationes, stabilitæ in juventute sua.* Felicitatem eorum describit, et divitias. Quorum, inquit, filii florentes sunt, atque in vigore, veluti novellæ plantæ auctæ in juventute sua.

Filiæ eorum eleganter compositæ, atque ornatæ, ut similitudo templi. Hoc est, ornatæ instar templi; vel adeo ornatæ, ut ob summam elegantiam, atque ornamentum, templi similitudo videantur.

Vers. 13. *Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in hoc.* Hoc est, ob multam reconditorum bonorum copiam, in aliud promptuarium evacuata : quasi prima illa promptuaria essent angusta, atque ideo delata ad majora promptuaria ; juxta illud : *Destruam horrea mea, et majora ædificabo* [93].

Vers. 14. *Oves eorum fecundæ, multiplicantes in egressibus suis, boves eorum pingues.* Per egressus, aut partus intelligere debemus, aut exitus ad pascua.

Non est ruina maceriæ, neque transitus, neque clamor in plateis eorum. Non tantum eorum segetes et campi florent, et vineæ ; sed stabiles etiam sunt eorum maceriæ. Per maceriam etiam, seu [ut potius Græca dictio φραγμὸς significat], per sepem, aut civitatis mœnia accipiuntur, aut privati muri domus. Quorum, inquit igitur, nihil decidit : sed neque excursiones, aut clamores in eorum sunt urbibus, vel, juxta alium interpretem, in suburbiis eorum. Ubi enim tumultuatio est, aut perturbatio ex bello, illic etiam excursiones hostium sunt. De hac materia dictum est etiam in psalmo lxxii : *Quia zelavi in iniquis, pacem peccatorum videns.*

Vers. 15. *Beatum dixerunt populum cui hæc sunt.* Multi, inquit, hunc populum ob visibilium hujuscemodi bonorum copiam, beatum dixerunt, cumque fallacem hanc vulgi sententiam posuerit, suam deinceps Propheta meliorem ac rectiorem infert, dicens :

[93] Luc. xii, 18.

A πέντε τοῦ σώματος αἰσθήσεις, καὶ τὰς πέντε δυνάμεις τῆς ψυχῆς. Ὅταν οὖν ὁ μὲν ὀφθαλμὸς ὀρθὰ βλέπῃ, ἡ δὲ ἀκοὴ πνευματικοὺς ἐνηχεῖται λόγους, καὶ ἑκάστη τῶν εἰρημένων αἰσθήσεων καὶ δυνάμεων, ἀμέμπτως καὶ θεοφιλῶς ἐνεργῇ τὰ πρέποντα, τότε διὰ τῶν δέκα τούτων, ὡς δέκα χορδαῖς, ᾄδει τις, καὶ εὐχαριστεῖ, καὶ δοξάζει τὸν Θεόν.

Τῷ διδόντι τὴν σωτηρίαν τοῖς βασιλεῦσι. Οὐ γὰρ στρατόπεδαι, καὶ τοιαῦται δυνάμεις, ἀλλ' ἡ τοῦ Θεοῦ ῥοπή.

Τῷ λυτρουμένῳ Δαβὶδ, τὸν δοῦλον αὐτοῦ, ἐκ ῥομφαίας πονηρᾶς. Ἐκ πολέμου δεινοῦ, καὶ θανάτου πικροῦ.

B *Ῥῦσαί με, καὶ ἐξελοῦ με ἐκ χειρὸς υἱῶν ἀλλοτρίων, ὧν τὸ στόμα ἐλάλησε ματαιότητα, καὶ ἡ δεξιὰ αὐτῶν, δεξιὰ ἀδικίας.* Εἶπε ταῦτα, καὶ ἀνωτέρω· διττολογεῖ δὲ, τὴν δέησιν ἐπιτείνων.

Ὧν οἱ υἱοὶ αὐτῶν ὡς νεόφυτα ἱδρυμένα ἐν τῇ νεότητι αὐτῶν. Τὴν εὐημερίαν αὐτῶν ὑπογράφει, καὶ τὸν πλοῦτον· ὧν οἱ υἱοὶ, φησὶν, εὐθαλεῖς, ἀκμάζοντες ὡς νεόφυτα ηὐξάμενα, ἐν τῇ νεότητι αὐτῶν.

Αἱ θυγατέρες αὐτῶν κεκαλλωπισμέναι, περικεκοσμημέναι ὡς ὁμοίωμα ναοῦ. Ὁμοίωμα ναοῦ, ἢ ὡς δοκεῖν ὁμοίωμα ναοῦ, κατὰ κόσμον, καὶ τὸν καλλωπισμόν.

C *Τὰ ταμεῖα αὐτῶν πλήρη, ἐξερευγόμενα ἐκ τούτου εἰς τοῦτο.* Ἀποκενοῦντα εἰς ἕτερον διὰ τὸ στενοχωρεῖσθαι τῷ πλήθει τῶν τεθησαυρισμένων. Ἢ καὶ φορούμενα εἰς μείζονα, κατὰ τὸ *Καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας, καὶ μείζονας οἰκοδομήσω.*

Τὰ πρόβατα αὐτῶν πολύτοκα, πληθύνοντα ἐν ταῖς ἐξόδοις αὐτῶν· οἱ βόες αὐτῶν παχεῖς. Ἐξόδους ἢ τὰς γεννήσεις νοοῦμεν, ἢ τὰς ἐπὶ τὰς νομὰς προόδους.

Οὐκ ἔστι κατάπτωμα φραγμοῦ, οὐδὲ διέξοδος, οὐδὲ κραυγὴ ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῶν. Οὐ μόνον κομῶσιν αὐτῶν τὰ λήϊα καὶ οἱ ἀμπελῶνες, ἀλλ' ἑστᾶσι καὶ οἱ τούτων φραγμοί· φραγμὸς δὲ καὶ τὸ τεῖχος τῆς πόλεως, καὶ τῆς οἰκείας, ὧν οὐδὲν, φησὶ, πέ-
D πτωκεν· ἀλλ' οὔτε ἐκδρομὴ, οὔτε κραυγὴ, ἐν ταῖς πλατείαις τῆς πόλεως αὐτῶν. Ἢ καθ' ἕτερον ἑρμηνευτὴν, ἐν ταῖς ἐπαύλεσιν αὐτῶν. Ἔνθα γὰρ θόρυβος καὶ ταραχὴ ἐκ πολεμίων ἐκεῖ, καὶ ἐκδρομὴ, καὶ διαδρομή. Λέγει δὲ καὶ ἐν τῷ οβ' ψαλμῷ, ὅτι *Ἐζήλωσα ἐν τοῖς ἀνόμοις, εἰρήνην ἁμαρτωλῶν θεωρῶν.*

Ἐμακάρισαν τὸν λαὸν ᾧ ταῦτά ἐστι. Ἐμακάρισαν οἱ πολλοὶ τοῦτον, διὰ τὴν εὐθημίαν τῶν δοκούντων ἀγαθῶν. Θεὶς δὲ τὴν ἐσφαλμένην κρίσιν τῶν πολλῶν, ἐπάγει καὶ τὴν ὀρθὴν ψῆφον ἑαυτοῦ.

Μακάριος ὁ λαὸς, οὗ Κύριος ὁ Θεὸς αὐτοῦ. Οὗ A μερὶς Κύριος ὁ Θεὸς αὐτοῦ· ἢ οὗ Κύριος ὁ Θεὸς αὐτοῦ, οὗ κυριεύει ὁ Θεὸς, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πειθομένου ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ. Τοῦτο γὰρ ὄντως μακαριότης, ὡς ἀγαθὸν μόνιμον καὶ διαιωνίζον.

Αἰνέσεως τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΔ'.

Αἴνεσις κοινὴ καὶ πᾶσιν ἁρμόζουσα.

Ὑψώσω σε, ὁ Θεός μου, ὁ βασιλεύς μου. Ὑψηλὰ περὶ σοῦ θεολογῶν· ἢ τὸ ὕψος σου γνωρίζων τοῖς ἀγνοοῦσιν.

Καὶ εὐλογήσω τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, τὴν μὲν κτίσιν διὰ παντὸς ἀναπέμπειν τῷ Κτίστῃ δόξαν (*Οἱ οὐρανοὶ* B γὰρ, φησὶν, *διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ*) τὸν δὲ λόγιον ἄνθρωπον ἐλαττοῦσθαι ταύτης ἐν τούτῳ, καὶ μὴ πάντοτε δοξάζειν αὐτὸν καὶ δι' εὐφημίας καὶ δι' ἀγαθοεργίας; Ὅπως γὰρ, φησὶν, *ἴδωσι τὰ καλὰ ὑμῶν ἔργα*, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ γὰρ πολλῶν ἐσμεν ὀφειλέται τῷ Θεῷ, ὅτι τε οὐκ ὄντας ἐποίησε, καὶ ὅτι τοιούτους εἰργάσατο, καὶ τὸ γενόμενον διακρατεῖ, καὶ προνοεῖται διὰ παντὸς, καὶ κοινῇ, καὶ ἰδίᾳ, καὶ λάθρα, καὶ φανερῶς, καὶ εἰδότων καὶ ἀγνοούντων. Τί γὰρ ἄν τις εἴποι τὰ δι' ἡμᾶς κτισθέντα, τὴν διακονίαν ἣν ἡμῖν παρέχεται, τὴν διάπλασιν τοῦ σώματος, τὴν εὐγένειαν τῆς ψυχῆς, τὴν σύνεσιν, τὸν φυσικὸν νόμον, τὸν γραπτόν; καὶ τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν, ἡ δι' ἡμᾶς ἐνανθρώπησις, καὶ τὰ πάθη, καὶ ἡ σφαγή. Τούτων C οὖν ἁπάντων καὶ μυρίων ἄλλων ὀφειλέται ἐσμέν.

Καθ' ἑκάστην ἡμέραν εὐλογήσω σε, καὶ αἰνέσω τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Ταῦτα σαφῆ.

Μέγας Κύριος καὶ αἰνετὸς σφόδρα, καὶ τῆς μεγαλοσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας. Μέγας οὐ μόνον ὡς μεγαλουργὸς, ἀλλὰ καὶ ὡς μεγαλόδωρος, καὶ διὰ ταῦτα αἰνετὸς σφόδρα. Εἰ δὲ τῆς μεγαλοσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας, οὐδὲ μέτρον, πάντως οὐδὲ τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ.

Γενεὰ καὶ γενεὰ ἐπαινέσει τὰ ἔργα σου. Ἥ τε οὖσα, ἥτε ἐπιοῦσα· τουτέστι πᾶσα. Ἔργα δὲ λέγει νῦν, τὰ ἐν ἓξ ἡμέραις δημιουργηθέντα· ἢ καὶ τὰ ἐν τέρασι καὶ σημείοις καθ' ἑκάστην γενεὰν ἐπιτελούμενα. D

Καὶ τὴν δύναμίν σου ἀπαγγελοῦσι. Τὴν ἐν τούτοις τε καὶ τὴν ἐν τῷ εὐεργετεῖν, ἢ κολάζειν. Γενεὰν δὲ καὶ γενεὰν λέγει νῦν τοὺς ἐν ἑκάστῃ γενεᾷ συνετοὺς καὶ θεοφιλεῖς, οἳ πρῶτα μὲν ἑαυτοῖς ἐπαινοῦσι τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ, εἶτα καὶ ἄλλοις ἀπαγγέλλουσι τὴν δύναμιν αὐτοῦ.

Beatus populus, cujus Dominus Deus ejus. Cujus portio Dominus Deus ejus; vel cujus Dominus est Deus ejus, cujus Deus dominatur: nec simpliciter, sed quia illius paret mandatis. Hæc etenim beatitudo vera est, veluti bona, stabilis ac perpetua.

Laudationis ipsi David.

PSALMUS CXLIV.

Hic psalmus laudationem Dei continet, quæ omnibus communis esse potest, et ex fidelis cujusque persona proferri.

VERS. 1. *Exaltabo te, Deus meus, rex meus.* Alta ac sublimia de te contemplans, vel altitudinem tuam ignorantibus declarans.

Et benedicam nomini tuo in sæculum, et in sæculum sæculi. Absurdum enim esset, postquam ipsa etiam irrationalis creatura Creatorem suum semper glorificat (*Cœli* enim, inquit, *enarrant gloriam Dei* [97]), si rationalis homo in hoc laudationis genere ab ea vinceretur, nec semper Deum glorificaret, per laudes nimirum et per bona opera, juxta id quod scriptum est: *Ut videant bona vestra opera, et glorificent Patrem* [98], etc. Sumus etenim præ cæteris omnibus nos Deo debitores, et quia fecit nos, cum non essemus: et quia tales creavit, homines scilicet et fideles; et quod creatos conservat; et quia providentiam nostrum omnium habet, in universum omnium, ac privatim singulorum, secreto et palam, tam scientium quam ignorantium. Quis enim omnia ea enarrare posset, quæ Deus propter homines creavit? Et ministerium illud, quod nobis impendit? corporis formationem, animæ nobilitatem, sapientiam, naturæ legem, et legem scriptam, et quod bonorum omnium est caput, illius incarnationem, passiones, et mortem? Horum omnium igitur atque innumerabilium aliorum beneficiorum, Deo debitores sumus.

VERS. 2. *Per singulos dies benedicam tibi, et laudabo nomen tuum in sæculum, et in sæculum sæculi.* Hæc verba per se clara sunt.

VERS. 3. *Magnus Dominus et laudandus valde, et magnitudinis ejus non est finis.* Magnus non tantum, ut magnarum rerum opifex, sed ut magnorum donorum largitor: et propterea valde laudandus est. Quod si nullus est finis divinæ magnitudinis, consequenter nullus erit etiam divinis laudibus modus.

VERS. 4. *Generatio et generatio laudabit opera tua.* Tam præsens generatio, quam quæ ventura est, hoc est omnis generatio. Opera autem hic ea dicit Propheta, quæ mundi initio, illis sex diebus facta sunt: vel miracula et prodigia, quæ assidue in omni generatione ab eo fieri contingit.

Et potentiam tuam pronuntiabunt. Potentiam, quam in prædictis habes generationibus, vel potentiam præstandi beneficia, et infligendi supplicia; generationem autem et generationem eos appellat, qui in unaquaque generatione sapientes sunt et Dei amatores, qui primum quidem a seipsis divina opera laudant, deinde etiam ejus potentiam cæteris annuntiant.

[97] Psal. XVIII, 1. [98] Matth. V, 16.

VERS. 5, 6. *Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur, et mirabilia tua narrabunt, et virtutem terribilium tuorum dicent, et magnitudinem tuam narrabunt.* Per mirabilia quidem ea intelligit, quæ in aliquorum hominum beneficium facta sunt, quemadmodum in Hebræorum transitu ex Ægypto, columna ignis, et columna nubis, Rubri maris divisio, aqua ex petra, coturnix, atque alia hujusmodi. Per terribilia vero ea significat, quæ ad supplicium atque in pœnam aliquorum facta sunt, veluti flagella contra Ægyptios, aut alias gentes immissa. Vel aliter: Per mirabilia quidem contemperatas temporum mutationes intelligit, florentes item hortos, prata, nitidos ac potabiles fontes, flumina ac rivulos suaviter fluentes, pluviarum irrigationes, terræ fœtus, arborum innumerabiles species, fructuum varietates, mites ac molliter spirantes ventos, solis splendorem, lunæ lampadem, stellarum pulchritudinem, et alia quæcunque, tam in animantibus, quam inanimatis, admiratione digna sunt. Per terribilia vero, fulgura, tonitrua, fulmina, pestem, famem, nivem, grandinem, glaciem, diluvia, incendia et alia quæcunque tam in inanimatis quam in animantibus terribilia sunt. Per magnitudinem vero et magnificentiam, divinæ naturæ, sapientiæque, ac potentiæ excellentiam intellige. Deinde in melioribus ac benignioribus Dei beneficiis magis immoratur, ostendens illum ad humanitatem atque ad misericordiam semper magis vergere et ad mitiora declinare.

A *Τὴν μεγαλοπρέπειαν τῆς δόξης τῆς ἁγιωσύνης σου λαλήσουσι, καὶ τὰ θαυμάσιά σου διηγήσονται, καὶ τὴν δύναμιν τῶν φοβερῶν σου ἐροῦσι, καὶ τὴν μεγαλοσύνην σου διηγήσονται.* Θαυμάσια μὲν, τὰ ἐπ' εὐεργεσίᾳ τινῶν τελειούμενα, ὡς ἐπὶ τῆς τῶν Ἑβραίων ἐξ Αἰγύπτου διαβάσεως, ὁ στύλος τοῦ πυρὸς καὶ τῆς νεφέλης, καὶ τὰ λοιπὰ, ἤγουν ἡ διαίρεσις τῆς Ἐρυθρᾶς, τὸ ἐκ πέτρας ὕδωρ, τὸ μάννα, ἡ ὀρτυγομήτρα, καὶ τὰ τοιαῦτα. Φοβερὰ δὲ, τὰ ἐπὶ κολάσει τινῶν τερατουργούμενα, ὡς αἱ κατ' Αἰγυπτίων μάστιγες, καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν. Καὶ ἑτέρως δέ· Θαυμάσια μὲν, ὡρῶν εὔκρατεῖς ἐναλλαγαὶ, παράδεισοι κομῶντες, λειμῶνες εὐανθεῖς, πηγαὶ διειδεῖς καὶ πότιμοι, ποταμοὶ ῥέοντες ἡδέως, ὑετῶν ἀρδεῖαι, γῆς ὠδῖνες, δένδρων εἴδη μυρία, καρ- B πῶν ποικιλία, προσηνεῖς ἄνεμοι, λαμπρότης ἡλίου, σελήνης λαμπὰς, ἄστρων κάλλος, καὶ ὅσα ἔν τε ἐμψύχοις, ἔν τε ἀψύχοις, ἀξιοθαύμαστα· φοβερὰ δὲ, ἀστραπαὶ, βρονταὶ, κεραυνοὶ, λοιμοὶ, λιμοὶ, χιὼν, χάλαζα, πηγαὶ, ἐκπυρώσεις, καὶ ὅσα ἐν ἀψύχοις καὶ ἐμψύχοις φρικτά. Μεγαλοπρέπεια δὲ καὶ μεγαλοσύνη, τὸ ὑπερέχον τῆς φύσεως, καὶ σοφίας, καὶ δυνάμεως τοῦ Θεοῦ. Εἶτα ἐνδιατρίβει πλέον τοῖς χρηστοτέροις, δεικνὺς αὐτὸν ἐπιῤῥεπέστερον εἰς φιλανθρωπίαν.

VERS. 7. *Memoriam multitudinis benignitatis tuæ eructabunt.* Annuntiabunt sermonem plenum memoria immensæ tuæ bonitatis.

Et justitia tua exsultabunt. Hoc est, ob justitiam tuam, reminiscentes nimirum ac narrantes, quomodo unicuique convenientia pro dignitate largiris: quomodo et beneficiis afficis, et pœnis, et juste omnia administras. Exsultabunt igitur quod neque virtus a te irremunerata relinquetur, neque vitium incastigatum.

Μνήμην τοῦ πλήθους τῆς χρηστότητός σου ἐξερεύξονται. Ἀπαγγελοῦσι τὴν διήγησιν, ἔχουσαν μνήμην τῆς ἀμετρήτου χρηστότητος.

C *Καὶ τῇ δικαιοσύνῃ σου ἀγαλλιάσονται.* Μνημονεύοντες καὶ διηγούμενοι πῶς ἑκάστῳ τὸ πρὸς ἀξίαν ἀπονέμεις, καὶ εὐεργετῶν καὶ κολάζων, καὶ πάντα δικαίως ποιεῖς καὶ ποιήσεις, ἀγαλλιάσονται, πεπεισμένοι, μήτε τὴν ἀρετὴν ἀγέραστον παροφθῆναι, μήτε τὴν κακίαν ἀτιμώρητον.

VERS. 8. *Misericors et miserator Dominus, longanimis, et multum misericors.* Hæc verba etiam habentur in psalmo CII.

Οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων ὁ Κύριος, μακρόθυμος καὶ πολυέλεος. Εἶπε ταῦτα καὶ ἐν τῷ ρβʹ ψαλμῷ.

Ἔθος τοῖς ἁγίοις διὰ πολλὴν εὐγνωμοσύνην, ἐπειδὰν μέλλωσιν εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, πολλοὺς καλεῖν κοινωνοὺς, καὶ παρακαλεῖν συνεφάπτεσθαι τῆς καλῆς ταύτης λειτουργίας αὐτοῖς· τοῦτο καὶ οἱ τρεῖς παῖδες πεποιήκασι, τὴν κτίσιν ἅπασαν, ἡνίκα ἦσαν ἐν τῇ καμίνῳ, πρὸς τὴν εὐφημίαν τῆς ὑπὲρ αὐτῶν εὐεργεσίας, καὶ τὴν ὑμνῳδίαν τοῦ Δεσπότου καλέσαντες. Τοῦτο καὶ οὗτος ἐνταῦθα ποιεῖ· ἑκάτερον κόσμον συμπεριλαμβάνων, τὸν ἄνω, τὸν κάτω, τὸν νοητὸν, τὸν αἰσθητόν· οὔτε γὰρ οὐκ ὄντες πρὸς

D *Alleluia.*

PSALMUS CXLVIII.

Consueverunt sancti viri, ob summam animi gratitudinem, quando gratias Deo acturi sunt, multos laudationis participes advocare, rogareque, ut pulchrum atque honestum hujuscemodi laudationis officium secum assumant : quemadmodum et tres illi sancti pueri fecerunt, cum essent in camino, universam creaturam pro collatis in se beneficiis advocantes, ut Deo benediceret. Hoc in præsentia facit etiam Propheta noster, utrumque mundum complexus, superiorem scilicet atque

[58] Num. xx, 10, 11

inferiorem, intellectualem et materialem, atque, ut ita dicam, sensibilem. Nam veluti per se soli, ad benedictionem et laudem divinam idonei non sint, omnia sermone suo circumeunt elementa, omnesque ad Creatoris gloriam creaturas advocant. Possumus etiam dicere quod Propheta hoc sermone aliud quoddam profundius voluit significare: docere nimirum, quod creaturarum omnium unus sit atque idem Creator, et eos reprimere, qui duos esse opifices dicebant, alterum nimirum intellectualis, alterum vero materialis creaturæ. Etenim ne ex operum diversitate varios quis opinaretur esse createres, unum ex utroque hoc creaturarum genere chorum statuit, atque unam complicat laudationem, uni atque soli Deo.

A τὴν εὐφημίαν ἱκανοὶ, περιέρχονται τῷ λόγῳ πάντα, καλοῦντες εἰς ὑμνολογίαν τοῦ Κτίσαντος. Καὶ ἕτερον δὲ βαθύτερον ἐκ τούτων κατασκευάζει, δεικνὺς ἕνα ποιητὴν ἑκατέρας κτίσεως, καὶ σαφῶς ἐπιστομίζων τοὺς λέγοντας δύο δημιουργούς· ἕτερον μὲν τῆς νοητῆς, ἕτερον δὲ τῆς αἰσθητῆς. Ἵνα γὰρ μή τις ἐκ τῆς διαφορᾶς τῶν ἔργων διαφόρους ὑπολάβοι, ἕνα χορὸν ἵστησιν ἐξ ἁπάντων, καὶ μίαν ὑμνῳδίαν πλέκει τῷ ἑνὶ μόνῳ Θεῷ.

VERS. 1. *Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis.* Ex cœlis quidem, hoc est, ex primo atque ex secundo cœlo, ad divinam laudem angelos vocat, et stellas, et omnia quæ in cœlis sunt: et deinde paulo post, ex terra dracones advocat, atque alia, ut in sequentibus, et demum in hominibus sermonem perficit. Puto autem idem voluisse eum significare, quando ait: *Laudate Dominum de cœlis,* quod significavit, quando dixit: *Laudate eum in excelsis.* Deinde connumerat quosnam de cœlis, aut quosnam ex excelsis partibus advocet.

Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τοῖς ὑψίστοις. Ἐκ μὲν τῶν οὐρανῶν, τοῦ τε πρώτου καὶ τοῦ δευτέρου, καλεῖ πρὸς αἴνεσιν B τοῦ Κυρίου τοὺς ἀγγέλους, τοὺς ἀστέρας, καὶ ὅσα τὰ κατ' οὐρανούς· ἐκ δὲ τῆς γῆς προϊὼν, καλεῖ τοὺς δράκοντας, καὶ τὰ ἐφεξῆς, καὶ καταλύει τὸν λόγον εἰς τοὺς ἀνθρώπους· ταυτὸν δὲ τὸ, *ἐκ τῶν οὐρανῶν,* τῷ *ἐν τοῖς ὑψίστοις.* Εἶτα λέγει τίνας ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ ἐν τοῖς ὑψίστοις μέρεσι καλεῖ.

VERS. 2. *Laudate eum, omnes angeli ejus, laudate eum, omnes virtutes ejus.* Cumque de angelorum ordine dixerit, collectim addidit de cæteris omnibus ordinibus, Virtutes, seu potentias eos appellans. Vel per angelos et per Virtutes, universos illorum ordines significavit: alterum quidem, quia divina annuntiant mandata (angelus siquidem *nuntius* interpretatur); alterum vero, quia jussa sibi a Deo possunt perficere: *Potentes* enim, inquit, *viribus, ut faciant verbum ejus* [9].

Αἰνεῖτε αὐτὸν, πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ· αἰνεῖτε αὐτὸν, πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ. Εἰπὼν περὶ τοῦ ἀγγελικοῦ τάγματος, ἐπήγαγε συλληπτικῶς καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ταγμάτων, Δυνάμεις αὐτὰ καλέσας· ἢ τὰ ὅλα τάγματα καλεῖ Δυνάμεις καὶ ἀγγέλους· τὸ μὲν ὅτι τὰ θεῖα διαγγέλλουσι ῥήματα, τὸ δὲ ὅτι δύνανται τὰ ἐπιταττόμενα τελεῖν· *Δυνατοὶ* γὰρ, C φησὶν, *ἰσχύϊ, ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ.*

VERS. 3. *Laudate eum, sol et luna, laudate eum, stellæ et lux.* Hæc secundi sunt cœli, hoc est, firmamenti. Per solem igitur lunamque, et stellas, ipsa organa intelliges, quæ lucem suscipiunt; per lucem vero, eam lucem, quæ organa illa illuminat, atque in ea divisa est. Vel, per solem, lunam et stellas, creaturas eas intelligit, quæ quarta die a Deo conditæ sunt; per lucem vero immensam illam lucem, quæ prima creationis die a Deo facta est. Verum si quæris, quomodo hæc, aut reliqua hujusmodi elementa, Deum laudatura sint, cum voce careant, cum mentem aut animum non habeant, dic, quod tres modi sunt, quibus laudari ac glorificari Deus potest: per vocem nimirum, quemadmodum Moyses fecit, simul cum sorore Maria laudans, et dicens: *Cantemus Domino, gloriose enim glorificatus est* [10]; item per aspectum, seu præsentiam, juxta illud: *Cœli enarrant gloriam Dei,* de quo diximus in psalmo XVIII; tertio per vitam et conversationem nostram, juxta quod dictum est: *Ut videant bona opera vestra, et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est* [11]. Laudant igitur Deum ipsa etiam inanimata atque irrationalia, sua nimirum magnitudine, pulchritudine, situ, utilitate,

Αἰνεῖτε αὐτὸν, ἥλιος καὶ σελήνη· αἰνεῖτε αὐτὸν, πάντα τὰ ἄστρα καὶ τὸ φῶς. Ταῦτα τοῦ δευτέρου οὐρανοῦ, ἤτοι τοῦ στερεώματος. Ἥλιον μὲν οὖν, καὶ σελήνην, καὶ ἄστρα, τὰ φωτοδόχα τούτων ὄργανα, νοήσεις· φῶς δὲ, τὸ καταμερισθὲν εἰς αὐτά. Ἢ ταῦτα μὲν, τὰ ἐν τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ κτισθέντα· φῶς δὲ, τὸ γεγονὸς ἐν τῇ πρώτῃ, τὸ ἄσχετον. Ἀλλὰ πῶς αἰνέσουσι ταῦτά τε καὶ τὰ ἑξῆς, φωνὴν οὐκ ἔχοντα, οὐ γλῶτταν, οὐ λογισμὸν, οὐ ψυχήν; Τρεῖς δὲ τρόποι δοξολογίας· διὰ φωνῆς, ὡς Μωϋσῆς ἐδόξασε μετὰ τῆς Μαρίας αἰνῶν καὶ λέγων· *Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ, ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται·* ὁ δι' ὄψεως, D ὡς, *Οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ,* περὶ οὗ διελάβομεν ἐν τῷ ιη' ψαλμῷ· καὶ ὁ διὰ βίου καὶ ἔργων· *Ὅπως* γὰρ, φησὶν, *ἴδωσι τὰ ἔργα ὑμῶν τὰ καλὰ, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Αἰνεῖτε γοῦν τὸν Θεὸν, καὶ τὰ ἄλογα καὶ ἄψυχα, τῷ μεγέθει, τῷ κάλλει, τῇ θέσει, τῇ χρείᾳ, τῇ διακονίᾳ, τῇ διαμονῇ, καὶ τοῖς τοιούτοις, τὸν θεατὴν εἰς θαῦμα καὶ εὐφημίαν τοῦ πεποιηκότος ἐνάγοντα, καὶ τῇ γλώττῃ ταύτῃ πρὸς ὑμνολογίαν χρώμενα. Κατὰ γὰρ τὸν Θεολόγον Γρηγόριον, πάντα Θεὸν ὑμνεῖ καὶ δοξάζει φωναῖς ἀλαλήτοις. Ἐπὶ πᾶσι γὰρ εὐχαριστεῖται δι' ἐμοῦ Θεός· καὶ οὕτως ὁ ἐκεί-

[9] Psal. CII, 20. [10] Exod. XV, 1. [11] Matth. V, 16.

νων ὕμνος ἡμέτερος γίνεται, παρ' ὧν ἐγὼ τὸ ὑμνεῖν λαμβάνω.

A ministerio, perseverantia, atque aliis similibus modis : et spectatorem in admirationem, atque ad laudem Factoris movent, unde spectatoris lingua ad Dei laudem utuntur. Omnia enim, ut, inquit, Gregorius Theologus, Deum laudant, inenarrabilibusque et mutis etiam, ut ita dicam, vocibus Deum glorificant. Pro his omnibus etenim, inquit, gratiæ a me aguntur Deo : atque hoc pacto illorum laus, qua Deum laudant, mea efficitur, dum ab illis ego laudandi occasionem accipio.

Αἰνεῖτε αὐτὸν, οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ὑπὲρ ἄνω τῶν οὐρανῶν, αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα Κυρίου. Εἴρηται διαφόρως, ὅτι ἔθος τῇ τῶν Ἑβραίων φωνῇ, τὰ ἑνικὰ πληθυντικῶς ἐκφέρειν. Οὐρανοὺς οὖν οὐρανῶν, τὸν *οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ* καλεῖ· δηλαδὴ τὸν πρῶτον· ἀλλαχοῦ γάρ φησιν, *Ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ τῷ Κυρίῳ·* καὶ τὸ *αἰνείτω* δὲ, καὶ τὸ *αἰνεσάτωσαν*, τοιαῦτα νῦν εἰσι πληθυντικὰ, ἀντὶ ἑνικῶν. Ὕδωρ δὲ ὑπὲρ ἄνω τοῦ οὐρανοῦ, τὸ ὑπὲρ ἄνω τοῦ στερεώματος· πῶς δὲ αἰνεῖ ὁ πρῶτος οὐρανὸς ἀθέατος ὤν, εἴρηται ἐν τῷ ιη' ψαλμῷ· ἔνθα τὸ, *Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ.* Εἰ δ' ὁ ἀθέατος ὑμνεῖ, πρόδηλον ὅτι πολλῷ μᾶλλον ὁ θεατός.

Vers. 4. *Laudate eum cœli cœlorum, et aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini.* Jam sæpe diximus Hebraicum esse idioma, ut quæ singulari sermone efferenda essent, dicantur plurali. Cœlos enim cœlorum dixit, pro *cœlum cœli;* primum nimirum cœlum, de quo alibi dictum est : *Cœlum cœli Domino* [12]; unde et verba illa : *Laudate et laudent*, pluralia sunt pro singularibus. Per aquam vero quam supra cœlos esse dicit, eam intellige, B quæ est supra firmamentum. Quomodo vero primum cœlum, cum non videatur, laudare Deum possit, diximus in psalmo xviii, ibi : *Cœli enarrant gloriam Dei.* Quod si ipsum invisibile cœlum Deum laudat, multo magis ab eo laudari par est, quod dicitur visibile.

Ὅτι αὐτὸς εἶπε καὶ ἐγενήθησαν. Διὰ τοῦ, εἶπε, δύο ταῦτα ἐνέφηνεν, οὐ μόνον ὅτι μὴ ὄντα παρήγαγεν, ἀλλ' ὅτι καὶ μετὰ πολλῆς εὐκολίας. Ὥσπερ γάρ σοι τὸ ποιεῖν εὔκολον, οὕτως τῷ Θεῷ τὸ ποιῆσαι οὐκ ὄντα· μᾶλλον δὲ πολλῷ πλέον· οὐδὲ γὰρ δυνατὸν παραστῆσαι τῆς εὐκολίας τὴν ὑπερβολήν.

Vers. 5. *Quoniam ipse dixit et facta sunt.* Hoc sermone Propheta duo hæc nobis demonstrare voluit, quod et creavit Deus ea quæ antea non erant, et quod multa cum facilitate id fecit, dum dixisse tantum eum dixit, et facta esse. Ac si dixisset : Quemadmodum tibi facile est aliquid dicere, ita et Deo facile est ea creare quæ non sunt. Quinimo et multo facilius id potest. Neque enim possibile est divinæ facilitatis magnitudinem demonstrare.

Αὐτὸς ἐνετείλατο καὶ ἐκτίσθησαν. Τὸ αὐτὸ λέγει πάλιν, ὡς εἴωθε πολλάκις ποιεῖν. Γέγραπται γὰρ ἐν τῇ βίβλῳ τῆς Γενέσεως· *Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο*, καὶ τὰ ἑξῆς ὁμοίως.

C *Ipse mandavit et creata sunt.* Eamdem more suo Propheta repetit sententiam. Scriptum est autem in libro Genesis : *Et dixit Deus, fiat lux, et facta est* [13]; et reliqua simili ratione ac modo.

Ἔστησεν αὐτὰ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Ἡδραίωσεν αὐτὰ κατά τε τὴν τάξιν καὶ τὴν ἐνέργειαν, καὶ τὴν χρείαν, ἀμετακίνητα δι' αἰῶνος, μὴ παραβαίνοντα τοὺς ὅρους τῆς φύσεως.

Vers. 6. *Statuit ea in sæculum, et in sæculum sæculi.* Stabilivit ea, ordine nimirum, operatione atque utilitate, ut immobilia essent, ac sæculum et naturæ terminos non transgrederentur.

Πρόσταγμα ἔθετο, καὶ οὐ παρελεύσονται. Καὶ τοῦτο τὴν εὐκολίαν τῆς συνοχῆς καὶ διακρατήσεως αὐτῶν ἐμφαίνει. Ἔθετο, φησὶν, αὐτοῖς πρόσταγμα τὸν ὅρον, καὶ οὐ παρελεύσονται τοῦτο, καθάπερ δοῦλα μὴ τολμῶντα παρεξελθεῖν τὸ προστάγμα τοῦ δεσπότου.

Præceptum posuit, et non præteribunt. Hæc verba etiam facilitatem demonstrant, qua hujuscemodi elementa atque creaturæ in esse a Deo producta sunt, et qua deinceps conservantur et perseverant. Posuit enim, inquit, eis mandatum de terminis eorum, quod nunquam præteribunt, non secus D atque servi, qui transgredi non audent dominorum præcepta. *Omnia* enim, inquit alibi, *serviunt tibi* [14].

Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῆς γῆς, δράκοντες, καὶ πᾶσαι ἄβυσσοι. Δράκοντας μὲν τὰ κτήνη λέγει νῦν, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ, *Δράκων*, φησὶν, *οὗτος ὃν ἔπλασας*· ἀβύσσους δὲ, τὰ πελάγη· Ὅταν γὰρ ἴδοι τις τοῦ κήτους τὸ μέγεθος, καὶ τὴν σύμπηξιν τοῦ σώματος, ἣν ἐν τῷ Ἰὼβ ἡ Γραφὴ μετὰ πλείονος διηγεῖται σαφηνείας, πῶς οὐ σφόδρα θαυμάσας, ὑμνήσῃ τὸν δημιουργήσαντα τηλικαῦτα ζῶα, καὶ χωρία τούτοις τὰ ἄπλητα πελάγη ἀποκληρώσαντα· καὶ μὴ συγχωροῦντα τῶν οἰκείων ἐκτρέχειν ὅρων, εἴτε πρὸς γῆν, εἴτε πρὸς τὰ πλεόμενα μέρη· μὴ δὲ

Vers. 7. *Laudate Dominum de terra, dracones et omnes abyssi.* Per dracones hoc in loco ipsa cete intelligit, quemadmodum et alibi, quando ait : *Draco iste quem formasti ois* [15]. Per abyssos vero ipsa significat maria. Quoties enim, inquit, videris cetæ magnitudinem, et corporis illius compactionem, quam apud beatum Job Scriptura plenius atque apertius describit, quomodo non admirabundus tantorum animantium Creatorem laudabis? qui innavigabiles maris sinus ac regiones, pro illorum habitatione eis tradidit, nec ea sinit statutos

[12] Psal cxiii, 16. [13] Gen. i, 3. [14] Psal. cxviii, 91. [15] Psal. ciii, 26.

prætergredi terminos, nec ad terram, aut ad navigabiles maris partis excurrere? ne naves scilicet aut alia piscium genera ab illis vastarentur. Verum neque hoc tantum admiratione dignum est, sed et ipsum mare, non mediocrem admirationis divinæ potentiæ occasionem præbet. Quomodo scilicet cum tantam aquarum copiam habeat, et ventorum vi impellatur, atque horribiliter ebulliat, et furore pene quodam feratur, proprios tamen terminos non transgreditur, neque audet vicinam terram demergere, sed Domini mandatum observat : et quanquam instabilem ac nullo ordine constantem naturam habeat, ordinem tamen suum perpetuo conservat. Hæc si animo revolveris, divinam sapientiam, potentiam, atque administrationem vere admiraberis et maximam laudum occasionem assumes, quas in honorem Dei complices atque contexas

A λυμαίνεσθαι μὴ μόνον τοῖς πλοίοις, ἀλλὰ μὴ δὲ τοῖς γένεσι τῶν ἰχθύων; Οὐ τοῦτο δὲ μόνον ἄξιον θαυμάζειν, ἀλλὰ καὶ τὴν θάλασσαν· πῶς τοσοῦτον πλῆθος ὑδάτων ἔχουσα, καὶ ταῖς βίαις τῶν ἀνέμων ἐλαυνομένη, καὶ φοβερῶς ἀναβρασσομένη καὶ στροβουμένη, καὶ μαινομένη, τοὺς ἰδίους ὅρους οὐχ ὑπερβαίνει, οὐδὲ τὴν γείτονα γῆν ἐπικλύζειν τολμᾷ, τὸ πρόσταγμα τοῦ Δεσπότου φυλάττουσα, καὶ φύσιν ἄστατον καὶ ἄτακτον ἔχουσα, τὴν εὐταξίαν τηρεῖ. Ταῦτα τοίνυν ἀναλογιζόμενος θαυμάσεις ὄντως τὴν σοφίαν τοῦ Θεοῦ, τὴν δύναμιν, τὴν οἰκονομίαν, καὶ ὕμνον ὥσπερ ἀπὸ τῶν ἄλλων, οὕτω κἀντεῦθεν ὑφανεῖς αὐτῷ.

VERS. 8. *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellæ, facientia verbum ejus.* Ministrantia scilicet atque inservientia ad hominum utilitatem, propter divinum mandatum : non quod fortuito, aut casu, id faciant, aut sponte sua. Per ignem vero, hoc in loco, ipsum fulgur intelligit.

B *Πῦρ, χάλαζα, χιών, κρύσταλλος, πνεῦμα καταιγίδος, τὰ ποιοῦντα τὸν λόγον αὐτοῦ.* Τὰ διακονοῦντα τὰ προστάγματα αὐτοῦ πρὸς τὸ λυσιτελοῦν ἀνθρώποις, καὶ μὴ ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχε γινόμενα· πῦρ δὲ νῦν λέγει τὴν ἀστραπήν

VERS. 9, 10. *Montes et omnes colles, ligna fructifera, et omnes cedri, feræ, et universa pecora, reptilia, et volucres alatæ.* Quoniam ea omnia quæ jucunda atque utilia sunt, manifestam atque apertam suam administrationem et divinam laudem ostendunt, in tristioribus ac severioribus immoratur, dicens : *Ignis, grando,* etc.; quibus etiam ea adjungit, quæ minus utilia videri poterant, dicens : *Montes et omnes colles, ligna fructifera et omnes cedri;* quibus insuper ea addit, quæ noxia existimantur, dicens : *Feræ et reptilia,* ex omni nimirum parte divinam plene providentiam demonstrans, ac docens quod etiam hæc omnia admiranda atque utilia sunt, et rationem habent, quare a Deo in esse adducta sint : tametsi id a nobis fortasse non percipiatur, vel difficile percipiatur. Fulgur etenim pluviæ signum est, et sæpenumero etiam ventorum. Grando autem nix et glacies, ad terræ cultum utilia sunt. Spiritus vero procellæ, aliquando quidem nubes dissolvit, aliquando vero etiam adducit : utrumque tamen ad nostrum commodum, tametsi ob ignorantiam nostram nobis plerumque secus videatur. Cedri quoque per quas veluti majores arbores, omnes aliæ infructuosæ comprehensæ sunt, ad domorum ædificationem, et navium constructionem, commodissimæ sunt et necessariæ : nihilque omnino superfluum est, aut fortuito factum. Leones præterea, pardi, elephanti, unicornes, rhinocerotes, atque alia hujusmodi, et reptilia, qualia sunt dracones, serpentes et scorpiones et reliqua, non mediocrem utilitatem ad humanam vitam afferunt. Timorem enim nobis Deus per ea præstat, et moderatiores fieri præparat, ac magis sollicitos, et primi parentis delictum in memoriam revocat : propter quod universa hæc immitia animalia servitutem illam a se excusserunt, quam in

Τὰ ὄρη, καὶ πάντες οἱ βουνοί, ξύλα καρποφόρα, καὶ πᾶσαι κέδροι· τὰ θηρία, καὶ πάντα τὰ κτήνη, ἑρπετά, καὶ πετεινὰ πτερωτά. Ἐπεὶ τὰ τερπνότερα, καὶ χρησιμώτερα, καὶ ὠφελιμώτερα πρόδηλον ἔχουσι τὸν θαυμασμὸν καὶ τὸν ἔπαινον, ἐνδιατρίβει πλέον τοῖς λυπηροτέροις, λέγων, *Πῦρ, χάλαζα,* καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ τοῖς δοκοῦσιν ἀχρηστοτέροις λέγων· *Τὰ ὄρη καὶ πάντες οἱ βουνοί, ξύλα*
C *καρποφόρα, καὶ πᾶσαι κέδροι·* καὶ τοῖς βλαβερωτέροις λέγων· *Τὰ θηρία καὶ ἑρπετά·* δεικνύων ἐκ περιουσίας τοῦ Θεοῦ τὴν πρόνοιαν, καὶ διδάσκων ὅτι καὶ πάντα ταῦτα θαυμαστά, καὶ χρειώδη, καὶ λόγον ἔχοντα τῆς εἰς τὸ εἶναι παραγωγῆς· εἰ καὶ ἡμῖν ἴσως ἀκατάληπτον, ἢ δυσκατάληπτον. Καὶ ἀστραπὴ μὲν γάρ, ὑετοῦ σημεῖον, ἢ καὶ πολλάκις ἀνέμου· χάλαζα δέ, καὶ χιών, καὶ κρύσταλλος, εἰς γεωργίαν ἐπιτήδεια. Τὸ πνεῦμα δὲ τῆς καταιγίδος ποτὲ μὲν ἀπελαύνει τὰ νέφη, ποτὲ δὲ συνάγει, καὶ τοῦτο δὲ κἀκεῖνο, πρὸς τὸ λυσιτελοῦν, εἰ καὶ ἡμῖν οὐχ οὕτω δοκεῖ, δι' ἄγνοιαν. Τὰ ὄρη δέ, καὶ αἱ κέδροι, δι' ὧν κέδρων ὡς μειζόνων, πάντα τὰ ἄκαρπα δένδρα συμπαρελήφθησαν εἰς οἰκοδομήν, καὶ ναυπηγίαν χρησιμεύσουσι, καὶ οὐδὲν ὅλως περιττόν· οὐδ'
D ὡς ἔτυχε γινόμενον. Λέοντες, καὶ παρδάλεις, καὶ ἐλέφαντες, καὶ μονοκέρωτες, καὶ ῥινοκέρωτες, καὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ τῶν ἑρπετῶν δράκοντες, καὶ ὄφεις, καὶ σκορπίοι, καὶ τὰ λοιπά, καὶ αὐτὰ χρησιμεύσουσιν εἰς τὸν βίον· φόβον γὰρ ἡμῖν ἐπιτειχίζει, καὶ σωφρονεῖν παρασκευάζει, καὶ ἐναγωνίους ποιεῖ, καὶ ἀναμιμνήσκει τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ τοῦ προπάτορος ἁμαρτίας, δι' ἣν ταῦτα τὴν τοῦ Ἀδὰμ ἀπεσείσαντο δουλείαν, ὑποχείρια τούτῳ δοθέντα, καὶ τὰς κλήσεις παρ' ἐκείνου δεξάμενα· ἵνα μὴ λέγω τὴν ἄλλην χρείαν, ἣν πρὸς τὰ κατασκευαζόμενα παρέχουσι φάρμακα. Εἰ τοίνυν τὰ λυπηρά, καὶ τὰ δοκοῦντα ἄχρηστα, καὶ βλαβερὰ οὕτως χρήσιμα, ὦ,

δι' αὐτῶν ὕμνον ἀναφέρεσθαι τῷ Θεῷ καὶ δοξολογίαν, τί ἄν τις εἴποι, περὶ τῶν μὴ τοιούτων;

Βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ πάντες λαοί, ἄρχοντες καὶ πάντες κριταὶ γῆς. Πάλιν ἕτερον ἐνταῦθα κινεῖ προνοίας εἶδος, τὸ τῶν ἀρχόντων· τῆς τοῦ Θεοῦ γὰρ σοφίας ἔργον, τὸ εἰς ἄρχοντας καὶ ἀρχομένους τόδε τὸ πᾶν διελεῖν· τοὺς βασιλεῖς δὲ λέγει καὶ ἄρχοντας καὶ κριτὰς, ὡς τὸ ἄρχειν, καὶ τὸ κρίνειν ἔχοντας. Αἰνεῖτε γὰρ, φησὶ, τὸν Κύριον, οἱ μὲν ὅτι ἐπιμελεῖσθαι προεκρίθητε, οἱ δὲ, ὅτι ἐπιμελείας τῆς παρὰ τῶν κρειττόνων ἀξιοῦσθε, ὁμοῦ δὲ πάντες, ὅτι εὐταξίαν ἐντεῦθεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀνθρώποις ἐδωρήσατο. Τὸ μὲν οὖν ἄρχειν, ἔργον Θεοῦ· τὸ δὲ κακῶς ἄρχειν τῆς τῶν ἀνθρώπων φαυλότητος· τὸ δὲ καὶ πονηροὺς εἰς τὸ ἄρχειν ἄγεσθαι τῆς ἀνθρώπων πονηρίας. Εἰπὼν δὲ ὅτι *πάντες λαοί*, οὐκ ἄνδρας ἐδήλωσε μόνον, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας καὶ ἁπλῶς πᾶν γένος, καὶ πᾶσαν ἡλικίαν.

Νεανίσκοι καὶ παρθένοι, πρεσβύτεροι μετὰ νεωτέρων, αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα Κυρίου. Νεανίσκοι καὶ νεανίδες, ἵνα ἐθισθῶσιν αἰνεῖν· πρεσβύτεροι, ὅτι εἰς ταύτην ἔφθασαν ἡλικίαν· νεωτέρους δὲ τοὺς νεανίσκους αὖθις ἔφησεν, ἀντιδιαστέλλας αὐτοὺς τοῖς πρεσβυτέροις.

Ὅτι ὑψώθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ μόνου. Ἐμεγαλύνθη διὰ τὰ μεγαλεῖα τῶν ἔργων αὐτοῦ.

Ἡ ἐξομολόγησις αὐτοῦ ἐπὶ γῆς καὶ οὐρανοῦ. Ἡ εὐχαριστία, καὶ ἡ δοξολογία αὐτοῦ ἐπὶ γῆς ἀνθρώποις, καὶ ἐπ' οὐρανοῦ ἀγγέλοις.

Καὶ ὑψώσει κέρας λαοῦ αὐτοῦ. Αὐξήσει, μεγαλυνεῖ ἰσχὺν λαοῦ αὐτοῦ.

Ὕμνος πᾶσι τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ. Τοῖς ἀφωσιωμένοις αὐτῷ· τούτοις γὰρ μάλιστα προσήκει ὑμνεῖν, ὡς μᾶλλον εἰδόσι τὰ μεγαλεῖα, καὶ τὰς εὐεργεσίας αὐτοῦ. Εἴρηκε δὲ καὶ ἐν τῷ λβ' ψαλμῷ, *Τοῖς εὐθέσι πρέπει αἴνεσις*· καὶ ζήτει ἐκείνην τὴν ἐξήγησιν.

Ἰσραήλ, λαῷ ἐγγίζοντι αὐτῷ. Λαῷ οἰκείῳ, λαῷ ἐγγίζοντι κατὰ σχέσιν καὶ διάθεσιν ἐκ πίστεως, ἐκ θεραπείας, ἐξ ἀρετῶν οἰκειώσεως· ἢ ὅτι ὕμνος ἔσται τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ, καὶ δοξασθήσονται, ὡς ὅσιοι αὐτοῦ, ὡς λαὸς ἐγγίζων αὐτῷ· διὸ χρὴ γενέσθαι τοιούτους, ἵνα διὰ τοῦτο δόξης ἀξιωθῶσιν.

Ἀλληλούϊα.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΘ'.

Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινόν. Εἴρηται μὲν τοῦτο πολλάκις, ἑρμηνεύθη δὲ καὶ ἐν τῷ λβ' ψαλμῷ. Κατὰ μὲν ἱστορίαν περὶ τῶν Ἰουδαίων ὁ ψαλ-

A ea habuit Adam. Tradita enim ei a Deo fuerant in servitutem et subjectionem; atque ideo appellationes et nomina ab eo etiam susceperant. Taceo innumerabiles utilitates quas in medicinis præstant et pharmacis. Si igitur ea quæ tristiora sunt, aut molestiora, quæque inutilia videntur esse, ac noxia, adeo utilia sunt, ut per ea laus et gloria Deo cani debeat: quid dicendum erit de iis quæ hujuscemodi non sunt, sed delectabilia sunt pariter atque utilia?

VERS. 11. *Reges terræ et omnes populi, principes et omnes judices terræ.* Rursum hoc in loco aliud pertractat divinæ providentiæ genus, de principum scilicet ac regum constitutione. Est etenim divinæ sapientiæ opus, universum orbem in principes atque in subditos distinxisse. Reges autem et principes et judices appellat, eo quod dominantur, regunt et judicant. Laudate enim, inquit, Dominum, vos quidem, quia præpositi et præfecti estis, B populi vero quia studio atque curæ et sollicitudini superiorum a Deo donati sunt. Una autem omnes id facite, quoniam ex hac ordinum varietate, ordinem quemdam Deus in humano genere constituit. Verum quod principes imperent ac dominentur, divinum quidem opus est, hoc est, a Deo datum; quod vero male imperent, hoc ad ipsorum principum pertinet perversitatem. Simili modo quod pravi homines ad imperium assumantur, maligni ac pravi ipsi homines in causa sunt. Dicens autem omnes populos, non viros tantum, sed mulieres etiam comprehendit, et omnem denique generationem atque omnem ætatem.

VERS. 12. *Adolescentes et virgines, seniores cum junioribus, laudent nomen Domini.* Adolescentes et puellæ id faciant, ut assuescant laudare Deum. Senes vero Deum laudent quod in hujusmodi ætatem pervenerint. Juniores quoque et adolescentes dixit, ut ex opposito distingueret eos a C senibus.

Quoniam exaltatum est nomen ejus solius. Magnificatum est ob magna et grandia illius opera.

VERS. 13. *Confessio ejus in terra et in cœlo, et exaltabit cornu populi sui.* Gratiarum actio et glorificatio, quæ Deo fit, in terra quidem ab hominibus, in cœlo vero ab angelis.

Et exaltabit cornu populi sui. Augebit, magnificabit potentiam, populi sui.

VERS. 14. *Hymnus omnibus sanctis ejus.* Iis qui ei sanctificati et dicati sunt. Hos etenim præcipue decet laudare Deum, veluti qui præ cæteris, illius magnalia ac beneficia noverunt. Dictum est etiam in psalmo XXXII: *Rectos decet laudatio*, ubi vide D expositionem.

Filiis Israel, populo appropinquanti sibi. Hoc est, populo suo, qui affectu ac dispositione sua in Deum ei semper appropinquat: per fidem videlicet, per cultum, et per familiaritatem virtutum; vel quia hymnus erit sanctis ejus, et glorificabuntur veluti sancti Dei, et tanquam populus ei appropinquans. Atque ideo oportet tales fieri, ut propterea gloriam consequantur.

Alleluia.

PSALMUS CXLIX.

VERS. 1. *Cantate Domino canticum novum.* Verba hæc sæpe alibi exposita sunt, præcipue in psalmo XXXII, et juxta historiæ sensum, ad Hebræorum

populum pertinent; juxta anagogen vero, ad fideles, quemadmodum Gregorius Theologus tradit, in sermone *De Encæniis*. Illi autem novum Domino canticum canunt, qui nova in Christo effecti sunt creatura, et per Novum Testamentum, novum hominem induerunt.

A μῷ, κατὰ δὲ ἀναγωγὴν, περὶ ὧν ὁ Θεολόγος Γρηγόριος εἴρηκεν, ἐν τῷ λόγῳ τῶν *Ἐγκαινίων*. Ἄδουσι δὲ τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινὸν, οἱ τῆς καινῆς κτίσεως, οἱ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸν καινὸν ἄνθρωπον ἐνδυσάμενοι.

Laus ejus in Ecclesia sanctorum. In præcedenti etiam psalmo dixit: *Hymnus omnibus sanctis ejus*.

Ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν ἐκκλησίᾳ ὁσίων. Εἶπε καὶ ἐν τῷ προλαβόντι ψαλμῷ, *Ὕμνος πᾶσι τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ*.

VERS. 2. *Lætetur Israel in eo, qui fecit eum*. Novus Israel, canens, in Deo lætetur, quia eum fecit, et quia fecit eum esse populum suum; atque ideo addidit:

Εὐφρανθήτω Ἰσραὴλ ἐπὶ τῷ ποιήσαντι αὐτόν. Ἰσραὴλ ὁ καινὸς ᾄδων, εὐφρανθήτω ἐπὶ τῷ Θεῷ, ὅτι τε αὐτὸν ἐποίησεν ἄνθρωπον, καὶ ὅτι αὐτὸν ἐποίησεν ἴδιον λαόν· ἐπήγαγε γάρ.

Et filii Sion exsultent in rege suo. Filii dico novæ Sion, vel ipse etiam Israeliticus populus canens Deo lætetur, et lætus gratias agat, et quod creatus sit, et quod ut proprius ac peculiaris populus a Deo vindicatus sit. Eis enim, tanquam suis ac familiaribus olim Deus imperabat: quod privatum quoddam aliud est beneficii genus.

Καὶ υἱοὶ Σιὼν ἀγαλλιάσθωσαν ἐπὶ τῷ βασιλεῖ αὐτῶν. Υἱοὶ Σιὼν, τῆς καινῆς· ὁ Ἰσραηλιτικὸς
B αὖθις λαὸς ᾄδων εὐφρανθήτω, καὶ εὐφραινόμενος εὐχαριστείτω, ὑπέρ τε τῆς δημιουργίας, ὑπέρ τε τῆς οἰκειώσεως· ὡς οἰκείων γὰρ αὐτῶν ἐβασίλευσεν· ὅπερ ἕτερον εἶδος εὐεργεσίας.

VERS. 3. *Laudent nomen ejus in choro*. In consonantia et concentu vocum, ut cantus communicatio dilectionis pariter communicationem afferat atque animorum consensum.

Αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν χορῷ. Ἐν συμφωνίᾳ, ἵνα ἡ κοινωνία τῆς ᾠδῆς κοινωνίαν αὐτοῖς ἀγάπης ἐμβάλῃ, καὶ σύμπνοιαν, καὶ ὁμόνοιαν.

In tympano et psalterio psallant ei. Antiquo quidem populo jussum erat, ut hujuscemodi instrumentis Deo canerent, quemadmodum et illud mandatum fuerat, ut certis Deo animalibus sacrificarent: atque hoc ob illius populi infirmitatem, atque amorem erga voluptates, a quibus non ita de facili poterant separari: novus autem populus tunc se psallere putat in tympano, quando corporis voluptates mortificat. Tympanum etenim corpus quoddam mortuum est, et tunc etiam psallit in psalterio, quando superne a Deo, ut ita dicam, insonatur. Psalterium enim, ut alibi diximus, superne habet vocum et sonorum causas. Vel, per tympanum bonas operationes, per psalterium vero contemplationem intellige, ita ut Prophetam admonere intelligamus fideles, quod affectibus propriis mortificatis et adepta a Deo superne illa gratia, qua hominem quodammodo insonari diximus, Deo psallant, per bonas scilicet actiones, et per contemplationem. Quid significet etiam psalterium juxta anagogicum sensum, diximus in psalmo XXXII, ibi: *In psalterio decachordo psallite ei*.

Ἐν τυμπάνῳ καὶ ψαλτηρίῳ ψαλάτωσαν αὐτῷ. Τῷ μὲν παλαιῷ λαῷ διὰ τοιούτων ὀργάνων ᾄδειν ἐπετέτραπτο, καθάπερ καὶ τὸ ζωοθυτεῖν, διὰ τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν, καὶ φιληδονίαν· τῷ νέῳ τύμπανον ἡ νέκρωσις τῶν σωματικῶν ἡδονῶν· νεκρὸν
C γὰρ σῶμα τὸ τύμπανον, ψαλτήριον δὲ, τὸ ἄνωθεν ἐνηχεῖσθαι. Τὸ ψαλτήριον γὰρ ἄνωθεν ἐλάμβανε τῶν φθόγγων τὰς ἀφορμάς· ἢ τύμπανον μὲν, ἡ πρᾶξις, ψαλτήριον δὲ, ἡ θεωρία, ἵνα ψάλλωμεν αὐτῷ, νεκροῦντες τὰ πάθη, καὶ ἄνωθεν ἐνηχούμενοι παρὰ τοῦ Θεοῦ· ἢ διὰ πράξεως καὶ θεωρίας. Εἴρηται περὶ ἀναγωγῆς τοῦ ψαλτηρίου καὶ ἐν τῷ λβ' ψαλμῷ, ἔνθα τὸ, *Ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ ψάλατε αὐτῷ*.

VERS. 4. *Quia beneplacitum est Domino in populo suo*. Hoc est, quia delectatur, vel quia bona vult Dominus populo suo, juxta illud: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax, in hominibus bona voluntas*[16]. [Utrobique enim in Græca lectione eadem habetur dictio: tametsi Latine non eodem modo utrobique recte reddi possit; nam quod hic in Græco habetur εὐδοκεῖ, ibi habetur εὐδοκία.]

D *Ὅτι εὐδοκεῖ Κύριος ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ*. Εὐαρεστεῖται· ἢ ἀγαθὰ θέλει, κατὰ τὸ, *ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία*.

Et exaltabit mansuetos in salute. Glorificet enim eos simul et salvet. In psalmo etiam XLVI legimus: *Suscipiens mites Dominus*.

Καὶ ὑψώσει πραεῖς ἐν σωτηρίᾳ. Δοξάσει αὐτοὺς, μετὰ καὶ τοῦ σῶσαι. Εἴρηται δὲ ἐν τῷ μη' ψαλμῷ, *Ἀναλαμβάνων πραεῖς ὁ Κύριος*.

VERS. 5. *Gloriabuntur sancti in gloria*. Primo omnia usque ad psalmi finem, juxta historiam interpretabimur, deinde anagogicum pertractabimus sensum. Juxta igitur illum sensum qui magis esse videtur præ manibus, hoc est, juxta historiam,

Καυχήσονται ὅσιοι ἐν δόξῃ. Καθ' ἱστορίαν, πρότερον τὰ ἐντεῦθεν ἑρμηνευτέον, ἄχρι πέρατος τοῦ ψαλμοῦ, εἶτα καὶ ἀναγωγικῶς περὶ τούτων διαληπτέον. Προλέγει τοίνυν κατὰ τὸ προχείρως νοούμενον, περὶ τῆς τῶν Ἑβραίων νίκης, ἣν ἐνίκησαν

[16] Luc. II, 14.

τὰ πέριξ αὐτῶν ἔθνη, κωλύοντα τὴν ἀνοικοδομὴν τοῦ ναοῦ καὶ τῆς πόλεως, Καυχήσονταί, φησίν, οἱ ἀφωσιωμένοι τῷ Θεῷ Ἰσραηλῖται, ἐν δόξῃ τῆς ἀπὸ τῆς θεοδωρήτου νίκης, ἢ τῆς ἀπὸ τῆς Θεοῦ συμμαχίας.

Καὶ ἀγαλλιάσονται ἐπὶ τῶν κοιτῶν αὐτῶν. Οὐ μόνον ἀφόβως κοιμηθήσονται, ἀλλὰ καὶ ἡδέως, ἀπὸ τῶν πολεμίων ἀπαλλαγέντες.

Αἱ ὑψώσεις τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ λάρυγγι αὐτῶν, καὶ ῥομφαῖαι δίστομοι ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν. Τοῦτο βούλεται λέγειν ὅτι ὑμνοῦντες τὸν Θεὸν, πολεμήσουσι τοῖς ἐχθροῖς, καὶ αἱ ὑμνολογίαι τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ σπάθαι ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν, συγκόπτουσαι τοὺς πολεμίους.

Τοῦ ποιῆσαι ἐκδίκησιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἐλεγμοὺς ἐν τοῖς λαοῖς. Ὑπὲρ τοῦ ποιῆσαι τὸν Θεὸν ἐκδίκησιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἀνθ' ὧν ἠδίκουν τὸν λαὸν αὐτοῦ· καὶ ἐλεγμὸν ἐν τῷ λαῷ, πληθυντικὸν ἀντὶ ἑνικοῦ, ἐλεγχομένῳ ὅτι διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ μέχρι τότε κατεπονεῖτο· καὶ οὐ δι' ἀσθένειαν τοῦ Θεοῦ, ὅτε τε γὰρ ἔνευσε μόνον, εἰς θαυμαστὸν ἦλθε τὸ πρᾶγμα μεταβολήν.

A Hebræorum victoriam prædicit, quando finitimas superarunt gentes, quæ templi et civitatis instaurationem impediebant. Tunc etenim, inquit, futurum esse ut Israelitæ (quos ideo sanctos appellat, quia Deo sanctificati ac dedicati fuerant), gloriabundi exsultent, propter victoriæ gloriam, a Deo, hoc est, a divino auxilio eis præstitam.

Exsultabunt in cubilibus suis. Non tantum securi dormient absque nullo timore, sed jucunde etiam et cum delectatione in cubilibus suis quiescent veluti ab hostium periculis liberati.

Vers. 6. *Exaltationes Dei in gutture eorum, et gladii ancipites in manibus eorum.* Sensus est, quod adversus inimicos, laudantes Deum, pugnabant. Laudationes Dei, inquit, erunt in ore eorum, at- B que gladii pariter in eorum manibus, quibus conciderent inimicos.

Vers. 7. *Ut faceret vindictam in nationibus, redargutiones in populis.* Ut Deus scilicet hanc vindictam in gentibus faceret, quæ injuriam Israelitico populo intulerant : similiter ut redargutiones faceret in populo suo, redarguto eo nimirum, atque convicto, quod ob propria scelera et non ob Dei sui imbecillitatem eo usque ab hostibus victus oppressus fuisset, cum alioqui solo Dei nutu maximæ atque admirandæ mutationes fieri possint. Illud tamen animadvertendum est, quod plurali numero hic utitur Propheta pro singulari, dicens : *Redargutiones in populis*, pro, In populo.

Τοῦ δῆσαι τοὺς βασιλεῖς αὐτῶν ἐν πέδαις, καὶ τοὺς ἐνδόξους αὐτῶν ἐν χειροπέδαις σιδηραῖς. Ὑπὲρ τοῦ μὴ μόνον ἀπώσασθαι τοὺς πολεμίους, ἀλλὰ καὶ τοὺς βασιλεῖς αὐτῶν, καὶ τοὺς ἄλλους ἐνδόξους ἐν αὐτοῖς δεσμώτας λαβεῖν.

Τοῦ ποιῆσαι ἐν αὐτοῖς κρῖμα ἔγγραπτον. Τοῦ ποιῆσαι τῷ Θεῷ, ἐν τοῖς ἔθνεσι καὶ ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ, κρίσιν ἀνάγραπτον βίβλοις, καὶ μέχρι παντὸς αἰῶνος, ἀναμνημονευομένην, ἢ ἀνάγραπτον τῷ βίῳ, καὶ ἀνεξάλειπτον, καὶ οἷον ἐστηλογραφημένην· κρίσιν δὲ νόει μοι, τὴν ἔνδικον ἀπώλειαν τῶν ἐχθρῶν.

Δόξα αὕτη ἔσται πᾶσι τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ. Αὕτη· ποία; Τὸ νικῆσαι, μᾶλλον δὲ, τὸ οὕτω νικῆσαι παραδόξως, διὰ τῆς συμμαχίας τοῦ Θεοῦ. Ταῦτα μὲν οὖν καθ' ἱστορίαν. Κατὰ δὲ ἀναγωγὴν, *Καυχήσονται ὅσιοι ἐν δόξῃ τῇ μελλούσῃ· οὐκ ἄξια* γὰρ, φησὶ, *τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ, πρὸς τὴν μέλλουσαν κρίσιν ἀποκαλύπτεσθαι εἰς ἡμᾶς.* Δόξα δὲ, ὁ σταυρὸς, κατὰ τὸ, *Ἐμοὶ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ.* Ἐπαινεῖ δὲ τοὺς πραεῖς καὶ τοὺς ὁσίους, προτρέπων ἡμᾶς, εἰς ὁσιότητα καὶ πραότητα. Καὶ ἀγαλλιάσονται, φησὶν, ἐπὶ τῶν κοιτῶν αὐτῶν, ἤτοι τῶν ἠυτρεπισμένων αὐτοῖς, αἰωνίων μονῶν, τῶν ἀκαταλύτων σκηνῶν. Αἱ ὑψώσεις τοῦ Θεοῦ· ὑψώσεις μὲν οὖν νοοῦμεν, τὰς δι' ὕμνων καὶ θεολογίας θεοπρεπεῖς φωνὰς ὑπεριψούσας αὐτόν· ῥομ-

Vers. 8. *Ut alligaret reges eorum in compedibus,* C *et nobiles eorum in manicis ferreis.* Ut non solum hostes ipsos repelleret, sed etiam eorum reges, atque ut nobilissimos quosque eorum, captivos faceret.

Vers. 9. *Ut faceret in eis judicium conscriptum.* Ut in gentibus, inquit, atque in populo suo Deus judicium faceret, quod in libris conscriptum esset : cujus judicii in omni sæculo memoria exsisteret. Vel conscriptum in vita atque in memoria hominum, indelebile, et veluti in marmorea quadam columna insculptum. Per judicium autem justam inimicorum destructionem intellige.

Gloria hæc est omnibus sanctis ejus. Sed quænam hæc est gloria ? Quod scilicet Dei ope, tam ad mirande hostes superaverint. Hæc igitur juxta D historiæ sensum dicta sunt. Juxta anagogen vero : *Exsultabunt sancti in futura gloria. Non enim condignæ sunt*, ut inquit Apostolus, *passiones hujus temporis, ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis* [17]. Gloria autem, est Christi crux, juxta illud : *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini Jesu* [18]. Laudat etiam Propheta mites ac sanctos viros, ad mansuetudinem nimirum nos atque ad sanctitatem exhortans : quos jubilare dicit in cubilibus suis, hoc est, in æternis indissolubilibusque tabernaculis, quæ eis parata sunt. Per exaltationes vero Dei, dignas Deo voces intellige, quibus illius laudes decantari solent, quæ magnitudinem, po-

[17] Rom. VIII, 18. [18] Galat. VI, 14.

tentiam ac bonitatem divinam extollunt. Per ancipitem etiam gladium, hoc est, valde cædentem ac resecantem, ipsam crucem intellige, quæ instructas dæmonum acies dissolvit et resecat; vel (quia Græca dictio δίστομος deducta a Græco verbo στομόω quod significat consolido, aliam potest apud Latinos lectionem reddere, ita ut textus sit: *Et gladii utrinque consolidati in manibus eorum*); per gladium utrinque consolidatum, eorum conversationem intellige. Opere nimirum, et sermone, seu actione et contemplatione consolidatam. Est autem sermo de apostolis, atque eorum successoribus: *Ut faceret vindictam in gentibus*, dum scilicet de dæmonum eos eripit tyrannide. *Et redargutiones in populis*, Judæorum scilicet, dum eos veluti legis transgressores Deo adversarios esse redarguit, et cæcos ad lumen veritatis. *Ut alligaret reges gentium, et nobiles eorum*, in validissimis nimirum fidei, timoris et dilectionis Dei vinculis. Quod si reges alligaverit, multo etiam magis eos alligabit, qui regibus inferiores sunt. Vel per reges et nobiles, dæmones intelligit, qui tunc super eos regnabant, et nobiles ab illis reputabantur, et quorum dæmonum manus Christus inefficaciæ, atque imbecillitatis vinculis colligavit, infirmos prorsus eos reddens, ut faceret etiam in eis gentibus conscriptum judicium, hoc est, statuta, et leges scriptas, de vita, ac conversatione illa humana, quæ Deo magis grata est. *Gloria* vero *hæc, est omnibus sanctis*, universaliter hæc omnia facientibus. Et si quæras, quænam hæc sit gloria, atque in quo consistat, dic quod gloria est, omnia hujuscemodi virtutis opera adimplevisse.

A φαῖαν δὲ δίστομον, ἤτοι τμητικωτάτην, τὸν σταυρὸν, τέμνοντα καὶ λύοντα τὰς πράξεις τῶν δαιμόνων· ἢ ῥομφαίαν δίστομον, τὴν πολιτείαν αὐτῶν, ἔργῳ καὶ λόγῳ ἐστομωμένην· ἢ πράξει καὶ θεωρίᾳ. Περὶ δὲ τῶν ἀποστόλων ὁ λόγος, καὶ τῶν διαδόχων αὐτῶν *Τοῦ ποιῆσαι ἐκδίκησιν ἐν τοῖς ἔθνεσι*, ἐν τῷ ῥύσασθαι αὐτοὺς τῆς δουλείας καὶ τυραννίδος τοῦ διαβόλου, *Καὶ ἐλεγμοὺς ἐν τοῖς λαοῖς* τῶν Ἰουδαίων, ἐν τῷ ἐλέγχειν αὐτοὺς, παρανόμους, καὶ θεομάχους, καὶ τυφλοὺς πρὸς τὸ φῶς τῆς ἀληθείας· *Τοῦ δῆσαι τοὺς βασιλεῖς* τῶν ἐθνῶν, *καὶ τοὺς ἐνδόξους αὐτῶν* ἐνδεσμοῖς ἰσχυροῖς, πίστεως καὶ φόβου καὶ ἀγάπης Θεοῦ. Εἰ δὲ τούτους, πολλῷ μᾶλλον τοὺς μετ' αὐτοὺς, ἢ βασιλεῖς καὶ ἐνδόξους, τοὺς βασιλεύοντας αὐτῶν δαίμονας, καὶ δόξης τῆς
B παρ' αὐτῶν ἀπολαύοντας, ὧν τὰς χεῖρας ἐπέδησεν, ταῖς πέδαις τῆς ἀνενεργησίας· τοῦ ποιῆσαι ἐν τοῖς ἔθνεσι κρῖμα ἔγγραπτον, ἤγουν ἀποφάσεις καὶ νόμους ἐγγράφους, πολιτείας θεοφιλοῦς. *Δόξα αὕτη ἐστὶ*, πᾶσι τοῖς ταῦτα ποιοῦσιν· αὕτη, ποία; Τὸ τοιαῦτα κατορθῶσαι.

Alleluia.

PSALMUS CL.

Conclusit beatus David Psalmorum librum in divinis laudibus, atque in gratiarum actione, docens nos, ut per universam vitam gratias Deo pro omnibus, ad ipsum usque mortis finem agamus.

Ἀλληλούϊα.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΝ'.

Εἰς αἶνον καὶ εὐχαριστίαν ὁ Δαβὶδ συνέκλεισε τὸ
C βίβλιον, παιδεύων ὑπὲρ πάντων ἄχρι πέρατος, εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ.

Vers. 1. *Laudate Dominum in sanctis ejus.* Hoc est, propter ejus sanctos, quod scilicet hujusce modi conversationem virtute præditam Deus in hanc vitam introduxit, quæ angelos ex hominibus eos esse effecit.

Αἰνεῖτε τὸν Θεὸν ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ. Διὰ τοὺς ἁγίους αὐτοῦ, ὅτι τοιαύτην πολιτείαν εἰς τὸν βίον εἰσήγαγεν, ἥτις ἀγγέλους αὐτοὺς ἐξ ἀνθρώπων ἐποίησεν.

Laudate eum in firmamento virtutis ejus. Hoc est, propter firmamentum quod hujuscemodi factum est a divina potentia. Ipsum autem intelligit secundum cœlum, quod videtur, quodque in admirationem eos movet, qui illius magnitudinem, pulchritudinem, et reliquas illius laudandas partes contemplantur. Ordinem etiam considera traditum a Propheta, quia inter mundana sancti homines præ cæteris creaturis majori honore digni sunt: post illos vero cœlum istud, quod oculis videmus.

Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν στερεώματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. Διὰ τὸ στερέωμα τὸ παρὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ γεγονὸς τοιοῦτον. Λέγει δὲ τὸν δεύτερον οὐρανὸν, ὡς φαινόμενον, καὶ θαῦμα κινοῦντα τοῖς ὁρῶσι τὸ μέγεθος αὐτοῦ, καὶ κάλλος καὶ τ' ἄλλα τὰ περὶ αὐτόν. Ὅρα δὲ καὶ τὴν τάξιν· τῶν γὰρ
D ἐγκοσμίων, ἀξιοθαυμαστότεροι μὲν, οἱ ἅγιοι, μετὰ δὲ τούτους, ὁ φαινόμενος οὗτος οὐρανός.

Vers. 2. *Laudate Dominum in potestatibus ejus.* Propter potentias scilicet, quas tam in commune quam privatim operatur, varia efficiens miracula; vel propter potentias, quas divinæ creaturæ ex solo suo denotant aspectu, illum magna atque omnia prorsus posse prædicantes.

Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐπὶ ταῖς δυναστείαις αὐτοῦ. Διὰ τὰς δυνάμεις, ἃς ἐργάζεται κοινῇ καὶ ἰδίᾳ, τερατουργῶν· ἢ καὶ διὰ τὰς δυνάμεις, ἃς ἐμφαίνουσι τὰ κτίσματα αὐτοῦ, μεγαλοδύναμον καὶ παντοδύναμον αὐτὸν ἀνακηρύττοντα ἐκ μόνης τῆς ὄψεως.

Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus. Hoc est, propter immensam ejus magnitudinem. Dictum est enim in psalmo CXLIV quod *magnitudinis ejus non est finis.*

Αἰνεῖτε αὐτὸν κατὰ τὸ πλῆθος τῆς μεγαλοσύνης αὐτοῦ. Διὰ τὸ ἄπειρον τῆς μεγαλοσύνης αὐτοῦ. Εἴρηκε γὰρ καὶ ἐν τῷ ρμδ' ψαλμῷ, καὶ *Τῆς μεγαλοσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας.*

Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ἤχει σάλπιγγος, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ψαλτηρίῳ καὶ κιθάρᾳ· αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τυμπάνῳ καὶ χορῷ· αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν χορδαῖς καὶ ὀργάνῳ· αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν κυμβάλοις εὐήχοις· αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν κυμβάλοις ἀλαλαγμοῦ. Παρακελεύεται τοῖς μὲν Ἰουδαίοις, ἐν πᾶσιν ὀργάνοις μελῶν μουσικῶν, ὑμνεῖν τὸν Θεόν· τοῖς δὲ Χριστιανοῖς, ἐν πᾶσιν ὀργάνοις μελῶν σωματικῶν, ἐν ὀφθαλμοῖς, ἐν ἀκοῇ, ἐν στόματι, ἐν χερσὶν, ἐν ποσίν. Ὅταν γὰρ οἱ μὲν ὀφθαλμοὶ μὴ βλέπωσιν ἀκόλαστα, προσηκόντως δὲ καὶ χρειωδῶς· ἡ δ' ἀκοὴ μὴ δέχηται πονηροὺς λόγους, ἀλλὰ χρειώδεις, καὶ ψυχωφελεῖς· τὸ στόμα δὲ, μὴ φθέγγηται βλαβερὰ, χρήσιμα δὲ, καὶ πνευματικά· αἱ χεῖρες δὲ, μὴ πλεονεκτῶσιν ἢ ἁρπάζωσιν, ἢ πλήττωσιν, ἀλλ' εἰς ἀγαθὰς ἐκτείνωνται πράξεις· οἱ πόδες δὲ, μὴ τρέχωσιν εἰς κακίαν, ἀλλ' εἰς εὐθεῖαν ὁδόν· τότε διὰ παντὸς αἰνοῦντες ὀργάνου, παναρμόνιον τῷ Θεῷ προσαγάγομεν μελῳδίαν. Διὰ πάντων δὲ τῶν μουσικῶν ὀργάνων, ᾠδὰς ᾖδον Ἰουδαῖοι τῷ Θεῷ· περὶ ὧν ἐν προοιμίοις τῆς παρούσης βίβλου παραδεδώκαμεν. Χορὸν δὲ ἐνταῦθα λέγει, τὴν μετὰ χορείας ᾠδήν· ἕτερον γὰρ ἔργον τοῦτο μελῳδίας, χωρὶς ὀργάνων γινόμενον· αἱ δὲ χορδαὶ ἕτερον πάλιν ἦσαν εἶδος, παρὰ τὰ ῥηθέντα. Ὄργανον δὲ ἰδικῶς εἶπε, τὸ καὶ παρ' ἡμῖν ἰδικῶς οὕτω καλούμενον. Διττὰ δὲ τὰ εἴδη τῶν κυμβάλων· τὰ μὲν εὔηχα, καὶ μάλιστα ταῖς ᾠδαῖς προσήκοντα, τὰ δὲ τραχύφθογγα, ἢ βαρύφθογγα, καὶ τοῖς ἐμπολέμοις ἀλαλαγμοῖς ἐπιτήδεια. Οὐκ ἀγνοῶ δὲ τὰ παρά τινων ἐπὶ τούτοις ἀλληγορηθέντα· παρέλιπον δὲ ταῦτα, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ψαλμοῖς πολλὰ τοιαῦτα, διὰ τὸ εὐανάτρεπτον αὐτῶν, καὶ δυσπαράδεκτον.

A VERS. 3-5. *Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio, et cithara; laudate eum in tympano, et choro; laudate eum in chordis, et organo; laudate eum in cymbalis bene sonoris; laudate eum in cymbalis jubilationis.* Judæos quidem jubet Propheta, ut omni musices genere, tam voce, quam organis quibuscunque, Deum laudent, Christianos vero, ut per corporis organa, hoc est, per varia illius membra id faciant: oculis nimirum, ore, auribus, manibusque et pedibus. Nam si oculi turpia atque inhonesta non spectent, sed decentia atque utilia; et aures pravos sermones non suscipiant, sed honestos animæque utiles; et os noxia non loquatur, sed spiritualia; manusque avaritiæ plenæ non sint furore, hoc est, B si a cæde abstinuerint atque a rapinis, et ad bonum opus aliquod proprias actiones extenderint; si pedes demum in vitia non procurrerint, sed in viam rectam: tunc profecto omnibus organis Deum laudamus, melodiamque omni harmonia contemperatam ei offerimus. Singulis autem omnibus instrumentis a Propheta hic connumeratis, Judæi olim Deo canebant: quemadmodum in Proœmio operis tradidimus. Per chorum autem hoc in loco, canticum intelligit, quod in chorea decantatum sit. Est etenim hoc alterum quoddam melodiæ genus, quod absque musicis instrumentis conficitur: quemadmodum et alterum musices genus est, quod per chordas disponebatur, par- C ticulari quodam modo, et diversum ab iis omnibus, quæ supra commemoravit. Per organum etiam illud specifice intellexit, quod nos privato nomine organum appellamus: tametsi hæc dictio ad alia omnia possit pertinere instrumenta. Cymbali autem duplex genus est: alterum quod bene sonorum dicitur, quod magis est suave, et canticis præcipue accommodatur; alterum vero quod gravioris atque asperioris est soni, quo in bellicis vociferationibus uti solent. Non ignoro etiam quod hæc omnia a quibusdam allegorice exponuntur, verum hujuscemodi expositionem hoc in loco et persæpe alibi afferre omisi, quod hi sensus facile destruuntur, et quia multis grati non sunt.

Πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν Κύριον. Συλληπτικῷ λόγῳ πᾶν γένος, καὶ πᾶσαν ἡλικίαν εἰς αἶνον, καὶ εὐχαριστίαν ἐκίνησε, πνοὴν λέγων τὴν ψυχήν· ἀπὸ δὲ τῆς ψυχῆς, τὸ σύμπαν δηλῶν, ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον. Ἐν μὲν οὖν τῷ παρόντι βίῳ τοὺς πιστοὺς συγκαλεῖ, ἐν δὲ τῇ ἀναστάσει, καὶ τοὺς ἀπίστους· τότε γὰρ ὁμοῦ πάντες αὐτῷ γόνυ κάμψουσι, καὶ αἰνέσουσιν. Αἰνῶμεν τοίνυν καὶ ἡμεῖς, καὶ εὐχαριστῶμεν ὑπὲρ ἁπάντων διὰ παντὸς, ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ. Τοῦτο γὰρ ἔργον ἀναγκαῖον, καὶ χρέος διηνεκῶς ἀπαιτούμενον, θυσία εὐπόριστος, λειτουργία ἀγγελική· τοῦτο ποιοῦντες καὶ τὸν παρόντα βίον ἀπροσκόπτως ἀνύσομεν, καὶ τῶν μελλόντων ἀπολαύσομεν ἀγαθῶν, χάριτι, καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

VERS. 6. *Omnis spiratio laudet Dominum.* Collectivo sermone Propheta omne hominum genus, omnem ætatem ad divinas laudes, atque ad gratiarum actiones advocat, per spirationem animam ipsam intelligens, per quam etiam universam D significare voluit creaturam, veluti a parte totum. In præsenti igitur vita fideles convocat, in resurrectione vero ipsos etiam infideles. Tunc etenim una omnes Deum laudabunt, atque omne genu ei flectetur. Laudemus igitur et nos Deum, et gratias ei semper agamus, pro omnibus, in omni opere et sermone. Hoc etenim necessarium et debitum opus est, quod a nobis semper exigitur: sacrificiumque facillimum est, et angelicum ministerium. Hoc semper agentes præsentem vitam sine offensione transigemus, et futuris fruemur bonis, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cum quo, Patri simul et Spiritui sancto, gloria, honor et adoratio, in sæcula sæculorum. Amen.

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

—

FINIS TOMI CENTESIMI VICESIMI OCTAVI.

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.